




~~147~~

129

25.a - 2.5



una duna Lobelia longifolia



2 400 40 MADE IN SPAIN

560116111

De la Comy. de S. de Gama. R. 6824

BB^a


M. ANTONII COCCII

SABELLICI OPERA OMNIA, AB INFINITIS QVIBVS SCATEBANT MENDIS, REPURGATA & castigata: cum supplemento Rapsodiae historiarum ab Orbe condito, ad hæc usque tempora, pulcherrimo ac diligentissimo, in Tomos quatuor digesta: qui, quid contineant, aduersa pagina indicabit: atq; hæc omnia per Cælium Secundum Curionem, non sine magno labore iudicioq; confecta.


Auctores, quorum è monumentis hæc sumpta sunt, statim à Prefatione ordine dispositi, leguntur.

Item, Index operum omnium copiosissimus, quem statim argumenta singulorum primi Tomi librorum sequuntur: reliqua uerò suis locis disposita sunt.

*Nil denuò hic expurgandi
à scriptis indicis expurgatis an.
1767. 4. m. 22. Januarij an. 1771.*



*Per comissionem delos P. G. Inquisitorij
Corregidoris de la Ciudad de Granada
de la Real Audiencia de Granada. s. de May
de 1732. M. de la Cruz*



BASILEAE, PER IOANNE M HER-
nagium, Anno M. D. LX.



QVID SINGVLIS TOMIS
CONTINEATUR.

PRIMO TOMO

Rapsodiæ historiæ ab Orbe condito Enneades quinque.

SECUNDO TOMO

Rapsodiæ Enneades sex.

Rerum Venetarum ab Vrbe condita, Decades tres, & quarta libri tres.

TERTIO TOMO

Supplementi libri XXIX.

QUARTO TOMO

Exemplorum libri X.

De Aquileiæ antiquitate, libri VI.

De Venetæ urbis situ, libri III.

De Venetis Magistratibus, liber I.

De Prætoris officio, liber I.

De officio scribæ, Dialogus.

De Latine lingue reparatione, Dialogus.

Epistolarum familiarium libri XII.

Orationes XII.

Poëmata uaria.

AD CLEMENTISSIMUM ET
POTENTISSIMUM DEI GRATIA SAR-
MATARVM REGEM, SIGISMVNDVM
AVGVSTVM, CAELIVS

Secundus Curio.



INTER innumera illa, quæ ab acutis & prudentibus uiris ad no-
stræ fragilitatis subsidium per omnes ætates & gentes excogitata
atque inuenta sunt, iustissime REX SIGISMVNDE AVGV-
STE, nihil præclarior unquam fuit, quam quod rerum gestarum
memoriam, homines diuini extare uoluerunt. Nam, etsi hominum ut
ta cuiusmodi uetustissimorum quorundam certissimis monumentis fuisse
legitur, mille annorum spaciū impleret, esset nihilominus histo-
ria necessaria, quandoquidem non uno seculo rerum natura termina-
tur, nec uno eodemque loco, aut una tantum orbis regione, mortales degant: sed secula succedant
seculis, & alij alias orbis terrarum inter se distantes admodum incolant plagas: sic ut nisi li-
terarum monumentis, quid alijs & temporibus & locis gestum dictum uel sit doceantur, ne-
cesse sit eos in densissimis ignorantie tenebris uersari, quæ quidem ignorantio quanta detrimen-
ta humanis afferat rebus, nemo uerbis consequi facile possit. Nullæ etenim extarent accura-
te descriptæ regiones, nulli urbium & oppidorum situs, non bene male uel rerum gestarum
exempla, earumque causæ: non recte aut secus suscepta consilia, non regum & populorum mo-
res, non leges & instituta ciuitatum, non rerum origines, non uices & mutationes, non in coe-
lo aut in terra conspecta prodigia, non religiones, non machinarum, munitionum, reliquo-
rumque ædificiorum modi, non uestium & ornamentorum formæ, atque id genus propemodum
infinita: quæ singula, quot quantasque afferant rebus negocijsque mortalium commoditates,
quantum admirationis & ornamenti, tu Rex prudentissime minime omnium ignoras. Verè
nanque dixit M. Cicero, quod & Aegyptius sacerdos ante Soloni dixerat, Nescire quid
antea quam natus sis, acciderit, id est semper puerum esse. Iam, si harum rerum cognitio ijs
qui priuatam degunt uitam, tantopere conducit, multo magis ijs expectenda erit, imò summo pe-
re necessaria qui rerum publicarum habenas tenent, & moderantur: cuiusmodi tua est Ma-
iestas, Rex potentissime, cuius imperio tot nationes, gentesque parent: cuique cum finitimis hisque
ferocissimis gentibus continenter fere bella gerenda sunt: ut nisi ijs artibus quibus & impe-
ria gubernantur, & hostes perdomantur instructus esses, neque tuos regere, neque hostibus re-
sistere ullo modo posses. At, unde hæc tanta tamque uaria regni administrandi instrumenta
atque adiumenta tibi potissimum suppeditantur, nisi ab Historia, rerumque gestarum memoria
& lectione uetustatis? Nam si quæ est ars alia, quæ dicta factaque hominum & consilia con-
seruet, memoriam tueatur, ueritatem illustret, uitam regat, temporum uices reddat, uetusta
& ab hominum memoria immensis spacijs remota fideliter nunciet, ab ea hæc accipiamus
suadeo. Sed si nulla præter historiam reperitur, à qua tot tamque magna præstari posse uide-
antur, fateamur necesse est ab hac una esse petenda: quæ aliquanto illustrius & efficacius de
moribus & uita hominum, de uirtutibus & uitijs, imperandi que artibus differit, quam ij qui
philosophi uocantur: à quibus subtiliter quidem acuteque disputantur, uerum non satis ad usum
efficaciter & accommodate: quod quæ præceptis uitam sensumque afferant, exemplorum ua-
rietate & copia, orationeque liberiore & populari non satis illustrentur. In historia uero, cõ-
silia, deinde acta, postea euentus explicantur: neque solum quid actum, aut dictum sit, sed etiam
quomodo, quo loco, quo tempore, & à quibus notatur: adduntur euentuum causæ omnes, uel
casus, uel sapientiæ, uel temeritatis: factorum item præmia & pœnæ ante oculos ponuntur:
hominumque ipsorum non solum res gesta, sed etiam qui fama ac nomine excellent, tum cuiusque
uita atque natura describitur. Hæc autem omnia, genere orationis fuso atque tracto, & cum le-
nitate quadam æquabili, profluente. Verum enim, non omnis historia omnibus suis numeris
absoluta perfecta que est. Sunt enim primum, qui sine ullis ornamentis monumenta solum tem-
porum,

porum, hominum, locorum, gestarumque rerum, reliquerunt, cuiusmodi sunt *Annales*, quae nunc *Chronica* uocantur. Sunt item qui uel paucorum annorum, uel unius tantum gentis aut populi, aut principis res stylo complectantur. Qui uero res omnium ab orbe condito temporum, regionum, regum, et populorum, genere orationis tot tantisque rebus apto et concinno, posteritati mandauerit, praeter hunc unum *Sabellicum*, quae tuae *Maiestati* nunc mitto, nemo quod sciam, inuenitur: in quo etiam maiores illos tuos uetusto *Heroum* sanguine procreatos, imperatores, regesque, necnon res ab eis praclare gestas, recognoscas. Sed quoniam *Sabellicus* ad nostram usque memoriam suae historiae seriem extendere non potuit: nos, quae per hosce quae draginta et eo amplius annos ab eo loco in quo *Sabellicus* desijt, gesta sunt, *Historiae* filum secuti, ex paucis quidem illis, sed nequaquam infimae notae scriptoribus adiecimus, *Supplementis*que nomine appellauimus. Neque haec solum in *Sabellico* habebit *Maiestas* tua, sed et eiusdem auctoris reliqua omnia, tanta uarietate doctrinaeque referta, ut *Lectorem* uarie queant afficere. In his enim praeter *Venetae* historiae *Decadas*, *Aquileiae*que antiquitatem, et *Exemplorum* uolumina, quae plane historica sunt: admirandum quoque *Venetae* urbis situm, de eiusdem *Ciuitatis* magistratibus, et seorsim de *Prætoris* officio: de *Officio* scribae, libri utilissimi continentur. Hos sequitur de *Reparatione* linguae *Latinae* *Dialogus*, *Epistolarum* libri, *Orationes* item ac *Poemata* uaria: in quibus omnibus, et sermonis elegantia, et rerum grauitas, et ipsa tractatio plena leporis, plena iucunditatis, cernitur. quae quidem in illa *Hedionis* editione Anno ab hinc uicesimo secundo tuae *Maiestati* inscripta, non erant. Nam, praeter *Enneades* et *Exemplorum* libros, nihil horum quae commemorauimus, in illo uolumine legebatur. Itaque, maioribus aliquantò auspicijs in tuae *Maiestatis* *Augusto* nomine haec uolumina à nobis et emendata, et in tantum numerum cumulumque aucta digestaque nunc emittuntur in lucem. Atque ita quidem decet, ut ea quae tibi uiro, et iam non designato, sed plane *Regi*, et regia potestate uenti, consecrantur, maiora, plenioraque sint omnia, quam quae puero, atque in patris *Regis* potestate constituto, mittebantur. Illa igitur minor a ut puero: haec uero grandiora, ut *Regi* plane adulto et magno, ego iam pridem tuis beneficijs tuae *Maiestati* deuinctus, mitto, et quo iure optimo possum, *Rex* non minus pietate ac sapientia, quam imperio et potentia illustris, dono. Nam, post sacratissimorum *Dei* oraculorum lectionem, quae uel *Dei* ipsius praecepto prima esse *Regibus* pijs et per se familiaris, debet: in his pulcherrimis rerum humanarum commentarijs ocium si tuum *Rex* optime contriueris, bene imperandi artes exemplaque tibi deesse nunquam poterunt. In hoc enim illustri monumento, omnis aui documenta licebit intueri: unde tibi tuisque, quibus late imperas populis, quod imitandum sit, capias: unde foedum inceptu, foedum exitu, quod uites: quo quidem nihil in rerum cognitione salubrius, magisque frugiferum esse potest. Neque enim alia de causa ueteres olim, imagines illustrum uirorum statuasque proponebant, ut et *Salustius* grauis auctor testatur, quam ut illis intuentis, ad constabilem uirtutem, qua illi, quorum imagines intuebantur, praestitissent, eorum animi accenderentur: scilicet, non quod ceram, marmorue aut aes, neque figuram tantam uim in se habere existimarent, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregijs uiris in pectore crescere: neque prius sedari, quam uirtus, eorum famam atque gloriam adaequarit. Haec flamma in *Regio* isto tuo pectore gliscens, efficiet, ut non aequare modo maiorum uirtutem tuorum contendas, uerum etiam gloriam superare: quod quidem una longè maxima re consequere, magnanime *Rex*, si summa ista tibi à *Deo* collata potestate ac sapientia *Repub.* collapsam, et *Dei* ueri cultum, *Christi*que regis regum sacrosanctam religionem iam dudum prorsus deformatam ac propemodum extinctam, in suum pristinum decus nitoremque restitues. quod ut facias pie *Rex*, te *Deus* ipse *Opt. Max.* monet: multo maxima ac nobilissima imperij tui portio supplex orat: flagitant omnes qui ubique sunt, boni. Ex *Augusta* usque *Rauracorum*, quae nunc inclita *Basilea* est, Anno *Salutis* *Christianae* *M. D. LX.* *Idibus Martijs.*

AUTORVM CATALOGVS, QVIBVS HAEC

PRIOR RAPSODIAE PARS NITITVR.

A Gatharchides Samius	Duris Samius	Mutianus
Agæthillus	Eglothenes	Nearchus
Amalinus Strabo	Elius Tubero	Nepos Cornelius
Anaximander	Erachones	Næuius
Andron Ephesius	Eraethenes	Nicanor
Antigenes	Ephesius Phanius	Nicephesus Mathematicus
Antigonus	Ephorus	Onesicritus
Antiochus Syracusanus	Ephorus Diuon	Orpheus
Appianus	Euripides	Palæphatus
Apollochorus Atheniensis	Eusebius	Peon Amathusius
Apollochorus Erythraeus	Eutropius	Phanocles
Apollonius	Fauorinus	Pherecides Syrus
Archilochus Parus	Flauius Alphius	Philarchus
Aristides	Fabius Pictor	Philinus
Aristippus	Florus	Philippus Chalcidicus
Aristobolus	Gabinus	Philitius
Aristocrates Spartiatus	Gneius Gellius	Philon Thebanus
Aristoteles	Hecataeus Eretrienfis	Philochorus
Artemidorus	Hellanicus	Plinius
Aurelius Augustinus	Heraclius Ephesius	Plutarchus
Berosus	Heraclites Ponticus	Pindarus
Bion	Hermippus	Piso
Callias	Herodorus	Pisistratus
Callidemus	Herodorus Ponticus	Polybius
Callimachus	Hesiodus	Polycritus
Calphurnius Piso	Hieronymus	Pompilius Numa
Cephalon Gergethius	Higinus	Pomponius
Cæsanensis	Hippoborus	Ponticus Heraclides
Cælius	Hipponax Ephesius	Porcius Cato
Cælius Antipater	Histros	Posidonius
Chares	Homerus	Prolemæus
Chrysiippus	Hyfingelus	Sabatarcides historicus
Charon Lampfacenus	Iosephus	Salsius
Claudius Quadrigarius	Iphicrates	Satyrus
Clidenus	Iubas	Sextius Syllus
Clitarchus	Iulius Solinus	Simonides poeta
Colophonius	Laetantius	Simulus
Craterus	Laertius	Sotion
Crates	Laginus	Strabo
Crispus Sallustius	Licinius Mutianus	Sudines
Ctesias Gnidius	Liuius	Suetonius
Dardanus	L. Alimentius	Sulpicius Galba
Dares Phrygius	L. Cnicius	Stefimbrotus
Damaftes Sigeus	L. Pifo	Tarantius Mathematicus
Demagoras	Lycias	Thales Milefius
Demostratus	Macer Licinius	Thucydides
Demoreles	Macrobius	Terpander
Dicaearchus	Marcus Varro	Timæus
Dinarchus	Maro Virgilius	T. Liuius
Dinon	Mecenas Flauianus	Trogus
Diodorus Siculus	Megasthenes	Tyrræus
Dion Prusienfis	Megarensis Nereus	Valerius Antias
Dionysius	Menander	Varro
Dionysius Chalcidensis	Metrodorus	Xenagoras
Diocorides	Mnesiphilus	Zenodorus Trezenius
Dosiades	Mneucrates Xanthius	Zenothemis
Duris	Mostis	

RERVM ET VERBORVM IN OMNIA OPE

RAM, ANTONII SABELLICI, INDEX COPIO-

lissimus: in quo prior numerus paginam, posterior uero Tomum representat.



Aaronis uir ga 64. a.1
Aaronis in terit° 64. b.1
Ababus 204. a.1
Abaga Tartarus 769. a.2
Abel Caini frater 1. b.1
Abel à fratre iugulatur ibi.
Abelis studia ibid.
Abdamalech rex salaturur 643. b.3. eius interit° ibi.
Abdecamanus 616. a.2
Abdera 275. b.1
Abdelchirinus exitum sibi parit 644. a.3
Abdolomini uerba ad Alexandrum 742. a.1
Abdua fl. 53. b.3. 655. a.3
Abdua ripa Philippus aggere crebrisq; firmat itationibus 14.14. a.2
Abgari epistola 244. b.2
Abiataris rex 793. a.1
Abiati expugnatio 215. a.3
Abidiramus 563. b.2
Abia oratio 202. a.1. uictoria 202. a.1. mors ibid.
Abigail Dauidi nupta 169. a.1
Abigailis prudentia 168. b.1
Abimalechus à Saulo interfectus 167. a.1
Abimalechi crudelitas in fratre 127. a.1
Abimalechi interit° 127. b.1
Aborigines ex quibus genti 210. a.4
Abrianu hospitiu 276. b.4
Abner ab Hisbophetho alienatur 172. b.1. eius confilia in Hisbophethu ibid. à Ioabo interfectus. ibi.
Abfalon patris regnu ambit 180. b.1. eius cesaries ibid. rex creatur 181. a.1. Hierosolymam occupat ibid. b.1. interficit 182. b.1
Abfanis 128. b.1
Abydenoru excidiu 1049. b.1
Abydus 608. b.1. 677. a.1
Abyfino regno patriarcha factis praest 193. a.2
Abyfini cur monetam no cudant 192. b.3
Abyfinoru terra metallorum ferax ibid.
Abfyri caedes 101. b.1
Abfyrides insulae 101. b.1
Academia 122. a.1
Academus ibid.
Acanthus 569. a.1
Acarnania unde dicta 548. b.1
Acarnanu cōiuratio 1002. a.1
Aceti pons 260. b.4
Acephali 443. a.2
Acerrae opp. 904. b.1
Achabus rex 204. b.1. iaccu induit 205. a.1. eius concio 205. b.1. casus 207. b.1
Acgenies extinguunt 213. a.1
Achai sacrilegium 72. b.1
Achaici & Aetolici bellifinis 959. b.1
Achamas 231. b.1
Achamus rex 238. b.1. impius. ibid. magno prelio uincitur 239. a.1
Achamus lapidibus obrutus 73. a.1
Achelous fl. 548. b.1
Acheloi purgatio 124. b.1
Achemenis consiliu 452. a.1
Acheron in Italia & Epiro 729. b.1
Acherusia 532. a.1
Acheus 951. a.1
Achaei uincuntur 907. b.1
Achaei à Philippo alienantur 1057. a.1
Achaei bis à Romanis uicti 114.1. a.1. eorum inges ceddes ibid. b.1
Acheorū cōsultatio 1057. a.1
Acheorū status antiquus 907. b.1. incrementa ibid.
Achiae oraculum 196. a.1
Achillas Caesarem inuadit. 165. a.2. eius ceddes ibi. b.2
Achilles theutonicus 1016. b.2
Achilles ab Hectore interfectus 137. b.1
Achillis uulnus 140. b.1
Achillis statua 732. b.1
Achillis interitus 140. b.1
Achitophelis & Chulij consilia sibi contraria 181. b.1
Achitophelis infelix exitus 182. a.1
Accius 1149. a.1
Aciei dispositio 1074. b.2
Acierū congressus 942. b.1
Acilij fortitudo 158. b.2
Actius Naui° augur 287. b.1
Actij uerbis Volsci accenduntur 412. b.1
Achomates legatum patris obliquis uerborum contumelijs dehonestat 89. b.3. Bithyniam hosti liter deprædat. ibid. minorē Asia inuadere conatur ibi. nouos milites cōscribit 90. a.3. Asiae regē se declarat ibid. Mahometis auxilium imporat ibid.
Achomates Mahometem profigit 90. b.3. Mahometem dimittit 95. a.3
Achomates Europæi equitatus magister 616. b.3
Achomates patris legatos uiolat 89. b.3. 91. a.3. hostis declaratur 91. a.3
Achomates cū xx. milibus armatorū Scutariū uenit 88. b.3. imperium ambit 89. a.3. ab Hungaris interfectur 540. a.3
Achomatis acies caeditur 98. a.3. interitus ibid.
Adadus Samaria depopulatur 205. b.1. profligatur. 206. a.1. bellum reparat. ibid. ab Azahle interemptus 211. b.1
Adamus centurio ad Hipponā prouehit 441. b.3
Adami formatio 1. a.1
Adami aetas 2. a.1
Adami Formani casus 29. a.3
Adan capitur 73. b.1
Ademanus rex laqueo suspenditur 501. b.3
Ademi oppugnatio 190. b.3
Adhelerata ad Alearum anuistit se confert 120. b.2
Adhelerata quō ad imperij fastigiū restituta 120. a.2
Adherbal 11. a.2
Adherbalis literæ ad senatum 18. a.2
Adherbalis copiae profligatur 17. b.2
Adherbalis & Romanorū caedes 19. a.2
Adherbalis oratio ad senatum 13. a.2
Ado ducatu preest 231. a.4
Adoaldus 534. b.2
Adolescentie insignis exempla 12.13.14. a. b.4
Adramyntanorum caedes. 612. b.1
Adrianus xv. imp. 308. b.2
Adrianus omnes Rom. p. uincias inuistit 310. a.2. eius gesta circa Syria. ibi. mira comitas 310. b.2. scōma 311. a.2. arrogantia in omnib. studijs ibid. interitus & forma 312. a.2
Adrian. potē diruit 306. a.2
Adriani uirginium 276. a.4
Adrastus rex 124. a.1
Adrastus Gordij filius 320. b.1. eius interitus ibid.
Adrasti fuga 135. a.1
Adrastia 275. a.1
Adrumetinus sinus 442. a.3
Aduatici 116. b.2. eoru fraus ibid. (b.4)
Aduetitij IIII uiri 293. a.4
Aduocatores publici 285. a.4
Aduocatorum numerus. 300. a.4
Adurna gens 1362. b.2
Adurnius & Fliscus capitur 112. b.3
Adurnius arcē ciuibus redit 262. b.3. Mediolani sine prole fato concessit ibid.
Aemus mons 1105. b.1
Aeria 68. b.1. 83. a.1
Aacidarum exitus 909. a.1
Aennium caedes 981. a.1
Aerae interfectio 99. a.1
Aegea 229. a.1
Aegestus unde oriundus 143. a.1
Aegaeum mare 118. b.1
Aegei cū Aethra coit° 114. a.1
Aegaei interitus 118. b.3
Aegriae cōgressus 260. b.1
Aegneticū bellum 520. b.1
Aeges fl. 628. b.1
Aegypanes 107. b.1
Aegyptus unde 38. b.1
Aegyptus errorum mater 289. b.2
Aegyptus qud Straboni 9. a.1
Aegyptus sit seruorū regnū 711. b.2
Aegyptus cur primò colicepta 8. b.1
Aegyptus facta prouincia 229. a.2
Aegyptus quarta terræ portio 107. a.1
Aegypti pars aquis obuita 9. a.1. situs 45. a.1. clades 51. a.1. fabulosa uetustas 280. b.1
in Aegypto quot urbiū milia 340. a.1
Aegyptij aduenæ 4. a.1
Aegyptij & Persæ cur cada uera nō cōburat 342. a.1
Aegyptij primi deos cōmetri 46. a.1. Phanis filios imolant 341. a.1. uerustatis laudē unde primū ad se traxerint 9. b.1
Aegyptij unde se futuros diuites aestiment 194. a.3
Aegyptij solem & lunam cur colant 4. a.1
Aegyptiorum in alienas fecinas intēperantia 7. a.1
Aegyptiorū uetustas 8. b.1
Aegyptiorū reges Pharaones disti 40. a.1
Aegyptiorum ritus 46. b.1
Aegyptiorum capita Persicis duriora 341. a.1
Aegyptiorū consuetudo in leuāda sicut qualis 194. b.3
Aegyptiorum gallinas oua sua nō incubare 182. a.3
Aegyptijs bellū inferi 42. a.1
Aegyptiacū Iudæorū templū clauditur 297. b.3
Aegy-

I N S A B E L L I C V M.

Aegyptiacæ militiæ ratio 712. a.2
Aelius Verus xvij. imperator 320. a.2. eius porren-tosa luxuria ibid.
Aelij Prisci caedes 298. a.2
Aliopolis capitur 743. a.2
Aliopolis amittit 743. a.2
Æmilianus Cæsar 363. b.2
Æmilius aurū spectare noluit 113. b.1. suos circummit 112. a.1. eius triumphus 114. a.1
Æmilij prudentia 110. b.1
strategema 111. a.1
M. Æmilij decretū in morte 112. a.1
Æmilij oratio ad populum 115. a.1
Æmilij uerba ad Cornelium 943. a.1
Æmilij omen 110. a.1
P. Æmilij interitus 120. b.1
Æmulationis exempla 120.121.122. a.4
Æneas 141. b.1
Æneæ errores 143. a.1
Æneæ consilium 142. a.1
Æneæ in Siciliam aduētus 143. b.1
Æneæ discessus ex Ilio 142. a.1
Æneæ nauigatio 138. b.1
Æneæ pactio cum Achiuis 142. b.1
Æneæ & Latini congressus 145. b.1
Æneæ interitus 146. b.1
Æneæ sepulchrum 144. a.1
Ænesidemi præclarum facinus 1057. b.1
Æoles qui fuerint 155. b.1
Æoli insula 559. a.1
Æquilibrium 276. b.4
Æquimolium 517. a.1
Ærarius uicus 267. a.4
Ærarij direptio 150. a.2
Ærobates ludio 382. b.2
Æschilus 426. b.1
Æschines 669. b.1
Æsculapij templum 851. a.1
Æsopus 330. b.1
Æson fl. 1111. a.1
Æthiopia 1011. a. b.2
Æthiopiæ situs 38. a.1
Æthiopes primi mortaliū 38. a.1
Æthiopes qua literarū forma usi 38. b.1
Æthiopes Troglodytæ 748. b.1
Æthiopes longioris uitæ 343. a.1
Æthiopum forma & ritus 342. b.1. uires 343. a.1
Æthiopum uictus 39. a.1. religio 39. a.1. mores 38. b.1
libertas 38. a.1. rit° 38. a.1
Ætnæ proluuii 561. b.1. nautura 113. a.1
Ætoli bis uincuntur 954. a.1
Ætoli cū Romanis foedus faciunt 1001. b.1
Ætoliadespotatus 949. a.2
Ætolorū inuentū 1088. a.1
Ætolorū & Aminandri expeditio 1053. a.1
Ætolorū urbes 560. a.1. superbū responsum 908. b.1
Ætolorum & Achæorū cōuentus 950. a.1
Ætolorum postulatio 1078. a.1. defectio à Romanis 1072. b.1. motus 1070. a.1
caedes 1057. b.1
Affectus priuatorum hominum 128.129. a. b.4
Africa urbs, antiquitus parua Leptis 442. a.3
Agabus propheta 266. b.2
Agagi regis occisio 161. a.1
Agapetus pōtifex 462. a.2
642. b.2
Agarena 307. b.2
Agatho pontifex max. 545. b.2
Agathocles Syracusanus 861. b.1. obfiderit 862. b.1. eius incrementa 861. b.1. crudelitas 862. a.1. feroc consilium ibid. b.1. in Africā nauigatio 863. a.1. successus ibid. b.1. perfidia 864. a.1. fuga ibid. b.1. filius occidit ibid. morbus grauis 865. b.1. miserabilis exitus ibid.
Agathyrus 366. b.1
Agathyrus 10. a.1
Agasilus 637. b.1. 684. b.1. eius consiliū 738. a.1. strategema ibid. b.1
Agelilai facinus 364. a.1
Agelilai prosperatio 674. b.1. in Aegyptum accersio 684. b.1. gesta in Peloponneso 676. b.1
Agis 768. a.1. 576. b.1
Agidis regis uirtus 768. b.1. consilium 615. b.1
Agnetina insula 254. b.4
Agnetis templum 393. b.2
Agnus mysticus 51. b.1
Agragas 583. a.1
Agrariæ leges 573. b.1
Agrariæ legis latio 1151. b.1
Agrigenti uetustas 875. b.1
Agrippa nauali pugna Pompeium superat 214. b.2
Agylla, nunc Cere 289. a.1
Ahenum ex cuspidibus factum 366. b.1
Ajax 139. a.1
Aias begi interit° 1485. a.2
Aigoladi conuicti 589. b.2
Aio à Rhodoaldo colitur 229. b.4. eius familia illustris ibid.
Aiorhus Eglonem interficit 85. b.1
Aollus & Abillius Romuli filij 247. b.1
Aous 981. b.1
Aladinus in Memphis aula tres annos uersatur 163. a.3
Aladokus Selymum timet 159. a.3. montanis gentibus imperitat ibid. b.3
Alarco Borellij successor 721. b.3
Alaricus Gothorū rex 414. b.2
Alba urbs cur regalis nomen tulerit 620. b.3
Albæ conditio 146. b.1. 148. a.1
Albæ diruendæ decretum 271. b.1. euerfio 272. b.1
Albanus lacus 621. a.1
Albanus 152. a.3. Humeum capitali supplicio afficit ibid.
Albania 949. a.2
Albani prodigij procuratio 622. a.1
Albani belli origo 265. a.1
legati ibid.
Albani consilium 1082. b.2
Albanorum triginta coloniarum 274. a.1. defectio 271. a.1
Albariæ captio 1142. b.2
Albatorum secta 839. a.2
Alberici exitus 640. b.2
Albertus fugā molitur 1229. b.2
Albertus pacem quibus cōditionibus à Veneris impetrarit 1320. a.2
Albertus & Rufius capiuntur 1232. a.2
Albertus Croatorum regulus Veneta in se arma irritat 1242. a.2
Albert° imperator 922. a.2
Albertus & Guido Rancornius hostium multitudinem circumuenti opprimuntur 1435. a.2
Albertus mille & amplius equites amittit 1361. a.2
Albertus Slichius Bohemorum dux 475. a.3
Alberti Magni laudes 762. a.2
Alberti Petræ casus 213. a.3
Albi & Nigri 786. b.2
Albani facinus 1079. successus ibid.
Albini seueritas in militea 331. b.2. iudiciū de Scipionibus ibi. uoracitas ibi.
Albini pietas 651. b.1
Albiola 273. a.4
Albiolanorum deditio 1101. b.2
Alboinus undecimus Longobardorū rex 227. a.4
eius cum Narsete foedus ibid. b.4
Alboinus qua patera usus 512. a.2. interficit ibid. b.2
Alboini casus miraculosus 512. a.2
Albuchomar Selymum de nouis Tomumbeij consilijs certior facit 185. a.3
Alcamanes bis fugatur 603. b.1
Alcæi carmen 1060. a.1
Alcibiades à Lacedæmonijs alienatur 607. b.1. ab exilio reuocatur 609. b.1
eius persuasio ibid. postulata ibid. hortatio ad suos 612. b.1. strategema 614. a.1. & 624. a.1. uictoria ibid. audax facinus 615. a.1. in patriā reditus 624. b.1. officij erga suos 629. a.1. interitus 630. b.3
Alcibiades ad bellum mittitur 604. a.1
Alcibiades Byzantio potitur 624. a.1. eius digressus 625. b.1
Alcibiadis sententia 588. b.1. exilium 589. a.1
Alcibiadis oratio 585. b.1
in sinuatio ibid. petulantia 587. a.1
Alcibiadi imperium abrogatur 626. a.1
Alcibiadi imperium decernitur 625. a.1
Alcmeonis auaritia 426. b.1
Alcorani in Latinum conuersio 899. b.2
Alchuius 599. b.2
Aleardorū familia 1120. b.2
Alemanii 383. b.2
Alendebucha fluctibus oppressa 353. b.3
Alepius Iuliani Cæsaris prefectus 164. b.3
Alexander Iouis filius uocatur 749. a.1
Alexander Babylone potitur 761. a.1
Alexāder Susi potitur 762. a.1
Alexander Oxum transgreditur 778. b.1
Alexander regno deijcitur 5. a.2
Alexāder Hammonem Iouem adiit 747. b.1
Alexander tripertito bellū in fert 347. a.2
Alexāder dux Græciæ 730. b.1
Alexander Clycum interficit 788. b.1
Alexander Ariam recipit 773. a.1
Alexander Petram obrinet 792. b.1
Alexander leonem prostrauit 787. b.1
Alexander Biblum & Sydonem capit 741. b.1
Alexāder Satyrā ducit uxorem 805. b.1
Alexāder inuisit Darij matrem & uxorem 740. b.1
Alexander deliciarum conrempor 740. b.1
Alexāder Tygrim superat 755. a.1
Alexāder à Tyris exclusus 742. b.1
Alexander miles perit 792. b.1
Alexan-

Alexáder Roxanem ducit uxorem 790.a.1	Alexander Vitellius in Volaterranū hostiles incursiones facit 328.a.3	Alexander Medices Cæsaris gener 295.a.3	Alexáder Contarenus.467 b.3	Alexander in Italiam reuertitur 714.a.2	Alexáder ad Venetas opes confugit 1165.b.2	Alexander octo argenteas tubas Veneto duci offerri iubet 1167.b.2	Alexander Farnesius à pontifice Vormaciā cur missus 675.b.3	Alexander princeps à Laurentio Medice interficitur 507.a.3	Alexander Farnesius à pontifice Genuam mittitur 1610.b.3	Alexáder Ægypto potitur 747.b.1	Alexander milites liberat alieno ære 804.b.1	Alexáder cum matre interficitur 348.b.2. eius scriptum 439.a.2. quibus consiliarijs usus ibid.b.2	Alexander Farnesius pontifex salutatus 396.b.3. Pauli tertij nomē induit ibid.	Alexáder Epirensis 726.b.1	Alexander ij. pontifex 667 b.2	Alexáder iij. pōtifex max. 709.b.2. urbem deserit 710.a.2	Alexander iijj. pōtifex 757 a.2	Alexander v. pontifex 842 a.2	Alexander vj. pōtifex 1018 a.2	Alexander vij. pōtifex 309 a.2	Alexander xxiiij. imp. 345 b.2. eius oratio ad milites 346.b.2	Alexandri ortus 715.b.1. clementia in Athen. 731.b.1 ad suos adhortatio 758 b.1	Alexandri liberalitas in Iudæos 747.b.1	Alexandri expeditio 763. b.1	inter Alexádrī successores ultimū certamen 850.b.1	Alexádrī studium in artiū professoribus 350.a.2. eius varia opinio 351.a.2	Alexandri munificentia in Græcos mutilos 764.b.1	Alexádrī anceps fides 1076 a.2	Alexandri sæuitia 41.b.2	Alexandri Magni indoles 729.b.1	Alexandri ultio in Tyriorū feruos 189.a.1	Alexandri equus 730.a.1	Alexandri pontificis laterabra 255.a.4	Alexádrī & Ptolemæi affinitas 1125.a.1	Alexandri opera legati interfecti 386.b.1	Alexádrī Epirotę gesta 729 a.1	Alexádrī humanitas in militem 789.b.1	Alexandri interitus falsus rumor 800.b.1	Alexandri præceps consilium 787.a.1	Alexádrī & Fœderici similitates unde 1164.b.2	Alexandri uita mutata 772 a.1	Alexandri iactantia 787.b.1	Alexandri cōsternatio 788 b.1. copię 790.b.1. 735. b.1	Alexandri uulneratio 739 a.1	Alexandri strategema 794 b.1	Alexandri felicitas 748.a.1	Alexandri egritudo 736.a.1	Alexandri munificētia 790 a.1	Alexádrī uenenum 256.a.1	Alexandri egregiū facinus 736.b.1. 772.b.1	Alexandri & Darij conflictus 738.b.1	Alexádrī legati à Tyrijs occisi 743.a.1	Alexandri temperatā 741 a.1	Alexandri in captiuas clementia 740.a.1	Alexádrī responsum ad Darij literas 741.b.1	Alexand. præfectorum successus 745.a.1	Alexandri respōsum ad Darij 745.a.1	Alexandri hortatio ad milites 798.a.1	Alexandri cædem qui prædixerint 511.b.3	Alexandri ira in Cassandri 806.b.1	Alexandri aræ 799.b.1	Alexandri uictoria aduersus Sandracas 800.a.1	Alexádrī sollicitudo 738.a.1	Alexandri Pherei meticulo sa uita 683.a.1	Alexandri error maximus 803.b.1	Alexandri & Diogenis cōgressus 731.b.1	Alexandri clementia in Timocliam 731.b.1	Alexandri ad Turcas deficiunt 188.b.3	Alexandri fuga 720.b.2	Alexandri ad Fœdericū uerba 1167.a.2	Alexandri prima militię ritur 718.a.1	Alexandri periculū in Mallis 800.a.1	Alexádrī dubia mortis causa 807.a.1	Alexandri cædes 683.a.1	Alexandri interitus 64.a.2	209.b.2. 807. a.1. 1078.a.2	1135.a.1	Alexandri Epirotę interitus 729.b.1	Alexandri corpus curatum 808.a.1	Alexandro herba salubris per quietē mōstrata 802 a.1	Alexandro terribilissimam necem machinantur Baptista Cibous & Innocentij pōtificis nepos 444.b.3	in Alexádrū seditio 755.b.1	in Alexandrum affectus militum 776.a.1	in Alexandrum domestici conspirant 773.a.1	Alexandrinorum dicacitas 337. b.2. miserabilis cædes 338.a.2	Alexandre facinus 209.a.2	Alexandria 776.b.1	Alexandri in Cifalpinia Gallia conditur 717.b.2	Alexandriæ conditio 749 a.1. figura ibid.	Alexandriæ expugnatio 1262.a.2	Alexandriam in potestatem suam Prosper redigit 213 a.3	Alexia 141.b.2	Alexes princeps constituitur 464.b.3	Alexius Turso Morauę gentis ærarius 308.a.3	Alexius imperator salutatur 674.a.2	Alexius puer in urbem ingenti populi fauore accipitur 1175.a.2	Alexius ad Dyrrachiū obfidione leuandum mittitur 1131.a.2	Alexius & Nicolaus de principatu disceptant 1467 b.2	Alexius imperio excidit 731.b.2. eius cædes 732 b.2	Alexij Bogij interitus 12 b.2	Alexij ars 674.a.2	Alexij querela 1173.a.b.2	Algerium 572.a.3	Algerij oppidi obfessio 1247.b.2	Algrunium 211.a.3	Alhates 282.a.1. eius ad tybiam cantum in hoste iter ibi. b.1. quale sub eo solis deliquium ibid.a.1	Aliprandus cum Mola singulari certamine congruitur 650.b.3	Aliprandus Madrucius in Anghiani potestatem uenit 651.b.3	Allia fl. 650.b.1	Almarici & Alafie casus 656.b.2	Almeda dux præceps in fofsam deiectus 247.a.3	Almerici hæresis 741.b.2	Almericus Alexandria obfidet 710.b.2	Allobroges coniuratorum consiliū produnt 96.b.2	Allobroges Austrię dux accessu prohibet 1524.a.2	Allobrogum dux quęcumque loca occupat, retinet 1344.b.2	Allobrogum legati à conu-ratis appellati 96.a.2	Allobrogum ducem ab armis Gallorum rex reuocat 1447.a.2	Allobrogum cædes 10.b.2	Allocutij templū 656.a.1	Alodolii interitus 161.b.3	Alodolite Turcarum uim egregiē sustinet 160.a.3	fugantur trucidanturq; ibid.	Aloysius defectionis pœnas luit 3.b.3	Aloysij Ipalésis cædes 289 b.3	Aloysius Præsenda capitur 428.a.3. interficitur ibid.	Aloysius Gritus interficitur 396.b.3	Aloysius Mocenicus 204. a.3	Aloysij Beomōtij interitus 13.b.3	Aloysij Figaroę Hispaniana uis capitur 496.b.3	Alouisus Dardan ^o 261.b.4	Alouisus in carcere expirat 1314.b.2	Alouisus Lauretanus quādiu clasiss imperio præfuerit 1303.b.2	Alouisus Vermius uoluntarium sibi consciscit exilium 1404.b.2	Alouisio Lauretano totius clasiss imperium datum 1425.a.2	Alouisū uirginū 260.b.4	Alpes tribus semitis peruia 116.a.3	Alpes ab Hercule superatę 212.b.4	Alpes argentarię 118.a.3	Alpheus 92.b.1	Alphei uirtus 93.a.1	Alphosus dux prælio superatur 989.b.2	Alphosus Neapoli potitur 927.b.2	Alphonfus rex à pontifice declaratur 933.b.2	Alphonfus rex capitur 891 a.2. cū suis dimittit ibid.	Alphonfus cū duobus milibus hominum Ferrariā uenit 1523.b.2	Alphonfus cū quatuor milibus armorum ad Herulem transire conatur 1517.b.2	Alphonfus rex ab Eugenio declarat 1426.b.2	Alphonfus Romanū agrū assiduis incursionib. infestat 1518.b.2. 1528.b.2	Alphonfus Ruberti in Flaminiam usq; insequitur 1539.b.2.	Alphonfus rex 1020.a.2	Alphonfus ad Calcinatum castra promouet 1526.a.2	Alphonfus filii regem declarat 1028. b.2. regnum relinquit ibid.	Alphonfi motus 939.a.2	Alphonfi Dauali interitus 677.a.3. regis oratio 1022 a.2	Alphonfi transitus in Heruriam 928.a.2	Alphonfi mors 1050.b.2	Alpinarum mulierum fertas 231.a.2	Alpinorum primæ insidię 919.a.1	Alfa fl. 205.b.4. 277. a.4	Altburgij Solymanus expugnat 311.a.3	Altheę suspensio 124.b.1	Altosaxus confecto bello uenit 14. b. 3. carditatis accusatur 15.a.3	Aluantes magnā sibi inuidiam constat 72.b.3. obtruncatur 74.a.3	Aluari Sandei crudelitas 493.a.3	Alueus preciosus 953.a.2	Aluia amnis 562.b.3	Amadeus in belli sociū est adscriptus 1346.a.2	Amagianæ colunę 255.b.4	Amaltha urbs 416.a.3	Amalafunthæ uirtutes 458 b.2. exitus 462.a.2	Amalechitæ bello petiti 160.a.1	Amalechitarum cædes 171 a.1	Aman crucigitur 495.b.1	Amanis sententia 495.a.1	Amantij cædes 178.a.2	Amanus mons 100.a.3	Amantia familię imago 262.b.4	Amaramis 406.b.1	Amasias ad bellum proficiscitur 221.b.1. eius interitus 222.a.1	Amasis Thonax 349.a.1	Amasis rex 339. b.1. eius apophthegma 340. a.1. a. dagium ibid. lex ibid. ei cur bellū Cambyses intulerit ibid.b.1	Amasis præfecti dolus 373 b.1	Amasi excidium 81.b.2	Amazones in Attica uictę 106. a. 1. Priamo subue-	niunt 127. b. 1. cur Atticę bellū intulerint 120.b.1	Amazonum origo 163.b.1	Amazonum fama 88.b.2	Amazonū postulata ad Siggillum regem 105.a.1	Amazonū facinus 105.a.1	in Amazonibus quę procreandi ratio 104.a.1	Amazonici belli opinio 120.a.1	Ambigatus 648.b.1	Ambrogii rex 212.b.4	Ambiorix 128.a.2	Ambitus animaduersio 282.a.4	Ambracia 949.a.2. defenditur 1688.a.1	Ambracij sinus forma 1055 a.2	Ambraciorum consiliū 545 b.1. ad Olpas cæduntur 561.b.1	Ambracum oppidum 952. a.1	Ambrones 33.b.2	Ambrosij processus in pugnam 36.b.2	Ambrosius 402.a.2. 411.a.2	Americus à Docianis militibus opprimis 398.b.3	Americus Cibachus Vay-uoda 305.b.3	Americi caput Gritto spectadum offertur 399.a.3	Amici Arsule cædes 343.a.3	Amida quomodo à Muleasse defecerit 640.a.3	Amida Mesopotamię urbs, hodie Caramida 419.b.3	Amida patrem immaniter occæcat 642.b.3	Amida exilium 644.a.3	Amilchar 448.b.1	Amilcharis imperium 633 b.1	Aminander in regnum restituitur 1087.b.1	Aminthas 339.b.1	Amirrhantes 611.a.2	Amisus olim Enebra 86. a.2	Amitemum 835.a.1	Amortus 565.a.2	Amorrorum cædes 65.a.1	Amus fl. 1372.b.2	Amnianus Alexandrinus D. Marci discipulus 255 a.4. eius monumentum ibid.	Ammon Absalonis consilio interfectus 180.b.1	Ammonitæ & auxiliares prælio uicti 178.a.1	Ammonitarum excidium 179.b.1 (b.1 in Ammonitos bellū 343.	Amphion 84.a.1	Amphitryo 90.a.1	Amphorarius uic ^o 258.b.4	Amphipolis conditores 570 b.1	Amphionis cantus 88.a.1	Amulij cædes 235.b.1	Amurathes Hūgaros in conditione accipit 615.a.3	Cappadocię fines uastat 99.a.3. ad Vstaoglum reuertitur ibid. ad Mahometis sacra deficit 471.b.3. ad Hismælem confugit 98.a.3	Amurathis crudelitas 615 b.3	Amurathis memorabilis uox 931.b.2. mors 932 b.2	Amyrafes & Rayfalomon inter se dissentiunt 190 b.3	Amyrafes à Mechésibus capitur 190.b.3. à Rayfalomone noctu mari demergitur ibid.	Amyntæ conarus 742.a.1	Amyclæ 954.b.1	Amysum opp. 1085.b.2	Anacletus v. pontifex 304 b.2	Anapis fl. 601.b.1	Anapolis 1264.a.2	Anastasius pōtifex 407.a.2	Anastasius iij. pont. 708.a.2	Anastasius Iaderensem eccliam metropolitanā declarat 1159.a.2	Anastasius 637.a.2	Anastasię corpus 263.b.4	Anaxagoras 426.a.1. saxi casum prædixit 478.b.1	Anaxarchi adagiū 788.b.1	Anaxilai adagiū 624.b.1	Anaxus fl. 55.a.3. 275.b.4	1268.a.2	Anaximader Milesus Lacedæmonijs terræ motū instare præsentit 1241.a.2	Anaximenes 330.a.1	Anciliorum ratio 262.a.1	Ancon à Mauris diripitur 623.a.2	Ancon à Venetis quando oppugnata 1207.a.2	Ancon inopinato hostium aduētū oppressa 1110.b.2	Anconis obfessio 1207.b.2	Anconitani ad Nicolau ter-tiū legatos mittunt 1207 b.2	Anconitani Venetis signa erigunt 1431.a.2	Anconitani in Venetorum societatem ueniunt 1159 a.2	Anconitani bellicosa 1207 a.2	Anconitarum de Venetis apud pontificem quęrela 1206.a.2	Anconitarum ars 773.a.2	Anconitanis pax redditur 773.b.2	Ancus Martius rex creatur 274. b. 1. eius oratio ad populum 276. a. 1. Politorium capit 277. b. 1. de Venetibus triumphat 278 b. 1. eius opera 279. b. 1. in	teritus 280. a. 1. & 283. a. 1	Andreas Contarenus 819. b. 2. Hadriatici sinus præfecturam petit 1357.a.2	Andreas Cornarius reginę patrius 1487.a.2	Andreas Gritus Parauū recipit 2.b.3	Andreas Gritus seruatur 42.a.3	Andreas Quirinus terribilissimo supplicio afficitur 422.a.3	Andreas Lauredanus à Iuxa iugulatur 42.a.3	Andreas Cornarius à Caler-go obtruncatur 1258.b.2	Andreas Tepulus Polani mulctat 1193.a.2	Andreas Donatus per annum in uinculis detentus 1430.a.2	Andreas Dandulus Gradonici successor 1237. b. 2	res Venetas duplici stylo scripsisse dicitur ibid. unde Cominini cognomen traxerit ibid.	Andreas Contarenus Cornario surrogatur 1265.a.2. oblatam dignitatē adire recusat ibid.	Andreas Cornarius cū M. Bombò trucidatur 1488 b.3	Andreas Auria Cæsare ho-spitio excipit 383.b.3	Andreas Dandulus ad Babylonium regem proficiscitur 1423.a.2	Andreas Zetus Venetarū trirēmiū præfectus 1199 a.2	Andefanam oppidum Vegasine uulnerē recipit 659.a.2	Andrę Zeni interitus 1263 b.2	Andrę sanum 274.b.4	Andrę Auria cur Galli in fensu 258.a.3	Andrę apost. caput 961. a.2	Andriscus deditur 1140.b.1	Andriorū duo dij 459.b.1	Andros insula 1053.b.1	Andronodori cædes 978 a.1	Andronicus temerē in patrem conspirat 1271.b.2	Andruffa oppidum 396.a.3	Andrus 460.a.1	Anfosijs ex Eubœa insula eijcitur 1201. b. 2. unde eā insulam cōsecutus ibid.	Angelus Simonera à Sfortia Venetias mittit 1420 a.2	Angelus Particiatus 1103 a.2	Angelus Particiatus dux 613. b. 2. eius opera 614. a.2	Angeli uirginium 274.b.4	Angeli
---------------------------------------	---	---	-----------------------------	---	--	---	---	--	--	---------------------------------	--	---	--	----------------------------	--------------------------------	---	---------------------------------	-------------------------------	--------------------------------	--------------------------------	--	---	---	------------------------------	--	--	--	--------------------------------	--------------------------	---------------------------------	---	-------------------------	--	--	---	--------------------------------	---------------------------------------	--	-------------------------------------	---	-------------------------------	-----------------------------	--	------------------------------	------------------------------	-----------------------------	----------------------------	-------------------------------	--------------------------	--	--------------------------------------	---	-----------------------------	---	---	--	-------------------------------------	---------------------------------------	---	------------------------------------	-----------------------	---	------------------------------	---	---------------------------------	--	--	---------------------------------------	------------------------	--------------------------------------	---------------------------------------	--------------------------------------	-------------------------------------	-------------------------	----------------------------	-----------------------------	----------	-------------------------------------	----------------------------------	--	--	-----------------------------	--	--	--	---------------------------	--------------------	---	---	--------------------------------	--	----------------	--------------------------------------	---	-------------------------------------	--	---	--	---	-------------------------------	--------------------	---------------------------	------------------	----------------------------------	-------------------	--	--	---	-------------------	---------------------------------	---	--------------------------	--------------------------------------	---	--	---	---	---	-------------------------	--------------------------	----------------------------	---	------------------------------	---------------------------------------	--------------------------------	---	--------------------------------------	-----------------------------	-----------------------------------	--	--------------------------------------	--------------------------------------	---	---	---	-------------------------	-------------------------------------	-----------------------------------	--------------------------	----------------	----------------------	---------------------------------------	----------------------------------	--	---	---	---	--	---	--	------------------------	--	--	------------------------	--	--	------------------------	-----------------------------------	---------------------------------	----------------------------	--------------------------------------	--------------------------	--	---	----------------------------------	--------------------------	---------------------	--	-------------------------	----------------------	--	---------------------------------	-----------------------------	-------------------------	--------------------------	-----------------------	---------------------	-------------------------------	------------------	---	-----------------------	--	-------------------------------	-----------------------	---	--	------------------------	----------------------	--	-------------------------	--	--------------------------------	-------------------	----------------------	------------------	------------------------------	---------------------------------------	-------------------------------	---	---------------------------	-----------------	-------------------------------------	----------------------------	--	------------------------------------	---	----------------------------	--	--	--	-----------------------	------------------	-----------------------------	--	------------------	---------------------	----------------------------	------------------	-----------------	------------------------	-------------------	--	--	--	---	----------------	------------------	--------------------------------------	-------------------------------	-------------------------	----------------------	---	---	------------------------------	---	--	--	------------------------	----------------	----------------------	-------------------------------	--------------------	-------------------	----------------------------	-------------------------------	---	--------------------	--------------------------	---	--------------------------	-------------------------	----------------------------	----------	---	--------------------	--------------------------	----------------------------------	---	--	---------------------------	--	---	---	-------------------------------	---	-------------------------	----------------------------------	--	--------------------------------	---	---	-------------------------------------	--------------------------------	---	--	---	---	---	---	--	--	---	--	---	--	--	-------------------------------	---------------------	--	-----------------------------	----------------------------	--------------------------	------------------------	---------------------------	--	--------------------------	----------------	---	---	------------------------------	--	--------------------------	--------

Argilius & Lenuoxius interficiuntur 28.b.3
 Argini Perlarum cōsanguinei 447.b.1
 Argiuorum motus 581.b.1
 Argiuorum lex pro Tyria 277.b.1
 Argonautæ qui fuerint. 211. a.4. Iasonem in Colchidem fecerunt ibid.
 Argolicus sinus 375.b.3
 Argo 96.b.1
 Argo nauis ubi constructa 94.a.1. cur dicta ibid.
 Argo nauis humeris traiecit alpibus 211.a.4
 Argo ad Sagæū appellatur. 95.a.1
 Argonautæ unde digressi 94.b.1
 Argonautæ 94.b.1
 Argonautarum discrimen 101.a.1
 Argonautarū historia. 211. a.4
 Argos urbs 24.b.1
 Argos Heraclidis celsit 129.b.1
 Argos Amphilochiū. 544.a.1
 Argaspidæ 822.a.1
 Argaspidæ Eumenæ dedunt 823.a.1
 Argaspidæ uicti. 821.b.1
 Argynusæ 627.b.1
 Arideus rex declaratus 807.b.1
 Arius 18.a.1
 Ariminum 519.a.2
 Ariminum oppugnatur 474.a.b.2. obfidione soluitur 475.a.2
 Arinæum bellum 374.a.1
 Ariobarzanes Paphlagonū rex 47.b.2
 Ariouistus 109.b.2. eius superbum respōsum. 100. a.2. facinora ibid.
 Arisba 716.b.1
 Aristander uates 759.b.1
 Aristagoras Athenas proficiscitur. 389.a.1. Athenienses in belli societate trahit. 392.b.1. in Thraciam tranfit. 395.b.1. eius tabula. 388.b.1. oratio ad Cleomenem. ibid. exitus 395.b.1
 Aristagoras Naxi belli conciliator 387.a.1
 Aristarchus tragicus. 494.a.1
 Aristides 460.b.1. 810.a.1
 Aristidis æquitas 474.a.1. uirtutes & exilium. ibid. b.1
 Aristippus. 669.b.1. eius dictum 697.b.1
 Aristophanes 523.b.1
 Aristoteles 809.a.1
 Aristobolus 64.a.2. eius clades 89.b.2
 Aristobolus impius in fratrem 39.b.2

Aristobolus soluitur obfidione. 90.a.2. eius deditio ibid. b.2
 Aristoboli mors 150.a.2
 Aristodemus Cumis tyrannidem occupat. 408.b.1
 eius interitus ibid.
 Aristocrata 1252.a.2
 Aristocrata Platonis. 279. b.4
 Arius & Miranda Hispanorum equitū præfecti capiuntur 248.b.3
 Aristonis astutia 1068.b.1
 Aristonis crudelitas in Athen. 51.b.2
 Aristonici interitus 1154.b.1
 Arriamur oppidum à Cæsarianis diripitur. 239.a.3
 Arriana hæresis origo. 391. b.2
 Arrij interitus 396.a.2
 Arriches Beneuentani ducatus administrator 229. b.4. incaute pugnās obtruncatur ibid.
 Arithperi regis munere augetur ecclesia 540. a.2. iustitia ibid. b.2
 Armannus supplicio afficitur 238.b.4
 Armamentarium duplex 269.a.4
 Armamentarij triumuiui 293.a.4
 Armenia 955.a.2
 Armenia duplex 1139.a.2
 Armenia unde dicta 1139. a.2
 Armeniacus comes 834. a.2
 Armeniaci belli explicatio 269.a.2
 Armoricæ 144.a.2
 Armorum prouisoires 300. a.4
 Armorum & belli casus in regno uarij 902.a.2
 Armurathus Mao methi pater 1479.a.2
 Arnoldus Vnderualdius 200.a.3
 Arnus fl. 64.b.1
 Arnulphi & Berengarij fœdus 632.a.2
 Arnulphi Romam accessus 632.a.2
 Arpinas centurio. qui Ciceronis nomen ferebat. in cisterna perit 426.b.3
 Arpi 983.a.1
 Arsa fl. 116.b.3
 Arfacidarū progenies 132. a.2
 Aruermorum cædes 10.b.2
 Aruntis interitus 374.b.1
 Artabazus cū filijs uenit ad Alexandrum 771.a.1
 Artabus 319.a.1
 Artabani sermo 444.b.1
 Artabani cōsiliū 441.b.1
 Artachees 44.6.a.1
 Arthenea frequens uicus 207.a.4

Artaxasti facinus 577. a.2
 supplicium ibid.
 Artaxata delentur. 269. b.2
 Artaxata Hannibal condidit 84. a.2
 Artaxerxes 494. a. 1. 424. a.1
 Artaxerxis facinus. 479. a.1
 Artemisia 445. b.1
 Artemisias uiriliter oratio 455. b.1
 Artemisias uirtus 457. b.1
 Arthenius imperium occupat 550. b.2
 Arthurus 451. b.1
 Artificus fl. 367. b.1
 Artū aut disciplinarū præstantissimorū exempla 191. 192. 193. a.4
 Artybij equus bellacissimus 394. a.1
 Asa Æthiopem prælio superat. 203. b.1. eius potentia ibid. a.1
 Asahelis interitus 172. b.1
 Alamoneorū finis 209. a.2
 Asappi qui Turcis dicatur 77. b.3
 Alcalon 282. b.2
 Ascanius Euryleon 147. b.1
 Ascanius lacus 1137. a.2
 Ascanius Syluius 154. b.1
 Ascanius & Lodonicus Mediolanum recipiunt. 104.6. b.2
 Asparotus Gallorum dux 211. a.3
 Aspergæ deditio 395. a.3
 Aspernētū oppidum 671. a.3
 Asphaltites lacus 22. a.2
 Aspidis morsus 226. a.2
 Asseij interitus 650. b.3
 Assur 14. b.1
 Assyrij in urbem compelluntur 318. b.1
 Assyriorum cædes 20. b.1
 Assyriorū regibus anceps sententia 255. a.1
 Assyriorum dux à Dauide prostratus 178. b.1
 Assyriorum ritus 319. b.1
 Asia quando à Gothis inita 404. b.2
 Asia ubi angustissima 733. b.1
 Asia motus 891. b.1
 Asiāni imperij uariatio. 256. b.2
 Asilum inuaditur 307. b.2
 Asini caput 80. numis uenit 210. a.1
 Asilum Picininus occupat 1426. a.2
 Asopus fl. 464. a.1
 Asta urbs à Gallis recepta 1433. a.2
 Astapensium memorabile facinus 1025. a.1
 Astorgij prætexta 297. b.3
 Astulphi interitus 581. a.2
 Asturense bellum 230. b.3
 Asula opp. 153. a.3
 Asulam Calaber tumultus

se circumfedit 1529. a.2
 Asulam Sfortia oppugnare tentat 1452. a.2
 Asulani oppugnationē terribilem sustinent 153. b.3
 Asula & Cæcedi arces ultrō deditioem faciunt 1415. a.2
 Asylum à Romulo constitutum 242. a.1
 Athalia omnes regis stirpis occidi iubet 213. b.1
 eius cædes 214. a.1
 Athalia 426. b.2
 Athali recēs clades 428. a.2
 Athalarici institutio 459. a.2
 Athalarici regnū 460. b.2
 Athanasius damnatur 395. b.2
 Athanasius ab Arrianis pelitur 394. a.2
 Athanasij exilium 397. b.2
 Athalarici interitus 407. a.2
 Athaulphi Gothorum rex 417. b.2. eius consilium 77. b.3
 Athaulphi cædes 427. b.2
 Athlas rex 37. a.1
 Athlas mons 37. a.1
 Athlantes 107. b.1
 Astyochus apud Lacedæmonios criminatur. 606. b.1
 Astyagis facinus crudele 314. b. 1. capitur 317. b.1
 Cyrum alloquitur 314. b. 1. eius interitus 312. b.1
 Atlantis æuum 93. b.1
 Aternus amnis 234. b.3
 859. a.2
 Ateffenses ædes 259. a.4
 Ateffanorū res miserabili modo adficiat 1230. b.2
 Athenæ constituntur. 119. b.1
 Athenæ unde dictæ 48. b.1
 Athenæ occupantur. 1465. a.2
 Athenæ uerbis potentes 1053. b.1
 Athenæ diruntur & cremantur 462. a.1
 Athenæ iterum à barbaris occupantur 461. b.1
 Athenæ bis hostium manibus restitutæ 676. a.1
 Athenarū instauratio. 472. b.1
 Athenarū soboles 700. a.1
 Atheniensis reipublice institutio 279. a.4
 Atheniensis exercitus. 808. b.1
 Athenienses democratiæ studiosi 678. a.1
 Athenienses quandiu rerū potiti 630. b.1
 Athenienses Chersonneso potiuntur 467. a.1
 Athenienses bellum Ægine tisi inferunt 423. a.1
 Athenienses uincuntur. 560. b.1

b.1. 521. a.1. 547. a.1. 575. b.1
 Athenienses uicti 714. b.1
 Athenienses septem naues amittunt 607. a.1
 Athenienses pacem orant 630. a.1
 Athenienses Lacedæmonijs placati 679. a.1
 Athenienses ab Egeftanis acceruntur 583. b.1
 Athenienses Lesbum recipiunt 605. a.1
 inter Athenienses & Philippū belli causa quæ 1048. b.1
 Atheniensium duplex trophæum 561. b.1
 Atheniensium ad Alexandrum respōsum 461. b.1
 Atheniensium legatorū ex Sicilia reditus 583. b.1
 Atheniensium & Lacedæmoniorum pax 680. b.1
 Atheniensium tyrāni 636. a.1
 Atheniensium consiliū 592. b.1. expeditiones 593. a.1
 apparatus 595. a.1
 Atheniensium & Lacedæmoniorū fœdus 576. a.1
 Atheniensium fames 844. a.1
 Atheniensium fuga 560. b.1
 Atheniensium uariæ clades 521. b.1. 570. b.1
 Atheniensium clades ad Epipolas 597. b.1
 Atheniensium socij 558. b.1
 Atheniensium & hostium uariis conatus 606. a.1
 Atheniensium uictoria 612. a.1. & 613. a.1
 Atheniensium ultio in Lycidā 462. a.1. querelæ ad Lacedæmones ibid.
 Atheniensium studium in Alcibiadem 625. a.1
 Atheniensium clasis. Memphis parte potit 520. a.1
 Atheniensium responsum 537. b.1
 Atheniensium successus 570. a.1. 614. b.1. fuga ibid.
 Atheniensium clades ad Oropum 610. b.1. metus 611. a.1. fuga ibid. b.1
 Atheniensium facinus 464. a.1
 Atheniensium gratitudo 541. a.1
 Atheniensium legatorum uerba ad Lacedæmonios 535. b.1
 Atheniensium uerba in Philippum 1051. b.1
 Atheniensium uana oratio 52. b.2
 Atheniensium tristis discessus 601. b.1
 Atheniensium naues 533. a.1. 551. a.1. 587. b.1. 455. a.1
 Atheniensium clasis ad Ægos deletur 629. a.1
 Atheniensibus leges datæ 630. a.1

I N S A B E L L I C V M.
 Athesis fl. 215. b.4. 1148. b.2
 Athesis ortus 271. a.4. in Adriam euoluitur ibid.
 Athesis plurifariam scinditur 1512. b.2
 in Athesi corruando confilium 917. a.2
 Atis 320. b.1
 Athila an bis Italiam inuaserit 1086. b.2
 Athila Subthari succedit 1088. b.2
 Athilæ cruenta pugna 1088. b.2
 Athilæ aduentū urbis originem præcessisse 1091. a.2
 Athini motus 564. b.2
 Athos à continente absconditur 442. b.1
 Atthalia ciuitas 1477. b.2
 Atthalam clasisium præfecti oppugnare statuunt 1477. a.2
 Attalus propemodū à Philippo capitur 1021. a.1. eius transitus in Asia ibid.
 Attali uarium ingenium 1154. a.1. mors ibid.
 Attali gesta in Græcia 1020. a.1
 Attali regis postulata 1055. b.1
 Attali regis testamentum 1151. b.1
 Attreij diræ 130. b.2
 Attellanæ 691. a.1
 Attellanorum exordia 691. a.1
 Attendulus Mediolanensem agrum tumultuose inuafit 1429. b.2
 Attendulus & alij ex acie fugiunt 1435. a.2
 Attenduli successus circa Mediolanum 936. a.2
 Atticus equitatus fundi 540. a.1
 Attici 155. b.1
 Attica clasis 540. a.1
 Attica. nunc Sethina 949. a.2
 Atticæ clasis ad Corcyram adpulsus 588. a. 1. in Italiam adpulsus ibid.
 Atticæ ualatio 539. b.1
 Attilij cōsilijs casus 903. b.1
 Attilij uerba de Achæis 1078. b.1
 Attilij in Macedoniam accessus 1076. b.1
 Attilij ferocia 833. b.1
 Attyla Aquileiam obfidione cingit 222. a.4
 Attyla Italiam inuadit 437. a.2
 Attyla Galliā inuadit 433. b.2. eius copiæ ibid.
 Attyla & Hunni Sythæ 222. b.4
 Attyla de morte sibi conficēdo cogitat 221. b.4
 eius in Galliā expeditio ibid.

Attyla flagellū Dei 226. a.4
 Attyla in Tolofanis capis prælio uincitur 221. b.4
 Attyla & Bleda Hunnorum regnum occupat 121. a.4
 Attyla quas urbes cepit 439. a.2. eius progressus ibid. b. 2. miraculū 440. a.2. interitus ibid. b.2
 Attyla qua re motus Leonis ponti. fit obsequitus 226. a.4
 Attyla Hunnorum rex 221. a.4. 276. b.4
 Attylæ regia 221. a.4
 Attylæ forma 423. b.2
 Attylæ superbia 221. a.4. ei mores ibid. statura ibid. de eo fabula ibid. b.4
 Attylæ uisio 226. a. 4. fœtus ibid. b.4
 Attylæ oratio 435. a.2
 Attylæ & Etij conflictus 434. a.2
 Attylæ discrimen 222. b.4
 Attylæ Aquileiensium fuga unde auguratus 223. b.4
 Auares unde dicti 471. b.2
 Auares Forumulium obfidione cingunt 228. a.4
 in Auaros memorabile exemplum 767. b.2
 Auditores noui 291. a.4
 Auditores ueteres 290. b.4
 Auelini direptio 251. b.3
 Auentinum repetitur à legionibus & hostium de Auentino lex 492. a.1
 Auernus 111. a.1
 Auernam Galli recipiunt 253. a.3
 Auerrani Petrinij interitus 319. a.2
 Auidus fl. 941. b.1
 Auirritus in Comperthum copias armat 231. a. 4. in exilium eijcitur 231. a.4
 Augusta 262. b.3
 Augustæ occupatio 1273. b.2
 Augustinus Barbadicus 278. a.4
 Augustinus Barbadicus fratris successus 1541. b.2
 Augustinus 411. a.2. eius baptisimus ibid. scripta ibi. b.2
 Augustinus quandiu uixerit 412. b.2
 Augustini corpus ex Sardinia uehitur 565. b.2
 Augustini ara 256. b.4
 Augustus Iudææ tetrarchas constituit 252. b.2
 Augusti Cæsaris edictum. 235. b.2
 Augusti forma 249. b.2
 eruditio ibid. sepulchrum ibid. de Tiberio iudiciū 250. a.2
 Augusti adagium 237. a.2
 Augusti luctus 232. a.2

Augusti exitus 248. b.2
 & 249. a.2. opera ibid. felicitas 249. a.2. aduersa ibid.
 Augustulus imperio potiatur 447. b.2
 Augustulus imperio se abdicat 448. b.2
 Augusturum 831. b.1
 Augustij obseruatio 240. b.1
 Aulon 1507. b.2
 Aulonem barbari diripiunt 467. b.3
 Aulidem Victor Capellius ni capit 1465. a.2
 Auspicioium superstitio 288. a.1
 Aura 273. a.4
 Auracū sine uulnere in potestatem cōcedit 395. a.3
 Aurantius tormenti mortuifero ictu uulneratus 667. a.3. eum expirantem Cæsar complectitur 667. b.3
 Auratius Hispellum in sua potestatem redigit 300. b.3. Perusium recta contendit ibid.
 Aurantius Belgarum regulus 627. a.2
 Aurantius ad opprimendū Ferruccium contendit 345. a.3
 Aurantius gemina glande traiectus equo decidit 341. b.3
 Aurantius certum suæ cladis nuncium Antuerpiā tulit 585. a.2
 Auratius ad oppugnandā Cortonam proficiscitur 301. a.3
 Aurantius cum magna præda Neapolim reuertitur 253. a.3
 Auratij cadaver Pistorium deuehitur 343. a.3
 Aurantij cadaver extra milium oculos asportatur 342. b.3
 Aurantij ad milites uerba 340. a.3
 Aureus nummus unde ductus 512. a.2
 Aurea ædes 266. b.4
 Aureum uellus 88. a.2
 Aurei ducis obitus 1171. a.2
 Aurelianus xxxvj. imperator 371. a.2. eius promptitudo in pugna 371. b.2. se uerissimam animaduertitio ibid. dona uictoriarum 372. a.2
 Aurelianus Claudio succedit 220. a.4
 Aurelianus interficitur 374. b.2
 Aureliani curtus à cernis tractus 374. a.2
 Aureliani cōtinētia 375. a.2
 C. Aurelij cædes 62. b.2
 Aurelij imper. impietas 218. b.4

Aurelij

Aurelij imp. mors 218. b. 4
 Aurellum nouum numi ge-
 nus 1171. a. 2
 Aureolum oppidum à Pic-
 nino diripitur 1377. a. 2
 Auria in Græciam trajicit
 374. b. 3
 Auria cum tota sua peculia
 ri classe Hippenam con-
 tendit 442. a. 3
 Auria Coronei oppugna-
 re constituit 375. b. 3
 Auria Luciani atani sui in-
 teritum deflet 174. b. 3
 Auria sacramento militari
 se absoluit 265. a. 3
 Auriæ itaqua à populo de-
 cernitur 167. a. 3
 Auriæ Cæsar præcipit ut
 classem instruat 384. a. 3
 Auriæ terga dant 260. a. 3
 Aurius princeps 285. a. 4
 Aurius qua conditione Ge-
 nuam reuertitur 264. a. 3
 Aurius Chium insulam oc-
 cupat 1244. a. 2
 Aurius Mastropetrus 283. a. 4
 in Ciani locum suffectus
 1162. b. 2. 1169. b. 2
 Aurius cærea unam in suâ
 potestate redigit 1250. a. 2
 Aurum uicesimarium 1008. b. 1
 Aurificina uetus 260. b. 4
 Auri & argenti cõtemptus
 34. a. 2
 Aurunca Sueffa 725. b. 1
 Ansonum opes & excidiũ
 812. a. 1
 Auspiciõrum supersticio 288
 a. 1
 Aultria 909. a. 2
 Aultria unde dicta 471. b. 2
 Authomenes 231. a. 1
 Auetinum occupatur 504
 b. 1
 Auinio celsit ecclesiæ 812
 a. 2
 Auicus imperator 442. a. 2
 Auim casus 1067. a. 1
 Axon fl. 115. a. 2
 Axylum solum 1091. a. 1
 Azahel Adadam interimit
 211. b. 1
 Azalio multo auro se re-
 dimit 517. b. 3
 Azotum 531. b. 2
 Azymifus 309. a. 2

B

Baal 204. b. 1
 Baalis sacerdotũ cædes
 213. b. 1. templum dirutũ
 214. b. 1
 Baasa 202. a. 1. eius conatus
 irriti ibid. b. 1. cædes ibi.
 Babel turis unde appellata
 6. b. 1
 Baboni Brefechelli cohors
 terga uertit 41. a. 3
 Babylẽ martyris sepulchrũ
 400. a. 2
 Babylonius rex Ptolemai-
 dẽ obfidione cingit 1210

a. 2
 Babylon à Semiramide cõ-
 dita 767. b. 2. eius euerfio
 ibid.
 Babylon capitur 353. b. 1
 Babylonis apparatus 14. b. 1
 Babylonis expugnatio 319
 a. 1
 Babylonica turris caufa 6
 a. 1
 Babylonica arcis appa-
 ratus 761. b. 1
 Babylonica luxuries 761.
 b. 1
 Babylonij à Cyro deficiũt
 352. b. 1
 Bacchanalium ritus 1097. b
 1. indicium 1098. a. 1. capi-
 ra necantur ibid. b. 1
 Bacchus 87. b. 1
 Bacchi plures 70. b. 1
 Bachilio amnis 41. b. 3
 Bacepæ gentes unde dican-
 tur 414. a. 3
 Bactrianorum ortus 12. a. 1
 Bactrianorũ ferocia 745. b. 1
 Badij & Cryspini fingulare
 certamen 988. b. 1
 Badoarius moritur 112. a. 2
 Badoarij unde 1103. a. 2
 Bagnacauallũ à Borsio A-
 stensi reperitur 1454. a. 2
 Bagrada amnis 440. b. 3
 Baiamons Tepulus in pa-
 triam coniurat 1217. a. 2
 Baiamons à muliercula mo-
 lari lapide supernè deie-
 cto penè exanimat 1218
 a. 2. eius ædes ibid.
 Baiantus Porrus 263. a. 3
 Baiardus ad oppugnandã
 Cremonã mittit 215. a. 3
 Baiazetes 994. b. 2
 Baiazetes Achomatẽ mo-
 net ut ab Chalcedone ab-
 scedat 89. a. 3
 Baiazetes aciem constituit
 87. b. 3
 Baiazetes de successore de-
 ligẽdo agit 82. a. 3. eius
 tres filij ibid.
 Baiazetes quidnam confi-
 lij capter incertus 92. a. 3
 Baiazetes ab Hãmone ue-
 neno necatur 94. a. 3
 Baiazetes ad Achomatem
 legati 90. b. 3
 Balbus Gallutius capitali
 supplicis afficit 1283. b. 2
 Baldacha olim Babylo 767
 b. 2. 955. b. 2
 Baldoinus imperium fufci-
 pit 1182. b. 2
 Baldoinus à Dalocho Par-
 thorum rege captus 1150
 b. 2
 Baldoinus Ptolemaidem
 oppugnat 1147. a. 2
 Baldoinus Burgenfis Hie-
 rofolymã rex declarat 1148.
 a. 2. eius creãdi quis
 author ibid.
 Baldoini interitus 1148. a. 2
 Balduinus ij. rex 695. b. 2

Balduinus rex creatur 690
 a. 2. eius gesta 691. a. 2
 Balduinus imperator crea-
 tur 733. a. 2
 Balduinus Flandrenfis im-
 perator declarat 1177. a. 2
 Balduinus uictus capitur
 698. a. 2
 Balduini gesta 702. a. 2
 Balduini gratitudo in Ve-
 neros 691. b. 2
 Balduini miserabilis ino-
 pia 760. b. 2
 Balduini interitus 1178. a. 2
 Balachi uaticinium 65. b. 1
 Balearis insule minoris cla-
 des 445. b. 3
 Balearis insulæ 10. a. 2. 936
 a. 1
 Baleia domus 265. b. 4
 Balconus faucius ad Italos
 pedites se recipit 650. b. 3
 Balconus cur Venetias cõ-
 tenderit 42. b. 3
 Balconus Heluetijs se inun-
 git 4. a. 3
 Balconij milites terga dãt
 41. b. 3
 Balifus amnis 134. a. 2
 Balneolum Alphoniũ oc-
 cupat 1526. a. 2
 Balsamũ ubi nascit 79. b. 1
 Balsamus 90. b. 2
 Balsera emporium 418. b. 3
 Balthasar Carduccius signi-
 fer 230. a. 3. Clementis di-
 gnitatẽ profcindit. ibid.
 Balthafaris Pãphili oratio
 477. a. 3
 Balthafaris uifio 327. a. 1
 Balthafaris Cossæ epita-
 phium 851. b. 2
 Baltaces nobilis Sanzacus
 interficit 617. a. 3
 Banderesij Romæ 822. b. 2
 Banni dolus 1219. a. 2
 Bantij recõciliatio 964. a. 1
 Bapalma 461. a. 3
 Baptista Corfus agrẽ locũ
 defendit 458. b. 3
 Baptista Archintus quibus
 uerbis Cæsarem sit allo-
 quutus 487. b. 3. ad Pero-
 notum Granuellium re-
 mittitur 488. a. 3
 Baptista ædes 254. a. 4
 Baracanis Cantabri constã-
 tia 326. a. 3. eius interitus
 ibid.
 Barachus Taborum occu-
 pat 88. b. 1
 Barbara 388. a. 2
 Barbaræ corpus 261. b. 4
 Barbaræ mulieris facinus
 789. a. 1
 Barbarus amnis 1136. b. 2
 Barbarus uicus 263. a. 4
 Barbari fauitia 1327. a. 2
 Barbarici principis interi-
 tus 1063. b. 2
 Barbarorum multitudo 36
 b. 2
 Babylon 1010. b. 2. unde di-
 cta 6. b. 1

Barbarorum cædes 122. a. 2
 clades 460. b. 1
 Barbarorum atrox pugna
 1008. a. 2
 Barbadi obitus 1540. b. 2
 eius monumentum 1541
 a. 2. cadauer exeteratum
 ibid.
 Barbaruffa ad Tolonis por-
 tum reuehitur 636. b. 3
 Barbaruffa ad Nicæam pro-
 uincie classem admouet
 633. a. 3
 Barbaruffa ad belli gerẽdi
 cogitationes se conuertit
 428. b. 3
 Barbaruffa Christianos in
 ergastulis concremandi cõ-
 silium capit 438. a. 3
 Barbaruffa in Africam tra-
 cit 406. a. 3
 Barbaruffa receptui canere
 cogitur 489. b. 3
 Barbaruffa ad Appianum
 literæ 660. a. 3
 Barbesius cur ab Armori-
 co oceano sit euocatus
 248. a. 3
 Barbolani ciuitate eiekti
 1110. b. 2. Lodouico imp.
 annitente in ciuitatem
 restituntur ibid.
 Barces conditio 372. b. 1. op-
 pugnatio 373. b. 1
 Barcearum clades 374. a. 1
 Barchalonius deditioem
 facit 120. b. 3
 Barcoij interitus 624. b. 3
 Bardolinũ oppugnatione
 tentatur 1299. b. 2
 Barga oppidum à Florenti-
 nis repetitur 1372. a. 2
 Bargiam Galli in suam po-
 testatem redigũt 515. b. 3
 Barnabæ martyriũ 265. a. 2
 Barnabæ limina 255. b. 4
 Barrara urbs patriarchæ se-
 des 193. a. 3
 Barrhium montem Atten-
 dulus diripit 1430. b. 2
 Barfane cum filio à Cassan-
 dro interficitur 824. b. 1
 Bartholomæus Gradoni-
 cus 806. a. 2
 Bartholomæus Albanus
 1079. a. 2
 Bartholomæus Putius 255
 a. 4
 Bartholomæus Coleo 967
 b. 2
 Bartholomæus Gradoni-
 cus Danduli successor
 1236. a. 2
 Bartholomæus Spirite in
 Rangonis potestate ue-
 nit 319. a. 3
 Bartholomæi uestibulum
 267. a. 4
 Bartholomæi è fano Fortu-
 nae interitus 315. b. 3
 Bartholomæi Bergomatia
 statua 262. b. 4
 Basilius Ancyranus 396. b. 2
 Basilius Smolenchum pro-
 ditione

ditione capit 66. a. 3
 Basilicus imperio potitur
 447. b. 2
 Basilij oratio 67. b. 3. fuga
 69. a. 3
 Basilij & Cõstantini fratru
 gesta 650. a. 2
 Basilij aquæ 254. b. 4
 Basilij Ripæ interitus 207
 b. 3
 Basiliquæ 277. a. b. 4
 Basilicon expugnatur 1468
 b. 2
 Basilicus Romæ extinctus
 622. b. 2. eius forma ibid.
 Basiliscum tormetum 242
 b. 3
 Bassium atrium 260. b. 4
 Balsianus xxij. imperator
 341. a. 2. eius figura ibid.
 Balsi uestibulum 268. a. 4
 Bastermæ 380. a. 2. 1109. b. 1
 Basternarum ars 1110. a. 1
 Batauorum mores 288. b. 2
 Bathonis interitus 755. a. 2
 Bauaricum bellum 593. b. 2
 Bauari ab Herrico superati
 235. a. 4
 Bauaria unde dicta 471. b. 2
 Beatrix Philippo Viceco-
 miti nubit 845. a. 3
 Beatrix Accioni in matri-
 monium locatur 1216. a. 2
 Beatrix miserabilis exi-
 tus 850. b. 2
 Bebiacum præsidium reci-
 pitur 1302. a. 2
 Bebiãna turris à Parauinis
 oppugnata 1181. a. 2. à Cia-
 no ualido præsidio mu-
 nitur ibid.
 Bebiãna mola 271. b. 4
 Bebiãna turris expugnatio
 1283. b. 2
 Bebius 1055. a. 1
 Bebius uerat regẽ dari 20. b. 2
 Bebrica pugna 280. b. 3
 Bedas 558. a. 2
 Beomontij signiferi casus
 133. a. 3
 Belleforre oppugnatur 1426
 a. 2
 Belgæ proffigantur 585. a. 3
 Belgarum copiar 114. b. 2
 Belgarum exercitus solui-
 tur 115. a. 2
 Belgica 418. a. 2
 Belgici belli causæ 114. a. 2
 Belgicum bellum 627. a. 3
 Belgrado Mahometes Ia-
 hiaoglis præest 473. a. 3
 Belgradũ à Solymano ex-
 pugnatur 211. b. 3
 Bellerbechus à Persæ mili-
 tibus circumuentus 78
 a. 3
 Bellerbechus palo infigi-
 tur 79. b. 3
 Bellerus Venetas copias in
 Dalmatia trajicit 1218. b. 2
 Bellerbechi cum Techelle
 prælium 77. a. 3

Bellerophontis expeditio
 87. a. 1
 Bellica instituta 69. a. 1
 Bellica uirtus 35. a. 2
 Bellici regum apparatus
 927. b. 2
 Bellicus apparatus 207. b
 4. 843. a. 1. 730. a. 2
 Bellum sacrum circa Del-
 phos 522. b. 1
 Bellum sociale in Viceco-
 mitem 824. a. 2
 Bellum nauale 720. b. 2
 Bellũ seruile in Sicilia 1147
 b. 1
 Belli socialis origo 43. a. 2
 Belli ciuilis caufa 48. b. 2
 Belli indicendi forma 277
 b. 1. 915. a. 1
 Belli cum Pipino gesti cau-
 sæ 603. a. 2
 Belli renouati initia 881. b. 2
 Belli ciuilis femina 144. b
 2. causæ 145. b. 2
 Belli causæ à Fœderico gesti
 713. b. 2
 Belli noui origo 1065. a. 2
 Belli imminentis terror
 1024. a. 2
 Belli renouati caufa 877. a. 2
 Belli seruilis exitus 1154. a. 1
 Bellinus pingendi peritifi-
 mus 1487. a. 2
 Bellorum ceremoniæ 277. a. 1
 Bellorum uarij motus 594
 b. 2
 Bellorum noui motus in
 Asia 820. a. 1
 Belesus astrorũ peritus 224
 b. 1. Babylonis præfectus
 226. b. 1
 Belesi præfecti consilium
 224. a. 1. fraus 226. b. 1
 Belisarius iterum in Italiã
 mittitur 482. b. 2. eius in
 Italiã reditus ibid. con-
 silium 484. a. 2
 Belisarius penè interficitur
 473. b. 2
 Belisarius Crotonem perit
 492. a. 2. urbem inaurat
 492. a. 2. in Græciam re-
 uocatur 493. a. 2. eius au-
 dax facinus 491. a. 2. con-
 silium 492. b. 2
 Belisarius incidit in febrim
 487. b. 2
 Belisarij temeritas accusa-
 tur 468. b. 2
 Belisarij cauillum 477. b. 2
 dona 478. a. 2
 Belisarij consilium 470. b. 2
 Belisarij & Vitigitis indu-
 ciæ 472. b. 2
 Belisarij gesta 462. b. 2. ac-
 cessus in Italiã 462. a. 2
 Belisarij consilium 487. a. 2
 frategema ibid.
 Belisarij frategema 472. a
 2. consilium 475. a. 2
 Belisarij successus in Italia
 465. a. 2. oratio ibid. b. 2
 Belisario Roma deditur
 467. a. 2

Belmares Gallorum equi-
 tum manũ delect 251. b. 3
 Bellouesufus dux 210. b. 4
 Bellouesufus qua Alpiũ par-
 tem in Italiã eruperit 213
 b. 4
 Bellouesufus & Syngouesufus
 fratres 212. b. 4
 Beltrandus unus costiura-
 torum 1253. a. 2
 Beluarum amicitia 42. b. 1
 Bembus clasis præfectus
 874. b. 2
 Bembus Cremonam reuer-
 titur 1348. a. 2
 Bembus in noua pugna
 genus incidit 1347. b. 2
 Benacus 290. a. 2
 Benacus lacus 1321. b. 1
 Benacus amoenissimus Ita-
 liæ locus 1380. a. 2
 Benedictus pōtifex 511. a. 2
 Benedictus pontifex 625. b
 2. eius pietas ibid.
 Benedictus pontifex max.
 547. b. 2. eius opera 548
 a. 2
 Benedictus pontifex quan-
 do Venetias uenerit 1110
 b. 2
 Benedictus iij. pontifex
 633. b. 2
 Benedictus vj. pōtifex 548
 a. 2
 Benedictus vij. pontifex
 649. b. 2
 Benedictus viij. pontifex
 658. b. 2
 Benedictus Triuisanus 248
 b. 4
 Benedictus Collio Misistra-
 tum mittitur 1459. a. 2
 Benedictus ix. pontifex
 663. b. 2
 Benedictus x. pōtifex 666
 b. 2
 Benedictus xj. pōtifex 788
 a. 2
 Benedictus xij. pontifex
 800. a. 2
 Benedictus xij. pontifex
 835. a. 2
 Benedictus pontificatu abi-
 re noluit 846. b. 2
 Benedictus Triuisanus 279
 a. 4
 Benedictus Pisaurius clas-
 si præficitur 1049. b. 2
 Benedicti uetusta cõdes 267
 a. 4
 Benedicti Bondelmãtis re-
 sponfio 352. b. 3
 Benedicti dogma 459. a. 2
 Benedicti corpus in Galliã
 transfertur 558. b. 2
 Beneuentanũ bellũ 597. b. 2
 Beniaminij ceduntur 81. b. 1
 Bentiuolus à Iulio pontifi-
 ce Bononia expellit 1. a
 3. apud Mediolanum in
 exilio perit ibid. eius do-
 mus eueritur ibid.
 Bentiuoli suppliciu 897. a. 2
 Berengarius imperator de

claratur 234. b. 4
 Berengarius imperium ex-
 Francorum manibus ex-
 torquer 235. b. 4
 Berengarius Lodonicum
 regem uincit 234. b. 4
 Berytus deditioem facit
 169. b. 3
 Berengarius Hungaris oc-
 currit 113. b. 2. uictus ex-
 acie aufugit ibid.
 Berengarius prælio uinci-
 tur 635. a. 2
 Berengarij cõfessio 675. b. 2
 Bergomi munitio 268. a. 3
 Bergomum & Brixia Ve-
 neto cedunt 877. a. 2
 Bergomates leuitatis suæ
 poenas dant 57. b. 3
 Bergomates hybernorum
 incommoda soli tolerat
 45. a. 3
 Bergomates ab Hispanis
 in fidem recipiuntur 46
 b. 3
 Bergomatium è mœnibus
 clamor 46. a. 3
 Bernabouis filia 823. a. 2
 Bernardinus Senensis 937
 a. 2
 Bernardus rex à Ludonico
 deficit 615. a. 2. capitali
 supplicio afficitur ibid.
 Bernardi Iustiniani ad pō-
 tificem literæ 1523. a. 2
 Bernardi aliter 117. a. 3
 Bernardi professio 694. a. 2
 Bernardi reditus in Italiã
 611. b. 2
 Bernardinus Caldareus ad
 Venetos transfugit 202
 b. 3
 Bernardinus Caruaial &
 Fœdericus Sanfeuerinas
 pseudocardinales 33. a. 3
 Bernardini Senensis conse-
 cratio 951. a. 2
 Beronices cædes 891. b. 1
 Bersabea Vria 178. b. 1. Da-
 uidi iungitur 179. a. 1
 Bertæ transfugium 855. a. 2
 Bertrandus obruncat 228
 a. 4. eius sepultura ibid.
 Bertoldus ad Parauinorũ
 opes confugit 1181. a. 2
 Bertoldi interitus 1459. a. 2
 Berrucius sagitta icus cõ-
 cidit 1290. b. 2
 Berytus urbs maritima 1143
 a. 2
 Bessus Alexandro traditus
 775. b. 1
 Bessus & Nabarzanes Da-
 rium confodiunt 767. b. 1
 Bessi ira 774. b. 1
 Bessi interitus 786. a. 1
 Betelon opp. 1143. a. 2
 Bethfagæ reginæ præfe-
 ctus interficitur 192. a. 3
 Bethlis oppidum 420. a. 3
 Bezecus rex 79. b. 1
 Bibaculus 39. b. 3
 Bibliotheca concrematur
 165. a. 2
 Bichius

Bichius cur à Malatesta comendetur 322.a.3
 Bidon cum Diadorio caprus, cum fatari à Selymo iuberetur 178.b.3
 Binonius arcem Cremonensem tradit 43.b.3
 Biorum subiugatio 1073.a.1
 Biragi & Borticellæ interitus 273.a.3
 Bisannes fluvius 458.b.3
 Biserrani Turcas oppido recipiunt 409.b.3
 Bos fatalis 309.b.1
 Bistonium 1423.b.2
 Bithias 1137.a.1
 Bituricus 10.b.2
 Byzantium ab Atheniensibus deficit 609.b.1
 Blafcus capite plectitur 449.b.3
 Blafiana ara 265.a.4
 Blafij fanum 272.a.4
 Blemia 107.b.1
 Blemia quando Romæ uisum 379.b.2
 Blondus diligētissimus temporum computator 1205.b.2
 Blodus Forliuensis 377.b.4
 Blondum in historia plura scripsisse, quam recetiorum ullus 1100.a.2
 Bocchar 1035.b.1
 Bocchus & Ingurtha Marium inuadunt 30.a.2
 Bocchus Ingurthæ iungitur in Rom. 28.a.2
 Bochi & Syllæ congressus 31. b.2. eius responsum 31.a.2
 Boetius 456.b.2
 Boetij interitus 458.b.2
 Boemundus in Asiam trāsmittit 1136.a.2
 Boemundus ad Antiochia progressus 1140.a.2
 Boemundi consiliū 684.a.2
 Boemundi auctoritas 1141.b.2
 Boemundi & Rogerij pax 679.b.2
 Boemūdi interitus 693.a.2
 Boemundo Antiochia data 1142.a.2
 Bohemia, & eius gētis mores 870.b.2
 Bohemicum bellū 609.a.2
 Bohemi Ferdinando regi parent 368.b.3
 Bohemi, Poloni & Sclau una lingua utuntur 459.b.2
 Bohemorum mos 368.b.3
 Bohemorum persuasio 871.a.2
 Boij 106.b.2. 1206.a.2
 Boiorum defectio 917.b.1
 Boleslaus Boemus ab Othone capitur 642.b.2
 Bolonia in adulterij suspicionem uenit 464.a.3
 Bolonij fratres apud Alexium subsident 1135.b.2

Bolonia Gallis restituitur 707.b.3
 Bomilicharis supplicium 864.a.1
 Bombardæ usus 827.a.2
 Bona Vbiorum oppidum 627.a.3
 Bona deæ 102.a.2
 Bonofus unde ortus 380.b.2. eius adagium ibid.
 Bononia 518.b.2. 1087.a.1
 Bononia tentatur 1057.b.2
 Bononiam Heluetij hostiliter diripiunt 121.a.3
 Bonifacius imp. 429.a.2
 Bonifacius secundus pontifex 461.a.2. eius decreta 462.a.2
 Bonifacius iij. pontifex 528.a.2
 Bonifacius iij. pontifex 528.b.2
 Bonifacius v. pont. 534.a.2. eius decreta ibid. b.2
 Bonifacius vi. pont. 632.b.2
 Bonifacius vij. pont. 649.a.2. eius facinus ibid. b.2
 Bonifacius viij. pontifex 783.a.2
 Bonifacius nonus quo anno Iubileum condiderit 1316.b.2
 Bonifaci* Cyni comes 617.b.2. eius uirtus ibid.
 Bonifacius Montferratensis rex declaratur 1179.a.2
 Bonifacius Columnios infectatur 783.b.2
 Bonifacius Thessaliæ rex declaratur 1177.b.2. 1182.a.2
 Bonifacius sine prole decessit 391.a.3
 Bonifacij interitus 434.b.2 788.a.2
 Bonifacij Parmensis interitus 315.b.3
 Bonifortij ceterionis interitus 568.a.3
 Bononiensis belli origo 771.a.2
 Bononienses qua conditio ne pacem accipiant 1206.a.2
 Bononienses prælijs omnibus superiores 1206.a.2. eorum copiae ibid.
 Bononiensium fraudē Tempulus sentit 1205.b.2
 Bononiensium opes 772.a.2
 Bonus Bragadinus cur supplicio capitali affectus 1104.b.2
 Bœotia nunc ducatus 949.a.2
 Bœotij uincuntur 521.a.1
 Bœotiorum acies 569.b.1
 Bœotiorum consilium in Delo oppido expugnado 570.a.1
 Boratio Malaspinae omnium militum causa tuēda demandatur 1206.b.2
 Borrachinus capitur 261.b.3
 præsidium eius fugatur ibi.

Borbonius suburbana restat incendi iubet 154.a.3
 Borbonius Romam peruenit 219.b.3
 Borbonius ab equitibus capitur 276.a.3
 Borbonius cognomento S. Pauli regulus capitur 272.b.3. quomodo in Antonij Lenæ potestatem uenerit 273.b.3
 Borbonij & Triuultij castra 127.b.3. acie instruit 128.a.3
 Borbonij interitus 220.a.3 129.a.3
 Borbonij Antonius ex insperato aggreditur 275.b.3. eius acies terga uertit 276.a.3
 Borcellonia uallis 119.a.3
 Borellius Simonem Romanum fundit 271.a.3
 Borgiæ metus 1079.b.2. 1080.b.2
 Borgiæ celeritas 1066.b.2
 Borgiæ ars in Vrbinis capiedis 1069.a.2
 Borgiæ astus 1065.b.2
 Boristhenes 284.b.1
 Bornemissa Hungarus 543.b.3
 Bornemissa dedititios magistratui tradit 63.a.3
 Bosphorus 1245.b.2
 Bosphorus Cimmerij 950.b.1
 Bosphorana pugna naualis 813.a.3
 Bosphori Thracij angustia 367.a.1
 Bosphoro pons infusus 367.b.1
 Bostanges hortorum præfectus 86.a.3. ei Selymus filiam despondet ibid.
 Bostanges Selymi gener 96.a.3
 Bostar obsidum Hispanorum custos 936.b.1
 Borsius nihil antiquius habuit quam Venetum nomen colere 1508.b.2
 Borsio Æstesi Hercules surrogatur 1480.a.2
 Bortus mōs subigitur 1441.b.2
 Bottiaei 116.b.1
 Boues syluestres 126.b.2
 Bouolentæ direptio 36.a.3
 Bracchij interitus 861.b.2
 Brachiani 837.a.2
 Bracchius 237.b.4
 Bracchius 850.b.2
 Bragola quid præcis Venetis 265.a.4
 Bragolana area 266.a.4
 Bragolarium 265.b.4
 Bragolana aedes 265.a.4
 Bragolanum 265.b.4
 Braida diligentem operam reipub. nauat 1387.a.2
 Brais fl. 1143.a.2

Brandolinus graue uulnus accipit 1393.b.2
 Brasidæ hortatio 571.b.1
 Brasidæ ad milites oratio 575.a.1. mors 576.a.1
 Braulinū oppugnatur 237.b.4
 Brennus 650.b.1
 Brennus Delphos agmen ducit 860.a.1. eius copiae ibid. interitus ibid. b.1
 Brennio amnis 43.a.3 138.a.3
 Brentham duplicem cur recenciores faciant 273.a.4
 Brento 271.b.4
 Brentius 701.b.3
 Breuia & Syrtis 884.a.1
 Briantij ad Tricium se recipiunt 1441.b.2
 Brigida 459.b.2
 Brigida mulier sanctissima 822.a.2
 Brigantiorū regio armis oppressa diripit 1430.b.2
 Brilaccus in Atestini equites incidit 669.a.3. ad suos refugit ibid.
 Briscorum castellū 584.a.3
 Britanni palustribus locis tuebantur 333.a.2
 Britanni dat obfides 124.b.2
 Britanni cæduntur 269.b.2
 Britanni strages 270.a.2
 Britannici unioes 127.b.2
 Britanni belli causa 123.a.2
 Britanorum mores 126.b.2 964.b.2
 Britanorum migratio 509.b.2
 Britanniauectigalis 127.b.2
 Britannia alienatur 432.b.2. eam Angli occupant ibi.
 Britannia nomen in Angliā abiit 448.b.2
 Britannia ritus 126. a.2. filius ibid. noctes ibid. b.2
 Britannia exploratio 123.b.2
 Britannia noui motus 430.b.2
 Britones 592.b.2
 Brixia arx 1340.a.2
 Brixia annona mirum in modum relaxata 1413.b.2
 Brixia graui obsidione a Lucho premitur 1232.b.2
 Brixia oppugnatur 912.b.2
 Brixia à Venetis capta 1340.b.2
 Brixiani interitus 1353.b.2
 Brixianorū uexillū 920.a.2
 Brixienfis in Italum ferocimperum facit 1398.a.2
 Brixieses Salodium oppugnatione constituunt tētare 1398.a.2
 Brixieses perpetua immunitate donantur 1417.a.2
 Brixieses fame pestilentiaq; nō minus quam alsiduo hoste domiti 1397.b.2
 Brixien-

Brixienfis agrī oppida de ditionem faciūt 1353.b.2
 Brixienfi arci obiecta munitione 872.b.2
 Brixienfium quinq; millia pestis ademit 1399.b.2
 Brixellum à Longobardis dirigitur 518.b.2
 Brixillū inuaditur 1347.a.2
 Brundulum 1097.b.2
 Brūdulum ostium 271.b.4
 Brundulanum portum Pisanus obstruit 1297.a.2
 Brunduli munitio 581.b.2
 Brūdusinus portus 1276.a.2
 Brundusium à Veneto occupatur 1146.b.2
 Brundusium Venetæ trimes concedunt 1276.a.2
 Brugnolæ direptio 457.a.3
 Brunfucius Brixianus & Bergomatem agros populatur 268.a.3
 Brutia 865.a.1
 Brutij & Lucani à Gothis deficiunt 486.b.2
 Brutij unde dicti 684.b.1
 eorum opes 865.a.1
 in Brutijs nouū aduersus Cæsarianos bellum excitatum 245.a.3
 Brutiorum origo 241.a.2
 Brutus Stoicus 191.b.2
 Brutus gladio incubit 196.a.2. in eius carmine omē ibid. b.2
 Brutus 336.b.1. oscula terram ibi. eius donum Apollini datum ibid. uerba ad populum 338.b.1
 Bruti cædes 187.a.2
 Buccanigræ interitus 497.b.2
 Buccetaurus nauis 1008.b.2
 Bucephalus capitur 771.a.1
 Bucephalia urbs 796.a.1
 Bucephali interfectio 795.b.1
 Buceri obitus 710.a.3
 Bucichalus à Galeoto Gōzaga hostiliter proftratus 1316.b.2
 Buda à Rochandulpho oppugnatur 541.b.3
 Buda Ferdinandus potitur 306. b. 3. itē Solymanus 218.b.3
 Budalia urbs 221.b.4
 Budenses metu percussis, ferē omnes ex urbe profugunt 310.b.3
 Bufalerius portus 1306.a.2
 Bulachum 181.b.3
 Bulgaricum bellum 550.a.2
 Bulgari Rom. sunt ecclesie 628.a.2
 Bulgari 546.a.2
 Bulgarorū regis pietas 627.a.2
 Burgum & Cornariā Mellita uicinitate 1387.b.2
 Burgundiones 403.a.2
 Burgundij à Francis uincuntur 469.a.2

Burgundij Italiam inuadunt 450.a.2
 Burgundij & Gothi funditur acie 507.b.2
 Burgūdi 418.a.2. fidē Christi recipiunt 423.a.2
 Buscha castellum 516.a.3
 Bufferus fl. 1393.b.2
 Bustris 70.a.1
 Bustris mors 109.a.1
 Bulsij Ambofij interitus 129.a.3
 Buranum 275.b.4
 Butriū quot stadijs ab Vri no distet 207.a.4
 Butrium à Radulpho capitur 239.a.4
 Butriensū defectio 236.b.4
 Butrotum oppidum atrociter diripitur 471.a.3
 Buzia Ptolemæo V zicatha 578.b.3
 Buziā Nauarrus capit 2.b.3
 Byria 190.a.1
 Byria deditur 1139.a.1
 Byrhinia unde 47.b.2. eius situs 48.a.2
 Byzantium 275.a.1. 624.a.1 950.a.1
 Byzantium à quo conditū 1174.a.2. eius situs ibid.
 Byzantium Paleologo celsit 761.a.2
 Byzantiū Alexio proditur 674.b.2. diripitur ibid.
 Byzantium oppugnatur 731.b.2
 Byzantium propemodum excidio deditur 331.a.2
 Byzantium capitur 948.a.2
 Byzantium à Gallis & Venetis capitur 733.a.2
 Byzantium oppugnatur à Turcis 947.b.2
 Byzantiū leuatur obfidio ne à Venetis 1191.a.2
 Byzantium à Philippo obfessum 716.b.1
 Byzantini muri 329.b.2

Cæcilius 1108.a.1
 Cæcilia caput 258.b.4
 Cæcias 260.a.2
 Cædium memorabiliū exempla 112. 113. 114. a. 4
 Cælestinus ij. pont. 704. b. 2
 Cælestinus iij. pont. 727. a. 2
 Cælestinus iij. pont. 751. b. 2
 Cælestinus v. pont. 782. b. 2
 Cælestinorum ordo 783. a. 2
 Cælestina aedes 265. a. 4
 Cænomanorū motus 44. b. 3
 Cæsar astrologiæ uacat 167. b. 2. in Pharmacē mouet 168. a. 2. regiā signa Deo taro restituit ibi. b. 2. Romiam reuertitur 169. a. 2
 in Aphricam traicit ibi. hostes fugat 170. b. 2. quater triumphat 172. b. 2. in Hispaniam proficiscitur 173. b. 2. eius nauis ad Lepitum concremantur 171. a. 2. uictoria aduersus Varum ibi. trinis castris hostem exiit ibi. b. 2. ad extintum Catonē uerba 172. a. 2. quater triumphat ibi. b. 2. munificencia 173. a. 2. discrimen 174. a. 2. honores ibidem b. 2. cædes 176. a. 2. figura ibi. f. unus 177. b. 2. ei inuidia orta 174. b. 2. columna statuitur 178. a. 2
 Cæsar & Henricus ad aliā belli gerēdi rationē omnes cogitationes conuertunt 31. b. 3
 Cæsar in Hispaniam proficiscitur 103. a. 2
 Cæsar & Bibulus consules 103. b. 2
 Cæsar Gallias prouincias adipiscit 104. a. 2. in Galliam proficiscitur ibid.
 Cæsar in hyberna concedit 113. a. 2
 Cæsar in Italiam reuertitur 107. a. 2
 Cæsar pacem Treuiris redit 125. b. 2
 Cæsar iterum Rhenum superat 136. b. 2
 Cæsar in Comatam reuocatur 139. a. 2
 Cæsar Ludouico neptem suam in matrimoniu collocat 146. b. 3
 Cæsar plures urbes occupat 149. a. 2
 Cæsar Valentinus 1045. a. 2
 Cæsar & Heluetij aduersus Gallos expeditionē parant 151. b. 3
 Cæsar Augustus salutatur 153. a. 3
 Cæsar militum seditionem reprimat 154. a. 3
 Cæsar Pompeij castra irruit 159. a. 2. castra mouet 160. a. 2. Thessaliā irruit ibi. eius uerba ad mi-

lites 159. b. 2. facinus 161. a. 2. litera ad Ciceronem 162. b. 2
 Cæsar Francisco regi fororem in matrimoniu collocat 216. a. 3
 Cæsar Foroliuensis obsidetur 318. b. 3
 Cæsar in Spinulanis irruit 261. b. 3
 Cæsar in Ægyptum uenit 164. b. 2
 Cæsar Genuam peruenit 285. a. 3
 Cæsar Germanos inuicit 368. a. 3
 Cæsar pacem in Italia tuetur 390. a. 3
 Cæsar periculoso anginae morbo laborat 293. b. 3
 Cæsar multis de causis Bononiae coronari statuit 294. b. 3. singulos legatos quingētis aureis donat ibid.
 Cæsar multos nobiles equitū dignitate donat 298. b. 3
 Cæsar in uerba ex libris pontificijs cōcepti iurat 295. b. 3. oleo inungit 296. a. 3
 Cæsar in Italiam redire cōstituit 370. a. 3
 Cæsar Mediolani summō omnium studio suscipitur 178. a. 2
 Cæsar à Clemente excipitur 381. a. 3
 Cæsar Barbaros in fugam conijcit 435. b. 3
 Cæsar porrecta manu humaniter Muleassem cōplectitur 435. a. 3
 Cæsar milites ægrē in acie continet 436. b. 3. eius cū Daualo colloquium 437. a. 3
 Cæsar Romæ triumphali pompa excipitur 451. a. 2
 Cæsar circa Forum iulij aduenientes copias in unū cogit 454. b. 3
 Cæsar in Hispaniam nauigat 502. b. 3
 Cæsar Mediolani honorificē excipitur 566. b. 3
 Cæsar Vormaciā uenit 675. b. 3. Augustam ad comitia contendit 707. b. 3
 Cæsar ad nouæ Carthaginis portū appulit 579. b. 3
 Cæsar Genuæ honorificē excipitur 610. b. 3
 Cæsar triumphali pompa excipitur 442. a. 3. Neapolim peruenit ibid.
 Cæsar bellū aduersus Gallos parat 446. a. 3
 Cæsar pro rostris laudatur b. 2
 Cæsar & pontificis colloquium 568. b. 3
 Cæsar ad milites uerba 575. a. 3

lites 159. b. 2. facinus 161. a. 2. litera ad Ciceronem 162. b. 2
 Cæsar Francisco regi fororem in matrimoniu collocat 216. a. 3
 Cæsar Foroliuensis obsidetur 318. b. 3
 Cæsar in Spinulanis irruit 261. b. 3
 Cæsar in Ægyptum uenit 164. b. 2
 Cæsar Genuam peruenit 285. a. 3
 Cæsar Germanos inuicit 368. a. 3
 Cæsar pacem in Italia tuetur 390. a. 3
 Cæsar periculoso anginae morbo laborat 293. b. 3
 Cæsar multis de causis Bononiae coronari statuit 294. b. 3. singulos legatos quingētis aureis donat ibid.
 Cæsar multos nobiles equitū dignitate donat 298. b. 3
 Cæsar in uerba ex libris pontificijs cōcepti iurat 295. b. 3. oleo inungit 296. a. 3
 Cæsar in Italiam redire cōstituit 370. a. 3
 Cæsar Mediolani summō omnium studio suscipitur 178. a. 2
 Cæsar à Clemente excipitur 381. a. 3
 Cæsar Barbaros in fugam conijcit 435. b. 3
 Cæsar porrecta manu humaniter Muleassem cōplectitur 435. a. 3
 Cæsar milites ægrē in acie continet 436. b. 3. eius cū Daualo colloquium 437. a. 3
 Cæsar Romæ triumphali pompa excipitur 451. a. 2
 Cæsar circa Forum iulij aduenientes copias in unū cogit 454. b. 3
 Cæsar in Hispaniam nauigat 502. b. 3
 Cæsar Mediolani honorificē excipitur 566. b. 3
 Cæsar Vormaciā uenit 675. b. 3. Augustam ad comitia contendit 707. b. 3
 Cæsar ad nouæ Carthaginis portū appulit 579. b. 3
 Cæsar Genuæ honorificē excipitur 610. b. 3
 Cæsar triumphali pompa excipitur 442. a. 3. Neapolim peruenit ibid.
 Cæsar bellū aduersus Gallos parat 446. a. 3
 Cæsar pro rostris laudatur b. 2
 Cæsar & pontificis colloquium 568. b. 3
 Cæsar ad milites uerba 575. a. 3

Aballus Veronensis 1286. b. 2. 1302. b. 2
 Caballo Veronensi copiarum imperiū datur 1281. a. 2
 Cabello uetus colonia 459. a. 3
 Cacciadiabolus pirata 411. b. 3
 Caco & Thasso Gregorij Romani patricij fraude periire 229. a. 4
 Cacus quis fuerit 110. a. 1
 Cadmus 82. a. 1. 133. b. 1
 Cadmi progenies 87. b. 1
 Cadoli conatus 668. b. 2
 Cadoli fuga 669. b. 2
 Caduceator ad Mediolanē ses mittitur 154. b. 3
 Cadufiana expeditio 640. a. 1
 Caducarij triuiri 299. a. 4

C

Cæsaris Iosia interit^o 497
 b.3
 Cæsaris ad Lantgraviū le-
 gatio 676.b.3
 Cæsaris & Francisci Gallo-
 rum regis foedus 673.b.3
 Cæsaris coronatio 295.a.3
 Cæsaris dicta 103.a.2. gemitus ad Alexandri statuum
 ibid.
 Cæsaris celeritas 106.b.2
 Cæsaris responsum 108.a.2
 Cæsaris strategema 114.b.2
 108.b.2
 Cæsaris postulata 110.a.2
 consilium 111.b.2
 Cæsaris & Arionisti con-
 gressus 111.b.2. eorum ua-
 rij conatus 112.a.2
 Cæsaris oratio 98.a.2
 Cæsaris effigies 291.b.3. ad
 pontificem oratio 292.a.3
 Cæsaris & pontificis pro-
 cessus 297.a.3
 Cæsaris studium 129.b.2. a.
 tēporē factū Græcarū lire-
 rari apud Gallos studiū
 ibid. strategema 130.a.2
 Cæsaris defensores 145.a.2
 Cæsaris literæ ad consules
 145.b.2
 Cæsaris ad milites uerba
 148. b.2. digressus ex Ra-
 uena ibid. b.2. fominium
 ibid.
 Cæsaris perhumana denū-
 ciatio 149.b.2
 Cæsaris diplomata 351.b.3
 Cæsaris uisio 157.b.3
 Cæsaris castra 156.b.2
 Cæsaris percussores dam-
 nantur 186.b.2
 Cæsaris dies natalis 294.
 b.3
 Cæsaris interfectores cæ-
 dentur 197.b.2
 Cæsari imperium in quin-
 quennium prorogatur
 117.a.2
 Cæsareę reginę accessus in
 Græciam 541.a.2
 Cæsariani in hostes impe-
 tum faciunt 52.a.3
 Cæsariani obsidionis ma-
 lis premuntur 208.a.3
 Cæsariani à circumfusis op-
 primuntur 52.a.3
 Cæsarianorū cædes 141.a.2
 Cæsarianorum fuga 159.a.2
 Cæsarum declaratio 383.a.2
 Cæsariibus tres coronas de-
 beri 294.b.3
 Cæsena à Teia oppugna-
 tur 593.b.2
 Cæso absens dānatur 484.
 b.1
 Cæso Quintij filius 483.b.1
 Cæsionis dies dicitur 483.b.1
 Cæsorum numerus 39.a.2
 1075.a.2
 Cagnolus cum Marcello
 Altalo Bergomū mitti-
 tur 45.a.3. domum regij
 quæstoris expugnat ibi.

arcem capiunt ibid.
 Chalcedon 569.a.1
 Chalcedonis obsidio 614.
 b.1. deditio 615.a.1
 Chalcedonis conditores
 cur cæci iudicati 251.a.4
 Chalcis à Romanis occu-
 patur 1050.a.1
 Chalcis à Turcis capitur
 968.b.2
 Chalcidica expugnatio Ve-
 netis magnū luctum at-
 tulit 1472.a.2
 Chalcidem urbem Ortho-
 manus ter oppugnat
 1469.a.2
 Chalcidicum oppugnatione
 1470.a.2
 Chamus Noë filius 4.a.1
 Chamus profugus in qua
 Arabiæ parte confederit
 4.a.1
 Chamus à patre diris deuo-
 tus 4.a.1
 Chami fratres pudenda pa-
 tris obuelant 4.a.1
 Charitatis in Deum exem-
 pla 84.85.86.a.4. erga ho-
 mines 86.87.88.a.4. erga
 inimicos 88.89.90.a.4
 Charitatis erga patriam ex-
 empla 139.140.141.a.4
 Chartusianum cœnobium
 diripitur 1528.a.2
 Chendenum Selymus in-
 terfici iubet 100.a.3
 Cherinthi anastasis 369.a.2
 Cheriensēs deditioem fa-
 ciunt 417.b.3
 Cherubici genij 192.b.1
 Cherseoglis 86.a.3. Baiaze-
 tis gener effectus 86.b.3
 Cheronesus 142.b.1
 Chézzius Amman signifer
 131.b.3
 Chézzij interitus 132.b.3
 Childebertus 469.a.2. 524.
 a.2
 Chimerini 1017.b.2
 Chiorum clades 605.a.1
 Chiurlus uicus 85.b.3
 Chius insula 1471.b.2
 Chois op. 101.b.3. à Domi-
 tio Corbulone quōdam
 delera ibid.
 Chorellauri filius 63.b.1
 Chorographia 203.b.4
 Christophorus pont. 634.
 a.2
 Christophorus Maurus cū
 decē trirētibz Pio pō-
 tifici affuit 1464.b.2
 Christophor^o Maurus Ma-
 ripetri successor 1456.b.2
 Christophorus Pallauici-
 nus cum uelocissima tri-
 reme Coronē mittitur
 384.b.3
 Christophorus salutis dis-
 crimē euadit 50.a.3
 Christophorus ad regem
 Galliæ confugit 390.a.3
 Christophori fanū 260.b.4
 275.a.4

Christus 236.b.2
 Christus uinctus 246.a.2
 Christi lancea & spongia
 749.b.2
 Christi clauus 259.b.4
 Christi milites 796.a.2
 Christi sepulchrum 247.b.
 2. sepulchri custodia ibi.
 resurrectio 248.a.2. ascē-
 sus ibid.
 in Christi imagine miracu-
 lum 600.b.2
 Christiani Tartaros à se a-
 lienant 768.b.2
 Christiani à Turcis uincun-
 tur 695.a.2. 868.b.2
 Christianorum supplicia
 376.b.2
 Christianorum martyria
 303.a.2. 312.b.2
 Christianorum innocentia
 268.a.2
 Christianorum prima ad-
 uersus impios pugna
 454.a.2
 Christianorum nobilis ui-
 ctoria 952.b.2
 Christianorum clades 931.
 a.2. & 932.a.2
 Christianorum discordia
 724.a.2
 Christianorum apparatus
 in Turcos 725.a.2. fames
 726.a.2
 Christianorum ars 701.a.2
 Christianorū ultima in Sy-
 ria expeditio 757.b.2
 Christianorum res in Syria
 concidunt 781.a.2
 Chrysaoros 106.a.1
 Chimæra mons 469.b.3
 Caieta Alphonso deditur
 895.b.2
 Caieta oppugnata 1037. b.2
 Caieta capitur 860.a.2
 Caietana pugna naualis
 890.b.2
 Cain ob fratrem interfectū
 exulat 1.b.1
 Caini studia 1.b.1
 Cainus primogenitus Ada-
 mi 1.b.1
 Cairi situs & uerū nomen
 1010.a.2
 Caister fl. 393.a.1
 Caius xxviii. pont. 378.a.2
 Calaber tumultuosus in Ro-
 manum agrum erumpit
 1539.a.2
 Calabria 241.b.2
 Calabria & Apulia pontifi-
 ci subijciuntur 667.a.2
 Calabri ducis processus
 992.b.2
 Calais 85.b.1. 96.b.1
 Calani interitus 804.b.1
 Calaritana pugna 814.a.2
 Calaris 1247.b.2
 Calaurius fl. 1089.a.1
 Calcemicus ingētis animi
 præfectus 459.a.2
 Calcedonij cæci 371.b.1
 Calcinatus uicus 47.a.3
 Calcedonia sylua 23.b.3

Calergus capitur 1259.a.2
 eius cadaver in plures
 partes disceptum ibid.
 Calergi iniuria in fidelissi-
 mos colonos uagat 1259.
 a.2
 Cales capri 726.a.1
 Calidon 560.b.1
 Caligula se orandum præ-
 buit 258.b.2. eius expedi-
 tio ridicula ibid.
 Caligula iij. imp. 257.a.2
 Caligule inuidia in suos ui-
 ros 258.a.2. libido ibi. in-
 teritus ibi. b.2. figura 259.
 a.2
 Calistus in Sereni locū sur-
 rogatur 233.a.4. Amato-
 rem episcopū Forouilio
 expulit 233.a.4
 Calistus in pristina digni-
 tatē restituitur 234.b.4
 Calistus ij. pōtifer 696.b.2
 Calistus iij. pōtifer 951.a.2
 Calistus xvij. pōtifer 334.
 b.2. 342.a.2. eius decretū
 ibid.
 Calistus Aquileiensium an-
 tistes cur Gradensium si-
 nes infestari 1096. a.2
 pontificis iussu ab infes-
 tatione abstinet ibid.
 Caloioannes 1271.b.2
 Caloioannes in carcere ne-
 catur 70.b.3
 Caloioannes imperium re-
 cipit 1290.a.2
 Caloianis aduersus Vene-
 tos bellum 1155.b.2
 Caloprinæ ædes funditus
 diruuntur 1122.b.2
 Calpurnius regis pecunia
 capitur 19.b.2
 Calpurnius Piso cōsul 1132.
 b.1
 Callisthenes ab Alexandro
 interfectus 791.b.1
 Callias cæditur 534.b.1
 Callicratidis interit^o 464.b.1
 Callicratidē consilium 626.
 b.1
 Callicratidē respōsum 627.
 b.1. mors ibid.
 Cambyfes Mandanē ducit
 in uxorem 312.b.1
 Cambyfes fratrem interfe-
 cit 344. a. 1. item sororē
 ibi. Pxiaspis filiū sagitta
 transfigit 344. b.1. eius
 munera ad Æthiopem
 regem 342. b.1. morituri
 ad suos oratio 345. b.1. in-
 teritus 346. a.1
 Cameracum 629.b.3
 Cameleontis color 631.a.1
 Camerina 583.a.1
 Camerix direptio 251.b.1
 Camillus Montanus in ho-
 stium potestatem uenit
 112.b.3
 Camillus Satricum oppu-
 gnat 661.b.1
 Camilli oratio ad populū
 656.a.1
 Camilli

Camilli hortatio 661.a.1
 Camilli humanitas 667.b.1
 Camilli sapiens permissio
 667.a.1
 Camilli oratio ad Ardeates
 653.a.1
 Camilli interitus 690.b.1
 Campania 240.b.2
 Campanæ deliciae corrup-
 punt Hannibalis exerci-
 tum 965.a.1
 Campani senatores à Ful-
 uio occiduntur 199.a.1
 Capani & Latini agro mul-
 tati 724.b.1
 de Campanis constitutum
 199.b.1
 Campanorū deditio 710.a.1
 Campanorū cædes ad Ha-
 mam 969.b.1
 Campanorum officium in
 Rom. 782.b.1
 Campanorum cum Pœnis
 foedus 961.a.1. perfidia ibi.
 Campanorum ad senatum
 oratio 708.b.1. deditio
 1060.b.2
 Campanos ad defectionē
 Maramaldus sollicitat.
 255.a.3
 Campeius signifer interci-
 pitur 237.b.3
 Campus mortuus 989.b.2
 Campion cur expeditionē
 contra Selymū necessa-
 riā arbitretur 163.a.3. cū
 Hiimaele foedus percu-
 tit ibid.
 Campion aciem instituit.
 167.b.3
 Campsonis castra 167.a.3
 turris 181.b.3. responso
 163.b.3. interitus 168.b.3
 Campsonis cadaver Sely-
 mius omnibus ostentari
 iubet 169.b.3. mediocri
 funere tumularū ibid.
 Campuli & Paschalis dāna-
 tio 598.a.2
 Canabius Gothorum rex.
 220.a.4
 Canalis plenis in hostē ue-
 lis agitur 1469.a.2
 Canalis perpetua relegati-
 one damnatus 1473.a.2
 Canalis orphanus unde di-
 ctus 274.a.4
 Cananæam decem tribus
 sortiuntur 78.a.1
 Cananorū exercit^o 74.b.1
 Canabarij triuiri 300.b.4
 Cadax urbs recipit 1184. b.2
 Candacenses ad deditioē
 spectant 1261.b.2
 Candalius circūuentus in-
 tercipitur 248.b.3
 Candia urbs 490.a.3
 Candianus in d. Hilarij cœ-
 nobium defertur 1121. b.2
 Candiani mors 112.a.2. ca-
 dauer Gradi sepultū ibi.
 Candaulus à Gige interfe-
 ctus 253.b.1
 Candaulis memorabile fa-

cinus 253.a.1
 Candauenses Mariæ regi-
 næ resistit 529.a.3. à Cæ-
 sare multantur ibid. b.
 Candauensium quidā Cæ-
 sareę maiestatis rei inter-
 ficiuntur 529.a.3
 Canea urbs 489.b.3
 Cānedolanę factionis prin-
 cipes obrūcant 1426.b.2
 Canaregiū 252. a. 4. 259 a. b. 4
 Canaregium unde dictum
 260.a.4
 Canaregij termin^o 262.a.4
 Canariæ insulæ 1012.b.2
 Canguista primus rex 752.
 b.2
 Canguistæ factum 753.b.2
 Canibales 448.a.3
 Canibali androphagi 1013.
 a.2
 de Canibus mira 797.a.1
 Caninius à Gallis se alienat
 516.a.3
 Canis cognomen 792.a.2
 Canis sepulchrum 612.a.1
 Canum mira folertia 1476.
 a.2
 Canuleij trib. pleb. oratio
 ad populū 512.b.1
 Canoglis Selymi uxoris
 frater 97.b.3
 Canonicorum constitutio
 411.a.2
 Cantabricum bellū 230. b.2
 Capellius quib^o uerbis Au-
 riam cōpellarit 495.b.3
 Capellam arcem Granata
 expugnare adorit 46. b.3
 Caper fl. 733.b.1
 Capha 981.b.2
 Caphata capitur 785.a.2
 Capitolium 335.b.1
 Capitolij quadrato saxo
 substructum 660.a.1
 Capitolium incenditur 42.
 b.2. 287.a.2. 490.a.2
 Capitolij retinendi consi-
 lium 651.b.1
 Capitolij occupatio 485.a.1
 Capitolij cōsecratio 361.a.1
 Capitolini Iouis templum
 335.a.1
 de Capitolio dedendo cō-
 silia 655.a.1
 Caponius cunctis senten-
 tijs absoluitur 282.a.3. in
 agrum suum clam secede-
 rit ibid. b.
 Caponius ab exilio in ur-
 bem reuocatus 284.b.3
 Caponius cur suspectus q^o
 busdā popularibz. 231.a.3
 Caponius magistratu abdi-
 catur 278.a.3
 Caponij oratio 279.a.3
 Caponij mors 286.a.3
 Caporetana uallis 208.a.4
 Caporetus fl. 207.b.4
 Cappadoces Syri 322.b.1
 Capræ insula 251.a.2
 Caprulanæ paludes 204.
 b.4
 Caprula opp. 110.b.2

Capla opp. 29.a.2
 Capfarius uicus 266.b.4
 Capfensium excidiū 29.a.2
 Captiuantius Strozza gra-
 uiter uulneratur 343.a.3
 Captiui à Turcis cæditur
 1043.b.2
 Captiuorum aurea uincu-
 la 343.a.1
 Capua à Romanis circum-
 fessa 989.a.1
 Capua Romanis deditur.
 199.a.1
 Capua Gallis cedit 1029. b.2
 Capuæ conditio 204.a.1
 Caput humanum dohij in-
 star in Creta reperit 2. a.1
 Caput sine sutura 465.b.1
 Caput Liberum oppidum
 Barbari aggrediuntur.
 660.b.3
 Caput aggeris à Veneto no-
 mine deficit 1122.a.2
 Capys 204.a.1. eius uarici-
 nium ibid. b.1
 Caracalla xxj. imp. 336.a.2.
 Alexandrū imitatur 337.
 b.2. Achilles personā si-
 mulat ibid. quos duces
 miratus ibid. eius seu-
 tia ibid. b.2. pertinacia
 337.a.2
 Caracallæ foedum facinus
 338.b.2. ei insidiæ paran-
 tur 339.a.2
 Caracciola peregrinorum
 studiosorū Lutetia dux
 671.b.3
 Caralim urbē Rentius oc-
 cupat 264.a.3
 Caramanus quæ dona Ve-
 neto imperatori miserit
 1448.b.2
 Caramanni 165.b.3
 Carampanus uicus 257.a.4
 Carmagnolæ oppido Gui-
 do potitur 459.a.3
 Carmagnola arx oppugna-
 tur 516.a.3
 Carmaniola Brixia ingre-
 ditur 1348.b.2
 Carmaniola securi subijci-
 tur 883.b.2
 Carmaniola in curiam uo-
 catur 1335.b.2
 Carmaniola è cōspectu ho-
 stium se pronipuit 1360.
 a.2. Tollentianis opera
 seruatus ibid.
 Carmaniolæ ducis transfu-
 gium 863.b.2
 Carmaniolę ædes ex foede
 re restituta 1354.a.2
 Carmaniolæ imperio co-
 pię subijciuntur 1339. b.2
 Carasbara uicus 173.a.3
 Carpinetū Alphonso oc-
 cupat 1528.b.2
 Caryllus deditur 1056. b.1
 Caryllia clades Genuensiu
 811.a.2
 Carceris præfecti 293.a.4
 Cardinalis in Germaniam
 ad Maximilianum profū

ciscitur 134.a.3
 Cardinales xxxj. uno die
 creantur 832.b.2
 Cardilli interitus 55.b.3
 Cardonius ad Padum re-
 trocedit 124.a.3
 Cardonius & Prosper fol-
 lam facere instituant 34.
 a.2
 Cardonius quo cōsilio ad
 Vlmum processerit 39.a.
 3. altercanti facile cedit.
 40.a.3
 Cardonius hostis oppri-
 mendī occasionem inue-
 nit 51.a.3
 Cardonius in hyberna dō-
 ducit exercitum 42.b.3
 Cardonius & Prosper ad
 Liuianum proficiscuntur
 57.b.3
 Cardonius & Prosper Pa-
 tauinum agrum populā-
 tur 33.b.3
 Cardonij oratio 34.b.3
 Carduccius dictatura se ab-
 dicat 319.a.3
 Cardui & cedri fabula 221.
 b.1
 Cares prælio superantur
 395.a.1 (a.2)
 Caretana oppugnatio 1071
 Carinianum oppidum Va-
 stius occupat 646.a.3
 Carinus Cæsar 381.b.2.
 eius luxuria 382.b.2. in-
 teritus ibid.
 Carinthia 908.b.2. eius
 mos creandi ducē ibid.
 Carmelus 734.a.2
 Carmelitarū origo 734.a.2
 Carmelitanorum approba-
 tio 780.b.2
 Carnea sacra 577.b.1
 Carni 511.a.2. 242.b.2
 Carni unde dicti 213.b.4
 Carnicum incendium 565.
 b.4. 247.a.4
 Carnis humanæ edendæ
 sententia 142.a.2
 Carolus Gonzaga in Vene-
 torum potestatem uenit
 1403.a.2
 Carolus Gonzaga ad Vene-
 netos transit 1443.a.2
 Carolus Gonzaga celeri fu-
 ga Mediolanū abit 1434.
 b.2
 Carolus Gallorū rex quo
 itinere in Italiam irrupe-
 rit 117.b.3
 Carolus viij. primus curru-
 lia tormenta in Italiam
 transfuxit 117.b.3
 Carolus Maximilianus im-
 perij excipit 209.b.3
 Carolus Monronius cum
 ualidissimo equitatu in
 Hetruria mittitur 1504.
 a.2. Cortonæ uita decel-
 sit ibid.
 Carolus apud Vangiones
 Rheni concilium indicit
 212.a.3

Caro

Carolus Montonius ex He-
truria reuocatur 1500 b.2
Carolus Burgundie rex ad
Nanſium interfectus 251. b.3
19. a.3
Carolus Zenus Hadriaticus
fini cum triremibus un-
decim præſicitur 1317 a.2
Carolus Victori ſe iungit
1294. a.2
Carolus inſulanas naues in
ſuam poteſtate redigit.
1289. b.2
Carolus & Andreas Vene-
te claſſi præfecti hoſte fe-
rociter excipiunt 1213. b.2
Carolus duas Liguriſcas op-
punit 1290. b.2
Carolus Fortebrachi 247
b.4
Carolus Malateſta qualis.
861. a.2
Carolus teſtamento relictus
hæres 152. b.3
Carolus Romã ingreditur
1032. b.2. 1033. a.2
Carolus Heluetio bello pe-
rijt 1540. a.2
Carolus capitur 1353. a.2
Carolus rex 765. a.2. 1018. b.
2. eius ſtrategema ibid.
b.2. uictoria ibid.
Carolus Borbonius patrię
hoſtis 215. a.3
Carolus Rom. imperator
declarat 238. b.4. quos
dignitate equeſtri dona-
rit ibid.
Carolus Zenus Piſani ſuc-
ceſſor 1303. b.2
Carolus barbarũ longa ex-
pectatiõẽ fatigat 1501 b.2
Carolus Valeſij comes 786
b.2
Carolus Lotharingiã par-
tem adſigit 981. b.2
Carolus Ticino potiẽ 587 a.2
Carolus Aquitaniam ſubi-
git 584. b.2
Carolus Leonis cauſam co-
gnofcit 597. b.2
Carolus Belgarum dux ad
Nanſiam perit 131. b.3
Carolus Aurelianus ad Lu-
cẽburgũ penetrat 581 b.3
Carolus Coloniam Agrip-
pinam ui capit 563. a.2.
eius ſucceſſus ibid.
Carolus Zenus Tenedi præ-
fectus 1272. b.2
Carolus Caluus ueneno ab-
ſumitur 628. b.2
Caroli Magni conuiuium
1124. b.2
Carolus Ludouici regis fi-
lius naſcitur 1286. b.2
Carolus rex Florentiam in-
greditur 1026. a.2. 1027. a.2
Carolus Caluus Britanni-
cos uincit 623. b.2
Carolus Granellus 409. a.2
Carolus Burgundiã dux ad
Sempach trucidatus 157
b.3

Carolus rex moritur 611. a.2
Caroliſius iniuſſu populi
ducatum inuadit 1108. a.
2. in exiliũ pellitur ibid.
Caroli Tocci interitus 642
b.3
Caroli Sicci interitus 624.
b.3
Caroli in Italiam acceſſus
586. a.2
Caroli nouus conatus 609
b.2
Caroli Magni ortus 561. a.2
Caroli conuiuium 589. b.2
Caroli edictum 1024. a.2.
1026. b.2
Caroli Marcelli interitus
576. b.2
Caroli animus ad pugnam
inclinat 1352. b.2
Caroli uxor & filij 586. b.2
Caroli Cocchi ſupplicium
319. b.3
Caroli delectus 589. a.2
Caroli vij. res geſte 942. b.2
Caroli reditus in Italia 592
b.2
Caroli imp. inũctio 598 a.2
Caroli Burgundij cædes 972
b.2
Caroli memorabile exem-
plum 598. b.2
Caroli Aureliani interitus
674. b.3
Caroli Droſij interitus 650
b.3
Carolo Venetę naues affue-
runt 587. a.2
Carolo quid pro uictoria
datum 587. b.2
cum Carolo ſædus renoua-
tur 1250. a.2
cum Carolo qui illuſtres ui-
ri fuerint 589. a.2
ad Carolum legati mittun-
tur 1256. b.2
inter Carolum & Ludoui-
cum Sfortiã pax 1036. a.2
Carolorũ ſtemma 808. b.2
Carrarius caduceatorẽ con-
tra uis gentiũ uiolat 1319
a.2
Carrarius opus memorabi-
le aggreditur 1281. a.2
Carrarij principis ferocia
1313. b.2
Carrario principi oppidũ
datur 1305. b.2
Carrarium nomẽ inuiſum
1321. a.2
Carrarijs quibus conditio
nib. pax reddita 1270. a.2
Carretenſes nonnulla Ge-
nuenſibus oppida adi-
munt 1273. b.2
Carthago ſex dierũ ſpacio
excifa 1139. a.1
Carthago inſtaurã 8. a.2
Carthaginiſ conditio 188.
b.1. & 190. b.1
Carthaginiſ noua trepida-
tio 1129. b.1
Carthalonis cædes 1010. a.1
inter Carthaginiſes & Ma-
ſiniſã belli cauſa 1125 b.1
Carthaginiſes quomodo
Romana arma in ſe irri-
tarint 210. b.4
Carthaginiſũ fuga 703. b.1
mẽtus 1029. b.1. tertium
ſædus 818. b.1
Carthaginiſũ legati 1043
b.1
Carthaginiſum conatus
1133. a.1. audacia 1137. b.1
Carthaginiſum appara-
tus 876. a.1. imperato-
res 881. a.1. deſperatio
890. b.1
Carthaginiſũ cædes 1126
b.1. trecenti pueri obſides
dati 1127. b.1. preces ibi.
& 1129. a.1. efficaciffima
conqueſtio 1128. a.1
Carthaginiſũ & Roma-
norum motus in Sicilia
980. b.1
Carthaginiſum legati re-
infecta dimittuntur 1040
b.1. perfidia 1041. a.1
Carthaginiſibus arma ad-
empta 1128. b.1
Carthera 912. a.1
Caſale maius Sfortiã adi-
mitur 1430. a.2
Caſale maius obſidione Pi-
cinius cingit 1377. b.2
Caſale fruſtra à Veneto op-
pugnatum 1351. a.2. dedi-
tur ibid. b.2
Caſalini in deditiõnem ac-
cipiuntur 1378. b.2
Caſilinum deditur 965. b.1
recipiã Romanis 977 a.1
Caſimirus 922. b.2
Caſimiri & Matthiã pax.
973. b.2
Caſinenſe cœnobium diri-
pitur 524. b.2
Caruaial à Mercurio captus
33. b.3
Caſonus Lintianis quantũ
terrorẽ inculſerit 364. b.3
Caſonis interitus 366. b.3
Caſſamberus oratores ad
Venetum mittit 1483 a.2
Caſſanus Tarrarus 770. a.2.
eius ſtatura & uirtus ibi.
interitus ibid. b.2
Caſſani regis Legatus 975. a.
2. ſucceſſus ibid. b.
Caſſandri timor 807. a.1
Caſſembaffa eunuchus 160
a.3
Caſſianus arte uincitur
976. b.2
Caſſianus ab Armenijs ob-
truncatus 1142. a.2
Caſſiani ripa 257. a.4
Caſſianoru diuiſio 197. a.2
Caſſienſis ſaltus 1109. b.2
Caſſius deditur 164. b.2
Caſſius & Brutus exercitũ
comparant 185. b.2
Caſſius Rhodios bello pe-
tit 190. b.2. Epicureus
191. b.2. eius ſæuitia in
Tarſenſes 190. a.2. acerbi-
tas in Rhodios 191. a.2.
mors 194. b.2
Sp. Caſſij dãnatio 430. a.1
Sp. Caſſij ſententiã atrociffi-
ſſima 400. a.1
Caſſiodori Rauẽnatis uer-
ba de antiquo urbis ſta-
tu 1090. b.2
Caſſiopeum promontoriũ
460. b.3
Caſpium mare 325. a.1
Caſpji maris natura 770 b.1
Caſtaldi 292. b.4
Caſtellana ædes 262. a.4
Caſtellũ Genuenſe 263. a.3
Caſtellerium ab Hunniẽ-
ſibus demolitur 238. b.4
Caſtelleri arx funditus e-
uerſitur 213. b.3. 267. a.3
Caſtillionenſi expugna-
tio & direptio 301. b.3
Caſtor 122. a.1. 635. a.1
Caſtor & Pollux inter ſide-
ra relati 278. a.4
Caſtoris ædes dedicatur
431. a.1
Caſtoris & Pollucis tem-
plum 385. b.1
Caſtores ignes 96. a.1
Caſtinus exilio damnatur.
430. a.2
Caſtitatis exempla 95. 96.
97. 98. 99. a. b. 4.
Caſtulo urbs 982. a.1
Caſtrũ oppidum 467. a.3
Caſtrum nouum oppidum
497. a.3. ab Hiſpanis ca-
pitur ibid. b.
Caſtruti interitus 798. b.2
Cataclyſmus quo tempo-
re acciderit 3. b.1
Cataclyſmi clades homi-
nes diu in montibus te-
nuiffe 6. a.1
Cataclyſmi quinq. potiſſi-
mũ meminerint 3. b.1
Catadupi 47. b.1
Cathaini Scythicum genus
hominum 953. b.2. eo-
rum errores ibid.
ad Caralaunum Caſar ca-
ſtra mouet 671. a.3
Cataldus Auenalis præſi-
dium & oppidum impi-
grẽ tuetur 1188. b.2
Cathaonia 711. a.2
Catharina Senenſis 833. b.2
Catharinę ſuppliciu 388 a.2
Catharinã obitus 464. a.3
Cataphrygã 413. a.2
Cathelani 227. a.4
Cathæa regio 796. b.1
Cathæa gentis inſtitutum
796. b.1
Catiãner Vienneni præſi-
dio præſt 358. a.3
Catilina 93. b.2. in ſenatu
uenit 95. a.2
Catilina in Malliana caſtra
ſe confert 96. a.2
Catilinã ad ſuos oratio 101
a.2. calus ibid. b.2
Caro in carcerẽ ducit 103. b.
2. urbe ablegatur 104 b.2
Catonis

Catonis fragmenta 881. a.2
Catonis conſtantia 172. a.2
interitus ibid.
Catonis uerba p lege Op-
pia 1060. b.1
Catonis frugalitas 1063. b.1
Catonis & Ciceronis offen-
ſa 112. b.2
Catonis decretum 1058. a.1
M. Catonis cenſura 1100. a.
1. eloquẽtia & mores ibi.
b.1. dicta & facta 1101. a.1
Catonis iocus in legatos.
1134. a.1
Catonis indoles 1112. b.1
Catonis 1121. b.1
Cauacabouis induſtria
Cremona penẽ capta
1364. a.2
Cauacobi interitus 1414 b.2
Caucaſus 774. a.1
Caunus 606. b.1
Cauſarũ matura cognitio.
308. b.4
Cayereus toti Egipto
præſicitur 194. a.3
Cayereus Europeos ado-
ritur 168. a.3
Cayereus Cãpſonis pro-
ditor 167. a.3
Cayrum uetus 181. b.3
Cazzaner proditionis ac-
cuſatur 482. b.3. poſt e-
pulas à diro hoſpitiẽ ob-
truncatur 483. a.3
Ceciliam oppidulum Bar-
baruſſa ſuccedit 490. a.3
Cecina 247. b.1
Cecortus Toſinghus dicta-
toris motum mitigat.
348. a.3
Cecrops biformis 48. a.1
Cedrus 192. b.1
Celenæus mons 160. a.3
Celeres milites 241. b.1
Celfus dux 818. b.2
Celfus incolumis domum
nauigat 1256. b.2
Celfi obitus 1262. a.2
Celtæ unde nuncupentur
646. a.1
Celtarum terram quomo-
do Ptolomæus diuidat
ibid.
Celtus Polyphemi filius ibi.
Celtiberi iuuenis continẽ-
tia 1006. b.1
Celtiberoru defectio 992.
a.1
Cephalenia 540. b.1
Cephalenia Othomani ar-
mis cedit 1503. a.2
Cephalenia ui capitur 1052
a.2
Cepini interitus 133. a.3
Cencij metus 347. a.3
Cencij Neapolitani interi-
tus 326. b.3
Ceniſus mons 117. b.3
Ceniſus cõſtitutio 308. a.1
Cenſores primi 515. b.1
Cenſoriũ contritio 1036. b.1
Cenſoriã notã 976. b.1
Cenſoriũ decem 299. a.4

Cenſoriũ munus 364. b.2
Centaurorum fabuloſa fi-
guratio 91. b.1
Centumcellenſis portus
1109. a.2
Centurio primus olim pri-
mipilus 713. b.1
Cerurionũ interitus 567. b.3
Ceraſia 80. a.2
Ceraunia 1274. b.2
Cercellũ oppidum 575. b.3
Cercheus peditibus præſi-
citur 461. b.3
Cercopithecii 16. b.1
Ceres 4. b.1. 70. b.1
Cereris ædes 407. b.1
Cereſolę occupatio 648 b.3
ad Cereſolã pugna 652 a.3
Cerramẽ acre 526. a.1. atrox
795. a.1. ſingulare 801. b.1
841. a.2
Ceruiani inſula 206. a.4
Ceſtius 282. a.2
Cetea nauis 749. b.2. 1192
b.2
Cethegus 59. a.2
Ciamallum oppidũ 158. b.3
Ciamallum Selymus ex-
pugnare cogit 158. b.3
Ciammaſini egregie dimi-
cantes ad unum intere-
unt 159. a.3
Cianus dux 1162. b.2
Cianus Riuumaltum pon-
re iungit 1163. a.2
Cianus Fabriciatius magi-
ſtratu abire cogit 1096 b.2
Cianus Conſtantiam du-
cit uxorem 1182. a.2
Cianus triginta nauib. ho-
ſti obuiat 1166. a.2. ei an-
nulus à potiſ. dat ibi. b.2
Cianus ſponte ſe magiſtra-
tu abdicat 1187. b.2. ubi
uitam obierit 1188. a.2
Ciani effigies 1168. a.2
Ciarpellio ab Alexandro
Sfortiã fratre laqueo ne-
catus 1428. a.2
Ciarpellionis defectio
1417. b.2
Cibus caſtreſis qualis 309
b.2
Cicchus Buteius Anguil-
lotti ſignifer 321. a.3. eius
interitus ibid.
Ciceronis ortus 5. a.2
Ciceronis exilium 105. b.2
Ciceronis celebriſ reditus
113. b.2
Ciceronis in Cilicia geſta
147. a.2. opera ibid.
Ciceronis in Pompeiũ ca-
uillum 162. b.2
Ciceronis oratio in Anto-
nium 180. b.2. fuga 186.
a.2. ultio & interitus 188
a.2
Ciceroni dies dicẽ 105. b.2
Cicouũ oppidũ 563. b.3
Cidaris 222. b.2
Ciliacia ſubigitur 685. b.2
Cilicicũ ſitus 735. b.1
Cilicicũ anguſtiã 329. b.2

Cilicicũ oratio 494. b.2
Cilicicũ primi motus 69. a.2
ſucceſſus ibid.
Cimbri 37. b.2. qua parte
in Italia irruerint 38. a.2
Cimbrorum origo 25. a.2
nomẽ ibi. ferocia ibi. b.2
Cimbroru uictoria 17. b.2.
ſignũ 38. a.2. cędes ibi. b.2
Cimmerij 111. b.1. 365. b.1
eorũ monumẽta 366. b.1
Ciminia ſylua 814. b.1
Cimon ab exilio reuocatur
477. b.1
Cimonis equã 1101. a.1
Cimonis terreſtris ſucceſ-
ſus 475. b.1. facilitas 474
a.1. munificentia ibi. na-
ualis uictoria 475. b.1
Cimonis interitus 478. a.1
Cinna urbe pellitur 54. a.2
Cinadij cõflagratio 62. b.3
Cinadienſis epilcopus ſe-
mianimis palo affigitur
62. b.3
Cincij ſlagitium 671. b.2.
695. a.2
Cincinnatus cõſul creatur
486. b.1
Cincinnatus dictator 668.
b.1
Cinthij Tiburtis interce-
ptio 125. a.3
Circe 98. a.1
Circellum quantum ab Al-
gerio diſtet 402. a.3
Circenſes ludi 410. b.1
Circenſium ludorum appa-
ratus 372. a.2
Circancidere cuius gentis
proprium 23. a.1
Circuncifio 46. a.1
Circuncifionis cauſa 23. a.1
Cirtus amnis 88. b.2
ex Ciſalpina Gallia nouum
bellum oritur 1205. b.2
Ciſalpina Gallie flumina
498. b.2
Ciſalpini cleri facinus 668
a.2
Ciſpã Piſani interitus 315.
b.3
Ciſulã fontis natura 673
a.1
Citadella ab Hiſpanis diri-
pitur 51. b.3
Citadinus Fratinas iuril-
conſultus 244. b.4
Citradini interitus 46. a.3
Citrus 108. a.1
Ciuidatenſis porta, ſancti
Gothardi 241. a.4
Ciuidateſis eccleſia 236 a.4
Ciuidateſes ad Venetos de-
ſciunt 1327. b.2
Ciuidatenſes à Venetis in-
ſocios accepti 241. a.4
Ciuidatum, alias Foroiuliũ
228. b.4. 236. b.4
Ciuille prælium 49. b.2
Ciuilis cædes 49. a.2
Ciuilij interitus 265. b.1
Ciuitatis ſtatus antiquus
unde colligẽdus 1090 a.2

Ciuitatis diſcordia 764. b.1
Ciuitatis odium in Andro-
nicum 723. b.2
Ciurancus carcere & pecu-
nia mulſtatur 1281. b.2
Clades ad Veios accepta.
619. a.1
Clades ob frigus accepta.
785. a.2
Cladium improuiſarũ exẽ-
pla 186. 187. a. b. 4.
Clanis fl. 60. b.2
d. Clara 743. b.2
Clara uirgo cõſecrat 761 a.2
Clarã ædes 253. a.4. 258. b.
4. cur Cruceia dicta ibi.
Clarã Caminenſis interi-
tus 1231. b.2 (b.3)
Claraſco Vaſtius potiſ 418
Claraſcũ Hieronymus San-
grius tuendum ſuſcipit
580. b.3. à Gallis capitur
ibidem
Claraſcum op. Fregoſio de-
fendẽdũ datur 517. a.3
Clarenſes ad Philippũ deſi-
ciunt 1881. b.2
Clauſiũ ordo 308. a.1. arma
ibidem
Clauſis prima Romanoru
877. a.1
Clauſis regia 610. a.1
Clauſium duces renunciat-
tur 483. b.3
Claudius Gothos ſuperat
219. a.4. aurea ſtatua don-
natur ibi. eius mors ibi.
Claudius quã ſcripſerit
262. a.2
Claudius v. impe. 259. a.2.
eius Britannica expedi-
tio 260. a.2. reditus ad ur-
bem ibid. publica opera
261. a.2. liberti 262. a.2. ſæ-
uitia ibid. ſtatura 263. b.
2. interitus ibid.
Claudius Ciuilis 289. a.2
Claudius patris iniuriam
uindicat 193. b.3
Claudius Afellus 972. a.1
Ap. Claudius cenſor uexa-
tus à trib. pleb. 814. a.1
Claudij uis 688. b.1
Claudij Guifã interitus
134. b.3
Claudij cõſulis ſuperbia in
exercitu uexãdo 468 b.1
in Claudio ſtultitiã argu-
menta 261. b.2
Claudia Veſtalis mirum
1031. b.1
Claudian error 414. a.2
Clauenna opp. 117. a.3
Clauſiũ 691. b.1. 727. a.1
Clazomene 1481. b.2
Clearchi exitus 850. b.1
Clemens Caſari concilia-
tur 219. a.3
Clemens bellum Cęſaria-
nis inferendum cenſet
218. b.3
Clemẽs pont. Anconã pro-
ficiſcitur 383. b.3
Clemens

Clemens ij. pont. 664. a. 2. ueneno necatur ibid. b. 2. Clemens iij. pont. 725. a. 2. Clemens iij. pont. 302. a. 2. Clemens v. pont. 788. b. 2. Clemens vj. pont. 807. a. 2. Clemens pont. Catharinā Henrico despondit 387. a. 3. ab Anneo Memoratio incredibili apparatu excipitur ibid. b. 3. Clemens Thealdinus 1435 b. 2. Clementis læticia 350. b. 3. Clementis aduersus Florentinos exacerbatio 282. b. 3. Clementis obitus 395. a. 3. Cleomenes Atheniensis bello reperit 391. a. 1. Cleomenis conatus 908. a. 1. in Ægyptū fuga 911. a. 1. Cleomenis infelix exitus 422. b. 1. 955. b. 1. Cleon orator 565. b. 1. Cleonis consilium 574. b. 1. 575. b. 1. Cleonis Siculi assentatio 790. b. 1. Cleonym⁹ a Patauinis pulsus 825. b. 1. Cleopatra Casio quid optet 190. a. 2. Cleopatra ab Antonio accersitur 198. a. 2. eius apparatus ibid. dotes ibid. b. 2. Cleopatra Alexandri foror 820. a. 1. Cleopatra in extremis conatus 226. b. 2. Cleopatra sibi manum inferre conatur 227. b. 2. eius lamentatio ibid. a. 2. consilium 228. a. 2. querelæ ibid. interitus ibi. b. 2. Cleopatra ad urbem accessus 173. a. 2. Cleopatrae fictus amor 218. b. 2. Cleopatrae fuga 224. b. 2. audax consilium 225. b. 2. Cleopatrae cædes 15. b. 2. exitus 16. a. 2. aduersus Cleopatram bellum decernitur 223. b. 2. Clephis sæuitia 514. a. 2. cædes ibid. b. 2. ei magna Italiae pars celsit ibid. Cletus Petri discipulus 261. b. 4. Cleuensis dux lectissimas copias cogit 583. a. 3. Clifthenes Atheniensis urbe pellitur 390. b. 1. Cluasiū oppidum Heluetij occupant 121. b. 3. Clodia parua Genuensi bello intercidit 272. a. 4. Clodia fossa capitur 826. b. 2. Clodia duabus oppugnationibus tentata 1282. a. 2. Clodia incendio absumitur 1280. b. 2. Clodia Genuensibus custo-

dienda datur 1282. b. 2. Clodia quado à Venetis recepta 1300. b. 2. Clodiae situs 1282. a. 2. Clodiana uictoria 226. a. 4. Clodius deprehenditur in Cæsaris domo 102. a. 2. Clodius Cæsarem infectatur 113. a. 2. Clodij adulterium 102. a. 2. Clodij & Ciceronis certamen 113. b. 2. Clodij cædes 138. a. 2. Clodienibus annuum tributū remissum 1181. a. 2. Clodienfes muri mira celerritate confecti 274. a. 4. Clodoueus Augustus appellatur 454. b. 2. Clodouei regis baptismus 452. b. 2. Clodofates Valachus capitur 561. b. 3. Clodij fossa 265. b. 1. Cluilla fossa 414. b. 1. Cluniacensis ordo 637. a. 2. Cluniacense monasterium 629. b. 2. Clusia castellum 207. b. 4. 239. a. 4. Cluinam arcem Lodouicus opprimit 1328. a. 2. Clusium, olim Camarolis 831. a. 1. Clusini labyrinthi descriptio 115. b. 1. Clusini à Romanis auxilia petunt 649. b. 1. Cobaris magi uerba 774. b. 1. Cocinum oppidum barbari subito incurfu occupant 1467. b. 2. Cocinum terræ motu conculsum à Mocenico restituitur 1474. b. 2. Cocini oppugnatio 1495. b. 2. Coctiæ alpes 117. b. 3. Codri regis interitus 156. a. 1. Cohortium præfecti interficiuntur 500. b. 3. Colchi unde orti 97. b. 1. Colchidis situs 97. b. 1. Colæ Thomasi interitus 642. b. 3. Colonia Agrippina 561. b. 2. Coloniae uetustæ ex Noë pronepotibus 6. b. 1. Colossi Rhodij magnitudo 539. b. 2. casus 1047. a. 1. Columba tabellarij officio fungens, clamore deijcitur 700. b. 2. Colūba tabellarij uice fungitur 1154. a. 2. Mutinensi obsidione literas in castra adfert ibid. b. 2. Columbanū capit 1431. b. 2. Columbae reditus 3. b. 1. Columnenses Sabellij; in Hadriana mole uelut in custodia habiti 1518. a. 2. Columniæ familie oppidum crudeli incendio de-

704. b. 1. 705. b. 1. 706. a. b. 1. 707. b. 1. 708. a. 1. 713. a. 1. 719. a. 1. 720. a. 1. 724. b. 1. 725. a. b. 1. 727. a. b. 1. 728. a. 1. 729. a. 1. 749. b. 3. 750. b. 1. 753. a. b. 1. 810. a. 1. 811. b. 1. 812. b. 1. 813. a. 1. 817. b. 1. 818. b. 1. 825. a. 1. 826. a. 1. 827. b. 1. 828. a. b. 1. 830. a. 1. 833. a. 1. 834. b. 1. 837. b. 1. 850. b. 1. 875. a. b. 1. 876. b. 1. 877. a. 1. 879. a. 1. 883. b. 1. 884. a. 1. 888. a. 1. 890. a. 1. 902. b. 1. 904. a. b. 1. 927. a. 1. 1011. b. 1. 1036. b. 1. 1047. b. 1. 1054. b. 1. 1067. b. 1. 1069. b. 1. 1071. b. 1. 1080. a. 1. 1086. b. 1. 1092. b. 1. 1094. a. 1. 1101. b. 1. 1107. a. 1. 1125. a. 1. 1127. a. 1. Consulum altercatio 429. b. 1. uerecundia 511. a. 1. segnities 1130. a. 1. extrema denunciatio 1128. b. 1. Constans imperator 395. a. 2. Constantis obitus 219. a. 4. Constantina urbs 412. a. 3. Constantiæ exēplū 789. b. 2. Constantiæ Hispani perit. 704. a. 3. Constantiacus conuentus 846. a. 2. Constantiacum 544. a. 2. Constantinus Arianae sectæ fautor 219. a. 4. Liberij pontificem in exiliū eijcit ibid. Constantinus imp. 390. b. 2. Constantinus pont. 558. b. 2. eius beneficentia ibid. Constantinus Rutenus 66. b. 3. Constantinus imperio deijcitur 636. b. 2. Constantij sacrilegium 542. b. 2. avaritia ibid. Constantij cædes omnib⁹ grata 544. b. 2. Constantij impia mandata 539. a. 2. Constantij gesta 426. a. 2. Constantij interitus 219. a. 4. Constantij imp. 395. a. 2. Arrianorū fautor 395. b. 2. Constantius solus rerū potitur 397. b. 2. Constantius expilationem templorum meditat. 542. a. 2. Constantius quoties cum Persis cõflexerit 396. b. 2. Constantius imperator 386. a. 2. eius interitus ibi. b. 2. Constantius confors fit imperij 428. a. 2. Constantius duplicem bello fortunam uno die experitur 383. b. 2. Constantius Anconitanus 254. a. 4. Constantini templa 392. b. 2. exitus 394. b. 2. Constantini opera pia 391. b. 2. donaria 392. b. 2.

Concordiæ ædes 819. b. 1. 939. b. 1. templum 9. b. 2. Concordienses Romani 1098. b. 2. Concubitus prodigiosi exemplum 195. b. 4. Coneianum Liuianus petiit 49. a. 3. Conestabilis 837. a. 2. Conglanenses in Venetorū fidem ueniūt 1230. b. 2. Conius rex Atrebatū 123. b. 2. Coniuratio sanguine sancta 94. a. 2. Coniuratio seruilis 378. a. 1. Coniurationis opprimendæ modus 379. a. 1. Coniurationis primi motus 94. a. 2. Conon 637. a. 1. 674. b. 1. Conon pontifex angelicus 549. a. 2. Conon obsidione cingitur 627. a. 1. à Lacedæmonijs uincitur ibid. Cononis gesta 677. a. 1. Cononis cædes 492. b. 2. Connubij lex 514. b. 1. Conradus impe. Insulicū agrum uastat 663. a. 2. Consalis origo 1050. b. 2. Consalis profectio in hostes 1074. b. 2. Consalis hortatio 1072. a. 2. Consaliū Barectæ concio 241. a. 3. Consaliū obitus 152. b. 3. Consilij & supremum collegium 284. b. 4. Consiliarij inferiores 286. b. 4. Consualia 242. b. 1. Consulatus, uetustissimus urbis magistratus 282. a. 4. Cõsulares puinciae 784. a. 1. Consul accessus in Thesaliam 1076. b. 1. Cõsulis uulneratio 815. b. 1. Consul ad milites oratio 1090. a. 1. Consules noui in bienniū Venetij creati 1091. a. 2. Consules Romani primi 355. b. 1. Consules in insidias incidunt 1012. b. 1. Consules 6. a. 2. 20. b. 2. 43. b. 2. 45. a. 2. 74. b. 2. 76. b. 2. 94. b. 2. 155. b. 2. 361. b. 1. 375. a. 1. 376. a. b. 1. 377. b. 1. 378. a. b. 1. 379. b. 1. 381. a. b. 1. 401. b. 1. 402. a. 1. 406. b. 1. 408. a. 1. 428. a. b. 1. 429. a. 1. 430. b. 1. 431. a. b. 1. 433. b. 1. 435. b. 1. 437. a. b. 1. 440. a. b. 1. 441. a. 1. 469. b. 1. 470. a. b. 1. 479. b. 1. 780. b. 1. 481. b. 1. 482. a. 1. 483. a. 1. 484. b. 1. 487. b. 1. 488. b. 1. 492. b. 1. 490. b. 1. 510. a. 1. 515. a. 1. 517. b. 1. 519. a. 1. 524. a. 1. 526. b. 1. 562. b. 1. 578. a. b. 1. 642. b. 1. 643. a. 1. 690. a. b. 1. 691. a. 1. 693. a. 1. 694. a. b. 1. 704.

Constantini cinis disiectus 592. a. 2. Constantini imp. sæuitia. 593. a. 2. scelera ibid. Constantini crudelitas in fratres 544. b. 2. Constantini impietas 582. b. 2. Constantini tyrani motus 418. b. 2. Constantini imperatoris interitus 948. a. 2. Constantienses Aultriacæ domui sese dedunt 704. b. 3. Constantinopolis quando amissa 1201. a. 2. Constantinopolitani imperij diuisio 733. b. 2. Constantia & fiducia aduersus dæmonū præstigias 181. 182. 183. 184. a. 4. Contarenus & Brunorius Ripā hostiliter diripiūt 14. 11. b. 2. Contarenus princeps uita defunctus, ad Protomartyris aedem effertur 1314. a. 2. Contarenus ingenti læticia excipitur 1301. b. 2. Cõtarenus ferociter in hostem uadit 14. 11. a. 2. Contareni principis gener obit 1289. a. 2. Contareni principis ad Pisanum uerba 1284. b. 2. Conuictus publicus 217. a. 1. Cœlestinus p̄t̄ifex 429. b. 2. Cœlestini opera 729. a. 2. Cœna tragica 3. b. 2. Cœlestium rerum prima indagatio 2. a. 1. Copis 795. a. 1. Copasine 954. a. 2. Coracina pugna 718. b. 2. Corbana Perlarū regis præfectus 1142. a. 2. Corbis & Orsuæ singularis pugna 1024. b. 1. Corcoras 436. b. 2. Corchutus de imminenti sibi periculo certior factus 96. a. 3. Corchutus ab Achomare ætatis prærogatiua superioratur 82. a. 3. imperator deligitur ibid. Corchuti in Selymum amarulenta carmina 96. b. 3. Corchutum Selymus necari iubet 96. b. 3. Corcyra insula 1157. b. 2. Corcyra à Romanis recepta 901. a. 1. Corcyram nigrā Vrseolus expugnat 1125. a. 2. Corcyram oppugnare Solymanus constituit 469. b. 3. Corcyre 527. b. 1. Epidamnium obsident ibid. Corcyrenses exules necantur 567. a. 1. Corcireses Corinthios uin-

I N D E X

Craſſi omen 130.b.2
 Craſſi copiae 131.b.2
 Credendum quid ſit cuiq; 310.b.4
 Crementium oppidū 364.a.3
 Cremera 434.b.1
 Cremæ oppugnatione 1439.a.2
 Cremæ obſeſſio 48.a.3
 Cremam Rentius tuetur 45.a.3
 Cremona ſolo æquæ 527.a.2
 Cremona ualido præſidio munita 1351.a.2
 Cremonæ direptio 286.a.2
 Cremonam Proſper recipit 213.a.3
 Creontis regia à Medea in cenſa 103.a.1
 Creppacotij iuga 237.b.3
 Cres Corybantes 24.a.1
 Creſcentium oppidum tormentis quaſſatur à Gal- lis 646.a.3
 Creſtonum mores 385.a.1
 Creta unde dicta 1183.b.2. eius ſitus & quantitas ibid. & 1184.a.2
 Creta inſula Bonifac. Mōt- ferratenſi traditur 1174.a.2
 Creta inſula Veneto ceſſit 733.b.2
 Cretarum motus 1184.b.2
 Cretæ ingēs defectio 1257.a.2. defectioſis autores ibid. b.2
 Cretæ inſulæ recens defe- ctio 747.b.2
 Cretæ inſulæ prima motus 746.b.2
 Cretæ inſulæ ſitus 83.a.1
 in Cretā noua colonia mit- titur 1185.a.2
 Cretenſis taurus 117.a.1
 Cretenſes 948.b.1
 Cretenſes funduntur 1261.a.2
 Cretenſes qui in Italia ſede- rint 448.b.1
 Cretenſium recēs defectio 819.b.2
 Cretenſium mores 83.a.1
 Cretenſium motus teme- rarij quem exitū habue- rint 1264.b.2
 Cretenſium defectio 1262.a.2
 Cretenſibus pax redditur. 1264.b.2
 Creticum bellum 747.b.2. 819.a.2
 Crimiſus fl. 703.a.1
 Criſi interitus 75.a.2
 Critrolas 1107.b.1
 Croacia 630.b.2
 Croia familia ſummæ di- gnitatis apud Belgas 463.a.3
 Croiæ oppugnatione 1496.b.2
 Croiana pugna 982.b.2

Croiani deditionem faciūt 1500.b.2
 Croimna opp. 1085.a.2
 Crotonatae 634.b.1
 Ctotonis conditio 258.a.1
 Crotonis ſitus 1109.b.2. o- pulentiā 1110.a.2
 Crotonis uetuftas 973.a.1
 Crotoniatū odium in Bru- tios 973.a.1
 Croſus Halim expugnat. 322.b.1. uincitur 323.b.1. eius diuitiæ 320.a.1. do- naria 321.a.1. filius ex mu- to ſit uocalis 323.b.1. py- ra 324.a.1. cōſtantia ibid. uincula ibid. b.1. ſentētia 325.b.1
 Croſi liberalitas in Alcmæ onem 426.b.1
 Crucea regio 253.a.4
 Cruditatis exemplum. 758.a.2
 Crucis circumferendæ mi- raculum 524.a.2
 Crucis ſanctæ lignum ubi repertum 393.a.2. clauī ibid.
 Crucis mons 207.b.4
 Crucis horror 400.a.2
 Crucis ara 254.a.4
 Cruciferi milites 61.b.3
 Cruciferorum cœnobij cō- ſagratio 44.b.3
 Crucigeri 261.b.4
 Crucigeri probantur 736.b.2. eorum incrementa 737.a.2
 Cruſtulinum 247.b.1
 Cruſtulinij montes 650.b.1
 Cruſtumerij 285.b.1
 Crux Dominica recipitur. 532.a.2
 Cuculi augurium 577.a.2
 Cuhenricus Saxonum pri- marius dux capitur 481.b.3
 Columnenſium conſilium 1058.a.2
 Culicina turris 276.b.4
 Cumarum conditores 408.a.1
 Cumerum promontorium 451.a.3
 Cumæ 188.a.1
 Cumianum propemodum prodicione amittit 1309.b.2
 Cuniculus in Veios 622.b.1
 Cuniculi deprehendendi modus 373.b.1
 Cunium oppidum 591.b.3
 Cunij comitis laus 835.a.2
 Curanella 274.b.4
 Curania ibid.
 Curania turris 277.b.4
 Curaniæ turris oppugna- tio 1208.a.2
 Cures urbs unde dicta 260.a.1
 Curiatij 267.b.1
 Curia crematur 138.b.2

Curia 1104.a.2
 Curia in Galliam quando translata 788.b.2
 Curia 241.a.1
 Curia iudices 290.a.4
 Curia inſula 1108.a.2
 Curionis oratio ad milites 153.b.2. cædes 155.a.2
 Curius 851.b.1. uincit 867.b.1. proſperè pugnat ibid.
 Currus Ioui facer 444.a.1
 Currus falcati diſiecti 759.a.1
 Curſorum pernitas 458.a.1
 Cuſani Burgundi interitus 500.b.3
 Cuthæa urbs 310.a.3
 Cuthæa urbs 78.a.3. capi- tur ibid. b.3
 Cuthæi Perſæ Samarum in colunt 244.b.1
 Curtius lacus 249.a.1. 692.b.1
 Curtij equitis facinus 692.a.1
 Cyaneſi scopuli 97.a.1
 Cyaxares 282.a.1
 Cydnus fl. 736.a.1
 Cydon opp. 1203.b.2
 in Cydonitas expeditio. 546.a.1
 Cylonis facinus 536.b.1
 Cyllaras Caſtoris equus. 211.a.4
 Cymbri à Romanis deleti 582.b.3
 Cymbri, Teuthoni & Am- bronēs in Italiā erumpūt 215.b.4
 Cyneas Romam mittitur. 756.b.1. eius laus 752.b.1
 dictum 853.a.1
 Cynegiri facinus 425.b.1
 Cynetha capitur 949.a.1
 Cyprius animus ad regnū adijcit 1488.a.2
 Cyprius rex Andreolam e- queſtri dignitate donat. 1257.a.2
 Cyprius rex cum Luchini filio haſta decertat 1262.a.2
 Cyprus inſula 1490.a.2. e- ius uaria nomina ibid. fertilitas ibid. b.2
 Cyprus Mocenico decerni- tur 1490.b.2
 Cypriæ uirgines 190.a.1
 Cypri inſulæ motus 978.a.2
 Cypri inſulæ ſtatus pacatur 979.a.2
 Cyprij Ptolemæi interitus 105.a.2
 Cyrenaica regio quādo in ordinem redacta 42.b.2
 Cyrenarum cōditio 87.a.1
 Cyriacus crucis Dominicę inuentor 261.b.4
 Cyrus agnoſcitur 314.a.1. in Aſtyagis conſpectum trahitur 313.b.1. in Perſas mittitur 314.b.1. eius ex- poſitio 313.a.1. facinus. 313.a.1. edictum 315.b.1. & 316.b.1. concio ad ſuos 317.a.1. clementia 318.a.1. ſomnium 326.a.1. literæ de templi inſtauratione 329.b.1. in Cræſum ſubi- ta expeditio 323.a.1
 Cyrus 628.b.1
 Cyrus Medorū rex 225.b.1
 Cyri iunioris caſus 639.a.1
 Cyri ſepulchrum 804.a.1
 Cyri percufforū pœna 639.b.1
 Cyri ſtudium in re bellica 625.b.1
 de Cyri nece opinio 639.a.1
 Cyro aqua oblata 639.b.1
 Cyrylla 376.b.2
 Cyryllus 402.a.2
 Cyrytha capitur 1038.b.1
 Cythera inſula 375.b.3
 Cythera 568.a.1
 Cyzicus 78.a.2
 de Cyzico quid Græci ſcri- bant 78.b.2
 à Cyzicenis hoſtes repellū- tur 78.b.2
 Cizycena pugna 329.b.1

D

Dacicum bellum 611.a.2
 Daci 403.b.2. 600.b.2. 1109.a.1
 Daci, qui & Dani 609.b.2
 Dacorum feritas non no- uit pacem 230.a.2
 Dacorum clades 305.b.2
 Dacorum primus motus. 404.a.2
 Dagoberti anima 545.b.2
 Dalida Sanſoni capillos a- dimit 132.b.1
 Dalmatia 15.a.2. 1123.b.2
 Dalmatas Naſica bello ad- ſigit 1121.a.1
 Damafus pontifex adulte- rij accuſatur 401.b.2
 Damafus ij. pont. 664.b.2
 Damia uictoribus por- tas aperit 189.a.3
 Damia quādo capta 1183.a.2
 Damafus pontifex 399.b.2
 Damafus à quibus condi- ta 707.b.2
 Damafci proditio 63.a.2
 Damafci expugnatione 239.a.1
 Damafci ingēs præda que- ſita 740.b.1
 Damafcenus ager primum cultus 9.b.1
 Damafcenſi portas hoſti a- periant 169.b.3
 Damafcenſi & Tripolitani interitus 169.a.3
 Dammartinus regulus ar- ci tuendę imponitur 461.b.3
 Dammartinus turris ruina opprimitur 462.a.3
 Damiani fanum 254.a.4
 Danaus Ægyptus 68.b.1
 Dandulus

I N S A B E L L I C V M.

Dandulus in grauiſſimum morbum incidit 1304.b.2
 Danduli interitus 1250.a.2. monumentum ibid. 1227.b.2
 Danduli obitus 1210.a.2. 1235.b.2
 Daniel Viſturius Venerij ſucceſſor 1367.a.2
 Daniel rex 561.b.2
 Danielis uirginū 264.a.4
 Danielis uaticinatio 1118.b.1
 Danielis interpretatio 227.a.1. & 328.b.1. uifio ibid. a.1
 Danieli leones parcunt 328.a.1
 Dantes poëta 787.a.2
 Danubius Iſter 367.b.1. 221.a.2
 Dardanns Iafius 69.a.1
 Dardaniæ conditio ibid.
 Dares Phrygius 138.b.1
 Darius 347.a.1. fraude rex creatus ibid. b.1. Solifon- tem in Samum reſtituit 352.a.1. templi reſtitutio- nem uouit 353.b.1. no- ſtu Iſtrum uerſus abire contendit 370.b.1. Iſtri pontem ſuperat 371.a.1. eius coniuges 351.a.1. in Iudæos indulgentia 354.b.1. poſtulatam 369.b.1. conſilium retrō abeun- di ibid.
 Darius bellum reparat 427.b.1. eius filiorum cōten- tio ibid. laudabile certa- men 428.a.1
 Darius quid ſignificet 424.a.1
 Darius uictus 767.b.1
 Darius pacem petit 756.b.1
 Darius ſcriba cum hoſte de pace agit 1502.b.2
 Darius unde ortus 734.a.1
 Darius bellum in Græcos reparat 423.b.1
 Darius recēs apparatus 754.b.1
 Darius oratio ad ſuos 766.a.1
 Darius ad ſuos adhortatio. 758.b.1
 Darius mater & filia Sufis collocantur 762.b.1
 Darius ferocia 767.a.1
 Darius fuga 739.a.1. 760.a.1
 Darius prudentia 761.a.1
 Darius ab Arbela digreſſus. 761.a.1
 Darius legati in Macedoniā miſſi 386.a.1
 Darius mandata 634.a.1
 Darius copie 734.b.1. 766.b.1
 Darius pellices 735.b.1
 Darius ſtrategema 738.a.1
 Darius & Alexandri cōgreſ- ſus 737.b.1. 738.b.1
 Darius in Ciliciam propera- tio 737.a.1

Darij lachrymæ 756.a.1
 Darij inſomnia 734.b.1
 Darij literæ ad Alexandrū 741.a.1. 744.b.1
 Darij & Lacedæmoniorū ſœdus turbatur 607.a.1
 Darij preces 756.a.1
 Darij amiſtus 735.a.1
 Darij præceptum 393.a.1
 Darij caſtra capta 729.b.1
 Darij acies 756.a.1
 Darij interitus 768.a.1
 Dario dona Scytharū miſſa 370.a.1. ab eo Babylonij deſiciunt 352.b.1
 Darianorum fuga 729.a.1
 Darianorum cæſorum nu- merus 729.b.1
 Darmſtatum Burenſis oc- cupat 690.b.3
 Daſij Salapini facin⁹ 1004.b.1
 Dathas & Abyrus 63.b.1
 Dauid paternę pietatis exē- plū 182.b.1. à luſtu reuo- catur 183.a.1. in regnū re- ſtituitur ibid. b. eius pie- tas in Abſalonē ibid. a.1
 Dauid Saulo parit 169.a.1
 Dauid prohibetur templū condere 176.b.1
 Dauid pugnam ſibi depo- ſcit 162.a.1. Goliadē ſter- nit ibid.
 Dauid Amalechitas inſecta- tur 171.a.1
 Dauid Saulis deplorat inte- ritum 172.a.1
 Dauid oraculomonus, Sa- lomomem ſucceſſorē cō- ſtituit 187.a.1. eius exi- tus 187.b.1
 Dauid pro ſtulto habitus 166.a.1
 Dauid quāmdiu regnarit. 193.a.3. eius proles ibi. b. a.3
 Dauid Atanadidinghel 191.a.3
 Dauidis Pfalmi 185.b.1. o- ratio ad ſuos 186.b.1
 Dauidis copia 182.a.1
 Dauidis iniunctio 161.a.1
 Dauidis pia oratio 173.b.1
 Dauidis pietas in Saulum 168.a.1
 Dauidis gratitudo 177.b.1
 Dauidis legati ab Ammo- nitis uiolari ibid.
 Dauidis exilium 166.a.1
 Dauidis duarum uxorū ca- ptuitas 170.b.1
 Dauidis ab uxore reprehē- ſio 176.a.1. piūm respon- ſum 176.a.1. inſtituta 177.a.1
 Dauidis arx 155.a.1. cōcio ad populum 175.b.1. tur- ris 145.b.2. corona 180.a.1. promiſſua foboles ibidem
 contra Dauidem noua fedi- tio 183.b.1
 Dauidica cohors à Philis- tæis dimiſſa 170.b.1

Decarchones 646.b.2
 Decebalus inuentum in oc- cultado theſauro 306.b.2
 Decebalus rebellio 305.b.2
 Decelea 595.a.1
 Decemuirale concilium o- mniū grauiſſimū 285.b.4
 Decemuiri in ordinem re- diguntur 505.b.1
 Decemuiri magiſtratu ab- eunt 506.a.1
 Decemuiri 286.b.4
 Decemuiri ad conſcriben- das leges 493.b.1. dele- ctum inter ſe habet 499.b.1. bellum inter ſe par- tiuntur ibid.
 Decemuirorum cōiuratio 497.a.1
 Decemuirorū creatio 1162.a.2
 Decimarij quinq; uiri 298.b.4
 Decius Magi⁹ 961.b.1. eius conſtātia ibid. felicitas 962.b.1
 Decius xxx. imperator 362.b.2. eius interitus 363.b.2
 Decius cum ſuis in tutum euadit 712.b.1
 Decij deuotio 723.a.1. 832.a.1
 Decij uerba contra nobili- tatem 826.b.1
 Decij cum Gothis conſi- ctus 220.a.4
 Decij uirtute ſeruat exer- citus 711.b.1
 Decij tribuni conſiliū ibid.
 Decij conſilio hoſtes uin- cuntur 712.a.1
 Decio multiplices hono- res congeſti 712.b.1
 Dædala 792.a.1
 Dædali fuga 117.b.1
 Dædali in Sicilia accessus 118.a.1
 Deſectionis duces necan- tur 1069.b.2
 Deianira 124.a.1
 Deianiræ interitus 125.b.1
 Dei opt. maximi domus 265.a.4
 Deiparæ uirginis ſeruorū origo 778.b.2
 Deiparæ milites 924.a.2
 Deiphob⁹ à Palamede ob- truncatus 140.a.1
 Delatores audiēdi 311.b.4
 Delboræ oraculum 88.b.1
 Deluſus pirata Hariade- ni dolo interficit 403.a.3
 Delimnthes 420.a.3
 Deluſus 561.a.1
 Delij inſula eiſciuntur 574.a.1
 Delmaticus motus 843.b.2
 Delmatici belli cauſæ 219.a.2
 Delmaticum bellū 1121.a.1
 Delmatia à Venetis recipi- tur 697.b.2
 Delmatia ab Hunnis uaf- ta 436.b.2

Delmatia Venetis concedi- tur 675.b.2
 Delmatia iura 742.b.2
 in Delmatia ora res geſtæ 823.b.2
 Delmatiarū offenſæ 219.a.2
 Delmatiarū in Veneros ſtu- dium 705.a.2
 Delos inſula 423.b.1. 974.b.2. 1475.b.2
 Delphicum oraculū 621.b.1
 Delphici tēpli origo 86.b.1
 Delphinus 606.a.1
 Delphinus quibus condi- tionibus deditionem fe- cerit 1207.b.2
 Delphini & hominis qua- le commercium 284.a.1
 Delphini obitus 1256.b.2
 Delphiorum oppugnatione. 860.b.1
 Delta 45.b.1
 Demaratus 422.a.1. ei re- gnum abrogatur ibid.
 Demaratæ uerba 977.b.1
 Demaratæ uerba ad Xerxē 446.a.1
 Demarati tabulæ 452.a.1
 Demetrius Phalerus 839.a.1. 868.b.1
 Demetrius dimidium Ba- bylonis occupat 838.b.1
 Demetrius Ptolemæū uin- cit 841.a.1
 Demetrius captus 848.b.1
 Demetrius uictus 824.b.1
 1143.b.1
 Demetrius Græciæ dux 842.b.1
 Demetrius Demetrii filius 1134.a.1
 Demetrius & Perſeus Phi- lippi filij 1103.b.1
 Demetrius bis fugam ten- tar 4.a.2
 Demetrius Spartanus pe- ſtilentiæ ſedandæ nego- cium ſuſcipit 214.a.3
 Demetrius Syria eiſcitur 4.b.1. interficitur ibid.
 Demetrius ueritabilitas 841.b.1
 Demetrii domeſtica opera ibid.
 Demetrii & Stilponis con- greſſus 839.b.1
 Demetrii periculum ibid.
 Demetrii ſucceſſus 844.b.1
 Demetrii ſuperbia 846.b.1
 Demetrii exercitus ſolui- tur 848.a.1
 Demetrii errores 847.b.1
 Demetrii ſtuprum cum ſo- cru 886.a.1
 Demetrii iunioris & Antio- chi ſimultas 908.b.1
 Demetrii cultus 846.b.1
 Demetrii in Syriam acceſ- ſus 41.b.2
 Demetrii uerba in Atheni- ſes 839.a.1
 Demetrii & Perſei ſimul- tas 1104.b.1
 Demetrii interitus 848.b.1
 in De-

in Demetrio uolubilitas fortunæ 844.b.1
 inter Demetrium & Pyrrhum belli causæ 846.a.1
 Democritus 771.a.1
 Democedon medicus 351
 b.a. eius ad suos perfugium 352.a.1
 Democritus 426.a.1
 Demonax oraculo arbiter constitutus 372.b.1
 Demosthenes 560.b.1.809
 a.1
 Demosthenes dux 559.b.1
 Demosthenes consiliū 596
 b.1
 Demosthenis & Eurimedontis accessus 597.b.1
 Demosthenis deditio 602
 a.1. interitus ibid. b.1
 Demosthenis ab exilio reuocatio 808.b.1
 Demosthenis mendacium 730.b.1
 Dæmones ludibriū 423.a.2
 Dæmones edicto regis abdicantur 752.b.2
 Dæmonum præstigiæ 860
 b.1.289.b.2.411.b.1
 Deprecatio aptissima 35 b.1
 Dercylides 637.a.1. eius gesta
 ibid.
 Desiderius ultimus Logobardorum rex 224.b.4
 à Carolo Pipini filio uincitur ibid.
 Desiderius Caroli magni frater 234.b.4
 Desiderius pacem postulat 584.b.2
 Desiderij regis responsum 585.a.2
 Desiderij relectio 587.a.2
 Desiderij Rom. pontifex fauer 582.a.2
 Desperationis exemplum 208.a.2
 Desultores 967.b.1
 Deus uisus Alexandro 747
 a.1
 Dracones miræ magnitudinis 793.b.1
 Diadematis usus 838.a.1
 Diadorius multis grauat^r
 uulneribus capit 178.b.3
 Diagoras 478.a.1
 Dianæ templum ab ignoto
 homine concrematum 1252.b.2
 Dianæ templum ab Heroftrato incensum 715.b.1
 Dianæ templum in Auentino 309.b.1
 Dianæ templum à Scythis diripitur 366.b.2
 Dianæ templum à Gothis diripitur 404.b.2
 Diarbecha 160.a.3
 Dictatura qui non abierint 381.a.1
 Dictator se consulem dicit 1008.a.1
 Dictator ex urbe proficiscitur 963.b.1

Dictator primus 380.a.1
 Dictatoris strategema 663
 a.195.a.1. 811.a.1
 Dictatoris facinus 526.a.1
 Dictatoris ira in Fabiū 751
 a.1
 Dictatores 516.b.1.518.a.1
 519.b.1.524.a.1.525.a.1
 579.b.1.660.b.1.668.b.1
 689.b.1.691.b.1.692.b.1
 693.a.1.694.a.1.705.b.1
 707.b.1.728.b.1.750.b.1
 751.b.1.810.b.1.812.b.1
 816.a.1.818.b.1
 Dictum facerem 877.b.2
 Didacus Touarres interficitur 393.a.3
 Didime 559.b.1
 Didonis in Libya delatio 190.a.1
 Dies atri postridiani 658 b.1
 Dies fausti & infasti 658
 b.1
 Dies lapillis olim norari soliti 83.b.1
 Diluuiū sub Ogyge 26.b.1
 Diluuij effectus 3.a.1
 Dinæ raptus 27.b.1
 Dinocrates architectus 749.a.1
 Diocletianus xij. imperator 382.a.2
 Diocletianus Christianum nomē infectatur 384.a.2
 Diocletianus se in ordinē rededit 385.b.2. eius infelix exitus 386.a.2
 Diocletiani iudiciū de Aureliano 375.a.2
 Diodorus Cronus 670.b.1
 Diodori oratio 553.a.1
 Diodori interitus 1149.a.1
 Diogenes grāmaticus 250
 b.2
 Diogenes 704.b.1.1107.b.1
 Diogenis & Alexandri cōgressus 731.b.1
 Diomedes Aetolus in Italia regnū adeptus 212.a.4
 Diomedes 148.b.1
 Diomedis caedes 93.b.1
 Diō à Syraculis pulsus 699
 a.1
 Dion Syraculas ingreditur 698.b.1
 Dion tempestate iactatus 698.a.1
 Dion militē comparat 697
 b.1
 Dion interfectus 700.a.1
 Dionis exilium 697.a.1
 Dionis modestia 699.b.1
 Dionis felicitas in tabellario 698.b.1
 Dionis reuocatio 699.b.1
 Dioni arx deditur 699.b.1
 Dioni ostentum oblatum 700.a.1
 Dionysius 321.b.2
 Dionysius Areopagita 266
 a.2
 Dionysius xxv. pontifex 369.b.2
 Dionysius Corinthum

missus 701.a.1
 Dionysius principatum recuperat 700.a.1
 Dionysius, qui & Bacchus 70.b.1
 Dionysij casus aduersus 701.b.1
 Dionysij potentia 634.b.1
 Dionysij opes 636.a.1. metus ibid.
 Dionysij tyranni conatus 241.b.2
 Dionysij maioris pater 632
 b.1
 Dionysianum templum apud Lutetiam 460.a.3
 Diocori 88.a.2
 Dioxippus 801.b.1
 Discordia ciuilis 602.b.2
 Discordia & similtas principum in repub. administranda 126.127.128.a.4
 Discordiæ domesticæ exempla 60.61.a.4
 Dispendomenis supplicium 786.a.1
 Diu oppugnatur à Turcis 501.b.3
 Diuitiarum exempla 149
 150.151.a.4
 Doana 257.a.4
 Docia cur Trāsyluanie profecto infensus 397.b.3
 Docia disceptio 400.b.3
 Dodonæi oraculi origo 285.a.1
 Dolabella & Antonius hostes iudicantur 183.a.2
 Dolabellæ interitus 190.a.2
 Dolonchi 398.a.1
 Domestica instituta 69.a.1
 Domestica admonitio 307
 a.4
 Domesticorū moderatio 310.b.4
 Domitian^r xij. imperator 301.a.2. eius diffidentia 302.b.2. caedes ibid.
 Gn. Domitius à Pharnace superatur 167.b.2
 Domitij pusillanimitas 149.a.2
 Dominicus Michael uictor Hierosolymam ingreditur 1155.a.2
 Dominicus Maurocenus à Caloprinis trucidat 1122
 a.2
 Dominicus Maurocenus dux 1158.b.2
 Dominicus Triuifanus equestri dignitate donatus 1540.a.2
 Dominicus Leo magister militum 1096.b.2
 Dominicus Monogenari^r Theodati successor 1097
 b.2
 Dominicus Oliuiolesis Ioan. Baptistæ reliquias cōdit 1116.b.2
 Dominicus Caloprinus antistes 1111.b.2
 Dominicus Michael Orde

Driualtū recipitur 1502.b.2
 Druentia amnis 459.b.3
 919.a.1
 Druidū disciplina 647.a.1
 Druidū auctoritas 647.a.1
 Druis mors 231.b.2.251.b.2
 Ducarium 269.a.4
 Ducarium forum 292.a.4
 Ducarium à Particiatio cōditum 1103.b.2
 Ducarium magna ex parte incendio absumptum 2529.a.2
 Ducarium à fundamentis restituitur 1536.a.2
 Ducaria comitia 283.b.4
 Ducariae literæ plūbo muniuntur 1165.b.2
 Ducariae electionis uariatio 283.a.4
 Ducarij cōflagratio 1118.b.2
 Ducarij scribæ 292.b.4
 Dux ab exercitu lapidatur 578.a.1
 Ducis creandi ratio 1149.a.2. in duce creando quæ suffragandi ratio 1095.a.2
 Ducum discordia perniciofa 387.b.1
 Ducum oratio 1042.a.1
 Ducum exaurationem 904.a.2
 Ducum æmulationes 1028
 b.1
 Ducum calamitosa discordia 727.b.2
 Duellij honores 878.b.1
 Duodecemuiratus 351.a.3
 Dura oppidum 627.b.3 capitur 628.b.3
 Durenda ensis 590.b.2
 Durenium clades 628.b.3
 Duria amnis 443.b.3
 Durū dorsum 252.b.4.253
 a.4
 Duuuiorū lex 269.b.1
 Dyrachiū 527.a.1.1492.a.2
 Dyrachium Normanis deditur 645.a.2
 Dyrachium obsidione leuatur 1147.b.2
 Dyrachini in hostium potestatem ueniunt 1122.a.2
 Dyrachinæ obsidionis solutio Venetis haud parui constituisse 1132.a.2

E

As 981.b.1. ætatis decrepitæ exempla 19.20
 21.a.4
 Ebionitana hæresis 392.a.2
 Ebrardi Cornei interitus 41.a.3
 Ebron ciuitas 28.a.1
 Ebusus 936.a.1
 Eburonum defectio 128.a.2
 Ecdicus 677.b.1
 Ecelinus 1191.b.2
 Ecelinus Patuinis aquis priuat 1196.b.2
 Ecelinus Mantuam graui obsidione presit 1195 b.2

Empolis 315.b.3
 Empolim Vitelliani capiunt 333.a.3
 Emporiaci triuiri 298.a.4
 Empulium 704.b.1
 Eniochi 88.a.2.98.a.1
 Enoch 2.a.1
 Enonæ quæta rerum penuria laboratū 1256.a.2
 Ennius 893.a.1
 Ennij mors 1118.a.1
 Q. Ennius 1107.b.1
 Ennius Philonardus Leonis pont. legatus 155.a.3
 Epaminondas Archidamū superat 681.a.1
 Epaminondæ laudes 684
 Epaminondæ interitus 683
 b.1
 Ephesiois interitus 706
 a.1
 Ephesus 188.a.1
 Ephesorum gesta 393.b.1
 Epiphanes 1046.b.1
 Ephire 532.a.1
 Ephrem 408.a.2
 Ephialtes indicū 450.b.1
 Epicides 973.b.1
 Epicides & Hippocrates discordiam ferunt 978.b.1
 Epicides & Hippocrates Syraculas occupant 979
 b.1. eorum ars ibid. a.1
 Epicurus 869.a.1
 Epidamnus 284.b.1.1492
 a.2.527.a.1
 Epidaurus 542.b.1
 Epiroticus equitatus fugā capessit 1497.a.2
 Epirotæ terga uertunt 52.a.3
 Episcopi creandi potestas q̄ diu pont. data 615.b.2
 Epistolæ familiares Sabellici 339.340.8cc.a.b.4
 Epizeli cæcitas 425.b.1
 Ephorus 536.b.1
 Ephori 232.a.1
 Ephori apud Lacedæmonios 216.b.1
 Equi mira pernicitas 378
 b.2
 Equi insidijs excipiuntur 480.a.1
 Equi uincuntur 404.b.1
 Equi in Algido cædunt 488
 b.1. sub iugum mittuntur 490.a.1
 Emanuel non audet cū Venetis congregari 1161.b.2
 Emanuel quomodo ad imperij fastigium peruenerit 1163. b.2. eius odium in Venetos unde 1164. a.2
 Emanuelis Caballi oratio 58.a.3
 Emanuelis legati pontifici dona magnifica ferunt 48.b.3
 Emaus 345.b.2
 Emerici sanctitas 663.b.2
 Empedocles Agrigentinus 493.b.1
 Empedocles fatum 113.a.1

in Turcos 920.a.2
 Eugenius pontificia domo
 eijctur 1396.b.2
 Eugenius aegre fert Bononi-
 am Sfortie arbitrio fibi
 in biennium abnegata
 1425.b.2
 Eugenij gesta 708.a.2.936
 a.2
 Eugenio sumptu octo trire-
 mes in Turcos instructe
 1424.b.2
 Eugenio dignitas abroga-
 tur 899.a.2
 cum Eugenio de Christia-
 nae fidei unione frequen-
 tissimo conuentu agitur
 1373.a.2
 Eulalius reuocatur 429.b.2
 Eumenes hostis iudicatus
 821.a.1
 Eumenes uictus 821.b.1 uir-
 tus ibid. ars in aperto pe-
 riculo 821.b.1. dirae 823.a.
 1. exercitatio in obsidio-
 ne 822.a.1. exitus 823.a.1
 Eunomia haeresis 399
 a.2
 Eunuchi ultio 458.b.1
 Eupator a Demetrio occi-
 ditur 1120.a.1
 Euphemiae aedes 254.a.4
 Euphemi oratio 592.a.1
 Euphratis ortus 319.b.1 mi-
 ra nauigatio ibid. a.1
 Eurimedon fl. 475.b.1
 Euripides 478.b.1
 Euristheus ab Heraclidis
 peremptus 129.b.1
 Euristheus 91.a.1
 Euristhe duricia 129.a.1
 Euryti caedes 123.b.1
 Eurytomedontis casus 598
 b.1
 Europa 136. a.1. eius raptus
 82.b.1
 Europi & Arrali opera 841
 b.1
 Europei Scythae 368.a.1
 Eusebius pontifex 339.a.2
 eius monumenta ibid. b.2
 Eusebij supputatio usque
 ad cataclysmum qualis
 3.b.1
 Eutychie haeresis 442.
 b.2
 Eua ex latere Adami facta
 1.a.1
 Euacides 393.b.1
 Euangeliste fanum 256.a.4
 Euantes 10.a.1
 Euaristus vj. pontifex 305
 a.2
 Euaristi pontificis marty-
 rium 309.a.2
 Euergete 773.b.1
 Euerricatio 397.b.1
 Exaetioj triumuiui 294.a.4
 Exatores sexuiri 299.a.4
 Examinatoru indices 289
 b.4
 Exarchi nomen quando in
 Italiam allatum 512.a.2

Exarchi consilium 514.a.2
 Exarchi iniuria in Italas ur-
 bes 523.b.2
 Exarchi aduersus suspectus
 556.b.2
 Exarchi oratio 569.b.2
 Exechium castellum accu-
 ratissimè communitur
 473.b.3
 Exercitus Rom. inter Cau-
 dinas furcas interclusus
 781.a.1
 Exercitus contumacia in
 Claudium consulem 468
 b.1
 Exorgum opp. strenue de-
 fenitum 1136.a.2
 Extraordinarij triumuiui
 295.b.4
 Ezechiel 280.a.1

F

Fabiagens 434.a.1
 Fabianus xx. pontifex 359
 b.2
 Fabiani pontificis decretu
 362.a.2
 Fabius Tarentum recipit
 1010.a.1
 Fabius militum fidem im-
 plorat 751.a.1
 Fabius Romam profugit
 751.b.1
 Fabius pater ad populum
 prouocare 752.a.1
 Fabius pop. Rom. donatus
 752.b.1
 Fabius uinculis liberatus
 726.a.1
 Fabius agrum uendit 937.a.
 1. dictatura se abdicat ib.
 eius auctoritas 939.a.1
 Fabius Arpos occupat 983
 a.1
 Q. Fabius flamen a pontifi-
 ce retentus 1086.b.1
 Fabij prudentia 933.b.1. co-
 stantia 934.a.1. castra su-
 per Alifas 935.a.1
 Q. Fabij Maximi optima in-
 stituta 819.b.1
 Fabij Vrsini indoles 1076
 a.2
 Fabij triumphus 832.b.1
 Fabij quo tempore caesi 426
 b.1
 Fabij strategema 815.a.1. 828
 a.1
 Fabij res gestae in Samnio
 977.a.1
 Fabij trecenti sex ad bellu
 exeunt 434.b.1. ab ho-
 stibus circumuenti 426
 a.1
 Fabij maiestas 982.b.1
 Fabij prudentia 940.b.1. sen-
 tentia 945.a.1
 Fabij constantia 974.b.1
 Fabij exploratio 814.b.1
 Fabij pietas in filium 851.a.1
 Fabij Maximi sententia 1033
 b.1. interitus 104.b.1
 Fabij Vrsini interit 1082.a.2

Fabiorum uirtus 435.b.1
 casus ibidem. caedes 426
 a.1
 Fabiae filiae quod certamen
 excitarint 686.b.1
 Fabricius ab Aurantio cu-
 stodiae traditur 250.b.3
 Fabricius Maramaldus Ita-
 lorum dux 370.b.3
 Fabricius 856.a.1. eius cen-
 sura 869.b.1
 Fabricius capitur 1061.a.2
 Fabricij Carrethi ad Leo-
 nem pontif. literae 104
 b.3
 Fabricij ad Ferrucium uer-
 ba 342.b.3
 Facinus incredibile 623.a.1
 foedum 639.a.2
 Facinorosi homines dilige-
 ter inquiruntur 1266.b.2
 Factiones composcendae
 312.a.4
 Falcari currus 754.b.1
 Falcerius capitur 1516 b.2
 Falconis promontorium
 263.b.3
 Faleriana coniuratio 816
 a.2
 Fames ingens 32.b.1. 679.a.
 2. inaudita Athenis 52.a.2
 sub Claudio ab Agabo
 propheta praedicta 263
 a.2
 Fames dira 291.a.2
 Fames Romae inualecunt
 472.a.2. urbana 487.b.2
 in exaudita 640.a.1
 Fames oblecta 930.b.2
 Fames 965.a.1. 1204.b.2
 Fames atrox 1399.b.2
 Famis memorabilis exem-
 pla 190. 191.a.4
 Fame mulieres filios come-
 dunt 210.a.1
 Familiaritates quae recipi-
 dae 311.b.4
 Familiarum diuersarum pe-
 culiare studium & mo-
 res 58.59.a.b.4
 Familiae nobiles ex Alba
 273.a.1
 Familiae praetorie delectus
 305.b.4. cultus 306.a.4
 Fantinus Georgius copia-
 rum imperator 1313.b.2
 Fantini ara 268.a.4
 Farfar fl. 1139.b.2
 Farinarium emporium 257
 a.4
 Farinarij duumuiui 295.b.4
 Fascium numerus circa Cae-
 sare 117.a.2
 Fasti dies 261.a.1
 Fatales tabulae 733.a.1
 Fatidicum antrum 860.a.1
 Fatorum admonitio 41.b.1
 Faunus & Picus 262.b.1
 Fausta Constantini uxor
 387.a.2
 Faustinae opera Verus pe-
 rijt 320.b.2
 Faustuli consilium 234.b.1
 discrimen 235.a.1. interi-
 tus 235.a.1

Faurentia Borgianis adimi-
 tur 1080.b.2
 Faurentia bis oppugnata
 1057.b.2. deditur ibid.
 Faurentinorum uirtus 1057
 b.2
 Faedericus imperator na-
 uali praelio uictus 226
 a.4
 Faedericus Parmiam obli-
 det 236.a.4
 Faedericus casa seruatus
 240.a.4
 Faedericus Barchius praefe-
 ctus 243.a.4
 Faedericus Palatinus ad Vi-
 enniam castra mouet 365
 b.3
 Faedericus Toletanus tri-
 remes conscendit 384.
 b.3
 Faedericus j. 708.b.2
 Faedericus ij. 743.a.2
 Faedericus ad obsequium
 redit 744.b.2
 Faedericus regno & impe-
 rio potitur 752.a.2
 Faedericus Italiam uexat
 756.a.2. eius interitus i-
 bidem
 Faedericus imperator 944.
 b.2
 Faedericus rex salutat 1037
 b.2
 Faedericus in Galliam pro-
 ficiscitur 1061.b.2
 Faedericus Alexandro Ita-
 lia interdicit 1164.b.2
 Faedericus Alexandri pe-
 des osculatur 1167.a.2. e-
 ius responsio ad pontifi-
 cem ibid.
 Faedericus aqua submer-
 sus 1170.b.2
 Faedericus Cornarius quo
 consilio Brundulum mis-
 sus 1291.b.2
 Faedericus Contarenus co-
 piarum imperium reci-
 pit 1374.b.2
 Faedericus morsu canis ex-
 tinctus 1434.a.2
 Faederici Cefaris in Italiam
 accessus 1009.b.2
 Faederici Sauorgnani mo-
 nitio 237.b.4
 Faederici regis deditio 1061
 a.2
 Faederici imperatoris ars
 744.a.2. perfidia ibidem
 b.2
 Faederici in pontificem per-
 fidia 745.b.2
 Faederici ad legatos uerba
 1165.b.2
 Faederici imperatoris in
 Venetos expeditio 749
 b.2
 Faederici Bozzoli oratio
 221.b.3
 Faederici Carrafe interitus
 271.b.3
 Faederici Barbarubre inte-
 ritus

ritus 726.b.2
 Faederici imperatoris inte-
 ritus 1021.a.2
 Faederici Vrbinatis exitus
 996.a.2
 Felix xxvj. pontifex 376.a.2
 eius decreta ibid.
 Felix pontifex 398.a.2. 451
 b.2. 459.b.2. 461.a.2
 Felix Cornicula Dominico
 successit 1096.b.2
 Feliciani pontis deuerticu-
 lum 261.b.4
 Feltrius Romae ducto ex-
 ercitu proficiscitur 223
 a.3
 Feltrius singulare militaris
 peritiae laudem adeptus
 273.a.3
 Fella amnis 205.a.4
 Femina inter suorum co-
 plexus expirat 1478
 a.2
 Feminae ad defuncti mari-
 ti uerba 1481.a.2
 Feminarum auctoritas 34
 b.2
 Feminarum munditiae in-
 signia 1062.b.1
 Feracius 590.a.2
 Ferarum monstra 16.b.1
 Ferentani 242.a.2
 Ferentius Bodo 307.a.3. ca-
 pitur ab Vironibus ibi.
 b. ad Ferdinandum ca-
 ptiuus ducitur ibi. in re-
 nebricolium carcerem re-
 legatur ibid. eius inter-
 ritus ibid.
 Ferdinandus occultas cum
 Lodouico inducias pe-
 pigit 4.b.3
 Ferdinandus cum Ludoui-
 co de Venetis inuaden-
 dis consilium inuit 1.a.3
 Ferdinandus febre corre-
 ptus, moritur 152.a.3
 Ferdinandus rex acclama-
 tur 370. b.3. ei Anna Lu-
 douici regis soror in ma-
 trimonium traditur ibi.
 Ferdinandus quando Cae-
 sar appellatus 354.a.3
 Ferdinandus Feltrio Soram
 urbem aufert 390.b.3
 Ferdinandus Gonzaga Al-
 fonsi Dauaci successor
 677.a.3
 Ferdinandus copias suas
 Philippo Palatino com-
 mittit 394.a.3
 Ferdinandus Hispaniae rex
 981.b.2
 Ferdinandus restituitur
 1035.a.2
 Ferdinandus rex moritur
 1037.b.2
 Ferdinandi oratio ad Nea-
 politanos 1029.a.2
 Ferdinandi literae ad Sti-
 rios Carinthiosque 373
 a.3
 Ferdinandi postulata 675
 a.3

Ferdinandi Cabreriae inte-
 ritus 366.a.3
 Ferdinandi Nigri interitus
 51.b.3
 Ferdinandi Neapolitani re-
 gis interitus 1021.a.2
 Ferdinando a Turcis ma-
 gnum detrimentum in-
 fertur 473.a.3
 Ferdinando quibus condi-
 tionibus pax data 395
 a.3
 Feroniae templum 260.a.1
 273.a.1
 Ferraria oppugnatur 790
 a.2
 Ferrariense bellum 987.a.2
 Ferrucius & Paulus se de-
 dunt 342.b.3
 Ferrucij effigies 342.b.3
 Ferrucius Volaterris iter
 intendit 329.b.3
 Ferrucius noua munimen-
 ta opponit 335.a.3
 Ferrucius suos milites ad
 praecoccupandum oppi-
 dum hortatur 341.a.3
 Ferrucij & Aurantij confli-
 ctus 345.a.3
 Ferruciani quem audaciae
 suae exitum tulerint 334
 a.3
 Fesulae captae 662.a.2
 Ficariolum 1511.b.2
 Ficinij Martilij supplicium
 319.b.3
 Fidei catholicae uis 600
 b.4. theologiae exem-
 pla 90.91.92.93.a.4
 Fidei etymon 316.b.4
 Fidenatum bellum 250.b.1
 Fidenae captae 251.a.1. 519.b.
 1.550.b.1
 Fidenae ab Hetruscis occu-
 pantur 287.a.1
 Fidenatum consilium 266
 a.1. deditio 273.a.1
 Fidenatum defectio 549
 a.1
 Filitium pietas in paretes
 52.53.54.a.4
 Fimbria manum sibi infert
 58.a.2
 Finarium oppidum 425
 b.3
 Firmanorum castella Vale-
 rius inuadit 234.b.3
 Firmum ab Eugenio recipi-
 tur 1428.a.2
 Fiscii recuperatores 291
 b.4
 Flaccus consul a Fimbria in-
 terficitur 56.b.2
 Flamminius bellum Nabi-
 di infert 1064.a.1
 Flamminius consul 929.b.
 1. eius pernicacia 930.a.1
 praiceps consilium ibid.
 b.1. ferocia 391.a.1. casus
 ibid. b.1
 Flamini ferocia 904.a.1
 Flamines unde dicti 261
 b.1
 Flandri 628.b.2

Flauius xxxij. imperator
 369.b.2
 C. Flauius aedilis 819.b.1
 Flauij perfidia 988.a.1
 Flauij interitus 287.a.2
 Flauiani in Capitolium co-
 pelluntur 287.a.2
 Flauianorum fuga 287.b.2
 Flechij interitus 130.a.3
 Fliscus & Adurnius uulne-
 ribus confecti occum-
 bunt 1363.b.2
 Fliscus ex hostium mani-
 bus eripitur 261.b.3
 Flisci & Adurnij cum detri-
 mento discedunt 112.a.3
 Floddon mons 25.a.3
 Florantius fato concedit
 462.b.3
 Florantius Mareschalci di-
 gnitate consequitur 461
 b.3
 Florantio Perone custodia
 traditur 461.b.3
 Florentinus & Eugeniatus
 eques fugam stragem-
 que ingetem edunt 1415
 a.2
 Florentini Clementis con-
 silia diligenter explorat
 277.a.3
 Florentini fortissimos du-
 ces intra paucos dies a-
 mittunt 322.a.3
 Florentini turbantur 337
 b.3
 Florentini graui bello Lu-
 cam premunt 1357.a.2
 Florentini ad Sagonariam
 uincuntur 860.b.2
 Florentini uindicant se in
 libertatem 808.a.2
 Florentini ad Podium uin-
 cuntur 985.b.2
 Florentinorum cum Sfortia
 et Venetis foedus 1391
 b.2
 Florentinorum copiae Ven-
 etis iunguntur 1229.b.2
 Florentinorum clades re-
 cens 863.b.2
 Florentinorum uerba ad
 principem & patres 866
 a.2
 in Florentinorum curia tu-
 multus 278.a.3
 Florianus Caesar xxxvij.
 imp. 377.b.2
 Fluentia 773.a.2
 Fluentiam Carolus inuadu-
 raui 615.b.2
 Fluuiialis pugna 874.b.2
 Fluuius locus 229.b.4
 Fluuiorum prodigiosus au-
 ctus 1019.b.2
 Foedus nouum 1021.b.2
 Foederis ratio apud Arabas
 qualis 341.a.1. formula
 610.a.2. conditio 730.a.2
 Foederis conditiones 447
 a.3
 Foederis ferendi ratio 268
 a.1
 Foederis sponsores dedi-

ti 783.b.1
 Foederis condiciones inter
 Sfortiam & Philippum
 1377.a.2
 Foederis uerusti forma 818
 b.1
 Foederis noui leges 867.b.2
 Foederu duplex ratio 1067
 b.1
 Foederatorum duplex cla-
 des 81.a.1
 Foiani monachi suppliciu
 351.b.3
 Folia uetera a Venetis com-
 busta 1213.a.2
 Folanum Florentini reci-
 piunt 1448.a.2
 Fons mirus 1054.a.1
 Fons amarus 366.b.1
 Fontanabona a Glemonen-
 sibus occupat 240.b.4
 Formicae Indicae 16.b.1
 Formidinis seu ignauiae ex-
 empla 73.74.75.a.4
 Formosus pontifex 630.a.2
 in Formosi corpore quae e-
 uenerint 634.b.2
 Fortis fortunae caedes 837.a.1
 Fortitudinis exempla 71.72
 73.a.b.4
 Fortunatus Aquileiensis
 536.b.2
 Fortunatus Tergestinus
 1098.b.2
 Fortunati criminatio 602
 a.2
 Fortuna prosperae exempla
 133.134.135.a.4. eius mu-
 tatio subita ibid. 136.137
 138.139.a.4
 Fortuna prosperae cursus
 periculosus 348.a.1
 Fortunae uarietas in praelio
 331.a.2. 675.b.1
 Fortunae ludibrium 708.b.2
 Fortunae mutatio 437.b.2.1
 Fortunae exemplum 857.a.2
 Forum caeparium 268.b.4
 Forum olitorium 258.b.4
 Fori Rom. ornatus 816.b.1
 Forumiulum Bauaris tra-
 ditur 520.a.2
 Forumiulum miserabilis
 incendio absumptum 228
 b.4
 Forumiulij Ptolomei 207
 a.4. Carnicum Iulij Pli-
 nio ibid.
 Forouiliantis uicus 266.a.4
 Forouilienses Triuifanę fa-
 miliae quid debeant 248
 b.4
 Forolani & Monclarense
 ad Philippum deficiunt
 1381.a.2
 Foropopili excidium 543
 b.2
 Foscarus ducaria pompa
 ad aedem Minorum ef-
 fertur 1456.a.2
 Foscati principis oratio
 1337.a.2
 Foscati principis responsio
 1376.a.2

Foscari principatus 286 a.4. Foscari interitus 1456. a.2. Fossanum oppidum 503 a.3. Fostae Clodiae 272. a.4. Franciscus Ludouici gener imperium fortitur 111. a. 3. ad Mediolanese imperium consilia viresq; conuertit ibid. Franciscus rex fauciatus capitusq; 215. b. 3. in Hispaniam perducitur 216. a.3. Franciscus Prosperum humanissimis uerbis horatur 121. a.3. inducias concedit ibid. b.3. Lotrechium insequi iubet ibid. Franciscus rex de hostibus magnifice triumphat 140 a.3. Franciscus Carduccius 278 b.3. Franciscus Sangallius portis noua propugnacula imponit 284. a.3. Franciscus in Carolum Sabaudium arma mouet 442. b.3. Franciscus in regnum suum reuertitur 486. b.3. Franciscus Campana epistoliarum magister 507 b.3. Franciscus Marchio Salafus ad Caesarem se confert 502. b.3. Franciscus Tolentanus militaribus copijs praeficitur 607. b.3. Franciscus noua copiarum supplementa in Italiam mittit 645. b.3. Franciscus rex Francorum moritur 691. b.3. Franciscus ingentem equitum multitudinem conscribit 114. b.3. Franciscus Barbarussam pio consilio dimitrendum censet 659. b.3. Franciscus magnam equitum partem Veneris admittit 1269. b.2. Franciscus Venetos ad bellum exciuit 1428. b.2. Franciscus rex Delphinum amittit 457. a.3. Franciscus Dandulus cur ad Clementis conspectum serius admissus 1220. a.2. Canis cognomen unde sibi adficiuerit ibid. Franciscus colloquium ab Leone pontifice postulat 142. b.3. Franciscus Sfortia Picenum occupat 886. a.2. eius & Picinini comparatio ibidem. b.2. Franciscus Odelaphus, Forliuensis 799. a.2. Franciscus Dedus eques 262. b.4. Franciscus Dandulus 289. a.4.

Franciscus Hicardi frater intercipitur 149. b.3. Franciscus Conos Iouio animalium uolumentum donat 448. b.3. Franciscus Lardonius a Senaualensibus ad Bellum praefectum mittitur 1308 a.2. d. Franciscus Aflisus 635 b.2. Franciscus Zenus 262. b.4. Franciscus aduersus Vtineses mittitur 239. b.4. Franciscus cum praesidij parte opprimitur 1426. b.2. Franciscus Hicardus in hostium potestatem uenit 243. b.3. Franciscus Spinula tremeium praefectus 1263. a.2. Franciscus Carrarius 1266 a.2. 272. b.4. Franciscus Serranus a Venetis ad Philippum mittitur 1339. a.2. Franciscus Spinula defensionis autor 1371. b.2. Caietanus uoluntario exilio concedit ibid. Franciscus Gonzaga imperio se abdicat 1374. b.2. Franciscus cum multis alijs in Sfortiae potestatem uenit 1427. b.2. Franciscus Delphinus oppidi praefectus 1276. b.2. Franciscus Bardus dimittitur 321. a.3. Franciscus suos egregio ueritate uirtutis exemplo accendit 129. b.3. Franciscus rex Mediolanensis sibus multam imponit 135. a.3. Franciscus Foscarius Moenici successor 1329. a.2. Franciscus aurea cruce a pontifice donatur 142. b.3. in Galliam magnis itineribus contendit ibid. Franciscus aequissimo foederi assentit 135. b.3. Franciscus Picininus ex curia relaxatur 1428. a.2. Franciscus Dandulus Superantij successor 1222. a.2. sub eius declaratione mira annonae caritas ibi. Franciscus Carolum sibi generum adsciscit 208. b.3. Franciscus incertae fortunae exitum expectat 131 a.3. Germanos ad confirmandum modico certamine hortatur ibid. Franciscus pontificem adorat 143. a.3. Franciscus Caesaris compektor 210. a.3. Franciscus regni Cantabriae occasione unde arripuerit 211. a.3. Franciscus Boticella Lotrechij animum fleuit 226 b.3.

Franciscus Lotharingie princeps moritur 676. a.3. Franciscus Norij pater in templo interfectus 223. a.3. Franciscus Sfortiae successus 878. b.2. Franciscus tyrannis 1323. b.2. Franciscus Danduli pietas erga patriam 791. b.2. Franciscus Foscari monumenta 256. a.4. Franciscus coniunx Verone honorifice habetur 1525 b.2. Franciscus Sfortiae audax consilius 1350. b.2. Franciscus descriptio 143 a.3. Franciscus fanu quando instauratum 272. b.4. Franciscus & Hericus regum colloquium 211. a.3. Franciscus institutum 736. a.2. Franciscus Rochae interitus 366. a.3. Franciscus Spierae desperatio 705. a.3. Franciscus Broccae interitus 334. a.3. Franciscus Borbonij fratris interitus 129. a.3. Franciscus Priuolo maris imperium demandatum 1542 a.2. Francisco Gonzagae fossarum custodia tradita 1341 a.2. Francisco grauisimum bellum inferitur 209. a.3. Francia duplex 900. b.2. eius situs 901. a.2. Franci & Burgundij ad Tanetum faciunt castra 507 a.2. Francorum uictoria 589. b.2. Francorum reges quando ecclesiae fauere ceperint 575. a.2. Francorum rex sic Pipinus 577. b.2. Francorum opes 516. a.2. Francorum caedes 590. b.2. 454. b.2. Francorum mores 901. a.2. Francorum origo 899. b.2. unde appellatio 900. a.2. regum genesis ibid. Francorum noua in Italiam eruptio 475. b.2. arma 476. a.2. duplex uictoria ibid. Francorum regum pietas 578. b.2. Francorum successus in Alpibus & Italia 469. b.2. Francorum in Galliam accessus 431. a.2. Francorum domestica fedtio 469. b.2. Francorum discordia 531. a.2. Franconia 594. a.2. Franconiae situs 1015. b.2. Fradolini interitus 945 b.2.

Fraterculorum dirus ritus 787. a.2. Fraterculorum haeresis originis 789. a.2. Fratrum duorum pium facinus 122. a.2. Fratrum charitas & mutus amor 54. 55. 56. a.4. Fratrum diuersa studia 335 b.2. Fraudis & prauorum consiliorum quae in autorum capita redudarunt exempla 184. 185. 186. b.4. Fregellae diruuntur 6. b.2. Fregosius dux & princeps appellatur 17. a.3. Fregosius Sfortianos oppidis expellit 122. b.3. Fregosius caduceator Geuam mittit 261. a.3. Fregosij interitus 568. a.3. Fregosij funduntur 1346 b.2. Fregosiae cohortes in fugam uertuntur 7. a.3. Friscus Accionem in carcere rem coijcit 1216. a.2. principatum parricidio quaerit ibid. Ferrariam pluribus locis incendit ibid. Frisij 269. b.2. Frisones 564. b.2. Frumentarij praefecti 291 a.4. Fundani caeduntur 405 b.3. Fundanorum deprecatio 727. a.1. Fugitiua ex Aegypto profectio 295. b.1. Fulminis mirificus casus 33. a.2. Fulminu creber casus 302 a.2. Fulua 94. a.2. Fuluius Flaccus & Gracchus Auentinum occupant 9. a.2. Fuluij exilium 995. b.1. Fuluij accessus ad urbem 997 a.1. Fuluij dementia 1109. b.1. Fuluij Flacci strategema 1106. b.1. Fuluij caedes 9. a.2. Fullonum tentoria 255 b.4. Funeris impensa 806 b.1. Funeris oratio 497. b.4. Funerium ludorum exempla 198. 109. 200. a.4. Furius acie uictus ab hoste obsidetur 480. b.1. eius frater interficitur 481 a.1. Fuscæ pons 261. b.4.

Gabaonitae ignominia notantur 75. b.1. Gabaonitarum flagitium 80. b.1. Gabaonitae

Gabaonitarum oratio 74 a.1. Gabaonitarum & Iudaeorum foedus 74. b.1. Gabinianum oppidum 340. b.3. ad Gabinianum confictus 345. b.3. Gabini bellu Romanis inferunt 335. b.1. Gabriel Venerius 294. a.3. Gabriel Condulmaris pontifex 1358. b.2. Gabriel Merinus in Cardinalium numerum adsciscitur 383. b.3. Gadilecher 162. b.3. Galba vij. Imperator 247. b.2. Galbae reditus ad urbem. 275. b.2. oratio ad Pisonem 276. a.2. quae prodigia mortem praecellerint 277. b.2. interitus 278. a.2. statura ibid. Galbae pulchrum facinus. 118. b.2. Galeacius & Gambarus seditionis initia opprimunt 121. a.3. Galeacius Patavium obsidione capit 1315. a.2. Tau risu armis subigit ibid. Mantuam ingenti tumultu adoritur ibid. Galeacij caedes 984. b.2. Galeacij Vicecomitis mors 836. b.2. Galeacij Sfortiae interitus 8. a.3. Galeciani tepli dedicatio. 590. a.2. Galenus 315. b.2. Galenus xxxij. imp. 365. a.2. Galenus cum Valeriano fratre interficitur 367. b.2. eius stultum ingenium. 368. a.2. Galeones 276. a.4. Galeotus Malatesta, Arimnensis 799. a.2. Galerius imperator 386. a.2. Gallia 282. b.2. 79. 1. a. Gallia dux 581. b.2. Galleacius Grumellus Sabelli successor 1320. b.2. Gallerus Barga Liburni arcem tradit 225. a.3. Gallia cisalpina 648. a.1. Gallia comata 645. a.1. Gallia brachata ibid. Gallia cisalpina bello quaeritur 945. b.2. Galliae populi coeunt 142. a.2. Galliae rex copias auxiliares in Scotia mittit 703. b.3. Galliae pacatio 143. b.2. & 144. a.2. Galliarum diuisio 645. a.1. situs ibid.

Galliae busta 655. a.1. Galliae nouae copiae 1078. a.2. Galliae classis fuga 608 b.2. Galliae naues opprimuntur 1073. b.2. Galliae naues puncto temporis dissipatae 32. a.3. Gallicus morbus 1037. a.2. Gallicus exercitus Italiae terrorem incutit 213. a.4. Gallici belli finis 905. a.1. Gallicis in rebus mutatio. 901. a.2. Gallicis in castris tabificae febres inualescunt 250 b.3. Gallipolis 250. b.2. Gallipolis capitur 993 b.2. Gallipolim Marcellus oppugnatu ire pergit 1532 b.2. Gallipolitani ueniam cum lachrymis implorat 1533 a.2. Gallus ingenti statura 693. a.1. Gallus noctu silentio proficiscitur 1035. a.2. Galli in fugam compulsi 4. a.3. Galli incolumes domum reuertuntur 42. b.3. Galli desinit imperare 632 a.2. Galli seruantur Rogerij accessu 706. b.2. Galli a Velasco & Henrico superantur 211. a.3. Galli Prosperum obsident 120. a.3. Galli cum Venetis pax 1103 a.2. Galli a Romanis uincuntur 289. a.2. Galli uincuntur 608. a.2. 694. a.1. Galli pacem postunt 1092 b.1. Galli uictoria potiti 134. a.3. Galli Helleponto in Asia transmittunt 1089. b.1. Galli Italia eiiciuntur 1104 a.1. Galli praeter caeteras gentes Romanis formidolosi 645. a.1. Galli a Capitolio pelluntur 652. b.1. Galli sacerdotes 1091. a.1. Galli equites turbati 21. a.2. Galli deditioem faciunt. 58. a.3. Galli Capuam occupant. 1060. a.2. Galli ad Boscum uincuntur 939. b.2. Galli qua parte Alpium in Italiam transgressi 214. a.4. Galli Marcello consuli se dedunt 214. b.4. de eius

iniuria queruntur apud senatum ibidem. a. fe-natu increpantur ibid. Galli quamdiu imperium habuerint 630. a.2. Galli qua arte capti 540. b.2. Galli ad Lyrim proffigantur 1083. a.2. Galli Mediolano potuerunt 1043. b.2. Galli in Sicilia ad unum interficiuntur 777. a.2. Galli in pacatu concedunt 120. b.3. Galli loco summouentur. 1034. a.2. Galli a Nasica caeduntur. 1097. a.1. Galloru gesta in Syria 688 b.2. Gallorum ingenia 831. b.1. Gallorum gens irae impatientis 650. b.1. Gallorum defectio 139. a.2. facinus ibid. b.2. Gallorum in reges suos animus 114. b.3. Gallorum transitus in Italiam 1099. a.1. Galloru uagi excursus 700 b.1. Gallorum tumultus 689. b.1. Gallorum fuga 695. b.1. Gallorum postulata 650. a.1. Gallorum impetus 700. a.1. Gallorum strages 60. a.2. 917. b.1. Gallorum motus 901. b.1. consilium 903. a.1. Gallorum commentu 832. a.1. Gallorum primus transitus in Italiam 648. b.1. Gallorum caedes 608. a.2. 653. b.1. 700. b.1. 826. a.2. 1050. a.1. 1066. b.1. 1069. a.1. Gallorum clades 1077. b.2. 1081. a.2. Gallorum consilium 1072. a.2. Gallorum celeberrimu opus 128. b.2. studium in obsidendo hoste 129. a.2. Gallorum defectio 130. a.2. Gallorum nouosexercitus 1079. b.2. Gallorum res inclinant in regno Neapoli 963. b.2. Gallorum animi 922. a.1. Galloru ferox responsum 1072. a.2. Gallorum equitum sacramentum 141. b.2. caedes 142. b.2. & 144. a.2. Galloru ciuiles mores 647 b.1. Gallorum canes relicti castris magno agmine. No-uariam intrant 11. b.3.

Gallorum gesta circa Neapolim 1035. b.2. Gallorum in Italiam irruptio 210. b.4. Galli in Alexia obsidentur 141. b.2. Gallorum ordines 647. a.1. Gallorum successus 1065. a.2. Gallorum equitu facinus. 169. b.2. Gallorum pollicita 477. a.2. Gallorum consilium de Lyro traiciendo 1081. b.2. Gallorum fames & pestilentia 655. a.1. Gallorum supplicium 144. a.2. Gallorum deditio 143. a.2. motus ibid. Gallorum principu discordia 971. a.2. Gallograecia 861. a.1. Gambalotra uicus 138. a.3. Gangaridum opes 797. b.1. Ganimedis raptus 87. a.1. Garamantes 107. b.1. Garda Venetis recipitur. 1411. b.2. Gardanus in perfidiae suspicionem uenit 1209. a.2. Gardani supplicium 774. b.2. Garganus mons 210. a.4. Gargaphius fons 464. a.1. Garilanus fluuius 1109. b.2. Garlasci expugnatio 215. a.3. Garzetta fluuiolus 140. b.3. Garzias Mauricus Venetis incarceratur 55. b.3. Garzias Lasisij interitus 460. b.3. Garzias Toletani interitus 2. b.3. Gaspar Contarenus 294. a.3. Gaspari Cildili tortura. 32. b.3. Gasto Brixiam recuperat. 3. b.3. Gasto Foisseius copijs praeficitur 3. a.3. Gasto Spinæu & Cetellionem amittit 3. b.3. cum hoste configit ibid. eius interitus 4. a.3. Gualonus proditor 590. b.2. eius supplicium 591. a.2. Gaza urbs 170. a.3. Gaza castellum 478. a.3. Gaza capitur 746. a.1. Gazelles 165. b.3. Gazelles a Solymano interficitur 211. b.3. Gazelles cur se Damascum receperit 210. b.3. Gazelle

Gazelles uulneratus Mem
phim profugit 172.a.3
Gzellis egregium facinus
176.b.3
Gazelles natura Turcarum
hostes 171.a.3. Tomum-
beiu de Sinabassæ ad-
uentu certiore reddidit
ibidem
Gazeses Sinabassæ exer-
citus in fugam uertunt
172.b.3
Gedeon 126.a.1
Gedeonis somniū 126.b.1
Gedegema 126.b.1. in-
clyta uictoria 127.a.1
Geica rex 655.a.2
Geica filiam Othoni matri
monio locat 1127.b.2
Gelafius pontifex 452.a.2
Gelafij fuga 695.b.2
Gelafij pontificis scripta.
455.a.2
Gelboë mons 171.b.1
Gelon 447.b.1. tyrannidē
adeptus 448.a.1. ada-
gium in Athenienses &
Lacedæmonios ibid.
Gela tyrannus 408.b.1
Gelonus 366.b.1
Germaltēscenobium 641
b.2
Gemelli 262.b.4
Geminianum fanum 267
b.4
Geminiani uestibulum 268
a.4
Genebra mons 117.b.3
Genefaralacus 283.a.2
Genfericus 427.b.2
Genfericus superatur 445
b.2
Gentilis Leonisij interitus
946.b.2
Gentiū plurium ritus 956.
a.2
Gentium & ducum nomi-
na 445.b.1
Genua à Saracenis capitur
641.b.2
Genua à Philippo deficit.
895.a.2
Genuæ direptio 213.b.3
Genuæ defectio unde orta
892.b.2
Genuam Philippus oppu-
gnat 1329.a.2
Genuensis belli origo 740
a.2
Genuenses Farum & Cor-
cyram fedē populantur
1249.b.2
Genuenses Medoacum Po-
pilliamq; funditus euer-
tunt 1288.b.2
Genuenses Clodiaci por-
tum tenent 1281.a.2
Genuenses malunt mori q̄
fugam turpiter tentare.
1203.a.2
Genuenses captiuos inter-
ficiunt 1201.b.1
Genuensiu deditio 814.b.2
Genuensium & Senesium

legati templo exiguntur
296.b.3
Genuensium quadringen-
ti capti 1296.b.2
Genuensium & Venetoru
induciæ 1205.a.2
Genuensiu belli causa 1242
b.2
Genuensium cum Lucensi-
bus foedus 1453.a.2
Genuensium uictoria 750.
b.2
Genuensium cum Venetis
naualis pugna 1199.b.2
Genuensium & Venetoru
pugna 760.a.2
Genuensibus classis missa
750.a.2
cum Genuensibus quartō
bellari cœptum 1271.b.2
cum Genuensibus iterum
bellari cœptū 1212.b.2
L. Genucius consul interfe-
ctus 692.b.1
Genucius trib. domi inter-
ficitur 440.b.1
Genucij interitus 622.a.1
Georgius 388.b.2
Georgius Bosichius 271.a.3
Georgius Franispergius.
200.a.3
Georgius Caballus 1292 b.2
Georgius Viarus 1527.a.2
Georgius Sechelus rex de-
ligitur 62.a.3
Georgius Poggibratus Bo-
hemie regnum affectat
306.a.3
Georgius miserē discrucia-
tur 65.a.3
Georgius Soprafaxus car-
cere emittitur 143.b.3.
cur in carceratus ibid.
Georgius milites ad preliū
animat 64.b.3. eius cum
Vayuoda certamē ibid.
Georgius Capuzmadius in
tercipitur 463.a.3. capi-
tali supplicio afficitur
ibid. b.3
Georgij Algani solenis cō-
uentus 274.b.4
Georgij ædes 271.b.4
Georgij fanum 253.a.4.
254.a.4
Georgij corpus ubi condi-
tum 254.b.4
Georgij ara 274.a.4
Georgij & Ludouici Hel-
lempurgesium interitus
129.a.3
Georgij Sanctacrucij inter-
itus 319.a.3
Geometriæ origo 7.b.1
Gepidæ 471.b.2
Gerardus Caminensis ad
hostes desciscit 1273.b.2
Gerardus Dandulus, &
Thaddæus Estensis in
hostium potestatem ue-
niunt 1432.a.2
Gerardus Caminensis Opi-
tergiū occupat 1226.b.2
Gerardo Soligetum Vene-

ti adimunt 1276.b.2
Gerion triiceps 106.a.1
Gerion uictus 109.b.1
Gerioni boues adēpti 109
b.1
Germania 33.b.2
Germaniæ motus 260.a.2
Germanus Parisiensis 511.
a.2
Germanum opp. 1109.b.2
Germani sese dedūt 14.a.3
Germani prælij pondus su-
stinent ibid.
Germani cum hoste saluis
rebus paciscuntur 311.a.3
Germani terga uertūt 276.
b.1
Germani imperiū obtinēt
645.a.2
Germani Galliā irrumpūt
121.a.2. eorum legatio
ibid.
Germani fidem accipiunt.
561.b.2
Germani ducis uirtutes
496.a.2
Germanorum descriptio
34.a.2
Germanorum crudelitas
794.a.2
Germanorum cum Vene-
tis bellum 1.b.3
Germanorum clades 650
a.2
Germanorum funesta pu-
gna 924.b.2
Germanicum emporium.
266.b.4
Germanicum bellum 232.
a.2
Germanici militis ad Lo-
dronium uerba 481.a.3
Germanici Cæsaris laudes
257.a.2. ex eius interitu
luctus ibid.
Germanici belli nuncijs
348.a.2
Germanici imperij origo
648.a.2
Getarum mores 385.a.1
Getæ 403.b.2. 1109.a.1
Getæ olim, nunc Transyl-
uani & Valachi 869.a.2
Ghingatta pagus 20.a.3
Giasleris interitus 432.a.3
Giahenna Bethicus prædē
auidissimus 248.a.3
Gidda portus 190.a.2
Gigas & Hetruscus in colu-
mes ad lirus perueniūt.
60.a.3
Gigantes 3.a.1
Gigantei belli ratio 93.a.1
Girapolim Nauarrus adori-
tur 2.b.3
Gisulphus Alboini nepos.
227.b.4. Foroiulianæ p-
uinciae præficitur ibid.
Gisulphi Beneuentani du-
cis motus 557.a.2
Gisulphi pietas erga ponti-
ficem 665.b.2
Gladiatorum munus pri-
mum 875.a.1

Gladiatorij muneris ratio
357.a.2
Gladius & clypeus Rom.
1009.b.1
Glaucus cur tota cum do-
mo perierit 423.a.1
Glemonensis ager 205.a.4
Glemonenses Clusiam oc-
cupant 239.a.4
Glessaria 893.b.1
Glesconis studium 894.b.
1. supplicium 897.a.1
Gloriæ inanis uitandæ exē-
pla 177.178.179.a.b.4
Glycerius imp. 447.a.2
Glyppi ad suos oratio 599.
b.1
Grimoaldus exercitum in
Auares parat 230.a.4
Grimoaldus equitem ob-
truncat 228.b.4
Grimoaldus Opitergium
funditus euertit 231.a.4
Guinifus cum Florentinis
clandestinē de pace agit
1357.b.2
Guinifum nomē Florenti-
nis inuisum 1355.b.2
Gobrias 347.a.1
Gobryis callida interpreta-
tio 370.a.1
Godochus rex 1091.b.2
Gofferus in fugam conij-
citur 215.a.3
Goliadis magnitudo 161.b.
1. eius prouocatio 162.
a.1
Gombariæ naues unde di-
ctæ 1116.b.2
Gometij turpis exitus 442
a.3
Gomphi à Cæsare diripiuntur
160.b.2
Gonzaga ab Hispaniæ ma-
gistratu citatur 493.b.3
Gonzaga Afrorum ducem
hasta transigit 437.b.3
Gonzaga capitur 625.a.3
Gonzaga & Ludouic⁹ Ver-
mius in Veronensem a-
grum erumpunt 1379.
b.2
Gōzaga duodeviginti ga-
leones per Tartari flumi-
nis ostium traducit 1393
a.2
Gonzaga Heluetiorum co-
hortem trucidat 251.
b.3
Gonzaga magnum salutis
periculum subit 246.
a.3
Gonzagæ ad Ioannem Var-
gam literæ 492.b.3
Gordianus xxv. imperator
366.a.2
Gordianus solus imperat.
ibidem. eius cædes 361.
a.2
Gordianus iunior Cæsar
creatur 356.b.2
Gordianus xxv. imperator
354.a.2. eius opes i-
bidem

Gordia-

Gordianus iunior interfici-
citur 355.a.2. senior si-
spenditur ibid.
Gordiani populare nomē.
361.b.2
Gordiani iunioris ingeniū
354.b.2
Gordium 733.b.1
Gordij nodus 253.b.1. 733.
b.1
Gorgias Leontinus 523.b.1
Gorgonēs 69.b.1
Gorgylus amnis 910.b.1
Goticianus comes 208.
a.4
Goticianus pons 244.b.4
Goticia comes in patriam
erumpit 237.a.4
Gorium Thufcorum opp.
1396.b.3
Gortinij 951.b.1
Gothifredus Hierosolymi-
tanus rex salutaris 1146
a.2. à coronæ usu cur ab-
stinuerit ibid.
Gothifredus rex declara-
tur 689.b.2. eius mors
690.a.2
Gothifredi opes 666.b.2
Gothifredi interitus 1146.
b.2
Gothifredum Liuianus ne-
cari iubet 52.b.3
Gothica classis Græcorum
oram populatur 497.a.2
Gothica calliditas 501.b.2
Gothici belli scriptores.
463.b.2
Gothici regni finis 506.a.2
Gothi quando Italiam in-
uaserunt 219.b.4
Gothi à Caracalla fusi ibi.
Gothi ad orthodoxoru fi-
dem uertuntur 469.b.2
Gothi Pannoniā occupant
414.a.2
Gothi nouū regem creant
466.b.2
Gothi cum Francis & Bur-
gundijs conspirant 506.
b.2
Gothi à Caracalla uincun-
tur 404.a.2
Gothi regem creant 487.
b.2
Gothorum recens cædes.
405.a.2. 370.b.2. 415.b.2
Gothorum rebellio 406.
a.2
Gothorum diuisio 219.b.4
Gothorum ferocia à Clau-
dio compressa 220.a.4
Gothorum motus atroces
404.b.2
Gothorum origo 219.b.4
ferocia ibid.
Gothorum classis profliga-
tur 497.b.2
Gothorum discrimen 505.
a.2. desperatio ibid. b.2
deditio 506.a.2
Gothorum res aperte incli-
nant 498.a.2
Gothorum thesauri ubi cō-

diti 504.a.2
Gothorum gens in Italicū
nomen abiit 509.b.2
Gothorum successus 483.
b.2. 496.a.2
Gothorum sæuitia in Ro-
manos 501.b.2
Gothorum & Burgundio-
rum dissidium 507.b.2
Gotholonica nauis à Vene-
tis intercepta 1436.b.2
Gracchus occiditur 988.b.1
Gracchus trecentas Celti-
berorum urbes euertit.
1108.b.1
Gracchi infomnium 6.b.2
indoles ibid. lex 7.b.2.
cædes 237.a.4
Gracchi lex qualis 1150.a.1.
actiones pro plebe ibid.
b.1. modestia 1151.a.1
Gracchorum fratru diuer-
sa natura 1149.b.1
Gradata aquæ 270.b.4
277.a.4
Grandensis ecclesia 646.
a.2
Grandensis ecclesia caput re-
ligionis declaratur 517.
a.2
Grandensis ecclesia metro-
politana 1093.a.2. 1117.
b.2
Grandensis ecclesiæ origo.
511.b.2
Grandensis ecclesiæ incre-
mentum 517.a.2
Grandis ecclesia totius Ve-
netiæ metropolis decla-
ratur 228.a.4
M. Gradonicus triremium
præfectus. 1204.a.2
Gradonicus quando duca-
riam administrationem
adierit 1212.a.2
Gradonicus quo imperij
sui anno obierit 1255.a.2
M. Gradonicus, Biardus
dux creatur 1257.b.2
M. Gradonicus trucidatur
1259.b.2
Gradonici ducatus breuis
1237.a.2. monumentum
ibid.
Gradonici principatu tota
ingens annonæ caritas.
1237.a.2
Gradonici mors 1189.a.2.
1218.b.2
Gradus insula 208.a.4.
277.a.4. 223.a.4. in eam
Aquileienses preciosam
supellectilem mittunt.
ibid.
Graij belli impulsores 441
b.1
Gramma amnis 246.a.4
Grammatici 147.b.2
Granata 796.a.2
Granatæ uictoria 1012.a.2
Granatæ amissio 729.a.2
Granatæ interitus 47.a.3
ad Granicum fluium pu-
gna 732.b.1

Granuellani obitus 707.
b.3
Gratulphus ducatum ad-
piscitur 229.a.4. cum
Sifulpho in Apuliam na-
uigar ibid.
Gratia, Stiriæ metropolis
365.a.3
Gratianus Valenti succes-
sor 220.a.4. Visigothos
superat ibid. eius foedus
cum Athanarico ibi. b.
Gratianus Cæsar 402.b.2
Gratiani cædes 407.b.2
Gratiæ, Linzij & Viennæ
quomodo inter se sitæ
sint 368.a.3
Gratiarum ara 274.a.4
ad d. Gratiarum uirginem
elegia 602.a.4
Gratitudinis exempla 122.
123.124.a.4
Græcus 26.b.1
Græci bidu æquo mar-
te dimicant 453.a.1
Græci ad Citheronem ca-
stra faciunt 463.a.1. &
464.b.1
Græci duces partiuntur in
terse prouincias 481.a.2
Græci rhetores 148.a.2
Græci Venetorum nume-
ro Campanis utuntur 627
a.2
Græci Calabria eiiciuntur
666.b.2
Græci Italia pelluntur 647
b.2
Græci ad pugnam se expe-
diunt 457.a.1
Græci à Normanis uincun-
tur 674.b.2
Græci à Philippo circum-
uenti 716.a.1. subacti
717.b.1
Græci quid pro Macedone
asserant 779.b.1
Græcorum infelix exitus.
138.a.1
Græcorum seditio 139.a.1
Græcorum uictoria 466
b.1
Græcorum successus 467.
a.1. 504.a.2
Græcorum ducum focor-
dia 479.b.2. cædes 480
a.2. fuga ibid. b.2
Græcorum nouæ copiar.
481.a.2
Græcorum inconstantia.
485.a.2
Græcorum certamen perti-
nax 494.a.2
Græcorum classes quo or-
dine instructæ 457.a.1
Græcorum ducum cædes
484.b.2
Græcorum auxilia 498.
b.2
Græcorum successus in Si-
cilia 498.a.2
Græcorum recens cædes.
542.a.2
Græcorum & barbarorum

mutuus metus 461.a.1
Græcorum discordia 519.
b.1
Græcorum defectio à La-
cedæmonijs 671.a.1
Græcorum uota 716.a.1
Græcorum uirtus 717.b.1
Græcorum feedum specta-
culum 764.a.1
Græcorum ecclesia Roma-
næ accedit 772.a.2
Græcorum uarij motus
1263.a.2
Græcis Persæ instant 464
b.1
Græca classis periclitatur
481.b.2
Græcarum nauium fuga.
449.a.1
Græcarum urbium discor-
diæ 714.b.1
Græciæ nobilissimæ syno-
di 546.b.1
Græciæ noui motus 808.
a.1
Græciæ descriptio 1077.
a.1
in Græciā spolia cuiusmo-
di missa 733.a.1
Gregarij militis facinus.
280.b.2
Gregorius secundus ponti-
fex 550.b.2
Gregorius iij. pont. max.
573.b.2
Gregorius quartus pont.
616.b.2
Gregorius sextus pontifex
663.b.2
Gregorius septimus pont.
670.b.2
Gregorius octauus pont.
725.a.2
Gregorius nonus pontifex
744.a.2
Gregorius decimus pont.
766.b.2
Gregorius undecimus pon-
tifex 822.b.2
Græcorum pontifex mori-
tur 527.b.2
Gregorius sese dignitate
priuat 846.b.2
Gregorius præsul 236.
a.4
Gregorius pont. Henricū
anathemate figit 672.a.2
in Germaniam profiscisci-
tur ibid. b.2
Gregorius Imifolus inter
sacra trucidatus 1200.
a.2
Gregorij corpus 265.
b.4
Gregorij pontificis indo-
les 517.b.2
Gregorij laus 520.b.2
Gregorij scripta 522.b.2
Gregorij decreta ibid.
Gregorij pietas 523.a.2
Gregorij pontificatus infa-
matur 527.b.2
Gregorij pontificis confis-
sionum 567.b.2
Grego-

Gregorij decreta 621.a.2
 Gregorij pontificis fuga. 677.b.2
 Gregorij pontificis laus. 678.b.2
 Gregorij pontificis clementia 745.a.2
 in Gregorio mortuo quid euenit 664.b.2
 M.Grimanus cum magna nauigiorū parte oppressus 1319.b.2
 Grimaldus Genuam se recipit 1248.b.2
 Grimaldia Ligur uexillum in hostili muro defigit 377.a.3
 Grimoaldi celeritas 543.b.2
 Gritti ad Lascū uerba 399.a.3
 Gritti profugæ uerba ad equites 14.b.3
 Gritti interitus 400.b.3
 Gritto urbs restituitur 209.a.3
 Gruanus portus 1115.b.2
 Guartius portus 276.b.4
 Grynius 372.a.1
 Gryphus 4.b.2
 Gryphi astus in matrē 15.b.2
 Gryphi interitus 40.b.2
 Gualterius tyrannidē Florentiæ exercet 808.a.2
 Gualdum Nucernum Picininus occupat 1426.a.2
 Guarinus ad Vrseoli cōspētum ductus 1120.b.2
 Guelphi & Gibellini quando esse ceperint 750.b.2
 Guelphi auxiliares ingenitem agrestium cædem edunt 1389.b.2
 Guerrerius interficitur 234.b.3
 Guerrerij Celanij interitus 46.a.3
 Guiccardinus successori insignia tradit 222.b.3
 Guiccardini respōsio 222.a.3
 Guido Fabrianicus cum omni equitatu oppressus 1342.a.2
 Guido Faentinus diuersarum partium factus 1396.a.2
 Guido Monticulanus terrestrium copiarum dux. 1157.b.2
 Guido Cremenensis Octauiani successor 1164.b.2
 Guido receptui cani iubet 458.b.3. ad Carinianum oppugnandum contendit ibid.
 Guidonis in Italiam aduentus 1109.b.2
 Gulthermus Rochādulphus 207.a.3
 Gulthermus Maclouicis, & Renatus Baiocensis, ad pristinos honores rede-

unt 33.a.3
 Guilielmus Scala uenenus necatus 1318.a.2
 Guilielmus rex declaratur 709.b.2
 Guilielmus Gofferius Mediolanum obsidere constituit 214.b.3
 Guilelmus bello uexatur. 1200.a.2
 Guilielmus Rochādulphus niuoso tramite cum auxilijs Ansum peruenit 147.b.3. castello potitur ibid. summa gratulatione excipitur 148.a.3. in Germaniam reuertitur. ibid.b.3
 Guilielmus Furtembergus à quibusdam exploratoribus Gallis pro speculatore intercipitur 671.b.3. custodia traditur ibi.
 Guilelmus Cleuenfis regulus in Brabantia bellum excitat 582.a.3. ei Franciscus sororis filiā despōdet ibid.
 Guiscardus archipirata 707.b.2
 Guiscardi in Græcos gesta 669.a.2
 Guiscardi interitus 679.a.2
 Guleta propugnaculū 428.b.3
 Guletae oppugnandæ negotium Aunia suscipit. 422.b.3
 Guletae situs 429.a.3
 Gullusa 1122.b.1
 Gurcensis cardinalis intercessio 42.b.3
 Gufmani interitus 242.b.3
 Gylippi in Italiam appulsus 593.b.1. edictū 594.a.1
 Gylippi fuga 604.b.1
 Gylippi peculatus 621.b.1
 Gylli expeditio 675.b.1
 Gymnopodes 263.a.4
 Gymnosophistæ 805.a.1
 Gymnasiorum nobilitū origo 598.b.2
 Gyndes à Cyro corruatur 318.b.1
 Gytheum opp. 1065.a.1

H

Habraamus cur plerisque charus 7.b.1
 Habraamus in quæ tempore incidit 6.a.1
 Habraamus Mesopotamiæ incola 6.b.1
 Habraamus coniugem suā cur forem alsimulet. 7.a.1
 Habraamus decim⁹ à Noë 6.b.1
 Habraamus cur in Cananē am profectus 7.a.1
 Habraamus astronomiæ gnarus 7.b.1

Habraamus ubi sepultus. 24.a.1
 Habraami laudes 35.b.1
 Habraami cū Ægyptijs sacerdotibus colloquium 7.a.1
 Habraami pietas 24.a.1
 Habraami uictoria 22.a.1
 Habraami in Ægyptū profectio 7.a.1
 Habraami seculum 22.b.1
 Habraami ex Cananæa profectio 23.b.1
 Habraami prædicatio qualis 6.b.1
 Habraei 5.a.1
 Habraymus 308.b.3
 Habraymus duo inuicem magnitudinis ppugnacula ante fossam erigit. 361.b.3. Nicolizæ animum expugnat 363.a.3. à Quintio cum Solymano discedit ibid.
 Habraymus ubi natus 414.b.3. Scanderbassæ à prima pueritia feruit ibid. Solymano dono mittitur ibid.
 Habraymus Venetū mercatorem iugulari iubet. 422.a.3
 Habraymus Vefiris dignitatem adipiscitur 415.a.3
 ei Solymanus regij scriprij sigillum tribuit ibid.
 Habraymi interitus 422.b.3
 Habraymi successores 423.a.3
 Habraymo Scanderbassæ filia in matrimonio collocatur 415.a.2
 Hadrianus pontifex à Genuentibus magna lætitia excipitur 213.b.3
 Hadrianus j. pontif. max. 584.b.2
 Hadrianus secundus pontif. 628.a.2
 Hadrianus tertius pontif. 708.b.2
 Hadrianus quartus pontif. 629.a.2. eius decretum. ibid.
 Hadrianus quintus pontif. 772.b.2
 Hadrianus sextus Leonis successor 213.b.3
 Hadriani legatio ad Carolum 585.b.2. sagacitas ibid.
 Hadriani pontificis institutum 591.b.2. opera ibid. pontificatus longus 592.a.2
 Hadriani obitus 214.b.3
 Hadriaticus sinus 1396.b.2
 Hadriam urbē Christophorus Mula capit 1514.b.2
 Hadrienses 661.a.2
 Hagiostephanitæ à Venero imperio deficiunt 1185.a.2

Haitstulphus Pemonis filius 234.a.4
 Halanorum in Armeniam irruptio 296.b.2
 Halicarnassus 974.b.2
 Halicotus cū dimidia classis parte Algerium mittitur 289.b.3
 Halybassa hostem insequitur 79.b.3
 Halybassæ in Phrygia profectio 79.a.3
 Halybassæ interitus 80.b.3
 Haly Mahometis interpretis 70.b.3
 Halys fl. 80.b.3. 322.a.1
 Hamæ 969.b.1
 Hamilcar belli dux 896.a.1
 Spendium fugat ibid. eius uictoria 898.a.1. interitus 899.a.1
 Hamilcaris damnatio 862.b.1. successus 878.b.1
 Hammonis fons 748.b.1
 Hammonij ibid.
 Hammoniorū deus ibid.
 Hanebaldus ad Cuniū oppugnandum contendit. 591.b.3
 Hanebaldus dimittit 463.b.3
 Hangeffus apud S. Pauli oppidū interficitur 462.b.3
 Hannibal 634.a.1
 Hannibal magno prælio uincit 1009.b.1. ad Salapiam cohortem amittit. 1013.a.1. fufus 1045.a.1. Carthaginem accersitur ibid. pacem turbat 1068.a.1. ad Prusiæ regem se confert 1093.b.1
 Hannibal Nolam obsidet. 964.a.1. Casilinum oppugnat 965.a.1. Cumis repellitur 970.a.1. Nolā reuertitur 971.a.1. Puteolos oppugnat 975.a.1. ad fluuiū contendit 989.a.1. cum eo Romani configunt 996.a.1
 Hannibal Italiam inuadit. 213.a.4
 Hannibal Neapoli pellitur 960.a.1
 Hannibal fufus 1043.a.1. Carthaginem accersitur 1043.a.1. eius facinus. 1044.a.1. exilium ibid.
 Hannibal oculo captus 930.b.1
 Hannibal acie instruit 942.a.1
 Hannibal magno prælio uincitur 1009.b.1
 Hannibal pacē turbat 1068.a.1
 Hannibal ad Prusiam regē se confert 1099.b.1
 Hannibal Cumis repellitur 970.a.1
 Hannibal Puteolos oppugnat 975.a.1
 Han-

Hannibal rupes igni & aceto frangit 214.a.4
 Hannibal à Marcello uincitur 976.a.1
 Hannibal Nolam reuertitur 971.a.1
 Hannibal ad Salapiam cohortem amittit 1013.a.1
 Hannibal Nolam obsidet 964.a.1
 Hannibal in insidijs ferē trucidatur 1426.b.2
 Hannibal uulnus 927.b.1
 Hannibal ab urbe digressus 997.b.1. uox de Fabio 1010.b.1. clades 1016.b.1. uox in subito dolore 1019.a.1. prudentia in exercitu regendo 1022.b.1. querela 1040.b.1. eius & Scipionis cōgressus 1041.b.1
 Hannibal clades 1016.a.1
 Hannibal ars in Romanis capiendis 941.a.1. eius digressus ibid.b.1
 Hannibal uox in subito dolore 1019.a.1
 Hannibal ad Antiochum transfugium 1060.b.1
 Hannibal fuga & stragem 876.b.1. & 877.b.1
 Hannibal uictoria 962.b.1
 Hannibal sententia 1075.b.1
 Hannibal ara ad Iunonē Laciniam 1029.a.1
 Hannibal querela 1040.b.1
 Hannibal uerba ad Antiochum 1070.b.1
 Hannibal ab urbe digressus 997.b.1
 Hannibal prudentia in exercitu regendo 1022.b.1
 Hannibal uox de Fabio 1010.b.1
 Hannibal ars in Gortynijs fallendis 1012.b.1. mors 1103.a.1
 Hannibal ad Antiochum transfugium 1060.b.1. ad Antiochum uerba 1070.b.1. sententia 1075.b.1. exitus 1103.a.1
 Hannibal Magius traditur 962.b.1
 Hannibal omen oblatum 1041.a.1
 Hanno à Scipione superatur 928.b.1
 Hanno proffigatur 1036.a.1
 Hannonis socordia 895.b.1. cum Hamilchare simulatas 897.a.1. sententia 913.b.1
 Hariadenus imperium suscipit 402.b.3
 Hamerem Numidam interficit ibi. Algerium oppidum capit & delet 403.a.3
 Hariadenus à Tunetanis magnis gratulationibus excipitur 410.b.3
 Hariadenus à Solymano legitimo uultu suscipitur 403.b.3

403.b.3
 Hariadeni hortatio 434.a.3
 Hariadeni interitus 499.b.3
 Harpagi literæ lepori inclusæ 315.a.1
 Harpyiæ 144.b.1
 Harficoræ & filij interitus 970.b.1
 Hasdrubal Scipionis indolem miratur 1024.a.1
 Hasdrubal Placentiam obtinet 1015.b.1
 Hasdrubalis successus in Hispania 901.b.1
 Hasdrubalis sequitua 1136.b.1
 Hasdrubalis equites capiuntur 1016.b.1
 Hasdrubalis peritia in re militari 1017.b.1. casus 1018.a.1
 Hasdrubalis cædes 633.b.1. 912.a.1
 Haslerij & Chezzij congressus 131.b.3
 Haurardi consilium 26.a.3
 Haucuti opera arx recipit 1315.b.2
 Harduellē Alsimbeius V. summassanes in generū sibi adfiscit 70.a.3
 Hæremita Crinitum occipat 1136.a.2
 Hebraica historia Græcis ignota 5.a.1
 Hebraicæ historiæ defectus 496.a.1
 Hebraicæ uictoriæ cursus 176.b.1
 Hebræorū querelæ 152.b.1
 Hebræorum regnum scissum 172.b.1
 Hebræorum cædes 416.b.2
 Herbae genus mirandum 212.a.2
 Hecatombe 358.b.2
 Hedinum oppidum Franciscus in suam potestatem redigit 462.b.3
 Hedoardus bello eijcitur 972.a.2
 Hedui 107.a.2
 Helemati facinus 885.b.1
 Helena Meneloa non nupta 137.a.1
 Helena 275.a.4
 Helena Constantini mater 261.b.4. crucem Domini cum Cyriaco inuenit ibid.
 Helena cum Paride nauigatio 136.a.1
 Helena raptus 121.b.1. 138.b.1
 Helenes 321.a.1
 Helenus 143.a.1
 Helle 85.b.1
 Hellas & Locris Valachia 949.a.2
 Hellanicus 426.a.1
 Heliachimus rex 239.a.1
 Helias 204.b.1. eius fuga 205.a.1. exitus ibid.
 Helix iussu flamina exurit

tur tribunus 208.b.1
 Helix hæresis 227.b.4
 Heliæ Seuerus succedit 228.a.4
 Helij filiorum flagitia 148.b.1
 Helij interitus 149.b.1
 Heliogabalus imperator 342.b.2. eius opera stultitia 343.a.2. facinus stultū ibid. portentosa libido ibid. stultitia 344.a.2
 Heliogabalus Alexandro imminet 344.b.2. eius cædes 345.a.2
 Heliogabali figura 340.b.2
 Heliæ Syros in Samariā pertrahit 210.a.1. Adadū moriturum nunciat 211.b.1. eius uaticinium 210.b.1. diuinatio 221.a.1. mors ibid.
 Heliabethæ consecratio 745.b.2
 Heluetij 106.a.2
 Heluetij Gallos obsident 4.a.3
 Heluetij in noui ducis consilium descendunt 11.a.3
 Heluetij memorabile bellum conficiunt 14.a.3
 Heluetij cadauera humeris in urbem reportant 15.a.3
 Heluetij Comensi porta uexilla efferunt 134.a.3
 Heluetiorum & sociorum numerus 109.b.2. deditio ibid. a. 2. urbes ibidē b.2
 Heluetiorum opes augentur 106.b.2
 Heluetiorum cædes 107.b.2. legati ibid.
 Heluetiorum leges 12.a.3
 Heluetiorum cum Tramilio pacis conditiones 31.a.3
 Helycon Cyzicenus 697.b.1
 Hema 230.b.4
 Hemanuel imperator à Turcis capitur 722.a.2
 Hemanuelius gētium uoluntatū quomodo ad eptus sit imperium ibid.
 Hemanuelis imperatoris fraus 714.b.2. perfidia 715.a.2. dolus ibid.
 Hemanuelis imperatoris scelus 705.b.2
 Hemi consilium 1299.b.2
 Hemon 48.a.1
 Heneria terrā 1085.b.2
 Heneri mutata litera Veneti 211.b.4. 1085.b.2
 Henricus j. imper. 658.b.2
 Hæricus Hæstus pafsim rei publicæ statum mutat 713.a.3
 Henricus in Germaniā reuertitur 269.b.3
 Henricus ad Tornacum exercitum monet 29.b.3

Henricus Dādulus uisū priuatur 1163.a.2
 Henricus Castellanus 1130.a.2
 Henricus hostiliter Romā petit 676.b.2
 Henricus ecclesiæ reconciliatur 696.b.2
 Henricus Cæsari obuiam procedit 20.a.3
 Henricus Dandulus Aurei ducis successor 1171.a.3
 Henricus Britanniq rex Catharinā repudiat 381.b.3
 Henricus Græciæ loca recipit 1181.b.2
 Henricus ex urbe pellitur 794.a.2. moritur ibi. b.3
 Henricus Brunswicensis regulus ditione sua pellitur 676.a.3. à Lātgrauio capitur ibid. b.
 Henricus Brunswicensis custodia traditur 676.b.3
 Henricus Brunswicensis in Italiam euocatur 267.b.3
 Henricus rex moritur 691.b.3
 Henrici quarti priuilegia 1148.a.2
 Henrici imperatoris & cōiugis castitas 662.a.2
 Henrici Angli purgatio 717.b.2
 Henrici læuum edictū 672.a.2
 Henrici facinus 464.a.3. Catharinæ uxori repudij bellum mittit ibid.
 Henrici imperatoris scelus 693.a.2. uis impia ibid. b.2
 Henrici gesta 663.b.2. decretum 664.a.2
 Henrici animum quæ nam à Gallorum amicitia alienant 152.a.3
 Henrici imp. obitus 1178.a.2
 Heraclea urbs 276.b.4
 Heracleæ & Equilij excidiū 603.a.2
 Heracleæ conditio 537.a.2
 Heraclia ab Angelo Particiatio instaurata 1103.a.2
 noua ciuitas cur dicta ib.
 Heraclius imperator 276.b.4
 Heraclius antistes 723.a.2
 Heraclius sæpè Persas uicit 532.a.2
 Heraclij errata 535.a.2
 Heraclij & Coldroæ fœdus 532.a.2
 Heraclij interitus 538.a.2
 ultio ibid. b.2
 Heraclit⁹ Ephefus 426.a.1
 Heraclit⁹ & Aristoteles oraculum 652.a.1
 Heraclienfes 849.b.1
 Heraclienfium deditio 1138.b.2
 Heraclienfium magnanimitas 849.b.1
 Hera-

Heraciani ducem suū trucidant 1096.a.2. cur Medoacum migrarint ibid.
 de Heraciani excidij causa auctores uariare 1098.a.2
 Hercinia fylua 923.b.2
 Herculanę expositionis uefigia 110.a.1
 Hercules Aestensis Leonoram uxorem ducit 1508.b.2
 Hercules unde astrologiā adeptus 113.b.1
 Hercules ubi mortuus 107.a.1
 Hercules in Lydia quę gefeit 123.a.1
 Hercules in Creta delectū habet 106.b.1
 Hercules à quo edoctus 93.b.1
 Hercules ab Argonautis relicus 96.b.1
 Hercules uenditus 123.a.1
 Hercules plures dicti 89.b.1
 Hercules 48.a.1. eius ortus 89.b.1
 Hercules patrem nō esse Iouem 90.a.1
 Hercules tyrocinū 90.b.1
 Hercules & Sanfonis comparatio 132.b.1
 Hercules Alonfi filij nuptiæ 223.a.3
 Hercules Brafsichellæ interitus 318.b.3
 Hercules insula 263.b.3
 Hercules columnæ 109.a.1
 Hercules pugnain Amazonas 104.b.1
 Hercules & Thesei cōgressus 121.b.1
 Hercules interitus 125.b.1
 Hercules promotorium 662.a.3
 Herculanī milites Ferrariā celere cursu se recipiunt 1521.a.2
 Herbestulpho grauiter uulneratur 548.a.3
 Herdonius Aricinus 331.a.1
 crudeliter necat 332.a.1
 ad Herdoneam recens clades 1007.a.1
 Heretus uicus 289.a.1
 Heredia suppliciu 492.b.3
 Heremitanæ des 253.b.4
 Heremitanorū atrium 267.b.4
 Heremij ars in includendo Rom. exercitu 780.b.1
 Heremij patris duplex sententia 781.a.1
 Hericum Othomanus mediu secari iubet 1470.b.2
 Hermagoras 217.b.4
 Hermagoras Seuasti iussu cum Fortunato clanculum occiditur 218.a.4
 Hermagoræ & Fortunati corpora Gradum deponantur 1093.b.2
 Hermandū castellū 477.a.3

Hermanus Coloniensis episcopus 676.a.3
 Hermeas occiditur 957.a.1
 Hermæ truncati 587.a.1
 Hermolaus Lobardus oportune adest 1317.b.2
 Hermolaus Barbarus equestri dignitate donatus 1540.a.2
 Hermolai Donati cedes in quæ tempora incidit 1442.b.2
 Hermosilla & Touarres Macicaum expugnant 392.a.3
 Hermocratis ad Camarinenses oratio 590.b.1
 Hemicum bellum 817.b.1
 Hemicū acie uincuntur 428.b.1. 817.b.1
 Hemicorū grauis dimicatio 693.a.1
 Herodes 229.a.2
 Herodes tres 253.a.3
 Herodes Arabes prelio superat 225.b.2
 Herodes filios interficit 237.a.2
 de Herode falsus rumor 209.b.2
 Herodis fuga 207.a.2. successus 208.a.2. facinus ibid. suspicio 210.a.2. & Cleopatrem cōgressus ibi.
 Herodorus 478.b.1
 Heroici carminis origo 86.a.1
 Herotimi soboles 63.a.2
 Herricus Pamperginus capite multatur 236.b.4
 Herulia Romuli uxor 247.b.1. & 249.b.1
 Heruli Italiā inuadūt 448.a.2
 Hesiōdi mors 560.a.1
 Hesperidum horti 109.a.1
 Hester 494.a.1. eius facinus ibidem b.1. preces 495.b.1
 Hetrusco bello quantum aureorum nummūm portifex expendit 256.b.3
 Hetrusci Romanis de imperio cedunt 289.b.1
 Hetrusci uicti 814.b.1
 Hetruscorum opes 239.b.2
 Hetruscorum clades 662.a.1. 815.b.1. 816.b.1
 Hetruscis induci datę 834.a.1
 Hetruria à Lōgobardis adfligitur 512.a.2
 Hetruriæ populi pacem petunt 815.b.1
 Hetruriæ noui motus 1065.b.2
 Hectōris casus 139.b.1
 Hectōris Bradolini obitus 1446.a.2
 Hiberis & Scythis Hirmael bellum infert 75.a.3
 Hicardus Brixiam in expugnabilem facit 136.a.3
 Hicardus militibus pecu-

niā diuidit 148.b.3. eius iuramentum 149.a.3
 Hicardus de deditioe cum hostibus agit 199.a.3
 Hicela Stephano matrimonio locatur 1125.a.2
 Hydra amnis 208.a.4
 Hidrunis 1507.b.2
 Hidruntem Turci occupāt 986.b.2
 Hidruntem subito incurfu barbarus opprimit 1607.b.2
 Hiera 559.b.1
 Hieremias 280.a.1. & 284.a.1. eius diuinitio 293.a.1
 incarcerationio 294.a.1. in la cum merfio ibid.
 Hieremiæ campus 260.a.4
 Hieus Baalis sacerdotis uocat 213.a.1
 Hiei regis iniunctio 212.a.1
 Hiempal Iugurthę fraude occiditur 12.b.2
 Hiericus 90.b.2. 284.b.2
 Hierocuntius fons 284.b.2
 Hiericūti excidium 72.b.1
 Hiero 873.b.1. à Romanis prælio uincitur ibid. b.1
 eius astus 874.a.1. pax cum Romanis 875.a.1
 Hieronis munificentia in Romanos 940.a.1
 Hieronis mors 973.b.1
 Hieronymus Ferrariensis 1041.a.2
 Hieronymus Veronenfis 245.a.4
 Hieronymus Badouarius 263.a.4
 Hieronymus Gradonicus 294.a.3
 Hieronymus Tutauilla 425.b.3
 Hieronymus Vida 581.a.3
 Hieronymus Plegaphæta Vicentinus 451.a.3
 Hieronymus Molinus insulæ dux 1469.a.2
 Hieronymus Franchus portifcis legatus 682.b.3
 Hieronymus Leua seditio nis author 364.a.3. Macicaeo traditur ibid.
 Hieronymus Aquileię baptifmatis lauacro insignitus 219.b.4
 Hieronymus Barbadicus ueneno sublatu 1466.b.2
 Hieronymus Penna in Heluetiorum castra se proripit 120.b.3
 Hieronymus Moronus Romanam captiuus perducitur 270.a.3
 Hieronymus 408.a.2. eremita ibid. b.2. eius opera ibid. b.2. interitus 409.b.2
 Hieronymus Castilionius legationis princeps 135.a.3

Hieronymus Vafionensis antistes cum Cæsare fedus percutit 277.b.3
 Hieronymi caullatio in Rom. 973.b.1. cedes 974.a.1
 Hieronymi scripta legi incipiuntur 401.b.2
 Hieronymi ara 260.b.4
 Hieronymitarum uestitus 409.a.2
 Hieronymi interitus 1499.b.2
 Hieronymi Iaderensis interitus 543.a.3
 Hieronymi Flisci interitus 6.b.3
 Hieroboas Abię bellum infert 202.a.1
 Hieroboas res nouas molitur 196.a.1
 Hieroboas aurei uitulū 199.b.1. oratio ibid. manus ra befcit 200.a.1. contumacia 201.b.1. mors 203.a.1
 Hierololyma unde dicta 174.b.1. capta 294.a.2. 80.a.1. 175.a.1
 Hierololyma à quibus condita 1144.a.2
 Hierololyma quādo capta 1146.a.2
 Hierololyma capitur à Persis 529.a.2. à Turcis capiuntur 660.b.2. à Saladinno 724.b.2
 Hierololyma à Saladino opprella 1156.a.2
 Hierololyma quot modis infestata 284.a.2
 Hierololyma à paucis Christianis incolitur 174.a.3
 Hierololyma instaurantur 472.a.2
 Hierololyma munitio 291.a.2
 Hierololyma desolatio 293.b.1. eiusdem captio 294.b.1
 Hierololyma Herodi cedunt 209.a.2
 Hierololyma conditio dubia 174.a.1
 Hierololyma quādiu Christiani tenuerint 724.b.2
 Hierololymis quot annis regnatum 295.a.1
 Hierololymorum obfidio 2.b.2. 208.b.2. 1145.a.2
 Hierololymorū situs 1144.a.2
 Hierololymorū arx diruitur 1148.b.1
 Hierololymitani excidij causa 290.b.2
 Hierololymitani tepli desflagratio 400.a.2
 Hierololymitani regni titulus 743.b.2
 Hieropolitani à Selymo in fidem recipiuntur 169.a.3
 Higinus x. pontifex 313.b.2
 Hilarius pontifex 443.b.2
 Hilarius 445.b.2
 Hilarij

Hilarij turris 274.b.4
 Himbrū uictor Capellius armis subegit 1465.a.2
 Himilco Haldrubali succedit 967.a.1
 Himilconis insolentia 963.a.1
 ad Himolam castra munitur 1370.a.2
 Himulanus captus 1528.a.2. eius obitus ibid.
 Hippia uisum 425.b.1
 Hippocrates 973.b.1. eius hortatio 569.b.1
 Hippona urbs 439.a.3
 Hippolytus 369.a.2
 Hippolytus à Lucensibus lautilsimè excipitur 224.b.3
 Hippolytus Medices cohortes cōscribit 406.a.3
 Hippolytus custodia emititur 373.b.3
 Hippolytus Medices cardinalis legatus 357.a.3
 Hippolyti & Phedra interitus 121.a.1
 Hippolyte Theseo data 105.a.1
 Hircanus 64.a.2
 Hircani pietas in matrē & fratres 2.b.2
 Hircani & Aristobuli discordia 89.b.2
 Hircius interficitur 184.b.2
 Hirci Pisani interitus 1291.b.2
 Hirene in ordinem redigitur 600.a.2
 Hirenes ad Carolum legatio 599.b.2
 Hirenes pulchrum facinus 594.a.2
 Hircinorū querelæ 971.a.1
 Hisbosethus rex appellatur 172.a.1
 Hisbosethi cædes 173.b.1
 Hirmael milites suos ad præliū cohortatur 103.b.3
 Hirmael caduceatorem ad Selymum mittit 102.a.3
 Hirmael Amurathi filia in matrimonium collocat 98.b.3
 Hirmael sclopeto ictus in Medorū fines concedit 105.a.3
 Hirmael Mesopotamiā in deditioe accipit 74.b.3
 Hirmael Selymū sublequitur 106.a.3
 Hirmael deditioem facit 1448.a.2
 Hirmael paternā sibi ditionem uedicat 72.a.3. Summachiam diripit ibid.
 Hirmael maximū sibi nomen comparat 71.b.3. ei cognomentum Sophus inditum 72.a.3
 Hirmael Aluatis castra adortur 73.b.3. peditatū in fugam uerit 74.a.3. ad

Syras exercitum ducit a.1
 Hirmael Perfarum imperium inuadit 72.b.3
 Hirmaelis ad Venetos legatio 76.b.3
 Hirmaelis obitus 413.b.3. eius liberi ibidem.
 Hispaniæ pacatur 230.b.2
 Hispaniæ clades 418.b.2
 Hispaniæ status perturbatur 168.a.2
 Hispaniæ noui motus 428.b.2
 Hispaniarum nomina 1012.a.2
 Hispani & Itali tormentis minus feliciter utuntur 116.a.3
 Hispani milites ab hoste ceduntur 2.b.3
 Hispani rectam fidem accipiunt 521.a.2
 Hispani ad Crementium seditioe mouent 364.a.3
 Hispani forte seruatur 149.b.3
 Hispani deditioe faciunt 55.b.3
 Hispanorum trium certamen 34.b.3
 Hispanorū cædes 1063.b.1
 Hispanorum obfides restituntur 937.a.1
 Hispanorum uictoria 1075.1084.a.2
 Hispanorum trepidatio 1082.a.2
 Hispanorū duplex cædes 1106.b.1
 Hispanorū & Indibilis cedes 1029.a.1
 Hispaniense bellum 469.a.2. 588.a.2
 Histiæus serui caput inscribit 387.b.1
 Histiæus in Ioniam reuertitur 394.a.1
 Histiæus cruci affigitur 397.a.1
 Histiæi mendacium 395.b.1
 Historia 220.b.4
 Historia à fabula quid differat 103.b.1
 Historiæ laus 478.b.4
 Historiæ uariatio 714.a.1
 Historiæ sacræ usus 5.b.1
 Histria 1124.a.2
 Histri. Liburni & Delmatę Venetę sūt ditionis 653.a.2
 Histri tributarij sunt 707.b.2
 Histri ex Castello uirgines abducunt 115.b.2
 Histri raptores cæduntur 638.a.2
 Histrorum et Dalmatarum latrocinia 1092.a.2
 pro Histris cur arma sumpra 1111.b.2
 Histricum bellum 774.a.2
 Histriones unde dicti 691.

Hylæ casus 96.b.1
 Holandia 1015.a.2
 Homeri ortus 156.a.1
 Homeri laudes 156.b.1
 Homo septem cubitorum 254.b.2
 Homines enormi statura 590.a.2
 Homines primæui quales fuerint 8.a.1
 Homines qui hodie diuitifimè uiuant 6.a.1
 Honorius imp. 410.b.2
 Honorius pontifex 534.b.2. 702.b.2. 741.b.2
 Honorius I I I I. pontifex 779.b.4
 Honorij successus 426.b.2
 Honorij opera 534.b.2
 Honorij interitus 429.a.2
 Honoris in defunctos exhibitio exempla 197.198.a.4
 Honoris doctriinarum studijs exhibitio exempla 129.130.131.a.4
 Honores publicos ambientibus quid considerandum 1265.a.2
 Horatius 197.a.2
 Horatius absoluitur 270.a.1
 C. Horatij oratio 491.a.1
 Horatij 267.b.1. unius cōsiliū 269.a.1. facinus 269.b.1. patris deprecatio 270.a.1
 Horatij uerba ad milites 509.a.1
 Horatij Baleoni interitus 246.b.3
 Horationum & Curiationū sepulcra 269.b.1
 Horleus Hipatus 1095.b.2
 Hermilda pontifex 456.b.2
 Hortensiana ara 260.b.4
 Horucius Algerij regno potitur 402.a.3
 Horucij caput in Hispaniā transmittitur 402.b.3
 Hospitis filius laqueo necatus 1266.b.2
 Hospitalis iuris exēpla 131.132.133.a.4
 Hospitales triuiri 295.a.4
 Hostafius Polentanus, Rauennas 799.a.2
 Hostafius Rhauennas æneam statuā impetrat 226.b.3
 Hostis fallēdi astus 114.115.116.a.4
 Hostium ingens numerus 666.b.1. cælorū numerus 832.b.1
 Hostiū ingens cædes 45.b.2. 836.a.1. 975.b.1
 Hostium ars 743.a.2
 Hostium fuga 14.b.3
 Hostatē sūt deditio 584.a.3
 ad Hostatū Rossemius castra promouet 583.b.3

Hoyna fl. 559.a.3
 Hungaria unde dicta 434.a.2
 Hungaria mulieruicilis audaciæ facinus edit 623.b.3
 Hungari unde dicti 113.b.2
 Hungari ac Turcæ ad Americi thesauros occupandos discedunt 399.a.3
 Hungari Italiā cur inuadere statuat 113.b.2. Mysiam tributariam faciūt ibid.
 Hungari Venetos inuadūt 635.a.2
 Hungari ad Mugacium trucidantur 304.a.3. eorū rex submergitur ibid.
 Hungari Italiā reperunt 639.b.2
 Hungarorum opes 511.a.2
 Hungarorum incurfus terribilis cur 235.a.4
 Humanitas 317.b.4
 Humanitas domi seruadā 310.a.4
 Humeus hostium fines populatur 24.b.3
 Humeus capitali supplicio affectus 152.a.3
 Humeus & Huntleus in Scotiā profugit 29.a.3
 Humiliatorum origo 726.b.2
 Huntleij ad milites oratio 25.b.3
 Hunniū castellum ab Hunnis conditum 206.a.4
 Hunicus tumultus 497.a.2
 Hunnicum bellum 593.b.2
 Hunnus quando Macrinū uicere 1087.a.2
 Hunnus Taurisū occupat 113.b.2. ciuitatem nouā incēdio absumit 114.a.2
 Equiliū opprimit ibid.
 Clodiam & Caput aggeris diripit ibid. humanitatis contemptor ibid.
 Hunni 423.a.2. 578.b.4.
 Hūni cur Italiā inuaserint 221.b.4
 Hūni androphagi 635.b.2. uincuntur nauali prælio 636.b.2
 Hūni Scythica gens 113.a.2. seditio. suis eiecti. ibid. b.2
 Hunni Athilę temporibus Bauari nominat 113.b.2
 Hunnū Italiā bis ingressum cur quidam suspicati 1087.a.2
 Hunnorum sedes 405.a.2
 Hunnorum recens motus 630.a.2. 633.a.2
 Hunnorū immanitas 113.b.2
 Hunnorum opes dilabuntur 440.b.2
 Hunnorum motus quam diu durat 1089.a.2
 Hunnij situs 206.b.4. eius splendor

splendor ibid. Hunnienfium & Patriano- rum motus 844.b.2 Hybernacula prima 617.a.1 Hybernia 126.b.2 943.b.2 Hybernia Christi cultu recipit 395.a.2 Hybernorum mores 126.b.2 2.944.a.2 Hyblon 582.b.1 Hyblei 583.a.1 Hydaspis & Indi conflues 799.b.1 Hydra Lernæa 91.b.1 Hydruntum 241.b.2 Hyra rex 194.a.1 Hyperides 809.a.1 Hypsipyle Thoantis filia 135.a.1 I Abinus praelio uictus 89. b.1 Iacob quæ munera in Aegyptum miserit 34.a.1 Iacobus rex 857.b.2 Iacobus Marcellus 256.a.4 Iacobus Parisotus 1475.a.2 Iacobus Picininus 258.b.2 Iacobus rex euocatos & proceres in medios hostes inducit 28.b.3 Iacobus ad nouas res molendas sollicitatur 22.a.3 uniuersas regni uires cõtrahit 23.a.3 Iacobus omnes copias ad Norbanum ducit 24.b.3 Iacobus ad Mahometi sacra deficit 176.b.3 Iacobus Truckfes Valpurgæ regulus 601.b.3. eius interitus ibidè caput ad Vlamane defertur ibid. Iacobus Carrarius fugam molitur 121.a.2. in Francisci Gonzagæ potestatem uenit. ibid. ad Afelariam oppressus ibid. Iacobus rex omnes copias in quinque quadratas acies dispertit 28.a.3. in medio agmine cõtra Surreum constitit ibid. Iacobus Maurus morbo implicitus, Venetias defertur 1268.b.2 Iacobus Foscarus absens damnatus 1429.b.2. in Cretam insulam relegatus 1430.a.2 Iacobus Bragadinus hostes acriter inuadit 1263. a.2 Iacobus Contarenus Tepuli successor 1206.b.2. sub eo bellum cum Genuenfibus renouatum ibid. Iacobus Lauretanus Capellij successor 1466.a.2 Iacobus Lauretanus Vrsati successor 1463.b.2 Iacobus Tepulus Ciano sufficitur 1188.a.2 Iacobus Caballus summæ rei gerendæ præficitur 1270.b.2 Iacobus Caballus Veronensis qua dignitate donatus 1312.a.2 Iacobus Dandulus in Dalmatiâ mittitur 1202.b.2 Iacobus Tepulus dux à populo postulat 1210.a.2. ducis dignitatè aspematur ibid. Iacobus Tepulus triemiû præfectus 1210.a.2 D. Iacobus Hispanorum equitum tutelare numen 435.b.3 Iacobus Venerius publica signa sequitur 1464.a.2 Iacobus Alamanus capituli supplicio afficitur 232. a.3 Iacobus pugnans confoditur 29.a.3 Iacobus Lucemburgus capite pœnas dat 158.b.3 Iacobi martyrium 264.b.2 Iacobi castra 25.a.3 Iacobi regis ad suos oratio 27.a.3 Iacobi regis cadauer reperit diu sepultura caruit 29.b.3 Iacobi fanum 275.b.4 Iacobi Contareni à principatu abdicatio 1208.b.2. mors & sepultura ibid. Iacobi Tepuli cum Theodoro fœdus 1182.b.2 Iacobi minoris sanctitas 256.b.2 D. Iacobi sacellum 44.a.3 Iacobi interitus 606.b.3. 256.a.2 Iacobi Badoarij interitus 1499.b.2 Iacobi Medijobitidis 1528. b.2 Iacobi Picinini exitus 969. a.2 Iacobo Rouerio præfidiũ tuendũ traditur 1296.b.2 Iacobetti Corsi interitus 315.b.3 Iacuppus submissis percussoribus Harduellem interficat 71.a.3 Iadan propheta à Leone laniatus 200.b.1. eius denunciatio 209.a.1 Iades 398.a.1 Iadera Iustianio comiti datur 1240.a.2 Iadera ab hoste occupatur 1256.a.2 Iadera defectionis causa 1170.a.2 Iaderè defectio 1193.b.2. de ditio ibid. Iaderè oppugnatio 1173.a.2 Iaderensis obsidio 791.a.2 Iaderenses sextò rebellant 1218.b.2 Iaderenses ad Croaciorum regulũ deficiunt 1129.a.2 Iaderenses septimò à Venetis imperio deficiunt 1238. b.2. præfidiũ unà oppugnare adoriuntur 1239.b.2 Iaderensium à Venetis defectio 1149.a.2 Iaddus & sacerdotes procedunt obuiam Alexandro 747.a.1 Iahelis facinus 89.a.1 Iairus 127.b.1 Ialmisa fl. 1497.a.2 Ianiolum opp. 1512.a.2 Ianiolum oppidum Victor Superantius oppugnare statuit 1520.b.2 Ianizari 1486.b.2 Ianizarorum habitus 109. a.3 Ianus regulus, concordia moderator 225.a.4 Ianus animum despondet 6.b.3 Ianus Fregosius Liguriæ præfectus 6.b.3 Ianus ter clausus 261.a.1 Iani templũ clausum 232. b.2. 893.a.1 Iani tẽpli edificatio 260.b.1 Iapix 260.a.2 Iapides 220.a.2. 242.b.2. 246.b.1 Iapygium promontorium 467.a.3 Iarbas rex 190.b.1 Iafonis in Colchidem nauigatio 93.b.1 Iafonis in Corinthũ secessio 102.b.1 Iafonis clementia in Pelia filias 102.a.1 Iaxarthes fl. 777.a.1 Iberi ortus 916.b.1 Ibericæ naues quò progressæ 1014.a.2 Ibis figura 42.b.1 Ibidum uirtus 42.b.1 Iceres supplicio afficitur 704.a.1 Icium 125.b.2 Icilij sponfũ ferocia 501.a.1. preces 502.a.1 Iconium 685.b.2 Iconium Tauro monti uicinum 1138.b.2 Idæus mons 1184.a.2 Idæi dactyli 84.b.1 Idume 28.a.1 Ieptes hostes superat 128. b.1 Ieptes filiam immolat 128. b.1 Ierardus Roseus Clodienfium scriba 272.a.4 Iesus 236.a.2 Iesus Naue 58.a.1 Iesuaticum cœnobiũ 254. b.4 Jezabel 204.b.1. eius interitus 213.a.1 Ignispium 134.b.1 Ignatij epistola 304.b.2 Ilderici pietas 457.b.2 Ilerda 150.b.2 Incendium

Hergetũ postulata 1063.a.1 Iia Vestalis capitur 229. b.1. fit grauida 230.a.1. damnata 232.b.1. eius cõmatre consiliũ 232.a.1 de Iia compressu opinio- nes 230.a.1 Ilienfes 1084.a.1 Ilium ab Hercule expugnatum 95.b.1 Ilium captum 100.b.1 Ilium Græcis proditũ 146. a.1 post Ilium captum quæ acciderint 141.b.1 Ilij conditio 86.b.1 Iliu insula 660.a.3 Illirigitarum excidiũ 1024.b.1 Illyricum bellum 232.a.2 Illyricum bellũ à Tyberio gestum 216.a.4. post Punica bella difficillimum ibid. Illyrij 1123.b.2 Illyrij infantis ductu uincunt 296.a.1 Illyrij olim, nunc Bosnenses 869.a.2 Illyrij Phœnicem in Epyrò occupat 899.b.1. eorum origo ibid. Dyrachio pelluntur 900.b.1. Corycyam obtinent ibid. Illyridis fines 900.a.1 Illyria omnis fit Rom. 222. a.2 illustres cohortium præfecti 652.a.3 de Imaginibus sanctorum nouum decretũ 573.b.2 de Imaginibus decretum 592.b.2 Imber lapideus 170.b.2 Imbercurtij interitus 129. a.2 Imilcho 634.a.1 Imilcho sibi mortem cõfiscit 632.b.1 imperatoris boni officium 954.a.1 Imperatoris electio 656. a.2 Imperatoris coniunx uiolatur 742.a.2 Imperatorum & ducum in milites autoritas 118. 119.a.b.4 Imperatorũ senes quinam imperare cœperint 377. a.2 Imperatorum autoritas 547.b.2 Imperij nomen primum in rege 8.a.1 Imulanus maturo nauium accurfũ seruatus 1516.b.2 Inachus 25.a.1 Incendium 44.a.3. eius restinctio ibid.b.3 Incendium subitum 1075. a.2 incendiũ atrox Patriæ 247. a.4 Incendium

Incendium castrense 61.b.1 Incendium ingens Venetis 1328.b.2 Incisa uicus 302.a.3 India 954.b.2. eius situs 15. b.1. 19.a.1 India forma 15.b.1 India porrentosa ubertas 16.a.1 Indibilis 992.a.1 Indibilis & Mandonij motus 1026.a.1 Indibilis praelio uincitur 1026.a.1 Indica expeditio 791.b.1 Indicarũ urbium frequentia 797.b.1 Indus fl. 1089.a.1. eius ortus & incrementa 19.b.1 Indi Augusti amicitiam petunt 230.a.2 Indorum cum Assyrijs nauale praelium 19.b.1 Indorum politia 16.a.1 Indorum munera 801.b.1 Indorum uita & mores 16. a.1 Induciomari cædes 130. b.2 Indulgentiæ & amoris coniugalis exẽpla 51.52.a.4 Infantia insignis exempla 7.8.9.a.b.4 Infectorius uicus 260.b.4 Indigõia Gothorum foris simus 221.a.4 Ingratitudinis exempla 124.125.126.a.b.4 Inguinaria pestis 1241.b.2 Iniuriæ ferendæ exempla 157.158.159.a.4 Iniustitiæ exempla 68.69. 70.a.4 Innocentius pontifex 413. a.2 Innocentius ij. pontifex 703.a. Galliam peragrat ibid.b.2 Innocentius iij. pont. 729. a.2 Innocentius iij. pont. 751. b.2 Innocentius v. pont. 772. b.2 Innocentius vj. 812.b.2. eius editum ibid. Innocentius vij. 839.b.2 Innocentius viij. pontifex 1000.a.2 Innocentij opera 741.b.2 Innocentij pontificis decretum pro clero 704.b.2 Insulæ abscissæ 1020.b.1. iunctæ ibid. Insulæ auriferæ 1012.b.2 Insularum nomina 444. b.2 Insularum diuisio 738.b.3 Insularorũ successus 743. b.1 Insularum defectio 124. b.2 Insularorũ defectio ab A-

theniensibus 603.b.1 intemperatiæ exempla 82. 83.84.a.4 Interamna 833.b.1 Interim libellus Romæ mittitur 700.b.3 Interregnum 259.a.1 Inuidia humanam felicitatem diuturnam esse non patitur 242.b.4 Inuidia felicitum rerum aluina 476.b.1 Inuidia magnarum domuum alumna 1073.b.1 Inuidiæ exempla 159.160. a.b.4 Inuidiæ exemplum 585.a.2 Inundatio ingens 602.a.2 Ioas in regnum gentile restitutus 214.a.1. interficitur 215.a.1 Ioabũ mulierẽ muro alloquitur 184.a.1 Ioachan pacem redimit 215.a.1 Ioachim casus 1122.b.1 Ioachimi captiuitas 280.b.1 Ioachimo Hangesto equitatus attribuitur 461.b.3 Ioachimo Leuanti capiti uidebantur 243.b.3 Ioanna puella 899.b.2 Ioanna regimè recipit 857. a.2 Ioanna regina Lodouicum adoptat 859.a.2 Ioanna regina 1019.b.2. pel litur regina 809.a.2 Ioannæ reginæ uarij casus 859.a.2 Ioannæ reginæ ars 857.a.2 Ioathas 231.b.1. eius successus ibid.b.1 Iobis fundamenta 260.b.4 Iobileus 26.b.1 Iobileus annus 61.b.1 Iocasta Oedipo filio nupta 133.b.1 Iodocus 538.a.2 Ioæ mors 222.a.1 Iohel 229.b.1 Ioiadæ uerbum ad populũ 214.b.1 Iolai errores 123.a.1 Iole 125.b.1 Ionas propheta 225. b.1. cetero absorptus ibid. Ionathas exercitũ charus 159.b.1 Ionathæ indoles 159.b.1 Ionathæ principatus honores deferuntur 1124.a.1 Ionathæ oratio ad patrem 163.b.1 Ionathas fraude capitur 1148.a.1. eius interitus ibid. Ionathas successus 1144.a.1 Ionathæ uirtus 1143.b.1 Ionathæ & Davidis fœdus 167.b.1 Ionathæ facinus 159.a.1 Ionathæ ultio in Arabes 1123.b.1 Iones 155.b.1. 286.b.1 Iones prodicionis insimulantur 457.b.1 Iones Sardas occupat 393. a.1. ad Ephesum uincuntur ibid.b.1 Ionis urbes bello affliguntur 395.a.1 Ionicarum urbium conditores 188.a.1 Ionũ maritimæ opes 396. a.1. conspiratio soluitur ibid.b. maritimæ opes soluuntur ibid. Ionum seruitutes 398.a.1 Ionum in Aegyptũ appulsiõ 281.a.1 Ionium mare 527.b.1. unde dictum 1492.a.2 Io 136.a.1 Ioannes Particiatius cõtra Obelerium classẽ in- struit 1108.a.2. Medoacũ expugnat ibid. Obelerij capitali supplicio afficitur ibid. in Galliam transfugit. ibid. Ioannes Particiatius princeps declaratur 1107.b.2 Ioan. Particiatius Gradum relegatus, moritur 1108. b.2 Ioannes Triuifanus duodecim hostiũ naues intercipit 1180.a.2 Ioannes Hungarorum rex ad Solymanum uenit 310.b.3 Ioannes Superatius Caphata urbem subita ui occupat 1213.a.2 Ioannes Superantius reip. præficitur 1219.b.2. Iaderenses in fidem recipit 1220.a.2 Ioannes Bornemissa cõtra Lucatium aciem instruit 62.b.3 Ioanes Memus Fantini successor 1313.b.2 Ioannes Grimaldus 1360. b.2 Ioannes Cornetanus cum Philippo & Picinino clandestinè fœdus percussit 1408.b.2 Ioannes Magnus Londarium adoriuntur 1459.a.2 Ioannes Vitellius captus 1409.a.2 Ioannes Gradensis antistes præcipitur 601.b.2 Ioanes pontifex accusatur 846.a.2. capitur ibid. dignitate priuatur ibid. Ioannes Luprandus Bernabouis filiam in uxore duxit 1335.b.2 Ioannes Vrsi filius republ. administrat 1112.a.2 Ioannes Mocenicus princeps declaratur 1500.b.2 Ioan. Aucutus magno prælio uincitur 820.a.2 Ioannes Franciscus capitis supplicio afficitur 238.a. 4. eius caput circũfertur ibid. Ioann. Hemius prætor 206. b.4 Ioannes Medices tormen- ti icu cadit 219.b.3 Ioannes Malauolta toto equitatu exiit 1380.a.2 Ioannes Sepulsius Vayuo- da 217.b.3 Ioannes Bellaius luculentor orat 387.b.3 Ioannes Comenes 207.a.3 Ioannes Medices cum Nauarro captus 4.a.3 Ioannes Medices Iulio furrogatur 4.a.3. mutato nomine Leo decimus appellatus ibid. Ioannes Ticinensis laqueo necatus 1322.b.2 Ioannes coronatur 305.b.3 Ioannes Damascenus 451. b.2 Ioannes Dandalus dux declaratur 1208.b.2. sub eo pax cum Picentibus facta ibid. Ioannes Baldoinus in ualem Marinam mittitur 1254.a.2 Ioannes Gradonicus dux declaratur 1253.b.2 Ioannes Delphinus Gradonici successor 1255.a.2 Ioannes Tanolicus capitali supplicio cur affectus 1104.b.2 Ioannes Gradensis triuuir 1111.a.2 Ioannes Lascaris 86.b.3 Ioannes Maria Montanus pontifex creatur 707.a.3 Iulius tertius appellatur ibidem Ioannes Brentius ecclesiæ Sturgardiæ minister 711. a.3 Ioannes Mauorianus ecclesiæ præful declaratur 240.a.4. homo perditæ uocacitatis ibid. Ioan. Gonzaga Mediolanũ mittitur 130.b.3 Ioannes Mauorianus Federicum interficiendũ curat 240.a.4 Ioannes Mianus in hostiũ potestatem uenit 1294. a.2 Ioanes rex ad Hieronymũ Laschũ profugit 308.a.3 Ioannes Gazzianer ad summũ militaris imperij de- cus euehitur 474.b.3 Ioannes pontifex 457.b.2 Ioanes pontifex max. 549. a.2 Ioan. ij. pontifex 462.a.2 Ioannes iij. pontifex 536. a.2. 538.a.2 Ioannes v. pont. 548.b.3 Ioannes

Ioannes vj. pontifex 556. b. 2
 Ioannes vij. pontifex max. 558. a. 2. 625. a. 2. eius turpis exitus ibid. b. 2
 Ioannes viij. pontifex 628. a. 2. eius acta in Gallia ibid. b. 2
 Ioannes ix. pont. 633. a. 2
 Ioannes x. pont. 637. b. 2
 Ioannes xj. Rom. pontifex 641. b. 2
 Ioannes xij. pont. 644. a. 2
 Ioannes xij. pontifex 645. b. 2
 Ioannes xiiij. pont. 651. a. 2
 Ioannes xv. pont. 651. a. 2
 Ioannes xvij. pont. 651. a. 2
 Ioannes xvij. pont. 657. a. 2
 Ioannes xvij. pont. 657. b. 2
 Ioannes xix. pont. 657. b. 2
 Ioannes xx. pont. 662. b. 2
 Ioannes xxj. pont. 795. a. 2
 Ioannes xxij. pont. 843. a. 2
 Ioannis euangelii 305. a. 2
 Ioan. Zebedaei scripta 303. a. 2
 Ioanis Aretini oratio 1334. a. 2
 Ioan. Hierosolymitani uicus 266. a. 4
 Ioan. Zachariae hospitium 263. b. 4
 Ioannis Bellini tabula 260. b. 4
 Ioan. Baptistae dextera 261. a. 4
 Ioannis Michaelis pugna 1192. b. 2
 Ioan. Baptistae fanum 272. b. 4
 Ioan. uesitibulum 258. a. 4
 Ioannis noui limina 265. b. 4
 Ioan. Constantinopolitani contumacia 457. a. 2
 Ioannis pontificis latebra 645. a. 2
 Ioan. Baptistae caedes 248. a. 2
 Ioannis Diazij Hispani caedes 678. a. 3. 679. a. 3
 Ioannis Baptistae interfectio 255. a. 2
 Ioanis Hemi interitus 1528. b. 2
 Ioan. Stennij interitus 149. a. 3
 Ioannis Dorbini interitus 300. a. 3
 Ioannis Berri uirtus 132. b. 3. interitus 133. a. 3
 Ioannis Delphini interitus 1537. a. 2
 Ioanis Gonzagae interitus 1406. b. 2
 Ioannis Galeacij interitus 1024. b. 2
 Ioppa Phoeniciae oppidum 31. b. 1
 Ioppes uetustas 256. b. 2
 Ioras 208. b. 1. obfidione leuatur 210. b. 1. eius praeratio 211. b. 1. interitus

ibid. uulneratur 212. a. 1
 Ioras & Ochozias ab Hico occiduntur 212. b. 1
 Iordanus Vrsinus 1059. a. 2
 Iordanis constitit 72. b. 1
 Iordanis fl. 22. a. 1
 Iordani in Gallos studium 1084. a. 2
 Iordani Vrsini fides 1079. b. 2
 Iordinus supra uiginti hostes confecit 15. a. 3
 Iordini Vnderuualdij oratio 9. a. 3
 Iofaphat uallis 1144. a. 2
 Iofaphatus Achabo auxilia tur 207. a. 1
 Iofaphati copia & opes 207. a. 1. in Hammônitas miraculosa uictoria 208. a. 1
 Iosephus de Christo 248. a. 2
 Iosephus quis fuerit 283. a. 2
 Iohas 275. b. 1. eius interitus 280. a. 1
 Iofippus in Aegyptum cum puero eflugit 236. b. 2
 Iofippus annonae praefectus 31. b. 1
 Iofippireditus ex Aegypto 238. a. 2
 Iofippi somnia 48. a. 1. 28. b. 1
 Iofippi uenditio 29. b. 1
 Iofippi facrum dictu 986. b. 1
 Iofippi incarcerationio 30. b. 1
 Iofippi pieras in fratres 33. b. 1
 Iofippi alterum somnium, eiusq; interpretatio 31. a. 1
 Iofippi uxor 32. b. 1
 Iofippi ars 34. a. 1
 Iofippi & fratrum gratulatio 36. b. 1
 Iofue oratio ad populu 62. b. 1. 76. b. 1
 Iofue interitus 79. b. 1
 Iouinianus imper. 401. a. 2. eius pietas ibid.
 Iouiniani haeresis aboletur 402. a. 2
 Ioues tres 24. b. 1
 Iouis ortus 24. b. 1. eius mors ibid.
 Iouis Statoris teplu 249. a. 1
 Iouis simulacrum 92. b. 1
 Iouis sepulchrum 24. b. 1
 in Ioue mortalitatis argumenta 71. b. 1
 Iphicli caedes 123. a. 1
 Iphitus Olympiadis autor 231. a. 1
 Iracundie exempla 160. 161. 162. a. b. 4
 Iren Laconum 218. b. 1
 Isaacus 25. a. 1
 Isaacus Iacobum haeredem instituit 25. b. 1
 Isaacis temeritas 487. b. 2
 Isaaci obedientia 24. a. 1

Iaaci sacrilegium 574. b. 2
 Iabella Caesaris uxor Ferdinandum parit 293. b. 3
 Iachus dolo captus excaecatur 1172. a. 2
 Iachus ex uinculis producitur 1175. a. 2
 Iachi indulgentia in Alexandria 1172. a. 2
 Ichia arx 258. b. 3
 Icla urbs 258. b. 3
 Iiacorum flagitium 251. a. 2
 Ifidorus 534. a. 2
 Ifidori corpus 267. a. 4
 Ifidori corpus Venetias translatu 1155. b. 2. in D. Marci aede conditur ib.
 Iauria 71. b. 2
 Iauricus 71. b. 2
 Isis quid Aegyptijs 4. a. 1
 Islebium Saxoniae oppidum 677. b. 3
 Israel duas ducit uxores 26. b. 1
 Israelis uisio 26. a. 1
 Israelis & fratris congressus 27. b. 1
 Israelis & uxorum fuga 26. b. 1
 Israelis aetas 37. a. 1
 Israelis filiorum cum patre in Aegyptum profectio 37. a. 1
 Israelis in Mesopotamiam profectio 26. a. 1
 Israelis filiorum nefarium consilium 28. b. 1
 Israelitarum conuentus 197. b. 1. regnu scinditur 199. a. 1
 Istri uincuntur 906. a. 1
 Istri populi 1109. a. 1
 Istricum bellu cur inchoatum 215. a. 4
 Isthmus à Venetis munitur 961. b. 2
 Isthmus hodie Heximilon 1157. b. 2
 Isthmiaci ludi 119. b. 1
 Italia 1211. a. 2
 Italia pacatur 525. b. 2
 Italia à Longobardis affligitur 515. b. 2
 Italia à septentrione alpibus uelut uallo munita 210. a. 4
 Italia querno folio asimilis 210. a. 4
 Italia à quibus populis uexata 210. b. 4
 Italia peninsula 210. a. 4
 Italiae descriptio 238. b. 2
 Italiae noui motus 4. 4. 6. b. 2. 567. a. 2. 586. b. 2. 746. a. 2. 933. a. 2
 Italiae uarij motus 761. b. 2. 817. a. 2
 Italiae ingens exercitus 213. a. 4
 Italiae lacus 243. a. 2
 Italiae flumina 242. b. 1
 Italiae ciuitates ab Atheniis

fibus tentantur 574. b. 1
 Italiae alie urbes ab alijs occupantur 800. b. 2
 Italiae principes 1052. b. 2
 Italiae pars quae olim magna Graecia 210. a. 4
 Italiae latus quod maxime bellis obnoxium 216. a. 4
 Italiae loca quae in fide manent 512. b. 2
 Italiae laudes 243. b. 2
 Italiae precatio 950. a. 2
 Italiae principes illustres 799. a. 2
 Italiae populorum & urbium sermones 1054. a. 2. urbes & regiones ibid.
 Italiam qui primum tumultuose attingunt 211. a. 4
 in Italia reuolutio mutatio qualis 836. b. 2
 in Italia noui dominatus 799. a. 2
 in Italia ordines hominum 1053. b. 2
 Italus ad Caftanedulu statiua habet 1398. a. 2
 Italiam Gallos inuehuntur 1033. b. 2
 Italia Turcis apud Sarnen sem ter repulsi 376. b. 3
 Italarum cultus & uestitus 1053. b. 2
 Italarum habitus 243. a. 2
 Italarum recentes mores 1053. a. 2
 Italarum prouocatio 1072. a. 2
 Italaru defectio ad Pœnos 947. b. 1
 Italica militia per quem reparata 835. a. 2
 Italici soli laus 309. a. 2
 Iuba & Petreius se interficiunt 172. b. 2
 Iuba aduentus fama 154. b. 2
 Iubae regis pyra 172. b. 2
 Iubanicæ uirginis limina 268. a. 4
 iubileus quando primu celebratus 786. a. 2
 Iudas 400. b. 2
 Iudae uictoria 117. a. 1. oratio ad suos ibid. b. 1. successus 118. b. 1
 Iudas proditor 245. b. 2
 Iudae & Simeonis aedes 259. a. 4
 Iudas seipsum suspendit 247. b. 2
 Iudas cum Romanis societatem init 1122. b. 1. eius interitus 1123. a. 1
 Iudae ad Iofippum oratio 34. b. 1
 Iudae reditus ad urbem 119. b. 1
 Iudaica insula 252. a. 4
 Iudaici belli origo 281. b. 2
 Iudaici populi circumcisio 72. b. 1
 Iudaicorum fratrum facinus 260. b. 2
 Iudacilij

Iudacilij exitus 45. a. 2
 Iudæa 235. a. 2
 Iudææ noui motus 146. a. 2
 Iudæi unde dicti 5. a. 1
 Iudæi seruantur Hefteres precibus 495. b. 1
 Iudæi legis praerariatores 1116. a. 1
 Iudæi Cananaea potiuntur 76. a. 1
 Iudæi libertatem recipiunt 85. b. 1
 Iudæi sanguine abstinent 61. a. 1
 Iudæi uetigales facti 88. b. 1
 Iudæi à Philistæis uicti 149. a. 1
 Iudæi à Samaritanis infestati 221. b. 1
 Iudæorum seditio 41. a. 2. 257. b. 2
 Iudæorum numerus 61. b. 1. 185. b. 1
 Iudæorum sacerdotium 148. b. 1
 Iudæorum reditus in Palestinam 329. b. 1
 Iudæoru memorabilis caedes 297. a. 2
 Iudæoru rebellio circa Cyrenas 308. a. 2
 Iudæorum inuidia 245. a. 2
 Iudæorum motus 237. b. 2. 252. b. 2
 Iudæorum recens iurandum 78. a. 1
 Iudæorum discordia 81. a. 1
 Iudæorum quinque curiae 146. a. 2
 Iudæoru calamitates 1116. b. 1. clades ibid. & 1119. a. 1
 Iudæorum in Aegyptu profectio 295. a. 1
 Iudæorum successus 153. a. 1. 153. a. 1
 Iudæorum murmuratio 61. b. 1
 Iudæorum numerus ex Aegypto egressorum 51. b. 1
 Iudæorum seruitus 85. a. 1
 Iudæoru fortuna trans Iordanem uaria 82. a. 1
 Iudæorum prima uictoria 58. b. 1. 75. a. 1. 159. a. 1
 Iudæorum querelæ 52. a. 1
 Iudæorum corruptio 80. a. 1
 Iudæoru caedes 73. a. 1. 284. a. 2. 293. b. 2
 Iudæorum clades 228. b. 1. 260. b. 2
 Iudæorum supplicia 293. b. 2. obsefforum numerus ibid.
 Iudæorum metus 261. a. 2
 Iudæorum bellum ciuile 128. b. 1
 Iudæorum duæ acies 182. b. 1
 Iudæis pax à Demetrio reditur 1123. b. 1
 Iudæis mare panditur 52. b. 1
 Iudicium quadraginta ui-

rile 285. b. 4. 286. a. 4
 Iudicij temerarij exempla 179. 180. 181. a. b. 4
 Iugurtha 11. a. 2. eius indoles ibid. b. 2. ambitio ibid.
 Iugurtha hostis iudicatur 19. a. 2. Romam accersitur 20. b. 2
 Iugurtha deditioem pacificatur 24. b. 2
 Iugurtha Syllæ traditur 32. a. 2. eius exitus ibid. b. 2
 Iugurtha praerium capelsit 23. a. 2. uincitur ad Muthul fl. ibid. b. 2. eius fuga 24. a. 2
 Iugurthæ ad suos oratio 22. b. 2
 Iugurthæ fraus 30. b. 2
 Iulebbus Selymo quæ acciderint recenfer 173. b. 3
 Iulianus Caesar 327. b. 2. 394. b. 2
 Iulianus Capa Theodati successor 1096. b. 2
 Iulianus Ripa, Adurnij cliens 260. b. 3
 Iulianus Medices ciuitate donatus 33. b. 3
 Iulianus imper. Christianos infectatur 399. b. 2
 eius impia uox 400. b. 2
 Iuliani fanum 275. b. 4. 255. a. 4
 Iuliani interitus 400. b. 2
 C. Iulius 147. a. 2
 Iulius Camertij princeps Venetarum copiarum imperator declaratus 1535. b. 2
 Iulius Alfonso Ferrariensi bellum infert 3. a. 3
 Iulius Ioannem Medicem in patria reducit 4. a. 3. eius obitus ibid.
 Iulius Medices in castra cõtendere iubetur 212. b. 3
 Iulius Medices Hadriani successor 214. b. 3
 Iulius Caesar Britannia apert 24. a. 3
 Iulius cum ducentis equitibus capitur 151. a. 3
 Iulius secundus pontifex 1080. a. 2
 Iulius Aphricanus 359. b. 2
 Iulius Pluggius 540. b. 3
 Iulij pontificis opera 396. a. 2
 Iulij Caesaris columna 117. a. 3
 Iulij Antonij mater fratre tuetur 188. b. 2
 Iulia 212. b. 4
 Iulia alpes 214. a. 4
 Iulia Mario nubitur 26. b. 2
 Iuliae ars 339. b. 2
 Iuliae interitus 127. b. 2. tumulus ibid.
 Iulium 213. b. 4
 Iulium diuersum à Foro Iulio 207. a. 4
 Iulij nouus dux 530. b. 2
 Iulienles Noricis & Carnis

mixti 213. b. 4
 Iunius praetor capitur 333. a. 3
 M. Iunij oratio ad senatum 946. a. 1
 Iunia gens 360. a. 1
 Iuncum triduo barbari oppugnant 1460. a. 2
 Iuno hospita 725. b. 1
 Iunonis aedes 643. a. 1
 Iunonis reginae templum 623. b. 1
 Iunonis templum 572. b. 1
 Iunusbassa ad exercitum uenit 80. b. 3. eius cum Techellinis praerium 81. a. 3
 Iunusbassa uehementissimè turbatur 194. a. 3
 Iunusbasse uulnus 183. b. 3
 Iunusbæius supremæ auctoritatis interpres 468. a. 3. ad Solymanum ducitur ibid. b. 1
 Iupiter 4. b. 1. 71. a. 1
 Iupiter unde dictus Feretrius 247. a. 1
 Iura omnibus necessitudinibus praereda 358. b. 1
 Iura mons 18. b. 3
 Iuris dicendi ratio 308. a. 4
 Iuris callida interpretatio euitanda 308. b. 4
 Iusurandū maximū apud Tuicas 84. b. 3
 Iustuphius fenex 386. a. 3
 Iustinianus Iunior imperator 548. b. 2
 Iustinianus pontifex 461. b. 2. eius industria in legibus ibid.
 Iustinianus quibus casibus iactetur 557. a. 2
 Iustinianus imp. restituitur 558. a. 2
 Iustinianus dux Venetus 614. a. 2
 Iustinianus Particiatij filius à Leone benignè accipitur 1104. a. 2
 Iustinianus rempub. per se administrat 1105. a. 2. alioquot naues Michaeli imperatori mittendas curat. ibid.
 Iustinianus quandiu reip. praefuerit 1107. b. 2. eius testamentum ibid.
 Iustinianus quando terrestrium copiarum imperator fuerit 1240. a. 2
 Iustinianus in Siuritos copias ducit 1264. a. 2
 Iustinianus Longus de ditione cogitar 1451. a. 2
 Iustiniani postulata 463. a. 2
 Iustiniani classis profligatur 481. b. 2
 Iustiniani imp. ultio 558. b. 2
 ingratitude 559. a. 2
 Iustiniani interitus 508. b. 2
 Iustiniani principatus quo felicitior fuit, eo breuior

1107. b. 2
 Iustinianæ domus reparatio 715. b. 2
 Iustinianæ familiae nomen exinctum 1161. b. 2
 Iustinus imperator 457. a. 2
 Iustinopolis origo 460. a. 2. 504. b. 2
 Iustinopolis à Carolo capta 1309. a. 2
 Iustinopolitani in Venetorum fidem ueniunt 1116. a. 2
 Iustinopolitani ab imperio deficiunt 1207. a. 2. ad Aquileiensem antistitem mittunt ibid.
 Iustinopolitanorum cum Venetis discordia 1120. b. 2
 Iustinopolitanoru cum Tergestinis discordia 1460. b. 2
 Iustitiæ exemplum in femina 38. b. 1
 Iustitiæ nouæ ædiles 294. b. 4
 Iustitiæ ueteris ædiles 294. b. 1
 Iustitiæ laus 846. b. 1
 Iustitiæ exempla 66. 67. 68. a. b. 4. 833. a. 2
 Iuturnæ lacus 385. a. 1
 Iuuenius cum legione caeditur 1140. b. 1
 Iuuenæ exempla 14. 15. 16. 17. a. b. 4

L

Labanis & Israelis reconciliatio 27. a. 1
 Laberij interitus 197. a. 2
 Labieni successus 141. a. 2
 Labor ab Ioue inditus 805. a. 1
 Labynethus rex 318. a. 1
 Labyrinthus 115. b. 1. 281. b. 1
 Labyrinthi quot, & ubi 115. b. 1
 Lacedæmon terræ motu diruta 476. b. 1
 Lacedæmonis conditio 69. b. 1
 Lacedæmonij ab Atheniensibus uincuntur 389. b. 1
 Lacedæmonij Aeginetis dant sedes 540. b. 1
 Lacedæmonij & socij uincuntur 547. b. 1
 Lacedæmonij Mitylenæis supplicias eunt 552. b. 1
 Lacedæmonij uincuntur 565. a. 1
 Lacedæmonij opprimuntur 566. b. 1
 Lacedæmonij ad tibiartum cantum in praerium eunt 577. a. 1
 Lacedæmonij ad Argynufas uincuntur 62. a. 1
 Lacedæmonij uincuntur 675. a. 1
 Lacedæmonij Oliarchiæ fautores 678. a. 1
 Lacedæmonij

Lacedæmonij Thebanam arcem occupant 679.a.1
 Lacedæmonij ad Leuſtricâ uicti 680.b.1
 Lacedæmonij conſanguinei Indæorum 1108.a.1
 Lacedæmoniorum decreta 391.a.1
 Lacedæmoniorum uirtus 451.b.1
 Lacedæmoniorum piaculum 537.a.1
 Lacedæmoniorum loci 538.b.1
 Lacedæmoniorum legati interſcitur 543.b.1
 Lacedæmoniorum opera circa Plateas 545.a.1
 Lacedæmoniorum & Argiuorum fœdus 577.b.1
 Lacedæmoniorum ſuccellus 629.b.1
 Lacedæmoniorum geſta 681.a.1.677.b.1
 Lacedæmoniorum cū Athenienſibus pax 680.a.1
 Lacedæmoniorum duplex clades 680.a.1
 Lacedæmoniorum cædes 910.b.1
 Lacedæmoniorum muri 1065.b.1
 Lacedæmoniorum & Acheorum diſcordia 1093.a.1
 Lacinius latro 113.b.1
 Lacinium promontorium 469.a.3.1275.b.2
 Lacinia Iunonis templum 973.a.1
 Latus Britannorum rex 321.b.2
 Læconicæ mulieres 218.a.1
 Læconicæ uirgines ibid.
 Læconicus fermo 219.a.1
 Læconicus cantus ibid.
 Læconum nutrimenta 218.b.1. pueri ibid. chori tres 219.a.1. diuerſa inſtituta ibid.b.1. ſuffragia ibid.
 Læconum ſerui ſublati 568.b.1
 Læcumax 1035.a.1
 Lædiſlaus ueneno ſublatus 306.a.3
 Lædiſlaus rex Iaderam aliquandiu oppugnata recipit 1225.a.2. Iaderâ uenit uendit ibid.
 Lætitia matronæ duæ exſtinctæ 932.b.1
 Lagarina uallis 1387.b.2. 1405.a.2
 Lagofiticum oppidum Nicolaus Canalis occupare conſtituit 1467.a.2
 Læius 133.b.1
 Lamachi paupertas 584.a.1
 Lamachi ſententia 588.b.1
 Lambertus 593.b.1
 Lamech quot liberos procreauit 2.a.1
 Lamech Iradis nepos 2.a.1

Lamia 841.a.1
 Lampas Aurius 1212.a.2
 Lampis 582.b.1
 Lampſacus urbs 628.b.1
 Lampſacum 275.a.1
 Landus pont. 637.b.2
 Lædus refractis horreis frumenti copiam nauibus imponit 262.b.3. ad Aeo-lias inſulas cõrendit ib.
 Landæ interitus 668.a.3
 Landreſium oppidū à Gal-
 lis occupatur 629.b.3
 apud Landrianū Feltrius caſtra mouet 275.a.3
 Lanarij quatuor uiri 294.a.4
 Lantrauius Ferdinãdo regi bellum inferit 394.a.3
 Lantrauius & Saxo ad Cæſarem priuatim ſcribunt 681.b.3
 Lantrauius ad Cæſarē ad-
 ducitur 695.b.3
 Lantrauij ad Henricum Brunſuicenfem uerba 676.b.3
 Lantrauium & Saxonem Cæſar captiuos abducit 704.b.3
 Laodice quinque filios ne-
 cat 1155.a.1
 Laomedõtis cædes 100.b.1
 Lapitharum bellum 121.b.1
 125.a.1
 Lapidum acerus 274.b.4
 Largo 276.b.4
 T. Largij uerba ad ſenatū 399.b.1
 Larius lacus 7.b.3.116.b.3
 Lariffa 1054.a.1
 Larra 949.a.2. eius inter-
 tus 518.b.1
 Laſchus Byzantium con-
 tendit 308.a.3
 Laſchus in Poloniam ſe re-
 cipit 401.a.3
 Laſchi petitio 308.b.3
 Laſchi periculum 401.a.3
 Laſchi interitus 575.a.3
 Laſelles & Habraymus in
 amne interficiuntur 407.
 a.3
 Laſithanorum defectio 1264.a.2
 Laſtra oppidum 317.a.2. cã-
 pitur ibid.b
 Lateranum 266.a.4
 in Laterano celebris con-
 uentus 741.a.1
 Latinus & Pallas Herculis
 filij 110.b.1
 Latinus Aeneas iungitur 146.a.1
 Latinus cardinalis creatur 1517.b.2
 Latinum bellum 274.a.1
 Latini 145.a.1.240.a.2
 Latini Aborigenes & Tro-
 iani dicuntur 147.a.1
 Latini Veſchij interitus 516.a.3
 Latini Tuſculum occupat 686.a.1

Latini à Romanis deſciunt 700.b.1
 Latini & Volſci ad Satricū uicti 685.b.1
 Latini oratores & rhero-
 res illuſtres 229.b.2
 Latini & Hernici rem Ro-
 manam tinentur 482.a.1
 Latini interitus 146.a.1
 Latinorum opes ſemifra-
 ctæ 286.b.1. eorum cædes 287.a.1
 Latinorum fœdus renoua-
 tum 400.a.1. & 407.b.1
 Latinorum poſtulata 720.
 b.1
 Latinorum legati ad popu-
 lum Rom. 399.a.1
 Latinorum uictoria in He-
 truſcos 148.a.1
 Latinorum defectio 379.b.
 1. ſtrages 380.b.1
 Latinorum nomē 146.b.1
 Latinorum excuſatio 662.
 b.1
 Latinorum & Volſcorum
 diſcordia 686.a.1
 Latinis bellum indicitur 721.a.1
 cum Latinis fœdus renou-
 atur 332.b.1
 Latinæ feriæ 332.b.1.1054.
 b.1
 Latinæ linguæ reparatio 331.a.4
 Latinæ linguæ inſtauratio 950.b.2
 Latinæ aciei diſpoſitio 382.
 a.1
 Latium 240.a.2
 Latij incolæ 145.a.1
 Latij reges 145.b.1
 Latij fines 145.a.1.240.b.2
 Latij heteres incolæ 240.
 b.2
 Latij ſtatus cõſtitutus 725.
 b.1
 Latonæ oraculum 281.a.1
 Laudem Pompeiam Brun-
 ſuicus oppugnare conſi-
 tuit 268.a.3
 Laudem Pompeiam Pro-
 ſper capit 213.a.3
 Laudentes ultrò in Vene-
 torum fidem concedunt 1431.b.2
 Laurentius 369.a.2
 Laurentius Tepulus 283.
 a.4
 Laurentius Tepulus Zeni
 ſucceſſor 1204.b.2
 Laurentius Medices copia-
 rum imperiū ſumit 114.
 b.3
 Laurentius Medices parri-
 cida ex ſenatus conſul-
 to declaratur 511.a.3
 Laurentius Medices Nea-
 polim nauigat 1505.a.2
 Laurentius Celfus 287.a.4
 Laurentius Celfus abſena-
 dux declaratur 1256.b.2.
 ei ſenatus obuiam pro-
 greditur ibid.

Laurentius Granius Cleme-
 tē in funere laudat 396.
 a.3. Sennius 278.a.3. Bra-
 cadenus 294.a.3
 Laurentij oratio Patru ani-
 mos perculit 1333.b.2
 Laurentij Bracadeni ſplen-
 dida oratio 294.a.3
 Laurentij Medices facinus 505.a.3
 Laurentij Michaelis interi-
 tus 1537.a.2(4.a.1)
 Laurentij Fauſti uxor 234.a.
 Laurentianum uirginium 266.a.4
 Laurentianum hoſtis occu-
 pat 1276.b.2
 Laurentianus Rhodum mul-
 tiplici clade afficit 1463.
 b.2
 Laurentianus cæteam regiã
 inueſta flamma abſump-
 ſit 1440.b.2
 Laurentiani præclarum faci-
 nus 1019.a.2
 Laurentiani oratio omnibus
 grata 1233.b.2
 Laurenti arx expugnatur 1283.b.2
 Lauania amnis 17.a.3
 Lauinium unde 147.a.1
 Lauinia Aeneas locata 146.
 a.1
 Lauinia 154.b.1
 Lazaria porta 261.b.3
 Lazaretum 1431.a.4
 Lazaretum nouum 274.b.
 4. uetus 274.a.4
 Lazari fanum 271.b.4. in-
 teritus 262.b.2. Amarei
 interitus 575.b.3
 Lechus fl. 682.a.3
 Ledra 265.a.4
 Legati mittuntur ad quæ-
 rendã connubia 242.b.1
 Legati à Philippo Rom.
 miſi 1078.b.1
 Legatorum ignauia 18.a.2
 Legatorum uerba ad Sau-
 lum regem 157.a.1
 Legatorum miſerabilis ora-
 tio 489.b.2
 Legatorum uerba ad exerci-
 tum 506.a.1
 Legatorum prudẽtia 554.b.1
 Leges à Romulo latæ 241.
 b.1
 Leges decem tabularum 496.b.1
 Leges populares 725.a.1
 Legum capita 59.b.1
 Legum diuinarum promul-
 gatio 59.b.1
 Legum uerſtas 982.b.1
 Legumlatorum mos 217.b.1
 Legio ueterana nigra 115.
 a.3
 Legio Roman. ad Cluſum
 cæſa 831.a.1
 Legio lintheata 834.b.1. in-
 famis 1005.b.1
 Lemanus lacus 156.b.2
 Lemen amnis 204.b.4
 Lemnos 427.a.1
 Lemnus

occupatur 1272.b.2
 Lemnum inf. Othomani-
 ca claſſis inuadit 1495.
 b.2
 Lemniaca ſcelera 427.b.1
 Lemniadum facinus 95.a.1
 Leniacum 1394.b.2
 Lericgia Muleaſis mater 406.b.3
 Lenulus cum ſocijs ne-
 catur 100.b.2
 L. Lentuli oratio 781.b.1
 Leodinorum pertinacia 971.
 b.2
 Leonardus Dreſſanus in-
 barathrũ deiectus 2.b.3
 Leonardus Negarola lega-
 tus 355.b.3
 Leonardus Lauretanus dux 1064.a.2
 Leonardus Venerius in cu-
 ria trucidatus 1442.a.2
 Leonardi porticus 261.a.4
 Leonardi fanum 274.a.4
 Leonati interitus 808.b.1
 Leoneſius ſagitta iectus, ex-
 pirat 1448.a.2
 Leoneſius ad Gadum ca-
 ſtra transfert 1446.a.2
 Leo imperator 442.a.2
 Leo imp. 447.b.2. eius piũ
 facinus ibid.
 Leo imp. Rom. eccleſiæ ho-
 ſtis 566.a.2
 Leo pontifex Francicum
 humaniſimè complecti-
 tur 143.a.3
 Leo pontifex Hadrianum
 purpureo galero deco-
 rat 143.b.3
 Leo pontifex Atiliæ fit ob-
 uiam 226.a.4 ei Attyla
 obtemperat ibid.
 Leo pontifex exquiſitiſſi-
 mis honoribus excipi-
 tur 143.a.3
 Leo pontif. pallium mittit
 Gradenſi antiſtiti 601.a.2
 Leo pontifex quando Vene-
 netias uenerit 1129.a.2
 Leo conſiliorum ueſtigij
 ſibi conſiſtendum exili-
 mat 51.3
 Leo à bellis plurimum ab-
 horruit 114.a.3
 Leo à Rhodoaldo occiſus 235.a.4
 Leo ad Carolum regem cõ-
 tendit 595.a.2
 Leo in Galliam proficiſci-
 tur 601.a.2
 Leo pōt. max. 547.a.2. eius
 decreta ibid.
 Leo iij. pontifex 622.b.2
 Leo v. pontifex 624.a.2
 Leo vij. pont. 640.b.2
 Leo vij. pont. 642.a.2
 Leo viij. pont. 645.a.2
 Leo ix. pont. 665.a.2
 Leonis decreta 623.b.2. ora-
 tio 624.b.2
 Leonis fanum 266.a.4
 Leonis impium dictũ 568.
 a.2
 Lemnos

Leonis pontificis oratio ad
 Attylam 439.b.2
 Leonis poſtulatum 567.a.2
 Leonis pontificis caſus 595.
 a.2. miraculum ibid.
 Leonis pont. opera 624.a.2
 Leonis pont. ad Beneuen-
 tum conſictus 1130.b.2
 Leonis pont. interitus 213.
 a.3
 Leones in Europa ubi 446.
 b.1
 Leonidæ facinus 451.a.1 in-
 teritus ibid.
 Leonici Sfortia capit 1398.
 b.2
 Leontius 955.a.1
 Leontini à Syracuſanis de-
 ſciant 978.b.1. à Marcel-
 lo capiuntur 979.a.1
 Leontinorum diſcordia 574.
 a.1
 Leonina urbs in Vaticano
 624.b.2
 Leopoldus ad Nanſum tru-
 cidatus 157.b.3
 Leonora Venetias applicat
 1443.b.2
 Lepantus 982.a.2
 Lepidus in forũ irrupit
 177.a.2
 Lepidi interitus 68.b.2
 Lepontia alpes 7.b.3
 Lepontij Rheti & Alpina-
 rum gentium altiſſimi 116.b.3
 Leptis 27.a.2
 Lerina inſula 626.a.3
 Leſbus ab Athenienſibus
 deſicit 551.a.1
 Leſbiorum oratio 551.a.1
 Leſcius pontifici bellum
 inferit 212.b.3
 Lethe fl. 1146.b.1
 Leucata oppidulũ 587.b.3
 Leucas 560.a.1
 Leucus fl. 1111.a.1
 Leucorum regio unde no-
 men ducatur 581.b.3
 Leupichis ab Auaribus in-
 captiuitatem abductus
 228.b.4. in patriam reuer-
 ſus uxore ducit 229.a.4
 Leutichydes 422.b.1
 Leuinus Pœnos Sicilia ex-
 pulit 1005.a.1
 Leuini in Aphrica expedi-
 tio 1020.a.1
 Leuitæ 61.b.1
 Leuitæ facinus 80.b.1
 Lex de duodecim colonijs
 7.b.2
 Lex militaris 171.a.1. Flami-
 nia 929.b.1. de ſicarijs
 quando lata 1314.a.2
 Liberius pontifex 397.b.2
 Liberi ædes 407.b.1
 Liberi patris metæ 778.b.1
 Liberoꝝ inſtitutio 45.46.
 b.4
 Liberoꝝ monitio 307.
 b.4
 Liberoꝝ impunitas 430.
 a.1
 Libertus Belgarum equi-

tum dux 584.b.3
 Libertus temeritatis dat-
 poenas 585.a.3
 Liberalitatis hoſtimetum
 825.a.1
 Libertatis ratio 584.a.1
 Libertini urbanis tribubus
 inferri 309.a.1
 Libertinorum tribus 906.a.1
 Libido effrenata 842.b.1
 Libraria impreſſio 258.a.2
 Librorum imprimendorum
 ratio à quo inuenta 1456.
 b.2
 Liburnicæ naues 527.b.1
 Libya 106.b.1
 Libyes ambitus 106.b.1
 Licinius Cæſar 388.b.2
 Licinius Craſſus Spartaco
 occurrit 75.a.2
 C. Licinius Stolo damna-
 tus 696.a.1
 Licij excidium 951.b.1
 Ligeris fl. 118.b.2
 Lignarij triumuiꝝ 297.
 a.4
 Ligur fugam capeſit 1276.
 a.2
 Liguris & Patauiniſigna
 adempta 1296.b.2
 Ligur circa Trinacriã tres
 naues amittit 1267.a.2
 Ligur unam Venetam na-
 uim expugnatam oppri-
 mit 1203.b.2
 Ligur ex inſula abit 1274.
 a.2
 Ligur Humagum, Gradũ
 ac Caprulas uno tempo-
 re occupat 1280.a.2
 Ligure Cydonẽ diripiunt
 1203.b.2
 Ligure in partes Gallorum
 Fregofius tradit 111.
 b.3
 Ligure in Rom. ditiones
 ueniunt 1106.a.1
 in Liguria res parum felici-
 ter geſta 1364.b.2
 Liguri bellum 272.b.4.
 893.b.1. in quorum an-
 num perductum 1205.b.
 2. 1215.a.3
 Liguri belli origo 746.b.
 2. 759.a.2
 Liguri tertij belli cauſa
 810.b.2
 Liguri triremis 1251.a.2
 Lilybæum 878.a.1
 Limen fl. 276.b.4. 1110.b.2
 Limenis oſtium 277.b.4
 Lindauienſes decretum re-
 cipiunt 704.b.3
 Lingurium 893.b.1
 Linus 84.a.1
 Linus ij. pontifex 299.a.2
 Liopoldus Taurini agrum
 multoſe inuadit 1270.
 a.2
 Liopoldus præreptam ſibi
 pugnandi occaſionem ex-
 grẽ fert 1271. a. 2. Belunũ
 copias reducit ibid.
 Liopoldus cum decem mil-

ibus equitum ad Cuniã
 num contendit 1310.b.2
 Liopoldus noua affinitate
 Lodouico iunctus 1311.
 a.2
 Lipara 559.b.1
 Liparæſes Apollini uorum
 deſtinant 642.a.1
 Liquentia fl. 204. a. 4. eius
 ortus ibid.b
 Liris fl. 621.a.2
 Lirenſes Roſſemium præ-
 rereuntem emiſſis pluri-
 bus tormentis auertunt
 586.b.3
 Liſbona Luſitanie oppidũ
 1537.a.2
 Liſciani Hiſpani interitus
 615.b.3
 Liſia fl. 181.b.3
 Literæ à quibus inuenta
 82.b.1
 Literæ unde in Græciã de-
 latae 82.a.1
 Literæ doſofæ 622.a.1
 Literæ adulterinæ in De-
 metrium ſcriptæ 1105.b.1
 Lithuania 925.a.2 eius ſitus
 923.b.2
 Lithuanorum delirium 925.
 b.2
 Liutpradus rex magna cla-
 de afficitur 574.b.2
 Liutprandi geſta 574.a.2
 Liutprandi interitus 577.
 a.2
 Liuianus captus 2.a.3
 Liuianus è carcere eductus
 iuſtum exercitum com-
 parat 6.a.3
 Liuianus Veronam oppu-
 gnare adoritur 16.a.3
 Liuianus ad Medoaçu con-
 tendit 37.b.3 Vicentiam
 contendit 38.b.3
 Liuianus arce excedit 43.
 b.3
 Liuianus ad recuperandũ
 Foroſulium ſe conuertit
 49.a.3
 Liuianus oppida quæ ad
 Germanos deſecerat, in
 fidẽ recipit 50.a.3. à Ioan-
 ne Verrurio capitur ibid.
 b.3. Venetijs terretimo-
 carcere includitur ibid.
 Liuianus Hiſpanos adorti
 ſtatuit 54.b.3
 Liuianus ad Caput aggeris
 incolumem reducit exer-
 citum 57.b.3
 Liuianus magno perturba-
 tis ſubſidio ſuit 133.a.3
 in tranſuerſos hoſtes in-
 currit ibid.
 Liuianus ad opprimendũ
 Cardoniũ ſumma cupi-
 ditate ferrur 135.b.3
 Liuianus in ſupremam na-
 lerudinẽ incidit 136.b.
 3. eius obitus ibidem. de-
 ſcriptio ibidem. cadauer
 conditum aromatibus
 ibid.

Liuianus

I N D E X

Liuanus Patauim contēdit 41.b.3
 Liuiani ad milites oratio 37.a.3
 Liuiani ad Hugonem Guidonemq; oratio 40.a.3
 Liuiani cometes 142.a.3
 Liuij consulis ferox responsum 1015.b.1
 Liuij consulis edictū 1018.b.1
 Liuij gesta in Hellesponto 1081.a.1
 Liuoniae situs 926.a.2
 Locri Penorū sūt 972.b.1
 Locrensis 671.a.1
 Locrensiū uictoria 635.a.1
 Locrensiū legatorū querelae 1031.b.1. oratio ad senatum ibid.
 Lodouicus Andegauensis 821.b.2
 Lodouicus Andegauensis rex declaratur 878.a.2
 Lodouicus Thechius ecclesiae administrator 241.a.4
 Lodouicus Thechius Aquileiensis antistes 1227.b.2
 Lodouicus Sfortia 986.b.2
 Lodouicus Sfortia capitur 1047.b.2
 Lodouicus Pontificis hostis efficitur 3.a.3
 Lodouicus pacis conditiones improbat 32.a.3
 Lodouicus in Patrianos fines tumultuose erupit. 242.a.4. Clusinam arcē occupat ibid. Manlianum & Rosoacium per proditiōem recipit ibid.
 Lodouicus consors à Carlo declaratur 610.a.2
 Lodouicus in Italiā reuertitur 1328.b.2
 Lodouicus Veneti nominis hostis acerrimus. 1334.b.2
 Lodouicus Bauarus imperator 798.a.2
 Lodouicus imper. 622.a.2. eius ad urbem accessus. ibidem
 Lodouicus rex cum Venetis foedus instaurat 1037.a.2
 Lodouicus rex in Pannoniā fugienti similis abit 1239.b.2
 Lodouicus rex totam Dalmatiam Venetis adimit 1205.a.2
 Lodouici regis Siciliae sepulchrum 263.b.4
 Lodouici consilium in discutiedo bello 1042.b.2
 Lodouici Focfarenī sepulchrum 256.b.4
 Lodouici regis cadauer ab armigero repertū 205.b.3
 Lodouici decreta 621.a.2
 Lodouici regis casus 632.a.2
 Lodouici cōsecratio 795.b.2
 Lodouici & Carrarij signa in Venetorum potestate ueniunt 1269.b.2
 Lodronius uulnerat 337.a.3
 Lodronius in hostium potestatem uenit 149.a.3
 Lodronius in deditiōem recipitur 481.b.3
 Lodronius à custodib. interficitur 482.a.3
 Lodronij ad milites uerba 481.a.3
 Lofredij interitus 642.b.3
 Lomellinū trino impetu in hostilem praetoriā inuehitur 243.a.3
 Londarium 393.b.3
 Longara insula 1234.b.4
 Longini cōsiliū in remorando hoste 512.a.2
 Longobardi 240.a.2. 510.b.2
 Longobardi ceduntur 230.a.4
 Longobardi unde dicti 227.a.4. in Italiā erumpūt ibid. ex Scandinauia oriundi ibid. quamdiu in Pannonia confederint. ibid.
 Longobardi qua parte Italiā intrauerint 510.a.2
 Longobardi quantum Italiā terrae subegerint 515.b.2. Gallis bellum inferunt 516.a.2
 Longobardi quādiu in Italia fuerint 587.b.2
 Longobardi quando Italiā ingressi 1091.b.2
 Longobardorū successus. 471.a.2. 567.b.2
 Longobardorum ferocia 499.a.2
 Longobardorū reges 510.b.2
 Longobardorū & Romanorum induciā 516.a.2
 Longobardorum uictoria. 516.a.2. strages ibid. b.2
 Longobardorū discordia 543.a.2. 550.b.2
 Longobardorum gens unde oriunda 1091.b.2
 Longobardorum erymon ibid.
 Longobardis pax redditur 578.b.2
 ad Longobardos imperiū transferrur 234.b.4
 Lotharingia 622.a.2
 Lotharius Lodouici imperatoris filius 235.a.4
 Lotharius fit consors imperij 612.b.2
 Lotharius rex Italię 615.a.2
 Lotharius imp. ut Venetis libertatis iura inuolata manerent, rescripto consistare uoluit 110.b.2
 Lotharij facinus 618.b.2
 Lotharij Antonij odio
 profequitur 160.b.3
 Lotrechius & Theodorus mœnia aggredi statuant 203.a.3
 Lotrechius Mediolanū se recipit 212.b.3. in fugam se conijcit 213.a.3. Cremona potitur ibid. Ticinum oppugnare nō potuit ibid.
 Lotrechius Bononiā proficiscitur 227.b.3
 Lotrechius quam excubādi diligentiam in milite suo requisierit 247.a.3
 Lotrechius ad Neapolim oppugnandam ire properat 262.b.3
 Lotrechij obitus 252.a.3. tumulus ibid.
 Lotrechij mors ciuib. Romanis luētiosa 257.b.3
 Loth 22.a.1. 939.a.1
 Louanium Rossemius iter intendit 586.b.3
 Luca & Forum Corneliū à Graecis obsidetur 506.b.2
 Luca ualido firmatur praefidio 1357.b.2
 Lucania 865.a.1
 Lucaniae nomen 241.a.2. situs 750.a.1
 Lucani 241.a.2
 Lucani, Brutij & Calabri ad Gothos deficiunt 490.b.2
 Lucanorum defectio 750.a.1. ritus 865.a.1
 Lucatiō sanguis potandus praebet 65.a.3
 Lucarij fuga 63.a.3
 Lucerinorum defectio 812.a.1
 Lucenses noua obsidione à Florentinis premuntur. 1358.a.2
 Lucenses rei frumentariae inopia laborant 1372.b.2
 Lucemburgum Leucorum olim urbs 581.b.3
 Lucemburgensium deditio 582.a.3
 Lucae Valaresij interitus. 1277.b.2
 Lucae conditorij 260.b.4
 Lucae area 267.a.4
 Luchini ad milites oratio. 1260.a.2
 Luciae tholus 259.a.4.
 Lucilius 39.a.2. 1139.b.1
 Lucius ij. pont. 705.a.2
 Lucius iij. pont. 722.b.2
 Lucius xxij. pont. 363.b.2
 Lucius & Aruns Tarquinij cuius filij fuerint 310.a.1
 Lucij Aurij interitus 1279.b.2
 Lucretiē stuprum 337.b.1. ad suos uerba ibid. interitus 338.a.1
 Lucrinus 111.a.1
 Lucumo 279.a.1

Lucullus in Tigranem mouit 82.b.2. eius strategema 83.b.2. successus ibi.
 Luculli discrimen 80.b.2
 Luculli aduersus Seneratorum decretum 81.b.2
 Luculli triumphus 87.a.2.
 Luculli deliciae ibi. b.2
 Lucullo abrogatur imperium 84.b.2
 Ludi seculares 332.a.2
 Ludi scenici primi 690.b.1
 Ludi annui cur D. Virgini uoti 1092.a.2. quo die instituti ibid.
 Ludi annui in uictoriae memoriam instituti 1115.b.2
 Ludi sub carnifrij ferias editi 1535.a.2
 Ludouicus Sfortiam adoriū iuberet 6.a.3
 Ludouicus Genuensem arcem obsidione liberare conatur 6.b.3
 Ludouicus ad Britannicū bellum se conuertit 18.a.3
 Ludouicus adulterinū concilium abrogat 33.a.3
 Ludouicus rex Mariā Britannam in matrimonium petit 109.b.3
 Ludouicus xj. equitū magistri nomen cur abrogat 158.b.3
 Ludouicus Balbianus Galorū manus euadit 274.a.3. tertiam suorum partem amittit ibid.
 Ludouicus Martellius Ioannē Bandinum ad singulare certamen prouocat 324.a.3
 Ludouici cōsecratio 784.a.2
 Ludouici regis studium in Vrinos 1071.b.2
 Ludouici obitus 110.b.3.
 Ludouici Machiaueli interitus 326.b.3
 Ludronium in suam potestatem Picininus redigit 1390.a.2
 Lufrebeius 308.b.3
 Lufrebeius Mercurinum in columē dimittit 467.b.3
 Lugdanū excidio deditur 331.b.2
 Lugdanēse conciliū 772.a.2
 Luitprandus rex Rom. petit 568.a.2. eius in Carolū obsequium 569.a.2
 Lunae defectus 755.b.1.
 598.a.1
 Lupa aenea 830.b.1
 Luprandus sceleris conuictus securi percutitur. 1336.a.2
 Luprium 259.a.4
 Lupus Foro iulienis interficitur 543.b.2
 Lupi ex hominibus 10.a.1
 Lupi & tauri certamen. 872.a.1
 Lufi-

I N S A B E L L I C V M.

Lufitanorū clades 354.a.3
 Lufitanorum caedes 1099.b.1
 Lufitani ad unum omnes interficiuntur 446.a.3
 Luforis mali mores 868.a.1
 Luftrum 851.b.1
 Luftri primi conditio 309.a.1
 Luxuriæ & immoderati sumptus exempla 151. 152. 153.a.4
 Lya pro Rachele Israëli subiecta 26.a.1
 Lycas ab Hercule occisus 125.b.1
 Lyciam Mocenicus aggredi statuit 1448.b.2
 Lycus amnis 443.a.1. 733.b.1. 959.a.1
 Lycurgus qua aetate fuerit 215.b.1. eius successus 216.a.1. consilium in constituenda ciuitate ibid. exitus 220.a.1
 Lycurgus uincitur 954.b.1
 Lycurgi leges sublatę 1063.b.1
 Lydorum instituta 231.a.1. opes ibid. b.1
 Lydorum cum Persis conflictus 322.b.1
 Lypara 877.b.1
 Lyfander Lacedaemonius 625.b.1
 Lyfander quindecim Atheniensium naues opprimit 626.a.1
 Lylandri Lacedaem. ambitio 627.b.1
 Lylandri honores 621.b.1. mores ibid.
 Lylandri ad bellum egressio 672.a.1
 Lylandri ad Aliartū interfectio 673.b.1
 Lyfimachia 1083.b.1
 Lyfimachus à Demetrio in festatus 843.b.1
 Lyfimachi pugna cum leone 738.a.1
 Lyfimachi studium 837.b.1
 Lyfippus 810.a.1
 Lyfistratus Sycionius 810.a.1
 Lyfius opp. 1491.b.2
 Lyfium Othomanus in suā potestatem redigit 3502.b.2
 Lyfiam insulam hostis ferro & igni penē defolat reddit 1526.b.2
 M
 Macedonia olim, nunc Scopia circa Dyrrachium 949.a.2
 Macedoniae fines 229.a.1
 Macedonum regnum orientur 461.a.1
 Macedonū regum successio 461.a.1
 Macedonū uictoria 733.a.1
 Macedonum acies 738.a.1. 758.a.1
 Macedonum pauor 757.b.1
 Macedonū infelix pugna 794.a.1
 Macedonum inedia 803.a.1
 Macedonum noua discordia 824.a.1
 Macedonū lenitas 847.b.1
 Macedonū copiæ 1059.b.1
 Macedonum conflictatio 806.a.1
 Macedonicus triumphus 1067.a.1
 Macedonici regni finis 849.a.1
 Macedonū clades 1053.a.1
 Macedonici belli causae 1047.a.1
 Macedonici regni diuifio 808.a.1. origo 228.b.1
 Macedonici regni motus 844.b.1
 Macedonicę phalangis successus 1112.a.1
 Machabeus dux inlituitur 1117.a.1. hostium castra incendit 1118.a.1
 Machari mors 88.a.2
 Macheas Scytharū rex 717.a.1
 Macheus cum exercitu fit exul 633.a.1. eius facinus ibid. b.1. caedes ibid.
 Machærophori 596.b.1
 Machinae moles 845.b.1
 Machlyes 70.a.1
 Macicaus dux 391.b.3
 Macicai caput in prælonga hasta præfigitur 393.b.3
 Macicai interitus 393.a.3
 Macclodium 876.a.2
 Macra fl. 1372.a.2
 Macrianus Cæsar 365.b.2
 Macrinus xxij. imp. 339.b.2. imperio potitur 340.a.2
 Macrini literæ ad senatum 340.a.2. caedes 341.b.2
 Madianitarum illecebrae 65.b.1
 Madianorum caedes 66.b.1
 Magalanes alterum Pariaē terrę litus percurrit 449.b.3
 Magdeburgum obsidetur 708.b.3
 Magdeburgici à Cæsare proferibuntur 705.b.3
 Magdeburgici summā nominis gloriam apud exteras nationes adipiscuntur 713.b.3
 Magdalenæ uia 261.b.4
 Magister militum 285.a.4
 Magistratus noui 513.a.1
 Magistratus nouis Venetijs creatur 1096.b.2
 Magister militū dictus ibi. Magistratum creatorum ratio 280.b.4
 Magius summo omnium cōsensu absoluitur 1407.a.2
 Magius clade deprecatur 1404.b.2
 Magorum munera 236.b.2
 Magorum oppressio 346.b.1. eorum coniuratio ibi.
 Magorum ritus 316.b.1. instituta 227.a.1. scieria ibi.
 Magna Graecia 624.b.1
 Magnentius 396.b.2
 Magius Hanibali traditur 962.b.1
 Mago 633.b.1
 Mago cum caede à Carthagine repellitur 1027.a.1
 Magos apud Persas etiam regibus quondam imperante 72.a.3
 Magonis stulticia 702.a.1
 Magonis ex Gadibus in Italiam profectio 1026.b.1
 Magonis mors 1040.a.1
 Magoniani ad unū omnes miserabili infortunio capiuntur 446.a.3
 Mahometes cum impuberē fratre capitur 90.b.3
 Mahometes duos carnifices conficit 95.a.3
 Mahometes in Pannoniam uenit 545.a.3
 Mahometes quot annos natus obierit 536.a.2
 Mahometes capitale in Muleasem odium concipit 640.a.3
 Mahometes rex creat 644.a.3
 Mahometus regnum à patre accipit 932.b.2
 Mahometus imperium uelustate collapsum instaurat 1464.a.2
 Mahometus adolefcētē mediū secari iubet 1482.a.2
 Mahometus Scodra belli cis operibus oppugnare perseuerat 1602.a.2
 Mahometi parentes 532.b.2
 Mahometis decretū 533.a.2
 Mahometanæ superstitionis opinio quando cœpta 72.b.3
 Mahometani Mauri 192.a.3
 Mailatus obsidionem instituit 400.a.3
 Maioritanus imp. 442.a.2
 Maiorbium 275.b.4
 Maimo à Muleasse interficitur 406.b.3
 Malatesta ad necessaria deditiōnis consilia descendit 300.b.3
 Malatesta receptui canit 326.b.3
 Malatesta Baleontus dux creatur 284.a.3
 Malatesta Cēsēnē princeps capitur 1403.a.2
 Malatesta Perusinos uexat 1504.b.2
 Malatesta sefocissimē excipitur 1519.a.2
 Malatesta & Venetorū permutatio 1080.a.2
 Malatestę fratres ad hostes deficiunt 1408.b.2
 Malatestarū origo 658.a.1
 Maleuentum 812.b.1
 Malopera 1393.b.2
 Malleoli culeus 42.a.2
 Mamaluchi 163.b.3
 Mamaluchi Tomumbejū regem sibi deligunt 170.a.3
 Mamaluchi Turcas adoriuntur 176.b.3
 Mamaluchi trucidantur 193.b.3
 Mamaluchi cur Balachum oppidum frequentēt 181.b.3
 Mamaluchorum equi 167.b.3
 Mamaluchorum & Turcarum acris pugna 182.b.3
 Mamaluchorum fuga 183.b.3
 Mamaluchorum proceres quem fortunæ exitum querunt 188.b.3
 Mamerus uictus 704.a.1
 Mameri horatio ad populū 549.a.1. castigatio 550.a.1
 Mameri tyranni exitus 704.a.1
 Mamerini uincuntur 566.a.1
 Mamertini Pyrrhi agmen infestant 867.a.1. uicti 874.a.1
 Mamertinorum clades 866.b.1
 Manaen 228.b.1
 Manasses 32.b.1
 Mancinus Carthaginem irrumpit 1135.b.1
 Mācinus à Numātinis uincitur 1146.a.1
 Mancini temeritas 934.a.1
 Mandanis 805.a.1
 Mandatorū Dei persuasio 59.a.1
 Mandonius Ilergetum dux 936.a.1
 Mandra oppidū oppugnatur 1290.b.2
 Manerbiū hostis per deditiōem recipit 1449.a.2
 Manfredonię obsessio 270.a.3
 Manfronius & Scipio Manum oppugnant 43.b.3
 Manilia rogatio 21.b.2
 Manicōgri rex assiduo bello attritus 192.a.3
 Maniphætem Amida interficit 645.a.3
 Manliana imperia 722.a.1
 Manlius à dictatore accersitus 664.a.1
 Manlius in carcerem truditur 664.b.1
 P. Manlius dictator 688.a.1
 Manlius Gallus sternit 693.b.1
 Manlius

Manlius uictor in castra re-
uerfus 721.b.1
L. Manlius in infidias præ-
cipitatus 918.a.1
Manlius à suis legatis accu-
satur 1094.a.1
Manlij iuuenis facinus 692
a.1
Manlij Capitolini insolentia
662.b.1
Manlij calumnia in patres
663.b.1
Manlij responsum 664.a
1. 1094.b.1
Manlij recentes motus 665
b.1
Manlij liberatio 665.a.1
Manlij defensio 665.b.1
Manlij damnatio 666.a.1
Manlij filius contra impe-
rium pugnat 721.b.1
Manlij in filii capitalis ani-
maduersio 722.a.1
Manlij pietas in collegam,
723.b.1
Manlij triumphus 1094.b.1
Manlio dies dicitur 665.
b.1. 691.b.1.
Manna 62.a.1. 72.b.1
Mannæ natura 55.b.1
Mannes 376.a.2
Mantuanus cōuentus 670
a.2. 960.b.2
Mantuanus princeps circa
Macariam tria millia ho-
minum in armis habet.
1378.b.2
Mantuanus princeps cur
Aragonio duci iratus.
1527.b.2
Mantuanorum uis ingens
capta 1406.b.2
Manlana à Radulpho capi-
tur 239.a.4
Manlanum à Lodouico oc-
cupatur 1328.b.2
Maones 231.b.1
Maras opp. 160.a.3
Marathum fons 53.b.1
Marathonij campi 424.b.1
Marathonius taurus 115.a.1
ad Maranum res infeliciter
à Venetis gesta 43.b.3
Maranum à Carolo oppug-
natum 1305.b.2
Marbegus prælium ferociter
instaurat 1498.b.2
Marbechus patriæ finibus
excessit 247.b.4
Marchoardus Lodouico
succedit 239.b.4. Crapu-
las diripit ibidem. eius
mors ibid.
Marcellus cōsul cōtra Gal-
los castra mouet 214.b.4
Marcellus cōsul Infubres
& Istros uincit 215.a.4
Marcellus xxx. pontifex.
385.a.2
Marcellus Nolam obtinet
964.a.1. eius in reconci-
liando prudentia ibid.
Marcellus Canusium mitti-
tur 946.a.1

Marcellus in Siliam mitti-
tur 977.a.1
Marcellus Syracusas capit.
990.a.1. eius lachrymæ
ibidem.
Marcellus in Albano trium-
phat 1000.b.1
Marcellus Heraclianus Pau-
lucij successor 1095.b.2
Marcellus numus 1487.b.2
Marcellus tormento ictus
concidit 1533.a.2
M. Marcelli pugnandi cupi-
ditas 304.b.4
Marcelli expeditio 980.a.1
Marcelli uictoria 995.a.1
Marcelli recriminatio cum
purgatione 1003.a.1
Marcelli ferocia 1009.a.1
Marcelli inuidia 1526.b.2
Marcelli inreritus 47.b.3.
1012.b.1. 1495.a.2
Marcellinus xxix. pōtifex.
384.b.2
Marcellini pœnitentia 385.
a.2
Marciani pons 261.a.4
Marciana 252.b.4
Marciana turris 707.b.2
Marcianus Theodosio suc-
cedit 431.b.2
Marcianus per quiete Atty-
læ arcum fractum uidet
226.b.4
Marcianus in hostium po-
testatem uenit 1516.a.2
Marcianum collegij 262.b.
4. eius conflagratio ibi-
dem.
Marcianum carmen 987.a.1
Marciani tépli apparatus.
721.a.2
Marcionis hæresis diuifio
322.a.2
Marchio Rothelinus capi-
tur 21.a.3
Marcus Antonius ad Car-
donium proficiscitur 114.
b.3
Marcus Calaber tormento
ictus interit 141.b.3
Marcus Sithius 200.a.3
Marcus euāgelista 217.b.4.
eius obitus ibid.
Marcus Barbaricus 254.
b.4
Marcus euangelium scribit
259.b.2
Marcus Cornarius prin-
ceps 285.b.4
Marcus Dandulus 294.a.3
Marcus pontifex 394.b.2.
eius decreta 395.a.2
d. Marcus Bono Medoacē-
si apparet 1106.b.2
Marcus Sanutus ad cōpri-
mendos motus accerfitur
1185.a.2
Marcus Cornarius proprin-
ceps ciuitatis administratō-
tor 1253.a.2
Marcus Iustinianus Tauri-
sum mittitur 1255.b.2
Marcus Iustinianus Tene-
dum applicat 1272.a.2

Marcus Barbadius Moce-
nici successor 1538.b.2
Marci regio 253.a.4
d. Marci ædicula 263.a.4
1168.b.2
Marci euangelistæ exitus.
264.b.2
d. Marci hospitij 268.b.4
Marci area 268.a.4
d. Marci simulacrum 268.
b.4
d. Marci sepultura 269.b.4
Marci uerba in morte 318.
b.2. interitus 319.a.2. uox
memorabilis ibid. b.2.
memoria grata ibid.
Marci Valerij casus 384.b.1
Marci Foscarum prudentia.
527.b.3
d. Marci cathedra 563.b.2
d. Marci corpus 676.a.2. Ve-
netias deferretur 614.b.2
conditorij uetus ibid.
d. Marci corpus ex Alexan-
dria quomodo delatum
1105.b.2
d. Marci ædes aurea 1437.
a.2
Marcomanni 317.a.2
Mardocheus 495.a.1
Mardonius 421.a.1. eius in
Europâ transitus ibid.
Mardonij conuicium in La-
cedæmonios 464.a.1. in-
teritus 465.a.1
Mardorum gens 765.a.1
Mardorum fuga 771.a.1
Mardorum deditio 771.b.1
Mare mortuum 263.a.3. ru-
brum 803.b.1
Mareschalci munus 461.
b.3
Mares ex feminis qui facti
974.b.1
Margarita Gallis infensa 18
b.3
Margarita uicus 260.b.4.
261.a.4. 275.b.4
Maria Formosa 266.a.4
Maria Cæsaris foror, uiriliter
animi mulier 454.a.3
Maria Aragonia Vastij u-
xor 567.a.3
Mariæ Cleophæ caput 261
a.4
Mariæ epistola ad Ignatiū
305.a.2
Mariæ interitus 64.b.1.
259.b.2
Marianus & Christopho-
rus in fugâ se propriunt
46.b.3
Marianum stagnum 36.a.2
Mariani muli 33.a.2
Marius in Aphricam nauigat
51.b.2
Marius Cinnæ iungitur 54
b.2
Marius Aphrica arceret 54
a.2
Marius fortunam increpat
56.a.2
Marij concio ad populum
28.a.2

C. Marij parentes 26.a.2
Marij iudicium 33.b.2
Marij strategema 30.a.2.
37.a.2. quintus consula-
tus ibid. b.2
Marij triumphus 39.a.2
Marij errores 50.a.2
Marij discrimen 51.a.2
Marij crudele imperium 55
b.2
Marij conatus 61.a.2. in-
teritus 61.a.2
Marij senatoris supplicium
62.a.2
Marij felicitate exercitus
deletus 215.b.4
Marij Vrsini interitus 319
a.3
in Marium decretum qua-
le 51.a.2
Marinus Comacini comes.
112.a.2
Marinus Zenus primus o-
mnium Byzantij magi-
stratus gessit 1179.a.2
Marinus Phalerius absens
dux declaratur 1250.b.2
Marinus de cæde principis
& opimatium cogitat.
1215.a.2
Marinus cum suis suspensio
necatus ibid. b.2
Marinus Georgius Grado-
nici successor 1218.b.2
Marinus Caruellus ad ape-
riendū fluminis cursum
mittitur 1304.a.2
Marinus Dominico prima-
to sumptu fanum ædificat
1219.b.2. eius obitus
ibid.
Marini Grimani oratio 611
b.3
Marinæ ara 266.a.4
Maripetrus uita defungitur
1456.b.2
Maripetro classis imperiū
datur 1539.b.2
Maros amnis 558.b.3
Marpurum opp. 370.a.3
Marfas fluiuis 395.a.1.
733.a.1
Marisæ pellis 442.b.1
Marfilius Carrarius urbem
in seruitutē recidere est
passus 1223.a.2
Marfilius Carrarius à ple-
be lapidibus excipitur.
1231.a.2
Marfilij obitus 1234.a.2
Marfilio Carrario ciuitatis
administratio permiffa.
1221.b.2
Marfi uincuntur 816.b.1
Marfi interitus 190.a.2
Marforum cædes 44.b.2
Marfya amnis 80.b.3
Marius cōsul creatur 26
b.2
L. Martius in Macedonia
mittitur 1109.b.1
L. Martius 993.a.1
Martius Columna captus
redimitur 236.b.3
Martij

Martij liberalitas 407.b.1
Martij uerba in Volcorum
concilio 412.b.1. hortatō
ad Volcos 412.a.1
Martij oratio ad milites
993.b.1. uerba 1129.b.1
Martianus 233.a.4
Martialis Timauum Euga-
neum uocat 273.b.4
Martialium militum iactu-
ra 194.b.2
Martis officina 525.b.1. æ-
des 660.a.1. ara 1069.b.1
Martinus pont. maximus
539.a.2
Martinus pontifex 847.a.2
eius uox memorabilis.
849.a.2
Martinus pont. à Philippo
protegitur 1329.b.2
Martinus Rom. pontifex
in Chersoneso obiit 540
a.2
Martinus ij. pont. 629.a.2
Martinus iij. pont. 642.b.2
Martinus iij. pont. 776.b.2
Martinus Rossemius Cæsaris
militiæ adscribit 629.
a.3. aduersus Gallos pro-
ficiscitur ibid.
Martinus Dalmata à Tur-
cis obtruncatus 1458.a.2
Martini Lutheri contra ue-
nias Leonis X. disputa-
tio 209.b.3
Martini Stratenis fanum.
275.b.4
Martini pontificis area 264.
a.4
Martini pontificis reditus
ad urbem 858.b.2
Martini Goreæ interitus.
366.a.3
Martini Lutheri obitus
677.b.3
Martingum Sfortia obli-
dione cingit 1418.b.2
Martingeni interitus 652.
a.3
Marthæ templum 252.b.4
Martyres 400.b.2. 384.b.2
Martyrum nomina 385.a.2
Martyrologium 599.b.2
Martyrium piorū in Aphri-
ca 433.b.2
Marulla uirgo ferocissima
1496.a.2
Marufus Aurius Ligusticæ
classis præfectus 1297.a.2
Masera opp. 210.a.3
Masiniffa 983.b.1. 1035.a.1
Masiniffa quibus casibus ia-
ctatus 1035.b.1. regnum
recipit ibid.
Masiniffa Sophonisbam si-
bi iungit 1038.b.1
Masiniffa delirus habitus.
1130.b.1. eius interitus 1132
a.1
Masiniffæ necessarius 1011.
a.1
Masiniffæ mandata ad Sci-
pionem 1029.b.1
Masius capitur 343.a.3

Masiffi casus 463.a.1
Masonitæ 923.a.2
Maspharon 152.b.1
Masfacarum regina 792.b.1
Masfagetarum strages 326.
a.1. ritus ibid. b.1
Masfia 956.a.1
Masilia 648.b.1
Masilia terra & mari obfi-
detur 150.b.2
Masilia diripitur 860.a.2
Masilienses 150.b.2. 648.b.1
Masiliensium clades 152.b.
2. preces ibid. perfidia
153.a.2
Masij supplicium 880.b.2
Masilia lugurthæ opera
obtruncatur 20.b.2
Masolerius ex superiore
parte curiæ recte suspensus
1322.a.2
Masfalia familia 1108.b.2
Masfianabal 112.b.1
Masfianus munitione in sta-
gnis erigit 1223.b.2
Masfianus à Lodouico auxi-
lium implorat 1234.b.2
eius obitus ibid.
Masfelis cædes 414.a.2
Masferianus episcopus ca-
ptus 251.b.3
ad Maternum atroci prælio
concursum 1395.a.2
Mathathias Iudæ Macha-
bæi pater 1116.b.1
Matharea pagus 175.a.3
Mathathias filij 496.b.2
Mathematici casus 302.a.2
Mathæus cardinalis cum
triginta Heluetiorum ue-
xillis in agrū Nouariensē
descendit 113.b.3
Mathæus Fafeolus 1288.
b.2
Mathæus Gurcensis lite-
ris & nuncijs duces ur-
get 34.b.3
Mathæus Sances interfici-
tur 289.a.3
Mathæi fanum 258.a.4
Matthæi Coronei interitus
19.b.3
Matthias rex salatur 964.
b.2
Matthiæ regis opera 973.
a.2
Matthiæ Coruini & Fede-
rici Cæsaris controuersia
306.a.3
Matthiæ regis interitus.
1016.b.2
Mathildis immunitatē Ve-
netis donat 1147.a.2
Mathildis Henricum supe-
rat 680.a.2
Mathildis ab Henrico uin-
citur 676.a.2
Matho & Spendius sedi-
tionis duces 895.a.1
Mathonis facinus 898.a.1
Matrona amnis 669.a.3
Matronarū liberalitas 641
a.1
Matronarum metus 997.

a.1
Maruta 622.b.1
Maura familia 261.a.4
Mauranum atrium 260.
b.4
Mauricius 266.a.4. 464.
b.2. securi subiicitur 538.
a.2
Mauricius dux 581.b.2
Mauricius & Brandebur-
gicus pacis conditiones
Magdeburgicis propo-
nunt 709.b.3
Mauricius Augustam obfi-
det 716.b.3
Mauricius Heraclisus Mo-
nogenarij successor 1097
b.2
Mauricius maior quamdiu
princeps fuerit 1099.
a.2
Mauricij cædes 526.b.2
Mauricij frater Daniæ re-
gis filiam ducit in mari-
monium 705.a.3
Mauritaniæ ubertas 108.
a.1
Maurinus Maurocenus Te-
pulo succedit 1193.b.2
M. Maurocenus Hadriati-
ci sinus præfectus 1243.
b.2
Maurocenus splendide Ve-
netijs excipitur 1531.
a.2
Maurocenorū familiæ sym-
bolum 1212.a.2
Maurus mons 205.a.4.
277.a.4. 407.b.2
Maurus princeps uita exce-
dit 1473.b.2
Mauri unde 107.b.1
Mauri antistitis opus 255.
b.4
Mauri Sardinia deijciuntur
609.a.2
Mauri à Romanis uincuntur
624.b.2
Mauri in Dalmatiam traji-
ciunt 1110.a.2. Venetas
naues intercepti ibi-
dem
Mauri obitus 1517.a.2
Maurorum terror 624.a.2
Maxentius 235.a.4. 386.
b.2
sub Maxentio qui marty-
rium passi 387.b.2
Maximus 334.a.2. 407.
b.2
Maximi cædes 409.b.2.
441.a.2
Maximinus sextus à Nero-
ne 218.b.4. eius crudeli-
tas ibid. mors ibid.
Maximinus Aquileiā obfi-
det 218.b.4
Maximinus Cyclops di-
ctus 353.a.2. auarus &
sæuus ibid. b.2. hostis
iudicatur 354.b.2
Maximini sæua natura 353
b.2. bibacitas ibid. cor-
pulentia ibid. robur i-

bid. sæuitia ibid. ferocia
in Germanos 353.
b.2
Maximini oratio ad mili-
tes 355.b.2
Maximini iunioris forma.
359.a.2
Maximini interitus 390.
a.2
Maximinorum cædes 358.
b.2
Maximilianus Noëtiarū cō-
tendit 8.a.3
Maximilianus militib. cō-
meatum donatiui nomi-
na diuidendum dat 15.a.
3. uallum porticibus affi-
git ibid.
Maximilianus & Sedunen-
sis Fregosio bellum infē-
runt 112.a.3
Maximilianus Sfortia om-
nis generis præsidia pa-
rat 113.a.3
Maximilianus quibus con-
ditionibus arcem dedit
140.a.3
Maximilianus Austriacus
Augusta uenit 709.b.3
Maximilianus rex 1018.b.2
Maximilianus Italia disce-
dit 1028.a.2
Maximilianus Romanorū
rex declaratur 1540.a.2
Maximilianus Caroli ducis
filiam in uxorem ducit.
1540.a.2
Maximiliani Cæsaris obitu-
sus 209.b.3
Maximilianū prodigia ter-
rent 138.a.3
Maximianus Hercules in-
ter. 383.a.2
Maxuellus regulus in Sco-
tiam dimittitur 607.a.3
Maylatus in Petri Moide-
ui potestatem uenit 557.
a.3. in oppidum Fogaras
confugit ibid. b.
Maylatus in Turcarum po-
testatem uenit 545.a.3
Mazei fuga 760.a.1
Mecha urbs 501.b.3
Mechliniæ turris à fulmine
incenditur 683.a.3
Medea 98.a.1
Medea hospitio à Circe ex-
cepta 101.a.1
Medea filios obtruncat 103
a.1
Medeæ facinus 102.a.1
Medeæ & Iasonis gesta 226
a.1
Medeæ mons 247.b.4.
211.b.4
Medendi usus 320.a.1
Medianinus nummus 1223
a.2
Medicei hostes declaratur
220.b.3
Medicei Florentia eijciuntur
1026.a.2
Mediæ situs 226.a.1
Medi uincuntur 317.b.1
Medi

I N D E X

Medi cuiusdam presagium quale 462.b.1
 Medorum reges 225.b.1
 mores 226.b.1
 Medimnus 319.a.1
 Medinæ urbis coflagratio 211.a.3
 Mediolanum deficit à Gothis 474.b.2. Gothis deditur 475.b.2
 Mediolanum unde dictū 649.a.1
 Mediolanum instauratur 716.b.2
 Mediolani excidiū 713.a.2
 Mediolano Franciscus ponitur 215.b.3
 Mediolanensis arx quibus conditionibus deditur 43.a.3
 Mediolanenses nouum sacramentū Ludouico dicunt 8.b.3
 Mediolanenses populariter urbe egressi in hostē eūt 1437.a.2
 Mediolanensium discordia 986.b.2
 inter Mediolanenses & Venetos pax cōposita 1439.b.2
 Mediterraneæ gentes 239.b.2
 Medoacus portus 273.b.4
 273.a.4
 Medoaci aluenus 273.b.4
 Medoaci ueritas 1101.a.2
 Medoaci coflagratio 1149.a.2
 Medonius cardinalis 671.b.3
 Medulia 278.a.1
 Megara Herculi desponsata 90.b.1
 Megara olim Hybla 258.a.1
 Megara ab Atheniensibus occupatur 568.b.1. à La cedæmonijs recipit ibi.
 Megabazus Ægypto ponitur 521.b.1
 Megabyfus 371.b.1
 Megalesia 1079.a.1
 Meges oppidum 399.b.3
 Mela Turcas & Theffagetas non longè à Riphæis montibus cōstituit 242.b.4
 Melas fl. 53.b.2. 158.b.3
 Melane fle. epotus 445.a.1
 Melanopolis, hodie Londa rium 271.a.3
 Melanchlænos solos carne humana uesci 10.a.1
 Melanchlæni ibid.
 Melcianam arcem Sfortia oblidit 1437.a.2
 Melciadis pontificis decreta 390.a.2
 Melchisedech sacerdos & rex 22.b.1
 Melistam urbem Landus expugnat 271.b.3
 Melita insula 375.b.3. 925.a.1
 Melite* humero glâde tra iicitur 600.a.3
 Melij oblidetur 582.a.1. eo rum excidium ibid.
 Sp. Melij largitio 516.b.1.
 interfectio 517.a.1
 Mellī magna pars solo æquatur 238.b.4
 Mellariæ expugnatio 1513.b.2
 Mellita nouam transitionē tentat 1383.b.2
 Mellita Cremonenses hines ingressus, præda & populationibus omnia cōpler 1377.b.2
 Mellita omnī nouissimus ad suos annat 1373.b.2
 Mellitæ nobile exemplum 903.a.2
 Mellitæ facinus memorabile 912.b.2
 Mellitæ ducis consilium 906.a.2
 Mellitæ obitus 1423.a.2. ei statua Paduæ ad Antonij fanum erigitur ibid.
 Memacenorū excidium 776.b.1
 Memacenorū perfidia 776.
 Memmij oratio ad populū 19.b.2
 Memmij cædes 42.a.2
 Memorantius Vastio inducias factas esse significat 485.a.3
 Memorantius in Centeliâ uillam relegatur 580.a.3
 Memoria exercitatione augetur 318.a.4
 Memoriae, & humanorum sensuum præstantia 193.
 Memphis 43.a.1
 Memphis uasto suo ambitu tres urbes complectitur 180.b.3
 Mendanius olitoris uxore pro ianua laqueo suspen dit 272.a.3
 Mendanij Hispani interitus 272.a.3
 Mendefij interitus 431.a.3
 Mendiculorum ædes 253.b.4. 1225.a.2
 Mendocius in deserta hostiū castra irrumpit 386.b.3
 Menander 869.b.1
 Menapus Aquileiæ præfectus 222.b.4
 Menapi ducis egregium facinus 223.a.4
 Menes 46.a.1
 Meneclatis interitus 204.b.2
 Menedemus 869.a.1
 Menedorus classem Octauio tradit 204.a.2
 Menelaus in Ægyptum delatus 138.a.1
 Menenius 405.b.1. eius fabulare exemplum ibid.
 Menenij mulcta 437.b.1

Menenij mors 407.b.1
 Meninx insula 939.a.1
 Menonis finis 14.a.1
 Menonij Semiramis nupta 13.b.1
 Mæotis palus quantū glacie concreuat 1213.a.2
 Mæotidis exaggeratio 367.a.1
 Mæris rex 44.b.1
 Mercaria uia 267.a.4
 Mercurius à Cæsare ad Venetos transfugit 34.a.3
 Mercurius & Paulus fuga sibi consulunt 151.a.3
 Mercurius omnibus excursionibus felix 208.a.3
 Mercurius Catinaria 467.a.3
 Mercurius artium inuētor 647.b.1
 Mercurij ædes 400.b.1
 Merleia insula 468.b.3
 Merionis cædes 139.a.1
 Meroë insula 43.a.1
 Meron 792.a.1
 Meroueus 565.b.2
 Mesambria à Byzantijs cōdita 398.a.1
 Mesopotamiæ Assyriaeque ciuitates Solymano deditiōnem faciūt 418.b.3
 Mesuar glande traiectus cadit 411.b.3
 Messenium bellum 254.a.1
 Messenij pictoris tabula 258.b.4
 Meslinæ cædes 261.b.2
 Mestra 1228.b.2
 Mestra à Carrario obsidione cingitur 1276.b.2
 Mestranī deditiōnem faciunt 1231.b.2
 Mestrium à Mutio occupatur 36.b.3
 Meramaucum 573.b.2
 ad Metā primò castra fiunt 803.b.2
 Metapontini 634.b.1
 ad Metaurum pugnae initium 1018.a.1
 Merella ad deditiōnem Alphonfus compellit 1534.a.2
 Metellus 22.a.2. sibi regē tradi postulat ibid.b.2
 Metellus mutat belliratio nem 24.a.2
 Metelli Macedonici discrimen 1.b.2
 Metelli uerba de cōnubijs 1.a.2
 Metelli strategema aduersus Vaccenies 25.b.2. a.2
 Metelli pietas 42.b.2
 Metelli uictoria 885.a.1
 Metello aqua & igni interdicitur 42.a.2
 Metellorū cognomina 85.b.2
 Metiochus capitur 399.a.1
 Metius Suffertius 265.b.1.
 eius uerba ad Hostilium 266.a.1. exprobratio ibidem b. consilium ibid. nefarium consilium 270.b.1. supplicium 272.b.1
 Methon ab Atheniensibus munitur 566.b.1
 Metonis urbana admonitio 852.b.1
 Metonem Venetus capit. 701.b.2
 Merone capitur 1049.b.2
 Metulū 220.a.2. eius excidium ibid.b.2
 Metrodori cōsiliū 82.a.2
 Mexicana gens 448.b.3
 Michaël Murianus 275.a.4
 Michaël Angelus Romanus capitur 522.a.3
 Michaël imperio se abdicat 610.b.2
 Michaël imperator 669.a.2
 Michaël & filij imperio eijciuntur 673.a.2
 Michaël Sidonius episcopatū Merseburgensem in Saxonia consequitur. 703.a.3
 Michaël Palæologus Baldoini opes sustulit 1200.a.2. Theodori filijs tutor relictus ibid.
 Michaël imp. Byzatijs eijciuntur 1121.a.2
 Michaël Dominicus Rhodum diripit 1155.b.2.
 Chium pari clade afficit. ibidem
 Michaël Aurius Ligusticæ clasis prefectus 1202.b.2
 Micheleletus Iustinianus ce team unam Iustinopolitanā expugnat 1290.a.2
 Michaël Maurocenus quādo perierit 1314.a.2
 Michaël Maurocenus Con tarenī successor 1314.b.2
 Michaël Stenus Venerij successor 1316.a.2
 Michaël Attendulus oppidum protegit 1359.b.2
 Michaël Attendulus cum duobus milibus militū in Galliam transit 1418.a.2
 Michaëlis ædes 272.a.4
 Michaëlis ducis gesta 701.b.2
 Michaëlis mors 1156.a.2.
 eius sepulchrum ubi uisatur ibid.
 Michalogli peculiari prærogatiua uoluntarijs equitibus præficiuntur 107.a.3
 Micheas propheta 206.b.1. & 207.a.1
 Micipsa 11.a.2. 1132.b.1
 Mico 629.a.2
 Miculum Dalmatiae promontorium 1112.b.2
 Milefius 371.a.1
 Milefij 386.b.1
 Mileti obsidio 396.a.1. ca pto 397.a.1
 Militaris seditio 609.a.1
 Militaris motus 751.b.1. institutio 753.a.2. feditio 894.b.1. animaduersio 1009.a.1
 Militare institutum 875.b.1
 Militare iurandum 940.b.1
 Militiæ legitime tempus 7.a.2
 Milites arenis submersi 344.a.1
 Militum ira in oliarchiam 610.a.1. mandata ibid.b.1
 ira in Papyrium 752.b.1
 Militum fecesio 713.a.1
 Militum cœstum silecium 798.b.1
 Militum odium in Deme trium 1142.b.1
 Militibus publicè uenia data 713.b.1
 Milonia capta 833.a.1
 Milo & Gabinius damnantur 138.b.2
 Milo Pythagoræ auditor 1110.a.2
 Milonis & Clodij occurfus 38.a.2
 Milonis interitus 157.a.2
 Miltiades Atheniensis 371.a.1
 Miltiades Athenas profugit 399.a.1
 Miltiadis uirtus ad Marathonem 424.b.1. gloria 425.b.1
 Miltiades Parios oppugnat 427.a.1. eius mors ibid.
 Mindarus 611.b.1. eius casus 614.a.1
 Minerbium Seuerinas expugnat 1531.a.2
 Mineruæ fanum 282.b.1
 Mines rex 44.b.1
 Minorum ædes 267.b.4
 Minoritanæ religionis incrementum 736.a.2
 Minoritani ordinis uiri clari 736.b.2
 Minos 82.b.1
 Minos Atticam bello petit 115.a.1
 Minois secundū gestum 116.a.1
 Minoes duo 115.a.1
 Minturnæ 820.a.1
 Minutia Vestalis uia defossa 726.a.1
 Minutius annonæ præfectus 516.a.1
 M. Minutij ad Martiū oratio 414.b.1
 Minutij concio 938.b.1. gra titudo ibid.
 Minutio dies dicitur 519.a.1
 Minyæ unde appellati 94.b.1
 de Minyarum reditu uaria opinio 101.a.1
 Minyarū nauigatio 100.b.1
 Miraculum in aquarū mutatione 51.a.1
 Miraculū fide uacās 623.b.1

I N S A B E L L I C V M.

Miraculum equi 900.b.2
 Miraculum in Rhodo tuenda 986.a.2. in Martio cōcionante 994.b.1
 Miraculum 1133.b.2
 Miraculosa tēpestas 153.a.1
 Miracula in Saluatoris ortu 236.a.2
 Miracula circa Delphos 454.b.1
 Miraculorum ædes 262.a.4
 Misenus 143.b.1
 Misericordiæ insula 260.b.4. ara 261.a.4
 Mithrei interitus 360.b.2
 Missa per Angliam abrogatur 702.b.3
 Misessius opprimitur 544.b.2
 Misiterij quatuor uiri 294.a.4
 Michylenæi fratres quibus artibus ad regium fastigium irreperint 401.b.3
 Michildis donatio 693.b.2
 obitus ibid.
 Mitylene frustra à Gallis oppugnatur 1063.a.2. itē à Venetis ibid.
 in Mitylenæos decretum 553.a.1
 Mithridates seruatus ibid. b.2
 Mithridates Ariaratē fraude obrucit 47.b.2. eius copiae 48.a.2
 Mithridates ad pacē inclinatur 57.a.2
 Mithridates sorores & uxores occidi iussit 81.a.2
 Mithridates fugatus 87.b.2
 Mithridates Pelusū occupat 166.b.2
 in Mithridatis uxore flagitium 47.a.2
 Mithridatis legati duplici prælio uincuntur 54.a.2
 Mithridatis & Syllæ congressus 57.b.2
 Mithridatis nouum bellū 73.a.2
 Mithridatis uires 77.b.2
 horratio ad suos ibid.
 Mithridatis successus 78.a.2
 clades 79.a.2. 80.b.2 naufragium ibid.b.2
 Mithridatis filij 91.b.2. filiae ibid. exitus 92.a.2. robur ibid.
 Mithridati pacis cōditiōes datae 57.a.2
 Mithridati pax redditur 65.a.2
 Mithridatici belli causa 47.a.2
 Milteris ius 127.a.2
 in Moabitas tres reges ten dunt 209.a.1
 Moabitæ à Iudæis uicti 65.a.1
 Moabitarum clades 209.a.1. rex filium pro hostia mactat ibid.
 Mobilium iudices 290.a.4
 Moccenicus princeps uita decedit 1329.a.2
 Moccenicus Methonem reuersus, ibi aliquot dies stationē habet 1474.b.2
 Moccenicus agrum frugiferum fœda populatione uastat 1480.a.2 ad Smyrnam oppugnandam pergit ibid.b.2
 Moccenicus reginæ compater 1487.a.2
 Moccenicus recuperatæ ualitudini dat operā 1494.a.2
 Moccenicus princeps declaratus 1495.a.2
 Moccenici gesta circa Ciliciam 977.a.2
 Moccenici obitus 1496.a.2
 1538.b.2
 Moderatio eorum quæ in senatu aguntur 287.b.4
 Modocetia Cæsares coronā ferream suscipere solitos 294.b.3
 Molam Petrus Landus in deditiōnem accipit 244.a.3
 Moldauus in fugam se cōiicit 562.b.3
 Moldauus in Peram Ligurum coloniā relegatur 464.b.3
 Moldauus Austrianos profligat 560.a.3
 Moldauus in Valachiam redit 560.b.3
 Moldauus in fugam uertuntur 561.b.3
 Moldauia Valachiae pars 559.b.3
 Molearius iugulat 372.b.3
 Molochus 1131.a.2
 Molonis interitus 957.a.1
 Moluius stationes hostiū ac Panegii ostium euadit 1394.a.2
 Moluccæ insulae 450.a.3
 Molycrium 546.a.1
 Mombella turris 1387.a.2
 Monastrum oppidum 559.b.3
 Monetarius ultrò in exiliū abitur 1104.b.2
 Monetarij quatuor uiri 298.a.4
 Monfalcij interitus 14.a.3
 Moij signiferi interitus 129.b.3
 Monothelitæ 535.a.2
 Monothelitarum dogma reprobat 546.b.2
 Mons Bellicardus ueditur 390.a.3
 Monsfalcum mare 208.a.4
 Mons sacer cur dictus 406.b.1
 Montis sacri oppidum Vastio attribuitur 269.b.3
 Monstrum 16.b.1. 667.b.2
 779.a.2. 830.b.2. 981.a.2
 1145.a.1
 Montagnanum oppidum

Maffinus proditiōne recipere tenet 1235.a.2
 Morata castellum 648.a.3
 Monteianum oppidum bari miserabili captura opprimunt 661.b.3
 Montegianus capitur 457.a.3
 Montegius dux grauitertulneratur 435.b.3
 Mōtirofeus & Crafordius pugnantes cadunt 28.b.2
 Montferratensis domus origo 656.b.2
 Morachamus in Arabiam profugit 75.a.3
 Mora amnis 11.a.3
 922.b.2
 Mora fl. 12.b.3
 Moras cū Hieronymo Canali nocturno prælio cōfligit 386.b.3
 Morbus Iechalis 810.b.2
 Morbi genus fœdissimum 237.b.2
 Morbi genus inauditū 541.b.1
 Morborum & ærumnarū femina unde 1.b.1
 Morio affello impositus pro Cæsare saluatur 146.a.3
 Morinorum ciuitas quando excisa 21.b.3
 Moronus à Leone supplex maturam opem implorat 4.b.3
 Mors ærumnarum requies 98.b.2
 Mortui suscitatio 221.a.1
 Mortuorum conseruandorum ratio 335.a.2
 Moscardus fl. 207.b.4
 Moschij montes 100.b.3
 Moscouitæ celerissima fuga sibi consulunt 69.a.3
 Moscouitæ Lithuanis infensi 146.a.3
 Mosfl. 121.b.2. 137.a.2
 Moses 39. b.1. unde dictus 41.a.1
 Moses septimus ab Habraamo 41.b.1
 Moses diadema conterit 41.b.1
 Moses belli dux declaratus 42.a.1
 Moses proditiōne Meroe ponitur 43.b.1
 Moses exploratores mittit 62.a.1
 Moses Cananæos cur occidi iussit 77.a.1
 Moses Ægyptius 1144.b.2
 Mosus ortus 40.b.1
 Mosus exilium 43.b.1
 Mosus rubus 44.a.1
 Mosus oratio ad Pharaonē 49.a.1
 Mosus reditus in Ægyptū 49.a.1
 in Mosus uirga cuiusmodi miraculum 50.b.1
 Mosus oratio ad populū 54.a.1. 57.a.1. 65.b.1. 67.a.1
 Mosus

I N D E X

Mofis ara 58.b.1
 Mofis & Raguellis cogref-
 fus 58.b.1
 Mofis leges populo latae
 67.b.1
 Mofis uaticinium 67.a.1
 Mofis interitus 68.b.1
 Mofis uafa 252.b.2
 Mofis fanum 268.a.4
 Motiones fubterraneae qui-
 bus argumentis depre-
 hendantur 145.a.3
 Motij abbatia 207.b.4
 Mottini interitus 14.a.3
 Mozanicam Sfortia adori-
 tur 1432.b.2
 Munda urbs 982.a.1
 Mundina amnis 244.b.4
 Mũdus fenis diebus à Deo
 creatus 1.a.1
 de Mundi cõftitutione ho-
 minum confenfus 1.a.1
 Mundzeticus 221.a.4
 Munera nõ omnino capiẽ-
 da 311.b.4
 Munera priuata ad ufum
 templi 187.b.1
 Mugacium op. 217.b.3
 Muleaffes regnum arripit
 406.b.3
 Muleaffes Cæfaris dextrã
 exofculat 434.a.3. eius
 oratio ibid.
 Muleaffes ad Cæfarem ad-
 mittitur 434.a.3
 Muleaffes fuorum ciuium
 deprecator 439.b.3
 Muleaffes tria iacturã de-
 trimenta deplorat 440
 a.3
 Muleaffes capitur 642.b.3
 Muleaffes mulierculã ope-
 ra feruatur 644.b.3
 Muleaffes Romã ab Ale-
 xandro Farnesio cardina-
 le cõuiuio excipitur 645
 b.3
 Muleaffis crudelitas 407
 a.3
 Mulier fatidica 791.b.1
 Mulieris ars 30.a.1. eius que
 impudencia ibid.
 Mulieris natura 64.a.2
 Mulieris constantia 176.b.1
 Mulieris uis 354.a.1
 Mulierum ferocia 37.a.2
 Mulierum profcriptio 188
 b.2
 Mulierum duarũ lis 191.b.1
 Mulierum furialis habitus
 269.b.2
 Mulierum cultus 270.a.4
 Mulierum facinus 372.a.1
 982.b.2
 Mulierum regiarum com-
 ploratio 740.a.1
 Muliebris cõftantiã exem-
 plum 357.b.2
 Muliebre facinus in extre-
 ma fame 293.a.2
 Mulncha fl. 29.b.2
 Mura amnis 365.a.3. anti-
 quis Sauaria 370.a.3
 Murafis urbs capif 1139.b.2

Murcimirus Croaciorũ re-
 gnum obtinet 1124.b.2
 Murcimirus Croaciã regu-
 lus 1127.b.2
 Murcyphus tumultum ex-
 citandum procurat 1176
 a.2. Alexium propria ma-
 nu necat ibid. in eum im-
 preffio facta ibid. b.2
 Murcyphus fuppliciu euadit
 1177.a.2
 Murena uincitur 65.a.2
 Murenã motus 64.b.2
 Murices 758.b.1
 Murlius mons 520.b.3
 Mufelum oppidum oppu-
 gnatur 1507.b.2
 Mufetrola 1304.a.2
 Mufetrola Cæfaris legatus
 352.b.3
 Muficis ripa 1306.b.2
 Mufica inftrumenta 185.b.1
 Muficã Studium 949.a.1
 Mufthas Selymum reuo-
 candum fuadet 91.b.3
 Mufthas 86.a.3
 Mufthas Baiazetis ge-
 ner 187.a.3. lapideum põ-
 tem in Strymone amne
 conftruit ibid. b.
 Mufthas homo perfidus
 1483.a.2
 Mufthas ad Baiazetẽ uer-
 ba 93.b.3
 Mufsonia fl. 1187.b.2
 Mufsonia turris 572.b.2
 Mutatius fidem publicam
 penẽ in difcrimen addu-
 cit 1312.b.2
 ad Mutatium & infulanos
 legatio decernitur 1313
 a.2
 Mutij Scæuolã confilium
 363.a.1. facinus ibid. b.1
 conftantia ibid. cogno-
 men 364.b.1
 Mutia prata 364.b.1
 Mutina 519.a.2
 Mutina Brutorum genti fa-
 talis 72.a.2
 Mutpharachaẽ qua condi-
 tione militent 108.a.3
 Mycrã oppugnatio 1484
 b.2
 Mylã 877.b.1
 Myniã ex Lemno eijciunt
 372.a.1. à Lacedæmonijs
 accipiuntur ibid.
 Myrios stagnum 281.b.1
 Myrtili facinus 732.b.2
 Myfia fuprior fubigitur à
 Turcis 258.a.2
 Myfia unde Flaccia dicta
 558.b.3
 Myfia olim, nũc Seruij 869
 a.2

N

N Aas rex 156.b.1
 Nai regis filius Troglo-
 dytas perdomuit 192.a.3
 Cafantem regem capit
 ibid.

Nabarzanis ambitiofa ora-
 tio 767.a.1
 Nabathæi 89.b.2
 Nabis uincitur 1064.b.1
 Nabidis clades 1072.b.1
 Nabidis & Quintij cogref-
 fus 1065.a.1
 Nabidis rapaciffima con-
 iunx 1059.b.1
 Nabidi pacis conditiones
 propofitæ 1065.b.1
 Nabidi pax datur 1066.a.1
 Nabuchodonofor Hiero-
 folymam capit 293.b.1 e-
 ius fomnium 303.a.1. Ita-
 tua aurea 304.a.1
 Nabuchodonofores duo
 304.a.1
 Nadinum caftellum Amu-
 rathes occupat 472.b.3
 Nanofus Peronam urbem
 oppugnat 460.b.3. quo
 confilio bellum gesserit
 461.a.3
 Nanofus desperata uictõ-
 ria obfidione foluit 462
 b.3
 Nanferhalla Siculus cõfo-
 ditur 643.b.3
 Naon oppidum 1537.b.2
 Narbona præfidio firma-
 tur 18.b.3
 Narbonenfis Gallia defijt
 Rom. effe 460.b.2
 Narentani Caprulas ufq;
 prædabundi procefferunt
 1100.b.2
 Narentani maria infeftant
 1123.a.2
 Narentanis pax redditur
 638.b.2
 Narentanis uictis pax red-
 ditur 654.a.2
 Narentanis quibus condi-
 tionibus pax conceffa
 1125.b.2
 in Narentanos noua expe-
 ditio decernitur 1116.b.2
 Narnia 286.b.2. 827.a.1
 Narfes, Iuftiniani impera-
 toris eunuchus 1092.b.2
 ad Italiam feruitute libe-
 randam miffus ibi. fana
 ex hofcium manubijs eri-
 git ibid. Alboinũ ad res
 Italiã follicitandas con-
 citat ibid.
 Narfes Totilam uincit &
 occidit 226.b.4
 Narfes Romã ingreditur
 501.a.2
 Narfetes de Italico ftatu o-
 ptimẽ meritum 227.a.4. à
 Iuftina ignominiofe uo-
 caf ibid. eius refponfum
 ibid.
 Narfetes uotum 499.b.2
 Narfetes fuffeffus 501.a.2
 confilium in bello admi-
 niftrando ibid.
 Narfetes ad urbem reditus
 506.b.2
 Narfetes interitus 509.b.2
 511.b.2

Narfeti Italicũ bellum de-
 fertur 496.b.2
 Nafamones 748.b.1
 Nafariola turris 272.b.4
 Nafariolus 272.b.4
 Nafadiã quid Vngaris 358
 a.3
 Nafica plebi exofus 1173.a.1
 Nafica uocat patres ad rẽ-
 pub. tuendam 1152.b.1
 Natan Daudi fupplicium
 uaticinatur 179.b.1
 Natifo fl. 205.b.4. 277.a.4
 eius ortus 207.b.4
 Natiffa ofitium 277.a.4
 Naualis publici tres præfe-
 fi 300.a.4
 Nauale bellum 598.b.1
 Naualis pugna 601.a.1. 612
 a.1. 826.a.2. 497.b.2
 Naualis apparatus Vene-
 tij 912.a.2
 Naualis pugna ad Sapientiam
 1044.a.2
 Naualis pugna ad Ciffon-
 tem 1079.b.1
 Naualis pugna ad Euryme-
 dontem 1082.a.1
 Nauarrus infigne accipit
 detrimentum 2.b.3
 Nauarrus Brixia tranfmittit
 142.b.3. in hofcium
 equites incidit ibid.
 Nauarrus nouam munitio-
 nem erigit 246.b.3
 Nauarrus in carceratur 256
 b.3. exanimatus in culci-
 tra reperitur 257.a.3
 Nauarrus à Saccalo Naupli-
 enfi captus 269.b.3
 Nauium apparatus 17.a.1
 Nauferij Aquitani fraus
 582.b.2
 Naufragium 60.a.3. 1031.b
 2. 586.a.2
 Naufragũ Solymanus acri
 obfidione adoritur 1495
 a.2
 Naus pater rex 191.a.3. eius
 filius regnũ excipit ibid.
 mores & ftudia ibid. b.
 Naxus 423.b.1
 Neapolis obfidef 465.a.2
 capitur ibid. b.2
 Neapolis deditur Gothis
 482.a.2
 Neapolis fitus 960.a.1
 Neapolitanus fignifer cõ-
 militones ad fequendum
 fe inuitat 379.a.3
 Neapolitani regni motus
 962.b.2
 Neapolitanũ belli caufa
 1020.b.2
 Neapolitanorũ cædes 465
 b.2
 Neapolitanorũ metus 482
 a.2
 Neapolitanorum legatio
 939.b.1
 Neapolitana feditio 696
 b.3
 Neapolitanã arces dedun-
 tur 1031.a.2
 Neapo-

Neapolitanã arces expu-
 gnantur 1075.b.2
 Neapoleo Cæfarianos in-
 feftis armis persequitur
 252.b.3
 Neapoleonis copia fundũ
 tur 315.b.3
 Neapoleonis & Ruberti
 fuffeffus 1518.a.2
 Nebulonius capus 259.a.4
 Necepos 281.b.1
 Neuius 893.a.1. 1107.b.1
 Neemias 472.a.1
 Negociatorij confules 292
 b.4
 Negociandi recta ratio 258
 a.4
 Nembrothus Chami ne-
 pos 6.a.1
 Nemaus leo 91.a.1
 Nemei Iudi 135.a.1
 Neocrichum oppidum 367
 a.3
 Neoptolemus Pynthi filius
 cadit 871.a.1
 Nepete expugnatur 662.a.1
 Neporianus 397.a.2
 Nepos 369.a.2
 Neptunus 71.a.1
 Nerei corpus 265.b.4
 Nerius & Soderinus Nea-
 poli uita cum morte cõ-
 iurant 257.a.3
 Neritum op. deditioẽ fa-
 cit 1333.b.3
 Nero qualis ab iniritio prin-
 cipatus 268.b.2. Britan-
 nicum ueneno fuffulit
 271.a.2. eius Achaica ex-
 peditio ibid. ars in perdẽ
 da mare 271. b. 2. atroc
 facinus ibid. ftudia 272 b
 2. ambitio in memoria
 propaganda 273.a.2. con-
 fternatio ibid. b. 2. fuga
 273.b.2. fpecies ibid.
 Nerõ occulte ingredif col-
 legã cafta 1017.a.1
 Nero vj. imperator 262.b.2
 C. Nero ab hofte eluditur
 1000.a.1
 Neronis ortus 261.b.2
 Neronis de Paulo opinio
 267.a.2
 Neronis portentoſã libidi-
 nes 272.a.2. domus appa-
 rat⁹ ibi. fumptuoſa ope-
 ra ibid. b.2
 Neronis feftinatio ad ho-
 ſtem 1016.b.1
 Neronis odium in Vefpa-
 fianum 282.b.2
 Neronis celer reditus 1018
 b.1
 Neronis mors 251.b.2
 de Nerone ciuium prædica-
 tio 1021.b.1
 Neroniani horri 268.a.2
 Nerua xij. imperator 304
 a. 2. Traianum adoptat
 ibid.
 Neruij deditioẽ faciunt
 30.a.2
 Neruiorum cædes 116.a.2

Neruiorũ oppida penẽ om-
 nia in poteftatẽ fuam Hẽ-
 ricus redigit 31.b.3
 Nefembegus arcem Vene-
 to tradit 1448.a.2
 Nefsi cædes 125.a.1
 Neftorij deliriu 433.a.2. hæ-
 refis 442.b.2
 Nequinum oppidũ 827.a.1
 Neultria 629.b.2
 Nexorum aduocatus 299
 b.4
 Nexorum folutio 750.b.1
 Nicagorã perfidia 955.b.1
 Nicanor Ioffippi filius 968
 b.1. eius exitus 987.a.1
 Nicanor à Iuda uincit 1122
 b.1
 Nicafius 434.a.2
 Nicephorus fit Saracenorũ
 tributarius 601.a.2
 Nicephori pollicita 602 b.2
 Nicephori clafsis uenit in
 Delmatiam 604.a.2
 Nicephori duplex conatus
 604.b.2. interitus 610 a.2
 Nicæa capitur 684.b.2
 Nicæa urbs Sabaudiaẽ regu-
 lo oppignerata 633.b.3
 eius fitus 634.a.3
 Nicæa Bithyniaẽ metropo-
 lis 1137.a.2. unde dicta ib.
 Antigoniam olim cur di-
 cta ibid.
 Neceã deditio 1137.a.2
 Niceti martyris tumulus
 253.b.4
 Nicenfium deditio 635.a.3
 Nicias 584.a.1. ei⁹ oratio ib.
 admonitio 586.b.1
 Niciaẽ confiliũ 588.b.1. pro-
 uidentia 594.b.1
 Nicieã ad fuos oratio 599 a.1
 Niciaẽ deditio 602.a.1. inte-
 ritus ibid. b.1
 Nicolaus Stella 884.a.2
 Nicolaus Leo magiftratu
 conuocat 1252.a.2
 Nicolaus Tollentinus 1342
 b.2
 Nicolaus pontifex Europẽ
 duces ad opem Chriftia-
 nis ferendam concitat
 1209.b.2
 Nicolaus pont. 775.a.2
 Nicolaus pontifex res Itali-
 cas componere ftudet
 1447.b.2
 Nicolaus pontifex quinq;
 in Turcos triremes in-
 ftruit 1451.b.2
 Nicolaus cognomento Ioa-
 nes ad Babylonium re-
 gem mittitur 1238.a.2
 Nicolaus Canalis Laureta-
 ni fuffeffor 1466.b.2
 Nicolaus nauis facer 1236
 b.2
 Nicolaus Brachius fubor-
 natur 1356.a.2
 Nicolaus Marcellus Thro-
 ni fuffeffor 1487.a.2
 Nicolaus Tepulus 294.a.3
 Nicolaus Aftenfis pacis au-

tor 921.b.2
 Nicolaus Aftenfis ex Vero-
 neni agro ingetem præ-
 dam agit 1340.b.2
 Nicolaus Bertrando iurro-
 gatur 238.a.4. eius mor-
 tis cõiuratores persequi-
 tur ibid.
 Nicolaus Stella Lucẽſes bel-
 lo in feftat 877.b.2
 Nicolaus Pifanus ad explõ-
 rãdas anguftias uiarum
 præmittitur 1405.b.2
 Nicolaus Pifanus circa tor-
 rentis uadũ interceptus
 1414.b.2
 Nicolaus Pifan⁹ clafsis im-
 perator 1244.b.2
 Nicolaus Pifanus Genuen-
 ſum nauigia mira celeri-
 tate intercipit 1247.a.2
 Nicolaus Gallicanicus cap-
 itali fupplicio afficitur
 1283.b.2
 Nicolaus Ragius & Ioañes
 Craffus aliquot mariti-
 ma oppida hoftribus adi-
 munt 1462.b.2
 Nicolaus Thronus Mauro
 fuffedit 1474.a.2
 Nicolaus Picininus ad Flo-
 rentinorũ conatus euer-
 tendos mittitur 1358.a.2
 Nicolaus j. pont. 626.a.2
 Nicolaus iij. pont. 667.a.2
 Nicolaus iij. pont. 780.b.2
 Nicolaus v. pont. 937.b.2
 Nicolaus Mutatius & Ma-
 rinus naufragio pereunt
 1189.a.2
 Nicolai ara 256.b.4
 Nicolai edicula 269.a.4
 Nicolai Litorei cædes 274
 a.4
 Nicolai Crifq; interitus 329
 b.3
 Nicolai pontificis acta 775
 b.2. 950.b.2
 Nicolai & Theodori corpo-
 ra in fanis condunt 1146
 b.3
 D. Nicolai corpus Vene-
 tias transportatum 1141
 a.2
 Nicolai Aftenfis apud Eu-
 genium querela 1383.
 b.2
 Nicolai Aftenfis oratio 1388
 a.2
 Nicolai Stellã exitus 892
 a.2
 Nicolaia urbs à Genuẽſibus
 capitur 1275.a.2
 Nicomedia 258.a.1
 Nicomedis ſcelus in patrẽ
 1133.b.1
 Nili ortus ignotus 46.b.1
 uerus ortus 47.a.1
 Nili oftia 47.b.1. incremẽta
 47.b.1
 Nini 11.b.1
 Nini regis gefta penẽ fabu-
 loſa 8.a.1
 Nini in Bãzanẽ regem cle-

mentia 11.b.1
 Nini regis maufoleum 14.
 a.1
 Nini atrocita facta 18.a.1
 Nini iunioris degeneratio
 21.b.1
 Ninius urbis conditio 12
 b.2
 Nifibis 307.b.2
 Nitocris ſepulcrum 15.a.1
 Noẽ iufticia cultor 2.b.1
 Noẽ cur cum tota domo è
 medio difcefferit 2.b.1
 Noẽ generis humani ſemi-
 narium 2.b.1
 Noẽ cum familia ſua arca
 egreffus 3.b.1
 Noẽ Lamechis filius quo-
 modo feruatur 3.b.1
 Noẽ primus mortalium ni-
 tis uſum oftendit 3.b.1
 Noẽ quando mortuus 5.b.1
 Noã uã Athenis 631.b.1
 Nocturnus terror 753.a.1
 Nola 812.b.1
 Nolanorum refponſum 971
 b.1
 Nomẽtum capitur 1539.a.2
 Nomentani 286.a.1
 Nonacria aquã uenenum
 807.a.1
 Norbanus ſibi manum in-
 tulit 61.a.2
 Norbanorum excidium 62
 a.2
 Norici uicinarũ alpium in-
 colã 213.b.4. olim Tauri
 ſci ibid.
 Norici montes 365.b.3
 Norici fitus 1016.a.2
 Normanus bellũ Nicepho-
 ro infert 673.b.2
 Normani Aquitaniam po-
 pulantur 623.a.2
 Normani Siluij ductu ex
 Dalmatia finibus pulſi
 1130.a.2
 Normanorum gefta 671.a.2
 Normanorum fratrum di-
 ſcordia 680.b.2
 Normania unde dicta 629
 a.2
 Normaniaẽ gentis propaga-
 tio 658.b.2
 Noualis Carrario arcẽ pro-
 dit 1307.b.2
 Nouaria 518.b.2
 Nouaria mœnia quaſſan-
 tur 9.a.3
 Nouariẽſe fe dedũt 123 b.3
 Nouarum rerum inuentõ-
 res 105.106.107.a.b.4
 Nouellus Carrarius 1318.a.2
 Nouẽdialis facti origo 274
 a.1
 Nouum in hofcium pote-
 ftatem uenit 266.b.2
 Nouocomẽſis colonia 138
 b.2
 Nouos Vrceos Veneris im-
 perator recipit 1353.b.2
 Nubendi modus 319.b.1
 Nucetum oppidũ Rubrio
 adimirur 1519.b.2

2
 Numa

Numa Pompilius 258. b. 1 & 259. a. 1. rex inauguratur 259. b. 1. eius uita 260. a. 1. annus 261. a. 1. liberi 263. b. 1.
 Numæ libri 1106. a. 1
 Numantia situs 1145. b. 1
 Numatorum desperatio 1153. b. 1. excidium ibid.
 Numatorum ferocia 1145. b. 1
 Numerianus Cæsar 381. b. 2
 eius eloquentia 382. a. 2
 Numitor pro filia tractus in iudicium 232. a. 1. eius deprecatio ibid. b. 1
 Numitor ab Amulio regno priuatus 229. b. 1
 Numidia temperata 1126. a. 1. eius diuisio 15. a. 2
 Numidæ unde 107. a. 1. 573. a. 3
 Numidarum cædes 1043. b. 1
 Numij cædes 42. a. 2
 Nummius aureus quando Venecijs percussus 774. a. 2
 Nūmus duplex percussus 1359. a. 2
 Nummus argenteus Thronus dictus 1480. a. 2
 Nummorū dispersio qua līs sub Ciano instituta 1169. a. 2. eorundē uariatio ibid. b. 2
 Nummis argenteis noua forma inducta 1480. a. 2
 Nunciōrū diuersitas 458. b. 1
 Nyla 87. b. 1. 792. a. 1

O

O Belerius dux 602. b. 2
 Obelerius sic Nicephori Spatharius 604. a. 2
 Obelerius Pipino infidiatur 1100. a. 2
 Obelerius ad Caroli opem cōfugit 1099. b. 2. pacem inter Nicephorum & Pipinum tentat 1100. a. 2
 Obelerius dux abfens crearus 1099. a. 2. Beatum fratrem sibi collegam asciscit ibi. à Nicephoro amplissimis honoribus acceptus ibid.
 Obelerius uoluntariū exilium sibi cōfiscit 1103. a. 2
 Obelerij transfugium 605. a. 1
 Obeliscus 15. a. 1
 Obeli 631. b. 1
 Oboli unde dicti 631. b. 1
 Oberdanfens aliquandiu pro uanissimo nebulo-ne est habitus 309. b. 3
 Oberrinum castellū 561. a. 3
 Obroatiū oppidum 471. b. 3
 Obroatiū recipitur 473. a. 3. solo æquatur ibid.
 Obsidio longissima 281. b. 1. 767. b. 2

Oceani accolæ deduntur 116. b. 2
 Oceani inundatio 353. b. 3
 Oceani æstus 802. b. 1
 Ochoziæ casus 208. b. 1
 Ochus 696. b. 1. 777. a. 1
 Occasio rerum gerendarū mater 77. b. 2
 Oculorum priuatio 157. a. 1
 Octauius Apollinis filius 179. a. 2. hæreditatē adit 179. a. 2. ad optimates se confert ibid. b. 2. eius reditus ad urbem 178. b. 2
 Octauius à patribus alienatur 185. b. 2. urbem ingreditur 186. a. 2
 Octauius Antonium Perusia obsidet 200. b. 2
 Octavianus cum Gallo fœdus inicit 112. b. 3
 Octavianus acriter pugnas fauciatur 112. a. 3
 Octauius amissa classe Romanam reuertitur 205. a. 2
 Octauius Lepidum in ordinem redigit 216. a. 2
 Octauius fœderum uiolator 218. b. 2. eius successus 219. b. 2
 Octauius Antonium criminatur 222. b. 2
 Octauius quos occiderit 228. b. 2
 Octauius Tusculanus 331. a. 1
 Octauius Pauli pontificis nepos 515. a. 3
 Octauij acies proffigatur à Bruto 194. a. 2
 Octauij & Antonij secundæ fœdera 202. a. 2
 Octauij clasis concrematur 204. b. 2
 Octauij naufragium 213. b. 2. discrimen 214. b. 2
 Octauij copias 224. a. 2
 Octauij & Ebutij congressus 384. a. 1
 Octauij Mālij interit⁹ 384. b. 1
 Octavianus Fregofus cū Cardonio & Piscario transigit 163. b. 2
 Octavianus temeritatis suæ pœnas dat 624. b. 3
 Octauiani Signorelli interitus 326. b. 3
 Octauiani obitus 1164. b. 2
 Octauiano primates assentiunt 112. a. 3
 Octauium Farnesium Gallia rex in fidem suam accipit 710. a. 3
 in Octauium & Pompeium causæ belli 203. b. 2
 Octalvus 80. b. 2
 Octar & Rhoad regno potiuntur 221. a. 4
 Octobonus ecclesiæ præfictus 236. b. 4
 Octauia Antonio iungitur 202. a. 2

Octauia ab Antonio expulsa 222. b. 2
 Octauij prudentia 222. a. 2
 Odenatus Cæsar 365. b. 2
 Odenati Palmyreni uirtus 365. a. 2
 Odoacer Italiam tyrannico more regit 226. b. 2. occiditur ibid.
 Odoacer magno prælio uincitur 450. a. 2. deditio nem facit ibid. b. 2
 Odoacer interficitur 450. b. 2
 Odoardus ad Blancalabiā interfectus 31. b. 3
 Odoardi interitus 17. b. 3. eius cadauer in arena reperiuntur ibid.
 Odoardi supplicium 350. b. 3
 Officij partitio 314. a. 4
 Oges 65. a. 1
 Olchades 912. a. 1
 Olchinum 1492. a. 2
 Olda 284. a. 1
 Olea in Palladis arce nata 48. b. 1
 Olea in foliolum Attica 391. b. 1
 Oliarchia Athenis inducta 609. a. 1
 Oliarcharum exilia 611. a. 1
 in Oliuolum quando Gradenfis titulus translatus 597. a. 2
 Oliuolensis ædes 252. a. 4
 Oliuolensis regionis insulae 262. a. 4
 Oliuolensis regio 262. a. 4
 Oliuolensis uallis 264. b. 4
 Oliuolensis primus anti-stes 597. a. 2
 Oliuolensis ædes 1104. b. 2
 Olpæ occupantur 561. a. 1
 Oltha fl. 559. b. 3
 Olyga mons 79. b. 3
 Olymbri⁹ imperator 447. a. 2
 Olympus à Gallis occupatur 1091. a. 1
 Olympi montis situs 1111. a. 1
 Olympij exitus 455. a. 2
 de Olympico agone diuersæ opiniones 92. a. 1
 Olympias 92. b. 1. 714. b. 1
 Olympiadis sæuitia 823. b. 1. cædes 823. b. 1
 Ollius amnis 1249. b. 2
 Omen belli gerendi 500. a. 2. in puero 576. a. 2. in Apio 703. a. 1
 Ominum exempla 171. 172. 173. a. 4
 Omphis 793. a. 1
 Onesili caput 394. b. 1
 Onias 896. a. b. 1
 Oebasi filiorum cædes 366. b. 1
 Oedipus patrem obrūcat 133. b. 1
 Oenipons 682. a. 3
 Oenone opp. 539. b. 1
 Oenotrus 256. a. 1

Oenotrij Siculos barbaros aliqua Italiae parte depulerunt 210. a. 4
 Oetæ montis situs 125. b. 1
 Oenopio 118. b. 1
 Operum manu exercendarum exempla 39. 40. 41. a. 4
 Opici 708. a. 1
 Opicini cædes 895. a. 2
 Opimio dies dicitur 10. b. 2
 Opiterginus ager ad patriam nos fines non spectat 231. a. 4
 Opiterginus mōtes 204. b. 4
 Oppia uestalis damnatur 431. a. 1
 Oppia lex 1061. b. 1. antiquatur 1063. a. 1
 Oppij interitus 508. a. 1
 Opitiletis Mineræ templum 217. a. 1
 Oraculum 39. b. 2. 256. b. 1. 358. a. 2. 451. a. 1. 478. a. 1. 536. b. 1. 545. b. 2. 599. a. 2. 721. a. 1. 749. a. 1
 Oraculum Delphicū 460. b. 1
 Oracula prophetica 235. b. 2
 Oraculorum exempla 164. 165. a. b. 4
 Oranum Nauarrus occupat 2. b. 3
 Oratio tempestiua 635. b. 2
 Orbatellum oppidum 662. b. 3
 Orcanes & Mahometes in aciem descendunt 77. a. 3
 Ordolphus Faledrus Vitali sufficitur 1147. a. 2
 Ordolphus telo iectus concidit 115. a. 2. eius sepultura ibid.
 Ordinis noui origo 825. a. 2
 Ordinum tres uiri 289. a. 4
 Orae continentis quinque uiri 289. b. 4
 Origeni⁹ 10. a. 1
 Orici conditores 981. b. 1
 Origenes à Mammea accersitur 351. b. 2
 Origenis ingenium 334. b. 2
 Origenium deditio 1019. b. 1
 Oriniani castelli direptio 46. b. 3
 Orionis cadauer inuertum 3. a. 1
 Orisgōtis reguli uxor 1092. a. 1
 Orithyia 85. b. 1
 Orleus princeps 285. a. 4
 Orons amnis 163. b. 3. Antiochiam alluit 1139. b. 2
 Oropas 559. b. 1
 Orpha urbs 159. b. 3
 Orphanus locus 1102. a. 2
 Orthodoxæ fidei impia persecutio 398. a. 2
 Ortus insignis exempla 5. 6. 7. a. b. 4
 Osculum ineptum 841. b. 1
 Osculi origo 241. b. 1
 Oseas 229. b. 1
 Osiand

Osander in Prussia sese recipit 701. b. 3
 Osiophum sibi oppugnandum Christophorus proponit 49. a. 3
 Ostafius à Veneto alienatur 905. b. 2
 Ostafius Polentanus Gallos excipit 1225. a. 2
 Ostafius Polentanus in Cretam relegatur 1419. b. 2
 Ostentum Pœnis oblatum 190. a. 1
 Ostentum fulminis 249. a. 2
 Ostentum 377. a. 1. 548. a. 2
 Ostenta futuri principatus 275. a. 2
 Ostentorum exempla 169. 170. 171. a. 4
 Ostracismus 473. a. 1
 Ostrogothi 405. a. 2
 Ostronizza oppidum inceditur 473. a. 3
 Ostris quid Aegyptijs 4. a. 1
 Ostrhanis tribunal 386. b. 1
 Orthingus nobilis regulus ambustus 313. a. 3
 Otho generose cōseruatur 41. a. 3
 Otho Italiam ingreditur 644. a. 2. eius clementia ibid. facinus ibid.
 Otho à Græcis uincit 650. a. 2. Beneuentum incendit ibid. b. 2
 Otho hostiliter Romam petit 655. b. 2
 Otho Romæ, febre correptus, expirat 1122. b. 2
 Otho dux à Venetis relegatur 661. a. 2
 Otho Francorum res bello infectatur 649. b. 2
 Otho imperator primus in Germania 644. b. 2
 Otho iij. imperator 650. b. 2
 Otho iij. Venetorū hospes 654. b. 2
 Otho viij. imperator 277. b. 2. manum sibi infert 280. b. 2
 Othonis fatum 218. b. 4
 Othonis oratio ad ueteranos 279. a. 2. iudicium de Rom. senatu ibid. b. 2
 Othonis & Venetorū fœdus 652. b. 2
 Othonis primi interitus 647. b. 2
 Othonis iij. interit⁹ 650. b. 2
 Othoni imperium abrogatur 739. a. 2
 Othoni imperiū committitur 1127. b. 2
 Othomanus Byzantiū obsidiōe adoritur 1449. b. 2
 Othomanus Scodram expugnare statuit 1491. a. 2
 Othomanus Scodram oppugnatione adorif 1500. b. 2
 Othomanus pugna abstinet 1501. b. 2
 Othomanus cum Venetis

pacem componere statuit 1473. b. 2
 Othomani studia 84. b. 1
 Othomani crudele edictū 1470. b. 2
 Othomani duo summi magistratus 1486. a. 2
 Othomanorum robor 107. b. 3
 Ottomannica arma ad oppugnandos Lusitanos in Indiam usq; proferuntur 501. b. 3
 Ouidius 197. b. 1
 Oxinchas Iugurthæ filius 44. a. 2
 Oxus fl. 775. a. 1. 777. a. 1

P
 Pacis condiciones 112. b. 3. 941. b. 2. 1040. a. 1. 1311. a. 2. 1534. b. 2. 1539. b. 2
 Pachynum promotorium 1203. a. 2
 Pacuuius 1139. b. 1. 1149. a. 1
 Pacuuij ingenium 960. b. 1
 Padus fl. 211. b. 4. 518. b. 2
 Padus ab Hercule munit 1514. b. 2
 Radi fluiuiū quomodo Plinius uocet 271. a. 4
 Padi ostium 277. b. 4. ostia 499. a. 2. ortus 1511. a. 2. e-tymon 1512. b. 2
 Padillæ supplicium 211. a. 3
 Paganus Barentium ui occupat 1249. b. 2. Caroli et Mauri corporibus sublati concremat ibid.
 Paganus, milites cursu fellostrucidant 14. b. 3
 Pagi 308. a. 1
 Phalerius animum ad regnum adiicit 1251. b. 2
 Paizeres captus 837. b. 3
 Palatinus uulneratur 394. b. 3
 Palatini ad suos uerba 366. b. 3
 Palatini cum Turcis prælium 367. a. 3
 Palatinorum ducum sepulchra 591. a. 2
 Palamedis cōsiliū 139. a. 1
 Palatiolum ad deditioem Sfortia cōpellit 1520. b. 2
 Palea 953. b. 1
 Palearius pons 268. b. 4
 Palæologus 760. b. 2
 Palæologus in Peloponne sum sui imperij fines promouere tentat 1201. a. 2
 Palæologus cum Venetis in quinquennium inducias pacificatur 1203. b. 2
 Palæologus Oreum obsidione cingit 1206. b. 2
 Palæologi & Genuenium odium in Venetos 762. b. 2
 Palæologi imperatoris in Italiam accessus 897. a. 2
 Palæologo caput Othoma-

ni iussu abscissum 1451. a. 2
 cum Palæologo curā Venetis pugnatum 1215. b. 2
 Palestrinae incensio 1280. b. 2
 Palæopolis 728. a. 1. 749. b. 1
 Palæstina ab Arabibus uastata 211. b. 1
 Palæstinæ fines 78. b. 1
 Palæstini qui 174. b. 1
 Palæmon 262. b. 2
 Palicia Antonio deditioem facit 453. a. 3
 Palicia & Imbercurius ab equitibus dimituntur 21. a. 3
 Palinurus 143. b. 1
 Pallas 4. b. 1
 Palladium 57. a. 2. in apertū deferitur 324. a. 2
 Pallantidæ Athenis eiectæ 115. a. 1
 Pallena 446. b. 1
 Pallene 571. b. 1
 Pallora Perufinus in Ragonis potestatem uenit 319. a. 3
 Palinurus 686. a. 2
 Palmyreni 371. a. 2
 Palmyra 194. b. 1
 Pamphilij ager fœda populatione deformatur 1478. b. 2
 Pancratij corpus 265. b. 4. eius interitus 1246. a. 2
 Panegyrica oratio 519. b. 4
 Panis herbaceus 158. a. 2
 Panis & uini consecratio 245. b. 2
 Panis libatio 790. b. 1
 Pannonia qua condicione Hunnis relicta 510. b. 2
 Pannoniæ & Mœsiæ cedunt Gothis 446. b. 2
 Pannoniæ descriptio 869. a. 2
 Pannoniæ res 926. b. 2
 Pannonicarum rerum status 61. a. 3
 Pannō Italiam inuadit 820. b. 2
 Pannonum ritus 220. b. 2
 Panormus 464. a. 2. 877. b. 1
 Panni aurei triumuiui 297. a. 4
 Pantaleonis ara 255. b. 4
 Pantheon 254. b. 4. 451. b. 3
 Panfa uulneratur 184. a. 2
 Pantachi cædes 846. b. 1
 Paphlagonia situs 48. a. 2
 Papyrius Samnites fundit 816. b. 1. eius libido 750. a. 1. seueritas 785. a. 1. oratio ad suos 835. a. 1. strategema 836. a. 1
 Paradenfium clades 171. b. 2
 Paradisus unde appellatus 1. b. 1
 Paradij Italiae 668. a. 2
 Paralos 629. a. 1
 Parentes primores cur paradiso exclusi 1. b. 1
 Paratū primorū origo 1. a. 1

Parentum affectus uarij 25. b. 1
 Paratū autoritas in liberos 43. 44. a. 4
 Parentum charitas in liberos 48. 49. 50. a. b. 4
 Paria terra 448. a. 3
 Pariorum sapiens iudiciū 387. a. 1
 Paris Ludronius 1384. b. 2
 Paridis iudicium 136. a. 1
 Paridis & Helenæ discrimen in Aegypto 136. b. 1
 Parisenfis gymnasiij origo 599. a. 2
 Parmes in Genuenfium fines cum liberis concedunt 1525. a. 2
 Parmenio & Philotas filius ab Alexandro occiditur 773. a. 1
 Parmenides Eleates 493. b. 1
 Parrhasius 671. a. 1
 Particiatius Zachariæ corpus à Leone imp. dono accipit 1104. b. 2
 Particiatij filij 1104. a. 2
 Particiatij factum 617. a. 2
 Parthenope 960. a. 1
 Partheniæ unde 245. b. 1. in suos ciues conuertit 246. a. 1
 de Partheniis uaria opinio 246. a. 1
 Parthix pax redditur 340. a. 2
 Parthi Hierosolymam diripiunt 207. a. 2
 Parthi ab Antonio repelluntur 211. b. 2. funduntur 212. a. 2
 Parthi Romanis signa restitunt 232. b. 2
 Parthi Armeniam occupant 254. b. 2
 Parthorum uictoria 210. b. 2
 Parthorū origo & mores 121. b. 2. opes 132. b. 2. uicē di ritus ibid. ingenia 133. a. 2
 Parthorum motus 254. a. 2
 Parthorū strepitus 134. a. 2
 Parthicum bellum 210. b. 2
 Paschalis pont. 612. a. 2
 Pascha 51. b. 1
 Paschalis Maripetrus legatus 1412. a. 2
 Paschalis Maripetrus Fofcaro uiuenti surrogatur 1456. a. 2
 Paschalis ij. pont. 688. a. 2
 Paschalinus Minorus certaminis decus 1262. a. 2
 Pasquinius Corfus curiæ limine abstinet 344. b. 3
 Passagio 1474. a. 2
 Patavium 148. a. 1
 Patavium capitur 438. a. 2
 Patavium Longobardicis armis direptum 1093. b. 2
 Pataviū triplici muro circumctum 1323. a. 3
 Patavi unde 225. b. 4
 Patavijs 5. 5. Patavijs

Patauij instauratio 325.a.2
 eius recens excidium ib.
 oppugnatio 1222.a.2
 Patauinorum cum Venetis praelium 1148.b.2
 Patauinorum & Venetorum discordia 1215.b.2
 Patauinus motus 843.b.2
 Patauinum gymnasiū unde ortum 751.b.2
 Patauinum bellum 840.a.2
 Patauini quatuor strangulantur 2.b.3
 Patauini Mastini Scalani armis pressi 1221.b.2
 Patauini qui 1089.b.2
 Paterniani uestibulum 267.a.4
 Patientia in dolore ferendo exempla 101.102.103.a.4
 Patientiae & tolerantiae in aduersis exempla 99.100.101.a.4
 Patres conscripti 241.a.1
 Patres 241.a.1
 Patrum consilium 306.a.1
 responsum ad Saguntinos 1027.b.1
 Patricij 241.a.1
 Patriciorum studia 270.a.4
 Patria quibus gentibus proxima 216.a.4
 Patria ab Austriae & Carinthiae ducibus omni raptarum genere affligitur 237.a.4
 Patrie facies quadrifariam diuisa 208.b.4
 Patrie situs 209.b.4
 Patriam mediam tenentibus ingenium quale 209.a.4
 ad Patras oppugnadas Austria cum classe descendit 378.a.2
 Patriarchae magni ex decumis reditus 193.a.3
 Patrocli caedes 139.a.1
 Patrocinia unde 241.b.1
 Paula Buisa 944.b.1
 Paulinus Aquileiensis antistes 234.b.4
 Paulinus campus 256.b.4
 Paulinus Nolanus antistes 443.a.2
 Paulino Vrsus successit 235.a.4
 Paulus pontifex 582.a.2
 Paulus ij. pont. 965.b.2
 Paulus iij. pontif. moritur 706.b.3
 Paulus Aquileiensis Alboinum mitorē reddit 227.b.4
 Paulus Aquileiensis 599.a.2
 Paulus Aquileiensis Euphemiae sacrum constituit. 1093.a.2
 Paulus Bachiti⁹ baptismū renouat 306.b.3
 Paulus Bachitius detrunca tahostium capita Vienne demulit 361.b.3

Paulus Diaconus quando historiam scripserit 217.a.4
 Paulus Diaconus Logobardicae historiae scriptor 1091.b.2
 Paulus Tomoræus 217.a.3
 Paulus antistes 305.b.3
 Paulus Samofatenus 375.b.2
 Paulus Strigoniensis proregis collega 307.b.3
 Paulus Nouius inauspicatus principatus poenas capit perfoluit 1.b.3
 Paulus Altinas Torcellum migrat 1093.b.2
 Paulus monachus Calsinensis 229.a.4
 Paulus Manfronus 273.b.3
 Paulus Balconus ex fuga uix seruatus 3.b.3
 Paulus Altinates pot. 275.b.4
 Paulus Sfortia Laudi Pompeiae praedidio imponitur 268.a.3
 Paulus Heraclius primus Venerorum dux 555.b.2
 Paulus Lucensis tyrannum se Lucensium constituit 1355.b.2
 Paulus Fagius & Bucerus in Angliam migrant 705.b.3
 Paulus pontifex tria milia peditum Viennam mittit 594.a.3
 Paulus ForoIulienis Logobardicae historiae scriptor. 234.b.4. in Diomedis insula relegatur 234.b.4. in Calsinensi cenobio uitam sanctam agit ibid.
 Paulus ab Hispanis militibus capitur 41.b.3
 Paulus ad Christum cōuertitur 265.a.2. Hierosolymis uincitur 266.b.2. Romam mittitur 267.a.2. à Nerone occiditur ibid. b.2. eius progenies 265.a.2 nomen. ibid. peregrinatio ibid. b.2. praedicatione 266.a.2
 D. Pauli templum 1109.b.2
 Pauli Sabelli staua 256.a.4
 Pauli Pergulani tumulus 258.a.4
 Pauli pontificis legationes 460.a.3
 Pauli Bachitij interit⁹ 479.a.2
 Pauli ducis opera 555.b.2
 Pauli Camilli Triuultij interitus 256.b.3
 Paulo gentium doctores conditur 1108.b.2
 Paulutius Heraclian⁹ dux quando declaratus 1095.a.2
 Paulutius Heraclienis 283.a.4

Paulutius quandiu reipublicae praefuerit 1095.b.2
 eius obitus ibid.
 Paupertatis exempla 147.148.149.a.4
 Pausaniae proditio 474.a.1
 Pausaniae opera tolluntur tyranni 637.a.1
 Pausaniae ignorantia 718.b.1
 Pausaniae interitus 673.b.1
 Pauones syluestres 796.b.1
 Pax cū Lodouico rege 818.b.2
 Pax quibus conditionibus imperata 1256.a.2
 Pax qualis esse debeat 949.b.1
 Paxus insula 497.a.3
 Pecunia neruus belli 358.a.1
 Pedeportius mons 119.a.3
 Pediculis qui absumpti 67.a.2
 Pegase Hercules relictus 449.b.1
 Pelacanes Bononiensis interficitur 457.a.3
 Pelagias pontifex 514.b.2
 Pelagij pontificatus uariis 520.a.2
 Pelagij pontificis decreta 508.b.2
 Pelagiana haeresis damnatur 415.a.3
 Pelagius pontifex Probinoluccelsit 1093.a.2
 Pelagij & Arcades cur in Italiam uenerint 210.a.4
 Pelagij 321.a.1
 Pelei mater 114.b.1
 Pelias 93.b.1
 Peliae interfectio 102.a.1
 Peligni 242.a.2
 Pelops perfarum seruus 442.b.1
 Pelopidas 681.a.1
 Pelopidas Epaminondē restitutus 682.b.1
 Pelopidae ars 679.b.1
 Pelopidae gesta aduersus Alexandrum Pheræum 681.b.1
 Pelopide mortuo honores exhibiti 682.b.1
 Pelopidae interitus 682.b.1
 Peloponnesus 1456.b.2
 Peloponnesum quae geres incoluerint 460.a.1
 in Peloponneso infeliciter pugnatur 963.b.2
 Peloponnesiacum bellum 527.a.1
 Peloponnesiacorum ducū adhortatio 546.b.1
 Pelusium 254.a.1
 Pemo Coruulo succedit 232.a.4. eius uxor ibid.
 Pemo Calistu in suam potestatem redigit 233.b.4
 Pemo Luithprando reconciliatur 234.a.4
 Pemo ducatu priuatur 234.a.4
 Pemoni Rathchis sufficitur 234.a.4
 Perfae

Perfae ex Pylis Sufidis depulsi 764.a.1
 Perfae terga uertunt 1486.b.2
 Perfarū gentes 315.b.1. mores ibi. institutio 316.a.1
 Perfarum strages 326.b.1
 Perfarū fames ingens 343.b.1
 Perfarum regnum à Magis fratribus occupatū 345.a.1
 Perfarum arrogantisima profulata 347.a.2
 Perfarum caedes 421.b.1. 425.a.1
 Perfarum clades 457.b.1
 Perfarum conatus circa Salaminem 460.b.1
 Perfarū cōsultatio 463.b.1
 Perfarum fuga 465.a.1
 Perfarum preciosa spolia. 465.a.1
 Perfarum supplicia 467.a.1
 Perfarum rex Byzantiū uenit 541.a.2
 Perfarum silentiū 745.b.1
 Perfarum successus 759.b.1
 clades ad Lycū 760.b.1
 persepolitana gaza 765.a.1
 persepolitana regia incensaf 765.b.1
 Perseus 69.b.1
 Perseus capitur cum uxore & liberis 1113.a.1
 Persei insania 1110.a.1. auaritia ibid.
 Persei exitus 1115.a.1
 Perfica caena 465.b.1
 Perfica acies 738.a.1
 Perficum bellum 346.a.2
 Perfis unde dicta 315.b.1
 Perusia Galeacio deditur. 835.b.2
 Perusiae incendium 201.a.2
 Perusinorum caedes 832.b.1
 Pertinax xix. imp. 325.b.2. eius confternatio ibi. b.2. oratio ibid. studia 326.b.2. caedes 327.a.2
 Percennius Niger 328.a.2
 Percennij Nigri uocalitas. 330.b.2
 Perfilitia 527.a.1. 803.a.1. 185.b.1. 566.b.2. 1156.a.1. 715.b.2. 541.b.1.
 Pestanus hostes adortur. 359.a.3. eius interitus ibid. b.
 Pestum 61.b.3. oppugnatur 540.a.3
 Petendi iustitatio 529.b.1
 Petelinorum fides 965.b.1
 Pethephris 32.b.1
 Petteri interitus 54.b.3
 Petitionū tres iudices 289.a.4
 Petrarcha 806.a.2
 Petrarchae uerba de pugna ad Bosporū edita 1246.b.2
 Petrae fl. 1189.a.2
 Petrae Baetriae situs 786.b.1

Perula cum exercitu caeditur 989.a.1
 Penthesileae interfectio 141.a.1
 Peones olim, nunc Pannonnes 869.a.2
 Pepo Aquileiensis Gradum occupat 1128.a.2
 Pepo circa Gradum omnia uastat 1129.a.2
 Pera unde dicta 784.b.2. incenditur 785.a.2
 Pera ob Andronicū graui obidione premitur 1290.b.2
 Perdicas Atheniensibus iugitur 572.a.1
 Perdicas 534.a.1
 Perdicæ omen 461.a.1
 Perennis capitur 602.a.3
 Perennes Constantinopolim abeunt 1272.a.2
 Perennis quibus conditionibus. pax reddita 1221.b.2
 Perelli supplicium 645.a.3
 constantia ibid.
 Perfidiae exemplum 1016.a.2
 Pergulanus in Mantuanos fines populabundus erupit 1242.b.2
 Pergulensis pugna decessit 1353.a.2
 Periclis habitus 522.a.1
 Periclis concio ad populū 537.a.1. prudentia 539.a.1
 Perialla 422.b.1
 Periarides mons 101.a.2
 Periantri interitus 283.a.1
 Perona Picardiae urbs 459.a.3
 Peronessum ad Nansoum responso 461.b.3
 Perona Galliae Belgicae oppidum 461.a.3
 Peronotus Granuelius religionis casum deplorat 540.b.3
 Perollae facinus 961.b.1. pietas in patrem 962.a.1
 ad Peronam oppugnandā Nansous contendit 459.a.3
 Perpennia à quo condita. 586.b.3
 Perpennae caedes 74.a.2
 Perles & Aeras fratres 98.a.1
 Persepolis excidium 765.b.1
 Perfae Selymum intra subfidia innadunt 104.b.3
 Perfae insidijs excepti caeduntur 395.a.1
 Perfae Ionia deiciuntur 466.b.1
 Perfae Saraceni facti 535.b.2
 Perfae & Parthae nō ijdem 541.b.2
 Perfae mari terraeq; uincuntur 742.a.1
 Perfae

Petreus pacem turbat 151.b.2
 Petrus ubi sub prima ecclesia initia sedem suā fundat 1140.a.2
 Petrus Iustinianus 274.b.4
 Petrus Marturius D. Augustino aede erigit 1117.a.2
 Petrus Strozza in Italiam mittitur 654.a.3
 Petrus Aragonum rex 777.a.2
 Petrus Aloysius Farnesius trucidatur 697.b.2
 Petrus Pronepos unde imperium acceperit 559.a.3
 Petrus Toletanus inter Murfaracas à Solymano adscribitur 466.a.3
 Petrus Brunorius cum octingentis militibus. transtionem facit 1427.a.2
 Petrus eremita 681.a.2
 Petrus Aurius turris ruina oppressus 272.a.4
 Petrus Lauretanus Martuanos fines populat 1379.a.2
 Petrus Equiliensis triumphat 1111.a.2
 Petrus, Ortho dictus 1126.a.2
 Petrus Rubrius copiarum imperator 1225.a.2
 Petrus Gandianus dux hostem insequitur 1092.a.2
 Petrus Nauarrus uiginti cohortes conscribit 115.b.3. captus ab amicitia Hispani regis se alienat. ibid. eum Franciscus ualidæ exercitus parti praeficit ibid.
 Petrus Gatilofus aede Clementi erigit 1157.a.2
 Petrus Acotarius 254.b.4
 Petrus Hetruscus 59.a.3
 Petrus Paulus Crescentius Clementis legatus 256.b.3
 Petrus Antefiodorensis imperator declaratur 1182.b.2. à pontifice coronatur ibid. eius interitus ibid. b.2
 Petrus Badoarius 1116.a.2. quamdiu reipub. praefuerit ibid. eius ductu Histri uicti ibid.
 Petrus Ludronius ob sua & patris in rempub. merita. amplissima munera accipit 1417.a.2
 Petrus Lauretanus classis praeficitur 1362.b.2
 Petrus cognomento Tribunus. dux creatus 1113.a.2
 eius obitus 1115.a.2
 Petrus Candiano patri succedit 1117.a.2. eius gesta ibid. b.2
 Petrus Candianus Ioanni furrogatur 1112.b.2

Pellatur ibid. quo aetatis suae anno obierit ibi.
 Petrus ubi sub prima ecclesia initia sedem suā fundat 1140.a.2
 Petrus Iustinianus 274.b.4
 Petrus Marturius D. Augustino aede erigit 1117.a.2
 Petrus Strozza in Italiam mittitur 654.a.3
 Petrus Aragonum rex 777.a.2
 Petrus Aloysius Farnesius trucidatur 697.b.2
 Petrus Pronepos unde imperium acceperit 559.a.3
 Petrus Toletanus inter Murfaracas à Solymano adscribitur 466.a.3
 Petrus Brunorius cum octingentis militibus. transtionem facit 1427.a.2
 Petrus eremita 681.a.2
 Petrus Aurius turris ruina oppressus 272.a.4
 Petrus Lauretanus Martuanos fines populat 1379.a.2
 Petrus Equiliensis triumphat 1111.a.2
 Petrus, Ortho dictus 1126.a.2
 Petrus Rubrius copiarum imperator 1225.a.2
 Petrus Gandianus dux hostem insequitur 1092.a.2
 Petrus Nauarrus uiginti cohortes conscribit 115.b.3. captus ab amicitia Hispani regis se alienat. ibid. eum Franciscus ualidæ exercitus parti praeficit ibid.
 Petrus Gatilofus aede Clementi erigit 1157.a.2
 Petrus Acotarius 254.b.4
 Petrus Hetruscus 59.a.3
 Petrus Paulus Crescentius Clementis legatus 256.b.3
 Petrus Antefiodorensis imperator declaratur 1182.b.2. à pontifice coronatur ibid. eius interitus ibid. b.2
 Petrus Badoarius 1116.a.2. quamdiu reipub. praefuerit ibid. eius ductu Histri uicti ibid.
 Petrus Ludronius ob sua & patris in rempub. merita. amplissima munera accipit 1417.a.2
 Petrus Lauretanus classis praeficitur 1362.b.2
 Petrus cognomento Tribunus. dux creatus 1113.a.2
 eius obitus 1115.a.2
 Petrus Candiano patri succedit 1117.a.2. eius gesta ibid. b.2
 Petrus Candianus Ioanni furrogatur 1112.b.2

Petrus Pronepos cum quibus bellum gesserit 560.a.3
 Petrus Cianus princeps declaratus 1178.b.2
 Petrus Polanus Michaelis successor 1157.a.2
 Petri Candiani facinora. 646.a.2. preces ibid. ceter des ibid. b.2
 Petri Candiani ducatus 1115.b.2. eius mors 1116.a.2
 D. Petri naufragans cymba 571.b.4
 Petri sedes 686.b.2
 Petri Medicei interitus. 1083.a.2
 Petri Mocenigi ad Venetos literae 1263.b.2
 Petri Michaelis opus 261.b.4
 Petri Aurij interitus 1294.b.2
 Petri Croficcij interitus. 472.b.3
 Petri Rathinij interitus. 478.b.3
 Petri Gatilofi opus 274.a.4
 Petri Cardonij interitus. 242.b.3
 Petri Brunorij interitus. 1398.b.2
 Petri Aduocari oratio 1412.a.2
 Petri in Candianum seditione 1116.b.2. exiliū 1117.a.2
 Petri praenunciatio 246.a.2
 Petri cum filio exitus 1118.a.2. amborum corpora ad macellum proiecta ibid.
 Petri obitus 1519.b.2
 Petro Zeno nauium imperium datur 1222.b.2
 Petro Strozzae parandi atque inferendi belli negocium permittitur 514.b.3
 Peuce insula 559.b.3
 Peuceerius 256.a.1
 Peuceerij 241.b.2
 Phaceias 228.b.1
 Phaëtron uulgò Heridanus 48.b.1
 Phagonis cuiusdam portetosa uoracitas 375.b.2
 Phalantus Parthemiarum dux 246.b.1
 Phalaris saenitia 275.a.1
 Phalerius capitali supplicio afficitur 1253.a.2
 Phalerum 520.b.1
 Phaledri D. Benedicto ede construunt 1127.a.2
 Phalisci 982.b.1
 Phaliscorum liberi producuntur 641.b.1. uerba ad senatum ibid.
 Phamagusta frustra oppugnatur 1275.a.2
 Phanicus sinus 291.a.4. 1303.a.2
 Phanc-

Phanenses in Venetorū fide ueniunt 1157.a.2. tributum annuū pollicentur ibid.
 Pharaon in amorem Saræ exæstuat 7.a.1
 Pharaon quo consilio Sarā abducere conatus 7.b.1
 Pharaonis fomnium 31.a.1 eius explicatio ibid.b.1
 Pharaonis edictū 40.a.1
 Pharaonis exercitus 52.a.1 rubro mari obrutus 53.a.1
 Pharaonis regis filiae templum 181.b.3
 Pharaones Ægyptiorū reges dicti 40.a.1
 Pharaones quare dicti 194.a.1
 Pharisæi 17.a.2.114.a.1
 Pharisæorū dogma 266.b.2
 Pharnabazus uincit 674.a.1
 Pharnabazi facinus 613.a.1
 Pharnax à patre deficit 91.b.2
 Pharnax uincitur 169.a.2
 Pharnus rex interficit 11.b.1
 Pharos 40.a.1. 868.a.1
 Pharos à Veneto capitur. 654.a.2
 Pharus infula 9.b.1
 Phaselitæ 475.a.1
 Phasma marinum 744.b.1
 Pherecydes Syrus 494.a.1
 Pherecydes Syrus quomodo de terræmotu prædixerit 1241.a.2
 Pheroctima uermibus uiuens computruit 374.a.1
 Pherdolphus 231.a.4
 Phæa 114.a.1
 Phædon 670.a.1
 Phædra Hippolytū criminatur 120.b.1
 Phidon 229.b.1
 Philemon 869.b.1
 Philecinus in prouetibus infestis hastis incurrit 48.a.2. Cremæ moritur ibi.
 Phileni fratres 27.b.2
 Philenorum aræ ibid.
 Philisæ 217.b.1
 Philippus Romanam classem ex Achaia depellit. 1014.a.1
 Philippus Græciæ urbes diripit 715.b.1
 Philippus bellum reparat. 874.a.2
 Philippus in Hispaniam nauigat 1.a.2. febre correptus moritur ibid. eius mortē cometes portendit ibid.
 Philippus à Scytharum rege elusus 717.a.1
 Philippus in ecclesiæ antistitem eligitur 236.a.4
 Philippus & Pallanicinus prætorium occupat 266.a.3
 Philippus Atria ex carcere dimittitur 262.a.3. ad Galliæ regis imperiū su-

sciendū hortatur ibid.
 Philippus securi percussus 1366.a.2. eius bona in publicum redacta ibid.
 Philippus uulneratus 717.b.1
 Philippus Mediolani exspirat 1428.a.2
 Philippus trecentos equites amittit 1408.a.2
 Philippus Genua ponitur. 854.b.2. item Forliuius 855.a.2
 Philippus Florentinos ingenti prælio uincit 1329.b.2
 Philippus pacem petit 929.a.2
 Philippus Galeacij Vicecomitis filius 1329.a.2
 Philippus Venetiq; hostē aggrediuntur 1196.a.2
 Philippus ex Mediolanensibus cupit cognoscere quid præstare possint. 1345.b.2. in Mantuanū agrum subita excursione erumpit 1346.a.2
 Philippus Cremonam uenit 1364.a.2
 Philippus omnes copias ex Hetruria & Flaminia reuocat 1341.b.2
 Philippus Mediolanū concedit 1351.a.2
 Philippus Sfortiam ludificatur 1391.a.2
 Philippus sibi timet 1350.a.2
 Philippus ex Aoi faucibus depellitur 1056.a.1
 Philippus prælio uincitur. 1052.b.1
 Philippus dicax 1059.a.1
 Philippus Blancam filiam Cremonam cum nuptia li pompa mittit 1421.a.2
 Philippus Blancam filia & cū illa fortunam omnes in Sfortiæ fidem conijcere statuit 1419.b.2
 Philippus à Sigismundo auxilium implorat 1353.b.2
 Philippus cum Amadeo affinitatē contrahit ibid.
 Philippus Carolo Malaretæ copiarum imperium demandat 1351.b.2
 Philippus Lantgrauus Viderico Virtenberg. auxilia præbet 389.a.3
 Philippus Melanchthon. 540.b.3
 Philippus Arcius 1328.a.2
 Philippus rex altero oculo priuatus 714.b.1
 Philippus Austriacus amplissima cū pompa Bruxellā ingreditur 705.b.3
 Philippus Dechordus à Cæfare acie superatur 20.b.3
 Philippus xxix. imp. 361.b.2. baptismo cum filio insignitus 362.a.2
 Philippus & Darda fratres 534.a.1
 Philippi felicitas 715.b.1
 Philippi regis nouus conatus 970.a.1
 Philippi copiarum profugatur 876.b.2
 Philippi legatorum ad Florentinos oratio 853.a.2. eius ars 856.a.2
 Philippi copiarum 873.a.2. 875.b.2. 1052.a.1
 Philippi transitus in Peloponnesum 952.b.1
 Philippi uictoria 243.a.3
 Philippi reuerentia 714.b.1
 Philippi ad Aristotelē uox 730.a.1
 Philippi ducis successus. 849.b.2. 959.a.1
 Philippi flagitia in propinuos 716.b.1
 Philippi uerba ad Alexandrum 730.a.1
 Philippi ostentatio 1050.b.1. odiū in Athenienses 1051.a.1. copiarum 1052.a.2
 Philippi legatorū uerba in Panatolico 1051.b.1
 Philippi legati capiuntur. 968.b.1
 Philippi prædicatio 262.b.2. martyrium 263.a.2
 Philippi ad trierarchos oratio 241.b.3
 Philippi perhumanum responsum 865.b.2
 Philippi regis gesta 714.a.1
 Philippi gesta in Ætolo 952.a.1
 Philippi gesta in Græcia 1020.a.1
 Philippi urbs 192.a.2
 Philippi uerba ad M. Æmilium legatum 1049.b.1
 Philippi & Iacobi ara 265.b.4
 Philippi fuga 981.b.1
 Philippi Melioris oratio 322.b.3
 Philippi mores 891.a.2. mors ibid.b.2. 938.a.2. 240.a.4
 Philippi & Flaminij cædes 1058.b.1
 de Philippi interitu dissipati rumores 1014.b.1
 Philippi regis interitus 718.b.1
 Philippo quibus cōditionibus pax reddita 1354.a.2
 Philippo pax redditur 877.a.2. 1060.a.1
 Philippo regi bellum indicitur 1047.b.1
 cum Philippo bellum renouatur 879.a.2. 935.a.2
 Philippicus imperio potitur 550.a.2
 Philippides 840.a.1
 Philippini Filisci interitus. 137.b.3
 Philippensis belli finis 196.b.2

Piaculum 536.b.1
 Pici 607.a.3
 Piceni 242.a.2
 Picenum 519.a.2
 Picentes 241.a.2
 Picininus Athesim superat 915.a.2
 Picininus qua arte seruatus 917.b.2
 Picininus funditur ad Angliam 921.a.2
 Picininus cū suis circa Padū statua habet 1347.a.2
 Picininus cuneo per cōferam hostium aciem cum paucis elapsus 1353.a.2
 Picininus Florentinos ad Auferim uincit 1358.b.2
 Picininus omnia Pisani a gri oppida in suam potestatem redigit 1359.b.2
 Picininus Turriculā & Bordelanum recipit 1365.a.2
 Picininus cum mille lectis equitibus ex Gallia proficiscitur 1369.a.2
 Picininus ad Idicem fluium confedit 1377.a.2
 Picininus ad Rhodum castra mouet 1381.b.2. oppidanus in deditionem compulsi 1383.a.2
 Picininus & Gonzaga, se Alouisio Seuerinari, & Iulio Forouliano iungunt 1400.a.2
 Picininus nonnulla in Apennini collibus oppida capit 1408.b.2
 Picininus ad Policianū cōfedit 1409.a.2
 Picininus se ex fuga recipit 1403.a.2
 Picininus & Gonzaga cohortes in urbem mittit 1404.a.2
 Picininus uictus Burgū se recipit 1415.a.2
 Picininus Mediolanū uenit 1416.a.2
 Picininus in Brixianum agrum repente impetum facit 1417.a.2
 Picininus omnia populatione & terroribus complect 1409.b.2. ad Apennini radices se trepidē recipit ibid.
 Picininus de Philippo conqueritur 1420.a.2
 Picininus ex acie fugit 1428.b.2
 Picininus Brandolinus quem hostem fortiter excipit 1445.b.2
 Picininus ad Thenij saltus occupandos ire pergit 1402.a.2
 Picininus moritur 925.a.2
 Picinini uictoria 888.a.2
 Picinini gesta 896.b.2. 903.a.2
 Picinini consilium 911.a.2
 conatus 919.a.2. hyber-

na expeditio 928.a.2
 Picinini cōpię deletur 934.b.2
 Picinini audacia terribilis. 1403.a.2
 Picinini oratio 1344.a.2
 Picinini cum Stella præliū 1396.b.2
 Pienens ad Blangim celeri fuga se recipit 21.b.3
 Pietatis uerę obliuio unde 4.a.1
 Pietatis exemplū 469.b.2. 522.a.2
 Pigres & Martyes fratres. 385.b.1
 Pifarus 253.b.2. 1016.a.2.
 Pifari & Herodis affectus. 246.b.2. reconciliatio. ibid.
 Pifari consilium in Christo seruando 246.b.2. exitus 247.b.2
 Pifari mors 258.a.2
 Pifosi interitus 1387.b.2
 Pindarus 478.b.1
 Pioletellus uicus 154.b.3
 Pipinus bellum comparat 604.b.2. 578.a.2
 Pipinus Austrafus 579.a.2. eius pietas ibid. in Italiam accessus ibid.b.2
 Pifanus studium in Rom. ecclesiam 580.a.2
 Pifini facinus 553.a.2. gesta ibid. 577.b.2
 Pifini pulchrū responsum 580.b.2
 Pifini successus 600.a.2.
 Pifini 605.a.2. postulata ibid. atrox responsum 606.a.2.
 Pifini ductu Venetis bellum illatum 1103.a.2
 Pifus Florentinus Vtinum in potestatem redigit 240.b.4. eius mors ibid.
 Pifus à Barbaro liquefacto auro necatur 1326.b.2
 Pifanus cur Roscio inuisus 320.b.3
 Pifanus in Appulum litus flectit 1276.a.2
 Pifanus Sicū inuadit 1277.a.2
 Pifanus trepido cursu domum contendit 1279.b.2
 Pifanus in uincula conijcitur 1279.b.2
 Pifanus carcere educitur 1284.b.2
 Pifani à Genuensibus graui bello oppressi 1212.b.2
 Pifani ad Contarenū principem uerba 1285.a.2
 Pifani interitus 829.b.2
 Pifanorū ignominiosa pax 703.a.2
 Pifanorum clades 780.a.2
 Pifanorum pax cum Venetis 1171.b.2
 cum Pifanis in quinquentium fœdus renouatur. 1205.a.2

lebrat 273.a.4
 Plij reprehensio 272.b.4
 Plebanus 267.b.4
 Plebei Iudi 410.b.1
 Plebis Sacci oppidum. 36.a.3
 Plebis postulata 505.b.1
 Pleminius uincitur 1034.a.1
 Plemij mors ibid.
 Plemij fœuitia 1030.a.1
 Plemurium promontoriū. 594.b.1
 Pletiana uallis 207.b.4
 Pleuron 560.b.1
 Plumorgher rei naualis peritissimus 18.a.3
 Pluto 71.a.1
 Pochutia regio 561.a.3
 Pogoretanæ ualles 246.a.4
 Pola Colchorum oppidū. 211.b.4
 Pola Italici oppidum uerū Itissimum 1108.b.2. à Colchis conditum 1108.b.2. 1124.a.2
 Polæ obfessio 1159.a.2
 Polanus Venetias reuertitur 1158.a.2
 Polani in Venetorum ditio nem concedunt 1124.a.2
 Polani Histriæ accolæ 1157.b.2
 Polanis quibus conditionibus pax data 1159.a.2
 Polemo 809.b.1
 Policianum à Picinino captum 1409.b.2
 Poliporthos 842.a.1
 Politorium ab Anco caprū 277.b.1
 Potidea obfidetur 535.a.1
 Polonię situs, & gentis mores 922.b.2
 Polonorum & Moscorum prælium 68.b.3
 Pontolium à Collione occupatum 1418.b.2
 Polycarpus 313.b.2
 Polycrates 348.a.1
 Polycrates fortuna in anulo ibid.b.1
 Polycratis filia somnium. 350.b.1
 Polycratis exitus 351.a.1
 Polybius 1140.a.1
 Polybij calumnia 220.b.1
 Polygnanum atque Monopolim Petrus Landus in deditionem accipit 244.a.3
 Polynefus 1511.b.2
 Polyxena ab Achille adamat 140.a.1
 Polyzapa Cyprius obruncatur 1488.b.2
 Pollux 122.a.1. 635.a.1
 Pometinis bellū inferunt. 335.a.1
 Pometia capitur 377.b.1
 POME

Pomperani obitus 256.a.3
 Pompeij fraus 44.a.2
 Pompeius maris imperator 85.b.2. eius copiae 86.a.2. humanitas in Pionem ibid.b.2
 Pompeius in Lesbum nauigat 162.a.2. in Aegyptu applicuit 163.b.2. interficitur 164.a.2. sepulchru ibid.
 Pompeius Siciliam deserit 215.b.2. eius postulatum 215.a.2. in Asia conatus 216.b.2
 Pompeius abstinet sacris. 91.a.2
 Pompeius Columna senatus abdicatur 218.b.3
 Pompeius unicus consul. 138.b.2
 Pompeius Magnus 66.a.2. eius adagium ibi. triumphus ibid.b.2
 Pompeius militi oculos e-ruit 72.a.2
 Pompeius Caesaris munitionem adoritur 159.a.2
 Pompeius a suis imperator appellatur 65.b.2
 Pompeij indoles 59.a.2
 Pompeij & Crafsi reconciliatio 77.a.2
 Pompeij successus 89.a.2
 Pompeij studium in liberarum artium praepceptores 92.b.2
 Pompeij iniuria in Caesare 145.a.2
 Pompeij fuga 149.b.2
 Pompeij copiae 155.b.2
 Pompeij legatorum oratio ad Antoniu 216.b.2. successus 217.b.2. extremi conatus 218.a.2. caedes ibid.
 Pompeij obfessio 158.a.2
 Pompeiorum trium sepulchra 218.a.2
 Pompeianorum ducum deditio 152.a.2
 Pompeianorum stulta sententia 160.b.2. fuga 161.b.2
 Pompeianorum sanctia in Areguenfes 173.b.2
 Pompeianu theatru 92.b.2
 Pomponius Trogus unde suam historiam auspica- tus 8.a.1
 Pompeij cubicularij interi- tus 272.a.3
 Pomerij ambitus 307.b.1
 Pötianus & Gregorius san- ctorum corpora sepeliunt 218.a.4
 Pontifex unde 262.a.1
 Pontifex Bononia recipit. 1372.a.2
 Pontifex Caesari cum uni- uerso cardinalium coetu obuia processit 284.b.3
 Pontifex contumeliae suae odium in Foianu effun- dit 351.b.3
 Pontifex quinque senatores obfides dat 229.a.3. in- tempesta nocte euadit. ibid.b
 Pontificis & Columnensiu discordia 880.a.2
 Pontificis & Henrici discor- dia 675.b.2
 Pontificis & Columnensiu pax 884.a.2
 Pontificis denunciatio 585.b.2
 Pontificis scomma 784.a.2
 Pontificis interdictu 790.b.2
 Pontificis & Palaeologi co- gressus 897.a.2
 Pontificis & Philippi mu- tuum odium 787.b.2
 Pontificis ars in rege fallen- do 1033.a.2
 à Pontificis censura cur di- scedendum 212.a.3
 Pontificia autoritas in re- ges 786.b.2
 Pontificia sedes Italiae resti- tuitur 823.b.2
 Pontificiae sedis uerus usus 625.b.2
 Pontificiae electionis for- mula 670.b.2
 de Pontificatu discordia Hie- rosolymis orta 746.b.1
 Pontiremius atque Rouer- gas iudicium postulant. 21.b.3
 Pontinerij interitus 132.b.3
 Pontinae paludes 1120.b.1
 Pons sublicius 278.a.1
 Pons mari imponitur 443.b.1
 Pontis iungendi ratio 1342.a.2
 Ponti descriptio 367.a.1
 Pœni responsum ad Alexan- drum 799.a.1
 Pœni de pace agunt 881.b.1
 Pœni quoties caesus cu Ro- manis percusserint 915.b.1
 Pœni ex Alpibus Italia pro- spiciunt 920.a.1. aceto alpes infringunt ibid.
 Pœni simulata clementia. 932.a.1
 Pœni a uallo Rom. reijciun- tur 993.b.1
 Pœni possessione Hispanie cedunt 1023.b.1
 Pœnoru discrimen 919.b.1
 Pœnorum res gestae in Car- thesos 966.b.1
 Pœnoru caedes mira ad No- lam 964.b.1
 Pœnorum caedes in Luca- nis 970.a.1
 Pœnorum caedes 972.a.1. clades ibid.b.1. 982.a.1.
 Pœnorum caedes 994.b.1
 Pœnorum ducum fuga 1019.b.1
 Pœnoru bellici apparatus in Hispania 1022.b.1. fu- ga 1023.a.1
 Pœnorum extrema postu- lata 1129.a.1
 Pœoniae mulieres operose 385.b.1
 Pœones bello subacti 386.a.1
 Pœones in pristinas sedes refugiant 393.a.1
 Pœtae illustres 231.b.1
 Pœtarum de Timauo er- ror 211.b.4
 Pœtia urbs 952.b.1
 Pœticae artis laus 475.a.4
 Popilia insula 1111.a.2
 Popiliensium caedes 543.b.2
 Popo rem ecclesiae mirificè auxit 235.b.4
 Populi inconstantia 839.a.1
 Populoru odium in reges & tyrannos 155.156.157.a.4
 Porciae interitus 196.b.2
 Porcij Catonis oratio 99.a.2
 Porco centurioni omne ma- le uertit 1532.b.2
 Pori bellicus apparatus 793.b.1
 Pori ferocia 794.a.1. signa 794.b.1. facinus 795.b.1. uerba ad Alexandrum 795.b.1
 Porperium castellu ab O- ctobono expugnata 273.a.4
 Porpeti arcae castellu 206.a.4
 Porfenae bona cur uedi di- cerentur 365.b.1
 Portunaonia ciuitas graui- seditione iactata 243.a.4
 Possesam sibi Turci uendi- cant 473.a.3
 Possidonia, olim Pestum 870.a.1
 Posthumus Caesar 366.a.2
 Posthumus & alij dediti non recepti 783.b.1
 Posthumij oratio 382.a.1
 L. Posthumij damnatio 851.b.1. interitus 966.a.1
 Posthumia uestalis amplia- tur 564.b.1
 Potideae & aliarum urbiu defectio 534.a.1
 Potideae 534.a.1. 544.a.1
 Potitorum interitus 812.a.1
 Potitij & Pinarij ara maxi- ma 110.b.1
 Praeae urbis amplitudo. 870.b.2
 Prata oppidum à Venetis euertitur 241.a.4. 1328.a.2
 Pratum oppidum Floren- tino deserunt 320.b.3
 Prataeus capitur 249.a.3
 Praefinus equus 320.b.2
 Praefini 528.b.2
 Praxium promontorium 45.a.3
 Praecantuaris ritus 28.29.30.a.4
 Praecum effectus 30.31.32.a.4
 Presbyteri regulares 844.a.2
 Preteiannes Abyssinorum & Aethiopum rex 191.a.3
 Preteiannes à suis Belul- gian appellatur ibid.
 Preteiannis Magni impe- ria 191.a.3
 Preteianis consilium 1073.b.2
 Praexaspis è turri praepita- tio 346.b.1
 Praeda opulenta 765.a.1. ingens 703.b.1. 811.b.2
 Praediacorum conuentus 262.b.4. 735.b.2
 Praedei Vincentini interi- tus 1095.b.2
 Praeianes Gallicae clasis praefectus 6.b.3
 Praeianes per Gaditanu fre- tum ad Armoicum ocea- num nauigat 17.b.3
 Praeianem Odoardus fru- stra persequitur ibid.
 Praelium 13.a.3. 1401.b.2
 Praelium atrox 115.b.2. 814.a.1. 739.a.1. 1102.a.2. 1353.a.2
 Praeliu equestre extra Pra- tensem portam 321.b.3
 Praelij anceps euentus 563.a.1
 Praefesam oppidum Grima- nus patriarcha oppugna- re adoritur 493.b.3
 Praefestini acie funduntur 669.a.1
 Praefagiorum exempla 173.174.a.b.4
 Praefultor 411.b.1
 Praefitorum triumuiru 298.a.4
 Praetor plebeius 726.a.1
 Praetoris electio 304.a.4
 Praetoris officium in prima congratulatione 306.b.4
 Praetoris prima cocio 306.b.4
 Praetoris uultus ius dicen- tis qualis esse debeat. 308.a.4
 Praetoris iracundia frenan- da 308.a.4
 Praetoris appellatio 691.b.1
 Praetorij muneris origo 303.a.4
 Praetorij incrementum i- bid.b.4
 Priami uerba ad patrem. 99.b.1
 Principis creatio 282.b.4
 Principis electio 282.b.4
 Principis oratio ad Rubriu 803.a.2

Prin

Principis ueri responsum. 923.b.2
 Principis funerandi ratio. 1541.a.2
 Principum dilectio in suos 141.142.143.a.4. eorum sequit & crudelitas ibi. 144.145.a.4
 Principu consensus in tol- lendo schismate 841.b.2
 Principum Christianorum classes 1060.a.2
 Principij & Taruuntis faci- nus 471.a.2
 Principatu iura 806.b.2
 Primpilus olim primus ce- turio 713.b.1
 Primicerion 1107.b.2
 Primicerio aedis Marcianae datur mitra & pastoralis baculus 758.b.2
 Priscianus 461.a.2
 Priscus Theodosij epistola- rum magister 221.a.4
 Priueneris captum 695.b.1. 728.a.1
 Priueneris responsum 728.a.1
 Proba 415.b.2
 Probi principis uox me- morabilis 381.a.2
 Probi in Gallia gesta 379.a.2. laureatae literae ad pa- tres ibid.
 Procas rex 228.b.1
 Procella ingens 1326.a.2
 Procelli casus 112.b.2
 Proculus 380.a.2. eius faci- nus ibid.b.2
 Procuratores D. Marci 288.a.4
 Procuratorum iudices 290.a.4
 Prodigium in Seruio Tul- lio infante quale 291.a.1
 Prodigia 36.a.2. 149.a.2. 163.a.2. 187.b.2. 314.b.2. 516.b.2. 545.a.2. 562.a.2. 618.b.2. 637.a.2. 641.b.2. 645.b.2. 661.b.2. 679.a.2. 692.a.2. 694.b.2. 696.a.2. 789.a.2. 815.b.2. 830.b.2. 910.b.2. 928.b.2. 957.a.2. 981.a.2. 986.a.2. 1006.b.2. 1025.a.2. 279.a.1. 377.a.1. 477.b.1. 698.a.1. 708.a.1. 743.a. 806.b.1. 832.b.1. 871.b.1. 893.b.1. 929.a.1. 940.a.1. 974.b.1. 982.b.1. 985.a.1. 988.a.1. 997.b.1. 1001.b.1. 1008.a.b.1. 1011.b.1. 1015.a.1. 1022.a.1. 1031.a.1. 1036.b.1. 1048.b.1. 1054.b.1. 1055.b.1. 1058.a.1. 1066.b.1. 1069.b.1. 1071.a.1. 1080.a.1. 1099.a.1. 1101.b.1. 1104.a.1. 1105.a.1. 1145.a.1. 1152.a.1.
 Prodigiorum exempla 167.168.169.a.4
 Profugis in qua urbis par- te sedes data 1093.b.2
 Proiectus antistes 545.b.2
 Promachi bibacitas 805.b.1
 Promethei spelunca 774.a.1
 Pronoma urbs 221.a.2. ca- pitur ibid.b.2
 Prophani laniantur à leoni- bus 328.a.1
 Prophetica uox 295.a.2
 Propriarij iudices 290.a.2
 Proserpinæ thesauri 1030.a.1
 Proserpinæ templum 1032.b.1. aedes 407.b.1
 Proscriptio saeuissima 187.b.2
 Prosper Columna Cardio- nij improbat consilium 35.a.3
 Prosper Coluna dux Sfor- tianarum copiarum de- claratur 48.a.3
 Prosper Columna ad oppu- gnandam Parmam mit- titur 212.b.3
 Prosper Obeignino se de- dit 120.a.3
 Prospero Columnae liber- tatem Franciscus polli- cetur 143.b.3
 Protagoras 523.b.1
 Proteus 40.a.1
 Proteulai interitus 137.b.1
 Protonotarij 396.a.2
 Protogenes 810.a.1
 Protogenis tabula 842.a.1
 Prouinciae optatio 305.a.4
 Prouinciae lustratio 312.a.4
 Prouinciae bello uicta 769.a.1
 Prouinciarum constitutio. 92.a.2. partitio 149.b.2. ordinatio 916.a.1
 Prouincialiu assentatio eui- tanda 311.a.4
 Prudenter & false dictoru exempla 174. 175. 176. 177.a.b.4
 Prusia Bithyniae caput 78.b.3
 Prusias 951.a.1. 1133.b.1. eius situs 923.b.2
 Ptolemus Lathirus 16.b.2
 Ptolemæus Apion 42.b.2
 Ptolemæus Romam profi- ciscitur 117.b.2. in regnu- reducitur 118.a.2
 Ptolemæus fit hostis 166.b.2. eius testamentu 164.b.2. interitus 167.b.2
 Ptolemæus Philopator 911.b.1
 Ptolemæus primus Aegy- ptiorum rex 1145.a.2. ab eo Hierosolyma euerfa. ibid.
 Ptolemæi Phisconis crudelitas 3.a.2. corpulencia fo- da ibid.
 Ptolemæi consilium in no- uo bello 820.b.1
 Ptolemæi distu 824.b.1
 Ptolemæi fraus erga Arsi- noen sororem 858.b.1.
 Ptolemæi infolentia 859.a.1. & Ma- cedonum caedes 859.b.1
 Ptolemæi legati 1080.a.1
 Ptolemæi deditioem fa- cit 169.b.3
 Ptolemæi capitur 691.a.2
 Ptolemæi recipitur 727.b.2
 Ptolemæi quo alio nomi- ne uocetur 1147.a.2
 Ptolemæi à Venetis occu- patur 1171.a.2
 Ptolemæi urbs Syriae 1197.b.2
 Ptolemaidis euerfio 1210.a.2
 Ptolemaidarum anceps co- silium 40.a.2
 Publicolae cognomen 361.a.1
 Pudicitiae ora 830.b.1
 Pueri à matris nutricibus e- ducati 46.a.1
 Puerorum trium institutio 303.a.1
 Pueritiae insignis exempla 9.10.11.a.b.4
 Pugna anceps 38.b.2. na- ualis 452.b.1
 Pugna cruenta 130.a.3. 139.b.1. 151.a.3. 600.b.1. 695.a.1. 711.a.1. 753.b.1
 Pugna atrox in Delmatia. 464.b.2
 Pugna naualis ad Naupa- ctum 597.a.1
 Pugna naualis atrox 822.a.2. ad Rapallum ibid.b.2
 Pugna atrox 975.b.1. 1007.b.1. 1296.a.2. 1536.b.2
 Pullicella uallis 207.a.3
 Pullarij interitus 835.b.1
 Punctatores duumuiru 299.b.4
 Punica clades 1016.a.1
 Punica clasis à Leuino p- figatur 1013.a.1
 Punica acies 1042.b.1
 Punici belli primi finis 891.a.1
 Punici belli secundi quae- causa 916.a.1
 Punici tertij causa 1121.b.1
 Punicorum bellorum tem- pora 1140.a.1. clades ibi.
 Punicej galeri primus uisus 756.b.2
 Purpuræ mirificus appa- ratus 373.b.2
 Purcolos urbè Landus op- pugnat 263.a.3
 Puteus mirabilis 426.b.1
 Putiphar regis archimagi- rus 32.a.1
 Pydna 1111.a.1
 Pylus ubi fuerit 564.b.1
 Pyraeefes Ligur atroci op- pugnatione inuadit 1302
 Pyreum 520.b.1
 Pyrei munitio 610.b.1
 Pyrenæi montes 917.a.1
 Pyrrhoi interitus 121.b.1
 Pyrrhus fuga se eripit 318.b.3
 Pyrrhus Stipicianus cu Flo- retinis copijs bis impro- sperè configit 318.a.3
 Pyrrhus Anghiano deditio- nem facit 659.a.3. à Gal- lorum rege singulari hu- manitate luscipit 659.b.3
 Pyrrhus Romam adit 855.b.1. Fabricium auro cor- rumperere tentat 856.a.1. in Siciliam accersitur 865.b.1. Macedonia inuadit 870.a.1. Peloponnesum petit ibid. Argos occupa- par 871.a.1
 Pyrrhi in Italiam accersio. 852.b.1. pgenitores 854.a.1. infantis discrimina- tio. de Rom. uerba ibi. successus in Sicilia 866.a.1. facinus 867.a.1. di- gressus ex Italia 868.a.1. interitus 872.b.3
 Pyrrhi uerba ad Athenien- ses 846.a.1. 849.b.1
 Pyrrhica saltatio 411.a.1
 Pyrrumbassa 162.b.3
 Pyrandri casus 674.a.1
 Pyrrhistrati eiectio 321.b.1
 Pyrrhi stagni exiccatio. 446.a.1
 Pythagoras & Milo Croto- ni urbi maximam gloria- attulere 1110.a.2
 Pythagoræ consiliu 1065.b.1
 Pythagoræ seculu 259.b.1
 Pythagoræ profectio 249.b.1. interitus 350.a.2
 Pythagorici 697.a.1
 Pythij filius dissectus 444.a.1
 Pythij Celenij diuitiae 443.a.1
 Pythiae carmen 380.b.2
 Pythiae oraculu 447.b.1. 321.a.1

Q

Vadrati liber 309.a.3
 Quadrati & coniurato- rum caedes 325.a.2
 Quartini motus 373.a.2
 Querela miserabilis 33.b.1
 Quaestio 310.a.4
 Quaestoru praefecti 296.b.4
 Quaestores primi 361.a.1. e- plebe 579.a.1
 Quincianum Picininus re- cipit 1448.b.2
 Quintilius quo die sui prin- cipatus occisus 219.a.4
 Quintilij Vari caedes 231.b.2
 S. Quintini oppidum 461.a.3
 Quintillus xxxv. impera- tor 371.a.2
 Quintinus 385.b.2
 Quintius Lacedaemonem- petit 1064.b.1
 Quintius Graecis libertate- restituit 1066.b.1
 Quintij strategema 470.b.1. 1056.a.1
 Quintij denunciatio 487.b.1
 Quintij

Quintij edictum 489.b.1.
strategema ibid. triumphus 490.a.1. temperantia ibid. b.1.
Quintij oratio ad populū 510.a.1
Quintij uerba aduersus tyrannos 1065.a.1
Quintij cauillatio in Antiochi legatos 1074.a.1
Quiritēs 250.a.1
Quirinus 376.a.2
Quirini aedes 837.a.1

R

Raba meretrix 71.b.1
Rabanus 721.b.2
Rabanus Carcerius in Venetorum fidem uenit 1181.b.2
Raconisum oppidū à Galis capitur 515.b.3
Rachalica opp. deditio facit 1533.b.2
Rachelis interitus 28.a.1
Radulphus Manlanum & Butrium capit 239.a.4
Ragus uiuēs palo suffixus 1465.b.2
Raguel 43.b.1
Raguelis & Mossi congressus 58.b.1
Ragusum 445.a.2. 1494.a.2
Raimundus episcopus 236.b.4
Raimundus Cardonius se dedidit 652.a.3
Raimundus in Exorgū se recipit 1126.a.2
Rainerius Zenus 288.b.4
in Rainerium lapides populū conijcit 1204.a.2
Rainerius Zenus quamdiu reip. praefuerit 1205.a.2
Rainerius Maurocenus in prouinciā mittitur 1207.a.2
Rainerius Vafchum ex Hertruria acceritur 1267.b.2
Rainerius cum ignominia exauctoratus 1268.b.2
Rainerius Dandulus uicario nomine reipub. praefectus 1173.b.2
Rainerius extinguitur 1185.a.2
Rainerius Zenus princeps declaratur 1197.a.2
Rama urbs 172.b.3
Ramadae Boëtij supplicium 445.b.3
Randatium oppidum 491.a.3. eo Hispani potiūtur ibid.
Rangonus deditiois tabulas auerfatur 256.a.3
Rangonius capitur 276.a.3
Ranarum muriumque uis 824.b.1
Rapallitanus finus 1363.a.2

ad Rapacionē pugna 1003.b.2
Raphaël Hieronymus Carduccij successor 319.a.3
Raphaël dictatura se abdicat 351.a.3
Raphia 958.b.1
Rafianus uicus 265.b.4
Rathchis dux declaratur. 234.a.4
Rathchis Sclauis grauisimum bellum infert 234.b.4
Ratisbonense concilium 354.b.3. 676.a.3
Rationum nouarum triuuii 295.a.4
Rauenna obfidetur 476.b.2
Rauenna à Venetis capitur 572.b.2
Rauēna Longobardicis armisquādo oppressa 1095.b.2. recepta Hexarcho restituitur ibid.
Rauennatum motus 552.a.2. caedes ibid.
Rauennatum antistitū cōtumacia 694.a.2
Rauennatum fines à Ioanne duce uasfatur 112.b.2
Rebecca 25.a.1
Rechum oppidum à Flisio recipitur 1363.b.2
Rechimer Roma potitur. 447.a.2
Regalis luxus 801.a.1
Regillus lacus 399.a.1
Reges priuici 76.a.1
Reges externi 513.a.1
Reges creandi prima inuētio 153.b.1
Reges creandi ratio 347.b.1
Reges inter se paciscuntur 1084.a.2
Regum quinque supplicium. 75.a.1
Regum gesta in Gallia 740.b.2
Regum congressus 759.b.1
Regum prouocatio 778.a.2
Regum fœdus & societas in Demetrium 847.a.1
Regum odia in Demetriū. 1124.a.1
Regna qui ob religionem sint alpernati 577.b.2
Regnorum collatio 263.b.1. 281.b.1
Regionū praefecti 297.b.4
Regiae domus discordia. 994.b.2
Regij comitatus forma 735.a.1
Regulus Romam mittitur 886.b.1. Carthaginē perducitur 883.a.1. eius cōsiliū 881.a.1. interitus 887.a.1
Reitlingum Vldericus oppugnat 389.b.3
Relegatorū oratio ad Marcum cellum 985.a.1

Religionis institutio 62. 63.a.4
Religionis affectus 63.64. a.b.4
Religionis contemptus & ultio 65.66.a.b.4
Religiōis cura qualis 1090.a.2
de Religionis origine & auctu, oratio 516.a.4
Remus ad Amulium perductus 234.b.1. eius interfectio 237.a.1. de morte opinio 237.b.1
Renatus rex cum quatuor millibus equitū ad Sfortiam uenit 1448.b.2
Renatus Lothoringe dux ingenti stipendio acceritur 1524.a.2
Renatus in Italiam uenit. 945.b.2
Renatus Auratius 584.a.3
Rentius Bergomo potitur 55.b.3
Rentius seruandi exercitus ad dedendā urbem confiliū capit 56.b.3. Cremam redire permittitur 57.a.3
Rentius Gallicae factionis apprimē studiosus 250.a.3
Rentius praecurrentes equites fundit 263.b.3
Rentij ad Bergomates conuicio 56.a.3
Rentij tribuni caedes 816.b.2
Rentiani crebris excursionibus praedas agunt 47.a.3
Rhacos indicitur 305.b.3
Rhadamanthus 82.b.1
Rhaennates, Galli magna clade afficiunt 4.a.3
Rheginorum fuga 610.a.3
Rhema 561.a.1
Rhenatus rex 1020.a.2
Rheni ortus 117.a.3. 121.b.2
Rheni pons 122.b.2
Rhenum Caesar superat 123.a.2
Rhetimnum ab hostibus inuaditur 1262.b.2
Rheti 242.a.2
Rhetici belli causa 1001.b.2
Rhinoceros 796.a.1
Rhodania uicus 175.a.3
Rhodanus fl. 93.a.1
Rhodani fontes 117.b.3
Rhodanus unde nomen habet 917.a.1. eius cursus ibid.
Rhodani cursus 917.a.1
circa Rhotaris sepulcrū miraculum 537.b.2
Rhodiaca oppugnatio 986.a.2
Rhodiaca clasis praefectus, ingenti saxo ictus concidit 1478.a.2
Rhodus ad deditioem cōpellitur 214.a.3

Rhodus ex Turcis recipitur 791.a.2
Rhodus non tam humano quam diuino praesidio seruata 1507.a.2
Rhodus 1507.a.2. eius amplitudo ibid.
Rhodi oppugnatio 214.a.3
Rhodi direptio 1155.b.2
Rhodus Orthomanus inuadit 1507.a.2
Rhodij bellum Bizatijs indicunt 950.b.1
Rhodi à Calsio bis uicti. 190.b.2
Rhodijs ciuitas olim data 1049.a.1
Rhomilda oppidi deditioem pollicetur 228.a.4
Rhomilda post nuptias duodecim robustissimis militibus proficitur 228.b.4. eius crudelis obitus ibid.
Ricardus Manfredus, Fauētinus 799.a.2
Richardus Hunnium inuadit 237.a.4
Richardus Varanicus securi percitur 238.b.4
Richardus Cyprum depulatur 1170.b.2
Ricianus capitur. 49.b.3
Riccinus patriam tuetur. 153.b.3
Ricciardus pons 248.a.3
Ridulpho Vranio ciuitatis dominatus defertur 234.b.3
Rigogoli Franciscani supplicium 319.b.3
Rindachus fl. 770.b.1
Riotta uicus 10.b.3
Ripa oppidum ab Italo petitur 1390.a.2
Richimna urbs 490.a.3
Rizzanum castellum Veneti custodes Turcis dedunt 501.a.3
Riualtina uera urbis origo 1089.a.2
Riuoaltinus pons 266.b.4
Riuoaltinae cōstructio 1329.a.2
Riuotellae accolae deditioem faciunt 1412.b.2
Riuus maior 276.a.4
Riuumaltum 225.a.4. 253.a.4. 261.a.4
Riuumaltum qui primum aedificauit 1087.b.2
Rium oppidum Hariadenus capit 403.b.3
Robertus Sedanus & Carolus Geldrius supra quadraginta cohortes armant 115.a.3
Robertus Sansseuerinus. 647.b.3
Robertus Malatesta moritur 990.a.2
Robertus imperator saluatur 1182.b.2. eius uxor ibid. in Achaia uide-

cessit ibid.
Roberti regis filij 607.a.3
Roberti Vgonis filij uirtus 656.a.2
Roberti regis pietas 657.b.2
Roboae consultatio 198.b.1. stolidum consilium 199.a.1. uita infelix 201.a.1
Roboretium oppugnatur 1001.b.2. deditur 1002.b.2
Rochiara 267.b.4
Rochianum collegium 267.b.4
Rocchi templum 255.b.4
Rodericus Portundus summu fœdē calamitatis infortunium subit 288.a.3. trucidatur ibid. b.
Rodericus Ripalta graue uulnus accipit 432.b.3
Rodericus Ripalta castrorum magister 502.b.3. interfcitur ibid.
Rodolphus imperio potitur 641.a.2
Rodolphi Longi interitus 130.a.3
Rodolphi regis interitus 675.b.2
Rodigiū occupatur 55.a.3
Rodoaldus Lanthari succedit 231.a.4
Roffensis cardinalis interitus 464.a.3
Rogati qui Romanis inuadunt 1104.a.2
Rogatorum cōcilium 287.a.4. 1104.a.2
Rogerius regem Italiae se nuncupat 697.a.2
Rogerius Apulia & Calabria pellitur 704.a.2
Rogerius in Peloponesum transmittit 1157.b.2
Rogerius Thebas bello captus diripit 1158.a.2. eius obitus ibid. b.2
Rogery pietas 703.a.2
Roiā direptio 583.b.3
Rolandi & Gallorū caedes 588.a.2
Rolandi interitus 591.a.2
Rolando imperium defertur 1234.a.2
Rolli cum Carolo tertio fœdus 1130.a.2
Roma à Cilicibus capta 69.b.2
Roma diripitur 441.a.2
Roma capitur 494.a.2. fœpius capta quam obiecta 501.b.2
Roma intra annum instaurata 660.a.1
Roma à Normanis incēditur 678.a.2. eius uasfita ibid. incendium ibid.
Roma obfidione cingitur 467.b.2. 526.a.2
Romae conditio 232.a.1. cōdendae consilium 236.a.1
Romae instauratio 658.a.1

IN SABELLICVM.

Rome qui primus externorū senator fuerit 762.a.2
Romania 948.b.2. 1486.a.2
Romanium summa opesfortia oppugnat 1530.b.2
Rom. solum intra muros feritur 493.b.2
Romanengium in hostium potestatem uenit 1452.a.2
Romanus exarchus 522.b.2
Romanus Byzantij imperator 669.a.2
Romani uincuntur 108.a.2. 545.b.1
Romani populi laus 145.b.1
Ro. Rhetores 147.b.2
Romani à Parthis obfidentur 270.b.2
Romani & Galli perpetuā amicitiam sanciant 587.a.2
Romani militis facinus 621.a.1
Romani quid terrae possederint 646.b.2
Romani septem uiros creant 817.b.2
Romani propemodum capiuntur 941.b.1
Romani aciem instruunt 942.a.1
Romani quando primum mercenario milite sint uti 983.b.1
Rom. duplici praelio uincunt 996.b.1
Romani cū Hannibale confluunt 996.b.1
Romani dolo malo cū Carthaginensibus agunt 1126.b.1
Romani unde oriundi 1211.b.2
Rom. cleri facinus 702.b.2
Romani quas artes ab initio exercuerint 242.a.1
Romanorum origo 148.a.1
Romanorum fuga 116.a.2. 249.a.1. 926.b.1. 931.b.1. b.2. 131.a.2. 427.b.2. 880.b.1
Ro. duces inter se configunt 429.b.2
Romanorum lasfuitudo 155.a.2
Romanorum uictoria 271.b.1. 509.b.1. 642.b.1. 713.a.1. 904.a.1. 918.a.1
Romanorum fames 677.a.2
Romanorū modestia 580.a.1
Ro. militum ferocia 694.b.1. 1091.b.1
Romanorum insignia 240.a.2
Romanorum constantia 947.b.1
Romanorū diuersa studia

746.a.2
Romanorum gratitudo in Coclitem 362.b.1
Romanorū legatio ad Aetolos 908.b.1
Rom. & Macedonum comparatio 779.a.1
Romanorum in Carthaginenses liberalitas 1045.a.1. pax cū Carthaginensibus ibid.
Ro. legati interficiuntur 517.b.1
Romanarum trium nomina 250.a.1
Rom. senatores liberantur 491.b.2
Romanorum legatorū uerba ad Porfenam 374.b.1
Romanorum cedes 347.b.2. clades duplex ibid. 404.a.2
Romanorum clades ad Aliam accepta 651.a.1
Rom. caedes ad Herdoneā 989.a.1
Romanorum ciuū numerus 263.b.2
Rom. metus 31.a.2. 52.b.2. 135.a.2. 992.b.1
Romanorum amicitia cū regibus 1007.b.1
Romanorum prospera pugna 937.b.1. 941.a.1
Rom. exercitus pestilentia absumitur 1030.b.1
Rom. fraus in suffragijs 45.a.2
Romanorum pia ultio 67.b.2
Ro. sacrorū ritus probatur à Graecis 546.b.2
Romanorum cum Sabinis pax 249.b.1
Rom. ignominia 782.a.1
Romanorū uirtus in Sannites 813.b.1
Romanorū seueritas in peruiros 947.b.1
Ro. naues tempestate affliguntur 124.a.2
Romanorum munificentia in Penos 897.b.1
Romanorum conatus irriti 281.b.1
Rom. equitatus pellitur 942.b.1
Romanorum munificentia in focios 1087.a.1
Romanorū uasfania in praelio 711.a.1
Ro. ecclesia omnium principis declarata 528.a.2
Romana acies à Camillo reparata 667.b.1
Romana superstitio 902.b.1
Romana clasis ad Sacriportum uincitur 1005.a.1
Romanae curiae unde 249.b.1
Romanae urbis origo 263.a.1

Ro. urbis miserabilis obfidio & captio 416.b.2
Romanae legiones uincuntur 573.a.1
Romanae ueneficae 727.a.1
Romanae & Graecae ecclesiae unio 910.a.2
Romanae coloniae in Italia 1008.b.1
Romanae loqui quando desitum 518.a.2
Romildae supplicium 530.a.2
Romulus & Remus expositi 233.a.1. à lupa cōseruati ibid. Faustulo traduntur. ib. b.1. quales ab initio 234.a.1. eorundē educatio 235.b.1. de educatione opinio 236.a.1.
Romulus & Remus colonos ab auo accipiunt 236.b.1. eorum augurium ibid.
Romulus urbem uallo munit 239.b.1. rex declaratus 240.b.1. Gabijs institutus ib. eius cōceptio et ortus 230.b.1. oratio ad suos 239.b.1. ad Albā accessus 235.a.1. iudicium 250.b.1
ad Roneam opp. castra mota 1399.a.2
Rosacium à Lodouico occupatur 1328.b.2
Rosceris uxor & liberi è custodia educuntur 410.b.3
Roscinij Ciarij interitus 240.a.3
Rosclij lex theatralis 85.a.2
Rosmundae ars 513.a.2. furga ibid. b.2. interitus 514.a.2
Rostius cū uiginti cohortibus è Belinzona uenit 123.a.3. omnibus suffragijs imperat. declaratur ibid.
Rostia 725.b.1
Rossemius ad Leodiu iter intendit 583.a.3
Rossemij nomen militibus gratum 583.a.3. ad eius signa cur nobiles audisfimum confluerint 583.a.3
Rossemij cum Aurantio pugna 584.b.3
Rotharis Longobardorū rex 276.b.4
Rotellinus marchio Henricum ad pacem confirmādam pertrahit 110.a.3
Roxolana cur Habrymū oderit 421.b.3
Ruben fratres à scelere deterret 29.a.1
Rubenis uerba ad Iohippū 32.b.1
Rubertus Picens in uinculo

f la

la conijcitur 1299. b.2. fu
spendio necatus ibid.
Rubertus aduersus Mat-
thæum Campanum con-
fligit 1504. b.2
Rubertus Venerius Triui-
fani succellor 1516. b.2
Rubertus Veronam cum
duabus expeditissimis
cohortibus uenit 1530.
Ruberti origo 1130. b.2
Ruberti quatuor in Vene-
tis castris 1525. a.2
Ruberti obitus 1519. a.2. epi-
taphium ibid. b.2
aduersus Rubertum Gui-
scardum in Italia pugna-
rum 1129. b.2
Rubicon 148. b.2
Rubrius à Venetis accerfi-
tur 801. b.2. eius succel-
cessus 802. b.2
Rubrius in hostem mouet
804. a.2
Rubrius Corraniam tur-
rim incendio absumit
1229. b.2
Rubrius Patuuium inuadit
1230. a.2
Rubrius Scalenis aquatio-
nem infestam reddit
1232. b.2
Rubriorum fratrum casus
1234. a.2
Ruffinus Aquileiësis eccle-
siæ presbyter 219. a.4. ei
us scripta ib. quid à Hye-
ronimo differant
ibid.
Ruffinus ab Arcadio interfi-
citur 414. a.2
Rugiæ obfessio 1142.
a.2
Rufellanus ager 826. a.1
Rufia, eiusq; gentis mores
906. a.2
Rufianum deditur 492.
b.2
Rufianorum ducû stemma
907. a.2
Rufianorum mores 907.
a.2
Rufsius custodia educitur
373. b.3
Rucius primus iniussu pa-
trum triumphat 696. b.1
Rutilius primus à plebe di-
ctator 696. a.1
Rutilij consulis interitus
44. a.2

S

Saba regina 194. b.1
Sabæ sacrarium 266. a.4
Sabaza opp. Orthomano
adimitur 1494. b.2
Sabaticus annis 295. b.2
Sabellus inter primos hor-
tator aderat 1220. b.2. ui-
ta decedit ibid. corpus
Venetis delatum ibid.
eius equestris statua
ibid.

Sabelli 719. a.1
Sabelliana hæresis 368. b.2
392. a.2
Sabinae corpus 265. b.4
Sabinus 252. b. eius fuga
253. a.2
Sabini 24. a.2. 260. a.1
Sabini uicti 273. b.1
Sabini castris exuuntur
278. b.1. eorum cædes
ibid. Romanis cedunt
290. b.1
Sabini bello uincuntur 333.
a.1
Sabini duo exercitus uno
die subacti 335. b.1
Sabini circa Anienem uin-
cuntur 375. b.2
Sabini à Dictatore prælio
superantur 404. b.1
Sabinorum facinus 249.
a.1
Sabinorum responsio 273.
a.1. nouum bellum ibid.
b.1
Sabinorum clades 288. b.1.
376. a.1
Sabinum bellum 246. b.1.
287. b.1. 289. b.1
Sabinianus pontifex 527.
b.2
Sabura Iubæ præfectus
154. b.2
Sabbas Maurus se cum to-
ta classe circa Crotonis
littora recipit 1109. b.2
Sabbas portum in Tyrre-
no littore opprimit 1109.
a.2. Romam obfider
ibid.
Sabbæ fanû diruitur 1198.
b.2
Sabbarus fugit 531. b.2
Sacramorus audaces uere-
ranos alit 7. b.3
Sacramorus audaces uere-
ranos alit 7. b.3
Sacramorus Venetis co-
pijs se coniungit 15. b.3
Sacramorus & Hermes ob-
truncantur 41. a.3
Sacerdos perfidiæ poenas
dat 43. b.3
Sacerdotû legatio 417. b.1
de Sacerdotij laudibus, o-
ratio 522. b.4
Sacilius à Venetis occupa-
tur 241. a.4
Sacra quæ ab initio recepta
242. a.1
Sacrata lex 406. b.1
Sacrificandi dira ratio a-
pud Carthagenes
633. a.1
Sacrificandi ritus dirus 647.
b.1
Sacrificiorum genera 60.
b.1
Sacrilegium 592. a.2
Sacrorum apparatus 60.
a.1. ritus 60. b.1. sub Eze-
chia instauratum 244.
a.1
Saccensës in fidem recipiû

tur 1229. b.2
Sacci 273. a.4
Saducei 17. a.2. 1144. a.1
Sagittarius callis 267. a.4
Sagittarium stadium 264.
a.4
Sagittarum quanta uis in
propugnatores à Barba-
ris coniecta 1501. a.2
Sagittandi periticia 302. a.2.
195. a.4
Sagmina 1045. a.1
Saguntæ excidium 914. a.1
Saguntinorum legari 1027.
b.1
Saladinus 711. b.2. 721.
b.2
Saladini successus in Syria
724. a.2
Saladinians 726. a.2. interi-
tus 728. b.2
Salapia 977. a.1
Salapia à Marcello recipi-
tur 1005. a.1
Salapinates 643. a.1
Salaffus grauißimè uulne-
ratur 255. a.3
Salaffus uulneratus ad pie-
tatem animum reuocat
256. a.3. deditionem fa-
cit ibid.
Salaffus glande trajicitur
516. a.3
Salafsi 213. b.4
Salasorû origo 1144. b.1.
firus ibid. excidiû ibid.
Saleci ad milites oratio
430. b.3
Salectinus ager magno me-
tu & periculo quatitur
467. b.3
Salentinum promontoriû
1275. b.2
Salij & Curetæ similes 262.
a.1
Salinum 255. a.4
Salinatoris cognomè 1036.
b.1
Salinarum turris 272. b.4
Salinarij quatuor uiri 294.
b.4
Saliuatus Pisanus laqueo
suspenditur 1503. b.2
Salisburgû, antiquitus Iu-
uauia 368. a.2
Sallyi 10. a.2
Salomon rex creatur 186.
a.1
Salomon defectionibus so-
licitatur 196. a.1
Salomonis ortus 179. b.1
Salomonis ultio 191. a.1.
somnia ibidem. iudi-
cium ibidem. b.1. monu-
menta ibidem. opes 192.
a.1. holocaustum 194. a.
1. regia ibidem. diuitiæ
159. a.1
Salomonis præuaricatio
195. b.1. interitus 196.
b.1
Salodium trepidè se Italus
recipit 1395. b.2
Salona 472. a.3

Salonæ ualidè defendun-
tur 156. a.2
Salodiëses Cormaniola in
fidem recipit 1344. b.2
Saluatoris ædes 262. a.4.
267. a.4
Saluatoris nostri natalis
dies 235. a.2
Saluatoris celebris prædi-
catio 244. b.2
Saluatoris epistola ad Ab-
garum 244. b.2
M. Saluius Orho 277. a.2
Salutis ædes 818. a.1. 825.
b.1
Samandria urbs 83. b.2
Samandria propugnaculû
161. b.3
Samaritæ excidium 17. a.2
Samaritæ iactantia 66. a.1
Samaritarum obfidio 16.
b.2
Samaritarum motus 754.
a.1
Samaritanorû feditio 204.
a.1
Samos diripitur 631. a.1
Samos insula 975. a.2. 1477.
a.2
Sami oppugnatio 349. a.1.
descriptio ibid.
Sami regnum 802. a.1
Sami uectigales fiunt 523.
b.1
Samiorum defectio 348. b.
1. errores 349. b.1. cum
Corinthijs inimicitia
ibid. a.1
Samuel propheta 148. b.1
Samuel à Saulo accersitus
158. b.1. eius ira 158.
b.1
Samuel contra Amalechi-
tas 160. a.3
Samuelis ad suos oratio
151. b.1
Samuelis de regno senten-
tia 153. b.1
Samuelis ripa 253. a.4
Samuelis filij à patre dege-
nerant 153. b.1
Samuelis interitus 168.
b.1
Samuelis umbra Saulo in-
teritum uaticinatur 170.
a.1
Samnites ad Candium ca-
stris exuti 784. a.1
Samnites ad Satricum cæ-
duntur 785. a.1
Samnites ad Luceriam iu-
go subiecti 785. a.1
Samnites uincuntur 816.
b.1
Samnites cur toties rebel-
larint 834. a.1
Samnitium exitium 708.
a.1
Samnitium urbes 708. b.1
Samnitium mores 708.
b.1
Samnitium querelæ 719.
b.1
Samnitium responsum
728. b.1

728. b.1
Samnitium cædes 750. b.1
Samnitium deditio 754.
a.1
Samnitium ornatus 816.
b.1
Samnitium strages 818. a.1
Samnitium clades 819. a.1
828. b.1. 829. b.1
Samnitium facinus 833. a.1
Samnitium stupor 836. a.1
Samnitibus bellum indi-
ctum 710. a.1
Samnitibus fœdus reddi-
tum 719. b.1
ex Samnitibus ingens præ-
da 837. a.1
Samnitici belli causa 708.
b.1
Samnietus 341. a.1. eius cõ-
stantia ibid. b.1. respon-
sum 342. a.1. interitus
ibid.
Sanctes Venerius & Cor-
narius ab initio rempu-
blicam præclare admini-
strant 1367. a.2
Sanctimoniales uirgines
264. b.4
Sancti Angeli castellû An-
tonius in suam potesta-
tem redigit 287. b.3
Sancti Benigni ædes 261.
a.3
Sanctorum martyria 267.
b.2
Sandefrio potitur Cæsar
671. a.3
Sandrochi casus 838. b.1
Sanga à Clemente ad Au-
rium mittitur 256. a.2
Sangarius fl. 1091. a.1
Sâfferius Landæ successor
668. a.3
Sanferrij interitus 129. a.3
Sanfon leonem enecat 130.
a.1
Sanfon Gazæ portas euel-
lit. 131. b.1
Sanfon ad poenam petitus
131. a.1
Sanfon uoluptate uictus
131. b.1
Sanfon maxilla asini pu-
gnat 131. a.1
Sanfon Dalidam ludit 132.
a.1
Sanfonis ortus 130. a.1
Sanfonis amarissima uer-
ba 130. b.1
Sanfonis quæstio 130. b.1
Sanutus in uincula conij-
citur 1186. b.2
Sanuti astutia 1185. b.2
Sapham & Sulthaniam Hi-
mael in fidè accipit 74.
b.3
Sapho 634. a.1
Sapientina clades 815. b.2
Sapientes maiores & qui
in fenatu sententiam di-
cunt 288. a.4
Saracon 711. a.2
Saraceni Italiam inuadunt

618. a.2. eorum cursus ibi
dem.
Saraceni gradu deijciuntur
626. b.2
Saraceni in Italiam accer-
suntur 636. b.2. Italiam
inuadunt 637. b.2. eorum
cædes ibid.
Saraceni unde dicti 536. a.2
Saraceni demoliuntur co-
lossum Rhodiû 539. b.2
Saraceni Siciliam inuadit
540. a.2
Saraceni Rom. urbis orna-
mentis potiuntur 545.
a.2
Saraceni Italiâ relinquunt
647. a.2
Saraceni Hispaniam occu-
pant 557. b.2
Saraceni Sicilia eiiciuntur
658. a.2
Saraceni 1105. b.2. unde di-
cti ibid. eorum uarij co-
natus ibid.
Saraceni Gradum obfidio-
ne cingunt 1111. b.2. ab Vr-
so turbantur ibid.
Saracenorum defectio 535.
b.2
Saracenorû iniuria latè eua-
garur 549. a.2
Saracenorum opes 552. b.2
Saracenorum mos diuinâ-
di 564. b.2. 565. a.2. 566.
a.2. 610. b.2
Saracenorum cædes 553.
b.2
Saracenorum disidiû 611.
a.2
Saracenos Christi sepul-
chrû occupasse 1133. b.2
Saracenorû commentum
590. a.2
Saram ab rege cur abductâ
Augustinus auerit 7. b.1
Sarus dux 415. b.2
Sarca fl. 1385. b.2
Sardanapalus Arbacem fu-
gat 224. a.1. defidia se de-
didit 225. a.1. uictus 224.
b.1. eius uita 223. b.1. titu-
lus ibid. exitus 225. b.1
Sardinia Romanis à Pœnis
relicta 898. b.1
Sardianæ arcis captio 323.
b.1
Sardinici exercitû defectio
896. b.1
Sardona insula 1303. a.2
Sardonius risus 8. a.2
Sardorum querelæ 611. b.1
Sardorû duplex cædes 970.
b.1
Sarmaratum origo 105. a.1
Sarmenus scurra 223. b.2
Sarmenus receptum canit
332. a.3
Sarmenus tribus sagittis
configitur 500. b.3
Sarmeni interitus 335. a.3
Sarmeni uexillum à Bar-
baris rapitur 431. a.3
Sarmenes suos incolum es

recipiunt 377. a.3
Sarmenis interitus 430. b.3
caput ad Barbaruffam
defertur ibid.
Sarpedon 82. b.1
Sarpedon à Palamede ob-
truncatus 140. a.1
Sarra Columnij casus 783.
b.2
Sarzanum litus 265. b.2
Satalia à Turcis capitur 738.
a.2
Satriculani uicti 810. b.1
Saturnus cur cœli filius 24.
b.1
Saturninus 42. a.2
Saturninus Cæsar 380. a.2
Saturnia 60. b.2
Saturn mensuræ genus 211.
a.1
Satyrus ad Syllam perducitur
58. b.2
Satyri & ægipanes in Ath-
lante 37. b.1
Saulus primus Iudæorum
rex 154. a.1. 156. b.1
Saulus oraculo correptus
160. b.1
Saulus Dauidi inuidet 163.
a.1
Saulus nudus salit 165. b.1
Saulus Dauidi insidiatur
163. b.1. 165. b.1
Saulus sagam consulit 170.
a.3
Saul & eius filij ubi sepul-
ti 171. b.1
Saulus Nobeam incendit
167. a.1
Sauli edictum atrox 157. b.1
eius inunctio 158. a.1
Sauli ira in Ionatham 166.
a.1
Sauli ferox denunciatio in
Dauidem 166. b.1
Sauli cum filijs interfectio
171. b.1
Sauna in hostium potesta-
tem uenit 266. b.3
Saurorganum à Sigismun-
do euerfum 207. a.4
Suassia olim Sebastia 164.
b.3
Sausus fl. 61. b.3
Saxauaroglis Aladoli pro-
ditor 165. b.3
Saxauaroglis omnib. præ-
ficitur 161. b.3
Saxeris urbs 263. b.3
Saxo insula 469. b.3
Saxones 403. a.2
Saxones uarijs casibus ia-
ctantur 516. b.2. ad inter-
necionem caduntur 517.
a.2
Saxones Christi fidem acci-
piunt 556. b.2. 587. b.2
Saxones & Germani ter a-
cie configunt 673. a.2
Saxonû & Longobardorû
uicus 566. b.2
Saxonû ingens cædes 594.
a.2
Saxonum mores 1014. b.2

Saxonicum bellum 592. b.2
600. b.2
Saxonis litus 1014. a.2
Saxum è cœlo cecidit 1036.
b.2
Says Cofdroæ regis dux
531. b.2
Scalana insula ad dedicio-
nem compellitur 1528.
b.2
Scalani Opitergiû recipiunt
802. b.2
Scalani tribus locis uno tẽ-
pore presîi 1222. a.2
Scalanorum opes 801. a.2
805. b.2. 1223. a.2
Scamander epotus 444.
a.1
Scandinauia insula 1091.
b.2
Scardi montes 467. a.3
Scaptij testimonium 511. b.1
in Scalanos fœdus 801. b.2
Scandinauiæ magnitudo
510. a.2
Scaurobaris legatio 17. b.1
eiusdem oratio ibidem.
ad suos hortatio 20. a.1
Scauola cædes 60. b.2
Scauæ uirtus 158. b.2
Sciatalardi interitus 129.
a.3
Scione 571. a.1
Scipio Aphricanus 924. a.1
Hispaniam forticus 304.
b.4
Scipio hostem petit 935. b.1
Punicam classem profifi-
gat ibid. b.1
Scipio in Hispaniam profi-
citur 1000. b.1
P. Scipio proconsul in Hi-
spaniam creatur 1000.
a.1
Scipio Carthaginem nouâ
oppugnat 1006. a.1
Scipio Hasdrubalem uin-
cit 1011. a.1
Scipio Æmilianus 1112. b.1
Scipio quo apparatu in Si-
ciliam transierit 1028. b.1
Scipio Nasica Rom. opti-
mus 1031. a.1
Scipio ante legitimos an-
nos fit cõsul 1135. b.1. Car-
thaginem accersitur ibi-
dem.
Scipio Vricam oppugnat
1036. a.1
Scipio Neepherim expu-
gnat 1138. a.1. Carthaginẽ
irrupit ibid. b.1
Scipio Tineti occupat
1038. a.1
Scipio consul creatur 1147.
a.1. eius dicta in corrigenda
militia ibid.
Scipio Linternum in exiliû
abiit 1095. b.1. eius interi-
tus 1096. a.1. carmen sepul-
chro adscriptum ibi-
dem
Scipionis uox 2. a.2. interi-
tus 5. b.2. uirtutes 6. a.2
f 2 Scipio-

I N D E X

scipionis literæ ad Micip-
plam 11. b.2. oratio ad lu-
gurtham 12. a.2
Gn. scipionis interit⁹ 993
a.1
scipionis & Hannibalis
congressus 921. a.1. de fe-
magnifica uerba ibid. b.1
recessus 924. a.1. succes-
sus in Hispania 928. b.1
& 936. a.1. facinus 944
b.1
P. scipionis interitus 992
b.1
scipionis facinus 944. b.1
de scipionis genesi quæ
fuit prodita 1000. b.1
scipionis continetia 1006
b.1
scipionis expeditio 1010
b.1
scipionis strategema 1023
a.2
scipionis ferocia 1024. a.1
1084. b.1
scipionis animaduersio in
seditionis capita 1025. b.1
scipionis triumphus 1045
b.1
scipionis Æmylij indoles
1125. b.1
scipionis uisio 1126. b.1
scipionis & Masiniffæ con-
gressus 1026. b.1
scipionis cum patribus cõ-
tentio 1028. a.1
scipionis copiae 1034. b.1
ex Sicilia digressus ibid.
appulsus in Aphricam
1035. a.1
scipionis oratio ad mili-
tes 1126. a.1
scipionis consilium in op-
primendo hoste 1037. a.1
scipionis strategema in
Carthagine obsidenda
1137. a.1
scipionis lachrymæ in Car-
thaginis excidio 1139. b.1
scipionis castigatio ad Ma-
sinißam 1039. a.1
scipionis fiducia 1041. b.1
cum Hannibale cõgres-
sus ibid. responsum ad
Hannibalem 6042. a.1
scipionis filius ubi captus
1084. a.1
scipionis uerba ad Antio-
chi legatum ibid.
scipionis pietas in fratre
1080. a.1
scipionis Asiatici trium-
phus 1087. a.1
scipioni concionanti po-
pulus obftrepit 5. b.2
scipioni Africa decernitur
1031. a.1
scipioni Africano quæ ob-
iecta sunt à Petilijs 1095
a.1
de scipione senatusconsul-
tum 1033. b.1
scipiones Hafdrubale uin-
cunt 967. b.1
scipiones in Hispania 991
b.1
scipiones per Macedonia
ducuntur 1080. b.1
scipionum successus in Hi-
spania 966. b.1
scipionum fortunæ à Tri-
bunis concussæ 1097. a.1
scilau à Vandalis origine
trahunt 231. b.4
scilau Delmatiam & Illy-
rium occupant 530. b.2
scilau bello domiti à Caro-
lo 593. b.2
scilau fidem Christi reci-
piunt 630. b.2
scilauorum motus 496. a.2
scilauonici nominis ritus
& mores 925. a.2
Scodra oppugnatur à Tur-
cis 979. a.2
Scodra iterum oppugna-
tur 983. b.2
Scodra alio nomine Alba-
nia 1491. a.2
Scodrae obfessio 1491. a.2
979. b.2
Scodrenses ad summouen-
dos hostes se pararunt
1493. a.2
Scodrenses inuictõ animo
resistunt 1501. b.2
Scordili & Mellifini om-
nia latrocinij infestant
1188. a.2
Scordifci 1108. b.1
Scordifcorum fractæ uires
72. a.2
Scorpionum pugna 54. b.2
Scorariolum Alphonfus
occupat 1534. a.2
Scotia 23. b.3. 943. b.2
Scoti circumuenti in orbẽ
pugnare coguntur 29. a.3
Scoti uiri doctissimi cæ-
des 625. a.2
Scotorum mores 943. b.2
Scoticarum rerum tumul-
tus 607. a.3
Scriba cor & mens curiæ
316. b.4
Scriba perspicuo sermone
utetur 317. b.4
Scribæ necessariæ uirtutes
315. b.4 fides & taciturni-
tas 316. a.4
Scribæ ingenium & urba-
nitas 317. a.4
Scribæ industria & pruden-
tia 317. b.4
Scribarum præfectus 289
a.4
Scribarum uetus officium
circa sacra 314. b.4
Scrophæ ostentum 145. a.1
Scrupulum 144. b.1
Scutarium 88. b.3
Scucculæ interitus 335. a.3
Sculdais Hargadh dictus
231. b.4
Sculdais oratio 232. a.4. e-
ius & Pherdulphi mors
232. a.4
Scylla 113. b.1

scyllis urinator 452. b.1
Scyron 114. a.1. 119. b.1
Scyronia faxa 114. a.1
Scytala 632. a.1
Scythæ Tauri 10. a.1
Scythæ ab uxoribus reuo-
cantur 11. b.1
Scythæ prælio superati à
Philippo 717. a.1
Scytharum ritus 10. a.1
Scytharum successus 11. a.1
Scytharum facinus 282
a.1
Scytharum bellum in ser-
uos 366. a.1. ferui flagris
superantur ibi. ueritas
ibid. consultiatio 368. a.1
diffensio ibi. b.1. confli-
lia in administrando bel-
lo 369. a.1. ars ibid. erro-
res ibid. b.1. responsum
370. a.1. sepulchra ibid.
Scytharum arma late ena-
gantur 367. b.2
Scytharum expeditio 734
b.2
Scytharum terribilis motus
370. a.2
Scytharum oratio ad Ale-
xandrum 777. b.1
Scythas humana cæde
gaudere 10. b.1
Scythiæ uerustatis argumẽ-
tum 8. b.1
Scythiæ eminentia 9. a.1
Scythiæ situs 9. b.1
Sebaste 5. a.2
Sebaltus & Marritius ad
sylvianos uigiles suspẽ-
so gradu perueniunt 54
a.3
Sebastianus Bodouarius
279. a.4
Sebastianus Cianus 283
a.4
Sebastiani Mõteculi sup-
plicium 456. b.3
Sebethus fl. 240. b.3
Secundifanum 275. b.4
Securitas in bello periculo-
sa 245. a.4
Sedanij pietas erga suos fi-
lios 14. a.3
Sedechiæ facinus 207. b.1
Sedechiæ captio 294. b.1
Sederaria ars 361. a.1
Sederini supplicium 319
b.3
Sedislaus Lippa 368. b.3
Sedunensis Laude excedit
123. b.3
Sedunensis Cardinalis suos
ad prælium hortatur 126
b.3
Sedunensis quomodo se pe-
riculo explicuerit 130
a.3
Sejani cædes 252. a.2
Selandiæ calamitas 353
b.3
Sellaus fauces 910. a.1
Sellus 228. a.1
Seleucia igni consumitur
307. b.2
Seleucia 677. a.2. 957. a.1
Seleucia duæ 1148. b.1
Seleucij oppugnatio 1448
a.2
Seleucus ultimus ex succes-
sibus Alexandrij 850
b.1
Seleuci genesis 838. a.1
Seleuci in filium indulgen-
tia 845. a.1
Seleuci scelus 892. a.1. cum
Antiocho bellum ibid.
mors ibid. b.1
à Seleuco quæ urbes con-
ditæ 838. a.1
Selinuntis conditio 275
b.1
Selymus Achomatis fra-
ter 89. a.3
Selymus temeritatis iuæ-
ueniam postulat 92. a.3
Selymus imperator saluta-
tur 94. a.3. in eius uerba
militis iurant ibid.
Selym⁹ in paternis copias
imperium facit 87. b.3
Selymus Mahometo sacri-
ficat 174. a.3
Selymus Amurathæ & Ala-
dinum interficere cogi-
tat 95. a.3. Multapham in-
terfici iubet ibid. b.3. ad
Corchutũ fratre animũ
adiicit ibid.
Selymus ad Campsonem
legatos mittit 162. b.3
Selymus aciem instruit 102
b.3
Selymus Aladoli regnum
in prouinciæ formam re-
digit 161. b.3
Selymus in Seiecticam ad-
uersus Tomumbeuũ ex-
peditionem edicit 186
a.3
Selymus Aladolum inse-
quitur 160. b.3
Selymus oriẽtis uictor 158
b.3
Selymus patri iusta persol-
uit 94. b.3. eius donati-
uum ibi. pacem cum Ve-
netis fancit ibid. quinq;
fratrum filios necari iu-
bet 95. a.3
Selymus è manibus Persarũ
fuga elapsus 106. b.3
Selymus bonis malisq; ar-
tibus ad imperium con-
tendit 82. b.3. ei munera
à patre dantur 83. b.3
Selymus cum Persis secun-
do prælio dimicat 68. b.3
Selymus legatos ad To-
mumbeium mittit 185
a.3
Selymus quando Alexan-
driam nauigari 193. b.3
Selymus Varnam profugit
88. a.3. eius equus in ho-
nore habitus ibid. inter-
ritus ibid. b.3
Selymus interfectoru
nominẽ ad Achomathẽ scri-
bit

I N S A B E L L I C V M.

bit 97. a.3
Selymus alter Alexander
163. a.3
Selymi cum Campfone pu-
gna 168. b.3
Selymi oratio 164. b.3
Selymi cũ Baiazete pugna
88. a.3
Selymi acies 168. a.3
Selymi & Achomatis pu-
gna 98. a.3
Selymi ad Ianizaros uerba
104. b.3
Selymi edictum 184.
a.3
Selymi crudelitas 95. a. b.
falsus dolor 96. b.3. ei
fortuna in omnibus fa-
uer ibid.
Selymi obitus 210. a.3
Semera Eduardi mater
464. b.3. ex partus dolo-
re obit. ibid.
Semeram uirginem Henri-
cus matrimonio sibi iun-
git 464. b.3
Semiramis filij personã al-
simulat 14. b.1
Semiramis fauciata 20.
b.1
Semiramidis ortus 13.
a.1
Semiramidis alimenta 13.
a.1
Semiramidis commentum
13. b.1
Semiramidis audax faci-
nus 13. b.1
Semiramidis aggeres 15.
b.1
Semiramidis copiae 17.
a.1
Semiramidis asteinfos 18.
b.1
Semiramidis astus 21.
a.1
Semiramidis interitus 21.
a.1
Sempronius Sciponi iun-
gitur 925. a.1
Sempronij mendaciũ 927.
a.1
Senatores duo Romæ 704.
b.2
Senatus constitutio 241.
a.1
Senatorium munus quàm
magnum olim fuerit
775. a.2
Seneca 274. a.2. eius dicen-
di genus ibid.
Senectutis exempla 17. 18.
19. a. b. 4
Senis consilium 189. b.1
Seniga à Picinino oppu-
gnatur 1448. b.2
Sennacheribi profligatio
254. b.1
Sennacheribus à suis inter-
fectus 255. a.1
Senones Romanum no-
men penẽ deleuiffe 212.
b.4
Senones 242. a.2. 635. b.1.

Senones unde accersiti
649. a.1
Senonum fines 699. a.1
Senfadolus Calsiani filius
1142. a.2
Septifolium 677. b.2
Septuaginta interpretes
868. b.1
Seppius Læsius 998. a.1
Seruallum in discrimen
uenit 1308. a.2
Sergianus Caracciolus de-
cora torque donatur
240. b.3
Sergianus Caracciolus ca-
pitur 238. b.3
Sergius pontifex 549. a. b.
621. b.2. 634. a.2
Sergius cur fanum insta-
rum amplis muneribus
ditauerit 1099. a.2
Sergij pontificis opera 553.
a.2
Sergij damnatio 620.
a.1
Sergij fanum 1492. a.2
Sermantum oppidũ 1390.
a.2
Sermo primus 45. b.1
Serzanæ occupatio 1372.
a.2
Serpens apud Bagradam
16. b.1
Serpens Aesculapius 851.
a.1
Serpens inusitata magni-
tudinibus 881. b.1
Serpentibus infesta loca
915. b.2
Serranus in Bornæ insula
capitur 450. b.3
Sertorij prima stipendia
68. b.2
Sertorij cerua 70. b.2. uictõ
ria ibid. consiliũ in obli-
dibus accipiendis 73.
b.2
Sertorij cauillum 72. b.2.
pietas 73. b.2. interitus
ibidem.
Seruallum oppidum 1231.
b.2
Seruallum in hostium põ-
restatem uenit 1256.
a.2
Seruilius patrum & plebis
iram incurrit 403. a.1
Seruilius proconsulis cædes
43. a.2
Seruilius prudentia 572.
b.1
Seruilius reditus ex Gallia
933. a.1
Seruilius cõcio 437. b.1. eius
absolutio 439. b.1
M. Seruilius uerba pro Ae-
mylio 1114. a.1
Seruilius Tullij ortus 304. b.1
eius successus ibid. ora-
tio 305. a.1. & 306. b.1. lar-
gito 306. a.1. rex declara-
tur 292. b.1. & 307. b.1. in-
teritus 312. a.1
Seruia 948. b.2
Seruorum fides & charitas
erga dominos 5657. a.
b.4
Seruorum coniuratio 1057.
b.1
Sesithis amnis 12. b.3. 117.
b.3
Sesoftris Aegypti rex opu-
lentissimus 465. b.3
Sestos 677. a.1
Seth 2. a.1
Seuastus 217. b.4
Seuerianus imperator 442
a.2
Seuerinus pontifex 275.
b.4
Seuerinas copijs exiit
1001. a.2. eius cædes 1005.
b.2
Seuerinas Madernum se re-
cipit 1402. a.2
Seuerinas præclarum faci-
nus edere studet 1521.
a.2
Seuerinas castra in Abdua-
na ripa facit 1524. b.2
Seuerinas ab Innocentio
pontifice per legatos ac-
cersitus 1538. a.2. deficit
1538. b.2
Seuerinas paucis comita-
tus in Rauennatium fines
se recipit 1539. b.2
Seuerinatis celeritas 993.
a.2
Seuerinatis filij uictores iu-
dicati 1535. b.2
Seuerus xx. imperator 328.
b.2. eius oratio ibid.
Seuerus Ciliciæ angustij
potitur 330. a.2
Seuerus Cresiphontem ca-
pit 332. b.2. eius successus
ibid.
Seuerus xxj. à Cæsare dicta
rore imperauit 333. b.2.
de eo iudicium ibid. eius
interitus 334. a.2
Seueri fanum 275. b.4
Seueri somnium 327. a.2
Seueri astutum consilium
329. b.2
Seueri filiorum discordia
333. a.2
Seueri & Laurentij fana in
insulis condita 1104. b.2
Seuerinum oppidum 559.
a.3
Sexteria 284. b.4
Sexti Pompeij opes 192.
b.2
Sexti Tarquinij cædes 385.
a.1
Sextiæ aquæ 10. a.2
Sfortia cum Blanca Vene-
tias uenit 1422. a.2
Sfortia Palauicinus lexcen-
torum equitum alam in
Pannonia adducit 594.
a.3
Sfortia quasi ouans Lucã
urbem ingreditur 1357.
b.2

Sfortia in Viterbiensi agro
confedit 1369. a.2. à ciui-
bus commeatu inuatur
ibid.
Sfortiæ uerba ad senatum
929. b.2. declaratio ibid.
Sfortia Mincium superat
920. b.2. eius uictoria
ibid.
Sfortia à suis deseritur 934.
a.2
Sfortia uehementer com-
morus 1405. b.2
Sfortia Mediolanensũ im-
perator 1431. b.2. Colum-
banum recipit ibid. Pla-
centiã subita oppugna-
tione adoritur 1432. a.2
Sfortia à Venetis honorifi-
centissimẽ excipitur
1416. b.2
Sfortia hostem abeuntem
ferociter inuadit 1446.
a.2
Sfortia Casale recipit 1415.
a.2
Sfortia Turbulas Penetrã-
que præsidio firmat
1400. b.2
Sfortia Carmaniolum abe-
untem insequitur 1351.
a.2
Sfortia ad deditiõnem cõ-
pellitur 216. b.3
Sfortia Venetias se confert
1408. b.2
Sfortia Mediolano potitur
942. b.2
Sfortia ad Philippum aper-
tè transit 1429. a.2
Sfortia cum Venetis fœdus
icit 940. b.2
Sfortiæ oratio ad Blancam
1421. a.2
Sfortiæ cum Eugenio fœ-
dus 1371. a.2
Sfortiæ ad patres oratio
1420. b.2. aduentus gra-
tus ibid.
Sfortiæ literæ ad senatum
1407. a.2
Sfortiæ immodica pecuniæ
pars ex fœdere destina-
tur 1393. a.2
Sfortiæ rebus nihil æquẽ
obfuit ac fuorum defe-
ctio 1427. a.2
Sfortiæ pacis conditiones
offeruntur 1439. a.2
Sfortiæ successus 916. a.2.
921. b.2
Sfortiæ uox memorabilis
921. b.2
Sfortiæ ars 857. b.2
Sfortiæ ad hostes defectio
905. a.2
Sfortiæ cum Florentinis
pax 1453. a.2
Sfortiæ exitus 859. b.2
aduersus Sfortiam fœdus
942. b.2
de Sfortia falsus rumor
938. a.2
de Sfortia & Picinino opi-
nio

nio 929.a.2
 de Sfortia uirtute opinio. 941.a.2
 Sfortiani 837.a.2
 in Sfortianis diues cultus. 936.a.2
 Sfortianis in mediam urbē erumpēdi aditus factus. 1406.b.2
 Sfortianæ uictoriæ fama latē emanat 16.a.3
 Siba suafu mulieris interficitur 184.b.1
 Sibirium Misæ oppidum. 533.b.3
 Sibyllæ oraculū 1178.a.b.2
 Sibyllinum carmen 117.b.2
 Sibyllini libri 336.a.1
 Sibyllarum nomina 258.a.1
 Sicambri 1015.b.2
 Sicani ab Hercule uicti 112.a.1
 de Sicani & Siculis uaria opinio 112.a.1
 Sichæus à Pygmalione interfectus 189.b.1
 Sichinum ob fitus asperitatem capi non potuit. 1483.b.2
 Sicillum Liuianus petit 49.a.3
 Sicimitarum cædes 28.a.1
 Siciliæ status uarij 112.b.1
 forma 112.a.1. ubertas 113.a.1. fitus & ambitus 113.a.1
 Siciliæ incolæ 582.a.1
 Siciliæ motus sub Dionis aduentum 698.b.1. regnum Gallis celsit 765.a.2. status 861.b.1. noui motus 1001.a.1
 Sicoris 150.b.2. eius restagnatio 151.a.2
 Siculus ad Othomanū missus 1482.a.2
 Siculi 582.b.1. 239.b.2
 Siculi belli ratio 586.a.1
 Siculi Marcellum criminatur 1003.a.1
 Siculorum opes 448.b.1
 Siculorum discordia 559.a.1
 Sicum oppugnatur 1325.b.2
 Siccida fl. 1436.b.2
 Siccus in castris funeratur 500.b.1
 Siccij cædes 500.a.1
 Sideralis scientiam ad quæ prius referant 7.b.1
 Sidicini 708.b.1. 719.b.1
 Sidon 188.b.1. 691.a.2. 1147.b.2
 Sigismundus Tercentū occupat 240.b.4. Areas obfider ibid. in Pannoniam reuertitur ibid.
 Sigismundus pro Lascho deprecatur 401.a.3
 Sigismundus Cæsar 884.b.2. coronatur 885.a.2
 Sigismundus Spartam oppugnat 964.a.2
 Sigismundus Lucam ingreditur 1366.b.2. Romæ

imperij diademate insignitus ibid.
 Sigismundus Ariminenfis Sfortiæ Polixenā filiam uxorem dat 1419.b.2
 Sigismundus Malatesta copiarum imperator 1441.a.2. Brepianas munitiones adoritur ibid.b.2
 Sigismundus hostem consilio & armis eludit 1463.b.2
 Sigismundus in Laconiam concedit 1465.a.2
 Sigismundus & alij duces fugam moliantur 1520.b.2
 Sigismundi aduersus Moleuitas bellum 65.b.3
 Sigismundi imperatoris uaria fortuna 868.b.2
 Sigismundo Bona desponsatur 146.b.3
 Silari natura 241.a.2
 Silesiæ fitus, & gentis mores 871.a.2
 Silis ostia 274.b.4. alueus 276.a.4
 Silicem montē Petrus oppugnat 1234.a.2
 Siloa amnis 1144.a.2
 Simon magus 217.b.4
 Simon Romanus Cæsariæ bellum inferre cœpit 271.a.3
 Simeonis templū 259.a.4
 Simonis Romani interitus 272.b.3
 Simonis pueri martyrium 980.b.2
 Simoniaci unde 264.a.2
 Simplicius pont. 446.a.2
 Simplicij pontificis decreta 451.a.2
 Singamnis 167.a.3. 197.b.3
 ad Singam quando pugnam 197.b.3
 Sinam mons sacer 58.b.1
 Sinambassa ad cognoscendas hostium uires mittitur 97.a.3
 Sinambassa Gazam peruenit 170.b.3. cum Gazenses recipiunt ibid.
 Sinambassa Gazenses perfidia pœnas dare cogit. 174.b.3
 Sinambassam memorabilis casus ad opulentiæ magnitudinem euexit 175.b.3
 Sinambassa obtruncatur 176.b.3
 Sinas legatus summo honore ab Hariadeno suscipitur 403.a.3
 Sinas Tunetum profugit. 433.b.3
 Sinas Iudæus execrabilis Barbaruffæ facinus dissuadet 438.a.3
 Sinis 114.a.1
 Sinibaldus amicorum ope

ra effugit 112.b.3
 Sinope 284.b.1. 951.b.1
 Sinuella 830.a.1
 Siachus 273.a.4
 Siphnos insula 349.b.1
 Siricius pontifex 406.b.2
 eius decreta ibid.
 Sifingambis constantia 759.a.1
 Sifingambis mors 807.b.1
 Sifulphus prælio superatus occiditur 228.a.1
 Sifulphi liberi effugio sibi salutem quærunt 228.b.4
 Sixtus iij. pont. 970.a.2
 Sixtus viij. pont. 312.b.2
 Sixtus xxij. pont. 368.b.2
 Sixti pontificis defectio 991.a.2. opera 998.b.2. martyrium 369.a.2
 Smolenchum 65.b.3. Vilna quantum distet 66.b.3
 Smyrnæ oppugnatio 1480.b.2
 Sobal castellum 1148.a.2
 Sobi populi ex Herculis comitatu 799.b.1
 Socrates 523.b.1
 Sodomæ & Gomorræ incendium 23.b.1
 Sodeuinus cardinalis custodia traditur 214.b.3
 Sodomitæ bello ab Assyrijs peruntur 22.a.1
 de Sodomæ excidio uariæ opiniones 23.a.1. eius excidij uera opinio. ibi. b
 Sogdiani 786.a.1
 Sogdianorum constantia in morte 786.a.1
 Solymanus Buda potitur. 304.a.3
 Solymanus quando paterno imperatoris titulo compositus 210.a.3
 Solymanus Belgradū expugnat 211.b.3
 Solymanus Pannoniæ bellum infert 216.b.3
 Solymanus ad renouandam pugnam suos hortatur. 313.a.3. captiuos cur Vennam remisit ibid. b.
 Ioannem Budę regē constituit 314.a.3
 Solymanus in Thracia reuertitur 314.b.3
 Solymanus in Pannoniam cur redeat 355.a.3
 Solymanus ultra Muram proficitur 370.a.3
 Solymanus aduersus Tammasum bellum suscipit. 401.a.3
 Solymanus magno incommodo afficitur 464.b.3
 Solymanus insigni detrimento ab Atria afficitur 469.a.3. bellum aduersus Venetos decernit. ibid.
 Solymanus non sine pudore irriti conatus Byzantium redire constituit

Status Gellius captus 819.a.1
 Statilij literę ad Catilinam 96.b.2
 Staryræ reginæ interitus. 756.a.1
 Stela fl. 277.a.4. eius ortus ibid.
 Stella in Pisanos fines se recipit 1357.b.2
 Stella Eugenium grauitur infestat 1369.a.2
 Stellani rem Ligusticā grauitur infestat 1293.a.2
 Stephanus Rom. pontifex 741.a.2
 Stephanus ij. pont. max. 578.a.2
 Stephanus iij. pontifex 612.a.2
 Stephanus v. pontifex 629.b.2
 Stephanus vj. 632.b.2. eius facinus inauditū ibid.
 Stephanus viij. pontifex. 642.a.2
 Stephanus ix. pont. 666.a.2
 Stephanus xxij. pontifex 364.a.2
 Stephanus Brodaricus 305.b.3
 Stephanus Bator proreus creatur 307.b.3
 Stephanus Caloprinus 652.b.2
 Stephanus Caloprinus in Maurocenam domū arma corripit 1121.b.2
 Stephanus Columna magni salutis discrimen adit 276.a.3
 Stephanus Columna urbana militiæ præficitur. 284.a.3
 Stephanus Côtarenus Laurentani successor 1390.a.2
 Stephanus Portius 946.a.2
 Stephanus Portius pontifici suspectus 1447.b.2
 Stephanus Vintoniensis capitur 702.b.3
 Stephanus Vintoniensis episcopatu exiit 709.b.3
 Stephanus Moldauiæ rex constituitur 563.a.2
 Stephanus Pannoniæ rex. 661.a.2
 Stephanus Verbetius Leonis pont. legatus 306.a.3
 Stephanus in Sarre Columnæ cohortes impetū facit 316.a.3. receptui cœnit ibid. b
 Stephanus à popularibus obtruncatur 464.b.3
 Stephanus Pauceius interfitur 457.a.3
 Stephani pont. consilium. 580.b.2. literæ 595.b.2
 Stephani martyriū 256.a.2
 area 267.b.4
 Stephani Verbetij interitus

Steniarum 594.b.3
 Steni obitus 256.b.4
 Stilio 1327.a.2
 Stilonis facinus 414.a.2
 cædes ibid. b.2
 Stilpo Megarenis 670.b.1
 Stimpthalides aues 92.a.1
 Stiria 909.b.2
 Storam hostes expugnant 1468.b.2
 Stuardus Albanæ regulus 11.a.3
 Stultitię & temeritatis exēpla 78. 79. 80. a. b. 4
 Strabonis uisus acutissimus 879.a.1
 Stratoclis adulationes 840.a.1
 Strigonium 357.b.3
 Strobolus mons 1260.a.2
 Stroci interitus 1349.a.2
 Strongyle 559.b.1
 Strozza se deditit 255.b.3
 Strozza mortem sibi conficit 524.a.3
 Suauium in hostium potestatem concedit 1395.a.2
 Suauij Veronensis agri oppidum 1398.b.2
 Suauium à Sfortia obfidio ne cingitur 1399.b.2
 Subrites quibus conditionibus in fidem redierint 1189.b.2
 Subthar in Germaniā mouit 1088.b.2
 Succarus à Liuiano magni penditur 52.b.3
 Succari ad suos uerba 52.a.3
 Sueuorum ritus 120.b.2
 in Sueuos belli causa 122.b.2
 Suezzia portus 185.b.3
 Suezzia rubri maris portus 189.b.3
 Suffetes cruci figuntur 1027.a.1. 1037.b.1
 Suffragiorū ratio 281.b.4. 309.a.1
 Suffragantiū electio 280.a.4
 Suintenses 936.b.2
 Suintensium crudele exemplum ibid.
 Suintensium cædes 852.b.2
 C. Sulpitius dictator 694.b.1
 Sulpitius Gallus 1111.b.1
 Sulpitij res gestæ in Græcia 1020.b.1
 Sulpitij cædes 49.b.2
 Sultania urbs 416.b.3
 Sultanorum ueterum mos 166.b.3
 Sultanorū in Ægypto successio 711.b.2
 Sumachia ab Hismæle hostiliter diripitur 72.a.3
 Summa oppidum 251.b.3
 Summonium promontorium 1189.a.2
 Suniatoris supplicium 636.a.1
 M. Superantius 262.b.4

syllæ morbus 67.a.2
 syllæ & Scipionis interitus 172.b.2
 syllanus à patre dānatus 1145.b.1
 syllani uictoria 1019.b.1
 syllanæ copiae 52.b.2
 syluerius pontifex 4.62 b.2
 syluerius se dignitate abdicat 470.a.2
 syluerius Antoninæ iussu dignitate priuaf 473.a.2
 syluester pontifex 391.a.2
 eius decreta 392.a.2.657
 a.2 eius memorabilis exitus 1145.b.2
 syluester iij. pontifex 663 b.2
 syluius incolumis in castra reuertitur 46.a.3
 syluius incolumis Laudē uenit 54.b.3
 syluius urbe exturbatur 224.a.3
 syluij reges Iulia gens 154 b.1
 symmachus pontifex 455 b.2
 symmachi opera 456.a.2
 symmachi filia 489.a.2
 symmachi interitus 458 b.2
 synadicus lapis 1089.b.1
 synope 830.a.1. eius conditio 81.b.2
 syphax 108.b.1.983.b.1
 syphax capitur 1038.b.1
 syphax Albam relegatur. 1040.a.1
 syphacis legati 1007.b.1 ad Scipionem 1034.a.1
 syracusani uincuntur 566 a.1
 syracusani ad praelium exeunt 589.b.1. Hermocra. ti imperiū mandant 590 a.1
 syracusani portum occidunt 599.a.1
 syracusanæ naues deprimumuntur 595.b.1
 syracusæ obsidione liberatur 864.b.1
 syracusæ obsessio 979 b.1
 syracusæ direptio 990.b.1
 captio 991.b.1
 syracusarum conditio 258 a.1
 syracusanorum anceps cōsultatio 587.b.1. fuga 590 a.1
 syracusanorum auxiliares cæduntur 596.b.1
 syris 635.a.1
 syria 956.a.2
 syriæ magnitudo 78.b.1
 syriacum bellum 948.a.1
 syriaci belli finis 959.a.1
 syri praelio iterū uicti 206 b.1
 syrium natura 27.a.2
 syralcis expeditio in Macedoniam 548.a.1

T

Abacches Hispanorum stationem perturbat 431.a.3
 Tabelliones taxantur 775 b.2
 Tabernaculi dedicatio 60 a.1
 Tabia Cariae locus 1476 b.2
 Tacitus xxvij. imp. 386.b.2
 Taciti oratio 377.a.2. mores 1145.b.2
 Tagus fl. 912.b.1
 Talamontij interitus 129 b.3
 Talbotus Gallorum equitatum repellit 21.a.3
 Talbotta Taroannam expugnat 18.b.3
 Talibobogi 1089.b.1
 Tāberlanis successus 833 b.2. sæuitia 1145.b.2
 Tamberlanis mors 837 b.2
 Tammis Hismaelis filius, imperij hæres 413.b.3
 Tammis Taurinum repetit 419.b.3
 Tanais Scytharū rex 8.b.1
 Tanais fl. 196.b.3.776.b.1
 Tanaidis campus 264.a.4
 Tanaquilidis prudentia 291.a.1. calliditas 292.a.1
 Tarentum Hannibali traditur 985.b.1. capitur 986 a.1
 Tarentum inuaditur 1109 b.2
 Tarēti instauratio 490.b.2
 Tarentinus dux capit 899 a.2
 Tarētini belli causa 852.a.1
 Tarentini præfectus 1012 a.1
 Taroanæ difficilis oppugnatio 18.b.3
 Tarpeia arx à Sabinis prodita 248.a.1. eius prodicionis uaria opinio 1145.b.2
 Tarpeius Iupiter 279.b.4
 Tarquinius 278.b.1. eius successus 279.b.1. oratio 285.a.1. rex creatur 1145.b.1. frategema 288.b.1. obtruncatur 292.a.1
 Tarquinius à Tullo regnū repetit 311.b.1. eius facinus 311.b.1. eius cum Tullo reconciliatio 1145.b.2
 Tarquinius Superbus 330 b.1. eius sæuitia 1145.b.2. purgatio 331.b.1. ars in perendo Herdonio 1145.b.2. fraus 334.a.1. ars 1145.b.1. opera 336.a.1. ei abrogatur imperium 338.b.1
 Tarquinij exemplum Corintho translaticium 335 a.1
 Tarquinij interitus 400 a.1
 Tarquinienses captiuos iugulant 695.b.1

Tarquinienses Romæ in foro cæduntur 705.a.1
 Taricheæ capiuntur 283.b.2
 Tarfus urbs 736.a.1
 Tartari humanis carnibus uescuntur 769.b.2. eorū morus 770.a.2
 Tartarorum origo 752.b.2
 Tartarorum successus 753 a.2. & 754.a.2
 Tartarorum mores 755.a.2. ritus 1145.b.2
 Tartarorum triginta milia fracta glacie pereunt 768 b.2
 Tascia urbs 75.a.3
 Tatheus 245.a.2
 Tatta opp. funditus eueritur 620.a.3
 Tati interfectio 250.b.1
 Tatiū uerfus Liuianus mouet 49.a.3
 Tatuannam Cæsariani expugnare conantur 463 a.3
 Taxillus rex 793.a.1
 Taureas eques 972.a.1
 Taurellus fuga sibi salutē querit 1353.a.2
 Taurelli ad Sfortiam uerba 1352.b.2
 Taurinum Persarū regia 72.b.3
 Taurinum urbs 105.b.3
 Taurinum hostili irruptione Solymanus inuehitur 419.a.3
 Taurinum à Lodouico oppugnat 818.a.2
 Taurinum quando Veneti imperij fuerit 1223.a.2
 Taurinum Patauinus armis grauitur urget 1303 a.2
 Taurinum quando Veneti amiserint 1311.a.2
 Taurino Hismael positur 73.a.3
 Taurinis urbis commercio interdicitur 1171.b.2
 Taurini Sabasis proximi 214.a.4
 Taurus mons 165.a.3.774 a.1
 Taurus à Theseo prostratus 117.b.1
 Tauri 213.b.4
 Taurij ludi 1099.a.1
 Techellis Perfa 70.a.3
 Techellis omnem prouinciam sui fama complectitur 71.b.3
 Techellis Cuselbas Turcarum fines inuadit 75.a.3
 Techellis ad milites oratio 77.b.3
 Techellis ex heremita imperator factus 79.a.3
 Techellis Turcarum impetum egregiè sustinet 80 a.3
 Techellis minorem Asiā præcipiti fuga petit 81 b.3

Techellini in fugam uerfi 78.a.3
 Techellini hostem in fugā uertunt 80.b.3
 Techosagi 1089. b.1.1109 a.1
 Teias Gothorū dux à Narfere uictus 226.b.4
 Teias rex à Gothis creatur 500.b.2
 Teia Agillarij interitus 237.b.3
 Teia ad suos oratio 502.a.2. consilium 503.a.2. frastrategema 1145.b.2
 Teia interitus 505.b.2
 Telamon 903.a.1
 Thesphorus ix. pontifex 313.a.2
 Teleboicū bellum 90.a.1
 Telentias interficitur 679 b.1
 Telephus 139. a.1. eius casus 124.a.1
 Tellene 278.a.1
 Telluris sterilitas unde 1 b.1
 Temesuar opp. Georgius oppugnat 63.b.3
 Temeritas humana quod processerit 4.b.1
 Tempanij indoles 562.b.1
 Tempanij testimoniū in consulem 563.b.1
 Tempe 446.b.1.1182.b.2
 Tempeltas dira 354.a.3.703 a.1.927. b.1.1217.b.2.1454 b.2
 Temperantiæ exempla 80. 81.82.a.b.4
 Templum Dei nouum in Ægypto 1120.a.1
 Templum crucis 393.a.2
 Templum ab Ægyptijs dirutum 201.a.1
 Templi prophanatio 90 b.2
 Templi deflagratio 292 b.2
 Templi instauratio 330.a.1
 Templi reparatio 351.a.1
 Consummatio 355.a.1
 Templi futuri apparatus 186.a.1
 Templi ædificatio 192.a.1
 forma & apparatus ibi. b.1. dedicatio 193.b.1
 Templi supellex 472.a.1
 Templi euerfio 1120.a.1
 in Templi pieras 675.b.1
 Tempia in piratis spoliata 69.b.2
 Tempia gentium euertuntur 393.b.2
 Templariorum supplicium 789.a.2
 Templarij milites 696.a.2
 Tenarus fl. 502.a.2
 Tendanus Helueticæ legionis præfectus 235.b.3
 Tendanus regulus 259. a.3
 Tenedi inuasio 1272.b.2
 Tepulana cōiuratione quod decretum 252.b.2
 Tepu-

Tepulus salutem sibi tacito digressu querit 1185. b.2
 Tepulus quando uita decesserit 1206.b.2. eius sepultura. 1145.b.2
 Tepulus ubi sepultus 1193. b.2
 Terentius Culeo 1046.a.1
 Terentij Culeonis gratitudo 1096.a.1
 Teracina 286.b.2
 Teri duo 540.b.1
 Terentilli tribunitia actio 482.b.1
 Terentilla lex 493.a.1
 Tergestum à Venetis deficit 1301.b.2
 Tergeste à Venetis obsidetur 236.b.4. 962.a.2
 Tergesti defectio 1209.a.2
 Tergestini turmæ naualis præfectum obtruncant. 1265. b.2. Veneta signa probrosius uerbis solo ad fugit 1145.b.2. obsidione cinguntur 1145.b.2. ad Austriæ ducis opem implorandam mittunt 1145.b.2.
 Tergestini quibus conditionibus pax data 1173.a.2
 Tergestini 267.b.1. in pugnam descendunt 268. b.1
 Terniaci quatuor uiri 294 a.4
 Terpander musicus 284. b.1
 Terpon 90.a.2
 Terqueste 954.a.2
 Terracina diripitur 580.b.1
 Terra quamdiu sub aquis diluuij tempore 3.b.1
 Terræ motus 255.b.2.274 b.2. 307.a.2. 455.b.1.723 b.2. 743.b.2. 784.b.2. 810.a.2. 850.b.1. 1182.b.2
 1208.b.2. 1240.b.2. eius causam quā philosophi afferant 1145.b.2
 Terræ motus sub Maripetri principatu ingens. 1456.b.2. 1073 a.1
 Terræ partitio secundum Iones 46.a.1
 Terrarum reges & principes 1051.b.2
 Terrigenæ 88.a.1
 Tertullianus 342.a.2
 Thadamurus 194.b.1
 Thaddæus cum centū alij in hostium potestate uenit 1297.b.2
 Thaddæus præfidium hostium expugnat 1398. b.2
 Thaddæus cum Valerio &

Leone captus 1400.b.2
 Thais scortum nobilissimum 765.a.1
 Thalasius 243.a.1
 Thalestris & Alexandri cōgressus 771.b.1
 Thalestris Amazonum regina 1145.b.2
 Thales 284.a.1
 Thalesium facinus 27. a.2
 Thanais fl. 29.a.2
 Tharnouij cum Moldaui pugna 561.b.3
 Thalus 421.b.1
 Thassus & Cacus fratres. 231.a.4
 Thassonis caput Gregorio adfertur 229.a.4
 Thasilo 524.a.2
 Thaumaci 1054.b.1
 Thebanorū sacra cohors. 680.b.1
 Thebanorum in Peloponnesum transitus 681.a.1
 Thebanorum constantia. 718.a.1
 Thebe Alexandri uxor 683 a.1
 Thebe Ægyptiacæ 343. b.1
 Thebæ à Pelopida occupatæ 679.b.1
 Thebæ captæ 731.a.1
 Thebæ dirutæ 1145.b.2
 Thebanum bellum 1359.a.1
 Thebani bello reperuntur 135.a.1
 Thebani Plateas occupant 538.a.1. à Platæis cæduntur 1145.b.2
 Thebanorū recriminatio. 557.a.1
 Thebanorum editū pro Atheniensibus 636.b.1
 Thebanorum oratio ad Atheniensis 672.a.1
 Thebanorum facinus 673. a.1
 Thementum obsidione liberatur 1186.a.2
 Themestrana urbe Ferdinandus Cortesius potitur 448.b.3
 Themistius 406.b.2
 Themistoclis ars 453.b.1. consilium 450.b.1. ingenium 450.b.1
 Themistoclis nuncijs ad Xerxem 458.b.1
 Themistoclis præcipuus honor 460.a.1. eius & Seriphij iurgij 1145.b.1
 Themistoclis ars in fallen dis Lacedæmonijs 473. a.1. exilium 1145.b.2
 Themistoclis uerba de sermonis natura 473.b.1
 exitus 474.a.1. uicia 1145.b.2
 Themistocli tres urbes datæ 473.b.1
 Thenum 1402.a.2
 Theodatus pontifex 530.

b.2. 1542.b.2
 Theodatus Corniculæ successor 1096.b.2
 Theodatus à perfido hoste ducatu miserabiliter deicitur 1097.b.2. quando oculis priuatus 1145.b.2
 Theodatus quado dux declaratus 1097.b.2
 Theodati eruditio 460.b.2. administratio 461.a.2
 postulata 464.a.2
 Theodati desidia 466.a.2
 in teritus 1145.b.2
 Theodoricus Gothorum rex 226. b.4. in Italiam tranfit 1145.b.2. Odoacri copias fundit 1145.b.2
 Theodoricus & Gothi quando Italiam tenuerunt 226.a.4
 Theodorus ad Gallorum castra se confert 207.b.3
 Theodorus pontifex 538 a.2.633.a.2
 Theodorus Vatazi filius 760.b.2
 Theodorus Triuultius imperatorias partes exercet 198.a.3
 Theodorus Lascaris in peregrinos inuehitur 1174 b.2
 Theodori corpus 265.b.4
 Theodori martyris simulacrum 268.b.4
 Theodori Boschitis interitus 377.a.3
 Theodori pontificis opera 538.b.2
 Theodori tetrum facinus 742.a.2
 Theodora 470.a.2
 Theodoræ autoritas ob uiramentiam 485.b.2
 Theodoræ postulata 485 a.2
 Theodorici popularis administratio 452.b.2. editum 453.a.2. autoritas 1145.b.2. opera 454.a.2
 Theodorici consilium 458 a.2. sæuitia 1145.b.2. interitus 1145.b.2
 Theodotion 321.b.2
 Theodoti facinus 958.b.1
 Theophilus Zenus 1190 a.2
 Theophrastus 868.b.1
 Theorocos 547.a.2
 Theodosius Maximus tyrannū opprimit 219.a.4
 Theodosius consors imperij 407.a.2
 Theodosius Constantino politanus classis præfectus 1109.a.2
 Theodosij mores 410.a.2
 Theodosij uictoria 562.b.2
 Theodosij cædes 403.b.2
 Theream qui primò tenuerint 372.b.1
 Thermeus capitur 650 a.3

Thermi excidium 954.a.1
 Thermopylæ expugnat 451.b.1
 Thermopylarū descriptio 449.a.1
 Thermopylarum præfidij 450.a.1. circumuenitur 451 a.1
 Thermopylarū descriptio 1077.a.1
 Theseus & Hercules 89 b.1
 Theseus uolens deditur Cretensibus 116.b.1
 Theseus ciuitatē instituit 119.a.1
 Thesei gesta 114.a.1
 Thesei ex Attica profectio 117.a.1
 Thesei nummus 119.b.1
 Thesei & Pyrrhoi cōgressus 121.a.1
 Thesei carcer 121.b.1
 Thesei liberatio 122.b.1
 Thesei mors 122.b.1
 Thesei ossa 475.a.1
 Theseia à tribus exercitibus uastatur 1056.b.1
 Theseia situs 446.b.1
 Theseionica 1359.a.2
 Thesei equites 674.b.1
 948.b.1
 Theseij boboles 122.b.1
 Teucas Illyriorum regina 899.a.1
 Theutoni 33.b.2
 Theutonicum collegium 255.a.4
 Teutras 138.b.1
 Thesegetæ carnis ferinis uicitant 242.b.4
 Thoas Hannibalem criminatur 1073.b.1
 Thola 127.b.1
 Thomafina Maurocena Stephano nubit 1212.b.2
 Thomafini facinus in Venetos 1228.b.2
 Thomas cardinalis Turcis inferendi belli consilium capit 61.a.3
 Thomas cardinalis criminum ueniam pollicetur 61.b.3. publico edicto su peruenientes cruce signari uetat 62.a.3
 Thomas Contarenus 262 b.4
 Thomas Ebōracensis cardinalis 381.b.3
 Thomas Maurocenus antistites 1177.a.2
 Thomas Gocius ruina potis oppressus 1294.b.2
 Thomas Mocenicus Streni successor 1327.a.2
 Thomas Sarzanus Eugenio sufficitur 1429.b.2
 Thomas Himulanus 1482 b.2
 Thomas Constantinopolitanus antistes Ragusū recipit 1177.b.2
 Thomæ Herferdenis consecratio 796.a.3
 Tho-

Thomæ Aquinatis consecratio 796.a.2
 Thomæ Mori interitus 464.a.3
 Thomæ Fabroni interitus 16.b.3
 Thomæ Illyrici interitus 1469.b.2
 Thomæ Ranchonij mors 241.a.4
 Thomyris regina 325.a.1
 Thorius portus 190.a.3
 Thrasylbuli consilium 282.b.1. eius facinus 283.a.1
 Thrasylbuli interitus 678.b.1
 Thracum infamia 368.a.1
 Thracum mores 385.a.1
 Throni principis obitus 1487.a.2
 Thule 127.a.2
 Thufci oratio 1332.a.2
 Thuforum cædes 829.b.1
 Thyrea capitur 568.a.1
 Tiberius tertius imperator 250.a.2. eius patetia ibi. b.2. ars in tuendo imperatore 251.a.2. crudelitas in matrem ibid. b.2. natura 255.a.2. interitus ibid.
 Tiberius quomodo diues factus 515.a.2
 Tiberius imperator salutar 552.b.2
 Tiberij imperatoris pietas 514.b.2
 Tiberij infomnium 559.b.2
 Tiberij Galefi interitus 52.a.3
 Tibicines ebrj Romam deportati 813.b.1
 Ticinus amnis 648.b.1. 923.a.1
 Ticinum Lotrechius occupat 226.a.3
 Ticinum multa cæde capitur 273.a.3
 Ticinum urbem Antonius occupat 287.b.3
 Ticinum ab Herulis capitur 448.a.2
 Tichobates ludio 382.b.2
 Tiffous amnis 391.a.3
 Tigranis uerba 83.a.2. largitio 89.a.2
 Tigranocerta ciuitas 83.a.2. diripitur ibid. b.2
 Tigridis & Euphratis confluentia 307.b.2
 Tiliauentum fl. 374.a.3
 Tiliauentum duplex 205.a.4. 277.a.4.
 Tiliauentum cur periculo sum 205.a.4. eius ortus 205.a.4. ostium 277.a.4
 Tilia natura 314.b.2
 Timaus duplex 273.b.4
 Timaus quomodo à Martiali dictus 211.b.4
 Timauus ortus 208.a.4. 273.b.4
 Timauus fontes omnes uno excepto falsi 211.a.4
 Timauum ab accolis ma-

ris fontem uocari 211.a.4
 Timarriotæ equites 107.b.3
 Timon Apolloniates 869.b.1
 Timonis prælagium 631.a.1
 Timochares medicus 857.a.1
 Timocliæ facinus 731.a.1
 Timoleon Corinthius 700.a.1
 Timoleonis successus 700.b.1
 Timoleonis uictoria 703.b.1
 Timoleonis exitus 704.a.1
 Timoleoni honores decreti 704.b.1
 Tingenna 70.b.2. 108.b.1
 Tipasa urbs 572.b.3
 Tiphernum à Nicolao Vtelio occupatur 1518.b.2
 Tiresiæ uatis exitus 135.b.1
 Tiribazos 677.b.1
 Tiridates Romam proficiscitur 270.b.2
 Tisaphernes renouat fœdus cum Lacedæmonijs 608.b.1
 Tisaphernis consilium 638.a.1
 Tissa amnis 399.b.3
 Titus Iudaico bello præficitur 285.b.2
 Titus Hierosolymam inuadit 290.a.2
 Titus xj. imperator 300.b.2. eius memorabilis uox 301.a.2
 Titi oratio ad milites 291.b.2
 Titi ad Enphratē processus 295.b.2
 Titi Marconij ad milites uerba 371.a.3
 Titraustes 671.a.1
 Titurij consilium 119.b.2
 Tizocopi facilegium 559.b.2
 Tlepolemus 124.b.1. 129.b.1
 Tocara capra 1478.b.2
 Tolosa diripitur à Francis 469.a.2
 Tolosanum aurum 1109.a.1
 Tollentinas Bernardinum Vbaldinum cum tribus millibus equitum capit 1266.b.2
 Tollentinas digressu coactus est Philippus Picininus in Galliam reuocare. 1360.b.2
 Tollentinum Picininus occupat 1426.a.2
 Tomumbeius aciem instruit 176.b.3
 Tomumbeius 170.a.3. eius ad Hifmaëlem literæ. ibid. b.3
 Tomumbeius receprui canere iubet 178.a.3
 Tomumbeius bellum aduerfus Turcas molitur 179.a.3. noctu Turcarum castra incendere cur constituerit ibid. e. omnium suorum consensu Memphim ingreditur ibid. b
 Tomumbeius bellum reparat 184.b.3
 Tomumbeius prælij fortunam tentare statuit 186.a.3
 Tomumbeius Arabes ac Mauros ut pugnam sustineant hortatur 187.b.3
 uinctus Turcis traditur 188.a.3
 Memphim perducitur ibid. ei laqueo gula frangitur ibi. de eo quâdo supplicium sumpru ibid.
 Tomumbeij clara facinora 178.a.3
 Tomoræus prælio configere cogitur 218.a.3
 Tonderium Longobardis probrosos 551.a.2
 Tonitru mirabile 89.a.1
 Torcellum 275.b.4
 Torcellum Constatiacum ab incolis appellatum 1094.a.2
 Torcelli uicus Constantiacus appellatus 275.b.4
 Torcellanus antistes 1309.a.3
 Torcellani fanu D. uirgini erigunt 1095.b.2
 Torfanum op. 117.a.3
 Tormeda Nigritarum principis assiduo bello attritus 192.a.3
 Tornacum Neruiorū ciuitas 29.b.3
 Torrielli interitus 624.b.3
 Torona à Cleone uic capta 574.a.1
 Torquati cognomen 693.b.1. studium 1001.a.1
 Tortosa obsidione premittitur 1143.a.2
 Totilas cur flagellum Dei distus 226.b.4
 Totilas rex creatur 479.a.2. eius strategema ibidem. b.2
 Totilas in Rom. inuehitur 486.a.2. eius duræ conditiones ibid.
 Totilas mitius exercet uictoriam 488.a.2. eius uerba ad suos ibid. b. 2. ei urbs proditur ibid. a.2
 Totilas nudat urbem mœnibus 490.a.2
 Totilas capit Vitaliani castra 491.b.2. Romam reperit 493.a.2. eius celeritas 492.a.2. strategema 493.b.2
 Totilas Siciliam perit 496.a.3
 Totilæ successus 480.b.2
 humanitas in Rom. mu-

lieres ibid.
 Totilæ seueritas in suos 482.b.2
 Totilæ clementia 489.a.2
 postulata ibid.
 Totilæ & Benedicti abbatis congressio 495.b.2
 eius gesta in Sicilia 496.a.2
 Totilæ interitus 500.b.2
 Toxandriam regionē Rossemius populatur 583.b.3
 Trabea 385.b.1
 Trachina ab Heraclidis de ferra 129.a.1
 Tradonicus prospatanius. 622.b.2
 Tradonicus princeps inter ficitur 626.a.2
 Tradonici principis cædes 273.b.4
 Tragurium 653.b.2. 125.a.2
 Tragurini portus duo ostia 1277.b.2
 Traianus Istro pontem inposuit 306.a. 2. eius columnna ibid. b.2
 Traiani rescriptum 305.a.2
 Traiani successus 307.a.2. ex peditio ibid. e. interitus 308.a.2. comitas ibi. b.2
 Tralles 1052.a.1
 Tramulius Heluetios trahit u prohibere iubetur 19.a.3
 Tramulius in Diuionū urbem ab Heluetijs compellitur 30.a.3
 Tramulius pacem ab Heluetijs petere constituit 30.b.3
 Tranfontium oppidū diripitur 1426.a.2
 Transyluania 64.b.3
 Transyluaniam penè totam Ferdinadus occupat 714.b.3
 Transyluani in Stephanino meniurant 558.b.3
 Trāsalpina Valachia pars 559.b.3
 Trapezuntis imperiū fraudipotius quam armis euertitur 1455.a.2
 Trasyli expeditio 616.a.1. gesta ibid. b.1
 Trebellij facinus 546.b.2
 Trecatum opp. 14.b.3
 Trefchoria uallis à Picinino occupata 1374.a.2
 Triadanus & Bembus graui morbo laborant 1493.a.2
 Triadani obitus 1494.b.2
 ad Triarios res redijt prouerbium 722.b.1
 Triballiolim, nunc Bulgari 869.a.2
 Tribunus Memus dux feliciter remp. administrat. 1121.b.2
 Tribunus Memus imperio se abdicat 1122.b.2. moritur 1123.a.2
 Tribuni

Tribuni insulares 282.b.4
 Tribuni plebis primi 406.a.1
 Tribuni decem 491.a.1
 Tribuni decem à milicibus creantur 505.a.1
 Tribuni militum 517.b.1
 Tribuni militares 524.b.1
 Tribuni pro consulib. creati 1091.a.2. quando id factum ibid.
 Trib. conf. potestas 548.b.1
 550.b.1. 562.a.1. 563.b.1. 564.a.1. 572.b.1. 579.a.1. 581.a.1. 617.a.1. 619.b.1. 620.a.1. 621.a.1. 641.a.1. 643.a.1. 650.a.1. 658.b.1. 660.b.1. 665.a.1. 666.a.1. 668.b.1. 685.a.1. 687.a.1. 689.b.1
 Tribunorum querela 484.b.1. proteruitas 485.b.1. 562.a.1
 Tribunorum discordia 573.a.1. 619.b.1
 Trib. milit. potestas 750.a.1
 Tribunorum creatio quælis fuerit 1091.a.2. eorū officium ibid.
 Tribunitij rogationes 686.b.1
 Tributa 441.a.1
 Tributi pendendi initium. 581.a.1
 Tributa amnis 204.a.4
 Tridentinum conciliū 604.a.3. 682.a.3. 710.a.3
 Trinitatis fanum 255.a.4
 Trinitatis ordo 735.a.2
 Tripolis expugnatio 2.b.3
 Tripolis deditionem facit 169.b.3
 Tripolis oppugnatio 1142.b.2
 Triphalia 953.a.1
 Triphylia 92.b.1
 Triptolemus 70.b.1
 Triremes per montium iuga traductæ 914.a.2
 Triuium 259.a.4
 Trifanus Cunnius 48.b.3
 Trifannæ turris occupatio 1531.b.2
 Troili interitus 1398.b.2
 Troilum captum 837.a.1
 Tronus dux 291.a.4
 Trulerius Cefusius cū suis perit 133.b.3
 Tubal Musices inuentor. 2.a.1
 Tubalcain ærariæ artis inuentor ibid.
 Tuditani facinus 944.a.1
 Tuisto 34.a.2
 Tumultus nocturnus 912.a.2
 Tullius Hostilius 264.b.1. eius ars in legatis decipiendis 265.a.1. oratio ad Metium 267.a.1. ubi castra fecerit 270.b.1. oratio ad exercitum 272.a.1. denunciatio ibid. notum 273.b.1. interitus. 274.a.1
 Tullius & Borbonius duplici fronte pugnare coguntur 132.b.3
 Tullius ad exercitū cū impetu proficiscitur 137.a.3
 Tullius ad oppugnandam Brixiam proficiscitur 140.b.3. eius oppugnandæ duplicem ratio nem inuenit ibid.
 Tullius & Nauarrus Brixiam obsident 143.a.3
 Tullius in Gallia ad regem proficiscitur 158.a.3
 honorificè excipitur ibi. magister equitum declaratur ibid.
 Tullij grauis responsio. 9.b.3
 Tullij & Tramulij impedimenta capta 13.b.3
 Trocmi 1089.b.1
 Troglodyte 43.b.1. 107.b.1. 748.b.1
 Troia Italiae 143.b.1
 Troia urbs 236.a.3. 680.a.2
 Troia conditio in Apulia. 662.a.2
 ad Troiam pugnatur in Apulia 963.a.2
 Troianum bellum 135.b.1
 Troiani equi machina 138.a.1
 Troiani mensas comedūt. 144.b.1
 Troiani 242.a.2. 582.b.1
 Troilus omnia in prædam uertit 36.b.3
 Troilus Mediolanū ad explorandum Philippi & sponsæ animum mittitur 1391.b.2
 Troilus & Ciarpellio ad insequendos hostes misi. 1406.b.2
 Troilus cum equitibus ad regem transit 1427.a.2
 Troilus Pignatellus exul. 466.a.3
 Troili calus 140.b.1
 Troili interitus 1398.b.2
 Troilum captum 837.a.1
 Tronus dux 291.a.4
 Trulerius Cefusius cū suis perit 133.b.3
 Tubal Musices inuentor. 2.a.1
 Tubalcain ærariæ artis inuentor ibid.
 Tuditani facinus 944.a.1
 Tuisto 34.a.2
 Tumultus nocturnus 912.a.2
 Tullius Hostilius 264.b.1. eius ars in legatis decipiendis 265.a.1. oratio ad Metium 267.a.1. ubi castra fecerit 270.b.1. oratio ad exercitum 272.a.1. denunciatio ibid. notum 273.b.1. interitus. 274.a.1

M. Tullij Ciceronis ortus. 33.a.2
 Tullia minor Tarquinio maiori iungitur 311.a.1
 Tullia duæ Tarquinij duo bus iunctæ 310.b.1
 Tullia inauditum scelus. 312.a.1
 Tullianum 100.b.2
 Tullius in præfectura equitum Marcello succedit. 48.a.3. cum Sfortianis manus conferit ibid. in terficitur ibid.
 Tullifurgium 267.b.3
 Tullietium montanæ Carniæ caput 207.a.4
 Tuncanū imperium 406.b.3
 Tunes à Regulo capitur. 881.b.1
 Tunica rubra belli signum 160.b.2
 Turcia 955.b.2
 Turcæ Persarum castra capiunt 105.a.3
 Turcæ Mamaluchos insequuntur 178.a.3
 Turcæ ad Sontium amnem tumultuose perueniunt 243.b.4
 Turcæ origine Scythæ 242.b.4. Atiam Pipini remporibus inuaserūt ibid. quos populos subegerint ibid. Misia regem trucidant ibid. Peloponnesum miserabili clade afficiūt ibid. Trapezuntium imperatorē sustulerunt 243.a.4. Italiae fines infestauerunt ibid.
 Turcæ ad Linzium usq; excursiones faciunt 311.a.3
 Turcæ insigni clade afficiuntur 312.a.3. 420.b.3
 Turcæ in Lodronias copias incidunt 366.b.3
 Turcæ & Saraceni quid de Christo sentiat 532.b.3
 Turcarum castra cunctis in locis cur rerum omnium copia semper abundauerint 170.a.3
 Turcarū cum Mamaluchis pugna 178.a.3
 Turcarū præfecti suos uulneribus ad prælium compellunt 313.a.3
 Turcarum fuga 367.b.3
 Turcarum nomen cū Numidis tum Mauris terribile 401.b.3
 Turcas superius labrū non radere 172.b.3
 Turci Mahometi fidem accipiunt 660.a.2
 Turci & Veneti pacē faciunt 984.a.2
 Turci maris imperium cur sibus occupare incipiūt. 1222.a.2
 Turcorum origo 659.a.2. primi reges ibid. incrementa 660.a.3
 Turcorum cædes 684.b.2
 689.b.2
 Turcorū successio 838.a.2
 Turcorum regū successio. 862.a.2
 Turcorum armis quot gentes cesserint 862.b.2
 Turcorū celeritas 962.a.2
 Turcorū militia 1048.b.2
 Turcorum militaris disciplina ibid. strenuitas 1049.a.2
 Turcorū mille in Boemorum castra imperum faciunt 1137.b.2. cum Christianis pugna 1138.a.2
 Turcorum & Pannoniæ cruentum præliū 1436.a.2
 Turcorum trecenti & amplius Vrsati iussu trucidantur 1463.a.2
 Turcorū principum mos. 1484.a.2
 in Turcos noui apparatus 739.a.2
 in Turcos nouus exercitus 745.b.2
 de Turcis uariæ opiniones 659.b.2
 cum Turcis pax sancitur. 1073.a.2
 Turdetania 982.b.1
 Turdetanum Sfortiæ adimitur 1426.a.2
 Turriculas castellum Philippus occupat 1346.b.1
 Turris noua 271.a.4
 Turris occupatur 240.a.4
 Turris amnis 238.b.4. 265.b.4. 206.b.4
 Turpilius 39.a.2
 Tuscus uicus 374.b.1
 Tuscus Ianiculo pellitur 437.a.1
 Tulci duces uincuntur 855.b.2
 Tuscorum conuiuia in Rom. 432.a.1
 Tusculum bellum 985.a.2
 Tusculū dirigitur à Romanis 727.a.2
 Tusculi receptio 686.a.1
 Tusculani dictatoris oratio 668.a.1
 Tusculanæ arcis occupatio 488.a.1
 Tyberius Nero 230.b.2
 Tyberis cataclysmus 519.b.2
 Tyberis auctus 776.a.2
 Tyberis inundatio 858.b.2
 Tyberini interitus 211.b.1
 Tyberis obstruitur à Totilla 486.b.2
 Tyberis insolens inundatio 591.b.1
 Tyberianū olim, nunc Bagnacaballum 905.b.2
 Tybiscus amnis 63.b.3
 Tyberis portetofus auctus 562.a.2
 Tyburtina catarracta 887.b.2
 Tydeus plures unus ster-

I N D E X

nit 124.b.1
 Tygranis superbū respon-
 sum 82.a.2
 Tygranis Syriam occupat
 64.a.2
 Tygris fl. 755.a.1
 Tygris ortus 762.b.1
 Tylus fl. 25.a.3.26.a.3
 Tymolus 231.b.1
 Tyndarus rex ab Hercule
 constitutus 123.b.1
 Tyrrheus 154.b.1
 Tyrrheni 239.b.2
 Tyriorum excidium 744.
 b.1
 Tyrus capitur 701.a.2.
 744.b.1
 Tyrus à Balduino oppu-
 gnata 1153.b.2
 Tyrus insula 1153.a.2. eius
 amplitudo ibidē. eam
 Alexander continentem
 facit ibid.
 Tyri nobilitas 97.a.1
 Tyri regnum ingenuis re-
 siturum 189.a.1
 Tyri insula situs 742.b.1
 Tyri oppugnatio 743.a.1
 Tyrii à feruis oppressi 188.
 b.1
 Tyrij liberos & uxores Car-
 thaginem ablegant 744.
 a.1
 Tyrtæus poeta 476.b.1
 Tyrtæi carmen quid profe-
 cerit 477.a.1
 Tyronum ingens multitu-
 do 805.b.1
 Tyronum exercitatio 969
 a.1
 Tyrotes Darij eunuchus
 756.a.1
 V
 V Acotium, hodie Villacū
 374.a.3
 Vaccium capitur 540.a.3
 Vaccie urbis deaſtatio
 596.b.3
 Vaccenium clades 171.a.2
 Vadum caſtellum in hoſtiū
 poteſtatem uenit 266.
 b.3
 Vagiſſa amnis 469.b.3
 Valachi, & gentis mores.
 870.a.2
 Valachorum mores 558.b.
 3.559.a.3
 Valachorum clades 561.
 b.3
 Valachia olim Myſia ſupe-
 rior 397.a.3
 Valachia in duas partes di-
 ſtinguitur 559.a.3
 Valachie reguli 558.b.3
 Valachie diuiſio 397.a.3
 Valentia à quibus condita
 1146.a.1
 Valentinus pontifex 616
 b.2
 Valentinus dux cum Me-
 doaceniſibus in Riuum-
 altum abit 1101.a.2
 Valentinus Obelerio col-
 lega datur 1099.a.2
 Valentini ducis ad Lodo-
 uicum regem acceſſus.
 1066.b.2
 Valentinianus 402.b.2
 Valerianus imperator di-
 ctus 430.b.2
 Valentinianus interficitur.
 441.a.2
 Valentiniani pietas 402.
 b.2
 Valerianiani interitus 409
 b.2
 Valeriani acceſſus in Ita-
 liam 430.a.2
 Valentiniani duces uincun-
 tur 431.a.2
 Valentiniana hæreſis 313.
 a.2
 Valeria Publicolæ ſoror
 417.b.1
 Valeriæ urbanitas 67.a.2
 Valerianæ fores 375.b.1
 Valerianus xxxij. impera-
 tor 364.a.2
 Valerianus à Perſis capitur
 ibid.b.2.
 Valerius quas geres in ſua
 poteſtate redegerit 234
 b.3
 Valerius Hiſpanos equites
 fundit 248.b.3
 Valerius demolitur ædes
 ſuas 360.b.1. eius uer-
 ba ad populum ibi.
 Valerius publico ſumptu
 funeratur 376.b.1
 M. Valerius Dictator 403
 a.1
 Valerius ſe dictatura abdi-
 cat 405.a.1
 Valerius Leuinus 854.b.1
 Valerij in ſenatu oratio.
 405.a.1
 Valerij uehemēs actio 485.
 b.1
 Valerij precatio 486.a.1
 Valerij conſulis caſus 486.
 b.1
 Valerij & Horatij in decē-
 uiros motus 503.b.1
 Valerij Coruini ad milites
 oratio 710.a.1
 Valerij conſulis uirtus 711.
 a.1
 Valens à Viſigothis ſupera-
 tus 220.a.4
 Valens Cæſar 365.b.2
 Valens imperator 403.a.2.
 eius impietas 403.b.2
 Valerij Offij interitus 130
 a.3
 Vallegium 1528.b.2
 Valdenſium clades 676.a.3
 Valponium oppidum 615.
 a.3. 475.b.3
 Vandali Burgadiones cur-
 dicti 231.b.4
 Vandali ex Hiſpania in A-
 phricam migrant 431.
 b.2. eorum latrocinium
 ibid.
 Vandali Aphricam ſibi ue-
 dicant 432.a.2
 Vandali Italiam repetunt.
 445.b.2
 Vandalorum ſedes 231.b.4
 Vantellij interitus 129.b.3
 Varadienſis epiſcopus Dal-
 mata è medio tollitur.
 714.b.3
 Varadinenſium clades 62.
 a.3
 Varinundus Hieroſolyimi-
 tanus antiſtes 1151.a.2
 Varinundi & Venetorum
 ſigna in turribus præfixa
 1155.a.2
 Variolam Alphonſus occu-
 pat 1534.a.2
 Varnepredus ad Sclauos
 confugit 230.b.4
 Varus fl. 216.a.4.454.b.3
 645.a.1
 Varro Romam reuocatur.
 945.b.1
 Varronis ortus 5.a.2
 Varronis uanitas 940.b.1
 Varronis literæ 945.a.1
 Varronis uicus 1071.a.2
 Vaſcones & Hetruſci in ur-
 bem perumpunt 238.
 b.3
 Vaſ mare dictum 193.a.1
 Vaſa ærea ante templū de-
 dicata 176.b.1
 Vaſcones primo congreſ-
 ſu funduntur 1075.a.2
 Vaſtius ad Portonem ca-
 ſtra ponit 333.b.3
 Vaſtius duobus in locis du-
 plex oppugnationis ge-
 nus inſtituit 334.a.3
 Vaſtius milites hortatur.
 371.a.3
 Vaſtius non mediocre pe-
 riculum adit 372.b.3
 Vaſtius honorificè excipi-
 tur 485.b.3
 Vaſtius à feruis magna gra-
 tulatione recipitur 439.
 b.3
 Vaſtius ad Montecaleriam
 oppidū caſtra facit 484.
 b.3
 Vaſtius ad oppugnandum
 Monteniciū exercitū du-
 cit 636.b.3
 Vaſtij humanitas 301.b.3
 Vaſtij ad ſuos oratio 431.
 a.3
 Vatazi opes 1188.b.2
 Vaticinium Neronis 263.
 b.2
 Vatrenus amnis 1512.a.2
 Vualderta Guidonis filia.
 1117.b.2
 Vualdertæ in patriam reſti-
 tutio 1120.a.2
 Vayuoda Tranſyluanie
 præfectus 64.a.3
 Vbertinus reſtamēto Mar-
 ſilij ſucceſſor inſtituitur.
 1234.b.2
 Vectigalis maritimi trium-
 uiri 293.a.4
 Vectigalium præfecti 293.
 b.4
 Vectij ferocia 525.b.1
 Veglia 1108.a.2
 Vejens ſibi bellum depo-
 ſcit 434.a.1
 Veios an migrandum 640
 b.1
 Veintanus rex 617.a.1
 Veintana obſidio 581.
 b.1
 Veientes bellum in latro-
 cinium uertunt 434.
 a.1
 Veientes caſtris exuuntur.
 435.a.1
 Veientes Ianiculum occu-
 pant 436.b.1
 Veientes & Sabini uincun-
 tur 439.a.1
 Veientium cædes 271.b.1
 Veiorum æſtimatio 641.
 a.1
 Velites 996.a.1
 Velitæ capiuntur 403.b.1
 Velſius ad aquas calidas ca-
 ſtralocat 537.b.3
 Velſius ad Strigonium ca-
 ſtra reducit 538.b.3
 Venafranus à Stephano
 Colūna interfectus 325
 b.3
 Vendramini obitus 1500
 b.2
 Venerius 235.a.4
 Venerius princeps quo du-
 catus ſui anno obierit.
 1316.a.2
 Ventidij uictoria 203.b.2
 triumphus ibid.
 Venerus ſenatus pacem à
 Iulio pontifice ſupplex
 petit 3.a.3
 Venerus Croaciam ſubigit
 697.b.2
 Venerus dux primus 553.
 b.2
 Venerus Iuncum recipit.
 1005.b.2
 Venerus portus 1286.a.2
 Venerus Salinarum præſi-
 dium opprimit 1289.a.2
 Venerus cogitur trepidè ſe
 ad ſigna recipere 1289.
 a.2
 Venerus in hoſtium pote-
 ſtatem uenit 1245.a.2
 Venerus Brixie arcem reci-
 pit 1344.b.2
 Venerus in Corcyram cur-
 ſum tenet 1440.a.2
 Venerus uiolentiſſimā ho-
 ſtis impreſionem forti-
 ter ſuſtinet 1446.a.2
 Venerus ad Brigantinā ui-
 cum conſedit 1513.b.2
 Venerus incautum hoſtem
 adoritur 1515.b.2
 Venerus ferociter in pu-
 gnam ruit 1520.b.2
 Veneri cum Gallo quibus
 legibus in amicitiam re-
 dierint 6.a.3
 Veneri in fugam conuer-
 tuntur 46.a.3.151.a.3
 Veneti

I N S A B E L L I C V M.

Veneri belli exitus 209.a.3
 Veneti nominis celebritas
 224.b.4
 Veneti unde dicti 225.b.4
 Veneti cum Mahomete fe-
 dus percutiunt 248.a.4
 Veneti priſci in fundandis
 molibus quales 259.a.4
 Veneti imperij amplitudo
 279.b.4
 Veneti duces 638.a.2
 Veneti fame tentantur 652
 b.2
 Veneti quo tempore Del-
 matiam adepti 654.b.2
 Veneti Dyrrachium obſi-
 dione ſoluunt 673.b.2
 Veneti ad Dyrrachiū uin-
 cuntur 675.a.2
 Veneti & Piſani inter ſe di-
 micant 687.a.2
 Veneti Brundisium capi-
 unt 690.b.2
 Veneti à finitimis ueſtatur.
 714.a.2
 Veneti ducis inſignia 721.
 a.2
 Veneti quas inſulas habue-
 rint 739.b.2
 Veneti Paleologum bello
 inſectantur 786.a.2
 Veneti ad Caruagium uin-
 cuntur 940.a.2
 Veneti cum Mediolanenſi
 bus pacem & fedus iun-
 gunt 941.b.2
 Veneti cum Florētiniſ fed-
 us faciunt 867.b.2
 Veneti negotiatores à Bar-
 baris necantur 1108.a.2
 Veneti ad flumen compel-
 luntur 1034.b.2
 Veneti cum Gallis fedus
 ſanciunt 1042.a.2
 Veneti in Alexij gratiam in
 Normanos mouent 1132
 a.2
 Veneti Hiſtros & Dalma-
 tas uincunt 1092.a.2
 Veneti Ioppèſem portum
 tenent 1146.a.2. Aſcalo-
 nē expugnat ibid. Cai-
 pham obſident ibid.b.2
 Tyberiadem recipiunt.
 ibid. cum Gallis ſocia ar-
 ma iungunt ibid.
 Veneti Faraniam recipiunt
 1148.a.2
 Veneti duces Croatiae titu-
 lum uſurpant 1149.b.2
 Veneti recitiores unde or-
 ti 1089.b.2
 Veneti claſſem comparant
 1043.a.2
 Veneti duces ad Ambroſij
 uicū conſident 1406.a.2
 Veneti cū Othomano cur-
 bellati ſunt 1456.b.2
 Veneti ad prædam diſcur-
 runt 1476.b.2
 Veneti cum Babylonio re-
 ge inducias pangunt 1209
 b.2
 Veneti unde oriundi 1211.
 b.2.1083.a.2
 Veneti pōtificis interdico
 obnoxij 1218.b.2
 Veneti ſacrū diem ſtatuit,
 quo Ligur ad Caryſtum
 eſt uictus 1243.b.2
 Veneti Liguri cedūt 1246
 a.2
 Veneti quos auxiliaries ha-
 beant 1273.b.2
 Veneti captiui à Genuenſi
 bus malè tractātur 1310.
 a.2
 Veneti cum Luſitaniae re-
 mages uetus hoſpitiū.
 1537.a.2
 Veneti cum pontifice fœ-
 dus percutiunt 1542.a.2
 Veneti edictum 1298.a.2.
 1179.a.2
 Veneti Venetum & Philip-
 pum belli renati cauſa.
 1355.b.2
 Veneti ad Venetum euertendum
 imperiū multa uno tem-
 pore bella 1273.b.2
 Venetorum ſitus & urbes
 119.a.2
 Venetorum primus magi-
 ſtratus 225.b.4
 Venetorum inuicta poten-
 tia unde colligenda 226.
 a.4
 Venetorum cum Raimun-
 do pax 236.b.4
 Venetorum uetuloſorum fi-
 nes 424.b.2
 Venetorū migratio ad in-
 ſulas 437.a.2
 Venetorū incrementa 525
 b.2
 Venetorum conſiliū in pa-
 rando bello 572.a.2
 Venetorum domeſtica di-
 ſcordia 572.b.2
 Venetorum oratio ad pon-
 tificem 596.a.2
 Venetorum apparatus 606
 a.2
 Venetorum ualida claſſis.
 686.b.2. 690.b.2
 Venetorum ualida claſſis
 in Ioppen 699.b.2. du-
 plex ſucceſſus ibid.
 Venetorum geſta in Roge-
 rium 707.a.2
 Venetorum & Piſanorum
 ſimultas 728.a.2
 Venetorum & Patauinoꝝ
 pugna 740.a.2
 Venetorum geſta in Apu-
 lia 749.b.2
 Venetorum ingens clades
 785.b.2
 Venetorum & Genuenſiū
 pax 816.a.2
 Venetorū uictoria 820.b.2
 Venetorum & Ligurū co-
 natus circa Clodiā 827.
 b.2
 Venetorum copiæ 873.a.2
 Venetorum ars in tuenda
 Brixia 916.a.2
 Venetorum uictoria in Be-
 naco 919.b.2
 Venetorum ante Longo-
 bardorum aduentū ge-
 ſta 1091.b.2
 Venetorū deditio 1100.b.2
 Venetorum aduerſus Pipi-
 num pugna 1102.a.2
 Venetorum cum Hunnis
 prælium 1114.b.2
 Venetorum & Piſanorum
 diſcordiæ 1157.a.2
 Venetorum cum Gallis fœ-
 dus 1176.b.2
 Venetorum fœdus cū Man-
 fredo Siciliae rege 1198.
 a.2
 Venetorum lex qualis 1205
 a.2
 Venetorū legati Roma re-
 uocantur 1208.a.2
 Venetorum cum Genuen-
 ſibus bella ſimilitudo.
 1211.a.2
 Venetorum incolis cur ab
 externis armis rara ocia
 contigerint 1086.a.2
 Venetorum poteſtatem
 quatuor milia hominū
 ueniunt 130.b.2
 Venetorum & Genuenſiū
 fœdus 479.a.2
 Venetos cur Strabo Gallicā
 gentē autemet 225.b.4
 Venetos priſcos Paphlago-
 num eſſe gentē 1085.b.2
 Venetorum & Genuen-
 ſes induciæ 771.a.2
 Venetos ingens conſpi-
 ratio 821.a.2
 Venetorum & Genuen-
 ſes pax 830.a.2
 Venetorum & Philippū
 fœdus 852.a.2
 Veneta arma quouſq; pro-
 mota 225.b.4
 Venetalitorum ora 270.
 b.4
 Veneta claſſis in Sarace-
 nos 621.a.2
 Veneta claſſis uicta 785.a.2
 Veneta ciuitas quibus au-
 ſpicijs nata 1090.b.2
 Veneta urbs abſente Io-
 Particiatio quibus com-
 miſſa 1108.b.2
 Veneta claſſis maiorem in
 modum aucta 1302.b.2
 Veneta republ. quamdiu
 tribunitia poteſtate ad-
 miniſtrata 1095.a.2
 Venetam urbem conſula-
 ri poteſtate ceptam eſſe
 adminiſtrari 1090.b.2
 Venetarum nauium robur
 119.a.2
 Venetarum rerum panegy-
 ricus 527.a.4
 Venetarum rerum incre-
 menta 537.b.2
 Venetarum mulierum in
 captiuos pietas 830.
 Venetarum rerum enētus
 in quibusdam Rom. cō-
 parari 1102.b.2
 Venetæ terræ pars Aetolo-
 rū armis obnoxia 212.b.4
 Venetæ ſuburbanæ origo qua-
 titas 277.b.4
 Venetæ ſitus 277.b.4
 Venetæ ciuitatis ordines
 279.b.4
 Venetæ urbis conditores
 425.b.2. prima admini-
 ſtratio 426.a.2
 Venetæ urbis apparatus
 533.b.4
 Venetæ copiæ 875.a.2. &
 ibid. b.2. 915.b.2.
 Venetæ urbis diuerſa ori-
 go unde 1087.a.2
 Venetæ urbis incendium
 1149.a.2
 Venetiæ ciuitas quare non
 obnoxia terræmotibus
 1241.a.2
 Venetæ turremes in hoſtiū
 poteſtate ueniūt 1279.b.2
 Venetæ copiæ diuerſum
 abeunt 1530.a.2
 Venetæ urbis opulencia
 1536.a.2
 Venetiæ origo quōd re-
 ferenda 225.b.4
 Venetiariū amplitudo 225.
 b.4. imperium. ibid.
 Venetiariū prima regio
 233.a.4. ſecunda 256.a.4.
 tertia 258.b.4. quot inſu-
 las habeat 258.b.4. bre-
 uis ibid.
 Venetiariū ultima regio
 266.b.4. eius inſulæ. ibi.
 ſacræ ædes. ibid.
 Venetiariū urbs ſacriſcu-
 la 269.b.4
 Venetiariū exordiū 423
 b.2
 Venetiariū urbis condi-
 tio 425.a.2
 Venetiariū prima admini-
 ſtratio 445.a.2
 Venetiariū urbs olim in-
 ſulæ 1087.b.2
 Venetiariū originē in quo-
 tum ſalutis annum qui-
 dam reiſciunt 1089.b.2
 Venetiariū qſ ſtar 1089.b.2
 Venetiariū conditio quæ
 celebratio 1089.a.2. rece-
 tiores ædificationes &
 incrementa ibid.
 Venetis priſcis fermo-
 uariis 424.a.2
 Venetis honos datus 701.
 b.2
 Venetijs quando uic & uici
 omnes lateribus ſtra-
 ti 1204.a.2
 Venetijs aureus nūmus cu-
 di quando ceptus 1208.
 b.2
 Venetijs peſtis tēpore lex
 qualis lata 1242.a.2
 Venetijs uictoria quātā læ-
 ticiam artulerit 1261.b.2
 Vercellenſis conſiliū 1062.
 b.2
 Verginia

Xerxes fugam meditatur. 458.a.1	Zacharias patratae caedis poenas luit 7.a.3	Zenobia locus 374.a.2	Zizymus 994.b.2
Xerxis bella 441.b.1	Zacharias pont. maximus 575.b.2	Zenobia ubi confenuerit. 374.a.2	Zizymus bellum fratri inferit 996.b.2
Xerxis indignatio in Artabanum 442.a.1. somnia ibid. b.1	Zachariae mors 215.a.1	de Zenobia triumphatum ibid.	Zizymus Gallis traditur 998.a.2
Xerxis lachrymae 444.b.1. copia 445.b.1	Zachariae pontificis & Liturprandi congressus 576.a.2	Zenobiae reginae ferox responsum 373.a.2	Zizymus regi deditur 1028.a.2
Xerxis copiae 449.b.1	Zachariae corpus 265.b.4	Zenophanes Colophonius 330.a.1	Zizymi oratio 994.b.2
Xerxis naues quindecim intercepra 450.a.1	Zachariae uirginium 265.b.4	Zenthuerzabeth castellum. 479.b.3	Zizymi fuga 997.a.2
Xerxis consilium in regenda suorum clade 453.b.1	Zachariae opera 578.a.2	Zepherinus xvj. pontifex. 334.a.2	Zizymi epistola ibid.
Xerxis reditus 459.a.1. eius & comitum discrimen ibid.	Zadares interficitur 377 b.3	Zenus quo anno sui ducatus mortuus 1204.b.2	Zizymi forma & mores. ibid. b.
Xerxis epistola ad Esdra. 471.b.1	Zafranum promotorium 429.a.3	Zenus quando Tenedum uenerit 1290.b.2	Zozimi instituta 415.a.2
Xerxis exitus 478.b.1	Zafferus eunuchus 162.b.3	Zenus Clodiacum portum intrat 1293.b.2. cu duodecim triremibus Brundulum ad Pisani naues mittitur ibid.	Zopia arx 475.a.3
Xenceras fraude capitur. 956.b.1	Zagabrienfis antistes 480.a.3	Zenus in Peloponesum redit 1311.a.2	Zopyri facinus 353.a.1
Xenocrates 809.a.1	Zama 24.b.2. bis frustra oppugnata ibid.	Zeriphus Eclanum regem finibus expellit 705.b.3	Zopyri fuga ad hostes 353.a.1
Xenophon 669.b.1	Zambronius & Antius opprimuntur 132.b.3	Zethis 96.b.1	Zoroastes 12.a.1
Xenophanis ars 968.b.1	Zancla 397.a.1. ea Graeci potiuntur ibid.	Zetus 85.b.1	Zoroaster Nino regi aequalis 7.b.1
Xenophantes modulator. 849.a.1	Zaleucus 275.a.1	Zeus pictor 478.b.1	Zoroastis uerior exitus 12.a.1
Xystus pontifex 433.b.2. eius opera 434.b.2	Zarbiens thesauri 84.a.2	Zianus 721.a.2	Zoroastis interitus 12.a.1
Xysti pontificis defectio. 1522.b.2	Zataræ naues 1162.b.2	Zibitinus rex interficitur. 501.b.3	Zosimus pontifex 413.b.2
	Zebaris urbs 1143.a.2	Zioberis 770.b.1	Zuzanæ oppugnatio 1494.b.2
	Zelia 229.a.4. 248.a.4	Zirmaris Persae interitus. 617.b.3	
	Zeno imperator 447.b.2		
	Zeno Citricus 494.a.1		
	Zeno Eleates ibid. 869.a.1		
	Zenobia regina capitur. 373.a.2		

Z Acynthus insula 374. b.3

INDICIS FINIS.

ARGV.

ARGVMENTA ENNEADIS PRIMAE.

Ex libro primo.



LA qua de mundi origine, tam pie quam uere traduntur, cum ijs qua primis est diebus Deus operatus, primo libro continentur. Protoplastus ex rubeti terra formatus, Adami nomen tulit: Euae mulier, qua ex huius latere deprompta est. Ambo lege aberrantes terrestri sunt paradiso deiectioni. Cainus Abelem fratrem occidit. Caini exilium & reprobatae sobolis incrementa. Tubal musicen inuenit, erariam Tubalcain. Qui mortalium primi celestium rerum naturam indagauerunt. Vetus de mundi con summatione opinio. Ex qua materia, geminae colinae sint ob id ipsum a primis mortalibus constitutae. Noe praedicatio & oraculum de futuro cataclysmo. Arca fabricata est. Qui cum Noe in arcam ingressi sint, & qua cum his sint animalia seruata. Gigantes sunt diluuium extincti. Qua de gigantibus ethnici scriptores tradiderint. Vbi arca post diluuium confederit, & quod nome loco ab re manserit. Noe primus uitem coluit. Chami calamitosum exilium. Qui mortalium primi sunt deos commeti. Vbi terrarum sidera primis mortales uenerati sint. Vnde prima colonia profecta, primiq; terrarum incolae. Cur Graeci Iudaicam historiam non scripserint. Cur Noe & alij ab initio tam longauita contigerit. Irriti Nembroti conatus in altissima turri statuenda. Vexores & Tanais primi regum procul suis finibus bellarunt. Aegyptiorum & Scytharum uetustas. Scythiae situs, & qui olim mores gentis ritusq; fuerint. Asia Scytharum uectigalis facta. Bactriani & Parthi a Scythis oriundi. Prima Nini regis expeditio. Zoroastres a Nino uictus mortem occubuit. Ninus Niniuem urbem condidit. Semiramidis ortus, & eius alimenta propemodum fabulosa. Semiramis primò Menoni, mox Nino in Bactriana expeditio ne nupsit. Ninus fato extinctus insigniter tumulatus est. Semiramidis consilium in filij persona asmilanda: Babylonis conditio, & stupendus urbis apparatus. Semiramidis expeditio & uana in operibus ostentatio. Indiae situs ritusq; & mores gentis. Indiae Semiramidis expeditio. Quo genere nauium Indi usi sint. Indi fluminis ortus & crementa. Naualis Semiramidis uictoria. Semiramis terrestri praelio uicta, & in Assyriam reuersa a filio interfecta est.

EX LIBRO SECVNDO.

Sodomitani belli causa, & res circa Sodomam geste secundum libro referuntur. Iordanis flu. ortus, & eius decursus. Asphaltitis lacus natura. Pulchrum Habraami facinus in Assyrios. Habraami & Melchisedechi congressus. Numerosa soboles Habraamo caelesti oraculo promissa. Circumcisionis ratio, & cuius sit gentis id proprium. Sodomae & circumiectarum urbium excidium. Habraamus est a caelo filium immolare iussus. Verissima de Iouis ortu & interitu explicatio. Vbi Iupiter sepultus, & quot Ioues fuerint. Prima mortalium iniuria a Phoenicibus orta est. Quae celebres forma mulieres, & a quibus raptæ. Iacob Rebechæ matris usus consilio a patre haeres constitutus est. Biusdem profectio in Mesopotamiam. Quid Laban sit cum Israele pactus. Lyia pro Rachel Israeli supposita est. Duae Labanis filiae Israeli matrimonio cesserunt. Prima iubi lei mentio. Diluuium quod sub Ogyge fuit. Occulta Israelis ex Mesopotamia profectio. Dina a Sicimitis raptæ est ad stuprum. Dinae iniuria magna Sicimitarum clade est a fratribus uindictata. Israelis filij Iosippum fratrem Ismaelitis uendiderunt.

A Memorabile castitatis exemplum in Iosippo. Quae Pharaoni regi sunt per quiete obuersata, & qua in his explicandis fuerit Iosippi sagacitas. Israelis filij frumentandi causa in Aegyptum profecti sunt. Quae uariè Iosippus fratres uersauerit quoad sit ab illis agnitus. Israel cum filijs & nepotibus in Aegyptum migravit. Quae fuerint Israelitarum in Aegypto incrementa, ac quaedam inibi de Nilo atq; Aethiopum uetustate, ritibus & moribus. Omnes Aegyptij reges Pharaones dicti. Pharaonis edictum ad omnem Iudeorum progeniem extinguendam. Moses insans indubitata numinis prouidentia seruatus est. Moses aetate adulta Aegyptiorum dux factus Aethiopicum bellum gessit. Idem ex Aethiopia reuersus in exilium abiit. Quae postremò signa sint Mosi diuinitus oblata, dum Bathuelis oues circa Syriam pasceret.

EX LIBRO TERTIO.

AEgypti situs moresq; & ritus gentis primo loco habentur, atq; ibi quaedam de Nili ortu & incrementis. Vnde Athenae dictae. Quae prodigia sunt ibi a principio sub Cecrope facta. Moses in Aegyptum reuersus a rege petijt, ut populum relaxaret. Miracula quae in Mosi uirga extiterunt, & quibus sit claudibus Aegyptus paucis diebus concussa. Iudeorum numerus, qui Mosi ductu ex Aegypto est egressus. Mare Iudaeis miraculose patuit. Pharaon cum numero exercitu medijs obrutus est fluctibus. Primus hexametri carminis apparatus. Manifesta rerum miracula, per quae populus Arabiae deserta peragravit. Regionis descriptio, & Arabum mores, & quaedam de Nabatheis memoratu digna. Iudaei Arabum gentem ingenti praelio uicere. Victor populus ad Syriam motem processit. Moses diuinas leges tulit populo, adiecta & sacrorum ratio, cum tabernaculi dedicatione. Qui dies Azymorum fuerint et Pentecostes. Quae Iubilei anni ratio. Obiectatio populi & fremitus in Mosen. Quam miraculose sint Iudeorum desideria leuata coturnicum allapsu. Cananæ terrae exploratio. Moses & Aaron inuidia premi coepti sunt. Datus & Abyrus impietatis poenas luerunt, sacerdotiumq; est Aaroni stabilitum.

EX LIBRO QUARTO.

IEgati ab Idumaeis nihil pacati renunciarunt. Amorreorum & Moabitarum a Iudeis praelio uicti sunt. Balaami uaticinatio. Iudaei in peregrinarum mulierum congressu gentili instituto aberrarunt. Phineus Samaritanam in Madianae feminae complexibus obruncavit. Dira Iudeos pestilentia afflixit. Moabitarum iterum uicti sunt. Moses Israelitarum genti leges tulit. Danaus ex Aegypto pulsus Peloponnesum tenuit. Dardanus ex Arcadia in Samothraciam migravit, inde ex Samothracia in Phrygiam. Lacedaemonis conditio, & cum his ea quae de Perseo et Gorgonibus quam uerissimè tradi potuerunt, & quibus Buthyris fuerit. Quis Dionysius qui primus uini monstrauit usum. Eriochthonius mortalium primus quadrigas iunxit. Triptolemus triticum Atticae inuexit, cuius inuictrix Ceres fuit. Quid sit cur uetustas Neptuno maris imperium assignauerit. Plutoni inferna, caelum Ioui. Iordanis aquae in muri speciem steterit. Iudaeis illum uadantibus. Manna cadere desijt. Populus in deserto natus circumcisus est. Iudaei Hiericumtem diruerunt. Achaerus lapidibus obrutus est sacrilegij conuictus. Iudaei Adaniam urbem diruerunt. Idem immensum Cananeorum exercitum una acie prostigarunt, Cananæq; sunt terra potiti. Decem Israeliticæ tribus totam inter se Cananæ terram partiti sunt, ac plura inibi de Palestinae finibus, Syriae, Phoenicisq; & Tyriorum uetustate memoratu digna. Vbi balsamum nascitur. Bezecus rex bello uictus interfectus est. Hierosolyma capta diripiuntur. Israelitarum res intestina discordia uehementer afflictæ sunt. Duae Israelitarum tribus, quae trans Iordanem agrum acceperant, bello a finitimis uictæ, seruitij iugum acceperunt. Vbi

litera ortæ sunt, & per quos in plures gentes propagata. In-
sule Crete stus, & q mortaliū eā primi tenuerint, quiq; fue-
rint Infulanorū ritus. Quæ Lini fuerint et Amphionis inuēta.

EX LIBRO QVINTO.

V. **V**etus Iudeorū disciplina cum re paulatim collapsa est.
Aiothus Moabitarum rege interfecto suos in libertatē
restituit. Quæ de Orithyia, Zeto & Calai sunt uerē prodita.
Et mox quæ de Phryxo & Helle memorata sunt, deq; Heroi-
ci carminis & oraculorum origine. Delphicum oraculū quo
casu conditum. Sicyonij regni origo. Troianorum regum ue-
tus stemma. Ilij conditio, & Ganimedis raptus. Bellerophon-
tis in Lyciam expeditio. Tam breuis quā uera de Cadmo et
eius progenie explicatio. Iudei Delboæ uaticinio & Bara-
chi ductu in libertatem asserti sunt. Iabelis Hebræicæ femina
in hostium ducem memorabile facinus. Recens Israelitarū ui-
ctoria Iabino Assori rege in acie perempto. Thebani Hercu-
lis ortus, qui in Teleboici belli tempora incidit, & qui Tele-
boi fuerint. Hercules tyrocinū, & cætera eius gesta, quibus
est Iasonis in Colchidem nauigatio inferta. Qui Colchi fue-
rint, & unde oriundi. Quid aureum uellus. Qualis Iasonis re-
ditus, & quibus ille casibus tactus usq; ad uitæ exitum. Qui
bus Medea erroribus sit agitata post natorum cadem. Ama-
zonum origo & ritus gentis, & quemadmodum fuerint ab
Hercule bello superata. Amazonum expeditio in Europam.
Quæ Hercules in Libya gessit, cum Aphricanarum rerum re-
latione. Quis fuerit Antheus, & quæ eius regia. Hercules tras-
fretatio in Hispaniam, & quas extra terram rerum à se gesta-
rum metas fixerit, & quæ uerē dictæ sint columnæ Herculis.

EX LIBRO SEXTO.

VI. **H**ercules uicit Gerionem in Hispania. Et quis Gerion
fuit, & cur triiceps dictus. Cacus in Latio ab Hercule
oppressus est. Et quedam inibi uerisimē de Caco dicta. Ara
maxima quæ fuerit, qui Potitij & Pinarij. In ora Campaniæ,
aduersus iniurios locorū accolæ Hercules feliciter dimicauit
in Phlegreis campis; insertaq; his quedam de Vesuij montis
natura, de Lucrino & Auerno, & uetusta Cimmericorū gen-
te. Hercules Ericæ castibus peremit. Sicilia descriptio, & qui
mortalium primi eam terram colerint. A quo Hercules ac-
cepit astrorum scientiam. Thesei gesta, qui Hercules æqua-
lis fuit & amulus materniq; propinquus genere. Et in his
quedam in fidem asserta, quæ de Labyrintho, Minotauro, A-
riadna & Dædali casu traduntur. Aegæus se ex alta specula
precipitauit. Attica ciuitas à Theseo instituitur. Vbi & quā-
do primus nummus percussus est. Amazones in Atticam irru-
perunt. Hippolytus ab equis distractus perijt. Theseus & Pi-
rithous ex iniuria amicitiam iniuerunt. Lapithæ Centauros
ulti sunt. Et ibi qui Centauri fuerint ostenditur. Theseus He-
lenam raptam apud matrem Aphidnis deposuit. Pirithous ab
Adoneo Molossorū rege Cerbero cani laniandus obiectus est.
Theseus in uincula coniectus, Hercules est interuentu libera-
tus. Castor & Pollux in fororis uitionē Atticā populati sunt.
Aphidnis captis recepta Helena Ethram in seruitutem abdu-
cunt. Theseus hostis iudicatus in Scyro perijt. Cætera Hercu-
lis gesta, quibus inserta sunt, quæ de Melcagri & Albæ ca-
su sunt memoriæ prodita. Hercules periturus in Oetha mon-
te rogam conscendit. Gedeon Iudeos seruitio pressos in liber-
tatem uindicauit. Abimalechus unde septuaginta occidit fra-
tres. Iudei cum Philisteis feliciter dimicauerunt. Heraclidæ Tra-
china eieci ab Atheniensibus recepti sunt. Idem Euristheo
in Attica interfecto Argos obtinuerunt. Sansonis gesta & in-
teritus, ultimo loco referuntur.

EX LIBRO SEPTIMO.

VII. **O**edipus Laio patre interfecto ex Iocasta matre, quam

A ignotam duxit uxorem, liberos extulit. Polimices ab Aethæa
de fratre fraudatus, regno Adrafi regis auxilio bellum The-
banis intulit. Nemeæi Iudi in Archemori memoriam conditi.
Adrastus fugiēti similis Argos reuersus est. Thebani bello ab
Epigonis repetiti urbem deseruerunt. Paris ex Peloponne-
so rapuit Helenam, atq; inibi multiplex sermo de ijs quæ gesta
sunt ad Troiam. Aeneas ex Ilio profectus Siciliam tenuit, &
ex Sicilia Latium. Qui fuerint ueteris Latij fines, & qui ho-
minum ipsam terram ab initio tenuerint. Latinus & Aeneas
inter se fœdus & affinitatem iunxere. Latinus aduersus Ru-
tulos dimicatis prælio occubuit. Troiani & Aborigines Latī
ni dici cœperunt. Aeneas incerto casu perijt. Ascenius Hetrus-
cos bello superauit, mox & Albam condidit. Antenoris &
Henetorum in Italiam accessus, Patuij q; conditio, & cum his
uarij errores eorum qui ad Troiam militauerunt. Iudei à Philis-
teis uicti arcam fœderis amiserunt, in qua postmodum uindā
cāda manifesta extitit numinis assertio. Iudei Samuelis ductu
Philisteos superant. Saulus primus rex Iudeorū creatus est.

EX LIBRO OCTAuo.

Q Vando apud Sicyonios sit regnari desitum. Qui post VIII.
Ascanium Albæ regnum tenere. Diores Atheniensis-
bus bellum intulerunt. Memorabilis Codri regis interitus. Va-
rius sermo de Homeri poetæ ortu, deq; natali solo. Iudei ab
Ammonitarū rege uicti omnes altero oculo priuati sunt. A-
trox Sauli edictum. Amnonite rege in pugna amisso, insigni
clade affecti sunt à Iudeis. Ionathas Sauli filius Philisteorum
castranoctu ingressus ingentis uictoria suis præbuit materiā.
Saulus de filio sumpturus fuit supplicium, quod contra edi-
ctum suum fauim mellis comedisset, nisi exercitus supplicium
ab eo deprecatus esset. Amalechite bello petiti sunt, quorum
regem captum quia Saulus seruauit à Samuele propheta ina-
crepitus est. Dauid rex occulte à Samuele inungitur. Idem
adolescens adhuc Goliadem immanis stature uirum singula-
ri certamine prostrauit, quo perempto ingens uictoria se-
cuta est. Saulus Dauidem sibi generum ascium, ascitum capi-
taliter interfecit. Dauid exilio solum uertit. Abimelechus sa-
cerdos à rege occisus est, quia Dauidem hospitio exceperat.
Nobeanorū CCC. pari crudelitate interfecit. Nobæ incensa,
ciues ad unum atrocissime necati. Dauid regi reconciliatus
Philisteos uicit. Saulus Dauidem iterum capitalibus petijt in-
sidijs. Dauid Abigailem sibi matrimonio iunxit. Idem quum
Saulum obtruncare potuisset, cæde abstinuit. Amalechite ob-
Sicelechum uicium direptum à Dauidica cohorte occisione
occisi sunt. Saulus cum tribus filijs ad Gelbonem montem in-
terficiunt. Dauid rex saluatus est. Iphothus Sauli filius &
ipse à Iuditarū tribu rex creatus est, per que diuisum est He-
braeorum regnū. Habner à Ioabo interfectus est. Iphotheti cæ-
des, regnumq; Dauidi stabilitum.

EX LIBRO NONO.

D Vbia Hierosolymorum conditio, cui urbi capte Dauid IX.
arcm imposuit. Idem Palestinos prælio uictos fuga
dissecit. Arca fœderis Hierosolymā delata est. Hebraeorum
rerum successus. Dauid Ammonitas, quia contra ius gentium
legatos uiolassent bello adortus facile uictus est. Assyrij & ipsi
prælio uicti sunt, in qua pugna Dauid hostium ducem obrun-
cauit. Bersabea Uriæ coniunx à Dauide adulterata est, &
mox Urias ipsius opera interfectus. Post uiri cædem Bersabea
Dauidi nupsit. Dauidis liberi ex coniugibus & concubinis na-
ti. Ammon Tamare sorori stuprum intulit, quod flagitium est
eius cæde uindicatum. Absalon patrem regno deturbauit. Da-
uidis pietas in Absalonem. Dauidici ducēs Absalonem inter-
fecere. Dauid in regnum restitutus in nouam seditionem inci-
dit, quæ haud multo post sedata est. Censa sunt in Iudeorum
gente

gente undecies centum milia uirorum, qui arma ferre po-
terant. Salomon uolente patre rex creatus est, oraculoq;
patri successor constitutus. Dauidis interitus, & qui cum eo
uiri illustres uixerint. Qui hominū primi & ubi philosopha-
ri cœperint. Carthaginis conditio, & in ea relatione quadam
de Tyriorum uetustate. Sychei cæde, & Elise cōiugis effugio.
Memorabilis Elise exitus à poetico diuersus. Salomon sapien-
tiæ nomine illustratus est nouo iudicij genere. Quæ Salomon
literarum monumentis tradiderit. Eleazari facinus in Demo-
ne eiciendo. Salomon templum Hierosolymis condidit, con-
ditum ritē dedicauit. Condidit & regiam domum. Quid Pha-
raonis nomē significet, & quando Aegyptij reges Pharaones
dici desierint. Salomon Indicum commercium instituit. Saba
Aethiopum regina Hierosolymā uenit. Balsami surculus quā-
do primum Syriæ illatus. Immenſa Salomonis opes cum eius
interitu postremo loco referuntur.

ARGVMENTA EN-
NEADIS SECvNDÆ.

Ex libro primo.

X.



Oboas populi fauorem supera-
bo à se alienauit responso. A dua-
bus tribubus rex Roboas saluta-
tus est, cæteræ illi imperium ab-
rogarunt. Hieroboas qui à x. tri-
bubus rex creatus est, populū
ad idololatriam traxit. Dextera
regis manus contabuit, quæ pro-
phetam percusserat. Iadam propheta à leone laniatus est. Ro-
boas plures in Syria urbes condidit. Hierosolymitanum tem-
plum & regia direpta est à Sefacho Aegyptiorum rege. Hie-
roboas bellum Abiæ intulit. Abiani egregie uincunt acie. Va-
trunq; Hebraeorum regnum per uarios bellorum casus aliquā
diu est iactatum. Helius & Heliseus prophetica predicatione
per id tempus claruerunt. Modica Iudeorum manus Michea
prophetica predicatione freta, ingentes Syrorum copias ad
Hierosolymam strauit. Michea & Sedechie prophetarū con-
tentio de Achabi regis exitu. Moabitæ Arabes, qui aduersus
Iosaphatum ad Aphaltiem lacum confederant, castrensi sedi-
tione delicti sunt. Enochis & Helie incertus exitus. Ioras rex
cum duobus socijs regibus Moabitis bello adortus: quia Moa-
bitarum rex filium in murorū fastigio immolasset misericors
dia motus, pacem reddidit genti. Quid memorabile circa Heli-
seum acciderit. Ioras arcta obsidione pressus, in miserabilent
duarum mulierum litem incidit. Syri ex Helisei predicatione
sua spōte turbati cæsiq; sunt. Azabel oraculo fretus Adagum
Damasci regem necauit. Arabes Palestinam populati sunt.
Hieus Ioram & Ochoziam occidit. Hiezabelis & totius Aca-
bi familia crudelis exitus. Baali sacerdotes Hiei iussu interse-
cti sunt. Athalia, occupato Hierosolymorum regno, omnes ex
Dauidis familia interfici iussit. Ioras, Athalia interfecta, in re-
gnum restitutus est. Iacobus Ioræ filius à Syrorum rege sibi pa-
cem redemit. Lycurgus leges Lacedæmonijs scripsit. Laconū
praterea ritus & mores, & Lycurgi exitum habet hic liber.

EX LIBRO SECvNDO.

XI.

H Elisei propheta celebri predictio de futura Ioræ regis
potentia. Amasias rex Moabitis, Idumæos & Gabaoni-
tas uicit: mox deserto patriæ pietatis cultu ab Ioræ Samariæ re-
ge uictus, in triumphum est ductus. Regia domo & urbe à Sa-
maritis direpta, ipse inglorius reliquum uitæ egit. Ioras pro-
pheta triduo in ceti utero fuit. Palestini & Hammonitæ ab
Oziâ bello uicti sunt. Hierosolymorū mentia instaurata, ipse

A lepra infectus è medio excedere coactus est. Arbaces Medus,
Sardanapalo ad mortem compulso, summam imperij ab Assy-
rijs ad Medos traxit: atq; inibi quedam de Mediæ situ, & ri-
tu gentis, & de Magorum scientia, philosophandiq; ratione.
Iudæi pacem sibi ab Assyrijs redimunt. Macedonicum regnū
conditur. Numitor Albanorum rex regno spoliatus est à fra-
tre. Illia Numitoris filia, Vestalis capta est. Olympiadum ratio
quando inita, & quis illarum auctor. Lydorum regnum eo-
dem tempore constitutum. Qui fuerint eius mores, qui uiuena-
di ritus. Ioathas Hammonitas tributarios sibi fecit. Rheæ illa
uno nixu geminos peperit. Romulus et Remus infantes expo-
siti memorabili casu seruati sunt. Quæ in utroq; fuerint pri-
mæ ætatis rudimenta. Albanum, Amulio interfecto, Numitori
restituitur. Romulus & Remus colonos ab uo acceperunt ad
usum condendæ urbis. Remus orto inter fratris de situ urbis
certamine ictus occubuit, & cum eo Faustulus & frater. Quō
die Roma condita sit, & in quæ tēpora inciderit origo urbis.
Achamus in Iudæa à Phæciæ præfecto magno prælio uictus
est. Idem Hierosolymitanum templum claudi iussit, sacra fies-
ti ueluit. Romulus Romæ senatus constituit, leges aliquot no-
uæ ciuitati dedit. Asylum aperuit. Romani Sabinas uirgines
ui rapuerunt.

EX LIBRO TERTIO.

I N Palestinā Ezechias rex templum aperuit, sacrorum ritū XII.
instaurauit. Osiæ Samariæ rex ab Assyrijs uictus cum x. Iu-
deorū tribubus est in Mediam traductus. Qui hominum Cu-
thei fuerint, & qua perfidia in Iudeos accolæ usi. Messenij
plures annos à Spartanis obsesti sunt. Partheniæ, Phalanti du-
cti, Tarentum instaurarunt. Romulus ex Acrone rege prima
spolia opima retulit. Templum Feretrio Ioni dedicauit. Antē-
nates & Crustumini uicti sunt, & in utrorumq; urbes colo-
ni ex urbe missi. Sabini T. Titij ductu Rom. arcem noctu occu-
parunt. Romuli acies ad palatium usq; fugata est. Curtius in
paludem præcipitatus. Romani Sabiniq; mulierum interuen-
tu pacem inter se iungunt. Unde comitium & Quirites dicti.
Tatius rex à Laurētibus occisus est. Fidenæ à Romulo capta
& Camera direpta. Romulus Veientibus uictis in centum an-
nos inducias dedit. Idem cum ad Capræ paludem exercitum
recognosceret, ui subita ex oculis euanuit. Giges Candaule ra-
ge interfecto Lydiæ regnum obtinuit. Vbi loci Gordij nodus
fuerit. Esaiæ predictio in extremis Iudeorum rebus. Mures
noctē una numerosum exercitum scutis & arcibus exuere.
Spartiatæ bellum Arcadibus inferunt. Arcadiæ ius & homi-
num mores. Lacedæmonij stulta oraculi interpretatione à Te-
geatibus uicti sunt. Vbi Orestis ossa reperta sunt. Memorabilis
Spartiatarum & Argiuorū pugna de Tyrea campo, & quā
uterg; populus legem tulerit post pugnam. Corinthij Libura-
nos ex Coryra eiecerunt, condideruntq; in Sicilia Syracusas.
Quæ Sybillarum fuerint nomina, & ubi singule claruerint.
Numa rex Romæ declaratus est, ac quedam ibi de Sabinorū
uetustate. Religiosum Numæ regnum, & quæ ille in eo admi-
nistrando Romæ constituerit, quiq; sint ex eo filij procreati.

EX LIBRO QVARTO.

Q Vi hominum sint regno ubiq; terrarum, uno tempore XII I.
potiti. Manasses ab Assyrijs captus est. Tullus Hostia-
lius Albanis bellum intulit. Tergemini Horatij Curiatijq; ex
duabus sororibus nati pro patria ad certamen instruuntur.
Quæ olim ferendi fœderis fuerit ratio. Memorabilis Tergem-
inorum pugna. Horatius uictor sororem obruncauit, mani-
festeq; cædis reus, ob recens meritum absolutus est. Quale fue-
rit ius trium natorum, & unde ortum. Hostilius Fidenatibus
bellum intulit. Albani medio ardore pugne à Romanis defra-
cerunt. Tullius felici mendacio uictoriam adeptus Metium Al-

banum atroci supplicio affecit, Albam diruit. Fidene capte sunt, & Sabini ad malitiosam sylvam praelio uicti ab Hostilio. Quando & quam ob causam Nouendiale sit sacrum constitutum. Cum Latinis quinque annos bellum fuit. Hostilius rex fulmine ictus cum tota domo deflagrauit. Phalaris Tyranni scintilla illustrata est, pluresque simul urbes condite. Iostas in Iudea rerum potitus est. Ancus Martius rex bellorum ceremonias instituit: idem Politoriu de Latinis cepit. Pons sublicius Tyberi impositus est. Ancus Fidenas bello captus diruit. Sabianos castris exutos multa strage cecidit, mox & Veientes acie uicit, deique his triumphum egit. Volsci ad pacem petendam compulsi sunt. Ancus Hostiam condidit. Iostas interpolare ausus bellum quod Necho Assyrijs inferebat, grauiter faucibus perijt. Necho Iosie filium in uincula coniecit. Prophetica uox Hiere mia & Ezechielem, per id tempus illustrauit. Quomodo Psammeticus sit Aegypti regno potitus. Labyrinthus et alia Psammetici opera. Deliquium solis sub Altiade Lydorum regis factum. Altiades bellum Milesijs intulit. Callidus Thrasymbuli Milesijs consilium, ac suis salutare. Periandri Corinthij consilium in sepulchro occultado. Arion a Delphino seruatus est. Harum monium oraculum quando & a quibus conditum. Tarquinius rex aliquot ex Latinis urbes cepit, Latinosque acie uictos feda strage cecidit. Idem bellum Sabinis intulit. Tarquinius Sabinos & Hetruscos castris exiit. Hetrusci imperio Romanis cesserunt. Regia insignia ab Hetruscis sumpta. Sabinis iterum bello uicti Rom. imperio subiecti sunt. Tarquinius circummaximum instruxit. Prodigium quod in Seruio puero extitit. Tarquinius Martiorum iuuentu fraude interfectus est, & Seruius Tanaquilidis arte & consilio rex Rome creatus.

EX LIBRO QUINTO.

XIIII. Nabucodonosor Assyriorum rex Hierosolymas cepit, Ioaachimum cum matre & necessarijs, & omni militari aetate Babylonem traduxit. Iudei bello repetiti sunt, quod Hieremias futurum dixerat. Hierosolyma capta Sedechias crudelem in modum ab Assyrio excruciatu est. Duorum illustrium prophetarum oraculum diuersum uerbis, euentu uero unum. Quandiu sit in Dauidica domo regnatum. Recens Hierosolymorum desolatio. Iudeorum quorundam in Aegyptum per fugium. Pythaci Mitylenae & Phrynonis Atheniensis memorabile certamen. Sappho sese praecipitauit. Solon Atheniensibus bellum persuadet. Salamis ab Atheniensibus occupatur. Quandiu Epimenides Cretensis dormiuerit. Quid Thales Milesius sit de Munnichia sua uaticinatus. Draco sanguine leges scripsit. Fons Rom. legum unde sit. Solonis & Thaletis memorabilis congressus. Bibonitis & Cleobis insigne pietatis exemplum in matrem. Pisistratus Athenis tyrannidem occupauit. Solonis praeclarum facinus, & qui sapientes cum eo clarauerunt. Quando Nemei ludii Pythia & Isthmia certamina celebrari coepta sint. Perinibi Camarinae & Massiliae conditio. Ananias, Misael & Azarias miraculo sunt igne seruati. Seruius Tullius Romae censum descripsit. Iustrum condidit. Dianae templum in Auentino statuit. Romanis Latinisque commune. Dianae antistes fatalem immolauit bouem. Tarquinius regiam occupauit sedem, Seruium curia deiecit, deiectum occidit. Tullia per iacentis cadaver patris egit currum. Mandane Astyagis filia Cambysii nupsit. Cuius opera sit insans Cyrus seruatus. Crudelissimum Astyagis facinus. Cyrus in Perside ab auo missus est: atque ibi non pauca de regionis situ, & Persarum moribus. Cyrus Persas ad bellum conuincit. Medisque bello uictis in Persidem transtulit imperium.

EX LIBRO SEXTO.

XV. Cyrus Assyrijs bellum intulit. Syndem annem in minutissimas partes corruauit. Babylon a Cyro recepta est.

Quae sit Assyriae feracitas, quique Assyriorum mores. Croesum regis Lydorum cura in exploranda oraculorum fide. Lacedaemonij societatem cum Croeso iunxere. Croesum oraculi uoce deceptus bellum Persis intulit. Halis fluij memorabilis corruatio. Cyrus Croesum Sardis compulsum cepit, regiam urbem diripuit. Croesi filius ex muto est uocalis factus. Croesum pyre impostum uictor Cyrus seruauit. Cyrus Massagetis bellum intulit, hostemque dolo captum cecidit. Spargasipes Thomiris filius sibi manu intulit. Cyrus insidijs a Thomire exceptus cum toto exercitu ceditur: eius caput in humani sanguinis uirum est ab hoste coniectum. Qui Massagetarum fuerit ritus, & qui hominum sint Massagetae. Daniel propheta a Cyro honoratus est. Quomodo nouum phasma sit Daniel interpretatus. Coniectus est Daniel in leonum lacum. Parserunt leones Danieli, prophanos & impios lanarunt. Signum memorabile in caelo Danieli oblatum. Iudei ex Assyria in Palaestinam reuersi sunt. Et templi fundamenta sub Cyro laeta, & mox sub Dario templum instauratum. Qui uiri sapientia & diuinationis nomine per id tempus claruerunt. Cur Tarquinius superbi nomen sit adeptus. Herodotus Aricinus, Tarquinij fraude a suis necatus est. Foedus cum Latinis renouatum. Duo Sabinum exercitus uno sunt die subacti. Pometia capitur, ac capta direpta est. Gabini Sexti Tarquinij fraude subacti sunt. Exemplum Tarquinij papauer decutentis ex Corintho translaticium. Terminus & iuuenta Ioui non cesserunt. Sibylla fatidicos ad Tarquinium libros detulit. Humanum caput in Tarpeio resissum prodigium futuro fecit imperio. Brutus cum Tarquinij iuuenibus Delphos profectus est, oraculumque rite interpretatus, terram osculo contigit. Tarquinius Ardeatibus bellum intulit. Lucretia ob uiolentum stuprum sibi manum intulit. Tarquinio imperium abrogatum est, mox urbe exclausi ipsi & filijs exilium indictum.

EX LIBRO SEPTIMO.

Memorable Amasis Aegyptiorum regis adagium in opinione uulgi eludenda. Cambyses bellum Amasi intulit. Difficilis per stitulosam Arabiae loca aquandi ratio. Psammicus Amasis filius praelio uictus paucis diebus regno spoliatus est. Quae sint regna uno fere tempore euerfa. Psammici memorabilis constantia in summo dolore. Cur Aegyptij & Persae non consueuerint comburere cadauera. Vbi mensa solis fuerit, & quae Cambyses ad Aethiopi regem misit munera. XX. milia peditum in Ammonio missa medijs arenis perierunt. Apis bos qualis fuit. Smerdis alter Cyri filius Cambysis iniuste occulte interfectus est. Memorabile responsum iudicum ad Cambysen de legibus & potestate regum. Cambyses Meroen sororem occidit. Magi fratres Persicum regnum occuparunt. Cambyses suo ferro temere uulneratus perijt. Magi a conuictis oppressi sunt, & in pulchro facinore pulchrior uox Gobryae. Quae pro populari administratione, proque regia dixerint Persici regni assertores. Darius Persarum rex creatus est. Quod suspectam habuisset Amasis rex Polyeratis tyranni felicitatem, & quam inhumanam ob eam rem ueterem illi amicitiam remiserit. Samos a Lacedaemonijs oppugnata est. Sathides descriptio. Quod Pythagoras Sathides dogma induxerit, & quo casu denum perijt. Polycrates ab Oroete Lydiae praefecto captus in cruce sublatu est. Iudei Hierosolymitanu teaplum restituerunt. Demodoces medicus a Dario aureis compedibus donatus est. Darius Itaphernem cum tota domo ad supplicium rapuit, eximplumque inibi muliebris pietatis in fratrem. Babylonij a Persis oppugnati omnes fere mulieres uno tempore necarunt. Mula Zopyri peperit. Ipse mutilata sibi facie pro transfuga transijt ad hostes, paucisque diebus Babylonem Dario tradidit. Darius uouit Hierosolymitanu templi restitutionem.

XVI.

restitutione. Quae reatu digna de uini, regis, mulieris & ueritatis potentia. Quot annos habuit templi instauratio. L. Iunius Brutus & Tarquinius Collatinus Romae primi sunt coeles creati. Tarquinij regis bona a populo direpta. Brutus filios & conuersionis socios securi percussit. Tarquinius bellum Romanis intulit. Brutus & Aruns Tarquinius aduersus istibus cadunt. Prima funebris oratio, quae Romae habita est. Cur Valerius sit Publicolae cognome datum. Puluillus consul Capitolium dedicauit, & bellum Romanis a Persena illatum est. Horatius Cocles pontem aduersus Hetruscos tutatus est. Mutius Scaeuola scriba pro rege interfecit. Claelia obses tranauit Tyberim. Persena indole in hoste mirata Ro. Po. pacem restituit.

EX LIBRO OCTAUIO.

XVII. Darius Europaeis Scythis bellum intulit. Quae arte olim Scythae rebelles seruos uicerunt. Quae fuerit Scytharum uetustas, & qui primus in ea terra regnauit. Referuntur inibi Cimmericorum monumenta, & encum uas ex cuspidibus costatum. Bosphori & Hellesponti descriptio. Darius exercitum in Europam ponte transiit. Monumenta Darianae expeditionis. Scytharum consilium in administrando bello. Scythae cedendo Dariu fatigarunt. Scythae ranae, mure & auem cum quinque sagittis Dario miserunt, per quae praesentis est periculi admonitus. Darius fugienti similis in Asia reuersus est. Laconiae mulieres uiros e custodia muliebris habitu emiserunt. Eueltho Salamini oru in Cypro rex Ferotinae reginae regno cecidit, exercitumque petenti aureum fusum & colum auream cum penso dono misit. Ferotina crudeliter uictoria exercuit in Cyrenenses feminas. Thufci ad Aricia praelio uicti a Romanis hospitaliter excepti sunt, & Sabini ad Anienem uicti. Appius Claudius cum magna clientum manu, ex Regillo Romam uenit. Romani Sabinos castris exutos cum magna caede ad Fidenas dissiपरunt: urbs ipsa recepta est. Nec multo post ad Heretiu uicium Sabini nibila minore caede sunt a Posthumio & Menenio uicti, ac castris exuti, ubi per noctem Romae spila ardere uisa sunt. Sp. Cassius consuls fractis Sabinorum opibus, ad pacem suppliciter petenda compulsi. Pometia capta est a Verginio Spurij collega. Latium uniuersum in Romanos, pro Tarquinij conuicium. T. Larginus primus Romae dictator creatus est. Sp. Cassius primus magister equitum. Romani ad Regillum lacum feliciter dimicarunt. Victoria miraculose nunciata est. Castori & Polluci templum Romae edificatum: tum primum Romae equitum trasulectio instituta est. Peonum & Getarum Thracumque quorundam mores. Peones a Persis bello subacti sunt. Darij legati in Macedonia interfecit. Othanes iussus est ius dicere ex eo tribunali quod pelle fuit patris instratum. Pariorū sapiens iudicium in Milesiorum discordia tollenda. Histieus serui caput inscripsit, ut consilium celaret suum. Milesti a Persis defecerunt. Aristagoras Milesius terrarum figuratone usus, Cleomenem regem in sententiam trahere conatus est. Pisistratidae quando ex Athenis cecidit. Athen. bis bello a Cleomene Laceda. petiti, bis hostium discordia seruati sunt. Nuncios cladis in Aeginam acceptae mulierum suscitantium incurfu, necatus est. Aristagoras Milesius trahit Athenienses in belli societatem.

EX LIBRO NONO.

XVIII. Paeones ex Asia in pristinas sedes perfugio remigrarunt. Iones Sardibus incensis ad Ephesum praelio uicti sunt. Iones nauali praelio Phoenices uicerunt. Qui in insula pro Ionibus stabant, in Salaminijs sunt campis uicti. Plures Ionum urbes a Persis afflictae. Histieus a Perside reuersus, accisis suorum opibus Byzantium perfugit. Ionum classis discordia soluta est, & Miletus a Persis direpta. Histieus ab Artapherne in cruce sublatu. Tres insulae sunt a Persis euerriculate, & ibi quid sit euerriculatio ostenditur. Melciades Persarum metu Chersonesum

Chersonesum Thraciam reliquit. Tarquinius Superbus Cumis fauto decessit. Prima ciuili discordia ob aes alienum Romae orta. Volsci, Seruilius consul ductu praelio uicti, & mox paulo a Verginio iterum fusi, Velitras amiserunt. Sabini per idem tempus sunt a dictatore uicti, & Vetusius consul Equos hostes militum ferocia iniquo loco deiecit. Plebs patrum iniuria irritata, in sacrum montem secessit, paucisque diebus reconciliatis ordinibus, primi tribuni plebis creati sunt. Corioli bello capti Martio uiro impigro Coriolani cognome dederunt. Menenius, cuius opera plebs in urbem reducta est, tam pauper perijt, ut sumptus funeri defuerit. Qui fuerint Cumarum conditores. Romani frumentatores Cumis ob Tarquinij bona male habitii sunt. Gelo Siciliae tyrannus rem Romanam inuit gratuita frumentatione. Tribuni plebs, diem Coriolano dixerunt, absensque damnatus est. Circensium ludorum apparatus & instaurationis ratio. Volsci Coriolani ductu Romanis bellum intulerunt. Coriolanus plura ex Romanis loca occupauit, castris inde ad urbem admotis, quae neque maiestate patrum, neque sacerdotu religione flecti potuisset, ut patriae parceret, Veturiae matris precibus, obfisione soluit, nec ipse multo post, ut quidam iradiderunt, a Volscis lapidibus est obrutus: alij in exilio consensuisse uoluerunt.

ARGUMENTA ENNEADIS TERTIAE. Ex libro primo.



M. Encl. Darij Mardonius, cum ingenti exercitu transit in Europam aduersus Athenienses. CCC. Persarum naues circa Athon motem naufragio perierunt. Sicut et effigies Athimotis. Mardonius Macedonia oram subegit armis. Demaratus spoliatus regno a Lacedaemonijs ad Darium se contulit. Cleomenes Spartatarum rex in furorē actus se totum lanauit. Glaucus Laceda. ob cogitatum crimen cum tota est familia extinctus. Graeci bello repetiti sunt a Persis. Quando primum sit Delos mota. Quid haec nomina Darius, Xerxes & Artaxerxes significent. Euboeae descriptio. Erithra a Persis direpta & incensa est. Sexcenta millia Persarum ad Marathonem a paucis Graecorum ad naues compulsi sunt. Arigheri facinus memorabile. Alcmeonis Athenien. petulantia in Croesi auro amplexando. Miltiadis damnatio, & damnationis causa. Ingenium & moderatum filiorum Darij inter se certant. Hernici a C. Aquilio, & Volsci a Scimio, uno tempore uicti sunt. Vterque consul triumphauit. Sp. Cassius primam legem Agraria tulit, damnatusque affectati regni ex Tarpeia rupe praecipitatus est. Ad eadem Cereris statuam reponi solite sunt, ubi rerum primitiae. Oppia Vestalis damnata est. Milites in Fabij Caesonis inuidiam hostem fusum sequi noluerunt. Sequenti pugna Fabij populares facti sunt. Victoria de Thufcis, sed cruenta parta est. Victor consul ob collega mortem triumphare noluit. Fabia gens sibi Veiens bellum depoposcit. Fabij post egregia belli facinora ad Cremeram insidijs excepti perierunt. Veientes Ianiculum occuparunt. Thufci ex Ianiculo Sp. Seruilius audacia depulsi sunt. Trib. plebs. T. Menenio consuli diem dixerunt. Damnatus Menenius, paucis diebus uita decessit. Diastata est & Seruillio dies, quod iniquo loco dimicasset: sed hunc populus omnibus aboluit suffragijs. Thufci & Sabini uno die P. Valerij ductu uicti sunt. Minutius Trib. plebs. domi interfectus est. Voloero noue auctor fuit seditionis. Plures matrone abortu perierunt. Urbium Vestalis incesti comperta humi uiuens desissa est.

EX LIBRO SECUNDO.

XX. Persarum rex Xerxes, Darij filius Aegyptu ad imperium retraxit. Artabanus bellum Xerxi aduersus Graeciam distulit. Xerxes duplici somnio impulsus ad bellu sese accinxit. Athos a cotinente abscissus est. Pythius Celeneus Xerxem et omnem eius exercitum hospitio accepit. Xerxes Helleponto uerbera infligi iussit, et per dimidiatum Pythij filiu traduxit exercitum. Xerxiani exercitus ordo. Xerxes mille boues Iliaca Mineruae immolauit, fleuitq; in Abydenis campis suarum copiarum ingentem numerum intuitus. Duobus pontibus traiectus est in Europam exercitus. Quae prodigia Xerxi oblata sunt. Numerus copiarum quae sunt Xerxem secute, et qui in his reges, et quae gentes fuerunt. Lysus et alij pleriq; amnes defecerunt Medis aquantibus. Vbi leones in Europa, et quales olim Thessalia fuit. Spartius et Bulis Lacedaemonij suo sanguine Xerxi satisfacere non recusarunt. Athenienses oraculo edocti omnem belli apparatus in nauibus statuere. Quibus Gelo gradibus sit in Sicilia principatu adeptus, et quam memorabili praelio Amilcharem Carthaginensium ducem uicerunt. Noua scribendi ratio, quam Demaratus commentus est. Thermopylarum descriptio. Xerxes omnium qui sub eo militarunt, pulcherrimus fuit. Lacedaemonij se comere consueuerunt in aperto uita discrimine. Leonides Spartanus fortiter in Persas dimicans mortem occubuit. Xerxes Thermopylis potitus est. Scyllias Sicyonius urinator octuaginta sub aquis stadia nauauit. Bis Graeci ad Aphetas prospere dimicarunt. Perse Delphicum templum frustra sunt uiolare adorti. Canis Xantippi ex continente Salaminem usq; nando est dominum secutus. Athene a Persis occupatae sunt. Graeci Persas ad Salaminem nauali praelio uicere. Xerxes fugienti similis Graecia decessit. Artabazus magnam copiarum in ora Macedoniae amisit partem. Macedonici regni origo et incrementa. Athene iterum captae a Mardonio direpta et incensa sunt. Ingens Persarum exercitus ad Plateas in Boeotia cum Mardonio est a Graecis occisione occisus. Eodem die Graeci alterum Persarum exercitum ad Mycalam deleuere. Perse duabus cladibus affecti tota Ionia cesserunt, et Athenienses his successibus exalati Thraciam sibi et Chersonesum uendicauerunt.

EX LIBRO TERTIO.

XXI. Roma per id tempus domestica, et foris militari est discordia laboratum. Appius Claudius decimum quinq; ex desertore exercitu supplicio affectus. Idem causam ad Trib. pleb. dicturus uestem non mutauit. T. Numitius cum Equis temere congressus uirtute militum uicit. Volsci et Equi a Seruilio consule una acie fusi sunt. Quintius collega et ipse in utraq; gentem prospere dimicauit. Plurimi Iudeoru qui in Assyria ad huc erant Estrae ductu in Palaestina remigrarunt. Themistocles in exiliu actus ad Xerxem se contulit. Tres urbes sunt Themistocli datae in panem, uinum et obsonium, ipse taurinum hausit sanguinem, quo epoto extinctus est. Aristides Atheniensium optimus est in exiliu actus. Atheniensium res per idem tempus longe lateq; auctae sunt. Cimon Atheniensis nauali terrestriq; praelio Persas ad Eurymedontem fluum uicit, Persiciq; imperij fines arctiores reddidit. Lacedaemon motu terrae concussa est. Cimon in exiliu actus. Tyrtaei poetae carmen Lacedaemonios ad praelium impulit. Qui uiri ingenio clarissimi uixerunt. Quae sit uetus arte inimicos Artaxerxes, cona firmaueritq; sibi regnum. Templum fidei in Capitolio dedicatum a T. Posthumio. Q. Fabius consul rebelles Equos ad societatem cecidit. Sp. Fuscus ab Equis obsessus Quintij proconsulis interuentu obsidione leuatus est. Foeda pestilentia ciuitatem afflixit. Cuius morbo defuncti Volscos ceciderunt. P. Voluminus et Seruio Sulpitio consulibus inter multa et sae-

da prodigia quae facta dicuntur pluit carnibus. Caeo Quintij filius Volscij accusatioe absens damnatus est. Appius Herdonius noctu Capitolium occupauit. P. Valerius consul dum hostem Capitolio deiecit, ictus concidit. Tusculana arx ab Equis occupata est, qui inde a Romanis dimissi sunt in Algidu. Lucius Minutius consul ab Equis circumfessus, Cincinnati dictatoris interuentu cum exercitu seruatus est. Equi a Quintio sub iugo dimissi sunt, Volsciusq; in exiliu actus, quod Caesoni falsum crimen intendisset.

EX LIBRO QUARTO.

XXII. Tribuni consulari potestate sunt Romae creati, et ciuitas nonnihil ordinum discordia laetata est. Equi in Tusculano agro fusi caesiq; sunt. Sp. Posthumio Albo et P. Sulpitio Camerino consulibus missi sunt, qui in Graecia Solonis leges scriberent. X. uiri creati qui leges cederent populo Romae. Artaxerxes Hesteres precibus edictu reuocauit, quo iusserat Hebraeos toto suo regno uno die interfici. X. uiri in sequentem annum refecti inter se conspirauerunt de dignitate per uim retinenda. Iidem pariti inter se rempublica, Appio Claudio et Oppio ad urbis custodiam relicti, caeteri ad bellu profecti sunt. L. Siccius homo militari gloria illustris, X. uiroru fraude in Sabinis interfectus est. Romae Appius Claudius conatus Verginij filiam in seruitutem redigere, ad quam corruendam animum adiecerat, magni in ciuitate motus fuit causa. P. Verginij filiam gladio traxit. X. uiri ab exercitu destituntur. Romanae legiones Auentinum occuparunt. Decemuiris in ordinem redactis noui Trib. pleb. creati sunt, et in his Licilius. Plures leges populares paucis diebus latae. Appius in iudicium arreptus in carcere necatus est, college eius capite et fortunis insigniter multati sunt. P. Valerius et M. Horatius in Sabinis et Equis feliciter rempublicam administrarunt. Consules inuitis patribus triumpharunt. Volsci et Equi ad Corbionem magno praelio uicti sunt. Po. Rom. factus litis arbiter ab Aricinis et Ardeatibus Scaetio autore agrum sibi addixit. Et lex de conubijs promiscue inter ordines celebrandis lata est.

EX LIBRO QUINTO.

XXIII. Ardeatibus renouatum: idem primi omnium Romae sunt censores creati. Ardeates domestica discordia agitati a Romae opem implorarunt. Volsci ad Ardeam subiugati sunt. Sp. Maelius affectati regni accessit a Seruilio Hala dictatoris iussu est interfectus. Quid fuerit Romae equimelium. L. Minutius aurata boue donatus est. Fidenates legatos ab urbe missos contra ius gentium interfecerunt. Cornelius Cossus Lartem Tolunnium hostium ducem interfecit, secundusq; a Romulo opprima retulit spolia, et Fidenae a Romanis captae sunt. Quando res Graeciae domestica discordia laborare coeperint. Res ab Atheniensibus circa Memplum gesta. Atheniensis cum Corinthijs aequo Marte dimicarunt, mox altero praelio fufos hostes disshalatosq; passim ceciderunt. Lacedaemonij ad Tanagram Athenienses cruento uicerunt praelio. Megabafus Aegyptios et Graecos acie fudit. Atheniensium classis in Aegypto deleta est. Pericles maritimam in hostes expeditionem memorabili felicitatis obuii exemplo. Quale fuerit sacrum bellum circa Delphos. Phocenses Delphis eieci sunt. Samij bello cum Milestis ob Prienem constato, Atheniensium in se arma traxerunt, uectigalesq; facti sunt. Mamercus dictator Romae cenatus est. Posthumius Tubertus dictator Volscos et Equos ad Algidum superauit. Quae fuerint Manliana et Posthumiana imperia. Aedes Apollinis a Posthumio dedicata est. Vnde Peloponnesiacum bellum sumpserit initium. Corcyrei Corinthios nauali

nauali praelio superarunt. Athen. societatem inuenerunt cum Corcyrensisibus. Vbi Chimerium sit. Corcyrenses et Corinthij ad Sybotem mutuis cladibus conflixerunt. Potidea et aliae Chersonesi urbes ab Atheniensibus alienatae sunt. Quid Cyloniu et Tenarium piaculum fuerit. Thebani a Plateensibus intra moenia deprehensi, caesi sunt. Bellici Atheniensium et Lacedaemonioru conatus. Attica a Lacedaemonijs uastata est. Aeginetae ab Atheniensibus suis sedibus eieci. Athenienses Pericle autore ijs, qui fortiter pro patria occubuerant, bustum constituerunt, coru liberos publice alendis decreuerunt. Ingens pestilentia Athenas uastauit. Romae quoq; eodem tempore pestilens annus grandem uastitatem agris et urbi attulit.

EX LIBRO SEXTO.

XXIII. Pericles altero Peloponnesiaci belli anno uita decessit. Lacedaemoniorum legati ad Artaxerxem missi circa Helleponto intercepti, Athenis interfecti sunt. Potideae diu ab Atheniensibus obsessi deditionem fecere. Plateenses in Boeotia a Lacedaemonijs oppugnati sunt. Corinthij Acarnaniam hostiliter adorti, ad Stratum oppidanorum eruptione percussi pro uictis abierunt. Iidem in mari per id tempus in Crisseo sinu a Phormione uicti, aliquot naues amiserunt. Athen. eodem loco a Peloponensibus fusi sunt, atq; paucis inde horis ad Nauactum accepta clades hostibus repensa est. Sitalces Therci filius Macedoniae ingressus multa in ea terra insigniter edidit. Vnde Achelous fluat, et qui sit eius cursus. Romani ad Veios tribunorum militum discordia uincuntur, et Fidenates una deficiunt. Fidenae phanatica oppidanoru acie caesa a Mamercio dictatore capiuntur. Lesbij ab Atheniensibus deficiunt. Athenienses Lesbum oppugnant. Seuum Atheniensium decretum in Mityleneas deditis. Mityleneae nauis unius celeritate seruati sunt. Plateenses dediti a Lacedaemonijs, capitali supplicio afficiuntur. Plateaeq; diruta. Corcyrensiu nobiles domestica seditione affliguntur. Athenienses ab Aetolis praelio uicti sunt. Delus insula per id tempus ab Atheniensibus expiata est, et Ambraciote ad Olpas caesi. Vulturium, quae Capua inde dicta est, Samnites occupant. Aulus Sempronius dubio exitu cum Equis et Volscis dimicauit. in pugna Tepanij uirtus maxime enituit. Aulus Posthumius ob pugnam temere commissam, damnatus est, et Posthumia uestalis ampliata. Athenienses Pylu occupant. Lacedaemonij ad Pylum uicti in Sphaetria insula ab Atheniensibus obsidentur. Athenienses in freto Siculo, nauali praelio Syracusanos uicere. Mamertini a Nauijs terrestri pugna superati caesiq; sunt. Cleon Atheniensis Lacedaemonios in Sphaetria insula captos Athenas perduxit.

EX LIBRO SEPTIMO.

XXV. Corcyrenses exules dediti Atheniensiu iussu necati sunt. Atticae classis duces Athenis exilio multati sunt, quod Sicilia decesserunt. Athenienses Megara occupant, sed mox paulo inde deiciuntur. Omnia Spartiatarum seruitia uno die in certo casu perierunt. Athenienses Delum occupant, ubi paucis diebus duplici sunt clade affecti. Brasidas Lacedaemonius Amphipoli occupata, pleraq; urbes Atheniensium in Thracia ademit. Perdiccas Atheniensibus sit belli socius. Iunonis templum Argis deflagrauit. Romanae legiones tribunorum militum discordia in Algidu a Volscis superantur. Equi a Seruilio dictatore ceduntur. Religiosa Tiberis inundatio. Athenienses ex Delo insulas eiecere. Athenienses ad Amphipolim funduntur, qua pugna Brasidas Lacedaemonius perijt. Athenienses et Lacedaemonij in certum tempus inducias inter se pacti sunt, sed non multo post ad arma est recursus. Lacedaemoniorum moris fuit ad tiberiarum cantum praelium capestrare. Posthumius a militibus suis est lapidibus obrutus. Primi e-

plebe quaestores creati sunt Quint. Silius, P. Blius, P. Pupius. Volsci et Equi ad Fucinum lacum a Cornelio Hala dictatore superati sunt. Terracina a Romanis capta diripitur, quo tempore Rome ceptum est tributum ciuibus imperari, et Veij cepti sunt a Romanis obsideri. Qui hominum ab initio Siciliam tenuerunt. Athenienses ab Egestanis accessiti elassum in Siciliam miserunt. Omnes Mercurij una Athenis nocte truncati sunt. Catinenses in Sicilia Atheniensibus adiunguntur. Alcibiades reus absens factus exilij causa solum uertit, absensq; Athenis deuotus est. Syracusani ab Atheniensibus praelio uicti a plerisq; Siculorum destituuntur. Alcibiades Lacedaemonios ad bellum impulit.

EX LIBRO OCTAHO.

XXVI. Syracusa ab Atheniensibus obsidentur. Gilippus Lacedaemonius in Sicilia profectus Syracusanis suppetias tulit. Varij Niciae conatus circa Syracusas. Lacedaemonij Alcibiadis consilio Deceam in Attica occupant. Gilippus Atheniensium praesidium expugnat ad Plemyrum. Athenienses parum prospere in mari cum Syracusanis dimicant, nec multo post ad Epipolam noctu uicti ingentem acceperunt cladem. Lunae defectus Atheniensium animos percudit. Syracusani duplici praelio res Atticas in mari affligunt. Nicias fugam meditatus cum omnibus copijs ad Asinarum flumen uenit in hostiu potestatem. Insulanorum pleriq; ab Atheniensibus defecere. Alcibiades ab Lacedaemonijs ad bellum mittitur. Milesij ab Atheniensibus defecere. Lacedaemonij cum Dario societatem iungunt. Varij Lacedaemoniorum et Atheniensium circa Ioniam conatus. Athenis populari administratione sublata ad paucorum potentiam res delata est. Byzantium ab Atheniensibus defecit. Alcibiades ab exilio reuocatus auctor fuit suis, ut paucoru administratio ex urbe tolleretur. Athenienses ad Oropum uicti insigni sunt clade affecti. Lacedaemonij circa Abydum ab Atheniensibus uincuntur. Nec ita multis inde diebus interiectis Alcibiadis interuentu iterum uicti, xxx. naues amiserunt. Alcibiades a Tissapherne captus custodibus deceptis ad suos ex Sardibus per fugit. Idem Persas et Lacedaemonios ad Cyzicum superat. Omnis Helleponti ora cum Byzantio ab Atheniensibus recepta est. Memorabile Alcibiadis facinus in Selymbria occupanda. Chalcedon Atheniensibus dedita est. Athenienses cum Pharnabazo societatem iungunt. Syracusani a Trasulo capti, et in lapidicinas coniecti custodibus deceptis ex Athenis Deceam ad Lacedaemonios per fugerunt.

EX LIBRO NONO.

XXVII. Videntes a Romanis obsessi sibi regem creauerunt. Trib. pleb. x. domi turbare conati sunt. Omnes ciuitatis ordines rempublicam inuenerunt post cladem ad Veios accepta. M. Seruilius et P. Verginius publice damnati sunt. Quando primum Lectisternium sit Romae indictum. Romanus miles senem augurem sublimem traxit in castra. Albani lacus aqua emissa est. Veij Camilli ductu cuniculo capti sunt. In qua tempora incidit Veientanum excidium. Alcibiades Byzatio est potitus, Athenasq; triumphanti similis uenit. Classis imperiu incredibili ciuium studio Alcibiadi decernitur. Lysander Lacedaemonius xv. naues Atheniensibus ademit. Alcibiadi imperium abrogatum est: ipse ubi id factum coeperit in exiliu abiit. Canon a Lacedaemonijs nauali praelio uictus in Mitylenem est compulsus. Athenienses xxx. dierum spacio ex trime ad bellum instruxerunt. Lacedaemonij ad Argynus uastati sunt ab Atheniensibus. Oportissima Atheniensium classis ad Aegos flumen est a Lysandro Lacedaemonio deleta. Lacedaemonij Athenas obsidione premunt. Athenienses terra marisq; uicti leges a Lacedaemonijs acceperunt. xxx. tyranni sunt

Athenis impositi, Alcibiades in Phrygia interfectus est. Argē tum egrē est à Lacedaemonijs receptum, atq; inibi quid obo-

ARGUMENTA ENNEADIS QUARTAE.

Ex libro primo.

XXVIII.



Itus Galliarum qui sint, et ipsa rum gentium mores. Quando primum Galli in Italiam tran-

Roman hostiliter petierunt, Romanis ad Alliam flu. suis ca- sisq; Galli Romam cepere, Capitolium duntaxat retēctum est, et ad extremum presidio defensum L. Albinus Vestales cum sacris curru extulit. Multi grandes natu pro patria deuoti à Gallis interfecti sunt. Heraclitus Romam scripsit captum iri à Gallis, Galli à Capitolio cum caede repulsi sunt. Ardeates Camilli ductu Gallos in agris ceciderunt. Thufci paucis diebus caesi sunt à Romanis, qui Veios per fugerunt. Fabius per me- dias hostium stationes in Quirinali colle sacrorum causa euasit. Camillus absens Dictator dictus est. Manlius Gallos ex Capitolio praecipites egit. Camillus legiones ad urbem ad mouit, quum iam Romani se auro redimerent. Vincuntur Gal- li in media urbe, et mox Gabina uia sunt ad unum caesi. Quo- to suae conditionis anno Roma fuit à Gallis capta. Qui atri et postridiani dies habitii. Volsci à Camillo dictatore uicti sunt, et Equi ad Bolas castris exuti. Sutrium eodem die captū est à Tuscis, et à Romanis receptum. Roma intra annum instau- rata Capitolium quadrato saxo comunitum. Hernici et La- tini à Camillo acie fusi sunt. Hetrusci iterum ad Sutrium ce- si, oppidumq; iterum socijs restitutum. Nepete deditum Ca- millus oppidanis restituit. Mallius Capitolinus affectati regni compertus ex Capitolio praecipitatus est. Volsci à Camillo ui- cti castris exuti sunt. Tusculani bello tempestiue dissimulato ueniam meruerunt. Praenestini ad Alliam fluium uicti Rom. armis cesserunt.

EX LIBRO SECUNDO.

XXIX.

Qui uiri ingenio clari eodem tempore fuerint. Graeciae status à Locrensisbus et Phocenibus perturbatus ite-

rum in discordiam recidit. Lyfander Lacedaemonius ad Alia- thum in Boeotia interfectus est. Pausanias rex in exilium ce- ctus. Agefilus ex Asia reuocatus Theffalos praelio uicit. Py- sander Laceda. ad Gnidum à Conone uictus fortiter occum- bit. Thebani in Boeotia ab Agefilao acie fusi caesiq; sunt. Athe- nae iterum ex hostium manubijs sunt restituae. Agefilus in Peloponneso praelia quaedam prospere gessit. Athenienses à Lacedaemonijs descuerunt Thebanorum impulsu. Trasylu- lus Atheniensium dux ad Eurimedontem amnem ab Aspen- dijs oppressus interiit. Thebana arx à Lacedaemonijs occupa- ta est. Pelopidas Theban. suos in libertatem uindicauit. Cleo- brotus Lacedaemonius ad Leuctras praelio est à Thebanis ui- ctus. Pelopidas et Epaminundus res Lacedaemoniorum in Peloponneso afflixerunt. Pelopidas Alexandrum Pherum praelio uictum tyrannide exuit. Philippus Magni Alexandri pater adhuc puer Thebis à Pelopida institutus est. Captus Pe- lopidas ab Alexandro Pherao Epaminunde est restitutus. Idem haud multo post iniquo Marte cum Theffalis congreg- sus occubuit. Alexander à Thebes uxoris suae fratribus dor- miens oppressus periit. Epaminundus ad Mantiniam in prae- lio ictus mortem occubuit. atq; inibi qui nouissimi fuerint me- morabiles Graecorum duces, et quam diu populi Athenien- ses, Lacedaemonij, et Thebani sint rerum in Graecia potiti. Latini et Volsci sunt ad Satricū à Rom. uicti, nec mulo post Latini ad Thufculum caesi. Aemulatio duarum Fabij Ambu- sti filiarum magni in urbe certaminis causa exitiit. Stolonis et L. Sextij trib. pleb. rogationes turbulentissimae. Quinquē- nio respublica sine consulari potestate fuit. C. Licinius primus plebeij sanguinis magister equitum est factus. L. Sextius pri- mus consul.

EX LIBRO TERTIO.

XXX.

Itto Sulpitio Peno et C. Licinio consulis scenicis ludi sunt primum Romae celebrati, ibiq; abunde demonstra- tum unde Histriones dicti, et quae fuerint Attellanarum exor- dia. Quae figendi clauis ratio, et ubi Nortia culta. Trebonius Trib. pleb. diem Manlio imperioso dixit, quia filium ruri re- legatum haberet. Manlij adolescentis memorabile exemplū pietatis in patrem. Idem aduultus Gallum super Antienem ex- prouocatione strauit, Torquatiq; cognomen tulit. Tyburtes cum Gallis societatem in Romanos iniuere. Galli ante Colli- nam portam fusi sunt. Idem in Latio circa Pedū maiore prae- lio uicti, sunt occisione occisi. A. C. Sulpitio dictatore ccccviij. Tarquinienfes captiui Romae iugulati sunt. Prima lex de am- bitu quando lata sit. Caius Martius Priuernates in deditione accepit. C. Licinius Stolo sua lege damnatus est. Phantia et Phaliscorum acies à Rom. pulsa est. Rutilius primus è plebe dictator factus, atq; idem primus iniussu patrum triumphauit. Plato in Siciliam à Dionysio accersitus magno est ab eo honore acceptus. Dion Syracusanus in exilium eiectus est. Plato Archita et Pythagoreorum opera est à Dionysio di- missus. Dion Dionysio absente Syracusas in libertatem uin- dicauit. Pulsus Dion à Syracusanis, ac mox in urbem restitu- tus à suis interfectus est. Dionysius in regnum restitutus alia- quot post annos à Timoleonte Corinthio pulsus, in Achatiam est deportatus. Timoleon Magone Carthaginiensi ex Sicilia pulso, Syracusanam arcem diruit. Idem modica bellatorum manu immensum Carthaginiensium exercitum ad Crinifium amnem deleuit, Tyrannosq; tota Sicilia sustulit. Romani Em- pulium in Tyburti ceperunt. Marcus Pupilius Gallos a- cie uictos in Latio. cecidit. Galli ex Albana arce Latium infe- starunt. Publicola Valerius ex prouocatione Gallum strauit, qui ab auxiliari coruo, Coruini cognomen postea tulit. Gala- ti dissipati fuga in Apuliam abierunt. Bellum Campano-

THUR

rum causa in multos annos est cum Sannitibus susceptum. A Sannites à Valerio Coruino consule ingenti praelio caesi sunt. Rom. exercitus Decij Tribuni consilio audaciaq; in Sannio seruatus est. Valerius tam feda strage Sannites iterum cecidit, ut xxx. milia scutorū, et clxxx. signa militaria relata sint. Feda cōiuratio Capani praesidij. Philippus Macedo Amynthe filius urbes Graeciae hostiliter affixit. Diane Ephesiae templū eo die deflagrauit, quo Alexander Macedo natus est. Res à Philippo Macedone in Thracia et Scythia gesta. Idem Athe- nienses et Thebanos ad Cheroniam strauit, omnemq; sibi Graeciam adiunxit. Pausanias die nuptiarum, Philippum re- gem interfecit.

EX LIBRO QUARTO.

XXXI.

Caius Plaucius consul Volscis bis praelio uictis, omne eo- rum regionem usq; ad mare est populatus, et pax Sam- nitibus ab Aemilio reddita est. Omne Latium nomen à Ro- manis defecit. Manlij Torquati filius à patre consule securi percussus est, quia contra consulare imperium in hostem di- micasset. Latini ingenti praelio à Romanis sunt ad Vesunium uicti, quae acie P. Decius se dijs manib. deuouit. Latini et Ca- pani uicti à Romanis agro mulctati sunt. Latini rebellantia- bus eorum opes iterum sunt à Romanis accise. Latinorū qui huiusmodi ciuitatis datum sine suffragio. Rostra in foro ex- Antiatium nauibus constituta. Vbi Aurunca fuerit. Cales Au- sonū oppidum est à Romanis direptum. Marco Claudio Mar- cello et T. Valerio consulis plures matrone ueneficij con- uictae perierunt. Priuernum captum moenibus nudatum est. Alexander Epitota post multas res in Italia gestas ad Achea- rontem est fluuium interfectus. Quis à pueris fuerit. Ale- xander Philippi filius, et quam philosophia et poetarū stu- diosus. Alexander Thebas diripuit, direptas diruit. Idem quē Corinthum uenisset, Diogenem Cynicum inuist. Cum quibus copijs Alexander Asiam inuasit. Perse ad Graecum flu. uin- cuntur à Macedone. Alexander fatalem Gordij soluit nodū. Artaxerxes quinquaginta filios sibi insidiosos interfecit, atq; inibi Darij regis quem Alexander uicit, origo. Quibus co- pijs Darius sit ad bellum profectus, et quam stupendo rerū apparatu. Alexander gelidissimis Cyani flu. aquis immersus penē periit, in qua curatione memorabile illud edidit con- sultae exemplum in Philippum medicum. Darius ingenti pu- gna in Cilicia uictus ultra Euphratem sese recepit. Regis ca- stra cum matre, uxore et liberis Darij in uictorum potest- tem uenere. Alexander Biblum et Sydonē cepit, Tyrusq; nul- to Macedonum labore expugnata est. Perse haud uno loco per id tempus terra mariq; sunt à Macedonibus superati. Ga- za quoq; expugnata est, ubi Alexander est grauitate uulnera- tus. Alexander Hierosolymam progressus, multa in sacerdo- tes et ciues contulit beneficia, mox Aegypto potitus ad Ham- monis oraculum profectus est, ibiq; non pauca de oraculi et- locorum ratione: Alexandriam inde condidit iuxta Pharum. Romani per id tēpus Neapoli et Palepoli potiti sunt, et Ro- ma lex lata est ne ingenuus neceretur amplius. Quibus sit insectationibus uexatus Fabius magister equitum, quod con- tra Papyrij dictatoris edictum dimicasset. Sannites à Corne- lio Aruina dictatore multa caede afflicti, deditionem fecere.

EX LIBRO QUINTO.

XXXII.

Darius reparato exercitu in Mesopotamia ad Bumellū amnem facit castra. Statyra Darij uxor in Macedonum castris fato periit, ac tum demum de pace nonnihil actū. Ter- ribilis Darianorū fremitus Macedonas perculit. Alexandri ca- stra sub primū armorum cōgressum capta sunt, sicutq; nonnihil anceps praelium, ad postremum Darius uictus acie excessit, quem Alexander ad Lycium usq; amnem infectatus est. Mace-

do triumphanti similis Babylonem adiit, ubi exercitus barba- ricis corruptus est delicijs. Susis Alexander potitus matrem et filias Darij in ea urbe collocauit. Macedo Susanis portis magno certamine superatis Persepolim occupauit. Persepo- lis temulento ludibrio ab Alexandro excisa est. Darius à suis uinctus, multisq; uulneribus cōfessus, miserabili modo periit. Omnem belli impetum Macedo ad Caspium mare flexit, atq; in ea relatione pleriq; scitu digna de ipsius maris natura. Ar- tabasus cum nouem liberis in Macedonum fidem uenit. Mar- di gens et ipsi in fidem recepit. Thalesis Amazonum regi- na cum Alexandro congressa est: ancepsq; ibi sermo de Ama- zonibus. Parmenio et Philotas eius filius Alexandri iussu in- terfecti sunt. Macedonum exercitus in Paropanis penē ex- tinctus est frigore. Quae circa Taurum montem sint ab Ale- xandro gesta, et quae apud Oxum aduersus Scythas, et ubi Liberi patris metae fuerint: comparatioq; inibi Macedonum et Romanorum. Duo consularis exercitus Romanorum ad Caudinas furcas iniquitate locorum circumfessi à Sannitibus subiugati sunt. T. Veturius et P. Posthumus hostibus sunt dediti, sed non recepti. Sannites bis paucis diebus castris exci- ti, postremo ad Luceriam sub iugum missi sunt, et mox ad Sā- tricium insigni occisione occisi.

EX LIBRO SEXTO.

XXXIII.

Bessus qui Darium interfecit, Disphedomonis laniatu est ab Alexandro necatus. Quo Macedo sit consilio Petra potitus. Clytus ab Alexandro interfectus est. Foedissimus Nau- ranorum ritus cum matre concumbendi Memorabile regie humanitatis exemplum in gregarium militem. Alexander Roxanem uxorem sibi iunxit. Callisthenes ab Alexandro in- terfectus est. Macedo Nysam urbem in India cepit, ubi plu- res est dies cum toto exercitu debacchatus. Taxiles rex ulro se Macedoni tradidit. Quid Abasaris regis legati de Dracō- num magnitudine testati sint. Quo consilio sit Macedo usis in Hidaspē superando. Porus rex praelio uictus uenit in Mā- tedonum potestatem. Bucephala urbs ab Alexandro manda- ta est. Qualis Sophitis regis fuerit cultus. Quae Indiae magni- tudo, et quanta Gangaridum Alexandri temporibus essent opes. Vbi Alexander metas fixerit rerum à se gestarum. Ale- xander ad indi et Hidaspis confluentem penē periit. Idem in- Mallis intra muros hostium est propemodum interfectus. Sa- lubris herba Alexandro per quietem demonstrata est. Mace- do secundo ad Oceanum indo est deuectus, Nearchus et O- nescritus iussi sunt Oceani oram circuire. Pestilentia non- paruum Macedonici exercitus deleuit partem. Alexander ad Aphricam et Europam subigendam animum adiecit. Calani memorabilis exitus, et quale Gymnosophistarum fuit do- gma. Alexander Statyram Darij filiam duxit uxorem, qui- bus nuptijs nouem milia uasorum aureorum conuiujs dono obtulit. Macedones ab Alexandro alienati supplices ad offi- cium rediere. Ephesio fato defunctus sumptuosissime à re- ge sueratus est. Alexander Babylonem reuersus suorum frau- de, ut creditur, extinctus est tres et triginta annos natus: ibiq; Sisingambis uoluntarius interitus. Arideus Alexandri frater rex declaratus est. Alexandri duces regni administrationem inter se partiti sunt. Noui Graeciae motus sub Alexandri exci- tum. Qui uiri clari ea tempestate fuerint. Sora à Romanis proditione capta est. Appia uia lapidibus munita. Antio flu- uius Romam perductus, et Potitia gens extincta. Tyburtes ebrios Tibicines Romam deportarunt. Hetrusci ad Ciminea- am soluum magno sunt praelio uicti, Romanaq; arma ultra Ciminium saltum translata. Pax Hetruscis potentibus da- ta est. In Sannio per id tempus est à Romanis prosperē pu- gnatum. Hetrusci rebellantes nouas adiere clades. Et Sannites

à Papy-

à Papyrio dictatore acie fusi sunt. Marci noui hostes facti, ex acie fugā fecere. Fabius Umbros ad Meuaniam subegit, xxx. Samnitium milia uno praelio cesa. Romani tertio, sedus cum Carthaginensibus percussere. Equorum gens propemodum deleta est. C. Flauus fastos populo cogitoscendos proposuit, quapropter adilitatem est adeptus, senatusq; rei indignitate aureos annulos deposuit.

EX LIBRO SEPTIMO.

XXXIII **R**es Macedonum intestina seditione iactari ceperunt in Asia & Europa. Craterus mox & Neoptolemus cum Eumene congressi, interfecti sunt. Eumenes hostis iudicatus. Argyrasides Eumenem secuti omnibus fortunis ab Antigono exuti sunt. Idem aduersis rebus districti Eumenem Antigono tradiderunt ad supplicium. Olympias Alexandri mater, Cassandri uisus interfecta est, mox & Barsane cum filio qua ex Alexandro fuerat enixa. Demetrius Antigoni, & Ptolemaeus rex, csi hostes inter se, beneficijs tamen certarunt. Cleomenes Lacedaemonius in Adriaco sinu tota fere classe à loco riuu accolis exutus in altum abiit. Carseoli Colonia facta est à Romanis, mox & Nequinum. Samnites domesticis operibus afflictis populariter in Hetruriam transfuere, ubi res eorum non minus q; alibi sunt atrociter accisa. Minturna & Sinuesfa quae olim Sinope fuit, coloniae deductae sunt. Plebeiae pudicitie ara ubi & quando constituta. Romana legio ad Clusium cesa est. Decius filius se dijs manibus deuouit pro sui exercitus salute. Fabius eius collega de Gallis & Hetruscis triumphauit. Samnites sacro inter se foedere rebellauerunt. Romani Samnitium opes ad Cominium ingenti clade affecerunt, nobilissimamq; eius gentis oppida capta sunt ac direpta. Quibus casibus Lysimachus fuerit apud Alexandrum iactatus, quibus & Sandrocus. Demetrius Antigoni dimidium Babylonis occupauit. Idem in Graeciam reuersus, Athenas in libertate uindidicauit. Athenienses exquisitissimos honores Demetrio decernunt. Demetrius Ptolemaeum in Cypro superauit. Antigonus & Demetrius filius primi ex successoribus Alexandri regiam appellationem & gestandi diadematis morem usurparunt. Quae Demetrius & alij quidam reges soliti sunt operari quum soli essent. Demetrius totius Graeciae est rex declaratus. Antigonus ad Hipsium amnem uictus perijt. Demetrius ab Atheniensibus exclusus Lysimachū bello petijt, mox classem exutus ad Seleucum generum confugit. Seleucus Stratonicen sibi matrimonio iunctam Antiocho filio concessit.

EX LIBRO OCTAHO.

XXXV **C**ausa & origo belli inter Pyrrhum & Demetrium gestae. Pyrrhus Demetrio cieto Macedonia occupauit. Demetrius uarijs casibus iactatus ad postremum Seleuco de datus in Syria Chersonesum relegatus fato defunctus est. Lysimachus & Seleucus bello congressi omnium in se gentium oculos uertere. Nec Seleucus Lysimacho cadenti diu superstes fuit. Aesculapius ex Epidaurō Romani delatus est. Romanorum legati à Gallis interfecti sunt. Qui fuerint Pyrrhi progenitores, & quibus puer casibus uersatus. Pyrrhus à Tarentinis accersitus, est uehementer in alto iactatus, tenuit tamen Italiam. Romani ad Syrim fluium à Pyrrho acie uicti sunt. Victor Pyrrhus ad decimum octauum lapidem uicinus urbi confedit. Pyrrhus C. Fabrij constantiam miratus, ad Romam amicitiam animum adiecit. Nulla Romana domus regis munibus patuit. Appij caci ferocis sententia pacē cum Pyrrho sciscendam discussit. Romanorū Consules Pyrrho per literas significarunt à quo capitalibus peteretur insidijs. Bis Pyrrhus paucis diebus Romanos praelio uicit. Ptolemaeus rex Arsinos sororis filios in eius complexibus trucidauit, ipse haud multo post temere cum Gallis pugna congressus mortem oc-

A cubuit. Galli Macedonia Ptolemaeo interfecto, ferro & igni populati sunt. Brennus Delphicū templum spoliaturus cum numerofo exercitu perijt. Gallorum pars terram occupauit, quae postea est Gallograecia dicta. Quibus inijs Agathocles tyrannus sit factus. Syracuse Agathoclis fraude in seruitutē reciderunt. Quae Agathocles praclare aduersus Carthaginenses gesserit. Idem Aphrica depulsus miserabilem sortitus est exitum. Quae fuerit Brutiorum origo, & quae ipsius nominis ratio. Pyrrhus ex Italia in Siciliam transijt, ubi multa sunt ab eo praclare gesta. Romanorum legio Rhegium nefaria ui occupauit. Pyrrhus ex Sicilia in Italiam reuersus, atque ad Beneuentum à Romanis uictus Italia excessit. Hebraica historia Philadelphi Ptolemaei iussu Alexandria est in Graecum uersa. Pyrrhus post multa in Graecia gesta Peloponnesum ingressus Argis est interfectus. Milites qui Rhegium occuparant, in potestatem redacti, Romae cesi sunt, ac securi subiecti. Quando argenteus nummus sit primum Romae percussus.

EX LIBRO NONO.

Hiero multa indole, sed maiore arte principatum est suscepit. Victus Hiero à Romanis haud multo post cum Romano populo societatem iunxit. Quando primum Romae gladiatorium munus sit editum. Primum belli Punici circa Siciliam apparatus. Carthaginenses à Romanis ad Agrigentum uicti sunt. Quo indolis rudimento sint Romani rem maritimam auspiciati. Gneus Cornelius consul cum parate nauium ad Liparam insulam est à Poenis interceptus. Nec multo post C. Duellius Carthaginensēs ad Mylas nauali praelio uicit. sequentibus consulibus eodem pugnae genere, Poeni ad Tyrrharia uicti sunt. Atilius Regulus, & L. Manlius Volscus consules ingenti Carthaginensium classe circa Lilybaeum disiecta in Aphricam transferunt. Regulus Carthaginenses terrestris praelio in Aphrica uicit. Serpens mira magnitudinis est ad Bagradā à Romanis expugnatus. Regulus post praclara facinora in Carthaginensēs edita, Xantippo Lacedaemonio & Poenis uictus, uiuus in hostium potestatem uenit. **CCLXXX**. Romanorum naues M. Aemilio & Fului nobiliore Consulibus iuxta Pachinum naufragio periere. Sequenti anno centum quinquaginta circa Panormum sunt uel bellica amisse. Metellus ad Panormum Afrubalem terrestris praelio uicit. Galli cum Antigono in Macedonia dimicaturi, uxores & liberos, desperatione rerum, prius quam in aciem descenderent, peremerunt. Demetrius Cyrenis in focus suae complexibus interfectus est. Beronices coniugis iussu, atque ibi quot Beronices fuerunt. Lilybaeum est à Romanis oppugnatum. Atilius Regulus Romam à Carthaginensibus missus, autor fuit ne captiuorum permutatio fieret, inde ad Poenos reuersus per exquisitissimos cruciatus extinctus est. Claudius Appij Pulcher ad Drepanū uictus classem amisit. Claudia Appij soror ob uocē unam temere emissam maiestatem re appellata est. Romani classe maris & hostiū iniuria duobus locis amissa pelago abstinerunt. Idem post aliquot annos noua classe freti bellū mari instaurant. Poeni ingenti praelio ad Egatis insulā à Lucratio consule uicti, Siciliae possessione cessauerunt. Seleucus & Antiochus fratres de Syria regno hostiliter confligunt. Asia regum discordia multis cladibus cōcussa est. Quis Liguriae situs, & qui ipsius gentis mores. Aphricani belli origo. Aphrorum consensus aduersus Carthaginenses. Matho & Spendius hostiū duces, Carthaginenses magnis affecere cladibus. Amilchar Spendij superat. Spendij seuitia in Carthaginensēs. Hanno & Hamilchar medio ardore belli in aperta erumpit similitate. Hamilchar hostes ad deditionē cōpulsit. Poeni Sardinia Rom. reliquerunt. Audaces Illyriorum motus Rom. armis cōpressi sunt, legesq; Teneae reginae datae.

Astru-

Astrubal mirifice re punita auxit in Hispania. L. Aemilius, & C. Atilius, Gallos ingenti praelio ad Thelamonē promontoriū strauere. ibi discrete dicitur, quantum pedatum equitūq; sit eo tumultu in tota Italia conscriptum. Marcellus Gallos ad Clastidium superauit, tertiaq; Feretrio Ioui opima retulit spolia. Cremona & Placentia sunt Coloniae deductae.

ARGUMENTA ENNEADIS QUINTAE.

Ex libro primo.

XXXVII.



Valis ab initio fuerit Achaeorum status. Achei plurib. sunt praelijs à Cleomene Lacedaemonio uicti. Rom. legati cōtumeliosum ab Actolis uulerūt re sponsum. Cleomenes Megalopolim diruit. Antigonus Lacedaemonios ad Gorgilium amnem superauit. In Hispania Annibal militū prerogatiua imperator appellatus est. Vaccei ad Tagū flu. à Poenis fusi sunt. Annibal Sagitum diripuit. Quoties Rom. cum Poenis foedus percusserint. Bellum Carthaginensibus est à Rom. legatis dictum. Annibal Pyreneum saltum transgressus, Gallos ad Rhodanum superauit. Boij in Italia rebellauerunt. Speculatoriae equitum ale Rom. Poenorumq; inter Masiliam & Rhodanum memorabili pugnae euentu conflixerunt. Annibal magna hominum & iumentorum clade alpes superauit. Romani ad Ticinū equestri praelio à Poenis uicti sunt, Scipioq; adlescens patrem seruaui. Poeni ad Lilybaeum, nauali pugna à Rom. excepi, aliquot naues amiserunt. Rom. ad Trebiam flu. ingenti praelio superati sunt à Poenis, & ad Placentiam mox altera est à Romanis clades accepta. Gn. Scipio Hannonem uicit in Hispania. Poenus Apenninū superare adortus subita tempestate exercitū propemodum amisit, & mox per restagnantia Arni loca in Hetruriam euasit. Flaminius cōsul ad Trasimenum lacum cum florentissimo exercitu caesus est. Duae subita Letitia matres Romae extinctae sunt. Fabius Maximus prodicator factus, feroces Annibalis conatus cunctando fregit. Poenus nocturno flammaram ludibrio Romanum ex Caliculano monte depulit.

EX LIBRO SECVNDO.

XXXVIII.

Gn. Scipio ad Iberi ostium Punicam classem profligauit, obsides Hispaniae ciuitatibus restituit. Fabius Maximus agrum suum uendit ab hoste intactum. Imperium aequatum est Minutio magistro equitū, & Fabio dictatori. Fabius suo occurso Minutium seruaui, & eius exercitum in Annibalis insidijs prolapsum. Hiero Syracusanus rem Rom. commertu & armis iuuuit. Captus esset insidijs Rom. exercitus ad Gerionem, Varronis temeritate, nisi Aemilij prudentia affuisset. Poenus Rom. ad Cannas uicū memorabili caede uicit. Maharbal scire Annibalem uincere dixit, sed nescire uti uictoria. Caelius Metellus & alij nobilissimi adulescentes de Italia deserē da agitates, Scipionis interuentu confirmati sunt. Sacrum Cereris est Romae intermissum ciuitate luctu occupata. Octo milia seruitiū militiae ascripta sunt. Qui ad Cannas deditio nem fecere, ucti sunt redimi. Pleriq; Italiae populi ad Poenos defecerunt. Quale Arati Sicyonij fuerit ingenium in re bellica. Qui Arcadum mores. Cur Rhodij bellum Byzantijs indixerint. Philippi regis gesta in Actolis, & quae mox in Arcadia, & reliqua Peloponneso gessit. Antiochus rex Syriae Molo nem res nouas in Media molientem oppressit. Nec ita multo

post ad Raphiā in Iudaea finibus à Ptolemaeo rege nobili praelio uictus, in Achaem, qui totam Syriam citra Taurum obtinebat, omnē belli imperiū auerit. Philippus rebus in Achaia compositis ad Carthaginensium societatem animum adiecit, classemq; ad bellum opulentam instruxit.

EX LIBRO TERTIO.

Annibal à Neapoli post Cannensem pugnam reiectus, ad Capuam obtinendam animum adiecit. Pacuius noua arte Campanam plebem nobilium studijs adiunxit. Campani cū Poenis foedus percussere. Perollas Pacuij filius cum Annibalem obruncare statuisset, precibus sui patris praesenti est con silio auersus. Magius uir nobilis Annibali petenti publice deditus est. Mago Cannensis cladis nuncijs tres annulorum modios & dimidium Carthagini in uestibulo curiae effudit. Hannonis & Himilconis senatoria altercatio memorabilis. Marcellus Poenos cum insigni caede à Nola repulit. Cassilinesi obfidione summa rerum omnium inopia, mus occ. est nummis emptus. L. Posthumius consul designatus, in Litana Sylua est à Gallis cum exercitu caesus. Scipiones post multa in Hispania feliciter gesta, Afrubalem in Italiam ire parantem, praelio uictum praesenti conatu auerit. Syracuse post Hieronis obitum à Rom. societate alienati sunt. Philippi regis legati qui ad Annibalem missi fuerant, cum literis intercepti, Romam missi sunt, & ad Capuam Hamas noctu sacrificantes à T. Graccho consule subito accessu oppressi. T. Manlius duplici praelio in Sardinia res hostium afflixit. Poeni iterum à Nola Marcelli opera cum caede reiecti sunt. Tauras Campanus eques cum Claudio Asellio ex prouocatione congressus cauillo pugnam detrectauit. Scipiones tres Poenorum imperatores insigni pugna profligatos trinis exuerunt castris. Hieronymus Syracusanus Hieronis nepos in Ledonibus est interfectus. Syracusaeq; sunt in libertatem assertae. Gracchus Volones libertate donauit, quod ad Beneuentū strenuē in Poenos dimicassent. Annibal tertio uictus est circa Nolam à Marcello. Poenus imperator indignam puellam Salapie insigniter amauit. Omnis Hieronis progenies à Syracusanis extincta est. Marcellus Leontinos captos diripuit. Syracuse à Romanis obfesse, praecipua Archimedis opera defensione sunt, atq; aliqua inibi de mira illius in mathematicis experientia. Athen. à Rom. praesidio ex composito occisione occisi sunt. Philippus rex ex Apolloniae ora à M. Valerio Leuino depulsus in Macedonia fugienti similis abiit. In Hispania bis Carthaginenses sunt paucis diebus cesa. Fabius consul iussit sibi patrem parere, & Arpos à Poenis recepit. Ceterum & amplius Campani equites ad Rom. transfugerunt. Quo tempore Romani mercenario milite uti ceperunt. Spei & Matuae templa Rom. dedicata sunt. Annibal Tarētū proditione occupauit. In Iudaea Nicanor Iosippi filius turrim sibi Tyrū nomine trās Iordanē edificauit.

EX LIBRO QVARTO.

Rome ludi Apollinares oraculo instituti sunt ac celestibus. Gracchus in Lucania in insidijs prolapsus cum paucis interfectus est. Centenius Penula cum numerofo exercitu est ab Annibale oppressus, paucisq; diebus interiectis, alter Rom. exercitus Fuluij Stultitia & temeritate ad Herdoniam est à Peno occisione occisus. Capua à Romanis obfidione circumfessa est. Marcellus Syracusas noctu cepit, caepas diripuit. Archimedes ignotus perijt. Duo Scipiones paucorum dierū spacio in Hispania ui bellica sublati sunt. Rom. exercitus Martij hortatu suorum duci ultus est mortē, caede multo maiore hostib. q; accepta esset repensa. Marcellus Poenos in Sicilia ad Himerā superauit. Rom. exercitus ad Capuā prospere uno tempore aduersus Poenos et Capanos dimicauit.

Ami-

Annibal Roman petit, ut Campanos eximeret obsidioni. Bis in conspectu urbis Pœni Romaniq; acie congressi subita tempestate dirēpti sunt. Annibal ab urbe repulsus in Brutios abiit. Pleriq; Senatorum Capue desperatis rebus uenenū hauferunt. Capua dedita est. Omnes principes ciuitatis cum reliqua parte senatus à Fulvio sunt securi percussi. P. Scipio admodum iuuenis in Hispaniam proconsul mittitur, & quedā inibi de eius geneti & uite instituto memoratu digna. Marcellus in Albano triumphauit. Aetoli aduersus Philippum regem cum Romanis societatem iunxere. Marcellus à Syracusanis in curia accusatus est. Romani omnem auri & argenti apparatus in bellicos uerterunt usus. Salapia à Marcello recepta est. Rom. classis ad Sauriportum disiecta est. Valerius Leuinus Pœnos ex Sicilia expulit. Carthago noua in Hispania ui capta est & direpta. Quæ Rom. Colonia in Italia militiam detrectarunt, & quæ in officio permanserunt. Aurum incensum. arum ad alendum bellum ex sacro loco est depromptū. Annibal plurib. praelijs à Marcello fatigatus, in Brutios fugienti similis concessit. Fabius Maximus Tarētum recepit. In Hispania Hasdrubal à Scipione praelio uictus est. Virtutis & Honoris ades à Marcello dedicate sunt. Marcellus & Crispinus consil. cum speculativa manu sunt à Pœnis oppressi. Annibal ad Salapiam suis artibus captus cohortem amisit. Punica classis à Leuino superata est. Philippi gesta in Achaia. Hasdrubal ad Metaurum fluuium à. C. Claudio Nerone & Liuiο Drufo cum ingenti exercitu casus est. Annibal nuncio tam fœdæ cladis percussus pro uicto in Brutios abiit.

EX LIBRO QVINTO.

XLII. Scipionis exercitus Syllani ductu Pœnorum copias fudit, mox maior hostium cedes secuta imperatoris interuētū. Philippi regis circa Græciam conatus, & res inibi ab Attalo & Sulpitio gesta. Scipio Pœnos duces sic uictos ad oceanū usq; est persecutus. Scipio & Hasdrubal apud Syphacem eodem toro discubuerunt. Gladiatorium munus Scipio Taracone didit in memoriam patris. Scipio militarem seditionē ad Syronem motam seuerè uindicauit. Mandonius & Indibilis à Scipione uicti arma exuerunt. Scipio cum Masinissa occultè societatem iniit. Insignis clades à Magone circa Carthaginē nouam accepta est, quam noctu occupare conatus fuit. Gaditani ad Romanos eiectis Pœnis defecerunt. Scipio pacata Hispania Romanam decessit. Saguntinorū legati benignè sunt Roma accepti. Scipioni Aphrica decreta est, ipse celeri studio comparatis quæ ad bellum atinebant in Siciliam transijt. Indibilis quum iam tertio in Hispania rebellasset acie uictus à Manlio Acidimo perijt. Lelius Scipionis iussu in Aphricam transmisit, ad cuius adpulsum Carthagini uehementer trepidatum est. Locri à Pœnis recepti sunt. Ex Pessinunte Idea mater est Roman deportata, & cum Philippo rege pax facta. Scipio Nafica Romanorum optimus iudicatus Ideam matrē publicè excepit. Claudia uestalis nauim cingulo traxit. Locreses Qu. Pleminium Scipionis legatum ad senatum detulerūt, qui uinctus Roman est ad supplicium deportatus. Syphacis legati qua sint arte à Scipione in concionem producti. Scipio in Libyam cum classe transmisit, cui Masinissa consilium affuit. Quibus ad id tēpus Masinissa fuisse castus iactatus. Liuius Salinator & Tiberius Nero contentiosam inter se cēsuram, & ob id insaniam, gessere. Bina hostium castra sunt nocte una à Scipione capta. Pœni iterum acie uicti sunt. Scipio Tunetem occupauit. Syphax tertio uictus captus est. Cirtam regiam urbem Masinissa occupauit, Sophonibamq; Syphacis coniugem sibi matrimonio iunxit, quam mox paulo ueneno sustulit, à Scipione temerarij facinoris admonitus. Mago ex Italia reuocatus, media nauigatione uulneris nuper accepti

iaetatione perijt. Annibal in Aphricam reuersus ad Zamam, ingēti praelio à Scipione uictus Carthaginiesibus auctor fuit, ut quibus possent conditionibus pacem à Rom. peterent, nec ipse multo post in uoluntarium exiliū abiit. Scipio legibus pacis Carthaginiesibus datis, naues quas illis ademit in alto combussit, exercitūq; in Italiam deportato eximū de Pœnis triumphum egit.

EX LIBRO SEXTO.

XLIII. R. Odius colossus, quem Chares Lyndius fecit, terræ motu corruit. Galli Placentiam diriperunt, & cum Philippo rege iterum bellari ceptum est. Philippus cum Antiocho rege societate iniit. Idem multa in Thracas & Abydenos ab initio gessit. L. Furius xxx. Gallorum millia uno die cecidit. Romani Chalcidem occuparunt, & Attica à Philippo hostiliter uexata est. Macedo ad Athalobum à Romanis praelio uictus, inde ad Ophagum amnem. T. Quintius eundē ad Aoi amnis fauces maiore uicit certamine. Thessalia uno tempore à tribus est exercitibus uexata. Achæi à Philippo ad Romanos defecere. xxx. milia insubriū sunt à Cn. Cornelio una acie caesa. Et Qu. Minutius cum Liguribus eodem tempore prosperè bellauit. Philippus & Flaminius ad colloquū congressi de pace nonnihil egerunt, sed pax conuenire non potuit. Romani ad Canis capita Philippum ultimo praelio superarunt, cui uicto Quintius pacis leges dedit, regnūq; restituit. Cato ad quadraginta milia Hispanorū una acie cecidit. Flaminius Nabidi Lacedæmoniorum tyranno bis uicto pacem reddidit, Græcisq; libertatem restituit. Iunonis, Matutæ, Fortune primogeniæ, Iunonis & Fauni ades uno sunt anno Romæ dedicate. Aristo Tyrius ab Annibale Carthaginem missus, supplicij metu, nocte inde aufugit. Boij per idem tēpus à Romanis uicti ad xiiij. milia bellatorū amiserunt. In sceneratores qui fraudem legi fecerant, est publicè animaduersum. Scipio Aphricanus ad Antiochū est missus, et Antiochus ab Annibale alienatus. Philopœmenis gesta, & quæ illius fuerit in re bellica meditatio. Quintius in Achaia conuentu perurbane in Antiochi legatum cauillatus est, bellicum regis apparatus immodicè extollētē. Cause belli Antiocho illati ultimo referriur loco.

EX LIBRO SEPTIMO.

XLIII. Antiochus Chalcide bello potitus, Thessaliam inuasit. Romaniq; exercitus superuentu inde facile pulsus est. Rex in Eubœa hyemauit, ubi in tempestiua nuptiarum apparatu indigenam puellam sibi matrimonio iunxit. M. Atil. Antiochum ad Thermopylas fudit, fusūq; in Chalcidem compulit. Aedes Idææ matris Romæ in palatio dedicata est, & lu di Megalesta celebrati. Galli Boij à Scipione Nafica magna sunt occisione occisi. Antiochi classis ad Ciffontem fusa fugataq; est à C. Liuiο. P. Scipio professus est se legatū fratri iurum, si ei Asia decerneretur. Regia classis ad Eurimedontem flu. à Rom. superata est. Scipio, copijs Helleponto in Asiam traductis, ad Caici flu. caput Antiochum memorabili praelio uicit. Uictus Antioch. ea regni parte quam citra Taurum tenuit, à Rom. multatus est. Qu. Fab. flamē Quirinalis à Licio pontifice est Romæ retentus. L. Aemilius xvij. Lusitanorū milia una acie cecidit. L. Scipio insigniter de Antiocho triumphauit. Ambracia ab Aetolis aduersus Ro. ualidè defensa est. Gn. Manl. Gallogræciā ingressus, Gallos montibus deiectos, cædeq; terrerima profligatos, tota Asia abstinere coegit. Tiberis duodecies uno anno urbem inundauit. Lacedæmonij ab Achæis presti coacti sunt Lycurgi instituta abolere. Duo Lucij Minutius & Manlius dediti sunt ad supplicij Carthaginensib. quia corū legatos Rom. pulsassent. Cn. Māl. qui Gallos uicit, legatorū inuidia propemodū fraudatus est triūpho. A. Aphricanus à duob. Petil. Trib. pleb. uexatus, post inuidiosam alter-

altercationem urbe excessit, Laterniq; reliquum uitæ egit. T. Graccho Cornelia est matrimonio locata. Scipio Asiaticus omnibus bonis publicè multatus est. Duæ nobles uiae Flaminia & Aemylia uno sunt tempore lapidibus stratae. Bacchanalia sumpto de pollutis supplicio ex tota sunt Italia sublata. In Hispania uario euentu est per id tempus bellatum. Seuera Catonis censura censoris illi in posterū cognomen dedit. Philopœmenes dux clarissimus à Messenij captus in carcere necatus est. In quod tempus incidit Aphricani & Annibalis interitus: in Bithynia hic ueneno cōsumptus est, ille fato in Laternino. Galli ex Aquileiensis agro eiecti. Philippus aduersus Romanos bellum occultè reparans, Hemum montem conscendit. Demetrium filium ueneno sustulit. Libri Nume in Ianiculo reperti publicè combusti sunt. Celtiberi bis casti in Hispania à Romanis. Per id tempus Aquileia Colonia deducta est, & in foro Olitorio pietatis ades dedicata.

EX LIBRO OCTAVO.

XLIII. Viri ingenio clari qui uno tempore fuerunt. Sempronius Gracchus CCC. Celtiberorum euerit urbes. Bellum Perseo filio Philippi indicium est. Bellatum est uno tempore in Ligures & Corsos, & in Illyrico. Gentius à C. Antonio est uictus. Aemylus Paulus post uarios ad Olympum montē conatus, Perseum circa Pidnam praelio superauit. Sulpitius Gallus lunaris defectus causa pro concione exposita, Romanum exercitum religio metu leuauit. Perseus in Samo thrae captus ad Aemylum perductus est. LXX. Macedoniæ urbes uno die ab Aemyllo direpte sunt. Aemylus egregium de Perseo triumphum egit, ibiq; quamdiu Macedonum regnū steterit diligens suppuitio. Antiochus Epiphanes Memphim occupauit, & in Iudæa Menelaus, & cum eo pleriq; alij Moisaicam legem abnegarunt. Antiochus Aegypto Roman. iussu relicta, Iudæos multis cladibus affecit. Matathias Machabæi pater res Israeliticis armis uindicare adortus est. Iudæi sabbatorum die quo dimicare lege prohibebantur, per occasionem sunt ab hoste casti: quo tristi euentu cautum est, ut sabbatis quoq; pugnare liceret. Iudas cognomento Machabæus pluribus uictorijs alijs super alias Iudæorum res in antiquū propemodum statum restituit. Antiochus Eupator Epiphanis filius Hierosolymitanū diruit templum, ipse à Demetrio patruo suo interficitur. Pontina paludes à Cornelio Ceibægo excecatae sunt, aquis multifariam corruiatis. Nafica Dalmatas uictos multis cladibus afflixit. Cato Carthaginem delendam censuit. Nicanor in Syria à Iuda Machabæo praelio uictus est. Victor Iudas cum Romanis societatem iniit. Nec mul-

XLIV. to post aduersus Demetrianos dimicans mortem occubuit. Ionathas Iudæ frater dux postea creatus est. Demetrius Iudæis pacem reddidit. Ipse ab Alexandro acie uictus perijt. Roma theatrum publico est decreto dirutum. Carthaginieses & Masinissa Scipione Aemyliano praelium spectante cruentam per diem pugnam decreuere. Ingens Carthaginiesium exercitū à Masinissa obsessus fame & pestilentia deletus est. Romani Carthaginiesibus bellum inferunt. Carthaginieses CCC. pueros obsides Ro. consulibus dedere. Idem arma Romanis tradiderunt. Carthaginieses desperatione adacti urbem tumultuose munierunt.


EX LIBRO NONO.

XLV. Situs Carthaginis quam opportunus fuerit, & qualis urbis apparatus. Romana classis à Pœnis igni cōsumpta est. Prospera Scipionis frumentatio. Masinissa rex iam grandis natu uita defunctus est. Cato octogenarius Scribonem legem suast. Scipio Aemilianus ante legitimos annos factus est consul. Militarem disciplinam in Aphrica correxit. Carthaginē terra & mari circūdedit, Nopherim expugnauit. Carthago capta sex dierum spacio excisa est. Quam diu steterit Carthago. Andristus qui Macedoniam occuparat, Rom. deditus est. Corinthus à L. Mumio excisa est. Carthago, Corinthus Calcis & Thebæ modico amori interuallo excidio deditæ sunt. Romani duces sunt à Viriato in Hispania superati. Demetrius rex Syriæ, uarijs casibus iactatus, postremò à Parthis fraude captus in Hyrcaniam relegatus est. Iudæorum res mirificè auctæ sunt Ionathæ ductu. Qui fuerint Hierosolymis Pharisæi, Essenij, & Sadducæi. Numantinorum successus aduersus Ro. imperatores. Mancinus Numantinis deditus est. Romanus exercitus, Decij Iulij ductu, Lethe fluuio in Hispania superato, ad Oceanum peruenit. Seruile est bellum in Sicilia ortū. Ionathas Diodoti fraude captus in Galatide ab eo interficitur. Hierosolymorum arx diruta est. T. Gracchus Tribunus plebis in Capitolio à nobilium factione occisus. Nafica, quia auctor fuisse Gracchanæ cædis, odio ciuim ex urbe ablegatus in Asia perijt. Numantini à Scipione diu fatigati, ad postremum incensa urbe, uxores, liberos, seipsos, aut ferro aut ueneno consumpserunt. Seruile bellum in Sicilia ad exitum est perductum. Crassus pontifex in Asiam aduersus Aristonicum missus, ab hostibus captus infelicitè perijt. Aristonicus haud multo post captus, & Roman. perductus in carcere necatus est. Tetra pestilentia Aphricam inuasit, qua in mensa uis mortalium absumpta est.

M. ANTONIVS SABELLICVS, AVGVSTI

NŌ BARBADICO, SERENISSIMO VENE-

tiarum principi & Senatui felicitatem.



RAT *Vrbs uestra Augustine dux inclyte, & Patres amplissimi, mille & amplius annos nata, florebatq; Venetum nomen multa celebritate & opulentia, lateq; imperitabat, neq; adhuc scriptorū defectu, tantæ rei principium, prosperiq; successus, externis erant gentibus satis noti: multiq; mortales, ut credere par est, iniquo ferebant animo, res gestas eius ciuitatis in obscuro esse, quam ob stupendum urbis situm, famæq; immortalitatem iam ubiq; partam præter cætera, humanæ gentes in terris mirarentur. Sed quo alij consilio hanc laudem neglexerint, suæq; ipsorum famæ non minus quam uestræ inuiderint, difficile est iudicare. Ego non quia plus potui quam quiuis alius, sed quod multo plus uolui, omnium exterorum, quod dicere liceat, primis audaci quidem conatu, sed euentu, ut arbitror, nihil pœnitendo, res uestras à primordio urbis perscripsi ad nostrorum usq; temporum memoriam, sumq; lucubratione illa id affecutus, ut qui urbem medijs fluctibus natam, magna auctam indole, legibus stabilitam, fama tantum nouerant, literarū testimonio cognoscerent: & qui rem tantam animo concipere nequiuerant, uelut ex insigni tabulæ figuratōne oculis intuerentur. Et multi per hæc Princeps & Patres optimi, cum Venetæ felicitatis, tum uirtutis uestræ, maiorumq; uestrorum, haud iniucunda relatione leclitant, quæ uos, quæ illi, domi forisq; terra ac mari, tam sapienter quam feliciter gessistis. Cæterum ne non semper apud me aliquid uobis, uelut in nummaria officina, cuderetur, ecce dum res uestræ alibi leguntur, domi alterū recens, multoq; maiorū uigiliarum opus est uobis natum, ita ab initio destinatum, ut uestro, non alterius nomine in apertum referretur. Sunt quæ nunc uestro nomine inscribuntur, Eneades septem (sic enim nec temere partiri placuit, tres & sexaginta libros) quibus à prima mundi origine, ad Romani imperij inclinationem, in quæ tempora, auspiciatissimus uestræ urbis ortus incidit, omnem sacrarum profanarumq; rerum sum seriem complexus, rem quidem operosam, laborisq; propemodum inexhausti: sed quæ, quum rerum uarietate multum delectare possit, tum optimorum multitudine exemplorum supra quàm dici queat legentibus prodesse. Verum fuerit ne operæ precium id facere, alij æquius iudicabunt: ego ex tam longa lucubratione, satis mihi consecutus uidebor, si dum reliqua pars instituti operis ad nostram usq; textitur atatem, per hæc meum uobis probabitur studium, quod qui res Venetas per me antea legerunt, hæc quæ aliarum sunt gentium, Veneto nomine legere incipient.*

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORICAE

RIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEA-

DIS PRIMAE,

LIBER PRIMVS.

Consensus hominum de mundi constitutione



Primorum parentum origo. Adam unde.

Paradisus terrestris.

Caini ortus.

Abelis caedes. Primi parricidij ultio.

COELVM & hanc uniuersam formam, cui ab ornatu & elegantia forma Mundū appellari contigit, solem, lunam, & omnia quae supra infraque terram caeli reguntur circumflexu, ueri singularisque dei id opus esse, cum ueteres prophetae tradunt, uiri, a quibus stultum sit & impium dissentire: tū pau-
corum uanitate exclusa, ipse humani generis praedicat consensus. Constans hominum opinio est, & fides ab initio recepta: quod aeterna illa maiestas rerum omnium opifex senis diebus, quos Moses diserte posuit, operata: Primum lucem a tenebris discreuit, quum iam rudis adesset materia, eademque informis, quam deus a principio parauerat: Fuitque haec omnium prima lux, quae mundo affulsi. Nox illi continuo iuncta est. Coelum inde in sublimi constitutum, idque firmamentum appellatum. Tertio deinceps die terra stabilita, humorque terrae circumfusus. Sol quarta luce, luna, & stellae, mundo emicuerunt. Harum paucae, ut maiora illa lumina, certis errant spatijs. Caetera multitudo, quae porro immensa est, uarie lateque diffusa, pene innumeras rerum & animalium perscribit effigies. Mox uolucres & omnia natantia duobus sunt elementis data, postremo reptantia, & ipsum quadrupedum genus attributum est terrae, & cum his nobilissimum animal Homo: qui unus caelestem mentem sortitus, quia ex rubetis terrae uena fieri contigit: Adami nomen postea ex ea re tulit, mulier Eua nūcupata, quae ex huius latere ineffabili uirtute deprompta est. Atque ipsum humani generis principium tale fuit. Hi in amoenissima terrae parte constituti fluminibus quaque uersum irrigua, (locus a uiridanti facie hilarique aspectu paradisi graia est uoce appellatus) primo beatissimam uitam agere, malorum omnium expertem, terra sua spore ferente omnia. Caeterum lege aberrantes, quia qua fuerat eis arbore interdictum non abstinuissent, amoenissimo incolarum, sedeque illa beatiore pulsi, solum flebiliter uertere. Cohibita deinceps tellus quum nihil ultro ferret amplius, per sudorem, & erumnam, uitam agitare. Subijt inde morbus, tentareque ceperunt frigora & aestus infueta corpora, quae uitae incommoda protinus adeunda oraculum praedixerat, si minus diuinae legi paruissent. Cainus primo ex his genitus, secundo dein loco Abel. Pietatis hic cultor, contemptor ille, hic pastor, ille agricola, hic mero lacte litat, ille frugum primitias offert, nec oblati proficit. Parit aemulatio (ut solet) odium. Id maiorem fratrem armat in alterius perniciem. Incautum excipit, exceptum subita uis perimit: ex scelere scelus oritur, contumacia ex culpa. Fratremque cedis reus est caelo postulatus ubi esset Abel, nihil sibi cum Abele esse respondit, cui neque comes datus esset, neque cultos. Hanc hominis intemperiem iudex ille summus & uindex detestatus, extorrem patrio solo deiecit, deiecto fore comminatur ut ipse sceleris autor, & omnis cum eo posteritas in septimam progeniem per uaria uitae supplicia expiaturi essent Abelis sanguinem. Caeterum tantum abfuit, ut poenali ille exilio in melius uitam mutauerit, ut auare etiam & superbe inter suos postea uixerit, nec etiam sine ambitione: quantum id uitium

A mundo adhuc recēti in eo mortalium coetu, qui sub eo fuit, potuit eminere. Enoch huius filius Iradem genuit, ex Irade foecunda orta est soboles, ac late ges in nepotes propagata: ut ex uno Lameche, qui fuit Iradis nepos promiscuae stirpis septuaginta & amplius sint liberi procreati. Nec tam numerosa progenies ab autoris sui ingenio multum abijt diuersa. Ex malis fere mali procreatur. Pluribus itaque unius ue-
stigia secutis, adeo nequitia inoleuit: ut quicquid iam inde sceleris tulit uita usque ad diluuium, id uni geti acceptum referat humana pietas. Fuerunt in tam longa serie fama illustres, Tubal, & Tubalchan, hic aeriariae artis inuentor, ille musicae. Graeci scriptores & Romani Graecos secuti mysterij huius ignari, utraque inuentionis laudem in alios conferunt. Sanctior reliqua Adami soboles. Vixit ille annos noningētos & amplius, multumque interim praeter eos quorum mentio facta est, sunt filij ex eo orti, quorum iustissimus Seth, quum disciplinam a parentibus per manus acceptam, posteris incorruptam reliquisset, autor fuit: ut qui longo iam inde sunt ordine secuti, in antiqua pietate permanferunt. Ab eodem prognati, rerum coelestium rationem primi mortalium indagasse traduntur: duaeque ab his columnae diuersa materia constitutae, lateritia una, altera lapidea, in quibus rotum de con summatione mundi arcanum exscripserunt: dubium literis, an animalium caeterarumque rerum figuris, quas postea sit Aegyptus imitata. Persuasum (quod facis constat) habuerunt fore aliquando, ut nunc humor nunci ignis: omnia esset uis sua consumpturus, quod mysterium, ut ad posteros maneret diuersa est materia in columnis quaesita, ut alterutra fuisset clades secuta, lateritia uis ignea, lapidea aquis resisteret, atque ultra par iniuriae fuisset, rem omnem posteritati traderet. Mox uero adolescente mundo, quum iam terra frequentius coleretur, quo maior humanarum gentium uis erat, eo magis uitia inualescere, uitaque in peius labi. Iniuria pro innocentia haberi coepit, pro pietate numinis contemptus. Postremo eo per licentiam & libidine processit scelus, ut uix Noe mortalium unus sit repertus, cui iustitia cura esset. Is humani generis scelera castigare adortus, quum nihil pia praedicatione proficeret, essetque res non procul ab iniuria, ubi parum tutam fore credidit innocentiam in media nequitia destitutam, cum tota domo e medio discessit. Tum uero neque modus neque modestia fuit amplius peccandi, omnique pudore sublato, abijt ges omnis in omne nefas, donec profligata ex omni parte uita, diuinam mentem subijt cura, omnium hominum una clade extinguedi: Noe duntaxat uno cum tota domo, quia in antiqua pietate perstaret, seruato, ut esset per quem humanum genus posset ex integro reparari. Hunc itaque deus supeme affatus, breui futurum commonet, ut immensa uis cataclysmi omnem terram operiret inundatione: iret, sibi que & suis ingentem moliretur arcam, qua ex omnibus uolucris, & ijs animantibus quae terram incolunt, marem cum femina sedulo conderet: ut esset rerum omnium uelut paratum ad instaurationem seminariū. Paruit oraculo pientissimus senex nauigioque ad id apte fabricato, caetera rite comparat. Fuitque id multorum annorum opus. Paruit in longum moles cubita centum quinquaginta, latitudo quinos habuit

Enoch. Lamech. Sobelis incrementa.

Tubal & Tubalchan.

Seth.

Primorum caelestium indagatio.

Columnae mundanae con summationis indicantes.

Noe.

Oraculum futurum cataclysmi.

Arca magnitudo.

Diluium. pedes & quadragenos. Recentiore inde monitu instructus Noë appropinquare diluuij tempus, cum uxore, liberis & nepotibus arcam ingressus est. Quadraginta deinceps dies tataris aquarum caelo deiecta est, ut non ima solum loca sed ipsa quoque altissimorum montium cacumina quindecim cubitis transcenderit inundatio. Atque ita contigit, ut una clade omnia quae tum in terris animalia fuere, praeter pauca quae mystica nauis tuebatur, sint cum uolucris extincta, & cum his gigantes, qui super terrae faciem ea tempestate fuisse dicuntur. Id cum diuinae literae tradunt, tum Ethnici scriptores quidam, & in his Plutarchus Cheronaeus, qui Gabinum securus Anthetis sepulchrum scribit in Mauritania à Sertorio dirutum, ossaque in eo conditorio portentosae magnitudinis reperta, ipsum rei miraculum fecisse, ut injecta religione eiusdem imperatoris iussu sit moles Herois manibus instaurata. Plinius auctor est in Creta insula quodam ibi monte (dubium occulto motu terrae an uetustate) conuulso, cadaver sex & quadraginta cubitorum repente extitisse, quod Orionis fuisse quidam crediderunt, alij Etionis. Astipulantur ueteri opinioni Orestis ossa Tegeae in Arcadia (ut Herodotus ait) oraculo refossa, quae & ipsa portentosae magnitudinis. Narrabat ad haec mihi hospes quidam meus homo haud uulgari fide, diuque in terra Graecia uersatus, paucis ante annis quam haec commentaremur in Creta insula, ea parte qua ad meridiem obuersa est, operarios quosdam indigenas immanis arboris truncos ad naualem fabricam radicibus eruere molientes in humanum caput dolij instar incidisse, idque imperiti homines quum temere attrectallent cõfestum putri uetustate solutum in puluerem abiisse. Caeterum dentes stupendae magnitudinis ad insule magistratus delatos rei fidem fecisse, quorum unus Venetijs hodie in priuata domo pro miraculo uisetur. Fuit omnis terra sub aquis quinos circiter menses, estque arca in Cordio Armeniae monte (ut Berolius prodidit) fluctibus destituta. Vnde aliquot post aetates finitimi locorum accollae bitumen, quo fuit illa oblita, ad expiationes quaedam sibi petere soliti sunt. Coruus auis, quum iam diluuij decrementa sentirentur: coepisset ne terra adhuc uspiam existeret, prior est arca ad explorandum missus, haud quidem rediturus sicubi tutus consistere potuisset. Eoque non redeunte, deinceps coluiba mittitur: haec reperi uolatu haud multo post oliuae surculum habens, ad arcam reuersa est: eoque argumeto laetatus Noë sensit terram remittere diluuiio iam dudum in emeris esse. Atque ita ad Cordie iuga letatus, cum tota domo nauis est egressus. Ipse postea locus ab re egressorij nomine tulit. Et Noë Lamechis filius hoc maxime modo est diluuiio seruatus. Fuitque hic annus Cataclysmo insignis (ut Aurelio Augustino placet) sexagesimus secundus supra ducentimum ac bis millesimum ab orbe condito. Subtrahit huic numero Eusebius annos xx. Hebraeorum supputatio (ut uterque auctor scribit) mille duntaxat annos & quingentos quinquaginta sex à protoplasto ad diluuium colligit. Quod si ab eius interitu sumit principium, haud multum ab ijs discrepat, quos in historia sequimur. Meminerit huius humanae cladis praeter Mosem & Berolium, cuius nuper metio facta est, Mnascas Damascenus, Hieronymus Aegyptius, & alij plerique rerum scriptores: meminit & Plinius in naturali historia qui Ioppen Phoeniciae oppidum in Samariae ora terrarum diluuiio anti quorem prodidit, neque enim recentioris illius, quod circa Arcadium sub Ogyge factum memorat, nullus ad ea loca peruenisse uideri potest sensus. Coluit inde terram Noë iam senior factus, primusque mortalium utris usum ostendit: quo contigit ut inueto uini haustu ebrius factus, parum caute in aperto iacuerit. Eum iacentem Chamus cõspicatus

(fuitis unus ex tribus filijs, qui cum Noë diluuium superauerant) fratres ad spectaculum accersit, ridiculum, ut ipse tum fortassis interpretatus est, caeterum impium ac filio nefarium. Illi ubi ad patris conspectum uenere, pudore simul & pietate adducti, subito uelaminis iniecti, iacentis uerenda operiunt. Quae posteaque tenex ebrietate experrebat facta esse cognouit, Chamus diris execrationibus insectatus, ut impium abdicat. Consedit ille profugus cum uxore & liberis in ea parte Arabiae, quae ab ipsius nomine postea nomen sortita est. Hinc tenebrae illae ortae creduntur, illa summi uerique dei ignoratio, quae omnes terras execrandis errorum ambagibus implicuit. Hinc hominem auctoris sui prima cepit obliuio. Porroque alienatus multis deinceps seculis fuit malorum daemonum incipio. Neque Chamus ullum sacrorum ritum posteris tradidit, nullum enim à patre acceperat. Quae res effectit, ut qui procedente tempore alij post alios ex ea terra uelut in colonias missi diuersa mundi loca tenuissent (creuit enim supra modum abdicata soboles) in errores inciderint inextricabiles. Qui in Aegyptum primo transiuerunt, quum aperto caelo agentes noctu sidera intuerentur, caelestium luminum motum pulchritudinemque mirati, quae eo intensius ab illis seruabantur, quo sereniore sunt in ea terra quam alibi tempestates. Solem & Lunam, uelut certum illis inesset numen, pro dijs colere coeperunt: Iisdem haec, illum Osyrum nominantes. Neque sunt his diuersa quae Graeci scriptores de prima eius gentis religione memorant, nisi quod eorum quidam Aegyptios mortaliu ueritissimos prodiderunt, ignari scilicet profectiois huius, & ob ea re indigenas fuisse rati, qui ab initio eam terram tenuerunt, quum aduenae illi haud dubie fuerint, atque ex Arabia ut Hebraei cae uetustatis auctor Iosephus scribit, egressi. Id multo uerius traditur, quam quod Graecorum quidam non minus in epete quam impie prodiderunt: hominem ibi foetifica tellure ut caetera animalia à principio ortum. Sed sic certe oportuit, ut ueritate semel amissa non pauci existeret, qui stulte multa asserere auderent, qui que temere assertis aliquanto stultius accederent. Inde eo processit humana temeritas, ut ignem, aera, mare, terram caeterasque mundi partes, quae ad rerum procreationem attinet, uelut suum omnibus inesset numen diuinitatis nominibus consecrauerit: hinc uitalis spiritus Iuppiter dictus, ignis Vulcanus, Pallas aether, Tellus Ceres, aliaque alijs nominibus. Postremo tantum sibi hominum furor indulsit, ut mortaliu quibusdam quia mortales costilio, opibus, utilibus inuētis, doctrina excoluissent, diuinos honores decernere non dubitauerint, atque eos praefertim, qui ea nomina tulere, quae & ueteres illi, quos tetustas ab initio cum sole & luna consecrauerat. Hinc Ideus Iuppiter, Ceres, Vulcanus, Isis, Osyris, & cum his recentiores, qui sunt in deorum numerum relati, Apollo, Mars, Cupido, Mercurius, & alij, ab illis procreati. Sed quam stulte humanae gentes confinxerint sibi haec, aut ficta receperint, potest ex eo facile intelligi, quod infados amores, Stupra, Caedes, Adulteria, Furta, aliaque flagitia eorum, quos caelo intulerunt, cerimonijs inseruere, tanquam per scelus & nequitiam ad superbos iretur. His semel malis posteritas imbuta, usque ad humanae salutis annos, Pacem, Bella, Inducias, Foedera, omnia sacra & prophana malorum daemonum imperio habuit obnoxia. Nec tenebrae illae rerum tantum ex Aegypto profectae, sed quascumque à principio terras tenuerunt à Chamo procreati, uere pietatis ignoratio simul & infanda seruitus coepit. Caeterum nulla unquam telus plurium fuit coloniarum mater, quam Arabia pars illa, quam Chamus paterna domo profugus insedit. Tantam humano generi cladem intempertium unius artulit exilium. Contra Semi & Iaphetis prognati, legitime à maioribus instituti, modicis

Vnde uere pietatis obliuio orta.

Isis & Osyris.

Aduenae Aegyptij non indigenae.

Iuppiter, Vulcanus, Pallas, Ceres.

Quid profuturum sit sacra historia.

Uita longa.

Cur longa homini ab initio uita data.

circis finibus contenti, haud tam lateat illi sunt per omnes terras euagati. Quo accidit ut ueritatis studium, pietas dico & ueri dei cultus, apud unam duntaxat gentem, ad Melsiam usque tempora in occulto fuerit. Ab Habraamo Ilaachi patre gens nomen sortita est, atque Habraei primo dicti, mox & Iudaei à Iuda Israëlis filio Habraami pronepote. Aurelius Augustinus (à quo dissentire pudeat) ab Hebero, qui ex Noë atnepotibus unus fuit, Heberos primo, mox Hebraeos nominatos auctor est. Horum res gestae etiam non adeo magnificae sunt & amplae, ut uno ueri dei cultu adempto, sint usque adeo memorabiles, haud tamen ita tenues reperiuntur, ut à peregrinis scriptoribus temere praeteriri debuerint. Iosephus auctor est Demetrium Phalerium apud Philadelphum Alexandriae regem plerique audientibus quandoque affirmare ausum, non licuisse Graecis hominibus Hebraicam historiam attingere, quin illustrium scriptorum quosdam eam rem tractare ausos, aduersa mentis ualetudine, & languore corporis tandiu conflitatos, donec ab incepto destitissent: tanquam id arcanum prophanis esset gentibus, manifesta ira numinis, interdictum. Sed siue hoc fuerit, siue rei ignoratio, quae non adeo in multos uulgata esset, Graeci & Romani scriptores pertinaciter ab omni sacrae huius historiae relatione abstinerunt: ut de industria uideantur silentio rem tantam praeteriisse, quippe quam suorum popularium aures, ob ea quae de dijs à maioribus acceperant, sine offensa audire non potuissent, fuisse haec tractantibus uel inuitis ueritas expressa, quod illi non modo non fecerunt, sed si quis etiam scriberetur rerum serie tractus in Iudaicae religionis, quae una tum in terris uera fuit, mentionem incidit, eam ut uanam, & in qua nihil praeter nubila colerentur, sit arguere conatus. Verum quoquo modo res omnia est: non pauca memoratu digna, à ueritissimis eius gentis regibus gesta reperiuntur: multa & ab ipsis ducibus, quibus pace & bello postea usi sunt, quae non sine odij & ambitionis suspicione uideri possunt ab alijs praetermissa. Nos non tam ut nouo exemplo id facere uideremur, quam quod ad institutam historiam omnium gentium, siqua sunt relatu digna, pertinere arbitramur, eadem illa per partes à nobis explicanda censemus. Afferetque res ipsa non solum rebus dicendis decorem, ob uarietatem, sed laborum etiam leuamen maximum: quado in tam longa rerum serie pericribenda, eo meliore & spe & fiducia futuri sumus, quo minus longe à uerae pietatis cultu & assertione recesserimus: dum quaecumque mira in humanis olim rebus, ac praeter hominum opinionem euenere, non ad fortunam & malos demones, sed ad diuinam refero providentiam. Quod mysterium una haec in toto orbe gens, & pie ab initio didicit, & quae didicit constanter & incorrupte diuissime seruauit. Noë igitur noningetos & quinquaginta natus annos uita decessit. Scio ego tam longo hominis aetate historiam fidem abrogari, si quis ad hanc uitam, quae hodie uiuitur, respexerit. Sed fide non parua opus est ad diuina opera credenda. Quanquam non uideo, quid magis ineptum fieri possit, quam caelum & omnia quae caelo continentur, mira & ineffabili ratione à deo condita affirmare, hominem animal nobilissimum, rationis, caelestiumque rerum capax, quod summus ille uniuersi auctor terra suscitauit, non potuisse, nec si potuit, non debuisset quam diuissime in uita retineri, praefertim mundo adhuc recenti: quum in tanta solitudine, humano genere aucto imprimis opus esset. Et si sub ipsum mundi exordium caelo & elementis minus noxijs, longior (ut quidam suspicantur) potuit homini uita contingere, quod in hac senescentis seculi fece euenire non possit. Adijciunt qui sacram scribunt historiam, aliam adhuc causam, quod id-

circo tam longa sit uita homini à principio data, ut is simul multos procrearet, commo diuinae operae naturae longa exploraret experientia, diligentiusque explorat: posteris traderet, quod eorum plerique fecisse existimantur. Sed ut unquam res excipienda est Berolius Hellacinus, & alij uetustissimi rerum scriptores, longissima haec humanae uitae spatia pro confelsis tradidisse dicuntur. Astipulat huic fidei, quod in aperto hoc rerum declinio, Macrobij, Aethiopes, Seres, & Hiperborei centenis quadragenis annis uiuere creduntur, Pandoreque gens Indica ducentis, ut Cnidius Cretias prodidit. Sed de his pluribus fortasse quam opus fuit. Nunc ad ea stilus reuertitur, quae post diluuium in utraque gente usque ad Habraami tempora euenerunt: nam is in Assyrij regni primordia penè incidit, unde suum Ethnica historia hauriet principium. Memorabilis igitur cataclismi clades, recensque memoria, diu mortales tenuit in montibus. Postea uero quam ad ima est descensum, quod cunctantius factum credere par est, quum non multum his locis se adhuc crederent, ueriti ne ipsi aut qui post se nascerentur, eandem uim quam & maiores sui, experirentur. Nembrothus Chami nepos uir facinorosus, multumque uitae temeritatis referens, turrim eminentissimam est aedificare adortus: ut si subita uis aquarum iterum terram operuisset, paratum haberet cum suis profugium. Id proprius uero est, quam quod alij tenent, sperasse eum molis altitudine caelum occupare. Hic rem miram accidisse aiunt, quod diuina uoluntate factum equum fit iudicare, quum aliquot stadia opus in arduum creuisset numerosa illa operantiu manus, quae erigenda molifuerat adhibita, linguarum conuersione facta, continuo dissidium passa est: sublaço sermonis commercio, non quod praeciperetur satis quisquam intelligere, neque ob id dicto obtemperare, atque ab ea re nomen intermissio operi datur: ut Babel, quae uox apud Chaldaeos confusio est, iam inde fit turris nominata. Quidam existimare uidentur, in Mesopotamia id fieri contigisse, ut non omnino ineptum sit credere, à memorabili illo tempore Babyloné quae his postea locis condita est, fuisse nomen adeptam. Sed rei tam uetustae difficilis est coniectura. Nembrothi (quod perspicue traditur) audacissimus conatus hunc exitum habuit. Iosephus quem in Iudaicae historiae relatione potissimum sequor, auctor est, ex Noë pronepotibus, & ex ijs qui ab illis orti sunt, alios alias terrarum oras, uelut in colonias profectos, occupasse: atque ita factum, ut non solum gentes populique, quorum conditores fuissent, ab eorum sint nominibus appellati, sed plerique etiam urbes inde nomen sortitae. Caeterum Graeci barbaram uocem auersati, aut illa ex integro, ut idem ait, immutarunt, aut magna ex parte inuersa, ut à prisca uoce multum discrepant, efferunt. Durare tamen adhuc quaedam, quae ueteri opinioni astipulantur: in Phoenicia Tyrum, Tharsum in Cilicia, in Cypro Cithin, & alia in quibus referendis est ille maic rem in modum occupatus. Adijcit Medos, Armenios, Hiberas, Cappadoces, Paphlagonas, Phryges, Pamphilios, Cilices, Palaestinos, Sabaeos, Syros: & ad meridiem Aegyptios, Lybes, & Mauros. Quae sane nomina sint ab ipsarum gentium conditoribus, qui iude & Hebraei fuerunt & ab Noë prognati, longa nepotum usque ad Habraamum serie deducta. Is decimus ab eo fuit. Eratque Mesopotamiae incola, quum impia superstitio eam quoque inuasit terram. Caeterum unde id malum sit ipsi genti illatum, parum perspicue traditur. Habraamus aegre ferens, quod & ueri & singularis dei cultu neglecto, uulgo daemonibus seruiretur, sublataque iustitia ueritatis obliuio plus nimio inoleuisset, palam hominum stultitiam increpare, quod uere pietatis obliuio, sese nefariae superstitio adicerent

Qui hominum hodie diuissimae uiuant.

Nembrothus Turris Babylonica causa.

Vetustae ex Noe pronepotibus colonia.

Plurium gentium origo.

Habraami praedicatio.

quin tollerēt in cœlū oculos, atq; inde sibi quærerēt, cui solennes redderēt preces, cuius providentia cœlū & omnia regerentur, illi preces funderent, vota facerent, hostias immolarent, non uanis imaginibus quas ipsi stulte fabricassent. Peperit uera prædicatio ingentem homini inuidiam, uulgoque, ut impium auerſari, nec procul aberat quin in eum populariter impetus fieret. Ad quam iniuriam declinandam in eam Arabiæ partem cum uxore transijt, quæ Cananæa nuncupata est, hicque ara ad tempus extructa hostiam deo immolauit. Profectionis huius, Hecataeus & Damascenus sua uterque in historia meminerunt. Inuasit nec multo post eam terram fames ingens, quod ille malum ut ad tempus declinaret, in Ægyptum proficiscitur, terræ copiam & feracitatem secutus. Hic pro magno negotio habuit cum ipsius gentis sacerdotibus congregari, ut quid illi de mundi creatione sentirent, deque prouidentia, per otium cognosceret: qui si ut ceteri a uero uisi essent aberrare, per mutui colloquij speciem, gentile eis arcanum reuelaret, alliceretque ad ueri dei cultum & uenerationem. Saram coniugem quia eleganti esset forma ipsius gentis intemperiem ueritus, sororem assimulat. Constantis fama erat Ægyptios in alienas esse fœminas intemperatissimos. Sed omnium maxime Pharaonem formidare, qui per id tempus late regnum in ea terra obtinebat. Atque ita accidit, ut eandem illam iniuriam pene acceperit, quam ab initio præuiderat. Cœperat regem mala libido Saræ ad stuprum rapiendæ & iam illi totus imminabat, quum sacerdotis regi nuntiant, diram adesse pestilentiam quæ cœlesti ira orta uideretur, quod in animo habuisset alienigenæ mulieri stuprum inferre. Deterritus ea uoce Pharaon non solum iniuria abstinuit, sed inficitia coram excusata, Habraamo satisfecit, identidem affirmans se persuasum habuisse, ut soror hospiti non uxor adimeretur. Cæterum eo consilio fuisse eam abducturum, ut in legitimæ coniugis postea haberet loco. Verum ubi satis compertum haberet, mulierem ipsam thori confortem esse, non sororem, nihil fore amplius, cur à se iniuriam pertimesceret, tuta ubique ambobus omnia futura: addit & munera non parua, & partem agrî iussit peregrino homini assignari. Augustinus autor est, Saram ab rege abductam, ut pro uxore haberetur, sed intactam, ab eo dimissam ijs prodigijs quæ sub id tempus facta essent, exterrito. Fautoreque per hæc conciliato, quum per se Habraamus esset plerisque ob diuinarum humanarumque rerum peritiam charissimus, breui in multam euasit celebritatem: Sunt qui scribant astrorum rationem Geometriæque ab eo Ægyptijs demonstratam, etsi Græci scriptores & Romani, qui Græcorum uestigijs insistant, Geometriam in Ægypto ortam arbitrantur, nec aliunde illatam, ut annua Nilu alluione agrorum fines turbante, eius terræ accolæ crebra dimensioe artem inuenerint. Cæterum satis honestam illi erroris causam habuere, qui quum scirent eam artem primo apud Ægyptios uulgatam, pulcherrimi inuenti, atque uitæ hominum utilissimam, indigenam hominem, non aduenam autorem opinati sunt, pari errore fideralis scientiæ inuentum ad Zoroastrem Baſtrianorum regem referentes, qui Nino regi fuit æqualis, quum ante diluuij tempora, si Iosephus ueris est autor, mortalium quidam, ac deinceps Noë, & qui illi longo ordine successerunt, in cognitione eius rei uersati sint. Sed quando ad id uenimus, ut de Nino à nobis mentio hoc loco fieret haud immemores, quæ fuerit ab initio historiæ huius professio, ut ratione temporum sedulo obseruata, humana diuinis iungeremus, nihil certe facere poterimus à nostro instituto minus alienum, quam si ijs, quæ ad hunc locum scripsimus, Nini

Habraamus in Ægyptū proficiscitur.

Habraami sciētia.

omnium pene regum, qui extra fines patrios exercitus ductarunt, antiquissimi gesta subijciemus, etsi regni huius adeo uetusta res est, ut quæcunque sunt de eo memoriæ prodita, propemodum fabulosa uideri possint. Sed quia quum plures alij horum meminerunt, tum Pompeius Trogus, qui inde suam auspiciatus fuit historiā, satis quidem res digna uisā est, ad quam nihil cunctantius referendam fieret accessus. Nec precium aberit operæ: si priusquam de his dicere incipiam, qualis tum rerum humanarum fuerit status, paucis exposuero. Soliagum fuit (ut dicitur) ab initio hominum genus. Aut si (ut sacræ literæ tradunt) alicuius fuit societatis particeps, exigui, & infrequentes fuerunt primi illi mortalium coetus, si coetus appellandi sint, ubi sit uir unus cum uxore duntaxat & liberis. Etenim sibi quisque ab initio uiuebat, sine legibus, sine imperio uitam agitantes, una procreandi libido aderat, & eorum quæ procreata essent, nutriendi studium, ferarum ritu sine moribus errantes, speluncis cauisque arboribus sese ab omni cœli iniuria tueri. Verum ubi sua sponte, uel prudentiorum potius suasu (ut multi opinantur) societatem humanæ gentes inter se, coetusque celebrare cocceperunt, unum in locum conuere, tum haud dubio apparuit, nihil esse agrestis & imperita multitudinis insipientius, nihil stultius in composito & rudis coetu, cuius proprium sit nihil intelligere. Siue igitur natura, siue (quod magis credo) necessitate id monstrante, regem sibi constituerunt primi illi, qui in unum conuenerant, id enim fuit ab initio imperij nomen, huic moderatio & innocentia, non ambitus & diuitiæ à principio suffragari, quo maior eraturus pluribusque notior, eo maiore consensu ad id fastigium promouebatur, huius arbitrium pro legibus esse, fines regni tueri magis, quam proferre moris erat. Amplum legitimumque regnum id demum credere, si proprijs se tenerent finibus. Incessit inde paulatim mortalium animos immoderata habendi cupiditas, sed laudis & gloriæ ambitio multo maior. Hanc Vexores Ægyptius, & Tanais Scytharum rex secuti, primi omnium procul domo inter se bellasse dicuntur, conatuque pene pari: hic ex Ægypto in Pontum, ex Scythia ille in Ægyptum processere. Verum finitimis nulla iniuria lacessitis, non imperium sibi ex ea uictoria sed uictoriæ laudem quæsiuere. Amborum gesta in longissimo iacent uerustatis recessu, ac uelut nube quadam obducta. Sed quando in earum gentium mentionem incidimus, nihil alienum ab re existimo de utriusque gentis uerustate, quæ sunt à nobis adhuc comperta, breuiter referre: Idque ego eo libentius facio, quo uulgatior est fama, uetus certamen tenuisse, utra gens merito sibi uerustatis palmam uendicaret. Ægyptijs prædicantibus initio rerum, quum alia terræ nimio feruerent aestu, alia perpetuis horrent frigore, ut non modo hominum quicquam gignere, sed ne aduenas quidem, si quos forte alicunde accepissent, ob cœli intemperiem satis tueri possent, quum uelamenta corporis, neque adhuc reperta essent, neque locorum natura ædificijs emollita, unam fuisse terrarum omnium Ægyptum, quæ quia neque Hibernis urgeretur rigoribus, neque æstiuu fideris ardore premeretur, sed mediam quandam inter utrumque esset temperiem sortita, uerustissime culta iure crederetur, in qua etiam ob climatis temperiem primos homines genitos æquum esset iudicare. Scythæ contra cœli temperamentum nullum in se habere uerustatis argumentum existimare, naturam affirmantes, quum primum rigoris & æstus discrimina sunt regionatim distincta, continuo ad locorum patientiam animalia generasse, ut quanto Scythiis cœlum asperius esset, quam Ægyptijs, tanto illis

Nini regis gesta pene fabulosa.

Primum imperij nomen in rege.

Primum imperij nomen in rege.

Vexores Ægyptius, & Tanais Scytharum rex.

Ægyptiorum uerustas.

Damascenus ager primum cultus.

Scytharum ritus.

Scythiæ uerustatis argumentum.

to illis

to illis diuina ab initio data essent corpora, quod in arboribus & ipsis agrorum frugibus hæc dubie sentiretur. Quod si unitatem habuerunt hæc unquæ quæ nunc sunt mundi partes, & aquæ terras omnes obtinuerunt, siue ignis, qui mundum genuisse creditur, alterutra rerum origine Scythas multo uerustiores Ægyptijs inueniri. Etenim si prima fuit ignis possessio, quum uis elementi paulatim cœpit remittere, eas prius terras humano cultu habiles esse factas credibile sit, quanquam longissime repostæ essent ad septentrionem, Ægyptum propterea, Arabiam, & omnem terram, quæ ad meridiem spectat, quæque ad orientem solem, temperiem multo tardius sensisse, quæ ne hodie quidē satis sit tuta à propinqui fideris iniuria. Vel si ab initio aquæ omnia tenuerunt, quod terra ea parte, quæ sublimis & ardua est, fluctibus ad ima delabentibus prius emerſerit, haud dubia ratio demonstrat, ac quo maturius hæc aut illa fuit in emerſu, hoc prius animalia cœperit nutrire, porro Scythiam adeo cæteris terris eminerere, ut quæcunque ibi flumina orta sint, præcipiti cursu in Mæotidem, & ex Mæoti per Bosphorum in Euxinum & Propontidem, hincque per Hellespontum in Ægæum Creticum & Ægyptiacum pelagus uelut ad ima mundi perpetuo deferantur impetu. Ægyptum multorum regum cura perpetuis aggeribus obstructam, uix demum continentē fieri corrigisse, & his quidem rationibus suam utraque gens uerustate tutata est. Sed quod ad Ægyptū attinet, non parum eius terræ partem quandoque aquis obrutam fuisse satis constat, quicquid supra Memphim & Aethiopum montes iacet, mare olim fuisse Herodotus existimat. Strabo id solū, quod à Siene ad mare Nilu irrigatur, Ægyptū ab initio appellatum arbitrat: cui quantum postea incrementū accesserit, Homeri carmen haud dubie demonstrat quo significatur Pharam insulam, quæ hodie Alexandriæ adiacet, uelificæ navigationis diei unius à continentis ora abfuisse. Quæ si uera sunt, nihil penè reliquum fiat, quod eius terræ arguere possit uerustatem. Nec in Scythiis maior aliqua est antiquitatis demonstratio, si Herodotus ueris est autor, qui ne Darij quidem regno, quod & Trogus quoque significat, amplius mille annis essent antiquiores. Cæterum quando neque hæc, neque illa relinquitur, ob eas quas attigimus rationes, multū ad mortalium cultum fuerit accommodata, miror principes rerum scriptores leuissimis earum gentium argumentis tam temere accessisse, ut non uiderint, eam terram omnium primam humanum cultū sortiri oportuisse, quæ cœli clementia longe alias antiret: quo argumenti genere Ægyptij uisus, uerustatis ad se laudem traherent. Sed ut his obuiam quarum nullus antiquior cultus potuit contingere, ita nec Scythiis, qui damnatam perpetuis rigoribus mundi plagam incolunt. Quare multo uerius sit dicere, mediam inter utranque terram, qualis est Damascenus ager, & alia circuniecta illi loca, quod sacræ etiam literæ innuunt, primos hominum cultus fuisse sortitam, qui terrarum tractus non solum non esset ijs uitij, quibus Ægyptus & Scythia, obnoxius: sed climatis ratione multo utraque regione temperatior. Nunc uero, priusquam ad res Nini explicandas ingrediar, in Scythiis rebus adhuc paululum immorabor. Est Scythia ab Europa, cuius partem citra Tanaim prescribit, ad Aquilonem & ortum usque ad incognitam terram longissime porrecta: hinc Ponto Asiæque, inde Riphæis montibus ab humeris incerta, mox longe lateque ad ortum euagata, innumeras gentes parum notis finibus amplectitur. Quippe quibus ne indigenæ quidem ipsi inter se discreti fuerint olim, utpote, qui neque agrum colerent, neque redum, sed esse haberent ulla: per solitudinis & inculta uagantur lo-

ca, armenta, pecoraque præ se agentes, coniuges & liberi plaustris uehuntur: legibus nullis obnoxii, sponte iustitiam colunt, nullum furto grauius in gente flagitium habetur, ut qui nō parietibus aut septis armentum circudent: sed in propatulo habeant, nullus eorum quibusdam aut auri aut argenti usus, lac & mel in cibatu frequens, contra frigora & rigores ferinis pellibus murinisque corpora communiunt. Estque is sane ritus frequens Scythiis, sed non omnibus: plerique eorum ab alijs longe diuersos, ac ueluti peculiare inter se celebrant mores, ut Scythæ Tauri qui raptu belloque uictant. Agathyrsi sibi inuicem germani creduntur, quippe quibus communes sint uxores, auroque in primis abundant. Gens ab his diuersa à genere uestis Melanchlani nuncupantur, hi Scytharum soli humana carne uescuntur (ut scribunt quidam.) Sunt & Budini cæsij oculis, atque iisdem Phthiropagi. Orgenipei innocentia singulari, & ob id sacri omniumque iniuriarum expertes, tutus patet omnibus gentibus ad eos accessus, defunctorum parentum cambus uescuntur. Effedones humanum caput inaurant, quo annuo defunctis libat honores, iisdem serpentium uel pulsi olim solum uertere. Nerij Scytharum maxime infames, persuasum habere finitimorum singulos quotannis in lupos transfigurari, iterumque homines fieri: quod monstrum in Arcadia quoque in Antei familia gentile fuisse Euanthes apud Græcos prodidit, ut unus ex ea gente sortito ad stagnum quoddam perductus, politis uestibus transiret, confestimque bellua ex homine fieret, ac nono post anno, si humanum interim sanguinem non gustasset, pristinam reciperet formam. Astipulati sunt huic opinioni Fabius & Copas, qui olympionica scripsit: adeo nullum est tam impudens mendacium, quod apud Græcos careat testimonio. Gaudent Scytharum plures humana cæde, eorum quidam centesimū quenque ex captiuis inuolant, sanguinem potant eius quem primum cepere. Probo datur hominem non occidisse, bellicis expeditionibus, nisi qui hostile caput ad regem detulerint, sicut totius prædæ expertes. Sarmaticæ uirgines. Gaudet Scythæ humana cæde, Sarmaticæ uirgines. Vexores Ægypti ditio in Pontū. Vexores Ægypti ditio in Pontū. Ferox Scythiarum responsum.

Scythæ Tauri, Agathyrsi.

Melanchlani.

Budini, Orgenipei.

Effedones.

Nerij.

Lupi ex hominibus.

Gaudet Scythæ humana cæde, Sarmaticæ uirgines.

Vexores Ægypti ditio in Pontū.

Ferox Scythiarum responsum.

Vexores, qui bellum adeo minaciter denunciaret, ne de fuga esset potius illi cogitandum, quam de le- gibus ijs mortalibus scribendis, quos in armis quid possent nondum esset expertus. Nam quod ad se at- tineret haud expectaturos Scythas, ut hostis suos transcederet fines, quin ultro ituros obtiniam, eni- xequē daturus operam, ut uel primo cōgressu, eum ipse hostis, tum ceteri mortales ex unius pugnae e- uentu intelligerent, multo plus iusticiam in armis ualere quam iniuriam, uictoriamque & felicitatem à uirtute stare, non ab audacia. Vexoris legati cū his dimissi sunt. Nec Scythæ multum inde commo- rati obtiniam hosti ire pergūt. Hic res accidit uix re- latu digna. Vexores tot gentium terrarumque ad eam diem uictor, ubi primū Scythæ appropinqua- re dicti sunt, florentissimo exercitu cum omni bel- lico apparatu relicto, paucis comitatus pro uicto in Ægyptū abiit. Scythæ uictoriam secuti, spoliassent haud dubie hostem regno, nisi palustris difficulte aditu, Ægypti fines transcendere prohibiti, alio im- petū auertissent. Victoriæ itaque cursu in alias gen- tes deflexo, bella bellis ferendo, haud prius quieue- re, quam omnem Asiam armis domitam sibi uecti- galem fecissent, modico tributo gentibus imposito non regni non imperij nomine, sed ut monumen- tū id esset in clytæ uictoriæ. Abfuerunt Scythæ pro- cul domo annos circiter quindecim, dum illis in pa- canda Asia alia ex alijs oriuntur bella. Postremo u- xorum minacissima legatione commoti, in patrios se fines receperunt. Miserant illæ longa expectatio- ne fatigatæ, quæ uiris nunciarent, fore ut nisi conse- sum domum uenirent, ex finitimis sibi prolem que- rere. Nec ferendum sibi amplius, ut diuturna uir- rorum absentia, Scytharum genus intercederet. Fuit inde Asia plerisque ætatibus Scytharum uectigalis. Pendendi finem tributū fecit Ninus rex Assyriorum. Longo interim annorum interuallo, illustria quæ- dam regna sunt ab ea gente condita: nam præter Parthicum & Bactrianum, quæ inde ortum habue- runt, Amazones, quæ postea magnam Asiæ par- tem tenuerunt, à Scythis & ipse traduntur oriundæ. Earum res quæ non multum Troiana tēpora præ- cedere, suo loco explicabuntur. Nunc proxime sunt his Nini gesta subtexenda. Qui rem non umbram rei secutus, quum omnem belli fructum in eo uerri arbitraretur, si quam plurimis dominari contigisset: primus omnium omneis quas armis domuit gen- tes, suæ fecit ditionis, uir ferrox, militaris gloriæ cu- pidus, longaque armorum exercitatione inter fini- timos potens, instituta iunctaque societate cum A- ricio Arabiæ rege, cuius opes longe inter finitimos pollebant. Syrios Euphratis accolæ Arabiæ finiti- mos bello adortus, modico negotio subegit. Fuit uictoria illa minus cruenta, quo securior omnium genti status, maioraque erant otia, Regem bello captum cum filijs obruncat Ninus, tributum uic- tis imperat, inde Armeniam ingressus subita ui op- pida aliquot expugnat. Barzanes qui eius terrę tum regnum habebat, nouo bello percussus, quum in nulla re minus, quam in armis spem repositam ha- beret, cum muneribus amplissimis occurrit propin- quanti hosti. Veniam obsecrat, se liberos, fortunas omnes Assyrio tradit. Hic Ninus magno usus ani- mo, comæatu, & militibus imperatis supplici re- gnum restituit. Victor inde ex Armenia in Mediam transit. Occurrit Pharnus rex hostiliter. Nino suos inuadente fines, prælioque commisso cum septem liberis, qui simul in acie steterant, uictus occubuit. Rebus que in hunc modum feliciter gestis, cœpit li- bido uictoris animum totius Asiæ, quam maxime terrarū inter Nilum & Tanaim patet, armis subi- gendæ. Præsidio igitur Medis imposito, uir ingenti animo sed qui præsentem rerum successu adhuc maio- res spiritus imbiberet, ad bellum longe difficillimū

proficiscitur. Quam res ab eo in Asia gesta magnifi- cæ & amplę fuerint, longum belli spatium, celebrisq; euentus expeditionis illius facile declarant. Ctesias Cnidius, & qui Ctesiam secuti sunt, summam rem tantam memoriæ prodiderunt: satis constat fede- cim annorum spatio, quibus ille in armis esse perse- ueravit, præter Indos & Bactrianos omnem Asiam suo imperio subegisse. Nouissimus laborum omnium fuit illi cum Zoroastre Bactrianorum rege. Sunt Ba- ctriāni à Scythis oriundi, estq; opinionis eius Pom- peius Trogus autor. Totius gentis regia olim Ba- ctra, nudū magna ex parte solū, quo cōtigit: ut Ale- xandri milites crudis in ea terra carnis uesci quā- doque adacti sint lignorum inopia. Fert Terebin- thum arborem, atque ne eam quidem nisi raram pa- rumque fructuosam. Bactriani parentes senio con- fectos gentili instituto fame necant, sed magis im- pie Calpij canibus abijciunt. Nunc ad Zoroastem redeo quem fama est subito natum risisse, manife- sto futuræ scientiæ prælagio. Primus (ut creditur) magicas artes exercuit, horoscopus rerum, & fide- rum motus diligentius obseruauit. Cæterum quod ad cœli astrorumq; rationem attinet, Belū, qui Ni- num genuit, autorem quidā tradiderunt: Iosephus astrorum obseruationem multo credidit uetustio- rem ad ludæorum getem artis nobilissimæ primor- dia referens. Duplex belli fama. Sunt qui Zoroa- stem pugna uictum occubuisse tradant. Bactrianos que locorum natura fretos subigi non potuisse. Alij regem priore pugna in columem excessisse aiūt, nec longo interiecto tempore bello ab Assyrijs repe- ritum, medioque prælio interfectum. Vt cumq; tamen res habet, Ninus bello in aliud tempus dilato in Assyriam uictorem reduxit exercitum, & Ariem cuius fida strenuaq; opera fuerat in bello usus, par- ta præda donatum in regnum remisit. Mox ingen- tem urbem, & quanta ad eam diem in terris fuis- ser nulla, statuit ædificare, omnibus Asiæ populis ad id opus accersitis, CCCC. & amplius stadiorum aream in Aturiæ campis, quæ pars est Assyriæ, me- tatus est. Urbem à suo nomine Ninum dixit. Biblia- ci libri & Iosephus Niniuen uocant, celerius quam fides rei haberi possit, immensum alioqui opus, est ad exitum perductum, mille & quingentas in orbem turres urbs complexa est, Mœnia cente- num pedum altitudine, amplitudine uero tanta, ut murorum fastigia ternis essent plaustris per- uia: Noua huc ex Assyriorum primoribus trans- cripta est colonia, cætera multitudo proposita u- berrimi agri partitione eodem sua sponte consu- xit. Confecto opere, Bactra nouo est bello repe- ta, nullus unquam exercitus numerosior in hostem profectus est, ad decies septies centena milia pedi- tum, equitum, CC. milia Assyrius in armis habuisse traditur. Currum ad hæc & iumentorum tantum ut citra ruborem res alioqui incredibilis referri non possit. Plures hoc bello Zoroastem perijisse memo- rant. Is cum Bactrianorum, CCCC. milibus obtin- am Nino progressus, ad centum milia hostium qui prædandi studio suorum agmen præcesserant, su- bita ui oppressit. Attulissetque clades illa adhuc maiorem Assyrio consternationem, nisi paucis ad- huc resistentibus, qui cæde fugaque disiecti in pro- ximos tumulos refugerant, Ninus cum robore co- piarum superuenisset. Sub regis aduentum totis utrinque uiribus est in aciem descensum, Bactria- nis præsentī pugna & successu gestientibus, pristinæ uictorię memoria Assyrijs numeroque uironum qui illis abunde superat, fretis. Post ita atrocem pugnam Zoroastes uictus media suorum strage for- titer dimicando occubuit. Qui ex ea cæde serua- ti sunt, quia cuique proximum fuit in propinquas urbes & munitiora oppida fuga abierunt. Victor Ninus regiam urbem obsidione cingit, tenuitque oppugna-

Bactrianorum ortus.

Zoroastes.

Zoroastis in- teritum.

Nini sine Nini- ues urbis con- ditio.

Zoroastis uel- rior exitus.

oppugnatio illa plures menses, quo tempore casu magis quam consilio sunt Nino nuptiæ quæsitæ. Semiramis quæ post illum in Assyria est rerum po- sita, regio connubio celsis. Operæ precium est co- gnoscere, quibus fortunæ uoluntatibus sit muli- er ad imperij fastigium euecta, etsi fabulosa uide- ri possunt ea, quæ de eius ortu Græci scriptores me- moriæ prodiderunt. Verumenimvero haud Graij tantum, sed qui apud nos quoque historiam con- siderunt, obscuram regum originem audent, ut ui- deo, ad deos immortales referre, non quia ipsi ita euenisse arbitrati sint, sed ne fidem uetustati abro- garent, nisi forte & ipsi, ut Ægyptij, persuasum ha- buerunt, posse genium aliquem mulieribus appro- pinquare, & quædam sobolis principia gignere. Sed ut illi Martem, Mercurium, & alios demones celebrant, ita nos præter deum, ad cuius prouiden- tiam omnia merito referuntur, maris, terræ, stagno- rum, fontiumue numina prædicari, aut credi, stul- tum arbitramur. Verum quoquo modo hæc acci- pienda sunt, fama tener. Semiramidem ex sta- gni cuiusdam Nympha, quam locorum accolæ in parte Syriæ religiose colerent, indigenaque adule- scente genitam, ac puerperæ iussu circa stagnum in crepidinem aquis prominentem, occulte ab adule- scente proiectam. Frequentabant locum aquariles uolucres, quæ eo se apicatum recipiebant. Ab his proiectam infantem miro properantium studio e- ducatam memorant: quippe quæ non solum ali- menta congererent iacenti, sed perinde eam fouen- do, ac implumes pullos ab omni aëris iniuria pro- tegerent, nomenque ab re postea mulier tulit. Semiramides Syri aues appellat. Hæcque prima il- lius fuisse alimenta traduntur, quibus haud mul- tum mihi dissimilia uidentur, quæ de Cyro postea & Romulo grauisimi rerum scriptores prodide- runt. Perseuerarunt fatali ministerio altrices aues infantem tueri, quo ad pastores creberrimo uolu- crum concursu, insolitaque trepidatione moti, ex proximis stabulis ad locum peruenerunt. Hi iacen- tem conspicati non sine admiratione eorum quæ uiderant, secum extollunt, delatamque ad stabula sedulo enutriunt. Mox illam crepundijs egressam, quum elegantior in ea eluceret forma regij stabu- li magistro dono destinant. Is quia sine liberis esset, pro filia, quam diligentissime potest, instituit. Vbi uero ad id ætatis uentum est, ut iam matura uiro esset, ita forte accidit, ut Menon homo haud postre- mæ apud Ninum fidei ad regium pecus lustrandum missus, in ea stabula uenerit, quibus fuerat Semira- mis nutrita. Is uirginem conspicatus, pulchritudi- ne & moribus captus, puellam sibi in coniugem de- poscit: nuptijsq; haud ægre impetratis, duos haud multo post ex ea filios extulit, Iaperem & Idalspem. Mox inde Menon regem ad Bactrianum bellum se- cutus, quum absentes desiderium coniugis in tam longa obsidione ferre non posset, eam ad se in castra accersuit. Tum illa longius domo profectura, ut tu- rior ab omni esset iniuria, sexum nouo genere uestis mentitur, quo tum primum per eam inuento, Assy- rij postea & Persæ uulgo usi sunt. Vbi primum igitur in castra uenit, mulier acri ingenio Bactrianę ar- cis situm contemplata, confestim uiro rationem o- stendit loci modico negotio occupandi. Erat arx ab una parte præceps, atque in profundam uallem in- signiter abrupta: quam hostes uelut inaccessible nulli custo diebant præsidio. Huc audax mulier cū pau- cis, quos sibi ad id facinus delegerat, per loca ab ho- stium oculis maxime auersa, atque eadem aspera & confragosa præter spem omnium obrepit. Vnde quum sese uelut cælo delapsa, hostibus, quorum o- culos, dum negotium conficeretur, Assyrius subita oppugnatio, ab omni sensu eorum quæ fierent, longe auerterat, ex improuiso obtulisset, Bactriani

Semiramidis ortus.

Semiramidis alimenta.

Menoni nubis Semiramis.

Semiramidis commentum.

Semiramidis audax facinus.

omni spe retinendæ ulterius urbis abiecta, alij aliō præcipiti fuga dilabuntur. Ninus uictoriam ade- ptus primo mulieris ingenij miratus dicitur, quod ipsa formæ præstantia adhuc magis commenda- bat, subita inde libido animum incesit illius præ- senti matrimonio abducendæ: à Menone igitur pe- tit, ut Semiramidis connubio sibi cedat, cupere se ait eam sibi coniugem adiungere. Eius nuptiæ quæ à uiro bona uenia non impetrarentur, Ninus ut ad- emptam duxit. Tum Menon duobus grauisimis stimulis amore simul & dolore percitus, collum la- queo implicuit. Ninus Bactrianis bello domitis, exercitum opulenta præda onustum, in Assyriam reduxit. Breui inde interiecto tempore, quum iam filium ex Semiramide tulisset, qui paterno nomine & ipse Ninus appellatus, imperio uxori per manus tradito, uita decessit. Prægrandi est pyramide se- pultus. Cnidius Ctesias author est, molis altitudi- nem nouem stadiorum fuisse, lateraque aliquanto spaciosius euagata. Eam media plantie conditanc memorant, aliquot stadia à Nino urbe distantem. Regium id sepulchrum diu postea suo mansit ue- stigio, quum Ninus ipsa sub id tempus intercidisset, aut certe non multo postquam Assyriorum est regnum à Medis euersum. Semiramis, Nino uita deuncto, animo agitare cœpit, qua ui, quæ arte tantam regni molem tuto administraret, parumq; ab initio constare poterat, utrum conducibilis ei- set, filio adhuc puero imperiū permittere, an ipsam id administrandum suscipere: nam sub muliebri im- perio tot ferocissimas gentes diutius quieturas haud æquum erat credere. Nec omnino tutum ui- deri filio admodum adulescenti summā rei tradere, qui ne sibi quidem per ætatem multum saperet, nō modo is esset, qui tot populorū poster imperia mo- derari. Aliquantū igitur inter utranq; sententiam anceps ac consilij inops hæsitauit. Ad postremum inauditum ad id tempus facinus commenta est: fi- lium pro matre assimulat, ipsa filij personam men- titā, adulescentem agit. Erant amborum liniamen- ta tam indilcreta statuta, adhuc & uocis sonus, cæ- teraq; ita sibi respondentia, ut celato sexu nullū es- set inter matrem & filium discrimen. Vnas igitur Semiramis ac cæterum corpus nouo occultit ami- ctu, exornatq; caput tyara, proposito edicto, ut co- dem uestium cultu (nequa inde suspicio oriretur) uulgo Assyrij uterentur, atq; in hunc modum regi- men adeptā, magnorum operum coniugis æmula urbem clarissimā circa Euphratem condere adortā est ccc. hominū milibus futuro operi admotis. Sunt qui instauratorem fuisse hanc non ædificationem existiment, locumq; confusiois interpretentur, u- bi Nembrothi regia fuerit, ut in Nino quoque fuit, aut his certe locis, in quibus ea postea condita est. Assuræ regnum, à quo Assyria sit nomen sortita. Fue- runt hi ambo ex Noë pronepotibus. Videtur He- braicæ opinioni Trogus assipulari, qui ab Assyrijs Syrios esse ait, & non à Syro Apollinis, ut Appia- nus ait, filio: unde Assyriæ nomen factum uideri possit. Cæterum siue instauratio ea fuit, siue (quod plures tenent) conditio, urbs in uasta planitie sita est, quadrata figura, ita ut ccc. & amplius circuitu pateret stadia, murorum amplitudo quinquage- num cubitum, altitudo quadruplo maior, ut Hero- dorus scribit. Alij in quibus Strabo, breuiorem a- ræ circuitum, cæteraque castigatius tradidere. Cly- tarchus & alij, qui in Alexandri comitatu fuere, ma- iora quædam de murorum celsitudine, quam He- rodotus, prodere sunt ausi. Mœnia lateribus, bitu- mine & arena constructa, tanto studio & celerita- te, ut singulis anni diebus singula sint stadia com- munita. Quod si quis tantam mortalium uim o- peri adhibitam animo reputet, ueretur testimonio accedat necesse est trecetas turres habuisse memo-

Menonis finis.

Nini regis mansoleum.

Semiramis filij personam assimulat.

Assur.

Babylonis astra paratus.

Vexoris fuga.

Scytharum suc- cessus.

Scythæ ab uxo- ribus reuocan- tur.

Ninus.

Nini in Barza- nez regem cle- mentia.

Pharnus rex interficitur.

rant, adhuc plures habituram, nisi aliqua ex parte paludes & stagna pro mœnibus fuissent. Pons quinque stadiorum super Euphratem nobili materia, sed arte adhuc nobiliore, murus ab utraq; ripa fluminis ductus, & Euphratis corruuatio in lacum ad tempus extructum, non Semiramidis (ut pleriq; arbitratii sunt) sed Nitocris reginæ, quæ post eam quinque etatibus in Assyria regnauit, opera fuisse traduntur. Eiusdem fuisse creditur Herodotus sepulchrum supra portam urbis insigniter constructum, atq; inscriptum. Si quis forte regum, qui post me in Assyria regnabunt, pecuniæ erit indigens, quantum opus habuerit hinc sumito, si minus indigens, recuset, haud expediet illi id facere. Mansit locus usq; ad Darij tempora intactus. Is indignum ratus sub cadaveribus transire reges, parûq; prudenter ab his fieri, quod auro abstinerent, ad quod tollendû munifice ab his quorum fuisset inuitarentur, sepulchrû demolitus est: ibi neq; auri quicquam, neq; argenti est inuentum, sed hæc pauca inerant lapide incisa: nisi pecunia inexplebilis esles, lucricq; cupidus, nunquam mortuorum urnas referasles. Staruit Semiramis templum Belo media urbe amplissimum eximia celsitudinis, cuius fastigio diu postea Chaldaei sunt usi ad ortum occasumq; siderum explorandû. Condidit & alias urbes inter Tygrim & Euphratē. Obeliscum pedum centenum ac quinquagenum in Armenia montibus excisum, Babylonemq; delatû publice cõsecrauit. His operibus Semiramis defuncta in Mediam profecta est, ubi in Bagistanis campis hortos laboriosi operis ab ea constructos fama est: monte septendecim stadiorum haud procul inde recessio, in quo suam iussit imaginē incidī, ac circa eam centum alias quæ ferrent illi munera. Castigata deinde Zarcei montis asperitate, ad Ecbatanam urbē progressa, regiam inibi sumptuosissime construxit cum aquæ ductu: inde quem Oronte accolæ uocant, iugo ad id effosso. Hęcilla in Medis, quorum finibus digressa montes alibi adæquauit: quibusdam uero locis profundas in abruptum ualles, locaque inuia per plana, accessuq; molliora reddidit. Aggeribus palsim militari opere fuscitatis, qua ipsa suum metata esset tabernaculum, ut uelut ex arce quadam oculis subiecta haberet suorum castra: mansit deinceps locis nomen, ut Semiramidis sint aggeres appellati. Et hæc quoq; in Persis, Ægypto deinde cum Libyæ parte peragrata, ad meridiē conuersa Æthiopum gentem domuit. Quin & Arabiam subegisse uideri, in qua Abesani & Soractiā circa Characem & Petram illius oppida, fuisse scribunt quidam. Postremo quum gestarum rerum magnitudine omnem mentiti sexus inuidiam iam superatam arbitraretur, matrem se confessa, in Bactrianos uenit. Hic maiore quadam cupiditate laudis accensa, Indis ad id tempus intactis bellum inferre statuit. Nullius gentis regio maioribus ambitur finibus. Nearchus campestre quatuor mensium iter retulit: Megastanes xx. milium stadiorum oram, quæ ab Austro tendit ad Caucasum: Deimachus quibusdam locis xxx. & amplius. Sed qui parcius hæc tradiderunt oram Indiæ ab occasu tredecim milibus stadijs, patere aiunt: quæ ad orientem solē obuersa est, duobus milibus amplius. Ctesias opinatus est Indiam nihilo reliqua Asia minorē. A tergo septentrionem uersus, extrema parte premitur Tauri montis, quem ad ortum pertendentem nunc Paropanisum uocant, nunc Emogdum, nunc Imaû, alijsq; nominibus, totum uero Caucasum dixere, habet ad occidentem solem Indum fluiuium, qui uniuersæ dedit nomen terræ. Dedit etiam & mari, qua meridiem spectat: & ad ortum rursus litore in uatissimos se sinus curuante, Gangetico & Sinaico aluitur, quo magis miror non defuisse qui Indiæ formam traderent rhombo similem. Omnium in ea flu-

Nitocris reginæ opera.

Nitocris sepulchrum.

Obeliscus.

Semiramidis aggeres.

Indiæ situs.

Indiæ forma.

uorum maximus Ganges, Megasthenes, quod ad soli fecunditatem attinet, biferam prodidit Indiā. Et in Musicanis gente eius terræ haud ignobili, fama est frumentum tritico simile sua sponte prouenire. Onescritus, qui ex Alexandri comitatu uenus omnium est Indiæ feracitatem diligentissime executus, quiq; ob rerum nouitatem fabulatoris infamiam pene adijt, tam eximie crassitudinis arbores in ea prouenire tradidit, ut capi nequeat trunci quinque hominum complexu: ex alijs folia nihilo minora clypeo pendere, quasdam meridianis horis quinque stadiorum umbram iacere. Vino caret India, nisi non defunt qui hoc quoque musicanum solum ferre autument. Nardum fert australis ora, fert & Cinnamomum ut Arabia, & Æthiopia. Centum triginta annorum æuum agunt eorum quidam ut Musicanis. Seribus uita aliquanto longior, niger utiq; color, in materno utero tales sunt feminis dispositione, quales ipsi sunt qui genuere. Genitale semen, ut Æthiopicis nigrum. Quorundam coitus more pecudum in proparulo. Coniuiua celebrant in publico. Oblonia uenatu quærentur. Neque auri usus ullus, neq; argenti in omnifaria metallorû copia. Seruicij iuuentute utuntur. Ius nulli nisi cedis aut contumeliæ, in eum niliuris est qui fidem uolauerit, uelut cautius cum cæteris sit mortalibus agendum, uidendumque cui credas. Nomades Indicrudi uescuntur carnibus. Ma&ant alij seniores patientes, eorumq; carnes esitant, furto abstinent. Megasthenes omnia memoriter eos ministrare ait, quia nullus sit inibi literarum usus. In Chateis Indis cremantur uxores cum uiris uita defunctis. Vniuersa gens olim in septem diuisa fuit ordines: quorum philosophi honore & dignitate apud reges longe antebant, proximus ab his locus agricolis. Mox pastoribus & ijs qui publice uenarentur, bellatores quinto loco habiti: inde prouinciarum & urbium præfides. Omnium nouissimi consiliarij. Varia Indis & monstrosa animalia. Elephantum præcipuæ magnitudinis, & multo Libycis maiores. Onescritus mirabilium (ut dixi) scriptor in Abisari regione, dracones prodidit duos Alexandri temporibus nutritos, quod legati à rege misit nunciassent, unum cubitorum octoginta: centi & quadraginta alterum. Quod uix ausus essem referre, ne fabulam potius quam historiam scribere uiderer, nisi Tubero & alij Romanorum rerum scriptores autores essent. Regulo res in Aphrica gerente serpentem centenum pedum ac uicenum ad Bagradâ fluiuium à Romanis militibus balistis expugnatum: rei que argumento fuisse corium Romam ex Aphrica missum. Gignit Indica terra & tygres, quæ hyrcanis præstant magnitudine. Cercopithecus adeo multos insignique magnitudine, ut in eos Alexandri milites uelut in hostes montium iuga insidentes, humana specie decepti imperum fecisse dicantur, suiq; erroris admoniti à locorum peritis, non sine rubore arma in hiberunt. Sunt & formicæ uulpium magnitudine, diræ feritatis, auriq; effossi tenacissimæ, sunt & pennati scorpiones. Vipera cubitorum sexdecim. Perdices anserum magnitudine. Sed hæc cunctantius referenda, quæ talia sunt, ut fidem haud dubie abrogent historiæ: cuius legis ne oblitus uidear, sciens prætereo, quæ Græci scriptores & nostrorum quidam eos secuti, de eius terræ monstris memoriæ prodiderunt: & quod unicorines equos ferat India: quosdã etiã hominû naso carentes, & qui sine ore solo odore uiuant, quorum in Alexandri castra pauci admodum perducti fuerint: monoculos, adhæc alios quosdã tam insigniter auritos ut aures ad pedes defluant, atq; in alterutrà earû decubêt, quarû duritie arbores cõuellant, sed hæc & alia id genus, quoniã magna opus fide ut pro ueris recipiantur, quam ne in ijs quidẽ, quæ sunt pene oculis

Portentosa Indicubertas.

Vita Indorum & mores.

Indorum politia.

Monstrorum rarum.

Serpens apud Bagradam.

Cercopithecus.

Formicæ uulpicæ.

Monstrorum rarum.

oculis admota, nisi grauate adhibent qui aliena legunt scripta, ne historiæ fidem abrogent, parcius sunt referenda. Erunt igitur semel hæc in uniuersum de India dicta. Nunc ad Semiramidem reuertor, quæ bellum Indis illatura triennium in comparando orlandoque exercitu aduimpfisse dicitur. Proditum memorie est hoc temporis spatio quinque supra tricies centum milia hominum ad bellum coegisse, & in his equitum quingenta milia. Abstinerem ego tam audaci relatu, nisi Cresias Cnidius & Diodorus qui illum secutus est, huiusmodi copiarum essent autores. Erat in hoc bellico apparatu elephatorum indiga Semiramis, quo affatim presidio utuntur Indi. Qua uirum parte ne inferior esset hoste, rem cõmentata est regina memorata dignam. Elephantinas effigies bubulis multifariam corijs magno numero astruit, habuitque in occulto id consilium Semiramis, ne ad hostes eorum, quæ pararentur, fama peruenire posset. His prius quam in Indos moueret ca melos includit. Quos quum bellatoribus superne sedentibus repente equitibus uelut in acie obiecit, inanium beluarum occursum futurum rata, ut in uerapugna elephantos equi minus ac minus formidarent. Nec in hunc solum usum uana illa beluarum species quæ sita, sed ad uirum quoque ostentationem: ut quum in hostium conspectu acies in procinctu itaret, inane illud ludibrium in subsidijs locatum, uerorum procul elephatorum terribilem præ se ferret aspectum. Verum nihil postea res ipsa Assyrijs adiuuamento fuit, non magis quam multis post ætatibus Perseo Macedonum regi, qui eo bello quod cum populo Romano gessit, eodem usum machinamento prælio superatus est. Sed dum cætera ad bellum expediuntur, in Cypro Syriæq; & Phœnicie ora ad duo milia nauigiorû sunt bello instructa. Cameli naues curribus impositas in Indiam usque per longa terrarum spatia deportant. Erat per id tempus Indiæ rex Scaurobates, homo ingenio animo. Is audito hostium apparatu, ut eum traiectu fluminis arceret, quatuor nauigiorum milibus Indi fluminis alueum infedit. Fama tenet naues quibus Indi usi sunt harundinaceas fuisse, quod uix referre ausus essem ob rei insolentiam, nisi grauissimi autores traderent ea crassitudine harundines ferre Indicam terram, ut singula internodia nauigij uicè præstent trium hominum capacis. Hoc malim credere, quam ex intextis harundinibus in ducto exteriore parte corio nauigia fuisse constructa, quod & in Ægypto circa Nilum, & in Gallia solitum fieri reperio. Elephantes ad hæc uenatu quæstus studioq; ad bellum instructi, & iam omnibus paratis, quæ ad hostilem iniuriam arcendam necessaria credi poterant, ad reginam Scaurobates mittit iam appropinquantem, muliebrem arguens temeritatem, quod bellum Indis inferre statuisset, à quibus nulla esset iniuria lacesita, fore minitans, ut si eam prælio uictam cepisset, cruci (quod ultimum merita esset supplicium) affigeret. Risit minacissimam regis legationem Semiramis, uirtuteque bellandum esse respondit non uerbis, ac cum his ad Indum fluiuium copias admouit. Audito hostium accessu Scaurobates in frequentissima suorum concione ita uerba fecit. Dira & execrabilis iniuria est humano generi nostrorum patrum memoria ab Assyrio orta uiri fortissimi. Ninus ille non regum modo, sed omnium quicumque adhuc in terra fuerunt improbilissimus, nullo quidem exemplo, nullaq; externa uicelacsisus, humanarum gentium quietem, regumque & popolorum otia primus subuertere aggressus est. Fuerunt (fateor) ante illum, qui ambitiose magis quam crudeliter ultro mortalibus bella intulerunt. Sed hi sola laude contenti, nihil ex uictis hostibus præter uictoriae nomen sibi quæsiuere: Inhumanum credo rati, uel impium potius nobile animal, ratio-

Semiramidis copie.

Elephantum simulati.

Nauium apparatu.

Harundinaceæ Indorû naues.

Scaurobates legatio.

Scaurobates oratio.

nis rerumq; celestium capax, seruitio adigere. Id Vexores Ægyptius, qui in Pontum usque uictor arma promouit, id postea Scythæ, qui Vexorem & omnem penè Asiam uicerunt, mihi secuti uidentur: satis utriusque uisum, uincere potuisse. Cæterum omni maiore contumelia abstinerunt, nisi immodicam Scytharum auaritiã fuisse dicat aliquis, qui cum omnem Asiam domuissent, nescio quod minimum auri pondus, ut perpetuum aliqd eius uictoriae extaret monumentum, uictis gentibus imperarunt. Verum aliter Assyrius, qui ut crudele imperium in homines exerceret, Ariem Arabiæ regem per speciem societatis primo sibi obnoxium reddidit: inde finitimos reges in cautos adortus, si qui facile cessere, satis habuit, tributo & stipendio imperatis libertate priuare, suæque ditioris facere. Qui uero suam libertatem tueri conati sunt, hos uictos non regno solum, sed crudelem etiam in modum uita spoliavit: & in his Pharnum Medorum regem, quæ quia eius dicto nõ statim paruisset, cum uxore & septem liberis cruci miserabiliter affixit. Dignus ipse qui atrocior supplicio fuisset affectus, oblitus reges ab initio iccirco inter mortales constitutos, ut sapientia, æquitate, & uitæ innocentia priuatis iniurijs resisterent: non ut aperta atrocitiam in populos, popolorumq; reges exerceret. Ademit itaque ille multis gentibus libertatem, estq; ea clades eo facilius mortalibus illata, quo minus fuit ab omnibus expectata. Insidiari, ut uere dicam, id fuit, non bellare: opprimere, nõ uincere: latrocinari, nõ império subigere: si dñi ego oia foveo, tu bellum meditaris: si dum paci studeo, tu hostiliter insidiaris: si dum inermis occurro, tu libertatem adimis. His ille artibus sibi imperium quæsiuit. Hæc nefariæ illius expeditionis ratio. Nouissimum ei bellum cum Bactrianis fuit, gente nobis finitima. Nemo est uestrû (credo) qui non quandoque audiuerit, quæ ab eo in Bactris gesta sint. Vicit ille bis gentem ipsam, sed tumultuario prælio uicit, non legitimo pugnae genere. Nam quod illi sua magis sint culpa uicti, quam hostium uirtute, id argumento est: quod semel cum hoste composito agmine congressi, ad centum milia Assyriorum paucissimis horis reliquis ad montes compulsi, occisione occidere. Verum cadente rege, accisis gentis opibus, intra mœnia inclusi, hostis uictoria diutissime memorati sunt. Quid quod ne uictoria quidem de uictis inertissimo hosti contigisset, nisi muliercula hæc, quæ nunc tantos ciet bellorum strepitus, ex lacunæ crepidinibus sublata, quæ prius penè fuit uolucrum esca, quàm uagire cõperit, pastorale scortum, in ea castra occurrisset. Hæc quia regi qua fraude hostes superari possent, ostendit: nescio uiro an lenoni abducta, ad regiam libidinem explendam accersita est. Accepit itaque præmium intemperantissima fœmina, nihil à suo ingenio alienum. At bona coniunx (id enim nomen postea adepta est) uirum nefario dominatu fraude deiectum ad mortem compulit. Cuius uanitatibus emula, nouo ludibrio Assyriam ludificata, uirilem sexum mentita est, pro filio regnare ausa, magnam humani generis partem seruilis operi addixit: magnificum & excellens rata, si ut Ninus fecerat uatissimam planiciem esset mœnibus complexa. Cum ea igitur operaria manu, nuper ex Babylo-nijs sigulinis, murorumque structuris reuulla, perdomitas iam antea gentes insolenter euagata, nullus in tota Asia est locus, in quo non suæ uanitatis impresserit uestigia. Et hæc crudelissimi illius regni origo, hæc rerum incrementa fuerunt. His illa auspicijs est imperium adepta, huiusmodi militaria uia. Nunc impudentissima fœmina, atque omnium quæ fuerunt unquam superbissima, ad res Indicas occupandas animû adiecit: non diuina, nõ humana iura respiciens: cæca dominandi libidine persequa

Vexores.

Ariem.

Nini atrocitiam facta.

Asterismos Semiramidis.

Exprobratio uanorum operum in hostes.

æqua & iniqua agitur: nostris finibus copias admo-
uit, immo iam dudum in conspectu est. At nos non
quia nostra potissimum interit, liberos, uxores, for-
tunas, omne indicum nomen à tam detestabili iniu-
ria trueri: sed ut humanum etiam genus turpi serui-
tio, indignissimoque unius fœminæ dominatu uin-
dicemus, temerarijs hostium conatibus occurrere
æquum est. Et quod ad belli huius rationem atti-
net, nolo uos uiri fortes ignorare, cum quo sit hoste
nobis res futura. Assyrius Indiæ bellum indixit. Ea
dico gens quæ suæ libertatis oblita prima omnium
regiæ libidini seruire non erubuit: unde illa satellitum
manus profecta, quæ per omnes terras regium
est factum & superbiam comitata: quæ post detesta-
bilem illam regis expeditionem in murorum stru-
cturis reliquū uitæ tempus ad hunc diem egit. Quæ
priore dominatu sublato aliquanto turpius mollis-
simæ fœminæ seruire non recusauit, quæ (ut fama
fertur) nullum egit diem in castris sine adulterio, &
quod adhuc magis sit detestabile, raro ullus ad eam
adulter bis admittitur. Huiusmodi ducis ductu As-
syrius iam dudum militat, cum hoc illa exercitu al-
teram Indi fluminis ripam temere infedit. Nec quia
tot hominum milia secum trahere dicatur, quem-
quam mouere debet: quippe qui tam molles sint,
quàm ipsa, quæ imperat regina. Adde quod præ-
ter regionem, quæ ab omni parte tutissima est, à fron-
te Indum habemus, omnium fluuiorum post Gan-
gem maximum: à tergo ipsum Gangem: hinc ma-
re, inde Caucasiuga. Quod si uiri, ut debemus, non
fœminæ sumus, non Assyrium solum hostem mol-
lissimum, sed totum etiam orbem terrarum procul
ab Indiæ finibus haud dubie distingere possumus. E-
lephantis uulgo abundamus, quos si acie dimican-
dum sit, haud uereor quin magnum sint adumen-
tum nobis ad uictoriam allaturi. Compertum ha-
beo Assyrium quia tali præsidio careat, uana belua-
rum simulacra sibi effinxisse, quoniam (si credibile
est) puerili nos uanoque ludibrio percussit earum be-
luarum effigies fugituri sumus, quas non solum ue-
namur, sed & ad bellum instruimus, domesticatum
in omnem fere uitæ usum cicuramus. Hæc igitur
sunt hostium consilia, hæc uires, quibus mollissima
fœmina duce nobis est bellum illatum, exercitu ip-
so multo molliore: in quo non robur, non discipli-
na militaris, non rerum experientia ulla: in quo præ-
ter muliebri mollitiem nihil temere reperies, quan-
quam si fortissimi essent, tamen regionis situ, pro-
prijisq; uiribus fretos pro nostra totiusque Asiæ sa-
lute non solum resistere, sed ire etiam obuiam præ-
senti incendio oporteret. Quod si audacissimi illo-
rum conatus à nobis (ut spero) fracti fuerint, auto-
res cæteris mortalibus erimus, non solum nefario
dominatu resistendi, sed si qui etiam antea seruitu-
tis iugum tulere, id ipsum à suis ceruicibus excuti-
endi. Sin (quod nolim) uicti erimus, eo minus di-
gni seruitio iudicabimur: quo acrius pro tuenda li-
bertate fuerit à nobis dimicatum. Sed causa sumus
& uirtute meliores, quarum hæc uictoriæ est com-
mes, illa mater &ATRIX. Atque eiusmodi ille hor-
tatione usus in aduersa Indi ripa classem instruit.
Est is omnium fluuiorum, qui sunt celebres in ter-
ris, post Gangem amplissimus: ut non immerito tan-
tum telluris, quantum India amplectitur, ab eo sit
nomen adeptum. In Armeniæ montibus oritur,
pluribusque fluminibus augetur, & in his quindecim
nobilissimus. Ad meridiem in mare, cui cognomen
indidit, duobus decurrit ossijs. Ferunt tam la-
to interdum alueo fluere, ut ad centum pateat sta-
dia: qui parcius id tradidere, dimidio minorem fe-
cere. Instructa igitur utrinque classe, medio est al-
ueo concursum: fuitque aliquandiu anceps præ-
lium, multiq; interim, aut cæsi sunt, aut in altum am-
nem uarijs casibus præcipitati. Demum fortuna in-

Imperatio à seruitute.

Indiæ flus mu-
nissimus.

Indi fluij or-
tus & incre-
menta.

Indorum cum
Assyrijs naua-
te prælium.

clinante fufis fugatisque Indis ad mille eorum na-
ues, & cum his uis hominum ingens sunt aut capte
aut depressæ. Semiramis uictrix continuo fluuium
ponte iunxit, præsidioque ab utraque ripa imposi-
to, omnes per otium copias traduxit. Et ne quid à
tergo, quod hostiū esset, relinqueretur, aliquot inte-
rim insulas, quas temere Indus facit, parte nauium
ad id missa, occupat. Vnde super opulentam præ-
dam ad centum accolarum milia sunt in seruitutem
abducta. Scaurobates, qui ab initio optauerat sibi
occasionem dari cum Assyrio acie dimicandi, ratus
adesse tempus quo reginam præsentem uictoria exul-
tantem, facile eò traheret, ut secū de totius rei sum-
ma acie dimicaret, fugienti similis procul à flumine
cum omnibus copijs recessit. Id metu fieri non ar-
te Semiramis rata, præsidio circa pontem relicto, ne
à tergo ullus hosti locus ad insidias relinqueretur:
spei plena in regem quadrato agmine ire pergit. Et
iam Assyrius in conspectu erat, cum Scaurobates ite-
rum suis, sese ut ad pugnam expediant, edicit. Non
esse cur animum ad unam aduersam pugnam remit-
terent, quæ non sua uirtute hosti prospere celsisset,
sed robore nauium quas Assyrius instructiores uali-
dioresque quàm Indus habuisset. Quin in terrestri
pugna, quæ iam instaret, omnem spem repositam
haberent, in qua & uirorum robore, & elephantor-
um præsidio, quo Assyrius maxime indigeret, ab-
undarent. Nisi forte inanes illæ imagines, quas ad
terrorem hostes effinxissent, hæc habendæ essent,
quæ elephantorum agmini tuto proponeretur: aut
Indi tam pueriliter ineptirent, ut leuissimum ludi-
brium essent in acie formidaturi. Sed contra futu-
rum, ut non multo post Assyrius sibi rem cum for-
tissimo genere hominum, non cum pueris esse ex-
periretur. Irent fortes in eam aciem, in qua non si-
bi solum, sed uniuersis gentibus essent haud dubie
salutem quaesturi. Hæc ille. Atque cum his simul
aciem instruit, in fronte equites, & currus primo lo-
cat: peditum phalanx stetit his proxima cum ele-
phantorum præsidio. Semiramis & ipsa constitit
struatis ordinibus. Inde utrinque magno clamore
concurritur, acciditq; ut primo congressu Indici e-
qui ueris assueti elephantis, uanitate illa insolita, &
odore territi confestim terga uertirent. Fusum equi-
tem Semiramis prima acie dimicans, cum lectissi-
ma bellatorum manu fugientem insequitur. Scau-
robates nihil ad ea turbatus, equitibus sine maio-
re tumultu intra phalangem acceptis, pedestre ag-
men præuentibus elephantis, in hostem immittit.
Hic redintegrate prælio fœdam Indicæ beluæ uan-
is impactæ Assyriorum beluis, hominum camelo-
rumq; stragem edidere: mox in fortissimam aciem
actæ, incredibilem uim hominū obtriuere. Ex sub-
limi elephanto rex dextro pugnabat cornu. Fortè
accidit ut & Semiramis eodem tempore sinistro la-
tere pugnam ciceret. Et quamuis ob multam stra-
gem res ad fugam spectaret, sustinebat tamen sua
præsentia & hortatione fortunam aperte inclinan-
tem. Eam rex procul conspicatus sagitta primo, in-
de iaculo confixit. Tum Semiramis duobus uulne-
ribus acceptis, in celerrimum equum, quem in hūc
usum paratum in acie habuit, celeriter conscendit,
cuius uelocissimo cursu, quum à tergo hostis im-
mineret, ægre seruata est. Tum qui circa illam præ-
lium obibant, reginam cruore fœdatam, trepideq;
pugna excedentem intueri, solutis repente ordini-
bus fugam capessunt. Oritur itaq; cædes ingens, ut
in tam numerosa fuga, in qua uno tempore tot mi-
lia fugientium terga cederentur, oriri oportuit. Pas-
sim trepidum agmen Indus uictor tota planicie a-
git. Innumeri mortales in aperto oppressi sunt: sed
in ipsis locorum angustijs multo plures, ubi immen-
sa uis hominum diu colluctata: quia uno uado tot
milia perumpere non potuerunt, incredibilem cæ-
dis

Recens Scauro-
batis hortatio
ad suos.

Prælium in
campo.

Strages.

Semiramis
sauciatur.

Cædes Assy-
riorum.

Semiramidis
estus.

Semiramidis
interitus.

Degenerat Ni-
nus iunior à
parentum in-
dole.

dis materiam uictori præbuit. Ad ripam usque flu-
minis Indus effusa strage fugientem hostem secu-
tus est. In cuius ripa longe fœdior quàm alibi pera-
cta est cædes. Plurimi etiam præ alto flumine ablor-
pti ponte media trepidatione soluto. Semiramis,
ubi hostem adesse sensit, & iam partem ulteriorem
pontis ab eo teneri, subito illum rescindi imperat.
Res ut improuisa aliquam etiam uictoribus cladem
attulit. Multi enim cum ipso ponte impetu flumi-
nis correpti altis sunt uorticibus absumpti. Scau-
robates prodigijs & uatum monitis deterritus, ne
fluuium transiret, ad ripam progressus, ab omni a-
lia infectione destitit. Semiramis permutatis cum
hoste captiuis in Bactrianos reuersa, maiorem exer-
citus partem dimisit. Nec ita multo post à Nino si-
lio inuidijs excepta perijt, quum duos & quadra-
ginta regnasset annos. Diuersa omnino de eius exitu
fama est. Cresias & qui cum eo sentiant, Semira-
midem aiunt filium in cesti appellare ausam, tentati
sceleris odio ab eo interfectam. Satis constat tam
immoderate libidinis fuisse, ut equum, iuba auto-
re, ad coitum amauerit: & quæ ne in castris quidem,
uel medio belli ardore, uirorum congressu abstine-
ret. Sed quum lectissimum quemque forma appe-
teret, confestim tabernaculo dimissum occulte in-
terficiendum curabat. Ego tam diu crediderim id
ab ea factitatum, dum uirilem mentita est sexū. Fue-
runt scio ex græcis scriptoribus, qui diuersa ab ea
quæ uulgata sit, uia ingressam Semiramidem ad re-
gnum peruenisse credent: ut quum florenti for-
ma & ætate esset, probarenturq; eius mores à uiro,
non minus quàm forma, ab eo petere non dubitas-
se, ut se quinque diutaxat dies regnare pateretur.
Quod tempus cum nihil grauate impetrasset, adeo
obsequio & munificentia paucis diebus se Assyrio-
rum primoribus insinuasse, ut uiro in custodia con-
iecto, bona omnium uenia in regno perseveraret. Sed
quoquo modo imperium fuit adeptæ, inter omnes
conuenire uideo imperij fines eius uirtute non so-
lum defensos, sed magna etiam ex parte ad meridi-
em propagatos. Ninus sublata matre nihil parentū
uestigia secutus: omni armorum studio abiecto, ad
ocium se & uoluptatem contulit. In eo si non for-
titer, callide tamen præsentem fortunæ consuluit: ut ad
populos in fide retinendos, quotannis ex toto re-
gno accuratorem haberet delectum, noua commu-
niret castra, quasi subitum aliquot moliretur bellū,
& iuentutem ratus ad militaria munera obeunda
promptiore fieri, si frequenti delectu ad signa re-
uocaretur, & si qua defectionis consilia occulte in
populis mota essent, præsentium copiarū metu op-
primerentur. Cæterum ea Ninus per præfectos age-
re, ipse inter eunuchos & puellarum greges omnium
mollissimus fœdis se uoluptatibus immerfit, qui-
bus turpiter captus, aliquanto turpius conuenit.
Eius uestigia alij qui post illum sunt rerum in Assy-
ria positi ad unum secuti, nihilo meliore fama uix-
ere: donec Sardanapalo, qui ultimus in ea gente re-
gnum tenuit, sublato, imperium, quod proprio sit
loco referendum, ad Medos translatum est.

ENNEADIS I. LI-
BER II.



VM NINVS iunior in Assyria
tam molliter regnat, Habraamus
ex Ægypto reuersus, eam Cananæq;
terræ incolebat partem, in qua ex
Mesopotamia profugus iam antea
confederat. Hoc temporis spa-
tio Sodomitarum reges, qui longe inter finitimos
(ut tum hominum res erant) opibus pollebant: ob-
tributum regi denegatum, aut certe aliquanto seg-
nius missum ab Assyrijs bello petiti sunt. Fuit circa

Sodomam urbem locus, Puteis erat illi nomē, mox
uero subita rerum mutatione miraculo in ijs locis
facta, lacus quem à scarenti bitumine Asphaltiten
dixere, repente extitit, tum ut dixi, terra erat. Hic So-
domitæ cum hoste acie congressi, præliq; supera-
ti, præter eos, qui pugnando occubuerant, plerique
sunt in captiuitate abducti, & in his Loth Habraa-
mi frater genitus. Colebat is circa Iordanem amnē
haud procul urbe prædia, & si nō adeo magna, amce-
na tamen & frugifera. Est Iordanis ob Christi lum-
mi Regis lauacrum omnium quæ sunt hodie in ter-
ris, præcipua religione insignis, ex Panæde, qui Cæ-
sareæ mons est, duobus fontibus oritur, Ior huius no-
men: Dan illi est, ut diuus Hieronymus tradidit, un-
de & Iordanis facta uox est. Amcenis ipse aquis, ac
siqua locorum angustia patiuntur, benigne sese ac-
colis insinuans: in Asphaltitem lacum, dirum natu-
ra, uelut inuitus defluit, aquasq; ob id ipsum alio-
qui laudatissimas amittit, pestilentibus undis mix-
tus: Lacus præter bitumen nihil gignit: tauri in eo
& camelī fluitare creduntur. Ex quo fama tenet nul-
lum solidum corpus his undis immergi. Inde Ior-
danis emerfus, perq; angustam uallem aliquandiu
luctatus, Genesaram sacro flumine auget lacū. Com-
motus igitur Sodomitarum clade Habraamus, cū
trecentis ferme ex uniuersa familia lectis (stimulat
illius animus Lothis necessarij sui miserabilis ca-
sus) subito occurso hostem præda onustum, nihil
minus quàm insidias cauentem, circa alterum Ior-
danis fontem intempesta nocte adortus, haud ma-
gno negotio, opprimit. Hi plerique somno & la-
bore pressi, prius omnino cæsi sunt, quàm ullus ad
eos hostium sensus peruenerit. Alij semisomnes &
ad primum tumultum titubantes, quum neque ar-
ma, neque certam fugam expedirent, nocturnis te-
nebris dissecti, quo metus quemque, aut fugæ im-
perus detulit, diuersi abiire. Habraamus uictor præ-
da & captiuis receptis, cum ingenti lætitia & grau-
lacione in ualle regia, uia quæ Solymas ducit: à Mel-
chisedeche uiro super nomen regium iustitia etiam
& sacerdotio insigni, excipitur. Occurrit eodem il-
li loco Sodomitarum rex, qui post mutuas gratula-
tiones suis cum præda ex Habraamo receptis, alia
ex hoste quaesita ob rem bene gestam fortissimam
cohortem habere permisit. Tum (ut sacrae literæ tra-
dunt) Habraamo numerosa est soboles celesti ora-
culo promissa, atque ob id ipsum trimulam ille deo
optimo bouem, trimulam capram, arietem trimu-
lum, cum turture & columba sacrificauit. Iosephus
autor est: anno duodecimo ex quo tributum Assy-
rijs pendere Sodomitæ cœperant, hæc circa Iorda-
nem accidisse. At satis constat Habraamum nouis-
simis Nini temporibus natū, quum ille duo deigin-
ti annis imperium tenuisset. Eusebius treis & qua-
draginta scribit: ac primos omnium Syros Euphra-
tis accolos, aliosq; Syriæ circūiectos populos tribu-
tarios factos. Quod si sic est, nō uideo quo pacto tē-
porū ratio illi cōstare possit. Affirmare igit oportet
in Semiramidis, aut certe in iunioris Nini tēpora eā
expeditionem incidisse: quū maiore Nino ex huma-
nis decedente, ne arma quidem nec per ætatem fer-
re adhuc posset Habraamus. Libet credere librario-
rum id erratum, non autorum esse. Quippe qui quū
in multis, tum in his quæ numeros continet sæ-
pissime decepti, inexpliabilium pene errorum tenē-
bras posteris reliquere. Sed utcumq; res habet, Ha-
braamus: Ninorum ætatibus interiectis, quum mul-
ta religione gentiliq; pietate cōsensisset, essetq; iam
octogenarius, ex Agare ancilla Ægyptij generis si-
lium tulit Ismaëlem, unde Ismaëlitæ genus, qui
dein Agareni dicti sunt, & ut Eusebio placet, ad pos-
tremū Sarraceni. Mox uicesimo ab hinc anno, cen-
tum iam annos natus Habraamus, ex Sara coniu-
ge, quæ ad ultimam senectam fuerat sterilis, Isaciū
genuit.

Sodomitæ bel-
lo ab Assyrijs
petuntur.

Loth.
Iordanis.

Asphaltites
lacus.

Habraami ui-
ctor.

Melchisedech
sacerdos &
rex.

Habraamæ
seculum.

Circumcisionis causa.

Cuius gentis sit propriū circumcidere.

Varia de Sodomæ excidio opinio.

Vera de Sodomæ excidio opinio.

Sodomæ et Gomorrhæ excidium.

Profectio Habraami ex Cananæa.

genuit, quem diuino monitus oraculo circumcidit. De mysterij huius ratione uaria (ut uideo) traduntur ab ijs quos sequimur. Quidam nihil præter obsecrorum mundiciam, ea re quæsitum existimant. Alij figuram eam fuisse aiunt: sed quam ne ipsi quidem Hebræi satis intellexerint. Non desunt, qui id infigne ob eam causam genti inditum putent, quo numerosa illa progenies cœlitus Habraamo promissa à cæteris esset gentibus discreta. Ethnici scriptores circumcidi proprium & uetus Ægyptiorum arbitratum sunt: quem morem Colchi & Hebræi inde oriundi postea tenuerunt. Sed tam in hoc quam in plerisque alijs decepti, plura Ægyptijs tribuunt, quæ gens ipsa ex Habraamo (ut supra ostendimus) accepisse uideri potest: & mox longo interiecto tempore ex Habraami pronepotibus, qui Israëlitis filij fuerunt. Sed eadem illi diuinarum rerū ignorantia, aut fortunæ, aut dæmonū ambagibus, quibus tum uulgo omnes ferè gentes seruiebant: aut (quod minus fit inuidiosum) physica tribuunt rationi, quicquid dei optimi maximi, aut iussu, aut permisso, miraculose in humanis accidisset. Id quum ex multis alijs potest percipi, cum ex eo quod uulgo Græcis scriptoribus persuasum est: Sodomam & alias circūiectas urbes, quæ sub id tēpore, quo Isaacus natus est, cœlesti flamma interiere, idcirco incendio absumptas arbitrantur, quod locorum natura cauernosa esset & sulphurea, & ob eam rem huiusmodi casibus obnoxia. Quanquam imprudens Strabo ueritatem pene exprimit. Quod regio sit ignea, multa, inquit, signa afferunt. Nam & petras asperas exultas circa Mosadas ostendunt, & multis in locis præruptam terram cinerulentam, & picis guttas ex petris distillant. Flumina fœtido odore effluuia, & habitationes pascim euerfas, ut ijs fidem habeant, quæ ab indigenis prædicantur, quod in ea regione plures urbes habitarentur olim, quarum Metropolis fuerit Sodomā, quæ adhuc, L. X. stadiorum ambitu ferret, & quod ex terræ motibus & ignis afflatu aquis calidis & bituminosis & sulphureis lacus eruperint, & petra ignifera facta, & urbiū alia abortita, alia ab his, qui effugere potuerunt, relicta. Audierant Græci (quis non uidet?) hæc quandoq; his locis accidisse, sed diuinorum ignari ea fuisse loca miraculo excisa, percipere non potuerunt. Quod nisi in tenebris errauissent, uel ex eo quod dicā miraculo factum credere potuissent, quod nemo prius tale aliquid aut postea terris ipsis accidisse, quod sciam, tradidit. Cæterum si locorum natura esset in causa, emicuisset interuallo temporis is ignis interdum, ut in Æthna, & Æolijs insulis: aut certe aliqua subiecta materiæ prouiderentur argumenta. Moses, Iosephus, & alij Hebræicæ uetustatis scriptores, Sodomitas aiunt Gomorrhæos & alios quosdam finitimos populos diuitijs ea tempestate & ocio florentes, in omne libidinis flagitium abiisse, ita ut mares uulgo muliebria paterentur. Atq; in tantum fœdissima libido omnium animos incesserat, ut ne ab hospitijs quidem uiolantis abstinerent: ob idq; cœlesti flamma uno tēpore extinctos. Loth uir iustissimus, & ipse loci huius incola, unus omnium cū con iuge & liberis ea est clade seruatus. Is cœlesti prius uoce monitus, se suosq; imminenti periculo subtraxit. Incidit Sodomæ & aliarum huiusmodi urbium deflagratio, quando tempus haud diserte ponitur, in annum fere alterum ac septuagesimum supra ducentimum ac ter millesimum ab orbe cōdito, qui Christi regis aduentum præcessit annos mille noningentos septem & uiginti. Sub ipsum Sodomæ excidium Habraamus ex Cananæa terra in Palæstinam cum uxore & liberis totaq; familia migravit. Causam eius profectiois non tradunt ij quos sequimur. Hic ille aliquot annos cōmoratus, cœlesti est oraculo iussu Isaacum filium, qui tunc ei unicus

erat (Ismaëlem enim Saræ gratificatus cum matre longius ablegarat) ad dei optimi aram immolare. Senex nouitate rei attonitus aliquandiu immotus constitit, mox iussa executurus, iuuenem eorū, quæ parabantur ignarum, in altum abducit montē. Morim loco nomen fuisse memorant. Hic Habraamus lachrymans filium iam robustum atq; ætate præferocem, cæterum nihil reluctantem, posteaquam uiminis iussu sese aræ admotum ex patre cognouit, humi proiectum colligat, cæterisq; ad holocaustū paratis, iam cultrum iugulo admoderat, quum iterū iuperne est admonitus, iussusq; cæde abstinere. Iam satis probatam deo esse ipsius pietatem: atq; cū his hostia rite immolanda cœlitus senis est oculis oblata. Genuit Habraamus plures inde filios nō ex Sara, quæ eo biennio, quo hæc apud Morim acta sunt, uita decessit: sed ex Cethura, quam illi superduxit uxorem, quorum maximū natu Aphrum fuisse memorant: Bibliaci libri Habraami eum nepotem fuisse significant, non filium, Madaiq; procreatum. Aphricam quia cum filijs in eam terram penetrasset, ab hoc iplo nominatam prodiderunt quidam: & in his Alexander cognomento Polyhistor, & Iosephus Hebræicæ uetustatis autor. His porro diuersa Græci & Latini scriptores de nominis ratione tradunt. Isaacus in successione spem omnium diligentissime educatus, Rebeccam Bathuëlis filiam ex Mesopotamia duxit uxorem, cum iam quadraginta natus esset annis. Inde haud longo interiecto tempore Habraamus fato decessit, in Hebrone sepultus est Cananæa terræ, ubi iam antea Saræ fuerat sepulchrum extructum, marito quadringentis siclis agrū redimente. Sub id tempus Cres indigetis primus omnium in Creta insula regnauit: à quo uideri potest ipsi nomen insulæ datum, quum prius Aëria diceretur, etsi non desunt (quod in Cretenis rerum relatione monstrabitur) qui aliunde id nomen inditū existiment. Crete ex corybantibus unum fuisse memorant. Corybantum infantis Iouis tutela fuit. Ortus is in Creta est per id tempus, quo Ninus maior imperauit, aut certe non multo post. Satis constat Saturnum, qui fuit illi pater, Belo æqualem fuisse: Belus Ninum genuit: estq; Saturnus idcirco Cœli filius creditus, quod porro ille à filio fugatus, quum in Latium uenisset, mirati eius uirtutem locorū indigenæ, ut celo demissum, uenerata est ignara ueritas. Enim uero cuius parentes parū noti essent, terra genitos, ut Felix Minutius scripsit, præci mortales crediderūt. Mox uero quum multa idem uariæ prudentiæ apud rudes homines experimenta deponisset, facile consecutus est: ut Cœli sit filius, & Terræ creditus. Sed ut cæteri mortales, is quoque fato defunctus est. Pari necessitate Iuppiter interijt. Ennius in sacra historia: Postquam, inquit, Iuppiter terras quinque iustravit, partitusq; est suis imperiū, mores, leges, aliaq; commoda constituit hominibus, immortalē gloriam memoriāque adeptus, ætate consumpta, uitam cum morte commutauit. Funus Curetes eius filij procurarūt, sepulchrum est in Gnoffo Cretæ oppido ita Græcis literis inscriptū: Iuppiter Saturni filius. M. Cicero tres fuisse Ioues ijs libris quos De deorum natura scripsit, arbitratus est, quorum duo Arcades fuerint: Tertius Cretensis, cuius in ea insula uiseretur sepulchrum. His haud dubie apparet mortalem Iouem fuisse, mortalisq; patre natum. Potuit itaq; & debuit quidem impia uetustas aliud procul à terris numen sibi quærere, ad cuius prouidentiam omnia referret. Nec in Creta solum est recens ea tempestate regnum exortum, sed & Argium in Thessalia. Fuit Argos urbs uetustissima in ea terra haud procul inde ubi postea Larissa habitata est, à Phoroneo conditum Argos quidā arbitratum sunt. Sed in eo Inachus regnasse dicitur, qui fuit Phoronei pater, quum Rom. rerum potireretur nulla

Isaaci obedientia.

Habraami pietas.

Apher.

Vbi Habraamus sepultus.

Cres Corybantus.

Iuppiter.

Saturnus. Cur cœli filius.

Saturnus.

Iouis mors.

Iouis sepulchrum.

Tres Ioues.

Argos.

Inachus. Prima iniuria à Phœnicibus orta.

Isaacus. Rebecca.

Varij parentū affectus.

Isaacus Iacob heredem instituit.

nulla uspiam eius oppidi extabāt uestigia. Vnam suspicandam materiam quibusdam præbitam existimo, campum fuisse quendam non urbem in Thessalia, cui id nomen fuerit. Sed clarissimi Græcorū scriptores & ex Romanis quidam Pelasgicū argos anti quissimam regū sedem fuisse putauere: Vbi primus omnium Inachus regnauerit. Huius filia Io à Phœnicibus nauis est in Ægyptum delata. Phœnices peruestum genus hominū: & qui ab Erithris olim profecti, eam Syriæ partem tenuere, quæ postea Phœnicæ, ab Agenoris filio, siue pater, ut alij scribunt, ille fuit, dicta est. Primi, ut creditur, mortalium ad ignotas oras delati quum Græciæ forte litus tenuissent diuenditis per ocium mercibus, regiam inde puellam, quæ cum æqualibus ad litus spectandi studio descenderat, ut rapam secum deportarūt. Ægyptij ad quos delata est, sub Iudis nomine, quia tritici & hordei ipsi genti prima usum demonstrasset, legesq; uinculum humanæ societatis maximum proposuisset, diuinos illi honores decreuere. Id Phœnicum exemplum Græci secuti, & ipsi haud simili iniuria abstinerūt. Medea postea ex Colchide abducta, quam quam aliquando prius & Europam Agenoris filiam ex iplo Phœnicum litore Cretes auexerunt. His uerustatis rudimentis Alexander Priami filius instructus, ad Helenam ex Peloponneso rapiendam nauigauit. Ex qua postea iniuria ingens est Asiæ confectum bellum. Sed de his, quàm uersisimè poterō, suo dicam loco. Nunc in hebraicis est rebus commorandum, quæ aliquot ætates Troiana tēpora præcesserunt. Ex Isaac Habraami filio & Rebecca Bathuëlis, Esaus & Iacob geniti, puerperio uno ambo nati. Cæterum, quia Esaus prior in lucem exiisset, ut hæreditarium ei nomen gentis relinqueret, pater cum iam fatale uiræ tempus appropinquaret, uenatū ut exeat præcipit, sibiq; cœnā ferinis carnibus opiparè instruat, ut quū abundè epulatus esset perpetuū fortunarum successum illi è cœlo precaretur, atq; cum his hæreditarium nomen traderet. Pater patris imperio Esaus, ac spei plenus utpote qui nullas ueretur infidias sollicita indagine syluas lustrat, studioq; feras insēctatur. Interim Iacob Rebecca matris con filio usus, hæres à patre instituitur. Etenim quū gemini essent, ita fortè acciderat: ut uterq; parens uario utrūq; amaret affectu. Erat in Esau propensior ille, contra in alterum Rebecca mater. Huius itaque monitu instructus, ex hædorum gregibus Iacob cœnam seni quàm maxima potest arte comparat, dextraq; pellibus obuoluta, absentis personam mentitur fratris. Erat Isaacus luminibus captus longæ uiam ætate exacta. Cæterum quum aliquid omnino diuersum ab Esau Iacob sonaret, hispidasq; interim tractaret manus, aurium iudicium secutus exclamat senex: Esau inquit teneo, sed Iacob me audire arbitror. Satis cōstat Esauum hispido corpore fuisse, quæ res effecit ut senex manuū attractione deceptus, omnia prius quàm Esaus domum reuenteretur, bona à Deo minori filio precatus sit, eundemq; hæredem instituerit. Is ubi ea quæ se absente facta erant ex patre audiuit, irarum plenus fratrem Israëlē uocat patris illuforem, infidiatorē fratris uociferatur. Mox uero ubi nihil eorum quæ facta fuerant mutari uiderit, uel quod id facere nollet pater, aut quia non posset, nihil obscure ultionem cōminari. Quod mater uehementer uerita Israëlī autor extitit, in Mesopotamiam transfret, futurum pollicita, ut in ea terra ab hominibus suæ familiæ, quæ tota ferè regione ac Carris maximè frequēs & celebris esset, benignè exciperetur, monstrare ad hæc illi magnam occasio nem coniugis ex ea gente ducendæ, quæ propinquitate generis sibi pernecessaria esset. Matris igitur iussu Israël (id enim nomē postea illi fuit) domo profectus longum in Mesopotamia iter ingressus, dum Cananæorum refugit congressum, ob ueteres cum

patre inimicitias, per loca humano cultu deserta iter diu faciebat iter, noctu fessū labore corpus quieti dabat. Hic quum longa fatigatus uia sub dio iacuisset, saxo capiti subiecto per quietem scalas se uidere imaginatus est à terræ facie ad cœli surrectas, multosq; miranda specie iuuenes, forma augustiores humana ascēsum per eas molliri, ac descensum: moneriq; interim sibi uisus est cœlesti oraculo, pergeret in Mesopotamiā ire, sciretq; nuptias quas animo agitasset nō solum prosperè cessuras, sed miranda quoq; inde sobolis incrementa ad posteros uentura, eamq; stirpem per omnes terras celebrem futuram. Hac ille nocturna fretus imagine, postquam in Mesopotamiā uenit ad Labanem Bathuëlis filium auunculum suum, qui Carris habitabat, decreto diuerit. Is sororis filium incredibili lætitia cōplexus, ubi profectiois ab eo causam, fororisq; consiliū accepit, confestim Rachelis filiæ adhuc uirginis ei nuptias pollicetur, erat illa omnium Labanis filiarum forma longè pulcherrima. Verum ne ut Rebecca soror per speciem cōnubij procul domo ablegaretur, longioris moræ causam cōminiscitur, ita futurū ratus, ut quicquid patriæ parentumq; desiderij in eo esset, longa temporis intercapedine minueretur. Pafiscitur itaq; cum Israëlē ut septem annos suas ille oues pasceret, actum ita fore, ut Rachelis cōnubio potiretur. Accipit iuuenis conditionem puellæ cupidus. Septem inde annos auunculo famulatus, Rachelē sibi dari postulat: tū Laban ut longioris adhuc moræ causam neceret, pro Rachele Lyam maiorem natu facieq; parum liberali illi per noctem subiecit, qua postea fraude animaduersa, auunculi perfidiam iuuenis incusat: quod non cōsanguinitatem, nō hospitij iura ueritus, se post longam seruitutem optatissimo fraudasset cōnubio, ingrati quidē animi parumq; ciuilibus exemplum dicere, puerilitate fororis filium post longam ab eo nauatam operam, sua mercede priuare: futurum ut si apud mortales ea iniuria inulta esset, diuinæ iustitiæ debitas quandoq; exolueret pœnas. Pudorem Laban facti, suamq; in filias charitatem excusare, mox consulendo hortandocq; eo perpulit, ut sibi totidem adhuc annos seruiret: demum fore ut Rachelem duceret uxorem, atq; ita contigit, ut duas ex eadem domo Iacob duxeret sorores. Per quæ tempora aut certe nō multo prius Apis in Ægypto coli cœptus est, de quo in Ægyptiacis rebus referendis cōmodior erit sermo, & in Europa Thessalus Græci filius, à quo Græciæ est nomē inditum: in ea terra, quæ ab eius nomine Thessalia est postea nuncupata, sub id tempus regnasse traditur: & Iobilei quadagesimi quarti initium (ut Hebræorum quidam memorant) quum annos ferme centum Isaacus esset natus. De huius quoq; nominis ratione, & celebris anni instituto, quæ relatu digna uidebuntur, suo postea loco explicabuntur. In hæc quoq; tempora Eusebius rejicit diluuium illud quod sub Ogyge factum esse memorant. Id uero ut ignobilis eo fuit, quod sub Noë fieri contigit, minusq; late est euagatum, ita multo atrocius Thessalico illo, quod Deucalion fugit, quodq; Phocidem & Parnalum ducentis & amplius ante annis inundauit. Sed de Ogygiani cataclysmi temporibus nō idem sentiunt ueteres autores. Fuit is Thebarū, quæ in Bœotio agro fuerunt, non modò rex, sed & conditor etiam, ut Varro credit. Nunc ad Israëlē redeo, qui quum plures genuisset filios, miroq; patriæ ac parentum teneretur desiderio, cum uxori uisus & liberis occultā molitur fugam. Omnibus igitur ad tempus instructis cum Lya & Rachele liberisq; ac reliqua familia, magnaq; cum his rei pectuariæ parte stabulis abducta, fugit uo similis secretū iter ingreditur. Credere æquum est, Israëlē suum idcirco discessum occultum habuisse, quoniam haud dubie appareret, fieri non posse ut bona foci uenia li

Israelis uisio.

Israelis in Mesopotamiam profectio.

Lya pro Rachele subijci tur Israeli.

Duas sorores ducit Israeli uxores.

Græcus.

Iobileus.

Diluuiū quod sub Ogyge fuit.

Israelis ex uxore rum fuga.

ceret inde cum utraq; coniuge abire, quarum deside-
 rium nullo modo esset pater laturus. Laban cogna-
 & clientum fuga consternatus animo, cum seruatorum
 & clientum manu haud contemptibili euectio se
 quifabeantes, quos haud multo post assecutus, uix
 demum temperasset ira, nisi nocte, qua diem illum
 praecellerat, coelesti fuisset uoce monitus Laban, ut
 ab omni abstineret iniuria. Sub primū itaq; accessū
 (ut erat ira percitus) maledictis generū incelsit, con-
 uicioq; urget, quod se sospite, locerum, autunculū, à
 quo domo profugus nō solū grato acceptus esset ho-
 spitio, sed duarum etiam filiarū generū alcius, cū ma-
 gna stirpis parte, tum ppris fortunis spoliare fuisset
 ausus: nullū supplicij genus esse clamitans, nullā
 tam grauem ignominia quam perfidū caput nō me-
 ritum uideret, actum quoq; plura animo mouebat,
 quæ cæteris mortalib. postea documento essent, nī
 pietatis & clementiæ admonitus satius uisum esset
 eam iniuriā ciuilitate ferre, quam uindictā profequi.
 Iacob metu & pudore confusus. iustā focii indigna-
 tionem paucis est lenire adortus, patriæ parentūq;
 desiderij excusans, nec aliam ob causam suum ait di-
 gressum cælari uoluisse, quam q. certum haberet se
 nunquā ab eo cōmeatum fuisse imperaturū, pecorū
 greges, quos diutius pauisset, idcirco à se stabulis ab-
 ductos, q. sui peculij ex pacto hi greges facti essent,
 ut foret unde duæ ipsius filiae quas sibi matrimonio
 despondisset, liberiq; ex his procreari alimēta cape-
 rent. Flexit non nihil senē Israël excusatio, sed mul-
 to magis filiae, quæ ad genua patris obuolutæ, nepo-
 tesq; miserabili comploratione ita irati animū com-
 minuerūt, ut Laban data genero uenia ad oscula &
 cōplexū admiserit, atq; inibi inter eos cōparatū, ut
 Israël omne pecus q. præ se egerat, bona uenia secū
 abduceret: uxores & quos ex his liberos tulisset, de-
 portaret in Syriam, fœdere inter utrunq; icto, colu-
 mna lapidea ibi loci constituta est, quæ rei gestæ mo-
 numento posteris esset. Alij lapidū congeriem eam
 fuisse tradunt. Galaath ab re ipsa loco nomen man-
 fit, ubi fœdus est percussum. Secundū id fœdus se in
 uicem complexi inde diuersi abierūt. Metuere inter-
 rim sibi nihilominus ab irato fratre Israël. Pro ma-
 gno itaq; habuit negotio priusquā domum ueniret,
 quo ille esset in se animo explorare. Quū igitur patrijs
 finibus propinquare cepisset, ad Esau nūcios mit-
 tit, qui pro se illi satisfacerent, docerentq; se eo con-
 filio post uigesimaliū annum cum uxoribus, & liberis,
 multisq; rei pecuariae diuitijs domū uenire, ut se, fami-
 liam, fortunam omnes fraternæ fidei traderet, obli-
 uisceret modo ueteris similitudinis, & si qua inde ira
 adhuc residua esset, illam domesticæ pietati remitte-
 ret. Lætus eo nuncio Esau cum quadringentis ob-
 uiam illi ire pergit, quem ubi cohorte una septū ad
 se uenire Israël sensit, ueritus ad iniuriā non ad of-
 ficiū festinari, exijs quos tum fortè circa se habuit,
 quosdam cum muneribus uenienti fratri iubet oc-
 currere, ut si fieri posset, prius eū donis caperet, quā
 in conspectum ueniret. Verū ille cū penè impro-
 uisus affuisset, multis lachrymis præ nimio gaudio
 manātib. uenientē excipit. Post uero arctissimos
 complexus, mutuamq; gratulationē Esau in Seyrū
 oppidum ubi domus erat illi et familia, Israël ad Sce-
 nas cum suis cōcelsit, id postea loco nomen fuit. Vn-
 de haud multo interiecto tempore in Sicimitem a-
 grum trāstulit tabernacula. Hic Sicimitis solennem
 diem agentibus Dina Israël filia urbē adijt, ut mu-
 liebria inde redimicula sibi emeret, hanc Sichemes
 Emoris Sicimitarum regis filius conspicatus, mala
 uitandæ uirginis cupidine incensus, ad stuprum ra-
 puit. Puellæ dein consuetudine caprus, cum patre
 egit, ut Dinae nuptias sibi ab Israele & cæteris neces-
 sarijs impetraret, cupere se ait eam legitimæ coniu-
 gis loco habere. Petit indulgentissimus pater pere-

Labanis & Israëlis reconciliatio.

Israëlis & fratris cōgressus.

Dina rapitur.

grinæ puellæ nuptias. Israël sibi tempus dari postu-
 lat ad rem maturius consultandam, tenebatq; ad-
 huc ea inter domesticos deliberatio. Ferre enim ple-
 rique fratrum eam iniuriā ægerimē, nec rem uul-
 go probare ut Dina homini alienigenæ matrimo-
 nio iungeretur, quum Simeon & Leui uterini fra-
 tres ira et dolore adacti, cum expedita pastorum ma-
 nu, patrē non modò non autore, sed ne consilio qui
 dem cum eo communicato, prima noctis uigilia ci-
 uitatem uino & epulis grauem ac sopore preitam in-
 uadunt: ibi fœda cædes sine ullo sopore preitam in-
 scrimine per urbem magna parte noctis edita est:
 multa inde strage egressi, sororem exemplo crudeli-
 tatis ad posteros memorabili receptam, ad patrē
 retrahunt. Is Sicimitarum clade audita, uehementer
 indoluit, natorumq; temeritatem derefatus, auto-
 res cædis odisse, atque ut impios auerfari. Purgauit
 inde senex tabernacula gentilibus sacris ad id nefas
 expiandum adhibitis. Sub id tempus quo hæc in Si-
 cimis gesta sunt, Rachel medio nixu extincta est. Ex
 ea Iosippus & Benjamin nati. Reliqua Israël sobo-
 les ex Lya & duabus erat ancillis procreata. Rebec-
 ca filio nondum ex Mesopotamia reuerso, uita de-
 cesserat. Quin et Isaacus iam quo cōfectus, non mul-
 to postquam Israël postliminio receperat, est uita
 defunctus. Post huius interitum filij superfuites
 tabernacula inter se partiti sunt. Israël Ebronem ci-
 uitatem sortitus est. Esau Seyrum eius terræ oppi-
 dum, quæ Edome olim, inde honestiore uoce Idu-
 me Græcis est dicta. Scripserunt quidam Esau ad-
 huc puerum inter æquales Edom quod eius gentis
 lingua rufum significet cognominatum, unde & lo-
 co quem tenuit postea sit nomen inditum. Proce-
 dente deinde tempore, Israël opes usque adeo sunt
 auctæ, ut iam unius nomen, tot filijs ad obsequium
 paratis, tot nepotibus, tanta rerum omnium affluen-
 tia inter finitimos clarum esset ac longè cōspicuū,
 sed in tanto natorum grege Iosippus, quem ille ex
 Rachele tulerat, ingenio & indole multum alios an-
 reibat, eratq; ob id patri omnium charissimus: con-
 flauit res ipsa puero inexpiabile apud fratres odiū,
 ac quo maior in eo futuræ uirtutis spes erat, eo acro-
 ribus inuidiæ stimulis fratrum odia intendi. Sed ni-
 hil his secundum patris studium beneuolentiamq;
 in unum singularem equè suspectum esse ac duplex
 infomnij species, quæ duabus est noctibus illi per
 quietē obuersata. Ferunt priore nocte eum per quie-
 tem uidisse omnis defectæ segetis manipulos, quos
 interdiu fratres in agris disposuissent, ultrò ad eos
 quos ipse ab illis haud multū diuersos statuisset ue-
 nerabundos ac quodammodo supplices accedere,
 quam nocturnam imaginem nihil mali ex ea re sibi
 imminere ratus, fratribus, ubi primū illuxit, rete-
 xerat. Secuta mox altera adumbratio uaria quidem
 figura, cæterum ad eundem exitum pertinente. Ima-
 ginatus est puer sopore pressus, se à Sole, Luna &
 stellis undecim adorari, qua infomnij specie ut prio-
 re illa temerè uulgata, fratres coniectando eo prope
 modum peruenerunt, ut haud dubiè intelligerent, uti
 is cui talia per quietem obuenerant, fratru totiusq;
 familiæ futurus esset longè princeps. Occulta igitur
 inter se de eo perdendo ineunt consilia. Stabat len-
 tentia puerum tollere, sed inferendæ necis neq; lo-
 cus neque tempus satis ab initio constitit. Placuit
 postremò id scelus à patris conspectu procul ablega-
 re, atque in Sicimitem agrum cum omni re pecu-
 riæ apparatu tabernacula transferre. Hic uelut com-
 modiora nocti pascua, diutius solito abfunt. Mira-
 tur Israël senex tam longam filiorum absentiam, mi-
 raturq; indies magis quæ res tādū illos procul do-
 mo distineret. Ad ultimum sollicitus de filiorum sa-
 lute, Iosippum, quem interim circa se frequentē ha-
 buit, ad fratres & pecus uisendum iubet proficisci.
 Hi uenien-

Sicimiarū ea des aliter qui in biblijs.

Rachelis interitus.

Ebron.

Edome. Idume.

Duplex Iosippi infomnij.

Nesarium filio uī israelis consilium.

Ruben fratres à scelere deterret.

Hi uenientem conspicati, confestim sese ad nefa-
 rium scelus expedit. Tum Ruben natu maximus
 subita ductus poenitentia, dubium, facinus ne crude-
 le & impium auerfatus, an indignū pueri miserat-
 us sortem, identidem cæteros monuisse dicitur, ne
 temerè fratrem uiolarent. Inhumanè eos atque im-
 piè facturos, si pueri infantis eodēque patre pro-
 creati, se cæde contaminarent. Quod si neque ætas,
 neque fraterna pietas, eos ab infanda cæde absterre-
 ret, respicerent longæui patris senectam, quam sub-
 lato puero certissimo uitæ uinculo aut abrumpe-
 rent, aut quod non minus impium sit in perpetuum
 luctum & mœrorem conijcerent, oportere adhuc
 eos meminisse, omnium humanorum operum nul-
 lum esse magis irritum, quam fatali necessitati ire
 obuiam. Satis constare signa illa futuræ felicitatis
 in fratre diuinitus esse facta: monet, obsecrat, obte-
 statur, ne se tam impio scelere obligarent, ne eodem
 tempore patrē iam grandem natu, seipsum, uniuersam
 domum infanda cæde funestarent. Hæc Ru-
 ben. Cæterum alijs nihilō secius tumultuantibus,
 quum manifestè appareret à cæde reuocari nō pos-
 se, eò illius oratio decurrit, ut ne man⁹ fraterno san-
 guine polluerent, sed in puteum, qui proximo erat
 loco, demitterent, ubi inedia conficeretur. Placuit
 consilium, puerumq; obligatis manibus in puteum
 deijciunt. Habuit Ruben in animo, in tempesta nocte,
 eo reuertī, puerumq; inde extractum uinculis li-
 berare. Quod ut commodius fieret, in tumulos non
 nihil inde auersos, pecus in pabulū egit, ut fratrum
 oculos ab omni sensu auerteret. Suadet interim Iu-
 das fratribus, ut puerum Ismaëlitis negociatoribus
 uenderent, qui per ea loca camelos mercibus onus-
 tos tum fortè agebant, edocuit ille tutius id consi-
 lium esse, ac minus detestabile futurum, affirmans,
 ut in quacunque deinceps terra Iosippus perijisset,
 nihil ipsius mors ad fratres attineret. Assenserunt cæ-
 teri huic consilio, Iosippumq; ex puteo receptum tri-
 ginta nummis uendidere. At quæ lapidū coagmen-
 ta tam bene unquā inter se quadrare uisa sunt quàm
 figura hæc, cum ijs quæ postea in Christo omnium
 rege euenerunt? Idem fratrum numerus, qui inde
 fuit apostolorum, idem uenditionis autor, idem pre-
 cium, eadem omnia. Ruben in tempesta nocte ad lo-
 cum reuersus, ubi puerum sensit abesse, nouo fra-
 trum consilio perijisse ratus, in luctum & mœrorem
 conuersus, eos ut impios inculcare, nec prius lachry-
 mas absterit, quàm ex eis quæ facta essent, cognouit.
 Tum Iudas & fratres uestem quam puero detra-
 xerant, confissam, multoq; cruore fœdatam ad pa-
 trē deferunt cum lachrymis & multa lamentatio-
 ne, nunciant incidisse se in argumenta illa, & uesti-
 gia fraternæ mortis, uix tandem agnitam à se pueri
 uestem laceram multoq; cruore fœdatam, arbitrari
 uiolentissimæ alicuius feræ incursum eum perijisse.
 Senex nuncio atrocissimo percussus, in subitum &
 miserabilem luctum humi prostratus, Iosippi no-
 men cum planctu & clamore inuocat, Iosippū que-
 relis repercit, Iosippum lamentatur. Te spes mea, in-
 quit, solum per memora & saltus tam procul ablega-
 ri oportuit? Ego humanorum casuum oblitus, sine
 duce, sine comite, sine præsidio ullo, in Sicimite us-
 que agrum te proficisci sum passus? Heu amentiam,
 heu obliuionem miseræ senectæ comites. Habeat
 iam luctum, habeat & lachrymas perpetuosq; cru-
 ciatu infelix senex, in quos sua est seordia prolapsus.
 Heu miserum, qui tantum spei, tantum altæ
 indolis uno die mihi uniuersaq; familiæ ademi. Ibo
 ego, & hoc quod in opis adhuc uitæ reliquum est, in
 tenebris perpetuòque luctu & squalore transigam.
 Hæc ille. Nec filij patrē circumfusi precibus, horra-
 tionē uilla acerbissimum dolorem queunt lenire.
 Quin totis ille diebus, totis noctibus seipsum affi-

gere, neque modum lachrymis, neque finem facere.
 Iosippus interea à Putiphare Pharaonis regis Archi-
 magiro in Ægypto emprus herili cura & indulgen-
 tia instituebatur. Qui quum liberali esset facie, &
 iam per ætatem adolefcere cœpisset, Putipharis u-
 xor eius amore incēsa, signis primò, inde uerborum
 illecebris stupri adolefcemtem compellat. Auersa-
 tur ille mulieris intemperiem immoderatamq; libi-
 dinem. Postremò ne minis quidē compelli potuit,
 ut eam domum, in qua tam clementer fuerat educa-
 tus, adulterio pollueret. Castigare ob id mulieris im-
 pudentiam, interdum etiam precibus orare, ne per-
 geret uana spe seipsam diutius frustrari. Cōstiturum
 sibi esse prius omnia extrema pati, quàm in Putipha-
 ris optimè de se meriti contumeliam, muliebrem li-
 bidinem explere. His illa adhuc magis accensa (ut
 est muliebris natura contumax, & in uetitam libidi-
 nem maiore quodam studio præceps) quū solenne
 fortè spectaculū in regia ederetur, subita ægritudi-
 nem causara, negat se eo die in publicum exituram,
 haud dubiè futurum rata, ut uiro cum omni familia
 foris occupato, per ocium adolefcemtis pudicitiam
 domi expugnaret. Sola igitur solū appellat, ac nunc
 blanda, nunc minax, adolefcemtis animum uariè op-
 pugnat. Postremò quum neque precibus, neque mi-
 nis flesteret, ut obseques sibi esset, imperum in eum
 facit. Grauis hic molestiaq; colluctatio inter duos or-
 ta. Hinc libido ui urget, inde pudicitia resistit. Im-
 pellit illa, hæc repellit: uult hæc uincere, uult illa:
 hæc ratione nititur, illa furore & amentia. Sterit de-
 mum uictoria unde debuit. Impudentissimæ fœmī-
 næ complexibus adolefcens solutus, relicto in eius
 manibus palliolo quo fuerat amictus, sed ad fugam
 expedit. Tum illa duobus amarissimis in femina
 stimulis libidine & ira accensa, uiro domum se reci-
 pienti cum lachrymis & flebili lamentatione occur-
 rit. Nequissimus, inquit, seruus ille quem Putiphar
 prima charitate fouiuit, & ut filium à pueris liberali-
 ter instituit, tui beneficij suæque fortunæ immem-
 or, consortem tuam graui ualitudine affectam, sce-
 lerata libidine, qua solus solam domi uiderat, cona-
 rus est ad stuprum compellere. Vix iniuria ab ægro
 corpore repulsa est, clamore & minis terrefeci, con-
 fuso deinceps seq; domo proripiente, ne ire posset
 inficias, pallium ademi. Quare te per conubij iura,
 & per iugalem fidem oro, & obtestor, ut nequissi-
 mum mancipium, ad supplicium continuò retrahi
 iubeas, sit illius pœna documento alijs, ne unquam
 posthac similis fortunæ quisquam audeat herili pu-
 dicitiae infidari. Ostentare præterea uestem, seq; in
 ea colluctatione malè habitam, atque multo indig-
 nius quàm Putipharis coniugem decuisset ab eo
 uexatam lamentari. Hæc impudens mulier, aliq;
 ad inuidiam simulando, uirum ad ultionem pepu-
 lit. Iosippus ut uerecundo era: ingenio, nihil heram
 recriminari ausus, periclitari maluit, quàm in auto-
 rem flagitij culpam referre. In publicam igitur custo-
 diam Putipharis iussu, abducitur. Fortè accidit ut eo-
 dem custodiretur loco, quo & regius minister. Erat
 inibi & alij plerique capitalium scelerum rei, sed
 quum pincerna regis per quietem exiitisset se tri-
 plicem uidere palmitem ternis præditum racemis,
 qui quum tempestiue maturuissent, essentq; à se re-
 secti & expressi, subitò regi mustum propinasset, il-
 le nocturnæ huius imaginis ambage confusus, ab
 ijs qui proximè iuncti iacebant, sciscitatur, ecquid
 ipsi arbitrarentur perplexam illam infomnij figu-
 ram portendere, rem inde, ut per quietem fuerat ob-
 seruata, ordine explicat. Quarere tum ab alijs id re-
 gius minister, tum multo efficacius à Iosippo, quem
 sub primum alloquium perspicaci sensit ingenio,
 Bono, inquit Iosippus, sis animo. Sanè hoc triduo
 in pristinam dignitatem restitueris. Sed tu quum

Muliebris ars.

Fœmina impudencia.

Iosippus in custodia traditur.

me uerissimum somnij coniectorem fueris expertus, fac rogo sis nostri memor, qui ob custoditam innocentiam ut nocentissimus cultodior: Erat ibidem pincernæ conseruus quem rex pistoribus præfecerat. Commotus is acutissima iuuenis interpretatione, age, inquit, & hoc mihi quoque, si potes, explica: ferebam ego per quietem proximæ noctis treis cistās capiti impositas, panis duas, crudi obsonij reliquam. Omnia importunæ uolucres infestissimo uolatu uisæ sunt diripere. Tum Iosippus, uellem inquit rem meliora uidisse. Sed corbes illæ, quæ panem habuere, bidui adhuc uitam portendunt, tertia (cupere salubriora significari) inenitabilem tibi crucem comminatur, cui cadauer istud affixum obscenæ laniabunt uolucres. Nec desuit tam huic quam priori coniecturæ euentus. Vterq; biduo post uerissimum est uatem expertus. Fuit inde Iosippus duos ferme annos in uinculis. Cæterum, ne tantum inuenij lumen diutius in tenebris iaceret, uiam ad meliorem uitæ statum nocturna regis uisione cœlestis prouidentia inuenit. Is duplici cōsulū somnio, coniectores, & quicūq; in tota Ægypto sapientia præstantant cōsuluit uates. Cæterum, quum nullius responsum certi quicquam afferret, mandat Iosippum custodia educi, cuius ingenium tum demum ingratus minister uera prædicatione extulit, postquam regem de ea nocturnæ imaginis interpretatione uehementer esse sollicitum animaduertit. Viderat Pharaon, quum altius dormiret, septem boues hilari & pingui aspectu ab ripa Nili ad paludem aberrantes, quas septem aliæ deformi macie palustriq; loco emergentes, exceptas conficerent. Mox uero imaginatus erat septenas se spicas cernere multa fruge conspicuas, & quæ iam secari poterant, eas totidem numero spicæ sterilitate insigni ex proximo occupare uisæ sunt. Hæc per quietem uisa, quum rex illi interpretanda proponisset, age, inquit, iuuenis optime, & quantum uel prudentia uel diuinatione assequi potes, uera mihi cupienti enarra. Nec, si qua tristitia mihi nuncianda sunt, ob id in occulto humana fata esse patiaris: omnia qd te mihi præstitisse existimabo, quū tuis euentus dictis responderit. Tum ad ea Iosippus, Si qua ait rex ambigua huius coniectationis tractandæ peritia in me est, ex ijs quæ per quietem tibi sunt priore nocte oblata, eximia quædam septem annorum tibi tuorumq; regno porteditur feracitas, quam optimæ illæ boues cum frugiferis spicis inspectæ denunciant, est id animal agrorum cultui præcipuè idoneum, telluris felicitatem per eos interpretari oportet, cuius lætitiæ causa erit Nili inundatio, unde uisæ sunt boues illi emeruisse. Per spicas, quæ hilari erant aspectu, lætissimum septem annorū significatur prouentus, cætera quæ his diuersa apparuere, totidem annorum famem demonstrant, quæ ubertatem illam euestigiò sequetur, nisi humana prudentia futuræ cladi eatur obuiam. Quod fatale malum ut commodius Pharaon declines, paucis demonstrabo. Vis tritici immensa est agricolis feliciori tempore super futura. Dabis operam ut per solertissimos annonæ præfectos quicquid supra sementem & uulgi alimoniam fuerit his reliquum, tuo nomine coemptum in horrea congeratur, haud prius quam fames regnum inuaserit publicanda, atq; ita fiet, ut ne iniquissimis quidem temporibus sit tuis ulla frumentariæ annonæ caritas sentienda. Miratus rex adolescentis ingenium (Mouit enim uehementer illum peracura utriusque figuræ explicatio) præmaturamq; in tam uiridi ætate prudentiam complexus, nihil indignè uisus est sibi facere, si totum coemundæ annonæ negotium in ipsum cōsiliij autorem reijceret. Vnum igitur publicæ frumentationi præesse imperat, superq; eam dignitatem gestandæ purpuræ usum tribuit, Plonthonq; panicon, hoc est occultorum in-

Alterum somnium et eius interpretatio.

Duplex regis somnium.

Somnium Pharaonis explicatio.

Præficitur athenone Iosippus

uentorem nominat. Quidam mundi seruatorem interpretantur: Phasneopham uocem quam alij posuerunt, secuti. Hanc in Iosippo futurorum diuinationem suorum, somniorūq; peritiam in causa fuisse existimo, ut multum diuq; postea Hebraicæ genti fuerit curæ, ex huiusmodi ambagibus quæ uentura essent, coniectare. Sed quum plures sint eorum species, quæ dormientibus, aut certè ijs qui dormire se putant, per noctem offeruntur: (Sunt enim obscuris figuris inuoluta) ex his id quod somnium appellat, altiore quadam mente opus est ut perspicuè quale sit, intelligi possit, adeoque acris deinceps cura huius rei indagandæ hominum studia occupauit, ut gentile & penè peculiare postea Iudæis fuerit, somnia interpretari, uerū enim uero ita humano est generi persuasum, hominis mentem ab uinculo corporis alta quiete sepulti, paululum solutam, uerum quod sua natura latet, nonnunquā præuidere, etsi non libero & recto lumine, sed uelamine quodam interiecto, quod nexus crassioris caligantisq; naturæ mentibus offundit. Id sapientissimi poetæ monstrant, & ob eam rem quædam etiam falsa obuenire arbitrati sunt. Quo planè colligit, eo propius futurorum cognitioni hominis animum accedere, quo se liberius terrenis curarum uinculis expe diuerit. Et illud in hac reputatione admodum mirabile, omnia ferè melius quam seipsam rationalem animam intelligere, posseq; per quietem solertissima uisus acie præuidere, quæ nullo sensuum comitatu queat, dum unā uigilat. Sed omnino magis mirum, quæ obscuris futurorum tenebris uelut inuolucro quodam inexplicabili sint dormientibus uisa, ea ab aliquo recta coniectura explicari, quod obseruatione, magis an disciplina fieri possit, ut in alijs non facile dixerim, ita in Iosippo diuinatione hanc fuisse, cœlestiq; munere infusam propemodum affirmare contenderim. His Iosippus honoribus insignitus quum iam in multa esset celebritate, Pethephris Heliopolitani sacerdotis uxorè duxit filiam. Aurelius Augustinus Phuthipharem appellatū existimat, qui ab Imaëlitis Iosippum emit puerum, qui regis Archimagirus fuerit Heliopolitanusq; sacerdos. Ex herili filia puer est Iosippo natus, quem Manasses nuncupauit. Id obliuio interpretatur, ut appareat ad fortunæ mutationem allusum, uelut præsentis rerum successu, omnium malorum quæ pater antea fuerat perpeffus, parta foret obliuio. Et ille per hæc feliciter agebat. Interim terrestris affluentia circumactò spatio, dira annonæ caritas Ægyptum inuasit, quæ quo magis inualefcebat, eo frequentior mortalium ad regis horrea fiebat concursus. Tum uero uno ore omnes longam frumentationem quæ ad id tempus multis ludibrio fuerat, immodicis extollere laudibus. Iam uero Cananæam terram & alias finitimas Ægypto regiones id malum premebat. Quo contigit, ut Iacob audita regis frumentationis fama, omnes præter Benjamin filios ad triticum inde coemendum miserit. Erat is ex eadem matre ortus quæ & Iosippus, omniumq; Israëlitis natorum qui supererant minimus natus, ob id fortasse est à patre domi retentus. Camelum singuli aut iumentū præ se agebant. Vbi uero in Ægyptum uenerunt, eos Iosippus intuitus, continuò agnouit. Placuit itaque non prius eos compellere, quam totius domus statum ex ipsis cognouisset. Minaciter igitur eos ut peregrinos homines ac parum notos inuectus, exploratum eos uenisse ait, non frumentatum, fore ut ad unum pro speculatoribus uincirentur, quæstioniq; adhibiti tam diu torquerentur, donec tam longæ uisæ causa esset illis cruciatus expressa. Cæteris igitur nouo crimine, mox & periculo stupentibus, Ruben maximus natus, Neq; huc (inquit) speculatum uenimus, neque aliud curaturi negotium tam procul domo profecti sumus;

Somnium.

Pethephris.

Manasses.

Fames ingens.

Rubens uerba ad Iosippum.

sumus: sed dira fames quod malum omnia extrema cogit homines audere, terram nobis adhuc ignota tam adire coëgit. Est nobis Iacob pater cognomen to Israël, uir Cananæorū iustissimus, ad quem cum nuper frumentationis huius fama peruenisset, quoniam nulla leuandæ pestis aliunde dabatur occasio, eo sanè imperio quod in filios obtinet pater, uoluit nos huc proficisci, ut bona omnium uenia hic nobis uelut ex publico emporio triticum emeremus, & ut frumentatio hæc aliquanto maior tutiorq; esset, pater unum ex omni filiorū grege domi, dum hic frumentaremur, sibi uoluit adesse, cæteros procul domo, procul patrijs finibus huc frumentatum dimisit. Vndecim eius filij sumus, olim bis seni fuimus, actum res nostræ satis prosperæ fuerunt. Cæterum uno (cui Iosippo iuit nomen) absumpto domesticæ fortunæ iam inde in peius lapsæ, haud quidem amplius in pristinum restitui statum potuerunt. Pater senio confectus, in perpetuo mœrore est, cuius luctus perpetuūq; lamentatio non minus iam inde, ex quo unus ille perijt, rotam domum afficit, quam tum suauissimi fratris inopinatus casus affecisset. Accessit his domesticis malis fames, qua adacti exterminata auxilia cogimur implorare, et quod adhuc magis miserabile fit, ex regione iam antea nobis ignota. Quapropter tuam, uir optime, regiamq; fidem imploramus, ne nobis sit fraudi, quod ex paulo remotiore terra auxilium uitæ imploremus, quum satis constat, multa animantium genera non terras solum, sed ignotas mundi plagas cum anni tempestatibus uitæ causa permutare. Multa quidem & magna audent aggredi mortales cæteris necessitatibus adacti, sed multo plura ac maiora fame & inedia compulsi. Iosippus duorum qui sibi longè charissimi erant, salute cognita (uehementer enim ab initio dubitauerat, ne Benjamin aliquo fuisset casu absumptus, quando cæteris uenientibus unus ex fratribus defuisset) tum uelut postredie causam cogniturus iuber eos in custodiam adduci. Lamentari inter se illi fortunam suam, actumq; de salute omnium arbitrari, diuinatq; uoluntate id factum, ut in alienam terram mitterentur, ubi fraterni sanguinis meritas luerent penas. Exprobrat illis Ruben scæ uitiam impiamq; in fratrem cōspirationem, qui neque se audire uoluissent, neque parenti, neque fratri pepercissent, uenisse tempus quo cogitati parricidij precijq; pro fratre accepti meritum expendere frater suppliciu. Iactabant illi hæc, gentilem linguam rati nulli hominum in peregrina terra præterquam sibi notam. Iosippus fratrum miserabili lamentatio ne mor? obortis præ nimia pietate lachrymis, haud multo post mandat eos custodia educi. Quos ad suum tribunal accersitos in hunc modum uadatus est, ut uno ex fratribus sibi relicto, cæteri cum frumento domum abirent, atque in argumentum eorum quæ dixissent, fratrem quem domi à se relictum prædicarent ad suum cōspectum adducerent. Eam rem argumento futuram uera an falsa essent, quæ in tam longæ profectiois excusationem attulissent, illi etsi inuiti necessitate tamen coacti, Simeonem dedere, alij frumentum mercati non sine dolore & mœstitia abeunt. Cæterum priusquam inde proficerentur suum cuiusq; precium pro tritico datum Iosippi iussu occultè omnium est sarcinis illatum, nec prius animaduersa res est, quam sit domum uentum. Tum uero stupor & admiratio ingens defixit omnium animos secum reputantium quo modo id accidere potuisset. Sed quum multa animo occurreret, nulla interim Iosippi fratris subibat recortatio, quo credere æquum est, illum, dum hæc ferent, non multum inter fratres uersatum. Etenim non uideo quomodo fieri potuerit, ut qui sæpius in cōspectum uenerit, nō aut uoce, aut oris linamen-

Omnia ad misericordiam mouendam dicuntur.

Miserabilis querela.

Pietas Iosippi in fratres.

to sit à suis agnitus, aut curille minus fratrib. noscibilis fuerit, quam fratres illi, nisi aliquis maiorem in puero quam in adultis credat mutationem fieri contigisse. Quamquam peregrinus habitus ad personam dissimulandam haud parum profuisset uideri potest. Nec Israël prius expugnari potuit, ut filium quem præcipuè amabat, in Ægyptum duci pareretur, quam ad id necessitas compulit, fame iterum urgete, duplici precio filijs dato, ut si fortè id, quod domum fuerat relatum, restituere coacti essent, nō de foret materia frumenti iterum coemundi. Tulerunt secum Israëlitis filij balsamum, stacten, terebinthum, & alia munera, quorum Ægyptus indiga est, quæ non præfecto, ut in recipiendo fratre recentiorq; frumentatione placabiliorer haberent, dono darent. Vbi igitur eò uentum est, primum omnium excusant illi suam inscitiam, quod siue casu, siue aliena fraude eueniret, ignari, domum pecuniam pro frumento darum deportassent. Aiunt præterea se Benjamin fratrem, quemadmodū iussi ab eo essent, adduxisse. Eumq; unā cū donis, quæ patris nomine attulerant, ante tribunal statuunt. Ibi Iosippus subito affectu animi turbatus, quum lachrymis temperare nō posset, in secretum uelut aliud curaturus sese proripuit, ac non pauca animo uolens, ad nouam artem animum adiecit, qua Benjamin per speciem inieci criminis apud se in Ægypto retineret. Incesserat præterea cupidò explorandi, elsent ne in illum fratres meliore quam in se fuissent animo, an iuuenem in discrimen adductum, procul domo sine præsidio desituerent. Ut igitur commo ditus rem omnem effingeret, fratres hospitaliter inuitatos cœnæ adhibuit. Tam enim Simeone recepto, ab solutaq; frumentatione haud multo post retrò abituri erant. Sed tantisper, dum apud se discubitur, occultè mandatar argenteum poculum in Benjaminis sarcina includi, in eos deinde urbem egressos expeditos immittit equites, mirari illi primò aduentantium fremitum, uerum ubi in se impetum feri animaduertunt, nouitate rei percussi, suppliciter rogant, ne se prius iniuria afficiant, quam uerbis demonstrarentur quod illi meriti essent, quod ita hostiliter in se ruerent. Scire se nihil in quenquam deliquisse, quapropter uim ullam metui oporteret. Contra regij equites perfidos hospites exclamant, hospitalisq; mensæ compilatores, qui nuper pecuniam, tum demum argentum ex cōuiuio, cui adhibiti essent, furto subtraxissent, scituros haud multo post quid eos patri oporteat, qui tam perfidè hospitalia iura læserint. Hæc illi circumstrepunt, simulq; camelorum disiectas sarcinas perscrutantur. Ibi poculo apud Benjamin reperto, cæteris metu & pudore stupentibus, eum uelut ad supplicium retrahunt, sequuntur reliqui fratres cum mœrore & flebili silètio. Qui ubi ad Iosippi cōspectum uenerunt, & cum lachrymis ad eius pedes prouoluti iacuerunt, Iudas ut uehementi erat ad dicendum ingenio, in hunc modum uerba fecisse traditur. Si aut natura, aut consuetudine, ita inter homines comparatum esset, præfecte uir clarissime, ut nihil ab ijs qui in cæteros imperia & iudicia exercent, præter leges & patrios ritus spectandum censeretur, nec aliter quam ab euentu delicta iudicada forent, nullum certè locum nobis ad deprecandum hodie relictum putarem. Verum nemo unquam ita humanitatem exiuit, ut clementiæ qua nullus magis homini conuenit affectus, omnino factus sit immemor, ita sit ut in manifesto etiā crimine, quæ homo apud hominem dicat, nemo fuerit inquam qui non ante supplicium, immo in ipso etiam supplicio non aliquid sperauerit. Verum si unquam spes clementiæ in miserabili causa miseris reis affuit, adeit mihi hodie: adeit & fratrib. uir mitissimè, uel quia apud te uirum non solum sapientem cœlestiq; men-

Quæ munera Iacob in Ægyptum miserat.

Iosippi ars.

Oratio Iudæ ad Iosippum.

re præditâ puenlem culpam deprecamur, uel quod natura quilibet in proprijs quam in alienis sit iniurijs exorabilior, nihilq; haberi soleat gloriosius principis, aut eo qui in alios imperium obtineat, impune læso. Oportet igitur cum cæteras uirtutes tuas, tum clementiam ipsam, nõ deprehensum facinus, quod non magis per se turpe & detestabile est, quàm à nostræ familiæ moribus & fama alienum, spectare, sed flagitij autorem, qui ea sit adhuc ætate, ut quid re-ctum, quid honestum sit, haud omnino intelligat, omnia iura diuina & humana ignoscunt ijs, qui cum à lege & æquitate aberrauerint, nesciant tamen se peccare, aut si sciunt, non intelligant cuiusmodi sit illud in quo delinquitur. Consilium enim non euentus constituit crimen. Hoc quoque prudentissimus pater secutus, priore frumentatione eum nobilicem uenire non est passus, ratus temerè tam uiridem ætatem omnis hospitalis iuris & officij adhuc rudem tam longæ peregrinationi committi: Quamquam ab æquitate tua suppliciter contendimus, ut identidem secum iniecti criminis consideret rationem. Nam quod ad nos attinet, nullo modo persuaderi nobis potest, adolescentem rudem, timidum, nihil ambiciosum, nullius rei cupidum, id scelus non solum non perpetrasse, sed ne cogitasse quidem. Nec illud confestim præiudicio dandum, quod in eius arcina sit poculum reperiunt. Sic nuper nos quoque totius rei ignari, potuissimus in crimè deuocari qui nobiscum tritici precij retrò deportauimus. Quod tatum abest, ut nostra fraude acciderit, ut sub ipsum reditum nihil prius curandum duxerimus, quàm ut ea pecuniæ summa tibi ex fide repræsentare. Quin uidendum potius, quia peregrè huc profecti sumus, & ob id indigenarum iniuriæ obnoxij, ne eorum ars sit hæc, quibus nostra hæc frumentatio ab initio fuerit iniusta, iniquoq; animo ferat, te summum uirum, dignitate & opibus florentem, comiter nimis & humane ignotos homines domestico conuiuio accepisse, tibiq; familiari iunxisse hospitio. Quod ipsum quia ægrè euenisse ferunt, ad tuum fauorem & studium à nobis alienandum hanc occultè calumniam nobis intederunt. Sed quoquo modo res habet, per quicquid ueræ pietatis ubique est, tuam clementiam suppliciter oramus, ne tam crimen spectadum putes, quàm nostrorum progenitorum uirtutes, totiusque familiæ nostræ innocentia. Fuit nobis proauus Habraamus homo (quod sine inuidia liceat dicere) omnium qui unquam in terris fuerunt, iustissimus, què in hac ipsa terra reges hospitio olim dignati sunt. Sapientissimi sacerdotes ob egregiam rerum diuinarum humanarumq; sapientiam summo studio & honore coluerunt, qui præclari Geometriae inuenti uestris maioribus autor fuit, qui ob uetus hospitium & necessitudinem uicinarum urbium Assyrios hostes ad Iordanem fluuium tumultuose uictos præda spoliavit, turpissimaq; fuga disiecit, cum quo ob rem præclare gestam duo tum reges hospitium iunxere: qui celesti oraculo monitus, filium præ hostia immolandum diuinæ aræ admouit, mactassetq; uictimæ loco, ut celesti pare: et oraculo, nisi id fieri numen uertuisset. Is qui tunc altaribus ad motus est, nobis auus fuit, uir & ipse pietate & innocètia inter suos insigni, cætera dignus qui tali esset patre procreatus. Ex hoc Israël, qui nos genuit Cananæorum iustissimus, huius miserabilis se nec tæ miseraris obsecro, quæ longo alioqui mero re multisq; lachrymis affecta, ob unius amantissimi filij interitum, quem puerum adhuc, ceterum præclara indole amittit, si altero hoc uitæ lumine fuerit orba ta, haud dubiè breui sit uitæ cum morte mutatura. Sed melior eius conditio, cuius dolor diuturnus esse non potest. Nos miser, nos afflicti, fors nostra lachrymabilis & luctuosa, qui lege à patre accepta, ut

Apta de precatio.

Habraami laudes.

siue hoc uno, quem flenti & inuito abstraximus, ne mo nostrum in patriam rediret, extorres, ignoti, & inopes, procul domo, procul liberis, procul omnibus, quæ sunt mortalibus charissima, inopia pressi & egestate errabimus. Quare te per quicquid numinis in celo est, qui quid religionis est in tota terra, p regiu Pharaonis nomè, per geniũ tuũ pientissimũ oramus, flebiliterq; obtestamur, ut hæc culpã si qua culpa in puero est, eã nostroru maioru iustitiæ ac pietati, miserabili pareris senectæ, nostris lachrymis, nostris precib. cõdones, uelisq; familiã unã per te iterũ seruari, uel si stat sententia, puerũ ad supplicium tra here, nos reliquos cum eo, quando ita mori fatius sit, quàm ad exilium & ærumnas seruari, ad unum tollito. Verũm quoquo modo te nostræ lachrymæ affecerint, uix tantum spei in illis repositum habemus, quantum in tua pietate & clementia, qui duo affectus tantum inter alias uirtutes tuas eminent, quantum tu ipse inter cæteros mortales dignitate polles & potentia. Quum hæc Iudas dixisset, omnes cum fleru in illum manus intenderunt. Hic Iosippus suorum lachrymis uictus, simulatam ad id tempus personam, ferre amplius nõ potuit, arbitrisq; è medio summotis, Satis, inquit, habeo, quod & patrem meum uirum optimũ adhuc in humanis ægere intelligo, & in Beniamin fratrem meliorem fuis quam olim in me fuistis animo, quamquam ne illud quidem uobis fraudi dandum existimo, sed ad diuinam refero prouidentia. Deus ille optimus qui humana disponit, omniaq; suo imperio regit, ita credo euenire uoluit, ut fratrem temerè perderetis, (perdidistis enim quantum in uobis fuit) ut esset, qui in summo uitæ discrimine uos, patrem, uniuersam domum tueretur. Agnoscite nunc fratrem quem ex Rachele Israël pater uester idem qui & meus genuit, ego à negociatoribus quibus me uendidistis, in hæc terram adductus, ex seruo clarus, & præpotens factus singulari, ut uidere est, inter Ægyptios polleo dignitate, habeoq; ipsi Deo quammaximas possum gratias, quod ita aliquando euenire uoluit, ut unus ex tot fratribus perierim, ne tota domus uno tempore periret, permiseritq; nos hoc potissimum tempore opibus florere, quo et patre meum uirũ omnium hominũ qui unquam fuerunt, quicq; hodie sunt, optimũ, & uos secundum illum mihi charissimos, inedia penè cõfectos tempestiua ope iuuarem, ad quos subleuandos larga Dei benignitate nobis concessa est facultas. Cum ijs ille assurgens, cunctos ordine eum lachrymis & mutua gratulatione est complexus. Nec tam in sperati gaudij rumor intra unius domus parietes se tenuit, sed in regiam subito delatus, Pharaoni nunciatur undecim annona præfecti fratres adesse uiros, florenti ætate omnes. Eos Pharaon in regiam accersitos, familiariter ob Iosippum complexus est, amplisq; muneribus donatos à se dimisit. Illi regijs muneribus largaq; frumentatione læti, sed in sperato nuncio adhuc lætiores domum reuersi, omnia, ut gesta erant, patri ordine exponunt. Ille reduces filios patria pietate exoscularus, ubi & Iosippum, quem diu luxerat, præter spem uiuere audiuit, supinis ad cælum manibus ubertim flens, Deo optimo maximo gratulatur, hunc pium, hunc pijs propitium prædicat, mox ad filios conuersus, hortari cepit, multisq; precibus obtestari, ut se cum tota domo in Ægyptum deportarent. Incredibile uidentis filij desiderium senis animũ inceserat, atque eo magis cupiditas illa hærebat animo, quo studiosus ab eo id postulatũ acceperat. Magno igitur consensu Israël filij, quum senis imperium sequuti, tum famem declinaturi, haud quidem multo post quàm domum uenerant cum patre, coniugibus, sexq; & sexaginta liberis, ac tota domo, omniq; re pecuniaria ex Cananæa terra in Ægyptũ migrauerunt. Iosippus uenien-

Iosippi & fratrum gratulatio.

uenientem patrem cum multis, qui cum eo officij gratia obuiam processere, multa ueneratione excepit. Fama tenet sub primum congressum præ gaudio senem in complexibus filij, subita lætitia uelut ruina quadam pene exanimatum. Inde senex ad regem perductus, familiariter ab eo appellatus, rogatusque profiteri longioris uitæ quam adhuc agebat annos, trigessimũ professus dicitur supra centesimum, testatus ad hæc Isaacum patrem suum & auium Habraamũ multo seniores fuisse. Miratus uehementer Pharaon est longissima uitæ spatia in gente. Sedes inde Iosippo petente ad Heliopolim quæ sunt & Ægyptiæ Thebæ dictæ, Israël & filij daret. Vbi soli opportunitatem nacti, gentili instituto pecus alere perseuerarunt. Fuit Israelitarum progenies in Ægypto longe deinceps tempore. Vbi supra modum aucta, paulatim regum iniuria seruitio adacta est, iugoq; seruitij accepto omnia eorum in peius abiit. Nili aggeribus construendis alijsque insanis regum operibus adhibiti Israelitæ seruiliter operati. Longa fuit ea iniuria. Nec prius libertatis spes ulla genti affulsit, quàm Mosis uiri summi ductu inde sit populariter migratum. Sed aliquot post ætates id fieri contigit. Fuit annus ille, quo Israël & filij Ægypti sunt terram ingressi, ter mille simus ab orbe conditi quadragesimus septuagesimus secundus, qui ducentesimus re promissionis fuit ac duodecimus, quo tempore Balens in Assyria regnauit, qui nono est loco post Nimum rerum interitos positus. Apud Sicyonios Messapus. Est & Sparte sub idem tempus condita, à Sparto Phoræ filio, ut Eusebius prodidit. Secutus haud magna temporis intercapedine hanc Israël in Ægyptum profectioem Athlas uir rerum celestium & astrorum peritia clarus. Fuit is Promethei frater Iapeto & Asia nympha genitus, à quo Mauritania mons est insignis nominatus, & ante tempora Claudij Cæsaris nostris hominibus ignotus, huius demum principatu Romana arma ad ea loca peruenerunt, ac tum primum sunt quædam circa montem Suetonii Paulini ductu diligentius explorata. Eius radices densis altisq; repleta syluis traduntur, incognito arborum genere, spectabili proceritate, materia enodi uertex uel media ætate niuibus candens. Iuba qui de terræ ratione non pauca scripsit, Euphorbion ab eo qui primus herbam ipsam inuenit, nuncupatum in Athlante nasci autor est, succo contra uenena & ad uisus claritatem longe efficacissimo. Propiora uero hæc, quàm quæ ab alijs de hoc ipso sunt memoriæ prodita, medijs eum arenis asperum & squalentem, & qua ad oceanum uergat in cælum uideri assurgere, cætera opacum ac nemorosum scarebrisque fontium irriguum, ac qua Aphricam spectat, fructibus omnium generum sua sponte nascentibus, incolarum neminem interdum uideri, sed locorum silentio & solitudine tacitam quandam animos propius accendentium religionem subire, elato super nubila uertice, atque in lunaris circuli uicinia abeunte. Micare eundem noctu crebris ignibus, ægipanum satyrorumque lasciuia impleri, tybiarum ac stultæ cantu, cymbolorumque sonitu circũstrepere. Ad quæ credenda tantum abest, ut quempiam astringam, ut nisi hæc à celebratissimis essent scriptoribus prodita, non sine cunctatione fuerim relaturus. Fuit scio, Athlas ab eo quæ diximus, alius longe diuersus, Libyes ut aiunt, filius, à quo uideri potest moni nomen inditũ. Cæteri astrorũ peritia insignitur, qui Arcadiæ fuit incola, non Libyæ. Sub id autem tempus, quo Athlas in humanis egit, ingens uis mortalium Indiæ fines egressa in ea terra confedit, quæ supra Ægyptum Æthiopia est nuncupata. Causam profectiois illius à nullo traditam reperio. Illud dixerim, nomen terram ipsam dedisse

Israelis filij cũ patre in Ægyptum profecti euntur.

Israelis ætas.

Anni mundi.

Sparte.

Athlas rex.

Athlas mons.

Satyri & ægipanes in Athlante.

potius aduenæ genti quàm quòd ab ea acceperit, ut qui Indi antea dicerentur, iam inde Æthiopes ab ipsa terra quam semel in sedissent, sint nuncupati. Etenim quum duplex sit omnino Æthiopia, altera ad orientem solem rubro & barbarico mari alluitur: ad septentrionem Libyæ & Ægypto cõtigua: ad occasum in reuorem habet Libyã, ac reliqua parte, quæ austro iacet obuersa: altera iungitur Æthiopia, quæ maior est & australior. Scio perosq; corũ, qui primam hominis originem, non ad diuinam referunt prouidentiam, sed sponte sua rati id animal è terra natum persuasum habuisse, mortaliũ primos fuisse Æthiopes, cõiectura uos, quòd Æthiopicum solum ante omnes terras sideris propinquitate intepescere cepisset, quum terra esset ab initio uliginosa, quo contingerit, ut ex prima illa humoris caloriscq; temperie sit homo ipse genitus, atque eam terram, in qua nasci contigisset, libèrius tenuerit quàm diuersam ullam, quam omnia adhuc ignota essent, requisierit. Creduntur adhuc Æthiopes mortalium omnium uerissimi indigenæ, quoniam ubi terra frequentius colita est, retorridum illud locum neminem ad sui cultum potuerit inuitare, & quod ad gentis uetustatem attinet, primum deorum cultum apud eos institutum memorat, primasq; sacrorum cõrimonias. Quam Homerus persuasione secutus poetarum eminentissimus, Iouè & cõelicolas ad solennes in eam terrã dapes profectos salubatur. Seruatur è Æthiopes nunquã experti dicuntur. Semper genti libertas incolumis mansit. Cambyles, qui Macrobios Æthiopus bello petere ausus est, amisso exercitu uitæ periculũ adiit. Eam solam gentem Dionysius & Hercules, quos terras omnes perlusstrasse fama est, intactam reliquere, aut quia ipsorũ in deos pietatè sint reueriti, aut (quod propiũ uero est) quia in expugnabilis sit uita. Adijciunt quidã Ægyptios, qui Scipili de uetustate diu cum Scythis contenderrũt, fuisse Æthiopicum colonos, quoniam tota ferme Ægyptus mare fuisset olim, sed Nili inũdatione postea continens sit facta, qui ex Æthiopia illapsus, secum uim limi ingentem deferat, perpetuaq; exagge ratione habitabilem fecerit terram, quæ stagno aut pelagi fluctibus fuerat ab initio immersa. Quod deos præterea reges existimarent Ægyptij, haberentque sepulchrorum præcipuam curam, ex Æthiopia creditur translaticum, sic & statuarum usus, sic & literarum, quibus bifaria, ut illi, Ægyptus uita est, ut quæ sacræ diceretur, sacerdotibus dantaxat notæ essent. Alterum genus uulgo * paruũ. Fueruntq; literarum figuræ haud tales, ut ex illis syllabæ coalescerent, sed animatibus extremisq; hominum partibus, uarijsq; instrumentis, artificumq; in primis perquam similes. Talis imaginum scriptio uetustis quibusdã peregrinarum rerum monumentis adhuc Romæ uisitur, singulisq; ut uidere est, sita inerat figuræ significatio ut in accipitre celeritas, in crocodilo malum, custodia in oculo, sicq; aliæ in alijs, quo apparet nõ Phœnicum id fuisse inuentum, ut arbitrati sunt quidam sed Æthiopicum. Atq; inde in Ægyptum primo, mox hinc, unde Agenor profectus dicitur, in Syriã translaticum. Ex sacerdotibus, quem fanatico cursu circũferri uiderint, omnium sanctissimum iudicant. Quem regẽ creauerint, uelut numen sit, uulgo adorant. In quem is animaduersum uolet, lictorem signum mortis habentem ad eum mittit, quo in aspecto, confestim qui quis ille est, domum reuertens libi mortem consciscit. Ferunt quendã per hæc mortis destinatum quem de fuga agitare cepisset priusquam se periculo subtraxerit, zona à matre strangulatum. Adeo persuasum fuit genti non licere mortẽ exilio commutare. Plures sideris propinquitate nudati agunt, ouillis caudis pudenda obtegũt. Quidam, sed pauci omnino, pecorum uestiuntur pellibus. Alij subligacula capillis cõtexta mediũ corpus indu-

Æthiopia stus.

Æthiopes primi mortalium.

Æthiopicum ritus.

Æthiopiũ libertas.

Vnde Ægyptus.

Qua literarũ forma Æthiopes usi. * Al. patuũ.

Æthiopiũ mores.

Exemplum in scimia in scemina.

canant, pecuariam rem uulgo exercent, pecora puilla admodum duri hirti; uelleris. Canes & ipsi nihilo maiores, caeterum asperi & pugnaces. Milij, hordeum frequens usus: unde porum etiam conficiunt. Caeteris carent frugibus, praeter palmulas, easque per raras. Quidam herbis uictitant, tenuioribusque harundinum radicibus, carnibus, lacte, caseo, uescuntur. Meroe fuit olim regni caput, clypei figuram ea insula imitatur ad tria milia stadioru cum Nilo protensa. Accolunt pastores eam qui passim uenantur, & agricolae aurifodinas habent. Herodotus autor est, apud Macrobios Aethiopus aes pluris aestimari, quam aurum, cuius tam uilis sit usus ut Cambyfis legati eo pfecti, fontes uiderint aureis catenis in custodia uinctos, quidam sisamum, alij lotham ferunt: hebeno abundant, & siliquafruo. Elephantos uenantur, leones habent, pardalos & dracones, qui multiplici nexu implicitos elephantos haustu sanguinis conficiunt, arcubus utuntur quadricubitalibus ligneis & perustis, quo armorum genere eius gentis rex conatus est Cambysem a destinata expeditione detinere. Instruuntur bello & mulieres, quarum pleraeque oris labium aeneo traiectum habent circulo. Venerantur eorum quidam orientem solem, occidentem diris excretionibus infestantur. Mortuos nonnulli in profluentem deijciunt, alij feticibus condunt dolijs, quidam etiam uitreis conditos domi in anum afferunt, religioseque interim colunt. Primitias offerunt. Sunt qui tradant regem ab his potissimum declarari, qui forma & alendorum pecorum peritia, roboreque & opibus caeteros antecellat. Fuisseque ius olim Memphiticis sacerdotibus mortis per internunciu regi imperandae, alteriusque in demortui locum, quum libitum esset, constitutum. Deum alterum immortalem credere, eum qui rerum sit princeps, atque uniuersi conditor, mortalem alterum eumque incertum, Regem (ut antea est dictum) & eum qui de ciuitate optime meritis sit, secundum regem ut deum uenerantur. Hodie ut ex ijs accepimus qui in ea Aethiopia, quae Aegypto est proxima, plures sunt annos uersati; Christiano ritu Deum trinum & unum colunt. Regem qui Prestoianes dicitur, in secundis habent. Itali Indos hodie, ut audio, appellant Aethiopus, qui supra Aegyptum colunt, protectionis, credo, illius non ignari, de qua nunc loquimur, quum procul inde alioqui ad ortum recedat India. Consulto adhuc quarundam gentium mores & ritus referre curae fuit, & cum his terrarum situs. Quae relatio semel instituta, etsi toto mihi opere seruanda est (reddet enim res historiam multo iucundior, atque utiliore cognitu) nescio tamen quoniam modo libentius id feci in ipso rerum scribendarum exordio, ne in recessu operis postquam uberius se nobis materia aperire inceperit, ab ipsa rerum dicendarum serie saepius abduceretur stilus, cuius nunc ne obliti uideamur, ad Israelitae redeo. In qua gente sub id tempus, quo Indi in Aethiopia profecti, Moses dux & propheta summus ex Amarama patre iam septuagenario est natus: cuius ductu Iudaei ex Aegypto digressi, superbissimo Pharaonis liberati sunt seruitio. Sed mirum uideri possit, quae ad hunc locum omnes eius terrae reges iam inde ab Habraami temporibus una appellatione referantur, quum si unus interim fuisset, quem admodum ex Herodoti lectione potest intelligi, quem illi Pheronem dixerint, manifeste appareat tot aetates superesse non potuisse. Caeterum praeterquam quod Bibliaci libri, Eusebius, Iosephus, Augustinus, sunt mihi in eo idonei autores, Manethonis Aegyptij sacerdotis commentarij scriptum habuere, Pharaonis appellationem omnes Aegyptios reges tulisse olim, quum suum alioqui nomen, esset singulis, qui mos & in Perlarum reges aliarumque gentium postea sit translatus, ut appellationem u-

Aethiopia

Moses

nam plures tulerint, quam scriptores secuti omnia posteris obscuriora reddidere. Requirenti adhaec mihi appellationis huius causam, una potissimum coniectura subibat animum, a Pharo insula, quae Alexandria obuersa iacet, Pharaonis nomen regibus ab initio datum. Insula uenustissima, quam Proteum tenuisse Homerus significare uidetur. Proteus Pheroni in regnum successit, illi inquam qui multas post Habraamum fuit aequalis. Suo spicari libet Pharaones ab Herodoto & alijs Graecis appellari, quos Hebraei & quicumque Hebraeos secuti sunt, Pharaones dicere maluerunt. Accidit igitur, ut prius quam Moses nasceretur Aegyptiacus sacerdos, oraculo ne intructus aliquo, an propheticum impulsus spiritu, incertum habeo, Pharaoni nuncia uenit, Hebraico sanguine puerum nasciturum, qui multum regni opibus esset obfuturus. Permotus Pharaeo eiulmodi oraculo, uel ut Bibliaci libri tradunt, quia Hebraeorum gens multo numerosior uideri ceperat, quam ipsi regi & uniuersae Aegyptio tutum crederetur, nutririi uenit uirilem Israetarum stirpem, quae deinceps nasceretur. Capitale futurum edicit, si quis marem tolleret, obiterti cibis adhuc indigenis datur negocium, ut omnia attente explorarent, ne in cuiusquam puerperio fieret fraus. Nemini erat dubium totam Iudaeorum gentem, quae adeo ad id tempus in Aegypto creuerat, ut ad sexcenta uirorum milia in ea conserentur, hominis aetate interituram, si omnis alterius sexus soboles in ipso uitae ingressu fuisset extincta. Super uetus igitur turpeque seruitium cura & dolor tacitus Iudaeorum animos uersabat, lamentari secum iniquam totius gentis sortem, cui super alias clades quibus indigne premeretur, crudelissimi regis imperio omnis spes successioneis adimeretur. Oculos ad caelum tollere, numenque suppliciter precari, ne populum uerae pietati addictum, impij regis iniuria extingui pareretur. Facere haec uulgo alij, sed Amaramis uir in Iudaeis iustitia insigni omnium maxime, (sic enim comparatum est, ut praecleara hominum ingenia non praesentia solum, sed futura etiam perspiciant, sintque eiusmodi homines de communi salute praeter caeteros solliciti.) His ille curis anxius caelesti uoce uisus est sibi per quietem moneri, fore, ut potentissimum illud caeli numen, cuius imperium omnia sequuntur, quod per tot rerum humanarum casus, Habraamum autorem gentis protexisset, quem ex inope & ignoto in Cananaea terra locatum diuitem & clarum fecisset, intempestiuo Saram donasset puerperio anum sterilem & decrepitam, qui Deus Habraami filio, qui nepoti, qui ex nepote procreatis, toties dexter uolensque affuisset, qui miranda eidem genti annuerit olim, & dederit incrementa, idem breui suo esset populo ducem daturus, qui ex suorum ceruicibus seruitutis iugum excuteret, fractisque Pharaonis opibus, per omnes esset terras suum nomen propagaturus. His Amaramis bene sperare iussus, simul & illud dicit, partem se miranda illius sobolis futurum, daret modo operam procreationi, caeteris rebus fata ipsa uiam inuentura. Latus ille nocturna specie, rem cum Lochabeta coniuge communicat. Constituunt itaque inter se, ut celato mulieris utero, quantum humana pro uidentia caueri possit, partum quoque occultum haberent. Nec rei defuit euentus. Mulier inde puerum enixa, tres propemodum menses secretiore parte domus aluit infantem. Inde metus utrumque incessit, ne si uagitu suo puer proderetur, quod credere erat aliquando futurum, ambo cum tota domo ad supplicium traherentur, pueri uitam numinis prouidentiae permittunt, simulque uimine cista bitumine oblita inclusum, proxima Nili alluione deponunt. Vehementi secundo fluuii fata-

Omnes Aegyptiorum reges Pharaones dicti. Pharos. Proteum.

Pharaonis dictum.

Amaramis.

Mosis ortus.

le onus haud procul a ripa, quum Themura regis filia, quae tum forte cum aequalibus multis circa Nilum puellari lasciuia errabat, aluceum conspicata, ut est humanus animus scrutandi audis siqua in occulto sint, iubet cistulam apprehendi, puerumque intuitu, clamore circa illum & plausu geliens iacentem osculatur, inde indigenae mulieris uberibus admotus est, quae sponte sua uel accersita potius (utrumque enim scriptum reperio) eo occurrerat. Repudiauit eam puer alimonia ceu aliena ubera fastidiret, mox in alia atque alia idem experta Themura, angebantur animo uehementerque dubitare, ne longa infaus inedia descenderet, consilium inter aequales capit, quia uia immineti fato puerum subtraheret, superuenit interea haec agitantibus Maria Amaramis filia, quasi diuersum negocium secuta: caeterum occulte a parentibus ad id submissa, ut totius rei exploraret exitum. Tu puella nimirum inquit infans hic alterius gentis aueratur alimenta: quae in tribuli femina haud reor euenturum. Agite nunc si placet, idque in muliere aliqua Hebraea experiamini, siquidem coniectura adducor haud inoperta, ut creda puerum peregrini esse sanguinis, metuque a parentibus in profluentem deiecitum. Assensa his est regia puella, eamque ipsam ire iubet, feminemque sui generis aliqua ad se uocare. Nunciat continuo illa parentibus quid acciderit, & quod ab regis filia haberet mandatum. Aduolat eo mater quasi res omnium ignara, nequa suspitio oriri posset, si filia secuta ad reginam uenisset. Huius pectori infans adhibitus confestim materna ubera inuadit. Laeta pueri affectu Themura, huic potissimum qua fortuna primo obtulisset, eum destinat alendum. Pro suo nutririi iubet, impunitatem pollicita. Ipse puer, quia ab Aegyptijs aqua Moys dicitur, is uero educatus, ab ipso rei euentu Mosis ille postea nomen tulit: atque ita diuina prouidentia contigit, ut ex ea domo, unde genti uniuersae exitum propter hunc unum impendebat, sit pueri salus quaesita. Alebatur ille diligenti cura, cum regiae puellae iussu, tum spe tacita paratum, quam de eo iam inde ab non otium illo oraculo imbererat: elucebatque in eo adhuc pueri maius indies futurum uirtutis lumine, utpote qui ab Habraamo septimus esset. Erat enim Amaramis filius, quae Caathu genuit: Caathu Leui, huius Israel fuit pater Isaacho natus, atque Habraae nepos. Et iam trium annorum Moses festiuo hilarique aspectu, omnium in se oculos uerterat. Quibus naturae dotibus Themura permota, eum in huiusmodi oprati, eum de in complexibus habet, fouet, osculatur, ad patris conspectum trahit, & ut libero erat ingenio, paternae indulgentiae secura. En, inquit, pater tibi mihique deorum, ut credere par est, munere quaesitus est successor. Tu nec filiae uotis nec fortunae quaeso beneficio repugnes. Annuit Pharao filiae precibus, puerumque gremio receptum in futuram successioneis argumentum, an ludas potius parum compertum habeo, paruo, quod facis constat, diademate insigniuit: fatorum credo immemor, aut certe patria charitate uictus. Id insignem puer inter crepundia arreptum humi affligit: affligit pedibus conculcat. Acceperunt qui tum circa regem steterat non sine gemitu id omen: nec fatidicus sacerdos, qui tum forte aderat, reperare potuit: quin tum quoque regem fatorum admoneret, apertaque predicatione diceret, hunc uideri sibi puerum, quem magnam aliquando cladem Aegypto allaturum fata portederet: Eum ut publicam pestem dirumque exitium cauendum praedicaret, deorum hominumque fide testari: certissimum incendium Pharaoni, eiusque regno ante oculos nutririi, dum regie puellae nimis a patre indulgeretur. Haec ille uociferatus, mouerat non solum alios, sed & regem ipsum. Subibat adhuc animi oraculi memoria. Qua terribus haud longe aberat, qui puerus est filia complexibus arreptum, suis iugulandum traderet: sed plus omnino ambientis filiae gratia, aut (quod magis credo) fatorum necessitas

Vnde Moses dicitur.

Septimus ab Habraamo Moses.

Diademate conterritus Moses.

Recens fatorum admonitio.

ualuit. Obuoluta illa genibus patris aetatem excusare, quae nihil adhuc sciret. Ad omen igitur eleuatum carbonem iubent puero accensos offerri: ex ea re exploraturi, an nocitura etiam temere tractaret. Hic factum memorant: ut non sine perpetua lingua clade, ex his aliquos repete hauserit. Huiusmodi castris eius infantia iactata est. Verum quum iam per aetatem adolensset, essetque animi propriitudine, multaque ui corporis omnibus conspicuus, ingenio adhaec supra aetate longe prudentissimo, & ob haec illi auilicus fauor conciliatus, ita accidit: ut Aethiopes, qui tempestate illa mutuo rerum commercio Aegyptum uulgo frequentabant, forte iniuria affecti (qualis ea fuerit, autores, quos sequimur, non tradunt) tumultuario bello uicina terra inuaserint. Aegyptij & ipsi uim armis uindicaturi, incognito agmine prodeunt illis obuiam: fuitque his prima pugna parum prospera, multi praelio caesi, reliqui turpi fuga dilapsi domum pro uictis trepide abierunt. Aethiopes uictoria secuti Memphim usque Aegyptum populati sunt: & iam omnes illorum conatus eo tendere, ut Pharaonis regnum funditus euerterent. Gentis igitur opibus in hunc modum fractis, quia suis uiribus Aegyptus stare non poterat, ad diuinas sortes (ut mos est gentis) confugit. Ex oraculo est relatum Iudaici sanguinis duce opus esse, si Aegyptij uellet rerum suarum statum in melius mutari. Quae uox ubi audita est, uniuersum uulgus, uelut ex caelo nominatim Moses posceretur, copiarum imperium uni destinatum: & rex a filia duce sibi in aperto regni discrimine concedi postulat. Magno itaque omnium consensu: totius belli administrandi cura potestasque uni permessa est. Laetari secum interea Israelitae, atque in meliorem formam erecti, rerum omnium euentum taciti expectabant. Moses omnibus quae ad bellum necessaria erant comparatis, in Aethiopus mouit: quibus ne suus accessus aliquo modo praesentiretur, a ripa finibus diuersis ducere constituit. Verum quia per loca serpentibus infesta ductandus erat exercitus, uim Ibidum ingentem papyraceis instrumetis in arcarum speciem contextis inclusit. Herodotus autor est, ex Arabia alatos serpentes in eunte statim uere in Aegyptum uolare, quibus ad planities ingressum Irides aues occurrant, passimque conficiant, esseque ob id a uem ipsam apud Aegyptios in magna ueneratione. Ipsa fere nigra est: grumis cruribus, rostro maxime adunco, & haec nigrarum est Ibidum species, quae cum serpentibus ingenito quodam odio decerant. Est & alterum genus. Huius pedes humanis similes, gracile caput, caetera candidum, praeter ceruicem, alarumque extrema, crura & facies caeteris haud dissimilis. Serpentibus figura hydrorum alae non pennatae, sed ut uespertilionum glabrae. Aduersus horum incursum Moses Ibidibus usus ad hostes incolumi exercitu peruenit. Mira uideri possunt quae Herodotus de ingenito auis huius odium in serpentes prodidit: quibus ex Arabia in Aegyptum uolantibus ad ingressum planities infesto occurrant uolatu, quibus locis ingentes & citra fidem referendi uisuntur ossium & spinarum acerui: qui nihil obscure arguant, alatorum serpentium uim ingentem hic eo confectu lanari. Sunt (quod ad hoc attinet) inter uolucres quaedam & animalia terrestria: inter se celebres inimicitiae, quaedam occulto naturae affectu: sunt & rursus amicitiae. Dissident, satis constat, Olores & Aquilae: Coruus & Miluus: Aquilae & Trochilus, quoniam inter se gerunt, Mustela & Cornix: Ichneumon & Vespa: Anguis & Mustela, Thoes & Leones. Rursus amicitiam inuicem: Paouones & Columbae, Turtures & Psittaci, Cornix & Ardeolae. Sed haec eo tendunt, ne cui parum credibile uideatur quod Iosephus scribit Moysen per infesta serpentibus loca ducturum, Ibidum praesidio usum, quarum in id animal odium, Herodoti Plinijque

Bellum Aegyptij insertum.

Moses belli dux declaratur.

Ibidum uirtus.

Ibidis figura.

Inimicitiae uariarum animalium.

Amicitiae beluarum.

Plinijque

Plinijq; testimonio, sit nulli ignobile. Moses haud multo postquam ad hostes uenit, cum his acie congressus, modico certamine superauit. Victor inde exercitus Aethiopiae fines ingressus, terrore multaq; hostium clade Aethiopiam peruagatur. Postremo ad Meroen sunt castra admota. Id enim nomen illi postea fuit, tunc aliud fuisse crediderim. Estq; a Cambylis sorore Memphis, ut quidam tradunt, ut alij, ab uxore nuncupata. Sed tam hi quam illi a mendacij suspitione uindictantur. Habuit Cambyles sorores duas, quarum utranq; uxorem duxit. Sed altera Aegyptiaca expeditione illum comitata est, ab eoq; in Aegypto interfecta, causa suo loco explicabitur. Est Meroe insula omnium, quas Nilus effecit, amplitudine maxima, Libyam uersus uastis arenæ cumulis circumseptâ, qua in Arabia iacet obuersa, præceps, & abrupta, ad meridiem Astabore, Astabodis, & Astabosæ fluuiorum occursum perfunditur, reliqua parte quæ septentrionem & Boream spectat, Nilo clauditur. De eius magnitudine loco haud multum hinc diuerso diximus. In ea insula tum regia erat Aethiopia, & urbs præter locorum naturam, humano etiam opere munita, fossæ adhæc ad fluuiorum inundationem arcendam circa regiam ductæ, omnia Aegyptijs reddebant impeditiora. Fuit itaq; obsidio illa omnium spe difficilior. Moses longioris moræ impatiens, circa urbem crebro adequitans, cum et animo & oculis lustrare, an ui aliqua aut arte queat ad hostem penetrare. Verum in uero amor illi obtulit, si Iosephus qui hæc tradidit, uerus est autor, quæ neq; uires, neq; bellica studia antea potuerant. Tharbis regis filia illum circa muros uersantem conspiciata, uiri forma & celebritate capta, per fidissimos seruos urbis prodicionem pollicetur, si se legitimæ sit coniugis loco habiturus, nec Mosis displicuit conditio, quippe qui id bellum quoquo modo cupiebat, ad exitum perducere. Fide igitur in id quod petebatur data, confestim urbe potitus est: qua recepta nuptias celebrat. Nec pulcherrima uictoria plus illi gloriæ apud Aegyptios peperit, quam obrectationis & inuidiæ. Etenim domum reuersus uarijs apud regem criminibus iactatus, quum cædis quoq; argueretur in Aegypto homine perpetrata, postquâ capitalia de se consilia apud regem moueri sensit, imminenti se periculo fuga quam occultissima subtraxit. Cæterum ueritus, ne dimissi essent, qui se a fuga retraherent, omnem hominum occursum uitabundus per deserta & deuia loca ad Madiam peruenit. Fuit id oppidum in Troglodytica ora ab Habraami filio dictum, ut tradit Iosephus. Mira sunt quæ de Troglodytarum ritu Plinius scribit in historia. Excauare eos subterraneas specus, quas pro domibus habent: unde & nomen genti inditum uideri possit, serpentium carnibus uictitant, pro uoce stridor est illis, ob idq; omni sermonis commercio carêt. Quæ si ita habeant, nõ uideo: quæ hospitijs, matrimonijue cum ea gente iungendi Mosis esse potuerit occasio: nisi quis alios Troglodytarum mitiores alijs esse arbitretur. Cæterum qualiscumq; fuit ritus gentis, quæ tum Mosem profugum excepit, ad puteum oppido propinquum animo & corpore æger paululum sedisse traditur. Compulerant sub id tempus eo sorores septem, quæ patrio more oues pascebant, suos greges. Idq; aliquanto tempestiuus fecerant, ut cæteros præuenirent pastores aquationis compedio, affuit nec multo post alia frequens pecuariorum manus, arcebaturnq; infirmior sexus a canalibus, suoq; aquationis loco. Moses rem indignam ratus, per contemptum & iniuriam puellas suo comodo priuari, præsertim quod officium maturassent, factum in pastores impetu loco deturbat, atque ita contigit: ut suos illæ per ocium greges potui admouerint. Ea res Mosen Ragueli earum patri sub primum ad urbem accessum conciliauit. Erat is sacerdos pluri-

Meroe insula.

Memphis.

Moses prodicione Meroe potitur.

Mosis exiliu. Troglodyta.

Raguel.

maq; inter suos autoritate. Excipit itaque ille Mosen uenientem grato hospitio: excepto filiarum uenam matrimonio locat: mox in generum ascito omne pascendi pecoris uni permittit negocium. Quo temporis spacio quum forte Mosem circa Sinam monem, seu Orebem, ut alij dicunt, foci oues uersaret: essetq; locus ueribus accolis sacer, quippe qui uulgo persuasum haberent certum ibi numen inhabitare: mirum dicitur illius oculis prodigium oblatum, uidentem rubum intuitus est: quem citra omnem foliorum frugumque cladem innoxia comprehenderit flamma. Cuius rei nouitate, quum aliquandiu Mosem defixus steterit: postremo explorandæ rei studio, quum propius accessisset, uox inde reddita est. Primoque increpitus, quod ad loca religione inaccessa temere penetrasset: inde bene est sperare iussus, quando non sine numine talia eueniret. Iret, & celestis uocis imperium secutus omnem Iudeorum gentem, quæ in Aegypto esset, seruitio libera-ret, atque in eam terram deduceret, quam Habraamus gentis autor olim tenuisset. Moses est ob ea, quæ uiderat, parum liber erat religione, haud frustra ratus id prodigium fieri, coram tamen excusat: nisi gentis imbecillitatem, quæ longo pressa iaceret seruitio, nunc linguæ segnitiam, clademq; a puero in Pharaonis conspectu sibi constam. Quid si quicumque me roget, inquit, quo aetorem tantam sim mouere ausus, haud quidem intelligo, quid tum de mum me illi respondere oporteat. Sum ego, ait uox illa, qui sum, & ab eo qui sit, te illuc reuertum dixeris. Atque secundum hæc quæ audiuerat Moses ab eodem oraculo iussus pastoralem baculum abijcit, quem manibus habebat, ibi miraculum multo maius est factum, confestim uirga in serpentem uersa est. Qui tumidus uolentusq; linguas in Mosem uibrans ceruicem ex aduerso tollit, mox specie illa uetro remittente, baculus pristinum recepit formam. Manus adhæc sinu exerta, uelut lepra quadam obduci uisa est. Postremo aqua puteo hausta humiq; effusa in cruore uersa est. Quibus ille prodigijs motus, certusq; tantis cœptis haud numen desecurum, a Raguete in Aegyptum, iam Pharaone in cuius aula educatus fuerat extincto, reuersus est.

Rubus Mose.

Prodigium.

Reditu Mosis in Aegyptum.

ENNEADIS I. LI.

BER III.



Lorebat per id tempus ocio & diuitijs Aegyptus, quæ quo magis affluerebat, eo insolentior erat gentis luxuria, maiorq; mortalium contemptus. Mala enim prauaque ingenia, quo meliore sunt fortuna, eo inclementius exercent imperium in eos, quos iniuriæ habent opportunos. Premere illi media rerum quiete, crudeliterque uexare Hebraici sanguinis uiros. Nullum erat regiae insanæ opus, cui non illi seruiliter admoueretur. Nulli regum unquam insanis extructionibus suas uanias opes profuderunt quam Aegyptij. Mines qui primus omnium in ea terra rex fuit, ad centum stadia humo congesta in montium angustias coniecit Nilum, ut nõ suo, sed alieno flueret arbitrio. Idẽ & Memphin urbẽ condidit. Mæris qui pluribus interiectis ætatibus post illum regnauit, stagnum effodit tam enormi uastitate, ut Nilo senis mensibus epoto uix sit capacitate nimia expletum. Huius miraculi pyramides illæ medio stagno extantes celoq; surrectæ, cæteru usque adeo in profunda uada demisse, ut partem operis multo maxima ambitiose subternat spectantiu oculis. Sed maior Cheopis insania: qui centu milia operatoru decennio uel uno opere exercuit, huius Pyramis illa quinum

Regum Aegyptiorum insanie.

Mines.

Mæris.

Pyramis.

quinum stadiorum altitudine, alteraque sepulchri nomine erecta octogenum iugerum quaq; uersum pari celsitudine. Pyramidis unius inscriptio testata est in apio, alijs & cepis ad operantium alimoniam emundis mille & sexcenta regi talenta, opus unum decoxisse. Herodotus autor est, hunc ipsum Cheopem pecuniæ defectu filiam prostituisse: quæ ut a patre iussa est, a singulis quos admittit, lapidem unum exegit ad destinatum opus idoneum. Ex qua materia meretricio quæstu quæsitâ, pyramis extructa sit quaque uersum pedes trecentos habens ac sexagenos. Quid domus illa uno lapide excisa lahorioleque asportata? Quid alia aliorum opera quæ uanum gentis arguunt studium? Sed alij id laudi & immortalitatis spei dederunt. Pharaon qui Israelitas exercuit, odio & sauitiæ indulgit, qui ne gens ipsa ab opere & erumna aliquando respiraret, aliqua de industria inchoabat, ut miseram gentem assiduo labore torqueret. Etenim postea quam Iudaicæ opes in Aegypto coalescere ceperunt, maioraque in dies incrementa sentire uisa sunt, fortuna gentis suspectior est indigenis facta, successus inuidiam peperit, suspitio odium & iniuriam. Obstitere duobus grauissimis Aegyptiorum affectibus Iosippi, quandiu uixit, merita: eoque sublata continuo totam gentem grauis adorta est seruitus, tenuitque ea malorum uis usque ad pronepotes, qui Mosis ductu & auspicijs seruitute liberati sunt. De quo instituentus erat nunc sermo: nisi priusquæ ex Aegypto egrediamur, de regionis situ moribusque & ritu gentis pauca essent explicanda. Tota eius terræ portio, quam a Cercasorum urbe Nilus dextra leuaque suo amplexu ad mare usque determinat, Ganopico ostio ab Aphrica: ab Asia, Pelusiaco, fuit olim Aegyptus nominata, atque ob eam rem a plerisque inter insulas relata est: ita se Nilo scindente, ut triquetram terram deliniet figuram. Quo contigit, ut Delta Græcæ literæ similitudine sit a plerisque Delta cognominata. Recentiores eam ad ortum solis terram adiecere quæ a Nilo ad Erithræum usque sinum protenditur: & ad occasum haud parua terque intercapedo antiquis finibus accessit. Arabiæ itaque, & Erithræo mari inde iungitur: hinc Cyrenæ residuæque Aphricæ inhaeret parti, ad septentrionem pelago alluitur, quod ab ipsa terra Aegyptium appellatur, a ceruice & humeris Aethiopiæ est inserta. Si ab Aegypto Danaï fratre nominari contigit, Mosis ætate Aeriæ illi nomen fuisse crediderim. Sic ab initio dictam autores quidam tradunt. Herodotus Tebas nominatam existimat, quia olim ea pars solum coletur, quæ suo circuitu sex milia stadiorum, & amplius continet, reliquam aquæ obtinerent. Aegyptij ante Psammeticis regis tempora, se mortaliu uetustissimos arbitrati sunt. Ille præter argumenta a me rebus Scythicis relata, nouo commento inuenerati erroris gremem coarguit. Cepit enim cupiditate explorandi, qui hominum primi extitissent, quæ sermo homini peculiaris esset a natura datus. Infantes duos iam inde a suo ortu in stabulo iussit a pastoribus nutrirî, qui caprarum uberibus ambos admouerent, iussi nullam interim uocem emittere, sed silentium tantisper tenere: dum puerorum explerentur desideria, mox clausos in solitudine relinquit. Post bimatum igitur pastori stabulum recludenti, ambo porrectis manibus procidentes Beccus clamant. Tenuit pastor in dictum silentium. Sed quum illi id uerbum sæpius iterarent, rem pastores renunciant. Mandat ille pueros silentio ad se deferri. Acquum id per se postea explorasset, sciscitatus est cuius gentis uox illa esset, & quid potissimum significaret. Constitit Phrygas beccum panem appellare. Atque iam inde Aegyptij eo argumento uicti, uetustatis palmam Phrygibus concesserunt. Hæc se Herodotus Memphy a Vulcani sacerdotibus cognouit.

Aegypti situs.

Delta.

Primus sermo qui sit.

Pueri silentio nutriti.

uisse prodidit. Alij quibus haud granate accedo, a mutis nutricibus infantes educatos memorat. Cæterum quoquo modo res acta est, satis constat Aegyptios tali coiectura uictos, uana de se opinari desisse. Scio ego fuisse qui crederent Aegyptios Aethiopum esse Colonos, qui mortalium uetustissimi habentur, ut proximo est uolumine demonstrat: unde pertinax illa Aegyptiorum de uetustate sua orta uideri potest opinio, quam neq; Trogus tradit, neq; Herodotus, quod sciam. Aegyptij omnium proximi, XII. deorum nomina primo commenti sunt, manifelto suæ uanitatis argumento, ac idem primi (ut quidam tradunt) aras & simulacra: delubraque statuisse creduntur, animaliaque in saxis figurasse: quæ omnia plane arguunt eos ab Aethiopiis esse oriundos, qui horum omnium fuerunt autores, ut tradit Diodorus. Memorant præterea apud se mortalium primum Menem nomine regnu tenuisse, cui omnis Aegyptus præter Thebaicam plagam palustrem seruiuerit, atq; eorum quæ sunt supra stagnu Mæris, nihil ea tempestate fuisse. Stagnum septem dierum nauigatione aduerso Nilo a mari nauigatur. Habet itaq; interni maris ora tria milia & sexcenta stadia, a mari rursus ad urbem Elephantinam regionis confinium stadiorum paulominus septem milia, ut Herodotus colligit, maior pars terræ huius acquisita, & mari olim adæpta oblimatione fluminis. Iones quæ totam terram in tres potissimum partes diuideret, Europam, Aphricam, Asiam, quartum terræ membrum Aegypti delta annumerare consueuerunt. Alij Græcoru bipertito eam dimensu, hanc Aegypti partem Aphricæ, quæ reliqua fuit Asiæ tribuerunt. Cæterum ipsi minime pluuium, sed naturæ prouidentia, Nili de quo haud multo postea dicetur, inundatio eam incolis resarcit iniuriâ. Sed ut celo & flumine Aegyptij a cæteris mortalibus sunt pene diuersi, ita eorum mores & instituta ijs quibus aliæ utitur gentes, magna fuerunt ex parte contraria. Hic olim hæmine * negociarij, canponari, institutiq; obire munerâ consueuerunt. Viri intra domoru parietes texere, hi onera capitibus gestare, mulieres humeris, illæ staretes micturire, hi sedentes, domi uulgo uertem exonerare, in ujs comellari, mulierum nulla neq; dei cuiusquam, neque deæ sacerdotium habuit. Mares liberi gentili instituto parentes haud iniuri aiebant, contra cogebantur filia etiam nolentes. Plerique mortalium in funere deglabrât capita, barbam promittunt. Aegyptij promittebant capillum, & barbam tondebant, panem pedibus, lutum manibus subigebant. Horum fuit, ut Græci persuasum habere re, & qui ab ipsis oriundi sunt, uirilia circuncidere, sed propiora uero quæ de ea re alio loco diximus. A dextera in sinistram literas digerunt. Horum mares binis uestibus uti moris fuit, hæminas singulis. Bipertitus literarum usus: prophanus hic, ille sacer: sed uterque, ut Diodoro persuasum est, ab Aethiopiis sumptus. Sacerdotes tertio quoque die corpora rasitare, ne quid fordis quum sacra faciunt, intercurreret. Linea ferre uestimenta, semper reces abluta, falsi munditiæ gratia se circuncisos esse, quia satius sit mundos esse, quam decoros. Vestem sacerdotum lineam tantum gestare & calceos papyraceos. Fabam neque ab illis serri, neq; alibi natam comedere, immundum id legumen uulgo haberi. Hostiarum capita execrationibus damnata, aut peregrinis negociatoribus uendebant sacerdotes, aut si qui illa emerant, non affuissent, in Nilum projiciebant, de quo illud uere dixerim ob mirificam ipsius naturam, unum omnium fluuiorum esse in toto orbe maxime memorabilem. Eius ortum Græci & Latini scriptores ignorari uulgo arbitrantur. Herodotus ne Aegyptiorum quidem aut Aphrorum quæquam a se repertum scribit: qui fateretur se id scire. Cæterum in Sai urbe sacrarum Mineræ pecuniarum scribam

Pueri a mutis nutricibus educati.

Aegyptij primi deos commenti.

Menes.

Terræ bipertito secundu Iones.

Aegyptioru ritus.

*negociarij.

Literæ & uestes Aegyptiæ. Circuncisio.

Nili ortu igno tus.

scribam audiuisse se hæc eadem sciscitantē, qui duos esse montes diceret, inter Syenē urbem Thebaidis & Elephantinam: quorum huic Crophi nomen esset, illi uero Mophi: ex eoq; medio Nili fontes immensæ altitudinis emanare, diuersaq; inde abire flumina: ad septentrionem unum, qui idem esset & Nilus, alterum Æthiopiam uersus ad meridiem. Immensæ altitudinis argumentum fuisse quòd Plameticus Ægypti rex antiquissimus finibus multorum milium passuum connexis, & in profundā abyssum deiectis, ad imum uadum non peruenisset. Sed tantum abfuit, ut eorum quæ dicerentur, quicquā fecerit fidem, ut meram sibi fabulam narrari crediderit Herodotus. Arbitrari tamē Nilum ex Aphricæ fluere, ab eoq; mediam secari fere tractū, quo & Europam ab Istro: Plinius Iubam secutus ex inferioris Mauritanie monte haud procul Oceano lacu protinus stagnante, quem accolē Alidem uocant, in quo præter cætera Nili argumenta, Siluri quoq; in eo reperiantur. Obseruatumq; quoties in Mauritania nubes imbresq; cum satiauerint, Nilum incescere, qui iam inde indignatus per arenosa fluere, sub terra conditur aliquot dierum itinere: mox aliquanto maiore lacu Cæsariensis Mauritanie in Malesiolum gente erumpit, eisdem piscis argumento: iterumq; arenis receptus conditur, xx. dierum solitudinibus. Verum ubi Æthiopiis propinquat, quasi humanum sentiat cultum: proficit fonte, Aphricæq; ab Æthiopia dirimēs, feris primo, mox populis frequens, syluarumq; interim opifex medius Æthiops fecar: Astapu cognomine, quasi è tenebris flues: passim infulas suis diuortijs fabricatus: & in his Meroen, de qua affari supra, receptis inde omnibus unū in alueum aquis, Nilus incipit nominari: est tunc quoq; Cyrianthēs per aliquot milia passuum ab accolis dicitur: infulisq; identidem impactus, ac non nihil irritatus, in montium incidit angustias, unde uio lento cursu ad Æthiopiū locum, qui Caradupi nominantur, peruolat. Hic ruere creditur non fluere inter occurrentes scopulos actus, mox in apertum euadens omni domita uolentia ac lenior factus, septem nouissime ostijs in Ægyptium mare euoluitur, proximo Alexandriæ Canopico, Bolbitino, Sebenerico, Phanitico, Mendefio, Tanico & Pelusiaco. Adijciuntur his alia quatuor, sed quæ diximus, uerissima putantur. Herodotus pro Phanitico & Tanico Bucolium memorat & Saiticum. Statis ad hæc omnium annorum diebus magno actu, cæterum haud semper eodem, per omnem spatium Ægyptum, fecundus terræ innat. Eius incrementi uariæ productur causæ. Etesias uentos in causa esse quidam arbitrati sunt: quibus ex arctoa mundi plaga flantibus, pelagi fluctu in diuersa ostia impulso, illa fluminis restagnatio sequatur: quòd austrino flatu Tyberino fluuio accidere scio quibusdam persuasum. Alij imbribus ascribunt, qui in Æthiopia circa solstitium cadunt, eodem Ethesiarum spiritu nubila in meridiem depellente. Quidā liquefactis montium niuibus: qui in ipso sunt Æthiopiæ recessu, id accidere crediderunt, unde originem Nilus habere existimatur. Timæus uisideris perpendiculariter illi in emeris incubantis, suspendi humorem arbitratū est radijs solis, ut in siticulosa mundi parte uidiūq; alimenta arripientibus, atq; ita diffusum amne abundare. Sed quæcunq; sit causa, satis constat, post solstitium æstiuale, prima sentiri incrementa. Sole per Cancrum transeunte, mox largius per Leonem augeri, in Virgine residet iisdem quibus creuit modis, intotum reuocatur intra ripas in Libra, centesimo (ut Herodoto placet) die, ab eo quo primus sentiri cœpit actus. Iustum incrementum cubitorum xvj. Minores aque non omnia rigant: ampliores tardius recedendo accolarum remorantur commoda: in xij. cubitis famem Ægyptus sentit: in xij. etiam-

Verus Nili ortus.

Catadupi.

Nili ostia.

Nili incrementa.

num esurit, xiiij. cubita hilaritatem afferunt, xv. securitatem: & quæ optima inundatio est sexdecim, delicias. Naturam fluminis huius Iosippus contemplanus, duplicis in somni ambages Pharaoni interpretatus est, quæ diuinationis ratio ingentē illi peperit gloriam: patriq; & fratribus occasionem dedit ex Cananæa terra in Ægyptum migrandi. Unde eorum pronepotes Mosis (ut dicere institueram) ductu egressi sese in libertatem uindictarunt, de qua iam hinc dicere orsus essem, nisi cæterarum gentium pauca memoratu non indigna, quæ in hæc tempora inciderunt, prius essent referenda. Nam & Hemōperid tempus primus omnium in Thesalia regnauit: à quo terra ipsa est Hemonia nuncupata, & Cecrops Athenis regnum obtinuit. Hunc quia primus in Attica maris & sceminæ iugale uinculum inuenit, uetus Græcia (ut Trogius scribit) biforem fabulata est. Alij quia Ægyptius genere fuerit, nec gentili tantum, sed & Attica quoq; ueretur lingua, biforem prodiderunt. Eusebius in hæc tempora reiecit quæ de Prometheo traduntur. Quæ adeo fabulose uideo à ueteribus relata, ut in gremio uetustatis tutius iaceant, quàm ut in historia theatrum sine robore prodire possint. Aequalis his est memoria eorum quæ de Hercule & Antæo produntur, quæ nihilo relatu digniora putarem, nisi Plutarchus autor esset. Antæi cadaver septuaginta cubitorum in Tigena Mauritanie urbe à Sertorio, qui Hispanie imperium aliquot annos obtinuit, refoffum, spectatamq; portentosam osum magnitudinem ijs qui cum eo tunc erant. Nec quum Hercules in præsentia mentionem facio, Thebani illius factā intelligi uolo, sed alterius potius uerustioris. Enim uero pleriq; uiri illustres, quod M. Tullius haud dubie demonstrat, id nomen diuerso tempore tulerunt. Ægyptij quoq; inter xij. deos Herculem ab initio finxere, si itaq; is unus ipsi genti sua tempestate notus: quo apparet Græcos id nomē ex Ægypto accepisse. Hæc q; eo mihi uero propiora uidentur, quòd Alcmena & Amphitryo (ut Herodotus prodit) est in Græcia orti sunt, ex Ægypto tamen fuerunt oriundi. Fama est (ut ad Cecropem & Athenarum originem redeam) sub id tempus oleam in arce illa quæ postea Palladi sacra fuit, sponte enatam, nec multum inde diuerso loco fontis scaturiginē emicuisse: quibus Cecrops commotus prodigijs ad Delphicum oraculum miserit, respondit Pythia, oleam Mineræ numē significare: in cuius tutela ea arbor esset, uim scarentis aquæ Neptunum esse in ciuium potestate, ab utrius nomine appellatum uellent nouum oppidum. Articozum moris fuit olim ut promiscue mulieres uiriq; inirent suffragia. Omni itaq; multitudine ad discussionem uocata, quum mulieres Mineræ, uiri Neptunum diuersis studijs fauerent, ita euenit, ut tum femine plures numero in Attica ciuitate repectæ sint quàm uiri: ob eam rem à Minerva, quam Græci Athenam uocāt, Athenis est nomen urbi inditum. Cecrope adhuc regnum tenente, diluuium in Thesalia factum memorant. Imperabat & Deucalion Promethei filius per id tempus circa Parnasum montem, unde fabulandi materia ueteribus orta est, nauigio illum cum coniuge ad ea loca delatū. Non possum non mirari, fuisse qui in hos annos reponerent eam terrarum cladem, quæ sub Phaëonte accepta est, uelut ita uenerit, ut tam uaria in natura rerum spectauerit humanū genus momenta, sine maiore ulla temporis intercedine, ut alibi terra Cataclysmo sit obruta, alibi subito flagrarit incendio. Sed hæc omnia in eo sunt uetustatis recessu, ea fabularum adumbratione inuoluta, ut sine fidei eleuatione tractari nō possint. Quod uero ad Phaëontem attinet, quem uulgo aiunt Heridanum uocari, omnem de eius casu fabulam circa Padum uarijs ornant argumentis: quo contigit, ut pleriq; fluuium quoq;

Iosippi somnia

Hemon.

Cecrops biforem.

Mosis reditus in Ægyptum.

Oratio ad Phaëontem.

Antæus. Hercules.

Olea nata. Prodigia Athenis facta.

Athenæ unde dicitur.

Phaëon Heridanus.

quoq; ipsum Heridanum opinati sint, & in his Philoxenus, Nicander & Euripides poetæ. Cæterum tantum abest, ut grauisissimi rerum scriptores, uanæ huic opinioni temere accesserint: ut eorum quidam nullibi terrarum affirmare audeant Heridanum inueniri. Æschylus in Hispania fluere dixit Heridanum. Theophrastus Phaëontis oraculum & delubrum statuit in Æthiopia, ubi eū perijisse existimat. Sed hæc ego ad coarguenda ea quæ de Phaëonte in fabulis traduntur, malo uideri à me dicta, quàm quòd ita persuasum habeam nullo modo accidere potuisse, ut alicubi terrarum nimia, & insueta quadam æstus inclementia per id tempus laboratum, quo diuersa terrarum parte Cataclysmus regionem unam inundarit. Sed dum alibi terrarum naturæ uices in hunc modum alternant, aut certe non multo prius postea quàm rerum hæc uicissitudo contingit, Moses ex Troglodyde reuerfus ab Aarone fratre & alijs popularibus summa acceptus lætitia, priores occulte docet, quæ spe, quæ uel fiducia in Ægyptum redijisset, quæ numinis ad regem & suos haberet mandata, in quæ rerum miracula circa Sinā montem incidisset. Fratre igitur & alijs paucis autoribus ad Phaëontem ingressus in hunc modum locutus dicitur. Si apud eum regem, Pharaonem locuti sumus, in cuius demortui locum merito successisset, essent mihi hodie uerba faciendā: nec quis essem dicere opus esset, nec siquid ab eo fuerit imperandum, magno opere id ad me contendere oportuisset. Et enim haud parui referat: sint ne mores, uita, studium meritaq; nostra nota huic à quo aliquid impetratū uelis, an omnino ignota: gratia ne & autoritas ualeam, an ludibrio & odio sumus. Sæpe quidē uerba persuadent, sed autoritas sæpius, gratia sæpiissime. Ego in illius aula, immo in gremio à teneris annis educatus, ipsi regi charus, filia multo charior fui. Inde ubi per ætatem adoleui, perpetuo in cunctos studio & obseruantia tantum apud illos fauoris promerui, ut non solum in pristina erga me indulgentia permāserint, sed uelut regni successorem clementissime fouerint. Accidit interea ut graue bellum sit huic terræ ex Æthiopia ortum, unaq; aduersa pugna ita sint regni huius opes afflictae, ut hostes magnam Ægyptij partem populati de Memphis regia occupanda cogitarēt. Humanis igitur opibus diffisi, hi qui tum regnum administrabant ad Deorum sortes confugere: ne omnino ignari essent, quæ potissimum uia uictori hosti irent obtiniam. Hebraici sanguinis duce opus esse responsum his est, si periculoso bello defungi uellent. Tum magno omnium consensu dux ad hostem missus, incolumem per infesta loca exercitum in Æthiopiam duxi, effectiq; ut breui hostes sentirent, cum ipso duce mutatam esse belli fortunam. Et qui de alieno regno euerterendo nuper consilia captabant, de suo retinendo sollicitos esse cœgi, uici illos ingenti prælio, uictos in Meroen compuli: regiam urbem natura & opere munitissimam expugnauit: cum perseverantia, tum arte & consilio, quando locorum iniquitate armis non potui. Expugnatam Pharaonis imperio subieci. Inuiderunt mihi in dicitur uictoriam, qui tum circa regem plus omnino poterant quàm posse debebant: atq; ubi uictor à me exercitus est domum reductus, cernerentq; nomen meum in ore multorum esse (ut impatiens est omnis alienæ felicitatis inuidia) haud prius me apud regem criminari destiterunt, illiusq; aduersus me animum irritare, quæ uehementer mihi iratum, salutiq; meq; infestū reddidere. Celsi tunc ego, fateor: non sceleris, non culpæ ullius conscientia: sed ne innocentiam calumniæ, uirtutem ignauitæ, laudem inuidiæ opprimendam in aperta iniuria destituerem. Eoq; consilio abij, ut quàm longissimi me ab ea terra reliquum uitæ agerem, in qua obtentorum calumnia cadendum mihi erat, nisi me im-

minentis periculo subtraxissem. Verum licet humanis consilijs ire obtiniam, diuinæ uoluntati nō licet. Deus ille optimus maximus, quem ea pietate, quæ mihi à maioribus tradita est, colere & uenerari nunquam destiti, cum forte in Æthiopia Raguelis foceri mei, uiri inter suos religione & innocentia singulari, circa Orebum pecus uersare, mira est specie me feruū affatus. Nec uerēdū mihi est ne quis mendacij me, aut uanitatis arguat, quum certo sciam & tū præsens numen affuisse, & quum periclitari rem uolueris, tum maxime affuturum. Ibi ego eodem oraculo de Pharaonis exitu factus certior, ut te adirem sum superne monitus, ac coram præcipere iussus, ut Israëliticam gentem, quæ toto tuo regno indigna seruitute premitur, sine maiore offensa Ægypti finibus sinas abire, ut posteaquam in Sina monte ego & illi rem diuinam fecerimus, eam peramus terram, quā olim maiores nostri tenuere. Et hæc sunt iussa numinis. Cui quàm tutū sit Pharaonem repugnare, tute haud multo post experieris, nisi fueris dicto obediens. Quanquam sine Deo quidem ullus his rebus interit, oporteret te Pharaonem meminisse, quæ haud ambigo, quin fando tibi aliquando audita sunt, ut Habraamus ille nostri generis princeps, olim in hac terra, & regis & sacerdotum hospicio ob ingentes animi uirtutes dignus iudicatus, multa ad humanæ uitæ usum Ægyptijs commoda cōtulit, ut Iosippus illius pronepos septenos sua prouidentia annos Ægyptum dira fame seruauerit. Et, quod sine inuidia sit dictum, nos quoq; graui bello non solum huius regni fines tutati sumus: sed in Meroen usq; longe propagauimus. Hæc (ni fallor) tanti sunt rex mitissime, ut si quis æqua expendat lance, sitq; animo minime ingrato, dignam iudicet eam gentem, quæ taleis uiros procreauerit, de regibus, deq; uniuersa Ægypto benemeritos, ut non modo incolumis & sine ignominia, sed amplissimis etiam honoribus publice & priuatim aucta, in terram sibi suisq; cœlitus promissam dimittatur. Nihil præterea tā decet hūc qui legitime imperet Pharaonem, quàm ut se gratia & beneuolentia, nō terrore & armis muniat. Nihil magis periculosum quàm à desperatis timeri. Quod si non merito maiorum, non uiuentium officia, non afflictae gentis miserabilis fortuna mouet, quòd in Nili aggeribus muniendis iuuentus nostra, in montium uenis excidendis, luto subigendo iam multos annos seruiliter operatur, at saltem illud moueat, quòd ipsum cœli numen ita uelit euenire, ut uniuersa gens in antiquam libertatem restitueretur. Cui, iterum dicam, Pharaonem nisi pareas, senties haud dubie nihil minus salutare esse homini, quàm diuinæ uoluntati repugnare. Hæc ille quū dixisset cerneretq; se ludibrio regi esse: nec ad diuini nominis mentionem quicquam eum moueri, quin populares suos ac totam gentem multo grauius solito uexari: ac si quid ab eorum aliquo minus impigre nauaretur, flagro per contumeliam admoneri. Moses iterū cū fratre ad regem ingreditur. Tum ille cauillanti similis, cupio, inquit, signis mihi demonstrari, an numini (ut ais) sit istud cordi, ut tui Israëlitæ seruitio uindictentur. Hic Moses ita opus esse ratus, uirgam quæ secum ad hoc ipsum tulerat: uel certe qua iam grandis natu pro adminiculo uteretur, coram rege in cubili speciem explicat. Sacri libri per Aaronem iussu fratris id factum memorant. Veritè ea res Pharaonem, & qui circa illum steterant in admiratione. Inde ubi ea recepta, species illa oculis euanuit: tū rex, aliquanto infestior coortus, magice sunt, inquit, ambages istæ, ne nostris quidem sacerdotibus ignotæ. Ex eoq; ordine paucis ad eam experientiam dandam accesseritis, quum illi aliquid ab initio præstitissent, appareretque Mosen & fratrem pro ludibrio in ora hominum abituros, proiecta iterum uirga cohiber ex ea factus, cæteros qui circumfusæ multum

Meritorum commemoratio.

Sententia.

Peroratio.

Miraculum in uirga Moisis.

cuius causa solus ipse ex Mesopotamia in Cananæa terram demigravit: pudeat Israël qui ne diutius focero seruiret, ad iratū fratrem redire maluit. Quid per deum sit, non uideo quod pietatis diuinorū operum oblit, nulla libertatis dulcedine, nullo amœnifimæ terræ, quam maiores nostri tenuerunt, desiderio moti, omnia præfenti commodo metiamini, cœlo & hominibus ingrati. Abijcitis, prosternitis uolmetipfos, deq; salute desperatis, uelut seram, parūq; tempestiuam, ad hunc diem diuinam opem fueritis experti. Quin agite, & tantisper precor durate, quoad ex cœlo ueniam, uestraq; impetrē desideria. Spero equidem certissimum illud cœli numē, quod toties maiores nostri præfens experti sunt, quod me ab exilio in Ægyptum pro communi libertate reuocatum uobis ducē oblit, quod his paucis diebus, terra, mariq; præfens, uolensq; nostris est rebus optulatum, haud dubie nobis in tali discrimine affuturum, nisi forte quia ingrati illi sumus, pro impijs repudiavit. Hæc ille. Simulq; in secretum abiit. Vnde haud multo post reuersus, iubet populum bono animo esse, cœlestem opem ex improviso affuturā. Breuis inde mora fuit, quum inclinante die Coturnicū uis ingēs ex alto in ea loca delapsa est, uelut longissimo uolatu fessæ uolucres tabernaculis incidentes, sine maiore aliquo aucupij labore se palsim capientes præbuere. Leuauit id cibi genus nō corpora solum fame deiecta, sed uulgi etiam animum in spem maximam erexit. Nemo erat qui non iam aperte intelligeret ea non sine prouidentia euenire. Lapsus deinde est sub lucem, quod Moses futurum prædixerat, ros quidam cœlestis in coriandri speciem, gustu suauissimus. Oppleuit is omnem circa castra planiciem. Cuius rei nouitate attoniti aliquandiu immoti intra tabernacula se Israëlitarū tenuerunt, animo reputantes, quidnam rei id esset. Ex qua ambigentium disquisitione rei nomen est postea factum, ut Hebraica uoce manna diceretur. Eo postea cibo Iudæi xl. sunt annos usi quibus in deserto fuerunt. Fuit roris illius natura (ut sacra litera memorant) supra quam dici possit mirifica, ac sine dubio mystica: est tam hæc quam alia quæ tēpestare illa in deserto diuinitus facta dicuntur, figura, ut inter omnes constare uideo, nō caruerunt, & in his memorabile illud, quod media filice Aaronis baculo percussa, uerberum inde aquæ fons manauerit. Jam uero Hebræorum fama, Arabum desertis uicina incolentium aures occuparat, multiq; reges multitudinem ueritatis, ne suis finibus pellerentur, consternati ad arma concurrunt (constans fama erat eam gentem ex Ægypto profectam nouas sibi sedes querere.) Plures itaq; consociatis uiribus, bellum in Hebræos instrunt. Tenebant hi terram Arabicæ petrae propinquā à septentrione & occasu Syriæ insertam. Cui à fronte deserta prætenditur Arabia, à meridie altera quæ felix nominatur. Estq; pars hæc longe memorabilis, & ad meridiem præcipue extensa. Ceterum quo maioribus euagatur spatijs, & à nostro cœlo longius remotis, eo gentis ipsius mores atq; ritus tardius ad nostrorum notitiam peruenere. Pleriq; Arabum Nomadæ sunt, usq; camelorum freques, his pugnant, proculq; onera exportat, lacte & carnibus uelcuntur: fluuius quem Nomadæ accolunt, ramentum habet auri, id non constant artium incitiam. Debæ & ipsi pastores, colunt iidem & agros aliqua ex parte, gens auri abundans, inter glebas remere iacentes aureas pilas iuglandium magnitudine reperiūt, quibus lapillis affabre interiectis, monilia conficiūt, haud iniucunda aspectu, ea collo & manibus inducunt: uendunt aurum finitimis triplo æris precio, argenti duplo, cum auri contemptu, tum eorum desiderio, quæ commercio parantur. Proximi his Sabeithure, myrrha & cinnamomo diuites, & in ora huius terræ balsamum nasci quidam prodiderunt. Hæ-

Peroratio.

Coturnicum miraculum.

Manna natura.

Arabie fines.

bent & palmas odoratissimas, & calamum. Serpēs inibi palmari longitudine, letalis ferē eius mortuus; in arborum radicibus cubant, odor nimius rerumq; fragrantia stuporem sensibus inducit, quem bituminis suffitu, & hirci barba leuat, penes regem omnis iudicandi ratio. Sabæorum pleriq; agricolæ. Aromata alij legunt. In Æthiopiam ob negocia nauigant, nauigijs corio contectis. Cinnamorum & cassiam lignæ materiæ loco igni adhibent. Nec Gerrei his minus opulenti, quorum fere supellex ex auro est & argento, ex his & ebore domorum limina, tecta, parietes, construunt. Gladio, arcu, lancea & funda in bello, plurimumq; bipennibus utuntur. Ælij Galli ductu longe lateq; sunt his terris Romana arma euagata. Gentis ritus & mores hi sane memorantur. Artes haud ab uno in alium transferuntur, sed in patrijs quique permanet institutis. Qui maximus est natus, is in totam gentem regnū obtinet. Quæ possidentur, uniuersæ sunt cognationi communia. Vna omnibus uxor. Qui primus domum subierit, postero ante ianuam scipione, cum ea congregitur, cum grandiore natu permotat: Ita omnes omnium sunt fratres. Coeunt cum matribus & sororibus pecudū ritu. Adulter capite plectitur. Alterius sanguinis cōgressus pro adulterio est. Domestici in uniuersum legitimi habentur. Hinc memorabile illud, est fœdum relatu, tamen haud indignum accidit. Regis filia eleganti erat forma, quindecimq; illi fratres: quorum singuli unius amore misere deperibant, quum unus post alium ad eam irrequieto accessu uentitarent, nec puella una par esset tot robustissimorū iuuenum concubitus, rem nouam commenta dicitur: baculos occulte comparat fratris simillimos: inde quum eorum unus ab se exierat, priusquam alius adesset, uirgam ante fores statuebat, ac paulo post alium, noua insuper arte adhibita, ne hunc statueret qui similis esset huic quem is gestaret cuius aduentum expectabat. Accidit tamen aliquando ut eorum unus cæteros fratres in foro conspicuatur eam contenderit. Qui domesticum insigne ante fores intuitus, fraudem inesse ratus, adulterumq; à sore eo pretextu admissum in forum ad patrem deuolet, filiam in adulteri cōplexibus esse reperiendū ciat: ait se rem ex eo compertam habere, quod quū omnes in foro fratres essent, sororis tamen foribus baculus hæeret, tanquam fratrum unus ad eam esset ingressus. Occurrit eo pater irarum plenus, sceus continuo uindicaturus. Verum nemine apud filiā reperto, posteaquam puellæ commentum audiuit, tantum abfuit, ut in filiam ob eam causam acerbis quicquam statuerit, ut laudata super ea re illius industria indolem sit in ea identidem osculatus. Conuiuia ad hæc fere terdeni celebrat, & in his musicae artis duo non imperiti, consanguinei sibi inuicem ministrant. Vrbes & oppida sine mœnibus, pacate inter se agunt, sesamino oleo utuntur, beatissimā alioqui rerum ubertate, ouium greges candidi uelleris, grandiori statura boues, equi omnino carēt, quorum desiderium admittit camelorum copia. Aurum, argentum, & plura aromatum genera terræ peculiaria. Æs, ferrum, uestis, purpura, crocus, costus, & toreumata aliunde aduehuntur. Defunctorum corpora stercore abiectiora, regiū cadauer sterquilinijs sepeliunt. Nabatæi omnium continentissimū in quærendis opibus, mira gentis industria, sed in tuendis multo maior, qui rem domesticam inuinit, publice mulctatur: contra honore afficitur, qui patrimonium auxit. Horum regia Petra oppidum in eodem Arabiae tractu est, & Sina mons, quo Moses sacrorum causa iter intenderat. Ex hac terra crediderim tum primum Hebræis bellum exortum. Perculerat Iudæorum animos terribilis belli fama: quippe qui animo reputates quàm disparia utrinq; essent

Ritus.

Nota.

Arabum diuitie. Sepulture.

essent omnia, se multitudinem habere incomptam, inermem, bellorum expertem, omnium rerum indigam. Contra hostes copijs, armis, omniq; bellico apparatu abundare, in solo patrio pro ipsa patria pugnaturos. Aliud nempe esse situm, in eadem, æstū inerti ocio tolerare, aliud in conferta telorum multitudine uersari, ubi terrificæ uoces, horrendi clamores, gemitus, suspiria, circumsonent aures, timere se uehementer, ne lux illa qua acie cum hoste conflixerint, ultima Israëlitis esset futura. Hoc populi metu ad Mosē perlato, pro magno habuit negocio, priusquam in pugnam iretur populum pro concione adhortari: ad quem ita ille uerba fecisse dicitur. Nisi exploratum haberem Israëlitarū uiri, uos iam pridem non ignorare, omnibus quæ adhuc gelsimus manifestum interfuisse numē, salutemq; nostrā deo optimo curæ esse, longior apud uos hodie habenda esset mihi oratio, ut uestros animos, quos uano nunc a dio metu torpescere, ad studium & cupiditatem pugnae erigerem, sed quum per tot labores & discrimina uos liberosq; uestros, uxores, & alia quæ uobis charissima sunt, manifesta dei prouidentia toties seruari contigerit, non uideo quæ noua desperatio tum repente uestrum animū subire debuerit, ut uos ipsos ita abijcatis, totiusq; gentis fortunam muliebriter comploreis, tanquam nostræ copiae bello stratae, his medijs iacerent campis. Quin animum tollitis, in mentemq; reducit, quæ ad hunc diem perpessi sitis, quibus defuncti periculis, nisi forte desperandum putatis cœli numen quod tor cladius Ægyptum pro uestra salute percussit, rubrū mare peruium fecit, potentissimum hostem uobis calcandum dedit, cœlesti rore in deserto pauit, dura filice aquam elicit, idem illud mollissimorum hominum in incomptam & indigestam aciem non posse nobis, uel nihil annitentibus, sternendam subijcere. Pudet me uiri Israëlitarū, pigetq; uestræ inconstantiae & leuitatis, qui nō nisi ex eo quod ad sit, quodq; præfens sit, spem & metum metiamini, diuinorum operum uestrorumq; successuum insigne. Sed cauendum est ne dum nimium humanis affectibus indulgetis, cœlestia negligitis, numen quod propitiū ad hunc diem habuimus, iratum demum experiamini. Cæterum quod ad futuri belli rationem attinet, nihil adhuc quum omnia animo considero, in hoc hoste reperio, quod tantopere formidari oporteat. Genus est id hominum molle, longa pace, longo ocio solutum, nulla rei militaris peritia, nulla laborū tolerantia: non uires, non audacia, non consilium uilium, audetis uos huiusmodi uiros, ac nescio an uerius fœminas dixerim, uobiscum cōferre? qui tot laboribus, tot periculis affuerit, fame, siti, æstu, omnibusq; malis pene enectis, omnem Æthiopiæ & Arabicæ permessi estis uastitatem? Qui si ij esse uultis qui certe debetis, non modo non ueueor, ne non fitis illis in acie pares, sed affirmare etiam ausim futurum, ut imbelles hostes ex umbra & ocio mulierūq; complexibus nuper egredi, quum primum corpora ista retorrida in procinctu stare uiderint, subito pauore fugam circumspicere incipiant. Nec uos moueat quod melioribus sint illi armis instructi, forti & inuictō animo opus est. Hic hostem petit, hic in media acie intrepide uersatur, hic cuneos perfringit, fugat, prosternit, huic uni cedunt omnia, hunc uictoria comitatur, sine armis pugnarunt ad initio mortales, pedibus, pugnis, dentibus contenti, quanquā ne uos quidem nudi in aciem proceditis, arma multifariam comparata habemus, quæ nobis partim hostes altis fluctibus obruti dederunt, partim uos ipsi per ocium fabricati estis, ad do æquitatem & iustitiam: quæ pro fortissimis ducibus à nobis in acie stabunt, etenim cū neminē læserimus, iniusto lacefimur bello, oblata est nobis nō quæ sita pugna diuina. Cogimur, nisi ut oues uilissimæ cum cōiugi-

Cratio Mosi ad populum.

bus & liberis iugulari uolumus, armis iniuriā propulsare, erit spero uel una uictoria alijs gentibus documeto, ut nulli hominū posthac nostris capitibus temere insultent, sed sine bello, sine iniuria, nos in eam terram quam cœleste oraculū promisit, pacate transmittat. Quod si propitiū per cætera fuimus nomen experti, si numero, uiribus, patientia, labore, hostibus meliores sumus, si plus uirtus & audacia quæ at ma in acie ualere solent, si pro æquitate pugnamus, pro totius generis gloria & celebritate, si pro terra nobis & posteris reposta: si pro ocio & quiete, si deniq; pro libertate & uita ipsa qua nihil est homini charius, ite alacres in pugna, certamq; spem quisq; secum ferat, Israëlitas tam præfens in hoc certamine quod instat numen habituros, quoniam quam alijs præfentissimū habuerunt. Hæc ille usus oratione, seorsum singularū tribuum principes hortatur: ut suorum animos confirment, iuuentutem erudiant: ut ordines seruare, imperium audire discat. Inde Iesum Naue filium omnium copiarum ducem constituit: ut uel filium omnium copiarum manuq; & lingua promptū. Is quia iam hostes aduentare dicebantur, præsidio circa liberos, & aliam imbellem multitudinem locato, reliquum copiarum in aciem produxit. Moses iā grauis annis ex eminenti loco, pugnae spectator constitit. Ferociter aduersæ acies utrinq; conflixere, fuitq; pugna diu anceps neutro fortuna inclinante. Verū ubi Moses manum ad cœlum sustulit, confestim Hebræi hostem loco submouere cœperunt: mox ubi dextra senio confecta acclinauerat pulsi retro abiierunt ille iterū sublato brachio uisus est suis animū & uires adijcere, quo remittente confestim Israëlitarū pedem retulere. Id quum sæpius fieri cōtingisset, Aaronē fratrem & sororium, qui illi aderant, suas utrinq; ulnas iubet sustinere, ne uirū defectu suis toties bellatoribus laborandum esset: tum uero ambabus manibus in cœlum sublatis, successu nihil amplius uariate, fusi fugatiq; sunt hostes. Multi in acie occisione occisi, sed multo plures in fuga cecidissent, nisi nonis interuentu Hebræus uictoria à persequendo hoste abstinuisset. Postero die Iesum copiarū ducē lectis ex hoste spolijs, ut uirum fortē Moses pro cōcione laudauit: laudata est simul uniuersa multitudo, quæ strenue & constanter pro cōmuni salute dimicasset. Fuitq; uictoria illa eo lætior, quæ admodū Iosephus scribit in tanta hostiū strage Iudæorū nemo est desideratus. Hic Moses arā deo optimo erexit, locumq; insigniuit uictoriæ appellatione. Composito mox agmine profectus ad Sinam montē peruenit tercio mense ab eo quo ex Ægypto Hebræi exiere. Hunc esse ait Iosephus montē illū, ubi circa rubrum mare (ut eius uerba sequar) tot miracula fuerat Mosi, quū Raguelis oues pasceret, obuersata: in quibus locis Raguelē illi occurrisse ait cū nepotibus, & Sephora filia quæ Mosi nupserat, generūq; & exercitū post mutuā gratulationē cōmeatu iuuisset. Quibus suspicari libet Troglodyticen à Iosepho appellari non eā solū terræ orā, quæ Æthiopiæ finibus cōtinetur, sed hæc quoq; litoralē Arabicæ partē, quæ Sinæ est monti propinquior. Quæ ex ueteribus scio quosdā fecisse, qui omnē fere litoralē Erithræi maris tractū Troglodyticæ assignat, ut aliquid Erithræi sinum in uniuersum rubrū dixerent. Verū enim uero ubicūq; Moses est cū focero cōgressus, huius cōsilio (quod satis constat) grauisimā diuinditius prouincia, quæ solus ad id tēpus obueerat, in alios trāstulit, tribunis & decurionibus in singulas tribus ad hoc ipsum creatis. Vbi igitur ad Sinā sunt castra admoda, Moses solus montē conscendit: cœlo (ut ipse inter suos prædicabat) postularus, quæ ad ocium & quietem gentis pertinerent. Vetus erat indigenarū opinio in eo monte numē habitare: fueratq; ob id locus ueteri religione inaccessus. Auxit uulgi opinionem subita tempestas, quæ

Epilogus cith peroratione.

Iesus Naue uincit.

Prima Iudæorum uictoria.

Arā Mosi statuit.

Raguelis & Mosi congressus.

Sina mons sacer.

sub illius est ascensum coorta. Nimbus cum ingenti fragore primo est montis uerticem complexus, inde imber procella mixtus crebris fulminibus caelo deiectis, hominum mentes subito pauore defixit. Silentium & stupor omnium animos occupat, stetitque populus sine uoce aliquandiu, religione & metu percussus. Inde ubi caeli fragor, tempestasque illa remissit, de salute ducis solliciti omnes, uerent ne, an tempestate illa esset extinctus anxij requirebant. Erant illi his curis occupati, quum Moses (iam enim toto caelo differauerat) ad ima digressus laetum se hilaremque sollicitae multitudini ostendit. Hic circumfusam populi concionem affatus. Habemus, inquit, propitium nume, ut antea habuimus, uiri Israelitae, id ta praesens nuper mihi in monte affuit, tam manifestum, quam locorum nusquam alibi: futuram nobis felicitatem annuit, futurum nepotibus successum, quae omnia ut in posterum rata esse uelit, oportet nos summa ope nitri, ne caelestium simus beneficiorum immemores. Quod satis rite fieret, si eorum quae pro nostra salute Deus adhuc operatus est, gratam praestabimus memoriam. Caeterum pietatis huius uestrae nullum maius praestari potest argumentum, quam si praecipua quae illi mihi nuper obseruanda dedit, sancte a uobis & religiose fuerit custodita. Nec quia nunc me concionantem cernitis, uos hominis uoce non diuino moneri oraculo arbitremini. Ille summus rerum omnium opifex, qui maiestate summa, ineffabili potestate primum e terrae limo hominem sulcitauit, qui Noe cum tota domo seruauit diluuium, Cananaeam Habraam terram indulsit, Israelae numerosa stirpe insigniuit, qui tot nuper cladibus concussit Aegyptum, ut in libertatem uindictamur: mare peruium fecit, uberrimos ex petra fontes elicit, caelesti rore nos aluit, per ta uastatae solitudines incolumes ad sacratissimum hunc montem traduxit, ille idem summus rex uester, praecipua haec, has leges per me uobis promulgari impetrat, quas perpetuo seruari uelit, aeternumque custodiri: ac ne quid horum fidem eleuet, fas erit omnibus caelestem audire uocem. Haec ille, atque una populum nouitate rei suspensum ad oraculum traxit, ubi uox ex alto reddita ad omnium aures peruenisse dicitur, quae eadem illa custodiri praecipuerit, quae per Moysen seruam essent promulgata. Leges duabus tabulis conscriptas, uenerabundum accepit populus, fueruntque haec capita. Vnum deo colito uerum & aeternum. Nullius animalis effigiem adorato. Dei uiri nomen haud frustra deierabis. Festos dies pie & rite obserua. Parentes uenerare. Hominem ne occideris. Adulterium fuge. Furtum ne feceris. Nil alienum concupiueris. Nec falsum dixeris testimonium. His legibus propositis, Moses iterum monte ascendit, ubi xl. est dies commoratus. Fuit illius mora ab initio suspecta: ac non multo postquam ascenderat, uulgo requiri ceptus est. Inde desiderium ingens absentis ducis animos incessit, qui cum nusquam appareret, uaria de eo orta est suspicio. Multi eum caelo assumptum credere, alij ferre alicuius in cursu lanjatam. Sed in uaria suspitione nemo erat, qui non eum pro extincto haberet. Continuo igitur (ut sunt hominum ingenia in lapsum & stultitiam prona) uitulum sibi aureum constat delira multitudo. Conflatum in publico statuit, legeque antiquata, diuinos huic honores decernit, & iam nouo sacrorum ritu circa id simulachrum operata, sedulo Iudaei epulabantur, quum impia superstitione occupatis superuenit Moyses. Docetis impie eos fecisse, qui diuina lege abrogata, uitulinum effigie, uelut numen aliquod inesser, publicis consecrassent, sed poenitentia & expiatione opus esset: ut alienarum numen propitiaretur. Iubet itaque tabernaculum Deo optimo statui sacrarique: ubi preces & pia uota illi exoluerentur. Quam uocem incredibili-

Populi metus & sollicitudo.

Mandatorum dei persuasio.

Diuinarum legum promulgatio.

Legum capita

Vitulum adorant.

lis populi fauor est secutus. Accensi itaque studio certatim ad id opus munera congerunt: aurum, argentum, aes, purpuram, billum, & alia huiusmodi ad ornatum pertinentia. Iosephus autor est aedificij longitudinem centenum cubitum fuisse: amplitudinem dimidio minorem, imitatumque id opus figuram uniuersi, in qua ille explicanda est haud mediocriter occupatus. Fabricata est & arca, in qua lapideas clauserunt tabulas, quibus incisae erant leges. Statuunt adhuc in tabernaculo mensam cum phialis aureis, candelabro & lucernis, ad numerum planetarum. Aureum thuribulum magni ponderis. Auream craterem. Coronas ex auro quatuor & uiginti. Disponitur circum praeciosa uestis uariarum, suppellex ad caeremoniarum cultum quaesita. In quo rerum apparatu est Moyses sedulo naturae opera imitatus. Sacerdotium Aaroni datum purificatumque est tabernaculum liquore ex myrrha, iere, cinnamomo, & calamo. Tabernaculi, & eorum quae in eo mira sunt arte constructa: duo praeter caeteros clari ad posteros opifices fuere, Beseleel & Ooliab. Estque opus ipsum septimo mense perfectum: & annus quo Hebraei ex Aegypto egressi sunt per haec rerum discrimina est circumscribitur. Nono deinde mense dedicatum est tabernaculum. Immolauitque Moyses in eius dedicatione taurum, arietem & haedum. Inde caetera multitudo sacrificauit. Id uero cum certatim fieret, essetque ignis praegrans accensus, duo Aaronis filij subita correpti flamma prius extincti sunt, quam subueniri potuerit. Eos pater & duo superstites filij Moysi iussu eximio funeris apparatus extulerunt. Populus uniuersus defunctos lamentatus est. Caeterum quia satis confos, nullum genus hominum carimoniarum studium, magisque religiosum fuisse unquam quam tunc Israelitae fuere, quae fuerit apud illos sacrificandi ratio ab initio instituta, operae precium duxi breuiter explicare. Et ut omnia quae de his dici possunt, in arcum conferam: duobus ab initio sacrorum generis Iudaei usi sunt. Quorum unum Holocaustum dixere, idque primores gentis perpetrabant: qui erat siue boue, siue agno rem diuinam facturum, siue quid aliud immolaret: annicula, masculaque esse oportebat animalia aris adhibenda: altaris oram sacerdos uictimali cruore perfundebat: inde hostiam membratim dissectam super aram concremabat. Alterum genus plebeium, in quo maiora anniculis offerebant, cruoreque super aram diffuso, renes, adeps, omenta imponebantur flammis, pectora & crura dextera lae cordotibus dabatur, quae supererant intra biduum qui rem diuinam fecissent, estabant. Inopia si qui premebantur, columbas offerre, aut turtures duas, quarum haec in holocaustum abibat, illam sacerdotem sortiebantur. Qui imprudens deliquisset, huic annicula agna erat aut haedus piaculum. Qui occulti sibi criminis fuisset conscius, ex praescripto legis caelo ariete expiari oportuit, horum carnibus uelcebantur sacerdotes in templo. Tam publicis quam priuatis sacrificijs mundissima farina adijci, in agno assarij mensura, in ariete duorum, in tauro trium. Adhiberi & oleum quod sacris infundebatur. Agnus mane & uesperis publice immolari, sabbatis geminatae hostiae aris admovebant. Principio mensis duo boues cum septem anniculis agnis, arietem uno, & haedo uno, piaculi nomine mactabant. Septimo ineunte mense, tauri, arietes, & septenas agnas immolabant, & cum his haedum piaculi causa. Adijciebantur haedos, horum unus extra fines missus multitudinem expiabat, in suburbana alter delatus loco purissimo cum totis uelleribus cremabatur. Pontifex taurum in id sacrum, & in holocaustum arietem dabat. Atque hic tum Iudaeorum fuit sacrorum ritus. Scio fuisse & alia illis sacra stas caeremonijs ferijsue permixta, quale fuit xv. mensis die (quae Maedones Hyperuere-

Sacrorum apparatus.

Tabernaculi dedicatio.

Sacrificiorum genera.

Sacrorum ritus.

neretheum dixerunt) & uertete aurum tabernacula figere: Holocaustumque ferijs tenetibus stata quotannis reddere: myrrhae, salicis, palmarum, & mali persici ramos, qui haec faceret, geltatibus, Xatico mense: unde principium sumebat anni, sub plenilunij die sole arietem traesunte: quia his diebus ex Aegypto egredi contigisset, mystico agno faciebatur. Inde azimorum feriae luna itide plena paucis interiectis diebus celeberrantur geti. Tauri duo, aries unus, agni septem quotidie per eos dies holocausto cremebatur. Adijciebantur hircus unus piaculi nomine. Secunda azimorum primitiae frugum cum olei assario dabatur, & frugum primitijs, agnus in holocaustum. Erant & pentecostes stadi dies. Astarhan illi id tempus uocitabat, id est, quinquagesima: fermetatos tui panes ex ficcis alphisitoferebat. Agnas duas in holocaustum, uitulos duos, arietes totidem, duosque piaculo hircos. Haec Iosephus & alia haud quidem pauca de ueteri Iudaeorum ritu in historia pdidit. Quod uero ad Moysi institutum attinet, uelcedi sanguinis usu in uniuersum populo interdixit: Lepra infectos, & quibus genitale semine spore flueret, ciuitate expulit: & i his mulieres seprenis diebus que mestrue essent, octauo rediret, totidem dies aberat, qui fuesta domum haberet. Sacerdos duabus agnis pro eo facit, qui fluuium feminis per quiete sit palus. Ipleque prius frigidam aquam ingreditur. Pari ratione expiatur, qui cum coniuge parum legitimis diebus concubuit. Puerpera xl. dies teplo arebatur, si marem fuisset enixa, si feminam octoginta. Qui uxorem impudicam arbitrarer, hordaeae farinae assarium offerebat, mox ea ad tepli postes constituta, in sacerdotis uerba iurare cogebatur, nihil laesam a se pudicitiam. Si falleret femore dextro difuncto uterog, putrefacto moretetur: si casto iuraret, decimo mense puerum sine uteri noxa enit ere, tum sacerdos dei in membrana nome diluens phiala dat iuratae mulieri bibedum. Adulterio, incesto, Sodomiticaeque seditati capitale poena irrogauit. Ut sacerdos macro debiline corpore altaris accessu prohiberetur, aleret am sacris oblationibus. Ut terra septimo quoque anno, siquando Cananae Iudaei obrinuisent, aratri esset in munis. Qui teill sua spore ferret, quinquagesimo quoque anno tribulibus essent & extraneis comunia. Hunc Hebraei annum Iobeleu dixere, qui quinquagenarius dici potest. Id enim Iobel Hebraice ualet, ut Eusebius scribit. Hoc annorum spatio uidei mihi Hebraei in Proroplasto tempore dimessi: ut Graeci postea Olympiadibus, Romani Lustris. Quinquagesimo igitur quoque anno debita relaxabant pecunia, & Moysi instituto libertate donabantur serui, praedia que uilius inuisent antiqum possessoribus redhibebatur. Et haec Moysen antiquitus instituta. Quae unum in locum cotulisse, ut in rebus caeterarum gentium fecimus, nihil a nostro (ut reor) instituto fuit alienum. His circa Sinam gestis Iustrato exercitu, sexceta & tria milia hominum reperta sunt, qui arma ferre poterat, ac supra eum numerum sexcenti quinquaginta. Mota sunt inde castra, tabernaculumque traduci ceptum, cuius ministerio duo & uiginti hominum milia ex Leuitica tribu sunt adhibita. Hi omnis alteri cure immunes, circa id unum operari. Hincque sacrorum ministris nome inditum, ut Leuitae dicti sint, quicunq; ide sacrorum munus iam inde obiuere. Ventu est inde trinjs castris ad loca nullis fontibus irrigua, cultuque asperiora. Hic Moyses in noui populi tumultu incidit, exaudiri pala uoces iter & labor detrectatiu. Multi etiam in ipsum ducere ferocis inuecti, temere nimis ab eo factum criminari, quod ex pacatissima terra populum in deserta mundi loca eduxisset, ut omnem Hebraeorum stirpem in danatis natura locis firi & inedia cogeret, recte sibi consulturos, si ducere ipsum cum sua stultitia e medio tolleret, ac qua proximum iter intendere, in Aegypto logo agmine retro abiret. Saueiebatque per haec multitudinem, quum subitum incendiū castra corripuit. Etiam alia atque alia corri-

Sanguine dei abstinent.

Iobeleus annus.

Numerus Iudaeorum.

Leuitae.

Exummutatio.

Incendium castris.

piens, eo uiolentus ignis euaserat, ut manifeste appareret humanis opibus haud amplius iri posse obuia. Tum Moyses, qui totus ex caelesti auxilio pendebat, in preces uersus, placata numinis ira impetrasse creditur, ut clades illa sine aliqua maiore populi pernicie sit extincta. Sic quoque non pauci perire, fremere nihilo secius insanu uulgus, quod per inuia loca traheatur, in quibus nihil praeter caeli rorē utile occurreret oculis. Cadebat mana matutinis horis in coriandri specie, coloris bdelij. Id mola mortarioue cotusum in tortiles panes subigebant, triticeis penē similes. Subijte inde noui carnis desiderium, quo stulta multitudo inclementius solito ducē insectari, nec in tanta solitudine spes erat ulla eius cupiditatis leuandae. Exaudiebant amarissimae uoces seditionis & tumultus indices, quum inges cornucopiae numerus ex improposito in castra deuolutus immoderata uulgi appetentia sedauit. Moxque flagitium poena secuta est multis milibus hominum subita uim morbi intra paucos dies absumpris. Masir loco nome ab ea clade ut sepulchra diceretur. Postremo moris ad Pharae castris locum solitudinis in Cananae terrae confinio cōsederunt. Hinc Moysi iussu duo decim ex singulis tribubus, singuli ad explorandum Cananaeorum statum sunt dimissi: qui ab Aegypti finibus usque ad Libanum more urbibus & locis diligenter inspectis, dura & formidolosa omnia retulerunt. Additusque est huic metui alius terror, quod ex ea exploratione redierat, affimabatur obleruasse se circa Hebronē genus hominum immani statura, quata gigantes fuisse crederetur. Quae in populum temere uulgata, recentē Moysi constarunt inuidiam. Maledictis & probris multis eum palam carperet. fret bonus imperator, & pacatissimum populum ex pacatione terra unius pollicitationibus abductum, quae fame, siti, aestu, omnibusque malis, que mortales in primis uitare solent, in deserto cōfecisset: tum demum hominum monstrosi ianiandum obijceret. Simulque cauillabundi inter se querere, esset ne haec tellus illa beatissima, illud solū mellis & lactis fluminibus irriguum, suae geti debitum? Iret dux uanissimus, & iam agros populo metari inciperet. Heu labores suos, heu pericula temere adita, heu miserā frustrationē. Perget ne unus hic, inquit, res nostras pditas funditus perdere? Parebit ne semper stultum uulgi unum stultitiae? quin imus: citatoque cursu Aegyptum qua breuissimum est iter, repetimus? Tutius sane multoque conducibilius, seruitute in ocio seruire, que per tot labores & discrimina, uanam libertatis umbram, sub uanissimo duce sectari. Hec illi fremere, nec res iam procul aui aberat, quum Iosue Naue filius, in mediū progressus (erat uiri huius autoritas haud mediocris inter suos iam inde, ex quo ad petram eius ductu prospere fuerat dimicatum.) Quis furor est, inquit, uiri Israelitae? Quae uos rabies agitat? Quae dirumultuadi cupiditas? qui non ducis clarissimi praesentiam, non merita amplissima respicitis. Vel si haec sordescunt, non saltem ipsum caeli numen ueremini: quod in aduersis rebus toties propitium habuistis. Sed proprium multitudinis est, ut uideo, nihil intelligere, nihil ratione metiri, temere aut odit, aut fauet. Nam quod ad presentem motum attinet, unde quero subita hec insania uestros animos incesit? Unde hic furor ortus? qui uos per aequa & iniqua praecipitat. Misistis nos in Cananae terram (ita enim placuit uobis & Moysi, ut unus ex ijs essem, quibus publicum id negocium iniunxistis) lx. dierum spatio omnem hostilem lustrauimus regionem: urbes, agros, flumina, saltus, nemora, hominum ritus, mores, arma explorauimus. Reuersi inde falsi sumus (nana non erat cur uisa augendo minuendoue quicquam mentiremur) habere eos oppida munitissima, & ipsum genus hominum ualde ferocis. Caeterum nihil est nobis oraculo promissum, quod non terra ipsa nostris oculis repraesentarit, & ne parum

Manna.

Cornucopiae uis.

Moses exploratores mittit.

Iosue cocio ad populum.

uere hæc dici arbitremini: accipite, inquit, ei⁹ terræ fruges quas in argumētū felicitatis uobis attulimus (erat hæc uua cū palmitē defectæ, fici, punica mala) agite nūc, & uanos rumores secuti, beatissimam regionem ut sterile & desertā defugite: uestrum ducē celeste oraculum, & uanū & mēdax contēnente: q. si qua in uobis pietas esset: si qua eorū quæ facta sunt, aut gratia, aut fides, p̄cedentes sup̄inis manibus deo seruatori gratias ageretis: qui turpi seruitio, q. nunc turpius, ut uideo, desideratis, in libertatē assertos ad hæc loca perduxerit: unde felicissimam terrā, uestris olim maiorib⁹, inde uobis p̄missam, intueri possitis: quā paulopost adepti p̄ ocū & felicissimā quietem, uos & posteri habituri sitis. Nec quæ de indigēnarū ferocia sunt à nostris temere relata uos perinde mouere debēt: in uictū enim habemus exercitū, inuētū robustissimā, ac iādudū uincere assuetā, & (q. maxime est optabile) p̄piciū numen: cuius prouidentia mundus regitur, cuius uirtutē & potestātē terræ & omnia sequuntur. Vnde fauor ille steterit, stet & uictoria necesse est. Vanæ sūt terrene opes: uana & irrita hominū cōsilia, nisi fauor numinis dum illa mouent interit, aut postea q̄ moueri cœpta sunt præsens addit. Lenita p̄ hæc multitudinis ira, continuo ex oraculo relatu est: fore ut ingratus populus priuifugā quadragesimo ab eo quo Ægypti seruitutem fugerat circūactus esset annus, nunquam fatali terra potiretur. Quæ uox ubi primū ad aures uulgi est delata: mœror in gens & stupor omnium animos defixit. Sed ut est humana cupiditas semper in ueterum prona: in uito duce conata est aliquado multitudo terræ sibi interdicitē fines trāscendere. Primi q̄ Amalechitæ sunt bello petiti, qui ad arcendā iniuriā egressi in ipsis finibus hosti occurrunt. Hic cruento uirūq; prælio cōmissō cū ingēti strage Israëlitarū pulsī, turpi fuga in castra abierunt. Grauis inde seditio populi adorta est. Chore Isauri filius homo immodicus lingua, opibus q̄, ut res tū gentis erant, inter suos præcipue pollēs, ob id q̄, ualde popularis, inter paucos primo ducē ciuimari adortus est: q. uelut tyrānus beneficiū populi p̄ speciem oraculi in Aaronem fratrem cōtulisset, cōstituit q̄, eum tabernaculi antistitem uelut nominatim ad id ministeriū cœlesti esset uoce accessit, ut familiarem numinis congressum mentibus, hominū mentibus religione occupatis, suo nutu, & arbitrio omnia diuina & humana teneret. Nec parū illi uisum, q. perpetuū inter suos esset imperium adeptus, nisi secundū ab eo honorem, quem ultro occupauerit, ac nescio an maiore etiā, in fratre collocaffet, recte uiros Israëlitos facturos, si uiri sint, ea q̄, libertate digni, pro qua tot pericula adierint, si de honore utriq; abrogādo populū ad disquisitionē uocari iubēat, ut nō suo quisquā arbitrio, sed totius gētis suffragio, & diuinis & humanis reb⁹ moderetur. Accēderat ille multorū animos huiusmodi criminationibus, ultro q̄, se illi adiunxerāt Dathas & Abyrus, qui & ipsi ægre ferebāt Aaronem sibi dignitate prælatū. His autoribus Chore ac pleriq; cū eo assidua inter suos obreccatione omnē pene multitudinē à Mose & fratre alienarūt. Reperit q̄, sunt ducētī & quinquaginta, qui cū Aaronē auderent ad populū de dignitate certare. Facto itaque populū profcindunt. Illi subita animorū mutatione percussī: quū appareret infestā multitudinē non Dathan solum & Abyrū, sed quēlibet etiam eorū, qui honorem ambibant Aaroni prælaturam: uix Moses obtinere potuit, cœlesti oraculo, quod falli nō posset res tota permitteretur. Monet ut postridie adessent omnes qui p̄tificatum peterent, cū thuribus rem diuinam in conspectu populi facturi: affuturus & Aaron in ordinem redactus, cum alijs thura adoliturus. Tum quem uiderint manifesto aliquo inter agendum signo à numine probari, iuberēt bona ue-

nia tabernaculo & cærimonijs præesse. Placuit oraculi iudicio utri: editum q̄, est omnibus ut frequentes postridie adessent. Vbi postera dies illuxit: populus in expectationē erectus in amplissimæ concionis modum ante tabernaculum constituit. Hic Moses sup̄inis manibus orasse dicitur: ut si unquam in his populum fessellisset, quæ ex oraculo depropra prædicaret, ipse secretorum omnium conscius omnis q̄, humanæ fraudis ultor Deus, se in conspectu populi cum tota domo cœlesti igne cremaret, male q̄, disperderet. Sin rite essent pie q̄, omnia à se relata, illorum impietatem haud inulta fineret, qui se mendacij coarguere conarentur. Res hic mira traditur, & quæ nisi numē huiusmodi rebus interuifesse credatur, uix apud posteros sit fidē habitura. Qui facturi sacra uenerant, ut cum Aaronē de pontificatu contenderent, ubi thura adoleri cœpta sunt, celesti flamma cooperiti ad unum perierunt. Dathan, Abyrus, & Chores cū tabernaculis & tota domo horrendo terræ hiatu uiui absorpti sunt. Stetit diu populus miraculo rei, torpore & metu defixus. Inde tot illustrium uirorum tristi exitu, insigni q̄, documento obsequenti factus, non modo non se uire, sed cōtumaciam suam & impietatem fateri. Cæterum quāquam bona omnium uenia Aaron pristina erat dignitate functus, ad oēm inuidiam in posterū tollendā Moses, xij. ex singulis tribubus singulos legit uiros autoritate inter suos et innocētia insignes. Totidem inde uirgas certis characteribus inscriptas ut cuius quæq; essent, fieret discrimē: tabernaculo iussit inferri. Erat in his & Aaronis nomine baculus in scriptus. Sic enim placuit uoluntatem numinis sciscitari. Accidit hic quoq; res non parum mira, ut uirga quæ Aaronis schema habuit, germinans ramos cum amigdala fructu nocte una tulerit: quæ res illi sacerdotiū perpetuo omnī filio in posterū stabiluit. Castra sunt inde eodē loco habitata: dū Moses Leuiticis sacrorum ministerio ascitis decimas, optimāq; Cananæi soli partē, si quādo terra ipsa quæ sita esset, destinauit: annuas adhæc frugū primitias, cū his oblationib⁹, quæ tēplo inferretur. Quib⁹, suffragio decretis populus p̄ deserta agi denuo cœpit est.

ENNEADIS I. LI.

BER IIII.



Miserat, dū hæc fierēt, Moses in Idumeam terrā ad regē legatos, qui ab eo postularēt, ut in Cananææ intima per eius regni fines pacato exercitu liceret penetrare. Id legati non solū negari sibi: sed bellum etiam summā ope aduersus totam gentem instrui ab Idumeis retulere. Tum Moses oraculo monit⁹, ne cū Idumeo manū cōfereret, in solitudines abijt. Nec ita multis inde dieb⁹ interiectis, Maria eius soror uita decessit, anno (ut Iosephus scribit) quadragesimo q̄ populus in desertū uenerat. Cui eo libētius accedo, quo minus æquū sit credere Mosē tentasse p̄ Idumeos in Cananæā ducere, nisi ille annorū circūitus iā actus esset, quo fuerat Israëlitis terra ipsa oraculo interdicta, ut nō pri⁹ illius fines ingrederēt: q̄ id tēporis interuallū intercurrisset. Moses sororē defūctā magnifico (ut tum res erāt) funeris apparatu extulit, ea ad Sinā montē sita est. Purgato inde exercitu, quū p̄ uastas solitudines duceret, in nouū sitis discrimē incidit. Hic quoq; (ut in sacris est libris proditum) saxo Aaronis uirga p̄cusso, subita aquarū scaturigo & lapidis uena effusa est, siti q̄, p̄ hæc sedata ad petrā deinceps castra post uarios errores sunt relata. Quibus in locis Aaron & ipse uita cū morte cōmutauit, qui tres ac triginta supra cētū esset nat⁹ annos. Moses in Arnon locū Eleazarū eius filiū pontificē instituit. Inde ad Arnū fluuiū castra ad mota sunt. Habet is oritū in Arabiæ montibus, mox p̄ solitudines non nihil euagatus.

Cœlestis uis.

Aaronis uirga.

Mariæ interitus.

Aaronis interitus.

Arnon.

euagatus, Asphaltidi stagno, cui & Iordanis infunditur. Hinc ad Seonem Amorrhæorū regem legatos mittit, qui idem q. ab Idumeis antea postulerant. Fuit q̄, hæc legatio nihilo priore illa felicior. Ceterū quia fatale tēpus aderat Cananææ terræ potiundæ, oraculi monitu in Amorrhæum ire pergit Moses, qui in armis esse ferebatur, nec procul ab Arno metari castra. Magnis utriq; animis circa est flumē cōcursum, nec ab Amorrhæo diu immota stetit acies, quin haud multo postquæ res geri cœpta est, solutis ordinibus in fuga uertitur. Cædit fugientiū terga Iudeus uictor, nec ferro solū, sed missilibus etiam telis. Ceterū quū plures funda uterentur, fugientē hostē lapidibus penē obruūt, maior in fuga cædes, q̄ in acie edita est. Multi mortales in ripa fluminis oppressi, & in his ut uictoria speciosior esset, rex it⁹ cecidit. Castra omnis opulentia plena ex hoste capta ac direpta sunt. Israëlitarū uictoriæ cursum secuti, omnem Amorrhæorū gentē domuere. Colebat hi terrā tribus fluminib⁹ clausam. Arno qua meridiē spectat, Iebocho, qua boreā & arcton, quod reliquū erat terræ ad occasum Iordanis placidē perfudit. Iudei uno prospero prælio audaces facti, bellū in Moabitibus uertunt. Amorrhæorū finitimos. Fama erat tenere eius gētis regnum Ogē quendā ingenti statura uirū. Quæ res fecit ut id bellū non nihil ab initio fuerit Iudeis formidolosum, sed neq; ullæ corporis uires, neque opes regni fatali necessitati obistere poterūt. Arcano perpetuoq; numinis fauore fretus Moses regē prælio uictū, suorū manu prostratū uidit, & cū rege hostiles copias passim cæde dissectas. Moabiturum opibus una aduersa pugna occisī xl. ualidē eius Gētis urbes (alij lx. fuisse tradunt) nullā maiorem uim belli expertæ, ultro in dedicationē uenerunt. Transiit inde bellū Moses in Madianos, atq; ad Hiericūtem metatus est. Tum Balachus Sephoris filius finitimum clade cōsternatus: est omnia ad bellum studio cōparauerat, humanis tamen opib⁹ distitit, ad Balaamum Beoris filii Euphratis accolā mittit, uirum multa innocētia & pietate, & ob creditā sanctitatē inter suos lōge uenerabilē. Qui ad eum accersendū uenerat: nunciat esse regi ipsius opera in deuocēdis hostium copijs usum. Primo certus erat senex nolle ire, q. nefas duceret quenquā deuouere. Mox iterū accersitus ad Balachū inter multa prodigia, quæ illi obiter euenere p̄fectus est. Hic tatum abfuit, ut ad Iudeos deuocēdis hortatione, aut minis à rege cōpelli poterit, ut diuino plenus spiritu futuros gentis successus, grandiaq; incrementa sit clare uaticinatus. Sed uenturos quandoq; ex Italia, qui Syrias opus uerterēt, q. ad Romanos ob eā quæ postea secuta sunt, haud dubie allisit. Quum enim in honorem Balachus a se dimitteret, tum ille ad regē & populum conuersus, audi inquit rex, audite uiri Madianæ. Cū in uicta gēte uobis res est, & cui deus haud dubie adfit, at si q̄ successus uobis hoc bello cōtingerit (erit enim omnino aliquis) eum uobis uestrarū mulierū pariter industria, quæ hostes ab ritu patrio & religione suis abducent illecebris. Nec uana fuit diuiniatio. Enim uero ubi in conspectu castra fuerūt oberarent q̄, Madianæ puellæ ad id missum missæ, ante hostium munitiones, capti Israëlitarū iuuenes illarum forma in colloquium uenerunt. Quas ea demū conditione, si de in id data & accepta, à suis abduxerunt, ut non tantum patrium uiuendi ritū, sed genitalem etiam sacrum, q̄ diu una essent procul abdicarent. Commotus rei indignitate Moses populum ad concionem uocari iubet. Tum oratione fati miti usus, in neminē unum flagitiū cōficiū nominatim est inuectus. Sed tātū se mirari dixit esse quosdā in Iudæis castris, quæ in dei optimi maximi tutela forent, quos tã dira peregrini concubitus inaccessit libido, ut non patrium morē, sed nomen quod toties propiciū habuissent, impie, ut sic diceretur, abnegarint.

Terra Amorrhæorū cædes.

Ogēs.

Moabite à Iudeis uincitur.

Uisum id est opus.

Balachi uaticinium.

Madianitum illecebre.

Mosis oratio.

At cohibedæ sunt, inquit, prauæ uoluptates, quibus nulla est capitalior peltis humano generi data, ratioq; his obijcienda, frenandi malarum libidinis stimuli, identidemq; uicēdam, nedum hi pro legitima uoluptate, pro patrio ritu crapulam, & pro legitimo concubitu illicitum, pro pietate impietatem sequeretur, iratū cœli numē uniuersi experiantur. Eorumq; culpa fiat, ut res nostræ, quæ nunc satis lætæ sunt retro fluere, & in peius abire incipiant. Moderatione opus est. Imponat illi si pudor est, si pietatis & religionis cura, libidini suæ frenū. Abstineat illegitimo earū cōgressu, quas sibi cōtra leges, cōtra patrium morē adiuuere. Abijciant uetitos cibos, mēlas interdicitas, infandum cōcubitū, ne læso numine populus luat, quod pauci deliquerunt. Satis feliciter peccat, cui citra cenā reliquitur penitentiæ locus. Hæc ille. Nec ultra succedendum ratus, populū ri magis q̄ imperatoria est usus oratione, uentus nequa in castris noua seditio oriret: si id flagitium pro maiestate uindicare esset ausus. Pleriq; clari nominis uiri se sceleri addixerāt, quos miti, & quasi patriâ castigatione maluit ad officium reuocare, q̄ intrēpēstina animaduersione in maius aliquod facinus impellere. Verū nec sic quoq; defuit qui in ducē ipsū contumaciter reclamaret. Nō esse cur amplius Moses pergeret diuinarum legū prætextu, quas ipse ad libitū finxisset, tyrannidem exercere. Nam quod ad Madianarū congressum attineret, nō solū nō se negare id q. crimini detur, sed paratū etiā esse se uerū factum, atq; ostēdere, si opus sit, probabili exemplo id fieri, quādo per uarios deorū cultus, explorando ueritas quæ in occulto esset, deprehēderetur, nec credere se impie aliquid fieri, si procreādē sobolis causa peregrini sanguinis sibi foemina adijgeret: quod & ipse legumlator, qui tam acerbe in eum morē inuectus esset, & Habraamus totius gentis autor, maiorūq; pleriq; fecissent. Hæc quum Samaritas meonitarū lōge princeps, qui Madianā puellā nobi li loco oratā domū abduxerat, nō minus impie, q̄ ferociter iactasset: appareret q̄, oia diuina & humana p̄ hæc cōsumum iri, si sic fieret: est nemo erat qui ob diuitias hominis domesticūq; splēdorem iustitiam aperte tueretur, perstrinxit tamen tacitus dolor circumfusæ multitudinis: animum, timebatur q̄, im primis ira numinis. Cæterū multo maior est animorū motus secutus: postea q̄ ille contēptim sese à cōspectu populi ad puellæ tabernaculū proripuit. Phines Eleazarū filium omnīū unus id flagitiū ferre non potuit, quin stricto ferro ad Samariā ingressus eum in Chorani Madianæ cōplexibus obruncat, mox iræ indulgēs puellā quoq; trāshigit. Bibliaci libri pro Samaria & Chorano Zambri & Cozbi habet. Perierunt & alij pleriq; eius sceleris participes. Nec cede solum res expiata est, sed teterimus etiā morbus in eorum familias uulgatus. Ad xiiij. milia hominum, uel (ut alij scribūt) quinq; & uiginti paucis diebus interiere. Sub id tempus, quo ultio hæc secuta est, Moses ex singulis tribubus, q̄ erant duodecim numero x. milia leuitorum hominum Phineæ ductu in Madianos milit. Sacri libri xij. milia tantū missa demonstrant. Sed quantacūq; fuit illa manus, ubi primum in hostium cōspectum uenit, Madianis haud pugnā detrectantibus, cōfestim pugna conferta est. Fuit q̄, id certamen Israëlitis tam prosperum q̄ cum Amorrhæis fuerat & Moabitibus. Vis mortalium supra modum ingens cæsa dicitur. Auxit cladē illam Arachus, qui cum quatuor alijs regibus acie occubuit. Exercuit Iudæus uictor crudeliter uictoriam, omnibus promiscue præter pueros & puellas, qui malorum dæmonum cultum nondum per ætatem imberant, interfecit. Nec tam in eo est iræ indultum, quā quod Moses ira edixerat. Victor exercitus in castra redijt opulēta præda onustus, sexcentis lxxv. milibus ouium in prædam actis, boum duobus & LXX.

Samarie iactata.

Phineæ indoles.

Madianorū cædes.

Chore Isauri filius.

Dathas & Abyrus.

Ixx. a finorum sexaginta, puerorū puellarumq; duobus & xxx. Quingentesima prædē pars Eleazar, & facerdotib⁹ est data, Leuitis quinquagesima. Quod reliquum fuit militibus celsit. Secundū hæc Moses omne Amorum solū bello captū tenuit Hebraicę gentis tribubus id petētib⁹ ea lege diuinit: ut auxiliare copias ad residuum belli mitterent, essentque cæteris tribubus auxilio, donec cum Cananę esset debellatum. Inde cū ad Jordanē copias admouisset, Iosue uiro impigro populi duce constituto, omnem multitudinē ad concionē uocari iussit. Hic omnia quę ad id tēpus pro publica salute egisset, ad diuinā referens providentiā, populū ad Sinaicas leges perpetuo seruandas uehementi est oratione hortatus. Quod autē ad futuri belli rationē attineret, ne uana ulla persuasione, lōgoue cōmercio ab uero pietatis cultu auerterentur, quoscunq; hominū iam inde armis subegissent, ad unū interficiendos cēsus: identidem testatus perspicue se uidere: ut si, quod noller ab eo cultu qui rite pieq; esset gēti traditus, aliquando populus oberrasset: tum dirū exitium omne Israeliticū nomen extingueret, nullamq; in toto orbe terram fore, quam Iudei non essent turpi seruitio repleturi. Fugerent perinde alterius gentis cōtagia, fundamentaq; diuini & humani iuris, quę ad id tēpus constituta essent, sancte custodirēt. Quod reliquum erat: habetis, inquit, Iosue uirum fortissimū ad res gerendas meis præceptis imbutū. Huius imperio parere expediet uniuersę genti: quū ob ipsius exordia in re bellica uirtutem, tum quia id numini cordi est, ut ex oraculo didici. Hoc duce terra toties uobis promissa potiemini: in ea urbs una loco auspiciatissimo, quem propheta uoce sibi nomen optauerit colenda uobis est: ubi tēplum unum augustissimum, ara una, hic ter quorūnis ex omnibus Iudææ terræ finibus religionis mutuiq; hospitij causa, frequens habebitur cōuentus, & hæc de cōmuni gētis statu. Dein nullam ratus ciuitatē, sine iuris & æquitatis cultu posse diutius cōsistere: super x. illa legum capita, duabus tabulis ad Sinā perlata, alias populo leges, ciuiliq; instituta, suprema illa cōciōe sanxisse dicitur. Nec eorum adeo multa sunt mihi hoc loco referenda: cum non pauca alioqui fuerint. Ceterum operæ precium est, horum meminisse, quū propter ueritatem ipsam: quę planæ arguit recentiores legulatores multa ex hoc fonte habuisse: tū quòd earum legū uim & pondus cōsideranti mihi uerissima esse uidentur, quę de sublimi & præclara ipsius uiri eruditione uulgo est opinio recepta: fuisse eum non diuinarum solum, sed humanarum etiam rerū peritissimum. Pueri, inquit, ab initio leges discant, discipulā enim continent optimā. Qui dei nomen blasphemiam læserit, per diem suspendito, insepultumq; abijcitur. Ex meretricia pecunia sacrum nullū facito. Septeni in singulis urbibus principes sunt, qui iustitia & prudentia cæteros antecellāt. Duo cum his Leuitici ministri iudicāto. In re iudicāda si quid reatum sit parum iudicibus liqueat: pōtificis & seniorum arbitrio rem totam decernunt. Vnum testem ne recipito, ac ne duos quidē, nisi horū prius sit spectata fides. Tres rite testimoniū dicunt. Sed neque mulier testis esto, neq; mancipiū: in hoc fortuna, leuitas in illa merito suspecta est. Ex arboribus cōsitis ante quartū annū nihil attingito. Tunc ex frugibus decimas dato, propinqui & hospites nō nihil percipiunt, q; reliquū fuerit agricolatoris esto. Semina munda non cōmixta terræ cōdito, neq; enim dissimilium cōmuniōne gaudet natura. Viatorē ne frugibus arcueris: quantū uoler ex his legito, flectas præsens usus exigat. Si pudor obster ultro accersito. Quę turpē quæritum fecerit, alterius nupserit, uxorem ne ducito. Puellā pro uirgine ductā, si corrupto sit corpore reperta, flagitijq; cōiucta, lapidib⁹ obruunt, aut uinā cremāto. Si quis uirginē alteri despō

Mosis cōciō ad populum.
Mosis uaticinium.

Mosis leges populo late.

sam, non inuitā uitauerit, utrunq; extremo supplicio efficies, si uis illata fuerit, iniurię autor penam luito. Quę sine liberis uida relicta est, fratri defuncti cōiugis nubito: ex eoq; matrimonio in successione generis prole tollito: si eā ducere nolit, apud seniores causam ducito. Si causam pbauerit, cui uolet illa, nubēdi facultas esto. Luctū in xxx. diē extendito: fat est id tēpus sapiētī ad lachrymas. Filiū si parētib⁹ iniurius fuerit, extra urbē suspēdito. Hostem bello prostratū ne finito insepultū iacere. Si pignus ab inope creditor acceperit, ante noctem restituito. Qui nō soluendo apud eū cui debet seruitutē seruito. Si cōtribulē emeris, emptus sexto mox anno liber esto. Qui aurū aut argentū inuenerit, inuentū pā praconis uoce facito, aberrās pecus magistro pagis reducito, uel quoad exiit dominus custodito. Qui in iudicio litigatore pcesserit, talionis re⁹ esto. Si domū relatus expirauerit, qui percussit innoxius esto. Impensas & incōmoda propinquis repēdito. Qui grauidā calce percussit, si abortū fecerit pecunia multato: si mors secuta fuerit abortū, parricidij reus esto. Israelitarū nemo uenena cōfucito, neq; cōfesta aliunde emito. Qui uenenū alicui misuerit, sceleris cōiuctus, id bibito. Qui oculum pro iniuriā eruerit pari clade punietur. Si taurus quēquam peremerit cornu, lapidib⁹ obruuto, eius carnes ne attingito. Deposito ut sacrū custodito. Filius nō luet patris scelus, nec parētib⁹ erit fraudi, si quid filius deliquerit. Et hæc domi. Militiæ uero illa. Bellū priusquam intuleris res p legatos aut præcones repetito, si res nō reddatur, dū uoles rite intuleris. Administrali belli summa penes hūc erit, qui strenuitate & prudentia alios antebit. Militem ex omni multitudine fortissimum legito. Si hostē obfidione presseris, frugiferas arbores ne lædito. Læfæ, si uocem enim habeant, conuicium fecerint populatōri. Rebelles uictor ad unum interficito. Ceteros cum uiceris, tributarios aut uectigales facito. Neq; mulier belli tempore uirile attingit instrumentum, neque uir muliebri. His ille instituit domi forisq;, ad id tēpus quo uita decessit populum instruxit. Adiecit & futurum uaticinium hexametro carmine complexū. Adhibuit & precationem solennem pro eorum successu, qui rite leges, & instituta sancte custodirent, contra diras imprecationes in præuaricatores. Postremo populum sacramento adiecit, ut diuinas & humanas leges, quę semel lætę essent perpetuo obseruaret, nec si quis uiolare esset ausus, impune factū pateretur. Inde quū iam ad extremū uitæ uenisset, Abārim montē ascēdit: ubi dum Eleazarū & Iosue alloquitur, nimbus repēte eius corpus operuit, nec inde Moses ab ullo est in terris cōspectus amplius. Extinctum populus uniuersus triginta dies patrio instituto luxit. Perijt annorum centum & xxx. anno ab Ægypti egressu quadragesimo, qui trigessim⁹ fuit supra septingentesimum acter mille simum ab mundi origine. Et Mosis propheta summi exitus talis fuit, qui dum uagum per deserta populum traxit, Ægyptus unde Israelitas eduxerat, quū ad id tempus Æria dicta esset, ab regis nomine, Ægyptus est cōcepta nominari. Fuit Ægyptus Beli filius, qui superiorem Ægypti partem regia potestate aliquandiu tenuit. Fama est hūc quinquaginta masculæ stirpis liberos habuisse, quod in barbaro homine, quorum proprium fuit, siue procreationis, siue uoluptatis causā pluribus mulieribus misceri, haud fabulosum dixerim. Erat illi frater Danaus nomine cui par fuit natarū numerus. Is à fratre qui plus poterat natorum fiducia, ex Ægypto pulsus in Peloponnesum est oneraria nauē delatus, ubi Celanore à suis per id tempus eiecto, facile est Argiuorum regno potitus. Ac tum primum ferunt onerariam nauim in Græcia cōspectam. Aqua etiam in uisceribus terrę abstrusa, puteis ab eo altius effulsis, deprehendi

Domestica instituta.

Bellica instituta.

Mosis instituta.

Æria.

Danaus Argivus.

hendi cōcepta est. Cætera quę de patruelium conubio deq; parricidio puellarū sunt memoria prodita, quoniam fabulati sunt figmento proxima, ne historię fidem abrogent, consulo prætereo. Pari uerecundia adijciam, quę de Dardano Iouis & Electrę filio ueteres rerū scriptores memorant. Etenim quū post diluuium, quod Arcadiā inundauit, humiliora eius terrę loca in paludes, & stagna abiissent, colles & ardua mōtium mortales illi tenere qui diluuiio superfuerant. Hinc procedente tempore, Dardanus & Iafius, fratres profecti dicuntur, qui quum ab Athlante materno auo regnum accepissent, locorum sterilitate cōpuli Arcadia Diamāti relicta, quem Dardanus ex Christie Pallantis filia tulerat, ipsi cum Ideo altero Dardani filio, & numerosa mortalium manu domo digressi, Samon insulam Thracię propinquā à Mercurij & Cyllenidos Nymphæ filio nuncupatā, tenuere. Hinc quoq; Dardanus sterilitate locorū pelagiq; asperitate pulsus, cū Iasio fratre q; fulmine in ea insula ictus perijt, ad Hellepontum descendit oprauitque sibi sedes in ea terra, quę postea Phrygia est dicta. Ideus Dardani filius cum parte copiarum, Arcadium morem secutus, in montibus confedit. Qui ab eius nomine iam inde Idei sunt nomina. His locis templo deorum matri extructo, Orgia, & Cereris initia instituit. Diodorus autor est à Dardano Cybele & Corybato sacra deorū matri in eam terram delata, impetrauit inde Dardanus à Teucro qui tum illis forte locis imperitabat, soli aream, ubi sibi & suis oppidum exedificaret, idq; à suo nomine Dardaniā dixit. Batheaq; Teucro filia Chryse superducta, Eriethonium genuit, quem mortalium ferūt fortunatissimum fuisse, is ex Calliroë Scamandri filia Troë genuit, Tros Ilum, à quo Ilum, ut Troas regio à Troë. Ilus Laomedontē inde procreat, qui fuit Priami pater. Huius regnum Græci Agamemnonis ductu funditus euertēre. Sed hæc aliquot post ætates sunt Dardani aduentum in Phrygiā secuta. Fuit Dardano æqualis Lacedæmon Iouis & Taygete filius, qui urbē in Poleponneso condidit, quę & ipsa conditoris sui est nomen adepta. Sunt qui illum Semele non Taygeta natum existimēt. Enimuero his temporibus conuenire mihi uidetur, quę de Miceanarum origine Strabo prodidit, fuisse urbem ipsam à Perseo conditam, qui in Gorgonas per hæc tēpora profectus dicitur. Id mulierū genus in Lybia fuisse traditur & (ut Diodorus scribit) haud multum ab Amazonū moribus abhorrens. Fuit ea gens (ut idem autor existimat) in extremis terræ finibus ad occidentem sita, instituto uitæ multum à cæteris mortalibus dissimili, primo tuēdæ uirginitatis studio nō nihil bellicis reb⁹ exercitata, post militiæ annos p plis gratia connubia celebrare. Principatū inter se feminas obtinere, publica q; obire munera, uiros cōtra muliebria domestica que curare, prolem intra parietes alere. Fæminis mammæ adurunt, ne rei bellicę sint impedimento. Insulam, quam ea gēs coluit, ad extremum ait occasum esse sitam, Hesperamque nominari, eamq; in Tritonide palude esse, quę proxima sit oceano, & à flumine, quod se in eā exonerat, nomē sortitam. Sed parū uere uidetur mihi hæc memorię prodidisse Dionysij, qui argonautica scripsit, hæc quę de Tritone fluuio, & palude Tritonide illi scribit omnino diuersa sunt ab ijs, quę Herodotus tradidit in historijs. Is in Aphricā ora circa Syrtis Tritonem ait amnem præterlabi, qui in paludē uastā Tritonidē insuat, ubi & Phla sit insula celeberris, in eius breuia lasonē tempestate delatum Orpheus & Apollonius scribunt. Adijcitur, quod à fabula nō multū distet Tritonis monitu nauim Argo inde demouens reuulsam, nisi forte regis id nomē fuit aut indigenę cuiusquam, ut quidam arbitratū sunt. Enim uero loca hæc, quod satis cōstat, non parū ab Oceano

Dardani Insula.

Dardania conditio.

Lacedæmonis conditio.

Perseus Gorgones.

De Tritonide diuersa opinio.

no distant. Cæterum (quod ad bellica sceminarum studia attinet) idē Herodotus autor est, Machlyes, & Auses circa Tritonidē habitare, quorū puellæ Minerali sacro uelut in turmas diuisę, fustibus sese & lapidibus incessant, fastæ se patrium morē seruare. Tum si quę uulneribus occubuerint, eas negari uirgines fuisse: quę omnium optima fortissimāq; iudicata, sed eam Græco armorū apparatus, & crista Corinthia in currū sublatā, circa paludem multo suorū fauore circūuehi. Caliphanes supra Nasamonas credidit Machlyes habitare. Androgynasq; esse utriusque uidelicet naturę, uicibusq; inter se coire. Quod uix scribere essem ausus, ne monstra rerū consecrari uideremur, nisi Aristoteles autor grauisimus adiecisset, dextrā his mammā uirilē esse, læuā muliebri. Inciderunt in Dardani ætatē, cuius metio nuper facta est, Busriris hospitia. Tradunt quidam propter Nilum fluuiū eum tyrānidē exercuisse. Alij duos in Ægypto celebres Busriris fuisse memorant, ueritissimum unum, qui à Menā Ægyptiorū regū uetustissimum secundum ac quadragesimum in ea terra regnauerit. Iuniorē alterū, qui post Menā quinquagesimus fuit. Is Solis urbē, quę eadem est & Heliopolis, cōdidisse dicitur. Græci Thebas eam urbē dixerunt. Quod si uera sunt quę ab illis traduntur, maiorē Busriridē Thebas cōdidisse æquū sit credere. Quādo ad Heliopolim quod satis cōstat, Iosippus & fratres qui aliquot ætates hæc tēpora præcesserunt, sedes habuisse dicuntur, aut iunior igitur Busriris fuit, qui crudelia exercuit hospitia, aut fateri oportet aliū ab utroq; diuersum extitisse, qui in hæc tēpora incidit. Sed hæc omnia uiciniora sūt poetarū fabulis, quām ut in historiæ scenā tuto exire possint, nō magis dico, quām ea quę de Dionysio siue Baccho his tēporibus interiecta traduntur. Hūc uini repertorē fuisse, totumq; circūisse orbē fama est. Idē ut fertur Nysam urbem in India condidit. Primusq; mortalium docuit uitam ferere. Ob id quę omnium gentium consensu diuinos sit honores adept⁹. Qui a Græcis cult⁹ est: ex Ioue fuit & Semele nat⁹ nec illis equalis quę Ægyptij multo prius coluere. Herodotus Bacchi nomen ex Ægypto Græcos accepisse existimat. Cæterū fuit alter uetustior Iouis & proserpinæ filius (Sesbasim quidā nominant) is primus boues aratro iunxit, in cuius rei argumentum, eius frōtem cornibus insigniuit uetustas. Semeles filius ambobus iunior, uitæq; multo mollioris, quippe qui in suis expeditionibus mulierū cœtus habuerit: is comitatus, choris & saltationibus non minus celebri, quām armis orbem lustrauit. Huius Indica expeditio est, unde triennio reuersus elephanto sedens triumphauit. Mox Hispania ab eo Libia que lustrata, quibus terris non obscura uetustissimæ illius expeditionis impressa ad posterōs mansere uestigia. Sed hæc quoque ram propinqua sunt fabulis, ut nihil ad historię fidem sit minus conducibile, quām in hoc caliganti uerustatis recessu longius immorari. Verum enim uero gliscente uita plures ea tempestate in terris extitere, qui ad mortalū usum alij alia commētū sunt. Eriethonius qui Athenis quart⁹ à Cecrope regnauit, iungendæ quadrigæ modū primus Græciæ monstrauit. Triptolemusq; longa naui in Eleusim Atticæ delatus, locorum accolis distribuit tritici semen. Ceres frumentū sua sponte in agris ortū uitæ accōmodauit, mōstrauitq; mortalibus seruādū seminis rationē, terræq; iterum cōdendi. Fuerat illa id iā antea cōmēta, quum ipsius filia ab Orcho Molossorum rege ex Sicilia rapta est. Qua iniuria adactā, frumenta in unius inuidiā succedisse fertur. Inde uero ea reperta, Triptolemo semē ultro obtulisse, ut utilissimū uitæ inuentū implures uulgaretur. Ægyptij Cererem eandē esse arbitrantur quā ipsi Isidem uocant, primumq; tritici usum sibi uendicant. Sicili quoniam ipsa sit terra Cereri sacra, rei mortalibus grauisissimæ

Machlyes.

Busriris.

Dionysius qui Bacchus. Bacchi plures.

Eriethonius.

Triptolemus

Ceres.

tissimæ inuentum suum autumant. Athenienses, qui A
 exteris gentibus id munus acceptum refererent (in-
 genue enim fateri peregre id ad se delatum.) Sicu-
 lis eo nomine debere maluerunt quam Ægyptijs.
 Sunt qui & leges Cereræ tulisse memorent, ut mor-
 tales æquitati assuescerent. Hanc Vesta soror imita-
 ta, ædificandarum, ut uita & ipsa aliquo modo exco-
 leret, domuum commenta est rationem, quod Dio-
 dorus in historijs tradidit. Neptunus Saturno &
 Rhea genitus, navigatione reperta, primus classem
 instituit, & ob id à patre rei maritimæ præfectus.
 Enimvero maris imperium ob id meritum adeptus,
 id demum cõsequutus est, ut uana hospitis fuerit ue-
 lut deo cuidam, in cuius tutela mare esset, diuinos
 constituerit honores. Accessit huic merito doman-
 dorum equorum ratio, quam eidem uni uita reulit
 acceptam, quo contigit, ut equestrem Neptunum
 Græci maritimumque dixerint. Pluto, ne non ipse
 hominem aliquo modo iuaret, funebrem appara-
 tum instituit, sepulchraque & iusta mortuis censuit
 reddenda. Quæ causa fuit, ut in his que sub terra sunt,
 imperiũ obtinere sit creditus. Scio fuisse qui id mor-
 talibus persuasum crederent, quod in paterni regni
 diuisione fuerit ille occiduas sortitus terras, quas
 Græci Infernas dicere. Simili licentia prædicat Ioui
 cœlum forte datum, quia omnis terra quæ ad uentum
 solè uergit ei cesserit. Sed nescio an honestius feret,
 si tali silentio præteriremus. Verum quia hæc & a-
 lia huiusmodi multa à fide alio qui abhorretia, ui-
 deo ab illustribus rerum scriptoribus recepta, haud
 sane intelligo, cur pro falsis temere à nobis repudi-
 tur, aut indigna credantur: quæ si qua possint, à fa-
 bulari schemate uindicentur. Et enim sublata credi-
 tæ diuinitatis opinione, quam illis uolumus in pri-
 mis ademptam, nihil adhuc nostra illis historia tri-
 buit, quod non facile euenire poterit, nisi forte Cy-
 rum regem à cane nutritum, & feram lupam urbis
 conditoribus ubera admonuisse credere æquum sit B
 Iouem à parentibus expositum, capellæ uberibus ad-
 hibitum, circaque uagientem puerum Curetum stre-
 pitus & tympana exaudita, ne occultata alimeta quæ
 patri suspecta erant proderentur, pro mercedio re-
 pudientur. Quorum quædam fidei propiora tatum
 abest, ut, omnino non scribenda existimem, quod
 nonnulla etiam, quæ sunt haud dubie propinquo-
 ra fabulis, affirmare non ausim, pro falsis ad poetas
 relegada, qualia de gigæto sunt bello tradita, quod
 hominum genus Moles, Plinius & Plutarchus cele-
 brant, uel quod orbem terrarum uictor Iuppiter lu-
 strauerit, tyranos sustulerit, uitam excoluerit, quod
 denique omnibus se gentibus admirabilem fecerit.
 Sunt hæc, quis non uideret hominum opera. Age ue-
 ro quid illius sibi uolunt adulteria, stupra, incesta, a-
 liaque per omnia scriptorum genera uulgata flagi-
 tia? sunt ne hæc diuinitatis argumenta an mortali-
 tatis potius? hominisque dissolutissimi? Quod si ta-
 lia euenire potuerunt, imo quum omnino esse facta
 credantur, non uideo cur omni fabularum uelami-
 ne procul excusso, in historiæ seriem contra famiam
 uenire non possint. Sed quoquo modo hæc habent,
 integrum cuique erit, in alterutram partem accipe-
 re, fidem enim meam talibus obstringam nunquam.
 Nunc Iudaicarum rerum explicatio stylum ad se re-
 uocat. Etenim Iosue confestim post Moysis interitum
 in Hiericuntem misit, qui gētis statum, locorumque
 naturam diligenter exploraret, ipse haud procul à
 Iordane fluuio castra fecit. Qui ad res hostium ex pro-
 ximo cognoscendas misit fuerant, in Raabæ Hierici-
 untæ femine pudicitia & fama parum integra, &
 (ut quidam tradunt) cauponariam exercentis do-
 mum, diuertere. Per diem inde quasi uaria negocia
 fecuti, mœnia, portas, urbis situm, arma, cæteraque
 apud hostes per ocium inspexere. Manauit subito ru-
 mor in regiam domum uenisse ignora gentis quof

Vesta.

Neptunus.

Pluto.

Iuppiter.

Mortalitatis
argumenta in
Ioue.

Raabæ
femina.

dam, qui in urbe parum negociose per diem uersati
 essent, nimirum illi ad Hiericuntiorum res cogno-
 scendas misit. Nihil ab re futurum, si pro explo-
 ratoribus capti quæstioni adhiberentur, torqueren-
 turque tam diu, quoad suspectissimi accessus causa
 ui esset illis expressa. Misit sunt itaque sub noctem à
 rege, qui exploratores ad se traherent. Quod cum tre-
 pide ad se in Raaba sensisset, cerneretque quantum
 hospitibus periculum à rege immineret sub lini fa-
 scibus, qui temere muro inhærebant subito occu-
 lit. Tum uelut eorum omnium quæ parabantur igna-
 ra, posteaquam regij ministri ad se ingressi sunt, atque
 aduenas homines qui per diem in hospitio fuerant
 minaciter requisire: Ignoti (inquit illa) hodie qui
 dam hic diuersati sunt, qui negotium curaturi (ut
 ipsi mihi dicebant) Hiericuntem uenerunt, sed quum
 iam propemodum aduersa speraret, uelut matura-
 to opus fuerit, domo abierunt, credere se continuo
 urbe profectos. Res credita est. Misitque sunt cõti-
 nuo expeditissimi iuuenes uia quæ ad Iordanem du-
 cit, qui illos in urbem retraherent. Cæterum uano
 cursu ad altam noctem fatigati domum negotio in-
 fecto reuersi sunt. Raaba sedato tumultu, hospites
 edocet in quanto sunt discrimine uersati, credere se
 iam omni eos periculo defunctos, tantum publica
 uia abstinerent, per deserta & inculta loca abeundum
 nocteque magis quam interdiu faciendum iter. Pre-
 cari adhæc illos identidemque obtestari, ut non hospi-
 tij solum, sed meriti etiam sui in eorum salute tuen-
 da uellent esse memores, ut si quado uictores castra
 ad urbem admouissent (quod ita futurum mens au-
 guraretur) hospitalis beneficij sibi gratiam repende-
 rent. Gratiam se illi præstituros polliciti, per funem
 extra urbem demissi (nam ita forte euenerat ut Ra-
 abæ domus publico esset muro cõtigua) occultis iri-
 neribus in columnas in castra abierunt. Per hos Iosue
 certior factus in quo res Cananæorum statu essent,
 quam omnia pacata, quam segne ocium, omniumque
 rerum negligentia, paucis suis hortatus ad Iordanem
 castra promouit. Mirum est quod hic fieri contigit,
 admota fluuio fœderis arca, amnis qui sua natu-
 ra uiolētus minimique tranabilis fuit, undis in mu-
 ri speciem superiore parte stantibus, sic cum populo
 uadam præbuisse dicitur. Tum exercitu per ocium
 trãsmisso, mandat Iosue ex singulis tribubus singu-
 los, lapidem unum eorum, qui pedibus medio uad-
 o obiacerent, extra aluuum deferre. Ex eaque mate-
 ria, dux haud procul fluuiali ripa Deo optimo aram
 cõstituit, quæ uadationis illius fuit ad posteros mo-
 numentum. Illud etiam miraculo datum, quod ubi
 Cananæam terram Israëlita ingressi sunt, mana haud
 amplius est illis è cœlo missum. Vbi igitur populus
 circa Iordanem cõstitit, omnem uirilem stirpem in
 deserto procreatam Iosue, ut sacra tradit historia, ad
 unum circuncidit, paucisque diebus eodem loco sta-
 riuam habuit, dum multitudo conualesceret. Inde ex
 Iordane ad Hiericuntem populabundus exercitus
 est ductus. Hic cum plures dies castra habuisset, ho-
 stisque se muris rueretur: nec quanquam pugna di-
 copia heret in aciem descenderet, numinis præsentia
 fretus Iosue, mandat fœderis arcæ mœnibus circũ-
 ferri. Mirabile & hoc quoque dictum, quicquid mu-
 rum procul est ab arca conspectum, non bellicis tor-
 mentis, non opera aliqua adhibita, sponte corrui-
 tur, urbisque mœnibus nudata, modico certamine capta
 est. Sæuitum nihilo secius in omnem sexum & eta-
 tem. Præter argentum & aurum cætera præda cor-
 repta est. Raaba ob fidem hospitium cum tota do-
 mo seruata cum Israëlitis habitauit. Hiericus capta ab
 imis est fundamentis diruta, ut ne uestigium quide
 ædificiorum sit ullum in ea relictum. Aditæ impre-
 cationes, si quis eodẽ postea loco ædificare esset ausus.
 Aurum omne & argentum oraculi monitu est fa-
 crario illatum. Achaus Charmi filius regis chlamy-
 dem

Iordanis con-
stitit.

Manna desit.

Populus circũ-
ciditur.

Hiericuntium
excidium.

Achai sacrile-
gium.

dem auro cõtextam, medio tumultu adeptus, in oc-
 culto habuit: quum cæteri multa fide & religione
 omnem prædam in apertum retulissent. Bibliaci li-
 bri cocineum pallium trecentosque argenti ficos
 cum auri lamina præde detractos demõstrant. Nec
 inde multis interiectis diebus, Iosue triginta arma-
 torum milia ad Adan urbem recipienda misit. Alij
 Hai pro Adan scripsere, triasque hominum milia, nec
 amplius ducis iussu in eam expeditionem profecta,
 quo fit, ut in tanta rerum uariatione anceps sepe
 animus fluctuet, nec planè intelligat in utram inclinet
 partem, iuxta in barbaris uocibus explican-
 dis, quas iuxta Græci Latiniq; citra omnem usum
 habuere. Nos uero ne media narrationis cursus ob
 eam causam sæpius abrumptur, quæ duarum dein
 ceptis ueris, aut plurium uerissima uisa fuerit, con-
 tenti erimus opinione. Siue igitur tam exigua, siue
 maiores fuerunt copiae illæ quæ ad Adan tum mis-
 sæ dicuntur, satis constat turpi fuga, cædeque; insigni
 Israëlitas in castra reuersos. Fregit ea clades supra
 modum gentis animos prosperis rebus assuetos. Sac-
 culum induit, sedentque; humi tristitia & mœrore affi-
 cti, flebiliter querentes esse se medio uictoriae cur-
 su fauore numinis delitutos, negantque; eo alienato
 successum ullum rerum sperari debere amplius. Vi-
 dendum esse ne publica aliqua priuatæ offensa po-
 pulum cœlestem iram experiretur. Erat Iosue in tam
 subita populi cõfirmatione non mediocriter sol-
 licitus. Qui etsi palam suorum castigabat querelas,
 animus tamen haud erat religione liber. Cœlesti igitur
 tur uoce monitus, cognouit sacrilegium esse in ca-
 stris perpetratum, explandumque; id scelus esse, nec fe-
 rendum, ut ex sacris manubijs quicquam publica
 priuatæ fraude furto prophanaretur. Tributum
 primo, mox domesticam diligenter & non sine re-
 ligione inquisitum, postremò Achanus siue Acha-
 rus (utrumque; enim scriptum reperio) sceleris con-
 uictus, extra castra dira execratione perductus, lapi-
 dibus est à populo cum liberis & tota domo obru-
 tus. Tum uero dux religione liber ad Adan ire per-
 git: misitque; intempesta nocte qui haud procul urbe
 in insidijs quam occultissime sederent, ac quum ad
 uersa parte populũ ad pugnam egressum sensissent,
 tum repente qua proximũ cuique esset urbem præ-
 sidio nudatam inuaderent. Confedere illi (erant enim
 ad quinque milia leuitorum hominum) inter
 Adan & Bethauen. Iosue ubi primum illuxit, cum
 robore copiarum ex edito loco in conspectum ho-
 stium uenit. Adanitæ receti uictoria feroces incom-
 posito agmine ex oppido decurrunt. Cessit hosti-
 bus inconfulto ruentibus Iosue simulato metu, in-
 de certamine iniecta, omnes oppidanorum uires in
 se uertit. Nec stataria erat pugna, sed ut procul ab ur-
 be Cananæum abduceret, nunc aperte Iosue moliri
 fugam, nunc ferociter resistere. Interim qui in insidijs
 erant, quique; in hanc ipsam erant occasionem erecti,
 clamore diuersa parte sublato, celeri cursu ad urbem
 deferuntur, ubi turbatis omnibus muliebris pauore,
 puerorumque; ploratu, sine certamine portas irrum-
 punt. Interim exauditus ex urbe clamor, oppida-
 nos præsentem certamine auertit. Quibus sponte ce-
 dentibus instat dux ferocissimus, fugientiumque; ter-
 ga cædit. Iam & qui urbem occupant, hostibus ad-
 monia effuso cursu tendentibus sese obijciunt. Sic
 amissa urbe multis in medio cæsis, reliqui per agros
 cum metu & trepidatione dispersati, quo quemque
 præceps tulit cursus, in pacatam abiire. Cædes in
 urbe sub primam irruptionem ingens edita, ut promiscue
 omnis sexus & ætatis ad duo decim milia cæsa
 dicantur. Regem captum Iosue in crucem extulit.
 Inde corpus ante urbem ingenti lapidum cumulo
 rexit, omnia urbis ædificia, ut ad Hiericuntem, fun-
 ditus delata. Duarum illustrium urbium excidium,
 cædesque; regum per omnem Palæstinam terram uul-

Iudeorum
clades.

Achanus lapi-
dib. obruitur.

gata, metum & terrorem ingentem uniuersæ genti
 iniectæ. Sed Gabaonitæ quo propiores erant periculo,
 eo maiore metu adacti, tumultuose in mediũ
 consultant, qua potissimum ratione se imminenti
 subtraherent periculo. Nulla enim in armis spes erat,
 In preces itaque; uersi, mittunt qui suppliciter ab ipso
 duce pacem postulare. Ars quoque; consilio addita
 est, qui in castra misit sunt, mucida panis frustra, & ui-
 num in utribus uapidũ secum deferunt, calciamenta
 ad hæc obruta inducunt pedibus, cæteraque; lon-
 gioris uia; argumeta diligenter asimulant. Vbi uero
 ad conspectum est ducis uentum, Vestra, inquit,
 corum unus, uirtus Israëlita uiri, uestra insignis fama
 efficit, ut iam inde ex quo Palæstinæ terræ fines
 transcendistis, etsi nostra causa nihil cum Cananæa
 cõiunctum haberet, essentque; nostra iura omnino ab
 illis diuersa, pro magno tamen negotio haberemus
 perpetuam pacis fœdera uobiscum sancire. Ad quod
 ipsum impetrandum, etiam quum longissimè ad-
 huc uestra castra esse dicerentur, multorum dierum
 itinere huc publico cõsilio uenimus, nil ueriti, quin
 ob causam, ut diximus, & fortunam diuersitatem, tum
 quia ad Cananæorum opes euerendas, res nostras
 esse potuerunt uobis non inutiles, haud grauatè nos
 in uestram fidem & amicitiam reciperetis. Nuncque;
 oramus suppliciter & obtestamur, ne spe impetranda
 pacis, quam uobiscum tulimus, irritam esse patiamini.
 Cum Cananæis uiri Israëlita uobis bellum
 est, non cum ipso humano genere, quanquam si sic
 esset, nullum genus hominum esse tam ferum credimus,
 nullum tam iustitiæ & humanitatis expertis, à quo
 si nulla sit iniuria affectum, non facile pacem & ueniã
 impetrari oporteat, malitque; eum seruare, qui suam
 fidem imploret, quam inhumanè & crudeliter per-
 dere. Quod ipsum eo facilius à uobis uiri Israëlita
 impetrandum censemus, quo ob uerè pietatis cultum
 à cæde & sæuitia longè magis quam reliquæ gentes
 abhorretis. Quum Gabaonitæ in hunc modum uerba
 fecissent, Iosue & alij inhumanum rationem, à quo
 nulla ipsi essent iniuria lacessiti, quique; consilia,
 & fortunam disunctas ab ea gente haberet, cum qua
 bellum gereret, ultrò pacem & amicitiam perentem
 non recipere, cõmuni cõsensu fœdus cum legatis firmant
 iureiurando utrinque; interposito, non solum neutros
 alteris nocituros, sed si qua aliunde uis alterutris
 orta esset, socios ab omni iniuria defensuros. Nouæ
 societatis fama in omne Cananæum nomè diffusa,
 uniuersam in Gabaonitas gentem odijs armavit.
 Adonyse deachus Hierosolymorum rex, in cuius fide
 Gabaonitæ fuerant, eam præ cæteris defectionem
 minimè ferendam ratus, cum his copijs, quas in
 præsentem usum belli instruxerat Gabaon tumultuose
 circumfedit. Aderant in super illi ex Hebrone Ohas,
 Pharas ex Hieromotho, Tabirus Eglonis, & Iaphias
 Lachi, reges. Erat cum his ad xxx. armatorum milia,
 & in his duo milia currum. Gabaonitæ confestim
 ad Israëlitas socios mittunt, qui doceant in quanto
 discrimine, ni properent sibi suppeti as uenire, res
 suæ sitæ sint. Maturato opus esse, si sciorũ saluti
 consultum uelint, Scire se nullam spem uenire
 ab infestissimo hoste sperandam, ob separata à
 reliqua gente consilia, nec eas esse Gabaonitarum
 opes, quæ tantam uim hostium mœnibus hærentem
 diutius ferre possint. Celeraret auxilia, ne si segnius
 subueniretur, capta (quod nolent) urbe mutata
 fidei Gabaonitæ ad unum crudelissimo hosti penas
 expenderent. Post legatorum postulata, nemo erat
 qui non æquum iudicaret laborantibus socijs maturè
 subueniendum. Cæterum ingenti numero hostium
 terribi, ambigere primò, qua fiducia, quibus uiribus,
 quo consilio, ad hostem longè potentissimum
 accederent. Hæc ut illo iactare, tacitaque metus
 confusione de industria rem trahere, quum Iosue
 oraculo monitus dicitur, ut in hostem confestim

Gabaonitarum
oratio.

Fœdus Gabaonitarum
et Iudeorum.

Cananæorum
exercitus.

d
stium

stium moueret, nec de euentu pugnae ambigeret, omnia prouidentia fieri. In potestate numinis uitam hominum esse, & interitum: nec Israelitis diuinam opem in tanto discrimine defuturam. Irent modo, ipseque secum clarissimae uictoriae ferrent. Nec quia hostium opes inuictae putarentur, desperandam propterea uictoriae esse. Quando nihil sit in humanis rebus tam ualidum aut tam munitum, quod non fatorem expugnet necessitas. His uocibus accensus Iosue, nihil moratus amplius, in hoste profectus est. Quin is deinceps castris, ad Gabaon confedit. Hic animis subito ad pugnam accensis, ingenti est clamore concursum. Nec hostium numerus Israelitis ancipitem fecit uictoriae. Quin sub primu congressum terror ingens hostibus iniectus, eos praesenti certamine auertit. Secuta inde aperta trepidatio & fuga, qua innumeris mortales caesi dicuntur. Disiectis incensisque curribus, Iudaeus uictor fugientem hostem cum caede & strage longius insequitur. In sacris libris proditum reperio, ita esse aliquandiu eo die solem in caelo, quoad Israelitae uictoria defungerentur. Sed dum Iosue hostium terga praemeret, urgeretque fortunam semel inclinatam, ne Canaanus a pauore & metu respiciens instaurare posset praedium, trepide illi nunciatur, quinque reges, qui acie decesserant, haud procul a Macedonia urbe, in altiore specum sese illatebrasse, misit qui speluncae ostium lapidibus obueret, locumque praesidio in suum aduentum obtinerent. Nec ita multo post caede fatigatus ad regum laetram diuertit. Quibus inde reuulsus superbissimas eorum ceruices subiecit Israelitarum pedibus calcandas. Mox stipitibus affixos morte ignominiosa affecit. Corpora in eum locum, quo fuerant fuga delati, abiecit, lapidibusque obrui iussit. Inde in castra reuersus, Gabaonitas ad se uocatos grauius increpuit, quod uelut populus a Cananea gente diuersus, cum Israelitis foedus percussissent, iure potuisse se eorum exemplum secutum fraude agere, ac foedus ipsum pro irritum habere, quod cum Cananeo nullo iustum uoluisse unquam. Sed bene uertere eis, quod Iudaeorum peculiare sit nunquam numen per quod semel iurassent, fallere. Manuram itaque illis ratam cum Hebraeo populo amicitiam. Caeterum ut monumetum eius rei aliquid extaret, notaturu se in praesentia eos leui ignominia, quam aequo animo essent laturi, si secum reputarent, nulla minore animaduersione potuisse publicam eorum fraudem uindicari: Irent & sociali foedere secum militaturi calonum lixarumque ministeria Israelitis exhiberent. Qui mos diu inde tenuit, ut soli Gabaonites, tam ad sacroru usum quam ad militum desideria, ligna & pabula in castra deportarent. Nec Iosue post clarissimam uictoria in ocio fuit, sed ad hostium loca recipienda conuersus, Maceda ui cepit, inde Lebna, rege utrobique; cum populo caesis. Inde Lachim corona cinxit, quo Hiras Gazeritarum rex cu ualido exercitu occurrit. Hunc quoque praelio uictum Iosue interfecit, urbemque uicaptam funditus diruit. Inde Eglone deleuit, cui Ebronis est excidium continuatum. Pari clade Dabirem urbem cum suo rege affecit. In montana deinceps loca conuersus, Alerothum expugnat, in regem captu, haud aliter quam in caeteros, qui in potestate redacti fuerant, animaduertit. Mox prospero uictoriae cursu, a Cade ad Gazam, usque omnem regionem caedibus & populatione impleuit. Ita omni fere Cananea terra domita, uictor exercitus ad Galgalam, unde primo fuerat a Gabaonitis accitus, est cum laetitia redactus. Nec ita multis in serie diebus, nouu Israelitis ab eadem gente ortum est bellum: Labinus Asoritarum rex cum Ioabo Madianita & alijs quibusdam Cananea tractum tenentibus, & ex ea quoque parte, quae ad meridiem uergit, qui circa Cenerothu, & in littorali ora imperabant, iunctis in-

Iudaeorum uictoria.

Sol stat.

Quinq; regu supplicium.

Gabaonites ignominia notantur.

ter se armis bellum in Iudaeos reparat. In huchostilem apparatus Iosue oraculo iussu intrepide profectus est, conflixitque ad Meronis aquas cu inuicto alioqui exercitu. Fuitque id quoque praedium ut caetera Israelitis felix. Hostem suum fugatumque ad Sidone usque; cum multa caede Israelita uictor periculus est. Atque hoc demum bello, quod miror a Iosuepho silentio praetermissum, Israelitae defuncti omnem hostilem terram, praeter pauca oppida, quae partim natura, partim humano opere munita sine longa obsidione expugnari non poterant, suae ditionis fecere. In sacris libris unus & triginta reges nominatim referuntur quos Iosue bello superauit, iam inde ex quo Iordanem sicco uado traiecit. Sed non adeo sumus rerum humanarum ignari, ut magnos reges, & quales sunt hodie in terris eos fuisse arbitremur, quippe qui late inter mortales imperent, qui hoc nomine nostra tepestare pollent, quum tota Cananea terra, quae eade est & Palaestina, uix legitimi sit unius regni capax, si caeterorum regnorum quae hodie sunt, immesos fines animo consideremus. Quamobrem aequius sit credere, fuisse regulos eos, quorum singuli singulas haberent urbes. Subit & alia reputatio animum, quid sit quod Hierosolymoru nomen per ea tempora in Cananea non sit terra relatu. In cuius urbis origine referenda quia ueriora sunt, quae Iosephus & Bibliaci libri tradunt: Strabo autem alioqui grauisimus haud dubie est deceptus, ratus Mosen, quem falso Aegyptiaci sanguinis & Isidis sacerdote dixit, urbem ipsam condidisse, quum satis cõstet, neque Aegyptiacum eum, neque Isaacum sacerdotem fuisse: & qui prius ex humanis decesserit, quam Palaestinae sint terrae fines Israelitae ingressi. Sed de loci conditione quato uerius porero, loco magis opportuno dicam. Iosue igitur anno iam quinto Palaestinae expeditionis acto, cu castra ad Sylonem fecisset, populū ad concionem uocauit. Hic quum in medio stetit ita multitudinē dicitur affar. Quod manifesto numinis fauore patres uestri, quinto & quadagesimo ab hinc anno, uetusta seruitute ex Aegypto fugerint, per quae aperta reru miracula in desertum uenerint nemo est uestrum (reor) uiri Israelitae qui non fando haec, aut ex illis, dum in humanis adhuc agerent, aut ex alijs, audiuerit. Quamquam ego, qui rebus ipsis non interfui solum, sed in quibusdam etiam praefui, optimus sum testis, quod dexter uolensque deus nostris ubique uotis affuerit. Logu esse referre, quibus tum claudibus Aegyptu concussam uidimus, quum inde Mosis ductu egressi sumus, quod stupenda rerum mutatione rubri maris arenam, ut puluerem calcauimus, in festissimum hostem cum omni exercitu obrutum uidimus, per littora dissectū spoliuimus. Ne dicam manna caelo demissum in panem, uolucres in obsonium datas, aquam in potum durosilice depromptam. Nota sunt Mosis ducis clarissimi cum familiari numine colloquia, nota prodigia, quibus Dathas & Abiros cum domo uterque; sua perire, cum quibus tot senes uno tempore ob sacerdotij ambitum sunt pro concione absumpti. Quid clarissimas uictorias memorem, quae Mosis ductu circa Sinam primo, & mox trans Iordanem nostrae genti obtigere, quam praesens ubique nume habuerimus? Sed, aut multum opinione fallor, aut nunquam deus nostris rebus praesentior affuit, quam proximo hoc quinquennio, ex quo Iordanem transgressi sumus, quo tempore omnem Palaestinae terram iure belli nostrae ditionis fecimus. Etenim ut numerosos opulentosque exercitus fileam, quos pene inermes & quasi solo aspectu fudimus, innumeras urbes direptas & incensas. Quando unquam ulli gentium tot reges prosternere est datum, ut uix totidem in terris superstitēs relictos aequum sit iudicare? Sed haec eo tendunt, ut asseram libertatem, innoxios casus, innoxia discrimina, tot prospera bella, tot successus, feracissimum hoc amoenissimi-

Iudaei Cananea potuerunt

Reges prius

Strabonis error.

Iosue oratio ad populum.

amoenissimumque solum, liberos, fortunas, & quicquid rerum nobis in uita est, id totum diuinae prouidentiae acceptum referamus. Stultum sane sit credere, uel impium potius, populum ueteri seruitio affuerum, imbellem, profugum, inopem, inermem, nisi praesens uolensque Deus affuisset, tot turbes subigere potuisse, tot populos, tot reges, sine uulneribus, sine caede, sine cruore, nisi qui unius sacri legi culpa uno est loco fusus. Sed quo benignius indulgentiusque caeleste numen adhuc nobiscum egit, eo maiore sumus execratione digni, nisi perpetuo cultu, religione, pietate efficere nitamur, ut ueritatem hanc a maioribus per manus acceptam, legibusque & caeremonijs instructam, non solum inoffensam teneamus, sed auctam posteris, sanctioremque; traditam uelimus: quod ipsum facile futurum confido, si a uana & inepta caeterarum gentium superstitione pertinaciter abstinuerimus. Si non plus apud uos muliebres illecebrae, inuestitiue comestationes, ocio sa colloquia, auara commercia per ueritatis sacramentum ualebunt. Aliquid certe Mosis prophetae summi caelestis mens uidit, qui moriens identidem monuit, ut omnem Cananaeorum gentem tolleremus. Non enim ita ille humanum genus oderat, ut tam crudeliter in uictos sauitum uoluisset: sed pietati, uerique; religioni cautum uoluit. Videbat senex ille fatidicus, uelut ea quae oculis uidentur, non sine offensa populum in his errorum tenebris uersaturum, quibus haec gentes quae Cananaeam tenebant terram, premebantur. Caeterum quando ita accidit, ut non omnino sit gens haec sublata, sed alij locorum natura freti expugnari nequuerint, alij per errorem sint in amicitiam recepti, multi adhaec pueri puellaeque, qui nondum altius uanam superstitionem imbiberant, de industria seruati. Quamquam (ut est natura hominis semper in peius prona) haud dubium sit, quin & ipsi ubi per aetatem adoleuerint, si sint etiam parentum manibus, uel uerius daemorum prestigijs per quiete monendi, ad uanos deos, lapideaque; simulacra respiciant. Ut enim ferarū catuli e iustis sublatis cirent licet, tacito tamen naturae instinctu modico momento ad feritatem recurrunt: ita homines alieno ritu, & a patrio longe diuerso instituti, in gentile uitium, uelut materno utero imbuti, aliquando irumpant necesse est. Sed quo maius ex hoc futuro commercio nobis ac posteris imminet erroris discrimen, eo impensius uos etiam atque etiam monendi duxi, nequid in humanis tanti esse arbitremini, quod uestrum animu malorum daemorum seruitio subijciat, cogatque; ab luce & ueritate aberrare, quam maiores nostri in caelo, unde quae renda fuit, per innocentiae cultum ab initio deprehendere, deprehensam pia religione colere per seuerarunt: quae semel atque iterum a patribus in deserto offensa, nunc publica clade sese ulla est, nunc ne ulcisceretur multis precibus aegre exorari potuit. Caeterum haud uos ignorare arbitror, quam diras imprecationes huic Mose iniunxerit, qui a lege diuinoque; instituto aliquando aberrasset. Quam dira exilia, quam inopiam, egestatem, seruitium, quod deum excidium uniuersae genti futurum praedixerit, si alienos deos, aut uos ipsi, aut posteris quandoque secuti essetis. Contra uero quales successus, quam tam felicitatem, quae incrementa, si in antiqua pietate nihil demum fuerit offensum. In quo uirtutis officio an perpetuo mansuri sitis, incertum habeo. Vnum scio, siue quod a uerissimo Propheta ea quandoque futura audiui, seu quia Deus optimus maximus me utillum, in hac parte, quae uetura sint, non ignorare uoluit, nostram totiusque; posteritatis, & salutem, & excidium, in hoc uno sitam esse discrimine. Quod quum ita sit, utinam priusquam uita egrediar, ad cuius exitum (ut uideo) perueni, aliquod futurae constantiae signum in uobis perspiciam: quo

certam spem mecum perpetuae meorum salutis ferre possim. Nam & naturae & uobis (ni fallor) abunde satis feci. Quum haec ille ita perorasset, confestim ex tota concione redditus est clamor, Nihil unquam populum tam impium scelus admitturū, istum esse semel cum Deo foedus, quod tam sibi, quam posteris inuolatum uelint manere, cupiantque; se arctioribus adhuc uinculis, si maioribus possint, religioni astringi. Tum Iosue id petente omnes iterum in ipsius uerba iurarunt, nunquam per se aut per alium passuros quippiam ex religionis praescripto mutari, fraude, aut ambitione. Si fallerent, tum omnia mala illa, quae Moses praeruaricantibus futura uaticinatus esset, suis suorūque; natorum capitibus incidere. Hoc recens foedus literaru monumentis marmoreis tabulis incisum sacrario inferendum Iosue curauit. Inde ad populum conuersus. Iam tempus est, inquit, quando religioni satis cautum est, ut longissimae militiae, eiusdemque; prosperrimae praemia feratis. En dabo, inquit, uiri Israelitae uobis decem uiros, ex singulis tribubus, quae nondū agrum accepere, singulos, qui bona fide uobis agru perpetuo possidendum admetiantur. Creati igitur ex omni multitudinis, prudentia singulari & fide insignes: hi septem mensibus omnem regionem bello quaestitam contemplari, quia soli natura non eadem ubique est (etenim circa Hierosolymam & Hiericentem mondana ferē est & sterilis) haud aequis finibus eam diuisere. Vbi sterile fuit solum fines latius propagati, in ubertate contracti. Inde ad Sylonem reuerſi, ubi Iosue erat, eoque; praesidente singularum tribuum nomina sunt in sortem coniecta. Iuditarum prima sors excidit. Hi sibi superioris Idumaeae optarunt partem quae Hierosolymam usque pretenditur, latitudo in ea usque loca decurrere quibus olim Sodoma fuit, urbes in ea Ascalon & Gaza fuere. Simeonij Idumaeam quae ad Aegyptum & dorsum Arabicum uertgit, obtinere. Beniaminij terram a Iordane fluuiio ad mare, in ea Hierosolyma & Hiericus. Effraimitae a Iordane ad Gazara fortiti sunt loca. Isacharij qua Carmelus & Taburius montes. Zabuloni circa Carmelum & Genesaram lacum oram mari contiguam. Aserini omnem terram quae ad Sidonem uersa est. Partem uero quae ad ortum uergit, & ad Damascus urbem, & Galileam superiorem ad montem usque Libanum, & Iordanis ortum Neptalimij habuere. Danetij conuallium loca ad occidentem solem uersa, a Bethoro ad montes qua Iudae tribus fuerat terram sortita, Manassei dimidiata tribu, nam reliqua gens trans Iordanem (Mose adhuc in humanis agente) cum Gatinis & Rubenis agrum acceperat. Quibus locis & Leuitis sacro ministerio addictis, decimae fuerant decretae. Nec mirum uideri oportet, si plura gentium reperiantur nomina, quam Israelis filij fuissent. Manasse enim & Effraim Iosue, qui fuit Israelis filius, procreati, uterque suam condidit gentem, unde Manassei sunt & Effraimitae. Et omnis Cananea regio per hunc modum Iudaeorum tribus diuisa est. Nunc quando id nomen toties a Iosuepho, & in sacris libris repetitum, partim celebre apud Romanos & Graecos scriptores esse uideo, ne obscura uox in dubium trahat lectorem, de regionis situ pauca subiiciam. Fuit olim Syria terrarum maxima, Syrusque; Apollinis filius ei nomen dedisse creditur, in pleuris distincta partes uarie appellata est. Palaestina, qua Arabiam contingit. Iudaea, Caesarea, Phoenice, Damascena, & qua intus ad meridiem recedit Babylonia, eadem & Mesopotamia inter Tigrim & Euphratem, qua Taurum transcendit, Sophene: citra uero Comagene, & ultra Armeniam Adiabene, peculiariter Assyria olim dicta: & ubi Ciliciam attingit, Antiochia: qui fines a Cilicia in Arabiam: quadringenta septuaginta milia passuum habuere, a Seleucia ad Zeugma iuxta Euphrate multo

Peroratio.

Recens Iudaeorum iuramentum.

Decem tribus Cananeam sortiuuntur.

Palaestinae fines.

Syriae magnitududo.

id uenimus, ut de legibus priscoq; Cretensiu uiuendi ritu diceremus, haud alienum fuerit, in ipsius insulae uetustate paululu immorari. Philistides eam primo Aeriam nuncupatam tradidit, mox & Curetim. Sunt qui à cœli temperie Macaron illi nomen fuisse existimēt. Cretam à Creta Hesperidis filia Dosiades nominatam autor est: Anaximander à rege Curetum. Extenditur insula inter ortu & occasum. Hinc ad Boream Ægæo & Cretico, inde ad austrum Libyco alluitur pelago, nusquam latitudinem quin quaginta milium passuum excedens, maximeq; circa sui medium patet, quàm parte mons Ida omniu, qui in ea insula sunt, celeberrimus. Celsissimo is uertice affurgit, Apollodorus longitudinem duum milium trecentumq; stadiorum tradidit, circuitu quin que milium, & amplius. Artemidorus mille minus. Incultum genus hominum à principio habuit, inde Rhadamanthi (ut proximo est loco Ephori testimonio demonstratum) institutis ad mansuetiores uite ritus perductum. Secutus inde Minos qui æquitate & iustitia adhuc magis excoluit. Plato autor est Lacedæmonios & alias uetustissimas Græciæ ciuitates hinc sibi leges & instituta quæ fuisse. Optimum gentis statum euertit primò tyrânicus dominatus, mox & Cilicum latrocinia, multa inibi fabularum argumenta, ut quæ de Ioue, Minotauro, & Theseo traduntur, de quibus quàm breuissimè potero, suo loco dicam. Fuit gens ab initio libertatis studiosa, ea se possidere arbitrat, quæ non essent tyrânorum libidinibus exposita. Fuit & concordia perpetua cura, quæ seditioni diuitiarum & auaritiæ alumna inimica est. Modicè proinde antiquitus frugaliterq; uitam agit. Frequentabant pueri conuentus, quos greges nominabant. Adultæ ætatis uiri publica in terre conuiuia celebrare, arma reipublicæ causa tractare, ab ineunte ætate laboribus corpora exercere, maris æstus & frigora perpeti, acclitnes semitas saltusq; cursu superare, in gymnasijs pugnas cedere arcibus & sagittis plurimum uti, in armis saltationem, quam Pyrrhiceu nominant, uulgo celebrare. Sagulum & militare calceum sibi inducere, arma preciosissimum munus credere, tantum adhæc rei maritimæ studium, ut in proverbum abierit, si quis quæ nosset, se scire dissimularet, Cretes, diceretur, nescit pelagus. Inter æquales connubia conciliari, ex omniq; inuenum cœtu uirginibus sibi sponso optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, quàm ad domesticam administrationem essent idoneæ. Dotis magnitudo fuit, si frater aderat patrimonio dimidium. Pueri ex legibus literas & cantilenas & musicæ artis quædam modulamina discabant, ad uirorum salsita perducti humi uilibus testi amiculum sedebant, illisq; pugna cientibus ministrare, puerorum ualidissimus maximeq; elatus ductabat regem, pro uiris singuli plurimos aggregabant æquales, ad uenationes egredi, cursu exercebatur corpora, stas diebus puerorum cœtus ad tybia & lyra cantum inter se committi ut in re bellica consueuere. Hæc sunt quæ de uetusto ritu gentis relatu digna apud ueteres rerum scriptores reperio. Quibus illud adijcio: Huius gentis fuisse (ut quidam memorant) lætos dies candido notare calculo, tristes atro & molestos, etsi plures huc morem ad Thracas referunt. Nunc ordine referenda sunt quæ non uno

Aeria.

Creta insula situs.

Ritus & mores Cretensiu.

Cretes nescit pelagus.

Lapillis notantes dies.

Græciæ loco per id tempus, quo hæc de Europa & Cadmo scripsimus, facta dicuntur. Estq; horum maxime æqualis Euphires conditio circa Achaicum Isthmum. Urbis autor Sisypus, quem Theseu quia finitimos accolat latrocinio infestare, sustulisse fama est. Nec his recentiora, quæ de Thereo & Philomela Pandionis filia sunt memoriæ prodita, quicquid eorum citra fabulare signentum accidisse dicitur, in Phocide id actum, nō in Thracia Thucydides affirmat. Sed ea in longo uetustatis recessu posita adeo poetis fabulis implexa, ut non sine historice eleuatione tractari possint. Pari quidem cunctatione referenda, quæ de libero patre Semee filio, & omni Cadmi progenie in hæc tempora conijciuntur. In quo genere non deesse stylo, nisi futurum prospicerem, in nulla instituti operis parte uberiorem obrectare uolentibus paratum iri materiam, quàm si ea uiderint à me recepta, quæ poetis sint lustribus insigniter inuista. Contra malignus interpret, qui idem erit & obrectator, eadē hæc quæ prælata fuerint infectaturus, si silētio prætermissa sint, haud dubie nobis calumniam intendat, uelut eorum quæ ab initio polliciti fuimus, parum memores, aliqua in occulto iacere passim, quæ incuria nobis aut in scitia præterita uideantur, adeo in utraque parte fides laboratura est. Cæterum nos mediam uiam ingressi, ea solū quæ à summis rerum scriptoribus uideo in historijs recepta, adeo in utraque parte prius detracto, nuda in apertum referam, ut ea qualia sint utroq; uersum liceat hæc nostra legentibus estimare. Et ut ad Cadmi progeniem redeam. Linus & Amphion, qui Bacchi tempora præcesserunt, suo uterque fuit studio ea tempestate clarus, naturæ rerum ille, hic musicæ deditus: de mudo Linus & animantium generatione, deq; solis & lunæ cursu non pauca scripsisse traditur. Musicen Amphion primus ostendit, si Plinius uerus est autor: primus cytharæ cantum adhibuit, etsi non desunt qui id Lino referunt acceptum. Dactyli Idæi & ipsi his temporibus interiecti, ferrum in Creta insula inueniunt, quam terram primi omnium tenuisse creduntur. Quidam centum numero fuisse memorant, Ephorus decem nec amplius, à quo planè numero nomen fuerit illis inditū. Eos ex Ida, quæ in Phrygia est cum Mygdono profectos meminerūt quida, in Europamq; transcessisse. Vbi diuinandi periti cantum, initiationes, & mysteria docuerunt. Adjiciunt his, quod non in Creta, sed circa Berecynthu Phrygiæ ferri naturam illi demonstrauerint, ac præter iam dicta ignis & æris usum, quapropter uetustas ut deos quosdam sit illos uenerata. Ferunt eorum unum Herculem nominatum, qui olympicum agonem instituerit, similitudineq; nominis deinceps factum, ut Alcmenæ filius sit creditus eius rei autor. Sed dum illi Cretam tenuerunt, per id tempus Pelops Tantali filius Argis regnum tenuit, à quo quicquid soli est intra Achaicum Isthmum Ioniumq; pelagus Creticum & Ægæum, Peloponnesus fuit nuncupata, quum Pelasgia prius diceretur. Quæ de Triptolemo & eius inuentione prodidit uetustas, in hæc quoque tempora rejicit Philochorus.

Euphires quæ & Corinthum conditur.

Linus. Amphion.

Idæi dactyli.

ENNEADIS

ENNEADIS I. LIBER V.



Actum erant apud alias gentes rerum primordia, hæc uita incrementa, quum Israëlita iam diu armis defuēt, in sedam seruiturē incidere. Eglon Moabitarum rex defidiā gentis specularatus, haud quidem ferendū ratus, iners hominum genus tam ociose in alieno solo regnare, finitimos Hebræoru accolat bello adortus, breui subegit. Nullum animal magis est iniuriæ obnoxium, q̄ homo ignauitæ ac defidiæ deditus. Victis tributum imperat, regiamq; in Hiericunte sibi destinat. Tenuit plures annos seruitus illa. Nec iam nullus erat amplius antiq; uirtutis in tota gente respectus, iuxta arma libertatemq; asperrari, nec pietatis cultus iam multis curæ erat. Tulerūt igit ignominiosam seruitutem duodeuiginti annos tam patienter, ut nihil meliores antea bellatores fuissent, quàm tum serui fuere. Erantq; adhuc diutius seruiturum laturi, nisi tuius opera res esset in antiquū statum restituta. Erat Aiothus iuuenis impiger, Eglonis aulæ alluectus, is inter Moabitas plurimum uersari solitus, longaq; consuetudine iam regi notior factus, quocies libitum esset ut intumorum unus regium cubiculum ingredi, eratq; maior huic fides apud regem, quo perulantius Israëlitas incellere, uanitatēque genti & inertiam uulgo exprobrare. Solus itaq; solus in cubiculo adeptus, continuo occasiōnem arripit diu expectatam, per speciem nocturnæ uisionis interpretandæ, quo nomine fuerat tum forte ad regem accersitus, proxime accedens sedentem ferro transigit. Composito inde uultu foras egressus, post se cubuli fores occludit, uelut quieti deditum regē reliquisset. Ad suos inde populares egressus, Eglonem edocet à se clandestine interemptum. Iam tempus adesse quo Israëlita se, si uiri sint, facile in libertatem restituant. Hi ueteris fortunæ admoniti, confestim arma induunt. Inde factu in regiam imperu regios satellites incautos obruncant. Pari audacia & milites adorti, qui nihil minus quàm de fectionem ullam populi expectabant, partim inermes adhuc, partim arma capientes momento conficiunt. Ad decem milia Moabitarū cæsa, reliqui medio tumultu dilapsi, ad Jordanem confternato agmine contendunt, ut amne superato in pacatum abirent. Sed hi quoq; in ripa fluminis prius ab hoste infessa, ad unum oppressi periere. Atq; ita unius opera, quod nemo ob ea quæ iactare erat solitus sperasset, libertas est Iudæis restituta: quæ adeo inde stabilita est, ut octoginta deinceps annos sub iudicibus, quam administrationis formam nonnihil antea delibauerant, totius gentis status pacatissimus fuerit. Quo temporis intervallo facta dicuntur ea, quæ de Orithyia Eriçthei filia ad posteros uerustas tradidit, Puella regiam à Borea Aftrei filio, qui Thracibus imperauit, ui raptam, cuius cōpressu mox nati sint Calais & Zetus, qui adulta ætate cum Iasone in Colchidem nauigarunt. His rebus interiecta est memorabilis illa Phryxi & Helles ex Bœotia profectio. Nouercali odio ambo in discrimen adducti, non ariete aureum uellus habente (ut Hesiodus & Phereides Laginum secuti prodidere) sed nauis, in qua fuit id animal tutelæ loco figuratum, ad Helleipontum primo delati. Hic Helle casu quodā amissa, Phryxus in Colchidem ad Ætam regem profectus est. A quo agnitus quis esset, & qua compulsus necessitate domo profectus, Chalciopes filia nuptias impetrauit. Palæphatus scripsit Arietem Phryxi nutritum fuisse, cuius opera sit ille nouercalibus insidijs cum sorore subtractus. Scio in hos annos rejici à quibusdam quæ de Pandionis filiabus & Tereo, omni fabularum nube excussa, priore sunt à

Iudæorum seruitus.

Aiothus Eglonem regem interfecit. Iudæi libertatem recipiunt.

Orithyia.

Calais. Zetus. Phryxus. Helle.

me uolumine relata. Satis constat nō in Thracia, sed Phocide omnia illa olim esse facta, ubi Daulis Terei regia Delphis uicina fuerit. Vbi per ea tempora, qui bus illa facta dicuntur, prima omnium Phæmonoe Pythia oraculo præfuit. Hexametri carminis inuentum huic Græciæ retulit acceptum. Sed Moses uel ea, quæ alio loco diximus, à pleiisq; creditus est autor. Profunda fuit & alta Delphis spelunca, unde fatidicus ille spiritus uirginibus hauitus, eas in furorem uersas multis futurorum implicabat ambagibus. Ephorus oraculi originem ad Phœbum retulit & Themidem, qui humani generis commodo consulturi, quum ad mansuetiorē uitam mortales prouocaret, moresq; ex omni parte uellent castigatum iri, factum est ut quibuldā inibi consulentibus, ipse coram dederit responsum, quædam per edicta mandans, aliqua omnino prohibens, plerosq; ne admittens quidem, atque in hunc maxime modum institutam religionem, procedente tempore augeat, illustrariq; cōtigisse. Sed tam hoc fabulosum uideri potest, quàm illud quod idem autor subiicit, Apollinē Delphos forte aduenire ad Panapeam Tiryra, quū ibi tyrannidem exercebat, uolentem hominem, & in proximos accolat flagitiosum peremisse, mox & de Pythonis sæuitia factus certior ab ijs, qui circa Parnassum incolebant, sagittis sit hominem confingere adortus. In quo conficiendo quoniam Hyele Pæan fuerit à spectantium multitudine identidem subclamatum, mos inde manserit, ut uox illa fauentium, inter alia eius pugnae argumenta sit postea in Pythicis sacris usurpata. Apollinem id antrū ingressum, fatidicam inde mentem habuisse aiunt, ambigentes interim quod fuerit numen in eo specu clausum. Sed quo sollicitius uerum requirunt, eo longius fabulando à ueritate recedunt. Verum aliquis ibi malus dæmon inhabitauit, qui futurorum non omnino ignarus, humanum genus huiusmodi ambagibus ludificatus est. Illud uero satis constat, nullum ab initio templum fuisse circa oraculū, sed ipsum duntaxat antrum unde fortes redderentur. Alcmeonidæ Athenienses in exilium acti, templum ibi primum condidisse dicuntur, loco ab Amphictyonibus, sanctissimo Græciæ cōsilio, ad idipsum impetrato. Quod ad fatidici miraculum antri attinet, persuasum pleriq; habuerunt, eum terræ hiatum non in media solum Græciæ, sed orbis etiā terrarum esse umbilicum. Eleuat tamen rei fidem Aquilarum eo in loco cōgressus, quem in argumentū rei fabulosa cōmēta est uetustas. Sed quo Phæmonoe celebrata est tēpore, Sycio in Achaia regnū sortitus est: unde oppidum postea in ea terra celebre tenuit nomen, quum Mecona antea diceret & adhuc antiquitus Ægialis. Verusta inibi regum sedes, longaq; rerum series, quorum Ægialeus uetustissimus tradit, qui Nino fuit regi æqualis. Id non oppido solū, peninsulæ etiam quæ Ægialea est ab initio nuncupata, nomen fuisse creditur. Successit illi Europes, qui ex tribus terrarum partibus uni nomen dedisse uideri potest, si uera sunt quæ Herodotus de Europa Agenoris filia tradidit. Sed dum Sycio in Achaia regnat, Tros, unde Troas regio est, per id tempus Dardanium in Phrygia tenebat, ex hoc Ilus, Assaracus, & Ganimes geniti, quorum natu maximus campelstria Troadis sortitus, urbem de suo nomine Ilium condidit. Fuit Laomedon huius filius, Laomedontis Priamus, & Tithonus. Hic bellandi studio in Æthiopiam usque progressus, ex Ida Memnonem filium genuit, qui Troianis deinde temporibus ab Achille est circa Ilium interfectus. Priamus in Troade regnauit, cuius opes Græci (ut suo postea loco memorabitur) funditus euerterunt, Darpanij sub Assaraco fuere. Is Capim genuit, Capis Anchisen, ex Anchise Æneas fuit, de cuius in Italiam accessu longior deinceps constitue-

Origo Heroici carminis.

Oraculorum origo.

Delphici templi origo.

Ilij conditio.

Ganimedis raptus.

tur sermo. Ganimedem Troæ genitum Tantalus (ut Phanocles tradidit) ad stuprum rapuit. Tenuit is primo regnum in ea Asiæ parte, quæ postea Paphlagonia dicta est, ex qua iniuria graue est bellum inter reges ortum. Fuerunt scio qui à Ioue id factum existimarent, estque hæc fama uulgatior. Sed & haud dubie fabulosa quæ de Aquilæ raptu traduntur. Id propius uero est, quod sub eo signo siue terrestre id fuerit, siue nauale, sit puer per iniuriam abductus. In hæc quoque tempora coincidunt, quæ de Tityo & Latona, de Hippodamiæ & Pelopis certamine circa Achaicum Isthmum sunt memoratæ prodita. Eusebius quem in relatione rerum, ob tempora quæ mihi digere, potissimum sequor, Cyrenen scribit per hæc tempora fuisse in Libya conditam. Ea conditio, constet modo temporum ratio, sic habet. Battus qui ab exili & balbutienti uoce fuit nomen adeptus (ut Theræi eius populares & Cyrenenses postea narrare soliti sunt) delphico oraculo instructus cum duabus Thereorum bimeribus in Aphricam nauigauit. Est Theræ insula in Aegeo, olim Calista dicta. Primo igitur Plateam Aphricæ adiacentem occupat Battus: ubi quum parum felicitæ ageret uitam, biennio post è regione insulæ locum amoenissimis collibus, atque ab utraque parte fluminibus irriguum (Aziristo fuit illi nomen) tenuit. Hinc quoque accolarum suauitatem in eum locum, ubi postea fuit Cyrene, est migratum. Hic circa fontem, qui Apollinis esse ferebatur, Zoan oppidum condidit. Quidam Battum pu-nica uoce regem significari arbitrati sunt, ob idque eum Battum ab oraculo, sub primum accessum appellatum, ut qui in Aphrica esset regnaturus. Cæterum ius tertio deinceps Battus plurimorum Græcorum in eam terram nauigarunt, ut cum Cyrenensis habitarent. His connexa est Belerophontis in Lyciam expeditio, quam totam ueteres poëtæ impudentissimis rerum figmentis adumbrarunt. Nam quod ad Pegalum attinet, Palæphatus nauim eam tradidit fuisse, qua ille uectus est, non equum. Nauigia quum ex alto cernuntur, si forte contingat remis agi, ob celeritatem mobilesque urinaque remorum ordines procul spectantibus alatorum præbent animalium speciem. Quidam in hos annos Nyfæ conditionem retrahunt, quam Baccho Semeles filio, qui per hæc fuit tempora: Eusebius ascribit. Nos quæ ex aliorum autoritate de Baccho & Nyfæ sententiam, haud multum diuerso loco diximus. Nunc unum adiciam, fieri potuisse, ut Nyfæ, quæ in Aegypto est Arabiæ propinqua à Thebano illo, cuius mentio incidit, sit condita, quibus Diodorus locis ipsius Bacchi constituit nutrimenta, antro, scilicet in Phœnicem & Nilum medio, ubi & uitis usum & uini ab eodem mortalibus monstratum memorant. Sed uetustior (ut aiunt) altera urbs eodem nomine apud Indos cum monte, quem Miron uocant. Vox hæc quia femur significat nihil dissidet ab ijs, quæ poëtæ de Thebano illo iunior fabulantur. Sed hæc in medio relinquitur. Dinarchus, quod ad Semeles filium attinet, eum in pugna occubuisse prodidit, eiusque sepulchrum Delphis secus aurum Apollinem monstrari solitum. Muliebri specie idcirco figurari placuisse Philochorus credit, quia foeminarum cœtus sint eius militia comitati. Et ut de tota Cadmi progenie tam breuiter, quam uere dicam, ex Hermione genuit ille Semelem, quæ casu fulminis subito abortu Bacchum dicitur enixa. Fuerunt Cadmi præter Semelè, Ino & Authonoë, & Agauè. Hæc Echion nupit, cui Pentheum peperit. Authonoë ex Aristæo Actæonem. Ino Melicertam & Learchum ex Athamante, æque omnes tam coniugio quam partu infelices. Quod ad uirilem stirpem attinet, ex eodem Cadmo Polydorus procreatus est. Hic ut Herodotus ait Labdacum genuit, Labdacus Laium, quo

Cyrenarum conditio.

Belerophontis expeditio.

Nyfa.

Bacchus.

Cadmi progenies.

A est Oedipus natus. Cætera quæ de ipso gentis auctore, & tota stirpe memorantur, ita sunt poëtis figmentis intexta, ut sine historiæ rubore (quod alio sum loco testatus) tractari non possint, haud minus quam ea quæ de Amphionis cantu sunt memoratæ prodita. Propius igitur uero est, potuisse eum sermonis suauitate agreste & ferum genus hominum ad molliorem uitæ cultum traducere, qua potissimum uia ingressi creduntur cæteri mortalium qui ab initio foliagum genus hominum in unum coegere. Sed quod eloquentiæ fuit, idcirco musicæ datam crediderim, quia canere olim ueteres eloqui dixerunt, idque usque adeo uerum est, ut Homerus uitæ castigatorem, quem Agamemnon ad Troiam profecturus uxori dedit, musicæ artificem uocet. Tam hæc igitur ueritatis gremio conuoluta iacet, quam quæ de Sparti & Cadmo poëtico sunt sermone tradita. Quem hoc demum tempore nec prius in Bœotia consedisse quidam memorat, quæ si uera sint, recentiora sunt habenda quæcumque de eius progenie proximo loco diximus. Quod uero in terrigenas ille uiros incidit, Palæphatus circuncie-tarum regionum eos incolas fuisse arbitratus est, qui in Cadmum subito conspirassent, atque idcirco terra erupisse crediti, Sparti quoque nominati. Et res aliarum gentium in hoc erant statu, quum Israëlitas mutuo Palæstinorum commercio, ab eo pietatis cultu, quæ à maioribus acceperant, penè alienati in calamitosum bellum incidere. Iabinus rex Assori, Palæstini & ipse generis, trecentis peditum milibus, & decem equitum ad bellum paratis, uniuersam gætem iam dudum bello desuetam, haud maiore nullo negotio armis subegit, subactæ tributum imperat. Sunt qui tradant non regem, sed regis legatum cui Sylaræ fuit nomen, id bellum Iudæis intulisse. Verum cuiuscumque ductu uis illata est, satis constat, decem circiter annos Israëlitas bello uictos, Palæstinis tributum pendisse. Sed tum quidem (ac sæpe alias) contigit ut Hebræi maiore aliqua clade pressi, ab luxuria & idolorum cultu ad pietatem respexerint, è cælo opè & exilium implorantes, numineque propitiato publicæ priuataque res eorum meliore ceperint itatu esse. Ignominiosa igitur clade fessi quum precibus & fletu præsentium malorum sine exoptarent, factus est eis ad libertatè gradus. Erat tum forte in Hebræis Delbora mulier fatidica, Lapidochi uxor, qui tum iudex erat, commemoraturque illa plurimum sub palma quadam inter Rammam & Bethelon. Consulebant Israëlitas popularem suam ut futurorum præsciam, tum uero identidè præcari, ut celestem iram, si fieri posset, populo placaret. Interiecto deinde tempore, hæc uates ex oraculo renulit, Iret Barachus Neptalimusque, decemque lectorum hominum milia secum ad Taborum montem traheret, ibique loci oportunitate freris. Palæstinum hostem intrepide expectaret, fore ut clarè inibi uictoriam adeptus uiam sibi & suis ad libertatè faceret. Detrahebatur eam expeditionem Barachus suæ gentis opibus diffusis, quæ raultis cladibus alijs super alias uehementer afflicta, haud tuto opponi uidebantur Palæstinorum uiribus, quæ iam supra modum inualuissent. Perstabat igitur in sententia, & quanquæ uatis uoce identidem moneretur, multique è populis circumfusi, ut timidum & inertem arguerent, non prius adduci potuit, ut delectu haberet, quæ Delbora se gerèdis rebus interfuturam promiserit. Vbi itaque ad Taborum uentum est, timorque Palæstinam terram peruasit, Israëlitas in armis esse, Syfaras cum numero exercitu eo profectus est, primis Iudæorum motibus occursum. Erant regiæ copiæ multo ualidiores, quam à tã paucis sustineri possent, terrebaturque ea res Iudæos uehementer. Tum Delbora Barachum hortata in pugnam ire iubet, habiturum eum in acie propitiu numen pollicetur. Fir prælium.

Amphionis cantus qualis.

Canere pro-cloqui.

Terrigenæ.

Iudæi uictiles sunt.

Delbora oraculum.

Barachus Taborum occupat.

Tonitru mirabile.

Iabelis facinus.

Iabinus prælio uincitur.

Theseus et Hercules.

Hercules plures disti.

Herculis ortus.

Vtrique acriter occurrunt, hi diuina, illi humana opere freti. Cæterum uix bene confertæ fuerat manus, cum subita procella tonitruis, & fragore cæli confestim orta, aduersa ora hostium diuerberat. Secuta grandio ingens, tantaque cæli intemperies, ut Palæstini præ nimio torpore tela tenere non possent, quum nullus pene sensus huius rei ad Iudæos perueniret, uel quia à tergo tempestas illa è cælo deiecta esset, uel (quod magis credo) quod ita præfens numen noluit euenire. Estque res eo facilius in prodigiū uersa, quo magis eiusmodi tempestas à locorum natura abhorrebat. Cælesti itaque, ut potius quam pugnantium uirtute Palæstinæ sunt copiæ deletæ. Multi in acie occubuerunt, sed plures omnino in fuga. Syfaras ubi res perditas uidit, in Aberis cuiusdam Cynei domum est fuga delatus. Is unus ex Cynea familia, quæ Hebraici erat sanguinis, ab uniuersa gente fortunatas temporum nouitate dislocauerat suas, agebat interim pacate cum Palæstinis, nec procul inde habitabat, ubi pugna commissa est. Erat illi uxor Iahel nomine, quæ rugientem Syfaras conspicatam Palæstinum hortatur ducem, ut remissa fuga ad se diuer-tatur, futurum pollicetur ut apud se sine periculo lateret. Ille uictorem hostem sibi à tergo instare ratus, labore & fuga fessus, in huius domum sese repente illatebrat, obtulit mulier lac bibere uolenti, mox stragulis coopertum iubet bono animo esse, ac tuto quiescere, daturam se operam, ut Iudæos ludificatos procul inde ablegaret. Syfaras nuper prælio egressus, cursuque fatigatus, auuulsissimo insuper lactis haustu demulctus, haud multo post in quietem resoluatur, quem ubi Iahel dormientem sensit, ferro clauo & malleo arreptis, uno uehementiore ictu iacētis tempora transiit, hostemque ita peremptum, Baracho uenientem ostendit. Hoc Iahelis facinus Barachus cum uniuerso exercitu uehementer probauit. Ipse uno prælio prospere defunctus, spei & animi plenius, ultra in Iabinum castra mouet. Qui audita suorum cæde ingenti ludio & celeritate affectas opes reparat. Cum hoc quoque, Israëlitas sub primum accessum conflixerit. Fuitque pugna huius euentus tam prosper Iudæis, quam priore prælio fuerat. Cōciditque rex medio ardore pugnae, cuius morte clarior uictoria facta est. Sic uno regno duobus prælijs uerfo, res Hebræorum in pristinum sunt statum restituta, præfuitque Barachus summæ rerum annos quadraginta. In quam temporum intercapedinem Thesei & Hercules gesta aliqua ex parte incidunt. Fuerunt illi & ætate æquales, & consanguinitatis uinculo inter se coniunctissimi, ex duabus patrueli bus (ut Plutarchus scribit) sororibus nati. Alcmena Hercules Lyfide filia, Theseus ex Æthra Pithei, qui Pelopis & Hippodamiæ fuerunt. Sed Herculanorum operum æmulus Theseus, & ob id fortasse aliquanto minor natus. Satis constat plerosque uiros uirtute & fortitudine insignes Hercules olim nomen tulisse, quod Cicero haud obscure demonstrat. Quare haud inepte suspicari uidentur mihi illi, qui opera, quæ unius Thebani Hercules esse creduntur, plurium qui id nomen habuerunt, fuisse existiment, quippe quæ neque ab uno Hercule, neque tempore uno gesta sint. Cæterum Graij sanguinis scriptores, genus hominum in suam laudem plus nimio propensum, in unum illum qui Corinthi, ut quidam tradunt, natus est, Thebis nutritus, omnem rerum gestarum gloriam contulerunt. Quo fit ut in paucis eorum, quæ de illo sunt memoriæ prodita, scriptoribus fides constare posse uideatur. Enim uero quod ad ipsius ortum attinet, inter plures contem-nire uideo, ex Danaë Acrifis filia & Ioue Perseum natum, ex Perseo & Andromeda Cephei Electri-oro quod ad ipsius ortum attinet, inter plures contem-nire uideo, ex Danaë Acrifis filia & Ioue Perseum natum, ex Perseo & Andromeda Cephei Electri-

A tali filius, Tantalus Iouis, hocque stirps ductu abnep-tis sit Iouis Alcmena necesse est, altero uero uno adepto gradu proneptis, apparetque ex eo procul à uero abesse, quicquid de Iouis & Alcmenæ coitu ueritas fabulata est, tanquam Iupiter, qui in humanis egit, & quem, quia homo fuit, senescere oportuit, fatalique demum necessitati celsit, cum abnepte coire potuerit, aut si per ætatem (quod haud credere sit) heri potuisset, quanta in decrepito homine fuit salacitas, ut ex Creta insula capularis senex Corinthum nauigauerit, ut proneptis filiam uitiaret? Equum igitur credere est Amphitryonis eum fuisse filium, aut certe ignobili adulterio natum. Cui opinioni eo libentius accedo, quod infantem Herculem expostum fuisse constat, locumque ubi id fieri contigit Herculeum deinceps campum appellatum. Nec ab illis dissentio, qui eius ortum in Theleboici belli tempora reijciunt. Tenuerunt Theleboei qui cum Thebanis bellum gesserat, Acarnaniæ oram, insulasque illi proximas quæ & iplæ sunt Theleboides dictæ. In hos Amphitryo Argis Electri-oro nis cæde pulsus, cum Thebis habitaret, Creontis regis iussu exercitum duxit. Bellum erat his cum Creonte conflatum, quod in Thebanum agrum hostiliter imperum fecissent, resque ab eis repetite, nec redita essent. Sunt qui tradant Alcmenam ea conditione Amphitryoni connubio pactam, ut puellæ fratres à Thelebois interfectos uindicaret, sed quæcumque fuit suscepti belli causa, satis constat: Amphitryonem præter Thebanos Locensium auxilijs & Phocensium usum cum Thelebois acie dimicasse, Pterelaque, eorum rege in pugna occiso, ingentem ex his uictoriâ reportasse. Hæc propiora uero sunt, quam quæ de duarum noctium continuatione, deque uberibus, & nouercalium monstro anguim traduntur. Nec illa multum à fide abhorrent, quæ de eo adolecente adhuc memorant, ducem se æqualibus exhibuisse, ad Thebas seruitute liberandas. Pendebant Thebani ea tempestate Ergino Minyarum regi tributum. Id ille cum superbe nimis à Thebanis exigeret, autor suis popularibus fuit Hercules, tributum haud amplius mittendi, ut & regis legati ob id ipsum Thebas missi, contra ius gentium pulsati urbe eijcerentur. Erginus ad Creontem regem misit, qui ab eo sciscitarentur, publico ne consilio uiolati essent, an priuato, qui Thebas ad tributum exigendum à se missi essent. Quod si paucorum ea iniuria fuisset, postulare ut auctores rupti fœderis ad supplicium dederentur. Creon Minyarum opes extimescens censebat Herculem, & qui eius culpæ participes essent, Minyis dedi, satius ratus paucorum supplicio, quam totius patriæ excidio id facinus expiari. Et iam de dedendo ceptum erat agi, quum ille iuuentem ad capiendam arma hortatus facile perpulit, ut se ducem secuti uno agmine irent, patriamque à seruitute uindicarent. Nulla tum priuatum erant Thebanis arma, ne quid noui moliri posset ciuitas. Igitur in templa discurrunt, ut inde sacrata arma reuelleret. Quibus tumultuosè depromptis, iuuentus aliquanto tumultuosius ad bellum instruitur. Properauit Erginus bellum occupare, ut priusquam Thebanorum motus inualefcerent, inchoatam defectionem opprimeret. Veniente Hercules cum ualida manu iuuentum infelsis locorum angustijs hoste ex improuiso aggressus, leti certamine superat, regemque mediò prælio obruncat. Inde Minyarum opibus una aduersa pugna grauiter accisis, uictor Orchomenum Minyarum caput etertit. Huius uictoriæ fama Græciam peruagata reddidit nomen Hercules ex obscuro clarum, exigentibus nobili celebre. Creon adolescentis prudentiâ, præmaruramque uirtutem complexus, Megaram ei filiâ despondit. Inde oraculo instructus Hercules, ut ad immortalitatem nominis cōsequendâ quæcūque ab

Iouem non esse Hercules patrem.

Theleboicium bellum.

Amphitryo.

Herculis tyrannum.

Erginus et Minye ab Hercule uincuntur.

Megara Herculi desponditur.

Furist.

Euristheus. Euristheo pposita essent certamina, ea intrepide capesseret. Erat is Steneli filius, Argisq; regnabat, ut Diodorus scribit. Alij autores sunt post Pelopem regnum ex Argis Mycenae ab eo translatum, ibiq; Euristheum regnasse. Contempnit ab initio ferocissimus iuuenis oraculi praecipuum, indignum ratus, eum qui uiribus & fama longe alios anteiret, ignauissimi regum subijci imperio. Factum itaq; est ut in subitum incidit furorem. A qua mentis perturbatione posteaquam resipiscere est datum, aliquam diu publico congressu abstinuit. Mox uero in pristina restitutus ualitudinem, iram ueritus numinis ad Euristheum ultro se contulit. Cuius secutus impetuum leonem immani statura petijt, quem inter Cleonem & Phliuntem Argiui Arcadiciq; agri loca stabulari rumor erat. Hic specu quo belua se exuentione & praeda recipiebat, obicibus & mole obstrueto multa indagine uitabundam feram eo usque est infecutus, donec cum ea congressu arctissimo stragula uerit. Scio ego haec, & quia poetarum sunt libris inserta, multorum opinione a fide laborare, tum quod pluribus sit peritatum, Nemeaem Leonem & aprum Erimanthium immanis efferatq; animi fuisse uiros: constat praeterea in Europa nisi in Ner Nessel & Acheolum flumina leonem non generari, estq; rei huius autor Plinius, qui si uulgo etiam nasceretur a fide tamen abhorret solo hominis congressu tale monstrum potuisse confici, nisi illud sequatur aliquis, quod id animal capite leuiter obducto, quamuis praualido & immani corpore, sine ulla maiore conatu humi affligitur, quae occulta uis naturae casu postea deprehensa est, saepiusq; Romae publicis uenationibus spectatum, ut ferarum confectores pallio in aduersum leonem iniecto, belluam sine ui ulla ut ouem unam mollissimam ad terram deiecerint. Sed utriusq; haec se habet, quae de Numea Leone apro & Erimanthio traditur, neque pro ueris affirmare in animo est, neque pro falsis repudiare. Illud inter plures conuenit, Herculem leonis exuias (quod heroum peculiare fuit) in confectae belluae argumentum gestare perferuisse. Quae uero de Lerna Hydra memorant, non opinione solum, sed autoritate etiam pro uanis reselluntur, esse monstrum lacum eum Argiui Myceniq; agri, quod usque adeo uerum est, quod aliquando purgari cogitaret, ut abierit res in proverbia, est Plaro uir summus eum sophistam fuisse opinatus sit. Nihil praeterea dubium est Centauros bi formes falso creditos, quippe qui uiri fuerint, Pelijq; Thesaliae montis accolae, a quibus primum monstrata sit ratio ex equo dimicandi, sed accidisse aiunt, ut cum forte circa Peneum amne sedentes, aquarentur, haberentq; potantes equi ora fluctibus immersa, eam procul spectantibus specie praebuissent, qua in Centauris postea figurandis credula expressit ueritas. Fuit itaq; Hercules pugna illa memorabili aduersus equites non monstra defunctus. Ferunt id bellum temere pro Pholo Centauro in eam gentem conflatum. Accidit aliquando ut inueto uini haustu, seu, ut quidam perhibent, solo odore, Centauri in subitam temulentiam uersi, tumultuose in Pholum, apud quem tum forte Hercules in hospitio erat, impetum fecerint. Ille indignum ratus hospites sedes mensasq; quibus accubuerat, impune se praesente uiolari, Pholi antrum infestius irrupentes, primo foribus submouit, inde sagittis usus, Daphnim, Argeum, Amphiona, Hippotionem, Thereum, & alios plerosq; foeda caede prostrauit. Pholus post pugnam quum sagittas iacentium corporibus eximeret, unaque manibus excidisset, fortuito casu ictus periit. Nec Lerna Hydra ueneno, ut in fabulis est, sagittas Herculis fuisse illitas crediderim. Verus Corinthiorum mos fuit, ubi Hercules est natus, uenena in

hunc usum conficere. Pholus quo habitauerat loco est sepultus, montique inter ceteros Homoniae illustres nomen ad posterum dedit. Quod Stymphalidas aues aeneae tabulae sonitu abegerit, purgaueritque aquarum diriuo Augei aulae sordibus oppletam, ingenij uerius quam roboris sunt opera. Nec illa multum fidei sibi uendicant, quae de Aripede Cerua, & Cretensi tauro in fabulis traditur. Neque enim eiusmodi sunt ut possint in historiarum scena honesta collocari. His ille certaminibus functus Olympicum Agone instituit, ut dicitur. Id plures tradunt, quam q; antiquior eodem nomine alius qui unus fuit ex Idaeis dactylis, ludicri autor extiterit. Et si hoc quoq; quod de Alcmenae filio memoratur, uarie est ut uideo receptum, q; Troianis teporibus certaminis huius sacri neq; corona fuerit ulla, ut quidam scribunt, neq; ludicri. Quae si uera sint, pro falsis reselluntur quae Plinius, Plutarchus, & Diodorus de ea re memoriae prodiderunt, q; stadiu inibi Thebanus Hercules praeter Alpheum sit demensus, oleamq; longo post tempore eodem loco monstrari solitam, unde coronam sibi ille decerpserit, quippe qui primus omnium eo agone uictor extiterit, no quia certamine fuerit uictor ab eo superatus, sed quod nemo cum illo sit congruere ausus. Qui Iliacis temporibus Olympi negat sacrum fuisse ulli solene, Homeri testimonio utuntur, q; nullam poeta eius rei mentionem fecerit, tantum celerimos equos ab Augea Eleorum rege, quum ad Iudaeorum praemia milsi essent abactos dixit, quod si de Olympiacis accipiat aliquis dictu, haud dubie fatere oporteat, certamen illud & eius praemia Troianum bellum praecessisse. Fuerunt qui ad Pyseos propinquo accolae uetustae rei originem referent, ob id quae soli Pysenses Troianae fuerint expeditionis immunes, quia Olympio Ioui sacri censerentur, cui id quinquennale constitutum esset ludicrum. Vnde id annorum spatium est Olympias Graecis dictu. Fuit intra Pyseorum fines Olympij Iouis templi Hadij minus trecentis ab Elide, & ante templum lucus agresti uestitus olea, in quo stadium ludorum caula, coparatum memorant, id Alpheus amnis ex Arcadia decurreret, praeterfuit. Attinet Triphyliam ad Pyseum agrum, unde & Triphiliicum Iouem dixerunt quidam. Tres olim gentes eam terrae portionem tenuere, unde & nomen fuit solo inditum. Epej primo, inde Minyae secuti, postremo Elei in eu locum uenisse dicuntur. Est inibi & Olympia, incertum locus ab Olympij Iouis templi insigni dictus, an Olympius ipse Iupiter a loco. Diodorus significare uidetur a tutore quo puer ille usus esset, id cognomen inditum. Fuit eodem in templo memorabile Iouis ex ebore & auro simulachrum Atheniensis Phydiae opus, quod nemo unquam potuit imitari. Homerum carmen pro typo artificis fuit. Sed quum ex omni alioqui parte esset elegans, in symmetria erratum arbitrati sunt quidam. Mirum ad haec, quod de Alpheo traditur, eum ex Triphylico littore subter mare in Siciliam fluere, hicque ad Arethusa Syracusanum fontem iterum caput tollere, in mareque dilabi priore nomine amisso. Fuitque Pindarus in ea opinione, & ex nostris Maro Pindarus, ut credo, secutus. Caeterum ne poetis omnino abrogatur fides, Timeus fuit eius rei autor, eo ut arbitror argumento adductus, quod fama esset, poculum Olympiae in Alpheum casu quodam deiectum, in Arethusa extitisse. Obseruatum praeterea Olympiacis sacris ob celebratam Graeciae, in eum locu, conuentu, sordibus in amnem delabentibus, ipsum circa Syracusanum fontem turbidum fluere solitu. Sed satis constat Alpheum ipsum in pelagus euoluere, nec ullum esse circa mare terrae hiatus, quo absorptus subter meare possit, neque eo impetu pelagus ingreditur, ut potabiles aquas in Sicilia per tantam uisitatam

Stymphalidas aues.

Taurus Cretensis. Diuersae de Olympico agone opinionis.

Olympias.

Triphyliam.

Iouis simulachrum.

De Alpheo & Arethusa.

De Rhodano. uisitatam secum ferre possit, quod uix de Rhodano per Lemnum lacu ruente uerius quam labete, per suatum uideo. Appareret itaq; fabulosum id toru esse, quod de Alpheo ueritas credidit, uel ex eo maxime, quod Strabo autor grauisimus negat ullum circa mare esse specum, per quem demissus amnis, tam miraculosos moliretur cursus. Illud in Alpheo memoratu dignum, quod eius aquae albas tollere creduntur maculas & impetiginis, unde & nomen amni datum uideri potest. Sequuntur caetera Herculis gesta, sed adhuc cunctantius ob fabulam propinquitatem referenda, quid enim minus credibile dici potest, quam certatum eum esse a superis omni armoru genere instructum? nisi quis omnia quae ad uitae uilum quaeq; humanis sint actibus accommodata, ad eos, qui talia inuenere, censcat referenda. Quod pro Ioue circa Pallenem fteret giganteo bello, praeterea quae alio sunt a nobis loco de gigantibus tradita, fuerunt qui interpretarentur id genus hominum inter auxiliares copias Titanibus aduersus Iouem affuisse, qui proceriore statura uiri, a Cretensibus sagittariis quibus est eo bello Iupiter usus, ad unum prope pemodum finit sagittis confixi. Nec Caucaui montis iuga maiori caligine obducta crediderim, q; quae de Promethei uinculis inibi ab Hercule abruptis, deq; aquila sagittis ab eodem deiecta, Diodorus & alij prodidere, nisi intentionem hominis curam, perpetuamq; coelestia inuestigandi sollicitudinem ab eo leuatam interpretari oporteat. Constans fama est, fuisse Herculem astrorum scientiae haud imperitum, quo argumento apparet, quae plurimorum heroum fuisse, ad eum qui Alcmenae fuit, uana persuasione referri. Vix crediderim fieri potuisse, ut is qui monstra rerum omnibus sit terris infectatus, astroru scientiae tam ocioso uacare potuerit, ut maior aliquis inde profectus sit secutus. Satis constat Atlantem a quo Hercules eam disciplinam adeptus dicitur, Perseo equalem fuisse, aut aliquanto natu maiore. Perseus Alcmenae fuit proauus, quo colligitur neq; aetate, neq; locorum commercio cotingere potuisse, ut Hercules fuerit ab eo institutus, nec multo plus constabunt tempora, si ad eum Atlantem, qui in Italia regnauit id referas, neq; ad Maiae patrem, qui Arcadie fuit incola, ea institutio referri potest, qui multum diuersa fuit aetate. Veriora igitur uidentur mihi secuti, qui Herculem a Lino edoctum credidere. Est praeterea Tyrida locus circa Bistonium Thraciae stagnum Diomedis stabulo infamis, ubi uetus opinio tenet illum diro equarum laniatu hospites conficere solitum. Id quoq; monstrum Tyranni nece ab Hercule expiatum fama est. Secundum haec quae ad huc memorauimus, cum Iasone ille in Colchidem nauigaturus Hyle ministerio priuatus, in Mysia desedit. Caeterum haud prius de ipsius rebus est hic dicendum, quam eius uetustissimae nauigationis, quae res deinceps ab Hercule gestas explicauero. Scio ego fuisse qui traderent Iasonem aemulatione reru a Perseo gestarum accensum diu animo agitate, quae potissimum uia praeclear alicuius rei fama suum nomen illustraret, materiamq; illi ab domestico odio inter ipsos lares ortam. Erat ei Pelias patruus, cui alia iuuenis indoles ab initio fuerit suspecta. Atq; ob id sollicitus animo querere, quo eum famae decorisq; parandi praetextu, procul domo posset ablegare, unde huic qui periculo obijciendus erat aliquod nomen, si no re, specie saltem quaereretur. Datus erat a patre Chironi in situendus Iason, eaq; lege Peliae fratri Iolchi imperio Aeson cesserat, ut tantisper penes illum summa rei esset, quoad maturus regno filius in patriam reuerteretur. Sed libido imperandi qui unus in homine plurimum dominatur affectus, quiq; humana & diuina saepe uertit iura, simul & deorum sortes, quibus monitus erat, cauendu esse,

Gigantei bellum ratio.

A quo Hercules edoctus. Atlantis aui.

De Diomedis caede.

Iasonis in Colchidem nauigatio.

Pelias.

Chiron Iasonem instruit.

uelut regni uitaeq; certissimum exitium, eum qui alitero ad se pede nudus ueniret, quali postea habitu Iason domum reuersus Pelie occurrit, qui ad Enipeum amnem, quum torrentior solito flueret, uadando luatus alterum impetu fluminis calcem amiserat, senem ad insidandum iuueni impellebant. Fuerunt qui crederent eum ueritum ne Aeson filij praesentia fretus, a se regnum repeteret, quo se metu ut maturius & sine inuidia leuaret, Iasoni satis per se ad laudem incitatio, ut in Colchidem nauigaret autorem extitisse, quum diceret copertum se habere uim auri ingentem in ea terra obseruari, quod Thebanus Phryxus eo secum nauis detulisset. Fuisse eum Athamantis filium, qui Crethei, quo Aeson pater esset genitus, fuit frater. Facturum itaq; eum rem no solum memorabilem, sed cui ob aequitatem una diu essent hominesq; fauuri, si aurum quod no modo gentis, sed familiae quoq; olim fuisset, ex terra procul reposta, ignotoq; hominu genere reperisset. Paraturu se nauim noua forma, eaq; loge expeditissima, quo tutius celeriusq; eo ueniret. Non defuturos ex Graecia iuuetute, qui & ipsi cupiditate gloriae accensi, ultro sint nauim conscensuri. Pergeret modo ipse rei famam occupare. Caetera quae ad negocium pertineret, mature assutura. Assensus est his Iason. Nauisq; in ora Magnaenae instructa, ad Pagalas, ut Callimachus & Strabo arbitrati sunt. Distat locus stad. uiginti ab Iolcho, ab reoq; loco nomen factum prodidere quidam. Alij a fontium propinquitate credere maluerunt. Pindarus ad Demetriadem urbem Pagasis finitimam Argo nauim compactam scripsit. Ea longarum nauium prima traditur mare ingressa, atq; a celeritate nomen adepta. Sic ueterum scriptorum quidam & in his Diodorus meminere. Apollonium qui Argo, qui eam fabricatus est, credidit nominatam. Phereides ab Argo Phryxi & Chalciopes filio. Sed quaecunq; fuit nominis causa (nam ea omnino ambigue traditur) magnus ob noui operis famam (ut talium ignara erat uetustas) in tota Graecia factus est animorum motus, uulgataq; nauigationis fama, multi uiri fortes laudis cupiditate accensi, alij Peliae, cuius opes tum amplae in Thessalia erant, gratificaturi, ultro se Iasoni comites obulerunt. Sed qua tuor & quadraginta ex omni flore hominum recepti, quorum clarissimi Hercules, Telamon, Orpheus, & Peleus, quem Achilles filius illustriore fecit. Fuerint ne Heroes ipsi Minyae appellati, an alij circa Iolchon minus illustres uiri, ex quibus sit remigium expletum, merito dubitari possit, Apollonium Minyae credidit primores illos Graeciae uiros: qui nauis sacra sunt in Colchidem uecti, ab eo quod circa Iolchum habitarent, essentque ex nobilissimo siliarum Minyi sanguine procreati. Sed cum idem autor, tum Orpheus Heroas ipsos remigio admotos haud dubie demonstrant, quo argumento facile potest intelligi qua magnitudine fuerit Argo, quae tam paucos cepisset remiges, nisi aliquis multo plures his mixtos fuisse existimaret, qui remigium expleuerint. Caeterum non nisi illusterrimum quemque carmine celebratum. Herculi omnium consensu summa rei ab initio permiffa est. Quidam autores sunt imperium ab eo repudiatum Iasonem obtinuisse. Ex Aphete (locus est haud procul a Pagasis) Minyae soluerunt, mox Aeton montem & Samothraciam praeteruerti, graui tempestate iactati Sigaeum Troiae promontoriu tenere. Miror Diodorum quem in hac parte sequimur, nulla de Minyaru in Lemnu appulsi, mentione fecisse. Orpheus, Apollonius, & quicunq; argonautica scripsere, Iasonem apud Hyphisalem in hospitio fuisse tradunt. Fuit haec Thoantis filia, quam fama est cum popularibus sui sexus ob suspicionem pellicae tus in uiros coniuirasse, atque no de una mares omnes praeter Thoantem, que cede seruatu medio rumul

Vbi nauis Argo constructa.

Cur Argo nauis dicta.

Argonautae.

Vnde Minyae nominati.

Vnde digressi Argonautae.

multu procul Lemno filia ablegauit, occidione occi-
 fos. Lemnij uiri incompris nauigijs ufi Thracia in-
 gressi, multam inde praedam, & cum ea uim femi-
 narum ingentem abduxere: quas cum uulgo pro ti-
 xoribus habituri dicerentur, occupassetq; temere is
 rumor Lemniadum foeminarum aures, uiros in in-
 sulam reuerfos ex composito nocte una obrunca-
 runt. Erat igitur tum Lemnos in muliebri imperio,
 Hypsipyleq; late in ea regnabat, quum nauis Argo
 est illuc appulsa. Fama est parasse primo eas uim in
 ignotos hospites, mox uero siue metu siue procrea-
 tionis cupiditate, presso impetu ad naues sciscitatu
 misisse, qui mortalium essent, & quid secuti Lemnu
 petissent. His responsum, Iasonem Aesonis filiu ue-
 nisse, cuius patruus Pelias in Thessalia apud Iolchu
 regnaret, esseq; cum eo Graij sanguinis laetissimos
 iuuenes, qui in Colchidem tendentes, cursu tempe-
 state excussi, ea loca tenuissent. Tum uero Hypsipy-
 le aliaq; Lemniades cognito qui uiri essent, & quid
 secuti illuc nauim appulissent, argonautas cum ipso
 duce hospitaliter inuitatos, in urbem inducunt. Fue-
 runtq; Minye in hospitio plures dies. Estq; (quod sa-
 tis constat) Hypsipyle grauida ab Iasone relicta. Ex
 quo duos postea fit uno partu filios enixa: Euneum
 & Thoante, qui postea ad Thebas cum Argiuis mi-
 litasse traditur. Verum siue Lemno profectus, siue
 tempestate (ut dixi) iactatus Sigaeu (quod inter om-
 nes conuenit) Nouae hic fabulari re-
 nebrae obtenduntur, quae historiam a libero cursu
 rerum perplexitate remouentur. Ferunt Hesionem
 Laomedontem genitam sub id tempus marinae be-
 lue ad periurij expiationem expositam, Herculis in-
 teruentu seruata, cui quum inuictos equos, quos
 pro ea pactus fuerat, Laomedon abnegasset, ita acci-
 disse aiunt, ut Ilium sit ab Hercule expugnatum. Cae-
 terum posthabitis, quae de puellae expositione ob-
 scura memoria ad posteros manarunt, quae in utra-
 partem accipienda sint, poetae uiderint, ueriora om-
 nino mihi uidentur, quae de Ilio capto & Laomedon-
 tis morte plures tradiderunt, quanquam in his quoq;
 neq; belli causa, neq; ratio satis liquere potest in ta-
 longo uetustatis recessu. Sunt qui prohibitu hospiti-
 o Herculeum dicant regi inopinatum bellum intuli-
 sisse, alij abnegatae mercedis ira comotum, Laomedon-
 te & Ilienses bello persequendos censuisse. Ple-
 riq; praedae cupiditate nobilissimorumq; equorum
 fama in Phrygiam eam nauigasse existimant. Sed ut
 haec in obscuro sunt, ita & Hesionem inde abducta, q
 Thelamoni celsit, & quod Ilienses inter deos Her-
 culeum non fuerint uenerati, certissima rei quoquo
 modo gestae argumeta uideri possunt. Caeteru quan-
 do in re ta perplexa haud omnino absurdum sit opi-
 njone uti, multo ueriora mihi uidentur secuti illi, qui
 in aliud tempus eam Herculis expeditionem reijci-
 unt, qui suo no alieno ductu ad Ilium nauigarit. O-
 portuit enim Hesionem in Pontum abductam, si in-
 ter eundum Troia fuisset capta, quod nemo eorum
 prodidit qui argonautica scripserunt, nec ab Hercu-
 le in Mysia relicto uideri potest Iliu euersum. Quod
 si ita esset, non uideo quo merito Thelamon Hesi-
 onem sortiri potuerit, quem constat in Colchide ue-
 nisse. Nec omnino his accedo, qui aureo uellere cap-
 to Ponticum mare, Bosphorum & Propontidem
 argonautas remensos, Herculis ductu, subito ut Ili-
 um adortos scribunt, quum multo plures prodide-
 rint Aetae & Colchorum metu, ne ad Bosphori fau-
 ces cum suis opprimeretur, Iasonem nauigatione lon-
 ge diuersa in Thessalam reuersum. Sed quae de Mi-
 nyarum reditu, & Ilio capto Diodorus alijq; memi-
 nerunt, suo erunt loco explicanda. Nunc caetera na-
 uigatio exequenda est, quam illi, quoru nuper men-
 tionem feci, ita ferè digerunt, ut dicant Argo ex Si-
 gaeo digressam iterum foeda tempestate iactata, cae-
 terisq; in manifesto discrimine desperantibus, Or-

pheum uoto Samothracibus dijs nuncupato reme-
 dium aduersus saeuientem procellam demonstra-
 se. Adijciunt miraculo, quod nisi constaret id natu-
 ra fieri pro mendacio repudiasse, quum Minya me-
 dio periculo tenerentur, duplex lumen Castoris &
 Pollucis capitibus effulsiue, nec ita multo post Pela-
 gus sauire desisisset, & ob eam rem credita iuuenum
 diuinitate subitos eiusmodi ignes in mari Castore-
 os appellatos. Geminae sunt uelut fulgurum effigi-
 es, quae alias nocturnis militum uigilijs in pilorum
 cuspidibus sedere, alias per antennis caeterasq; na-
 uium partes uagae, uocali quodam sono uagan solita-
 e. Graues, quum solitariae uenere, mergentesq; na-
 uigia: Geminae & tunc quidem & semper alias salu-
 tares prosperiq; cursu nunciae, suoq; aduentu dira
 illam & minacem, quam eodem argumento Helenae
 dixere, fugare credunt. Res miraculi loco accepta,
 fecit ut Castor & Pollux religio se a nauitis coleren-
 tur, portuq; soluturi Samothracibus dijs, quos ego
 malos alio qui daemones interpretor, pro soluentiu
 salute sacra facerent. Ad Phineum dein uentum, de
 quo propiora uero sunt, quae Diodorus scribit, quam
 quae Orpheus & Apollonius. Is duos ait filios Phi-
 neo fuisse ex Cleopana Orithiae & Boreae filia, cui
 adhuc uiuenti Phineus Ideam Dardano Scytharum
 rege ortam superduxit uxorem. Adolecentes ma-
 tris suauis uim nouercae intulerunt, ob idq; a patre a-
 troci supplicio damnati, ita forte accidit ut sub id te-
 pus quo Minye eo nauim appulerunt, ambo penas
 expensuri, in ipso littore delituti ad supplicium sta-
 rent. Verterunt illi rei atrocitate nouorum hospitiu
 in se oculos, eorum fidem flebiliter implorantes, si-
 mul Phinei contumeliam in Cleopanam matrem,
 & odium in filios miserabili comploratione memo-
 rantes. Orare itaq; ut uelut praesentes dii, praepeti
 appulsi, se indigno supplicio liberarent. Occurrit
 interim Phineus, uetatq; hospites quippiam moue-
 re, nullum unquam patrem de liberis supplicium
 sumpsisse dicentem, nisi filiorum scelus patriam cha-
 ritate superasset. Hic Minyae quanquam opem a-
 dolescentibus imploratam praestita uoluisse, pre-
 sentiam tamen regis ueriti, ne praeterea hospitale lit-
 tus temere uiolarent, nihil ultra tendere sunt ausi.
 Abstinebant itaq; alij, quum Zethis & Calais
 filij, qui cum Minyis erant, audito Cleopanae sor-
 oris nomine, & quam miserabilis esset illi apud Phi-
 neum fortuna, quae natoru supplicio multo adhuc
 esset inferior futura, omnis humani iuris, propriiq;
 salutis immemores, in litus desiliunt, uinculaq; ad-
 lescentibus ui adimunt. Tum certamine ex ea re tu-
 multuose orto, Phineus barbarorumq; plurimi cir-
 ca illum subita ui occubuerunt. Regia deinceps capta:
 Hercules autor fuit, ut Ideam ad patrem incolumis re-
 mitteretur, ut in illius potestate esset intemptuiss
 filiae nuptias uindicare, quae Cleopanae & filijs tam
 calamitosae fuissent. Ferunt Ideam a patre haud mul-
 to post occisam, quo apparere eo inuito Phineo puel-
 lam nupsisse, in Cleopanae contemptum. Scio ego
 non deesse, qui scribant, filios a Phineo excacatos,
 ipsumq; a Borea in filiae & nepotum ultionem pri-
 uatum luminibus fuisse. Herculemq; priusquam ad
 Phineum Minyae uenerint in Mysia relictum. Iuue-
 nes periculo seruati regno Cleopanae matri permis-
 so, cum Argonautis in Colchidem nauigarunt. Dio-
 dorus tantum haec secutus quae de Phineo scribuntur,
 omisissis quae de Hylae casu, & pugna Amyci, Cy-
 neisq; scopulis curae fuit alijs tradere, nauim Argo
 in Tauricam regionem appulsam autor est. Caeteru
 si uera alij secuti sunt: Hylas Herculis minister cir-
 ca Argantonium Bithyniae (imminet is mons Pru-
 fiadi) aquarum egressus, ignoto perijt casu. Hunc
 dum Hercules sollicita inuestigatione requirit, fe-
 rusq; nimis se ad nauem recipit, Iasonem Minyaq; lon-
 gioris more taedio digressi procul inde abeunt. Ipse
 diu

Lemniadum
facinus.

Argo ad Sigaeum
appellatur

Ilium ab Her-
cule expugnatum

Castorei igni

Phineus

Cyane scopuli

Colchidis situs

Zethis
Calais

Phinei interitus

Ideae mors

Colchi unde oriuntur

Argo

Hylae casus

Herculis ab Argonautis
relictum

diu terras peruagatus, qui in sui admirationem lo-
 corum accolae uertisset, inter alia uetusta erroris il-
 lius monumenta constituisse fertur, ut quotannis
 locorum indigenae per sylvas, & montes uagilym-
 phatico cursu Hylam clamarent. Qui sacrorum ri-
 tus siue tum ab Hercule fuit institutus (na id quo-
 que ambigue traditur) siue Cius qui fuit ex Hercu-
 lis comitibus unus, id solenne inuenit, quippe qui
 ex Colchide reuerfus urbem de suo nomine, quae
 Prusias est deinceps dicta, condidisse dicitur, Pru-
 sienfibus (quod satis constat) multas post aetates
 sacra incorrupta manserunt. Diodorus ait Herculem
 in Pontum cum Iasone nauigasse: quod si uerus est
 autor, miror quid fuerit, quod non multo post Hy-
 lae casum Pollux potius quam Hercules caestibus
 aduersus Amycum Bebriciorum regem, ex prouo-
 catione dimicauit. Sed haec omnia uarie relata tu-
 tius in medio relinquuntur. Nec de scopuloru con-
 cursu, quos Cyaneos uocant, Orpheus & alij mul-
 to probabiliora tradiderunt. Caeterum locorum na-
 tura praebuit illis fabulandi materiam. Sunt gemi-
 ni scopuli ad exitum Pontici maris passus mille &
 quingentos ab Europa, quatuordecim ab ostio.
 Quidam Cyaneas dixere infulas, alij Symplegades.
 Quas idcirco poetae inter se concurrere solitas fabu-
 lati sunt, quod paruo inter se discurrere interuallo, ex
 aduerso intrantibus geminae cernantur: paulum in-
 de deflexa acie coeuntium speciem praebant. Bi-
 thyniae deinde oram mox & Paphlagoniae, qua de-
 xterum eis litrus erat, praetereunti, per Phaidis o-
 stium in Colchidis intima peruenerunt. Hic quia ma-
 iora imminet historiae discrimina poetarum men-
 dacijs, quam ipsi a prodigiofa aurei uelleris custo-
 dia argonautis impendisse fabulantur, sedulo dan-
 da nobis opera est, ut fides, sine qua stare non possit
 historia, inde incolumis cum Minyis eruatur. Iacet
 terra ipsa (ut pauca in uniuersum de regione & gen-
 tis uetustate dicam) Caucaji iugis obnoxia, qua ad
 Rhiphaeos ille obliquatur montes, estq; ea parte Col-
 chis Sarmatiae affinis. Ab oru solis iberia ei con-
 termina est, Cappadocia ad meridiem cum parte ma-
 ioris Armeniae. Alluit occiduam oram Euxinum ma-
 re, qua Phasim in Armenia ortum Hippos & Cyano
 fluminibus haud mediocriter auctum excipit. Est-
 que is nauigabilis magnorumque nauigiorum pa-
 tiens, octo & tringinta millia passuum a mari, inde
 minoribus enauigatis Lembis centum uiginti est
 Pontibus peruius. Fuit & urbs eiusdem nominis quo
 fluuius totius gentis Emporium lacu mari, Phalide
 ipso circumflua: littora & fluminis ostia amoenissi-
 ma, regio frugibus & omnibus quae ad naualem fa-
 bricam attinent, opportuna, multarum rerum fer-
 rax, sed mellis in primis, uerum amari gustus. Ma-
 gnus inibi lini prouentus canabis, cerae & picis. La-
 uificium uulgo exercent, quo sane argumento urun-
 tur hi, qui eam gentem ab Aegyptijs oriundam exi-
 stimant. Herodotus Colchos Aegyptiorum colo-
 nos esse credidit, & a Sefostre, qui primus omnium
 (ut ipse scribit) externis gentibus arma intulit, in
 ea terra relictos, Trogus Vexorem non Sefostrem
 autor arbitratus est, unde eum morem Phoenices &
 Palaestini Syri acceperint. Sed quemadmodum in
 eo Graeci scriptores decepti sunt, alio est loco signi-
 ficatum. Plura adhuc Phryxae prius mox & Iaso-
 niae in Colchidem expeditionis extiterunt monu-
 menta, quae ueteri persuasioni eorum, quae de his
 sunt memoriae prodita, haud dubie astipulantur, ar-
 guntque utriusque aduentum. Colchorum genti
 admirationi fuisse. Durauit ad posteros Leucotheae
 templum in ea terra cum oraculo, in quo aries non
 maestabatur, quod a Phryxo conditum uetus fuit fa-

ma. Diofcurias praeterea & Eniochi gens a Telchio
 & Amphito Castoris aurigis esse creduntur. Cas-
 tor ex argonautis unus fuit. Sed rerum ab his ge-
 starum ratio anceps. At nos quam uerissime pote-
 rimus, omni poetico uelamento rebus detracto,
 quae post Iasonis accessum secuta sunt, ordine ex-
 plicabimus. Fama est Perfen & Aetam fratres uno
 tempore hunc in Ponto, in Taurica illum regnasse,
 immiti utrunque trucique ingenio. Hecate ex Per-
 se orta est, saeuitia & feritate paterna nihilo infe-
 rior, quae quum uirgo adhuc esset, sagittis quos li-
 bitum fuisset, transgeree sit solita. Sed maus ad-
 huc illi studium in uenenis coficiendis. Aconitiri-
 uentum ad eam referunt quidam, uim naturamque
 uenenis in hospitibus experiri consuetam. Mox pa-
 trem his artibus aggressa, uita spoliavit, cuius mor-
 te regnum adepti, Tauricae erexit templum Dian-
 nae, ad cuius aram, ut hospites siue terra, siue mari
 adessent crudeliter maestarentur instituit, futurum
 rata, ut suum per haec nomen in plures gentes fa-
 ma diffunderetur. Nupit haec deinceps Aere patric,
 cui Circen, Medean & Egialeum, enixa est. Circe
 matrem aribus imbuita, & ipsa herbariam uene-
 naeque tractauit, addidit etiam per se aliqua. Nu-
 puit uirgo Sarmatarum regi, eoque ueneficij subla-
 to, regno potita est, quo quum aliquandiu male
 esset uisa, crudeliterque nimis tractaret subiectas
 gentes, regno pulsa modico mulierum comitatu
 desertam in oceano insulam tenuisse dicitur. Sed
 maior omnino fama est in Italiam eam uenisse, con-
 fedisseque in Latij promontorio. Tum uero insula
 fuit, ab eoque incolatu Circiorum numen adepta.
 Medea domesticas artes & ipsa haud quidem asper-
 nara, medicis herbarum uiribus, magicorumque
 carminum ambagibus operam dedit. Sed ingenio
 multo mitiore quam mater aut soror, quarum utra-
 que feritate truculentiaque fuit insigni. Medea quu
 arte multa, tum gratia qua plurimum apud patrem
 ualebat, hospites eripiebat caedi destinatos. Desci-
 uent ne suauis longae coniugis consuetudine, an
 sua sponte Aeta, ad eam immanitatem, ut hospites
 immolaret, an potius oraculo monitus persuasum
 habuit, sibi exitium ab externis gentibus immine-
 re, sitque per haec conatus fatalem discutere neces-
 sitatem, pro certo ponere non ausim. Multiplex in-
 de fama secuta est. Nam quae de ariete aureo tradi-
 ta sunt in fabulis, haud dubie pro uanis reselluntur.
 Fuerunt qui traderent Thebani paedagogum Phry-
 xi uocatum, arietem qui cum puero in Colchidem
 delatus ab Aeta patrio ritu fuerit Dianae immola-
 tus, pellisque cadaueri detracta in templo de more
 suspensa. Adijciunt Phryxum Gambro Scytharum
 regi dono datum. Cui ille flore aetatis, uel indole
 potius conciliaris, postremo sit haeres relictus.
 Aeta interim oraculo doctus, fore, ut quando arietis,
 qui arae fuerat admotus, ex sacro spolium luco exi-
 meretur audacissimi hospitis manu, tum demum
 mortem occumberet: eo monitu exterritus pellem
 auro illitam, ut diligentius asseruaretur templo in-
 tulit. Sacerdotes custodesq; loco adhibuit, qui per-
 uigili statione fatales exuuias, ab omni ui fraudeq;
 tuerentur. Alij arietem pecus sub Phryxi in Colchi-
 den aduentum Aetam maestasse crediderunt, ac tum
 pellem quam hostiae detraxerat, quia sibi fatalem
 cognouisset, inaurari, custo dirique imperasse, tem-
 plo multifariam munito, ad exterarum gentes procul
 inde metu arcendas, rumores dissipari passim ho-
 spites ab rege in Colchide maestari. Caeterum siue
 uerus fuit ille sacrorum ritus, siue ad terrorem fac-
 tus, satis constat uiros fortissimos ex Taurica re-
 gione accitos, custodiendaeque adhibitos, qui quum
 truci essent ingenio, uimque & robur praenimia fe-
 rocia spirarent, igniuomi tauri a poetis decantentur.
 Pari ratione & de dracone fabula uulgata est.

Perfes & Aet

Circe

Medea

Quid fuerit
aureum uellus

Tauri igniuomi

e Veriora

Veriora autem secuti custodem templi eo fuisse no- mine autumant. Magnam itaque certamen erat Iasoni, & alijs propositum, quicquid illud fuit, quod ex sacro luco erat auferendum, siue fatalis fuit pellis, siue uis auri ingens (ut alij suspicatur) Id Medea regis filia Iasoni per amorem conciliata sua opera disculpsit. Ego Calciopé, quæ Phryxo nupserat (ut dicitur) Medea ad id facinus cõpulsisse crediderim, quæ ob affinitatem generis uoluerit in manifesto discrimine Iasoni cõsultum. Quod & Apollonius qui argonautica scripsit, significare uidetur. Medea igitur in scio patre Minyas, ad templum quod Marti fuit sacrum, occulte perduxit, ubi uellus custodiebatur aut reum. Distabat locus à Sybati Colchorum regia stad. lxx. Ibi regia puella custodibus taurica lingua appellatis, templi fores mandat sibi referari. Quibus subito patefactis improuiso Minyarum incursum custodes incauti opprimuntur, quippe qui nihil minus quam infidias ab regis filia metuebant. Plures itaque uis subita obtruncantur, perpauci medio tumultu dilapsi, ad urbem trepido cursu contendunt. Regi nunciant proditum à filia præfidium tēpli. Aureum uellus à Minyis direptum. Iason interea iam uoti cõpos cum Medea & socijs ad nauem se receperat, apparebatq; regem ad ultionem continuo occursum, futurumq; nisi illico inde solueretur, ut cum ferocissimo genere hominum de uita dimicare cogentur. Hæc forte consilia agitantibus, celearius quam omnium fuerat expectatio, Æta ultiois cupidus, cum tumultu & fremitu affuit, contra cõp; statim prælio, cum ijs quos forte circa littus temere errantes inuenerat, Iphitum Euristhe fratrem obtruncat. Ibi Iason & alijs in regem, & qui circa illum pugnam ciebat, irruentibus, atrox fit prælium. Æta à Meleagro in pugna ictus cõcidit, ad cuius casum Colchos ingens metus & trepidatio inuasit, mox alijs super alios cadentibus fit fuga. Nec Minyis uictoria fuit incrementa, Iason & alijs quibusdam ex argonautarum primoribus grauius uulneratis. Nauis illico post prælium ex infesto littore soluta est. Mirum quantopere hic quoque diuersi abeant scriptores. Sunt porro qui Ætam interfectum negent, alij ne pugnatum quidem cum eo tradunt, sed Absyrtum filium ad Minyas persequendos missum. Quidam ad hæc graui tempestate orta parum desuisse aiunt, quin naufragium fieret, coactosq; nouo periculo Minyas, nouis seuotis obligasse, inde Thracium Bosphorum ingressos per Hellepontum in Troadem uenisse, ubi Iphicium & Thelamonem ab Hercule ad Laomedontem missos, qui debitam ob Hesionem antea liberatam à patre mercedem exigerent, quæ non modo non reddita est, sed cõtra etiam ius geritum legati custoditi sunt, motaque consilia à rege & Iliensibus de Hercule & Minyis subita ui opprimendis. In hæc patris & ceterorum consilia Priamus, qui iam adolefcere ceperat, supra ætatem grauius est inuectus, identidem patrem admonens, standum esse fœderibus, seruandamq; fidem hospitibus, quorum interuētum nō modo foror sua Hesionem, sed patria quoq; à terribili esset monstro seruata: Deum hominumq; fidem testatus, re eos nefariam omnique detestatiōe dignam parare, qui ut impune id flagitium ferrēt, maiori se sceleri ac pene inaudito obligarent. Hunc inquit pater, quem fide data & accepta, hospitalibus mensis, & laribus domesticis, semel admouisti, quem magnorum præmiorum spe oneratum in remotiores terras dimisisti, qui nisi periclitanti filij opem tulisset, dimidia hodie sole careres, de huius exitio tam perfide inire potes consilium? Fac rogo ira fieri posse (quod deus id scelus à regia domo auertat) ut Herculem & socios perdas infidias exceptos, audebis ne tu illius sanguine hoc littus uelolare, qui nisi tuorum temporum nouitate affuisset, suauissimæ erat filia: cruore imbutum? Sed fac illum nihil de te merentem, quo

Acta interficia aut.

Priami uerba ad patrem.

A exemplo tuos hospites tam crudeliter necabis? Scytharum, Thracumque non nostræ gentis hæc perfidia est. Ergo Laomedon à Dardano prognatus, qui cum in has terras uenisset, à Teucro non modo non iniuria affectus est ulla, sed solo ad urbem condendam impetrato, in generum quoque est alcius, diuini humanique iuris contemptor, hospitali sanguine Ilij regiam coinquinabit, ut tam sit Ilium posthac apud omnes gentes infame, quam Diomedis fuit regia, aut Lycaonis domus? Quod si non merita, si non opes hominum respicis, deos ipsos saltem uereare, quibus hospitalia iura curæ sunt, qui huiusmodi scelera in terris partim ipsi ulsi sunt, partim mortalibus ulciscēda reliquere, inulta certe uoluerenunquam. Quod si ignoraremus, quis sit hic, cui infidias parantur, quam inuictus, quam felix, quantus scelerum uindex, quot monstra, quot pestes è terra sustulerit: Pholi domum ab iniuria seruauit, Diomedis crudelissimi hospitis euerit. Quare idēdē mox pater simul & hortor, ne fidem semel hospiti datam turpiter labi patiaris: qua prodita nihil sit homini in uita reliquum, cur fortis, aut iustus dici possit amplius. Video adhæc quid periculi tibi tuæque infestæ urbi ab Hercule & Minyis, si abnegare pergas, quæ iure repetuntur. Quin mitte rogo continuo cõlegatis præmia ad littus, qui primo Herculi, & alijs de legatis in custodia habitis satisfaciant, ipsosque (ut par est) hospitaliter appellent. Hæc pater præstare potes, & debes, nisi fatalis aliqua necessitas tecum tota domo patriæque ad excidium trahit, quæ re nō quod fieri oporteat, sed quantum etiam periculi sit oculis ad mortem, ne respicere quidem pariat. Hæc ille prudenter ac supra ætatem monere, hortariq;. Verum perstare senex in sententiâ: atq; hinc fato, inde auaritia diltrahentibus, uim & arma circūspicere. Tū Priamus, incertum officio an periculi metu, duos occulte gladios custodia inculit. Inde Iphiclo & Thelamoni, sub motis arbitris, patris & Iliensium consilia aperit. Monet ut incautos custodes adorti obtruncent, inde continuo cursu se ad socios recipiant, doceantq; Herculem & alios, quantum nisi caueat, periculi ab Iliensibus imminere. His ambo instructi, custodibus cæsis se ex urbe proripiunt, uixq; ad littus uenerant, Laomedontis in se iniuriâ memorâtes, & quid ab eo & Iliensibus parare, quū rex tumultuose affuit, Minyæ arreptis armis uenientem infesto agmine excipiunt, pugnanturq; hic, per uiribus utrinq; ac multo atrocius, quam pro numero dimicant. Laomedon ab Hercule percussus concidit, cadentē regem Ilienses intuitu terga uertunt. Instant Minyæ, mixtoq; agmine uictores uictique portis incidunt, unaq; irrumpentes urbe Argonautæ potiuntur. Sequitur in eos est, qui consiliorum regis fuerat conscij. Priamo, & quod pacis auror reddēdij præmij fuerat, & à legatis iniuriam arcuisset, urbs & regnū restituitur. Scio fuisse, qui traderent Herculem non cum Minyis, sed suo potius ductu & auspicijs septem ad id bellum nauibus instructis, in Phrygiam nauigasse. Idq; eo mihi uerius uidetur, quod parum integræ fide traditum existimo, tantam hominum paucitatem intra hostium mœnia inclusam ex iniquo loco pugnantē, clarissimâ Phrygiæ urbē in potestate redigere potuisse. Veriora igitur secuti uideretur, qui in aliud tēpus eam expeditionē reijciunt: hi autores sunt. Ilium ui captū esse, & excidium ab Hercule, Priamūq; admodum puerum magno precio redēptum. Huic opinioni ut libētius accedat Apollonius & Orpheus faciunt, qui negat Argonautas per Hellepontum in Græciâ reuersos, quippe qui potici maris angustijs ab Æta infelsis infidias ueriti, confestim ab ostio Phalidis ad dexteram flexerint cursum: inde nauim Argo per Cimmericum Bosphorum Mæotim ingressam, mox per Tanaim aduerso flumine ad eius fontes subuectam, asportatâq; deinceps aliquādiu hu-

Laomedontis cedes. Ilium captum.

Minyarum nauigatio.

Medea hospitio excipitur à Circe.

Argonautarum discrimen.

Varia de reditu Minyarum opinio.

Absyrti cedes.

Absyrtides in sulca.

diu humeris, ad oceanum penetrasse, longisq; erroribus per Gadiranū fretū in internū mare reuersam. Adijciunt Minyas ad Latinorū oram appulisse, fuisseq; Medea in hospitio non nihil apud Circe. Mox ex Circeis præter Sirenum promontorium & reliquam Italiæ orâ præteruectos Cercyrâ tenuisse, ubi à Phæacum rege appellati sint, ad quæ aliquanto antea uenerant ex Colchide legati, Medea fugam uestigantes, ibiq; ne Medea restituere cogentur, ferunt in nauim Iasonem cum ea adhuc intacta coiuisset, quando ita rex Phæacus ferebatur decreturus, ut si Medea nōdum uirū passa esset, patri redderetur. Ex Cercyra inde argonautæ profecti in Lybiâ tempestate sunt delati, ubi importuoso mari deprehēsi discrimen maximū adiere. Edocti tum à Tritone quodam, qui in ea terra per id tempus regnabat, pelagi naturam, fyrrium difficultate superata in Græciam sunt reuersi. Et hæc Orpheus qui unus ex argonautis fuit, cui Timæus adeo est assensus, ut argumenta etiam quædam nauigationis illius haud obfcura, ad posteros mansisse dicat. Et q; accollæ Oceani pluribus locis Castorem & Pollucem pro dijs postea uenerati sunt, plurâq; circa mare oppida à Dioscuris & alijs argonautarū fuerint nomen sortita, & in interno pelago circa Ethaliam insulâ Argous fuit portus, & in ipsa Hetruria ora Telamon promontoriū. Cæterum multo ueriora mihi secuti uidentur, qui ab Phalidis ostio, recta Pontum traiecitse aiunt, nec dextrum latus aut læuum, ne in hostium infidias incidere, nauim Argo tenuisse, sed Histrum ingressam, inde ex Histro Sabū, ex Sabo Nauportum, cui ex ea postea re nōmē mæserit. Oritur id flumen inter Alpes & Hemonâ. Diligentiores humeris trāsectam Alpibus tradiderunt. Satis constat si Plinium sequi liceat, haud procul Tergeste in Adriâ descendisse. Argumento huic rei oppidum Tomi circa Histri ostium, ubi fama est Absyrtum à forore discerptum. Strabo Nauportum oppidum nō flumen esse existimat. Tauriscorumq; coloniâ, fluiuiumq; illi propinquum Corcorâ nominari. Hunc Sabo insinuari scribit, Sabum Drabo, Drabum Noaro: hunc Calapi accepto uehementer augeri. Labitur Calapis ex Albio monte, perq; Capides lapsus Danubio infunditur. Nec de Absyrti cæde simplex fama est. Sunt qui circa Dalmatiam id accidisse significant insularum argumento ducti, quæ ipsi terræ adiacent ab Absyrtio nominatæ: adeo uarie omnia de argonautarum reditu ueteres rerum scriptores tradidere. Verum qui Hellepontum remensum credidere, in Samothracia Argo appulsam memorant: ibiq; Minyas se uotis soluisset, durasseq; multis post ætatibus Phialas, quas illi discriminola nauigatione fœnati, dedicassent. Ex Samothracia, quia rumor iam antea totam Græciam peruaserat, Iasonem & qui cum eo in Colchidē nauigauerat perijisse, eaq; occasione fretus Pelias Ælonem & Alcimenē, quibus natus erat Iason, ad necem cõpulerat: Promacho insuper interfecto uti uirili stirpe cum fratre extincta sibi regnum stabiliret: Minyæ casu ne an consilio, parum compertū habeo, noctu Thessalicū littus tenere. Ad Herminū non procul ab Iolcho in terram Iason egressus, confestim per eos qui illuc primo occurrerant, de domestica clade cognouit, qualis Pelias in parentes, qualis in fratrem extitisset. Hic Minyis nō solum suam Iasoni operam in ulciscendo suorum necesse pollicentibus, sed ad ultionem etiâ ultro impellentibus, dubitatio incidit, utrum incautum Peliam adoriretur, an exercitū ad id prius cõparato, cum aperto bello peterent. Apparebat id consilium præceps & nimis audax, si pauci admodum numero rem tantâ aggredere. Satis liquere omnibus, si primo regem conatu opprimere nequiuissent, quicumq; urbe temere ingressi essent, hostiū mœnibus, regioq; præsidio inclusi ad unum trucidarentur. Ceterum Medea cam

A sibi prouinciâ depoposcit, futurū pollicita, ut suis artibus Peliam adorta breui spoliaret uita. Tum pietionis cura mulieri delegata, Minyæ p magno ne gocio habuerunt, ut appulsus tādium in occulto esset quoad ex urbe nunciaretur, quem exitum Medæ consilium habuisset. Illa uero phanaticâ anum mentita, urbem primo, inde regiam ingressa, quū multis rerum ambagibus nouaq; suspitione Pelia & filias impleset, eo perulit puellas, ut oblata spe patris in uiridiorē ætatē restituendi senem ferro cõfecerint, inde quasi lunę sacrū factura ex eminentissima regie domus parte facibus accensis, cõfecti negocij signū ex cõposito dat Minyis. Quod si uera sunt hæc quæ de Medea à Diodoro traduntur, specularis significatio nō est ad Sinonē, qui fuit unus ex Græcis, qui ad Troiâ militarunt, referenda, ut Plinius credit, sed ad Medea quæ Troianum bellum præcesit. Nec Iason & socij in tanta oportunitate cessarunt, sed ex improuiso in urbe, & circa regiam conspecti, populū in subitum metum & stuporem uertunt. Regis filia fletu pauoreq; occupatæ, & ob paternam cede suis manibus patratâ iam de morte sibi consciscēda cogitantes, ab Iasone benignè appellatæ, edoctæq; abesse inde culpâ unde uoluntas abfuisse, ægre impetratum est ut uiuerent. Satis superq; conuulsam dicere tot cladibus miseram domum. Nihil esse cur à se his ulla metui deberet, quando certo sciret nullam in se, aut suos ab ea ætate aut sexu iniuriâ profectam. Peliam ab initio suæ uitæ infidiarum dicere, Peliam sibi parentes & fratrem ademisse, Peliam fuisse se in ipso littore obtruncaturum, si temere appulisset. Satis igitur uisum unius iustissimo exitio paternum regnum, quam multorum cæde recuperare. Quod uero ad ipsas uirgines attineret, aduersum se summa ope, ut patruelles sorores intelligant, sibi non minori curæ esse, ac patri fuissent, nec cuius cuiquam suorum cædem fraudi futuram, quâdō factis exploratum haberet eâ iniuriâ Pelia, nec alterius fuisse. Regia ciuibusq; per hæc cõfirmatis, haud multo post ad Isthmū nauigauit. Vbi naui Nepruno cõsecrata, apud Creontem Corinthiorū regē (erat enim Iasonis nomen tota Græcia ingens) hospitali inuitatus deledit, damnata, credo, Iolchi regia, tot domesticis cladibus polluta. Inde fama est, q; Corinthij quoq; postea affirmare soliti sunt, eum x. annos cum Medea uixisse, genuisseq; interim ex ea Thessalum, Alcimeniū, & Tisandriū, quo tēpore Medea ob elegantē formam, prudētiamq; singularē, in magno apud maritum honore fuerit. Inde ætatis florem iam propemodum exacto, Iason Glaucæ Creontis filia amore captus, uirginē sibi in coniugē à patre petijt. Nec Creon tanti uiri affinitatē aspernatus est, quem ob conciliatâ uirtutis famâ, non tantū hospitio, sed omni uinculo necessitudinis sibi iungere ab initio in animo habuit. Tū multa ille arte Medea adortus, ad uoluntarium diuortium conatur impellere, Creontis affinitatem dicatans, neq; nouæ coniugis cupiditate, neq; præsentis matrimonij tædio à se perititiam, quando nulla unquâ pristina: coniugis se capere posset fatietas, cui uita & omnia deberet, sed ut liberos quos ex ea procreasset p specie nouæ affinitatis in regis aula induceret. His Medea non modo non assensu est, sed sua in maritum beneficia cõmemoras, nunc ingratū, nunc perfidū appellare: Deos promissi connubij testes ultores inuocans. Misere deinceps precib; lachrymas, identidem rogatas, ne se eo connubio priuaret, cuius causa deos patrios, domesticum larem, parētes, sororē, omnia iura diuina & humana prodidisset: tot maria, tot ignotas gētes, tot pericula adire nō dubitasset, ad q; promerēdum ne Absyrti quidem fratris cæde abstinuisset. Peliam situlisset, cui pulchrâ fœcundamq; uirilis stirpis sobolem enixa esset, inhumanē eū facturū, si pro tot meritis se eiectam, in opem, & extorrem esse pareretur.

Medea factus.

Pelias interficitur.

Iasonis clemētia in Pelia filias.

Iason in Corinthum secessit.

Medea uerba ad Iasonem.

Mouebant Iasonē nō parum muliebres lachrymæ. Mouebat & beneficiorū memoria. Verum recens amormulto plus ualuit, q̄ ius & æquitas, qui ubi semel animū occupauit, quid rectū, quid equum esset haud perspicere sinebat. Regiā igitur affinitatē per hæc secutus, autor fuit ut Medæ exiliū indiceret. Celebrat interim infaustas nuptias, pristinæ cōiugis & natorū quos ex ea tulerat oblitus. Multiplex hic fama oriū. Sunt qui eā die uno à Creonte impetrato dum se ad profectiōē expediret, noctū regiā domū medicamētis quibusdā incendisse: Regemq; ipsū cū filia subito incēdio consumptū. Alij coronā Glaucae dono missam affirmant quæ Naphtha fuerit delibuta, qui liquor flāmā uel p̄cul uisam ad se rapiat, puellamq; aris admotā, ut more sacrificaret, improuiso igni deflagasse. Alij munerib; quibusdā à Medæ filijs regiē illatis Cerōtē filiamq; perisse prodiderunt. Sed quoquo modo illa pellicē ultra est, ubi Iasonē præter opinionē seruātū cognouit, cū paucis occulta fuga Corintho excessit, Alcimeno & Tisandro prius obruncatis, Theſsalus media fratru cæde dilapsus, ægre seruatus est. Ipsa cū Thebas uenisset, Herculis fidē aduersus mariti ingratiudinē improuit. Iason merito in eam calamitatē incidisse à Corinthijs iudicat; est, qui plus equo dolori indulgēs, haud multis interiectis diebus sibi mortē cōsciuit. Theſsalus per ætatem adultus in Iolcho regnauit, à quo Theſſaliā nominatā auctores quidā prodidere, etſi de nominis ratiōe nō una (quod supra est significatū) fuit ueterū scriptorum opinio. Medea haud multo postq̄ Thebas uenit, Hercule ab infania curauit, fuissetq; eo merito apud Thebanos per Herculem satis tuta, nisi ille Euristhei imperio cōtinuo in nouam expeditionē exire adactus esset, cuius præſidio destituta Athenas se cōtulit. Hic ab Ægeō (ut quidā memorāt) grauida facta Medū peperit. Inde Theſo (de quo loco haud multum hinc diuerso dicā) Athenas ueniente, ueneficij (ut fertur) ab eo accusata, inde proficisci coacta est, Ægeiq; præſidio adiuta in Phœnicē primo nauigauit. Inde in superioris Syriæ oram profecta, regias iterū nuptias sortita est, regis nomē nullum, quod sciam, ad posteros traditur. Ex nouo connubio Medū enixa, à quo sit postea Media nuncupata. Et hæc quam uerisime potui de Minyrum in Pontū expeditione, & Iasonis exitu, qui memorabilis illius fuit nauigationis autor. Nunc quæ de Hercule adhuc restāt, ut uerius potero paucis explicabo, neq; enim nomina quæq; sunt à me in illo consecranda, quum præterquam quod fabulosa pleraq; de eo prodita sunt memorię, tot & tanta in hūc unum Herculem Græci scriptores congerunt, ut si singula dicenda sint, serus nimis ad reliquas Raploidiæ huius partes explicandas detur stilo reditus. Ponā igitur & quæ relatu digna uidebuntur, quæq; aut uera erunt, aut uero longe similia. Diodorus, & qui gesta Herculis ordine digerunt, quæ ille in Amazones geſit, Ponticæ expeditioni subiiciunt. Rem longe quidem uetustam, & quæ rei miraculo ab historica fide multum abhorreat. Etenim hoc fabula ab historia distat, q; quæ falsa sunt, quæq; mendacio proxima pro fabulosis uulgo repudiant: historia uero uetus sit, siue recens, fide sibi cōſtare uult, cui duo illa (quæ dixi) maxime repugnant. Etenim quis fuit unquam tam temerarij assensus, ut ciuitatem ullam fœminas duntaxat habentem aut cōstitui potuisse credat, aut quoquo modo cōstitutā diu rius cōſistere, quæ aliena inuaserit, ac bellā dolōe lareq; sit multis gētibus dominata? Enim uero perinde est id dicere, ac si quis credi uelit fuisse olim mulieres uiros, cōtra uiros mulieres. Sed uerustatis cōſensus, multa que & magna rei ipsius argumenta faciunt, ut pro uero ponere nihil sim ueritus. Constat itaque gentem ipsam à Scythiis oriundam. Per id enim tempus (ut Trogus scribit) quo magna pars

Medea incēdit Creōtis regiā.

Medea filios obruncat.

Hercules à Medea curatur.

Hercules.

Quid historia à fabula distet.

Amazonū ori go.

Asiae Scythiis tributum pendit, cuius postea reddēdi Ninus Assyriorū rex finem fecit, Plinos & Scolpythus regij iuuenes per optimatiū factiōes domo pulsi, ad Thermodoōta fluiū in Cappadociæ ora, cum ingenti popularium manu cōſedere. Hi deinceps rapto uiuere affuei, post aliquot annos in finitimorum insidias lapsi, cum toto exercitu periere. Nec ea clades superstitum mulierum animos, quod uix gens alia tam constans fuisset, mœrore & luctu occupauit, sed recentem orbitarem exilio additam, cernentes ira accensæ arma capiunt, seq; suosq; fines ualide aduersus omnem hostilem iniuriam tuerentur, mox ultro bella inferendo, non solum sui cōtempum adimunt, sed metum etiam & terrorem omnem in propinquos accolos uertunt. Nec coanubij interim cura ulla subibat animos, quin rē ipsam uelut seruitium quoddā auerſatæ, quicquid uirorū clades illa sibi reliquum fecerat cōmuni cōſilio obruncant. Cuius nefariæ cædis argumētō, à Scythiis æorparata, id est, Viricidæ postea nominatæ sunt, nam æor illi uirū dicunt, para obruncare. Suo igitur ductu finitimos ultæ, pace parta, ne tota gens interiret (apparebat enim si procreare desissent, haud ultra hominis ætatem, genus ipsum duraturum) nouam propagandæ sobolis uiam cōmentæ, lectissimos iuuenes ex finitimis gēribus accitos noctu, loco ad id constituto adibat, eosq; sæpius repetitos ad cōgressum inuitabat, quoad uterū se ferre sensissent. Tum uirilē stirpē, si qua orta esset, aut interficere, aut p̄cul ablegare; Puellas in successiōnem generis alere, eas ab incunte ætate sagittis, cursu, equorum agitatione exercere. Cæterum quo arma cōmodius traheret, dextram sibi mammam inurere, unde Græca uoce nomen gēti datum uideri potest. Incredibile quidē dictū, quā longē lateq; illarū sunt fines postea propagati. Illustres Ioniæ urbes Ephelus & Smyrna ab his conditæ creduntur. Trogus autor est, magnam Europæ partem Amazonitis armis domitam, præterea & Asiæ nihil minore occupatā. Sed uulgatior fama est, quæ Amazoni cum regnū Asię finibus circūscribit, idq; magna ex parte à Marthesia & Lapedone sororibus, quæ in totā gentem imperiū habuere, bello quæſitū. Marthesiam subito barbarorū incurſu interfectam aiunt, quum parte copiarū Theſſalyram cum sorore remissa, ipsa Asię orā præſidio obtineret. Orithyia ex illa genita regno successit. Cui præter cæteras rei bellicæ uirtutes, eximia seruatae in omne ætū uirginitatis admiratio fuit. Per hæc illa tantum famæ sibi suisq; popularibus peperit, ut Herculi qui bisſena Euristheo debebat stipendiā, pro magno sit negotio edictum, ut ad Orithyā Amazonum reginam armis spoliandam nauigaret. Is cum delecta Græciæ iuuentute, nouemq; longis nauibus, per Helleſpontum & Bosporum Thraciū in Pontum egressus, ad Thermodoontis ostium applicuit. Copijs inde ad Theſſalyram Cappadociæ urbem admotis (totius hæc gentis fuit caput) ex prouocatione Hercules, ut fertur, cum nobilissimis Amazonum dimicauit, Aellaq; Asteria, Parthoë, Euribia, & illustres aliæ pleræq; ab eo singulari certamine superatæ dicuntur. Quarum quædam eodem quo congressæ fuerant loco mortem occubuerunt: aliæ sunt in captiuitatem abductæ. Menalippe cuius tum erat imperium, suarum casu percussa acie excessit. Reginæ fuga animaduersa Græci cōſectum cæteram multitudinē quæ in proſpectu stabat clamore inuadunt, modicoq; labore disiectam, ferro cōficiunt. Atq; in hunc maxime modum Herculis ductu Amazonum gentem Diodorus deletam arbitrat. Nec multū hæc sunt diuersa ab ijs quæ Trogus de ea expeditione tradidit, nisi quod hic quatuor tū sorores fuisse ait, quarum duæ Orithyia & Antiope regnum administrarēt, atq; ita accidisse, ut Orithyia tum procul domo cum parte copiarū abesset, quum

Viricidæ.

Quæ proci di ratio in Amazonibus.

Herculis pugna in Amazonibus.

Hippolyte Theſeo datur.

Amazonū ſarcinus.

Sarmatarum origo.

Postulata Amazonum ad Sigillum regem.

eo Hercules classe appulit, Antiopeq; cum tumultuaria manu illi occurrisset, ibiq; leui certamine Amazonibus uictis, magnaq; cæde edita Menalippē & Hippolytem in fuga captas. Hippolytē à Theſeo in Atticam abductā, ex qua Hippolytus est illi postea genitus. Menalippē Hercules Antiope forori restituit, proq; ea remissa reginæ arma præmium accepit. Herodorus autor est, plurimas Amazonū à Græcis abductas, quæ quum medio mari ueherētur atq; una dūtaxat nauī, uictoribus insidiatas incautos ad unum iugulasse, mox sine remigio & uelificatione ulla, ad Meoridis prærupta delatas, equarum armēta temere pascencia diripiisse. Hisq; sedētes patrio more Scytharū fines incurſare ausas. Cum his proximi Scytharū accolæ congressi posteaquam ex earū cadaueribus mulieres non uiros esse cognouere, dant adoleſcentibus negocium, ut cū ea gente bellum gererent, hi ut iusi fuerant illarum carpunt uestigia, arcentq; hostem à præda, mox castra castris cōferunt. Hic colloquio à paucis orto, haud multo post adoleſcentibus nubunt, ac cum his traiectō Tanai trium dierum itinere à Meotide cōfederunt: atq; hi Sarmaticæ gentis autores crediti. Cæterum Orithyia ubi de ijs quæ domi acciderant, certior facta est, frustra, inquit, Asiam & Pontum armis uicimus, si uerus regia parum nobis tuta est à Græcorū latrociniō. Quoniā igitur res domi plus nimio acciſe erant, ad Sigillum Scytharum regem mittit, qui ad illum ita uerba faceret: Ut Amazones dicerent quæ Scythia oriundæ essent, uiris finitimarum gentium iniuria cæſis procul domo regioneq; multifariam inſeſta deprehensas, propria uirtute, quia aliena ſpoliatæ essent, omnem cōſtati in se belli uim primo arcuisse. Inde quum inſperato rerum successu paulatim ad rem bellicā animos sustulissent, magis gentis eius, unde ortæ essent, quā aut sui, sexus, aut præſentis fortunæ memores, ultra finitimos inuadere cœpiſſe: forisq; bellando breui adeptas, ut non solum propinquos locorum accolos armis uictos sibi parere cōgeſſissent, sed remotiores etiam populos unū post aliū domitos, muliebris uirtuti ſubegissent, eumq; successum feciſſe, ut multis fuerit gētibus perſuſum, Scythicas fœminas bellica uirtute nihilo ceterarum gentium uiris esse inferiores. Postremo magna Asiæ parte domita quum in Pontum arma promouissent, inopinato bello ingētem esse domi cladem acceptam, ubi quemadmodū sibi diceretur, multæ ex eius popularibus illustres fœminæ fuissent ab hostibus aut interfectæ, aut in captiuitatem abductæ, redemptamq; proprijs armis ab Antiope Menalippem unam ex sororibus, Hippolytem in partem prædæ Theſeo Athenienſiū duci datam, in Atticamq; nauī abductam. Esse itaq; sibi in animo tam insignem contumeliam ulciſci, inferreq; Athenienſibus bellū. Orare proinde, quādo res ſuę domi multo grauius acciſe essent, q̄ ut ad spē ulla bellici conatus tam cito erigi poſſent, ne Amazonas cognatum genus pareretur proſtratas & inultas iacere, sed auxilium huius copijs ſuas opes iuuaret. Nā præterquam q; Scythico nomini ea nota inulta uideri poſſet, atq; ob id maiori studio uindictanda, sperare se omnino futurum, quādo ignauissimū sit genus hominum, & qui tantum latrocinari, non bellare nouerint, sic & Colchorum regiā ab illis nuper conuulſam, ut ingens præda ex opulenta terra, nec ad id tempus bello tacta, quæreretur: & q; omnium maxime optabile sit, siem ultionis prætextu aditū Scythicis ad Europam inuadendā, qua bellandi materia nulla aut pulchrior, aut utilior offerri potuiſſet. Nec quæri oportere quatenus sit terra ipsa bello exagitata, timidus & iners merito haberi poſſit, qui maiorem quam acceperit (adit modo occasio) non hosti rependit iniuriā. Morus rexiſta Orithyia ira, sed magis adhuc domestica gloria, Peaza-

goram filium cum ingenti equitatu ad eam in Pontum miſit. Cæterum ubi in Atticam uentum est (nā in re tam uetusta difficile est minima quæq; conſectari) ſeditione, ut dicitur, in castris orta, priusquam ulla commiſſa ſit pugna, Scytharum ſecleſione deſtituta Amazones prælio uincuntur, uictis autē id modo fuit præſidio, q; in Pezagore castra paruit efugium, atq; ita ſine maiore ulla geſtæ rei fama, ſeſe in Pontum receperūt. Orithyia Pentheſilea ſucceſſit, quæ Iliacis poſtea rebus interfuit. Hercules Amazonibus uictis in Hiberiam ad Chryſaorum delandum profectus est, non mōſtroſa hominis, ut est in fabulis, forma motus, quæ utiq; nulla fuit: ſed diuitiarum fama regniq; opulencia. Tres erant filij uiris corporis animiq; ferocia pares, quorum cuiq; ſuus erat exercitus. Vnde tricipitis monſtri fabula orta uideri poſſet. Sunt qui Chryſaoro duos fuiſſe fratres memorant, quibuscum tanta animorū cōcordia regnarit, ut tres uno corpore animæ habitare crederetur, aut una potius in tribus corporibus. Gerionem hunc poſt ceterique ſcriptores uocant. In quem multiplici præſidio ſeptum moturus Hercules, in Creta inſula habuit delectum. Fuerunt Cretenſes omni ætate ſagittandi peritiſſimi. Extabant præterea in id genus hominum Herculis merita pleaque. Fama tenet, purgatam ab eo inſulam omnibus noxijs feris, etſi grauiſſimos autores habeo, ipſius terræ naturam neq; uros, neq; lupos, neq; ſerpentem ullam alere. Conſtat adhuc Cretenſes ipſos Herculi præcipuos honores iam inde ab initio & priuſquā Alcmenæ filius fuiſſet, reddere ſolitos, ut iure ſuſpicetur aliquis, ab Ægyptijs eos id nomen (quod Herodotus exiſtimat) accepiſſe. Ex Creta Hercules in Libyam traiecit. Sic enim Græci eam terram dixere, quæ intra Atlanticum mare, & Nili ſtuenta iacet, Libyco, Numidico Balearicoq; mari ad ſeptentrionem obuerſa, à meridie Æthiopiæ uſtatibus obſepta est. Romani ſcriptores nunc Aphricā, nunc Græcos ſecuti, Libyam uocant. Ptolemæus, & qui eum ſecuti ſunt incognita Æthiopum terra, ad Auſtrum finiuerunt. Sed oceanō eam quoq; oram ambiri indubitatis Plinius demonſtrat argumentis, & iam noſtra memoria quantacūq; illa eſt ignota antea maris uſtitas, quæ ab Atlantico & Idæſtico mari ad Barbaricum ſinum, qui orientali præiacet Æthiopiæ, longe lateque per Auſtrum diſcurrit, ſatis proſpero ſucceſſu magna eſt ex parte ab Hiſpaniis enauiata. Manifēſta demonſtratione eorum quæ Plinius C. Cæſare Auguſti filio res in Arabia gerente, accidiſſe autor eſt, ut fragmenta nauium, ex Hiſpanienſibus naufragijs in Erithræo fuerint pelago agnita. Nec pro uanis repudiandā, quæ Nepos Cornelius de eodem oceanī tractu memorię prodidit. Eudoxum ſua ætate quendam, quum Lathyrū Ægypti regem fugeret, ex Arabico ſinu Gadis uſque, per exteriorē Aphricę oram Oceano deuectum. Et Cœlius Antipater uſum à ſe prodidit, qui ex Hiſpania in Æthiopiam commerciū cauſa nauigauit. Hanno Carthagenſis punicis rebus florentibus ad extremam Libyę oram explorandam publice miſſus, à Gadibus ad fines uſque Arabię longiſſimam nauigationem literarum monumentis prodidit. Quod ſi hæc uera ſunt, quæ illi memorię prodiderunt, ab omni parte præterquam circa Arabicum dorſum Aphricæ mari alluuntur, nam non defuerunt, qui ad hæc uſq; loca eius terrę fines promouerint, Ægyptum totam illi aſcribentes. Ea Arabiç telluris intercapedo, quæ Arabicum mare ab Ægyptiaco, quod internum eſt, diſterminat, tam anguſte patet, ut Cleopatra extremis ſuis rebus traditæ per Iſthmum claſſe ad remotiora Æthiopię fugam ſibi expedire animo agitauerit. Scio ego fuiſſe qui Ægyptum Aphricę adimerent Canobico Nilī oſtio excludentes, tanquā Ægyptus quarta

Amazones in Attica uincuntur.

Cur Geriones triceps.

Chryſaoros Hercules in Creta delectū habet.

Libyā.

Libyæ ambiri.

intra Cumas iacent & Neapolim, genus hominum
ferox nactus. Hos uel quia proceriore essent itatur-
ra, q̄ ceteri mortales, maioreq; corporis mole, ut Ti-
maeus credidit, uel ob scelera & graues iniurias, qui-
bus finitimos accolae premerent, gigantes uertitas
appellauit. Hi quum ad eius accessum prohibendū
prælio instructi occurrissent, una pugna, ceterū per-
difficili, ad unum propemodum delati sunt. A uetu-
tissima Vesunij montis conflagratione, nec ab Ær-
nea multum dissimili, campos quibus pugnatū est,
Phlegræos nominatos autores sunt quidam. Extri-
erunt ueteris incendij uestigia multa & indubita-
ta, mons inde est amenissime cultus, præter cacu-
men, in quo sterilis erat planities, & cineres in pro-
spectu habens. Cauernosa interim antra, saxisq; ue-
lut incendio exesis. Color ad id talis, ut haud dubie
appareret uerticem montis, ut Ætnam olim arsisse,
mox deficiente materia restitutum. Cæterum Titi
principatu, fuit is Vespasianus ut pater cognomi-
natus, subito incendio idem iugum cum terra finiti-
morum clade in ignem abiit. Sunt qui Neruæ prin-
cipatu id accidisse memorent, & in his Cæsarientis
Eusebius. Post Phlegræam pugnam, Hercules inter
Misenum & Puteolos aggerem mille passuum pe-
lago opposuit, in Auernum restagnanti, qua Hiberi
cas præ se egit boues. Id opus Octauius Cæsar mul-
tas post ætates fluctibus pene exesum instaurauit,
uiginti milibus seruorum manumisis, remo desti-
natis, operi hyberno tempore admotis. Sunt qui A-
grippæ eam instauracionem ascribant. Obiectu mo-
lis tutius est iam inde, commodiusq; Lucrinus ena-
uigatus. Hunc Auerni stagnum excipit modico o-
stio. Est id undiq; arduo supercilio septum quinque
stadiorum ambitu. Huius aquam, et̄ alioqui perspi-
cuam, cœruleâ tamen efficit uadi profunditas. Com-
modissimus sit portus, nisi Lucrinus qui ostio præ-
tenditur commodius id præster. Ad hæc loca Vly-
sem nauigasse pleriq; existimant magicis sacris ope-
raturum, ubi defunctorum uaticinia, inferosq; euo-
cari solitos fama est, idq; eouq; uertitas credidit, ut
ex proximo fonte, qui situualibus scatens aquis in
mare decurrit, tanquam stygia pœnaliqu; unda uul-
go abstinerent. Crediti sunt à quibusdam Cim-
merij his locis subterraneos specus habitasse, commer-
ciaq; inter eos profundissimis cauernis inter se per-
uisi fuisse, aduenas oraculorum causa eo appulso
loco abditissimo excipere solitos, uictum que genti
ex metallorum effossione, mercedeq; diuinationū
quæsitum. Propriumq; adhæc ipsius gentis, occult-
ta latrocinia exercere, neq; solem unquam aspicere,
noctu extra telluris hiatus egredi. Hæc Homerus et
Ephorus uicino his loco natus prodidit, et̄ scripto-
rum admodum pauci his assentiuntur. Iam uero il-
lud omnino fabulosum, quod in Regino agro Her-
culi Campania & Lucanis digresso accidisse memo-
rant circa Alecem fluuium, qui Reginum à Locrésis
agrum determinat. Ferunt illum uia fessum, ac som-
no deditum, cicadis obstrepuisse quietem interpel-
lantibus, atq; ob id factum ut iam inde toto tractu
id insectum uolucres perpetuo obmutuerit. Sed lo-
corum situs in causa esse creditur, quod altera parte
fluminis quæ ad Reginum agrū attinet, mutæ sint
cicadæ, aduersa, quæ Locrensiū, canoræ, quoniam
latus hoc sit apicum, illud umbrosū & rosidum,
ob idq; madidis cicadarum alis, nulla earum motu
uox stridula sequatur. Ex extrema Italiæ ora Hercu-
les in Siciliam transfretauit, omniq; ora à Peloro ad
Erycen peragrata, à Veneris & Butæ filio, qui tum in
his regnabat locis nomen monti inditum, autores
sunt quidam. Ab hoc Eryce ad pugnam Hercules con-
ditione prouocatus, ut uictus Hibericum armentū
regi relinqueret, uictor regno uicti hospitis potire-
tur, cæstibus ferro cem alioqui iuuenem, crudoq; cer-
tamini alluctum prostrauit. Sunt qui palæstra eum

Phlegræi cam-
pi.
Vesunij incen-
dium.

Lucrinus.
Auernus.

Cimmerij.

Eryx ab Her-
cule superatur

A superatum tradant. Hercules libera regione accolis
concessa, ad Ætnam processit, hic quum ea accepit-
set, quæ de Proserpina rapta locorum indigenæ præ-
dicabant, rem ibi diuinam fecisse traditur. Per medi-
terraneam de loca boues præ se agens Sicanos, qui
hostiliter illi obuiam processere, eorum ducibus cæ-
sis fudit, fugauitq;. Fuerit Sicani Hispanum genus
hominum, qui quum Latium tenerent, inde à Ligu-
ribus pulsi, in Siciliam traiecerunt, insulamq; huma-
no cultui aptam sortiti, Sicaniam à suo nomine di-
xerunt, quum prius Trinacria, à triquetra figura, in-
de Trinacris dicta esset. Exit insula in treis uelut an-
gulos, sed promontoria uerius dicuntur. Horum u-
num, quod septentrionem spectat, Pelorum uocât,
Pachinum alterum ad brumalem ortū obuersum.
Tertium Lilybæum austro obnoxium. Post Sicanos
Siculi terram tenuerunt, à quibus est Sicilia nuncu-
pata. Fuerunt hi quoq; Italiæ incolæ (ut Dionysius
existimat) qui quum ab Oenotris primo, mox Abo-
riginibus & Pelasgis, ex Latio & ea Italiæ parte, que
postea magna est Græcia dicta, pellerentur, cum cō-
iugibus & liberis, ratibus ad tempus constructis in
Siciliam transfretarunt. Nec me præterit fuisse, qui
Sicanos Siculi regis ductu ex Hispania profectos
crediderint, atq; eo duce (quod & Maro significare
uidetur) in Latio confedisse, mox inde Oenotrorū
& Aboriginum iniuria pullos, insulam de qua nunc
habetur sermo, occupasse, eamque à regis nomine
Siciliam, à se uero Sicaniam nominasse. Fuit tum in-
sula magna ex parte inculta, quum in eam Siculi ue-
nerunt. Ab his tota ora, quæ ad occidentem solem
uergit frequentari primū cœpta est. Ellanicus Les-
bius bis classe ex Italia in eam insulam migratū tra-
didit, primo ab Elymis, qui ex Oenotrorum gente
fuerint profecti, mox ab Ausonibus lapides fugien-
tibus, & à Siculo rege, cuius ductu in insulam uene-
rant, & ipsi, & terra quam tenuerunt, sint postea no-
men adepti. Philistis octoginta annos ante Troia-
num bellum scripsit eo transfretatum, sed neque à
Siculis Ausonibus ue, aut Elymis, sed à Ligurū gen-
te, cuius dux Siculus fuerit, Itali filius, pullosq; Li-
gures memorant patrio solo ab umbris, uel (ut Thu-
cydides ait) ab Olcis. Idem autor est pluribus an-
nis id fieri contigisse post Troianum bellum. Ex qua
scriptorum uariatione parum liquet, unde sit nomē
insulæ datum. Sed ut ea res in obscuro est, ita ex
ijs quæ illi scribunt, perspicue intelligi potest, Sica-
nos diuersam à Siculis gentē fuisse, ut Italiæ hi fue-
rint cultores, Hispaniæ illi. Excollerunt inde in-
sulam, lingua, moribus, ædificijs Græci Dores, qui
precedente tempore, eam magna ex parte tene-
runt. Phalaris Astipalensis primus in Siculos ty-
rannidem exercuit. Secuti longo temporis inter-
uallo duo Dionysij, & mox Pyrrhus rex. Quanquā
is breui tempore sit rerum in ea insula potitus, quā
quum relinqueret, aperte inter suos testatus di-
citur, non ignorare se qualem Romanis & Cartha-
ginensibus relinqueret palæstram. Quod haud
multo post tempore est exitu probatum, ut duo
potentissimi populi plures annos de ipsius insulæ
possessione, pene ad internicionem inter se certa-
runt, multis interim cladibus citro ultroque illa-
tis & acceptis, donec insula magna ex parte Roma-
nis celsit. Reliquum quod ad Syracularum regnū
attinebat, Hiero sub id tempus tenuit, homo po-
puli Romani amicissimus. Nouissimus omnium
Hieronymus Hieronis nepos Syracusano est regno
potitus. Is in Leontinis paucorum coniuratione
oppressus. Tota inde insula Syraculis capis me-
dio secundi belli Punici ardore sub Romani im-
perij umbra quieuit. Quanta uetus Syracusanorū
fuerit potentia, uel ex eo potest intelligi, quod
cum Carthaginiensibus multa secundæ præliæ fe-
cere, nonnunquā etiam de insulæ possessione uario
inter

Sicani ab He-
cule uincunt.

Siciliæ forma.

Variæ de Sica-
lis & Siculis
opinio.

Varij Sicilia
status.

Siciliæ uberi-
tas.

Siciliæ situs et
ambitus.

Ætnæ natura.

Empedoclis
sermo.

Scylla & Cha-
rybdis.
Lacinius latro

Vnde astrolo-
giam sit Her-
cules adeptus.

inter utrosq; sit euentu bellatum. Imensus ad hæc
Atheniensium exercitus circa Syracusas delatus est.
Vbertas insulæ nihilo Italica inferior, frumento au-
tem croco & melle præstantior. Enim uero populi
Romani horreum Sicilia est olim dicta. Pecora, pel-
les, lana, aliæq; diuitiæ affatim, ut Italiæ, cui agnata
fuit olim, cæterum terræ motu auulsa (ut uetus est
opinio) Tyrrheno hinc pelago, inde Ionio admisis,
in sula facta est. Ad ortum Ionio Siculoq; alluitur pe-
lago. Ab Austro & Hiberno occasu Libyco, reliqua
sui parte Tyrrheno. Circuitum Possidonius quatuor
miliū stadiorum, & quadringenum prodidit.
Ex Romanis scriptoribus Agrippa aliquanto mino-
re ambitu opinatus est. Montium in ea eminentissi-
mus (ut Polybius scribit) Ætna, de cuius infensa na-
tura uulgo nora sunt, quæ à ueteribus sunt memo-
riæ prodita, euomere illius uerticem flammarū glo-
bos, & quod omnium maxime mirum sit materia
indeficiente, quæ tot seculis par incendio fuerit. Ni-
ualis alioqui crateris ora hybernis mensibus, ege-
stusq; niuibos & pruinis obtegitur cinis. Variatur
loci facies, nunc in imum igni collabente, nunc scis-
sa emicante flamma. Igniti interdū fluunt riuī, nunc
flamma fumo & caligine obductæ, nonnunquam
ardentis eructat lapides. Reperti sunt qui explo-
randæ rei causa summum iugum conscendere sint
ausi, hiq; uelut parentem inibi aream stadiorum cir-
citer xx. ambitu se uidisse testati sunt, cineroso quo-
dam in muri specie supercilio inclulam, media pla-
nitie nebulosum uideri tumultum. Nec defuerunt,
qui crateris labrum transgressi, per ipsam areâ pau-
lulum processerint, cæterum altioris cineris feruore
trepide retro flexerint uestigia. Scio famam tenuif-
se Agrigentinum Empedoclem miraculi causam ex-
ploraturum his locis perisse, altero ex ferreis calce-
is, quos in hunc usum sibi induxerat, haud longius
à crateris supercilio reperito. Nec minor ipsius insu-
læ aquarum quàm ignium miracula, qualia circa Pe-
lorum uisuntur, nunc in abruptum barathrum abe-
unte freto, nunc cum imperiū & collisurum fluctu-
um fragore supina facie resiliente mari, quæ uiolen-
ta alternatio materiam præbit ueteribus poëtis,
ea quæ de Scylla & Charybdi sunt in fabulis tradi-
ta ementiendi. Ex his terris, perq; has maris angus-
tias Hercules in Italiam reuersus, Lacinium, à quo
postea promontorio Cironi propinquo inditum
est nomē, interfecit. Causa cadis inde orta est, quod
ille ex hibericis bobus aliquot furto abegisset. Nec
ita multo post Hercules in Græciam abiit. Subijci-
unt his, qui res ab eo gestas scribere, Cerberum ex
inferis abductum, Theseumq; reuocatum ad supe-
ros. Postremo Hesperidum poma ad Euristheū de-
lata, quorum ut uerius potuit in rebos Libycis men-
tio facta est. Vnum quod ad eam attinet expeditio-
nem, hoc demum loco retulisse, nihil est ab historia
alienum, Herculem ob filias Atlantæ restitutas, astro-
rum scientiam ab eo præmium tulisse, cui rei qtoni
am intentius deinceps operam dedisset, Cælum hu-
meris sustinuisse à poëtis traditur. Nunc quando
ita contigit, ut nuper de Theseo mentionem fece-
rimus, ne multum præpostere, quæ de eo sunt me-
moriam proditæ, dicantur: Hercules operibus, quo-
rum fuit ille æmulus eo pene ordine, quo facta ui-
deri possunt, ipsius gesta interijciam. Fuerunt hi in-
ter se pene æquales, ut ex duabus patrelibus nati.
Mater Hercules Alcmena ex Lyfidice orta est, Æthra
ex Pitheo, quæ Theseum peperit. Pitheum, & Lyfi-
cidē Pelops & Hippodamia genuere. Fama est Æ-
geum qui ab Erietheo adoptatus Atheniensij prin-
cipis fuit, quum forte Delphis ab oraculo reuertere-
tur, apud Pitheum, qui magnam Troezeniorum ur-
bem incolebat, in hospitio fuisse, ab eoq; impulsū,
ut cum Æthra filia coiret, quo consilio incertum. Sa-
tis constat contra oraculi iussu Ægeum cum Æthra

coiuisse, quo monitus fuerat, ne prius cū aliqua con-
grederetur, quàm Athenas uenisset. Cæterū Æthra
grauida ex eo facta, profecturus inde Ægeus ensem
& calceos sub cauo lapide reliquit, puellæq; man-
dasse fertur, ut si uirilis stirpis infans nasceretur, ubi
per ætatem adoleuisset, Athenas ad se cum paternis
exuijs mitteret, atq; ira factum, ut puer ex ea nar-
q; ob eiusmodi depositionem Thesei sit nomen forti-
tus. Is iam ætate adultus gestorum Herculis fama
accensus, quia per id tempus, quo ille apud Ompha-
len in Syria fuit, multa uelut monstra hominum in
terra Græcia inualuerant, et̄ uiridi adhuc ætate, eā
tamen mortalium iniuriam, uindicare est adortus.
Corynetam itaq; hominum ferum latrocinioq; in-
obuios grassantem, cui ab usu clauæ fuerat nomen
inditum, circa Epidaurum sibi obuium primo con-
gressu Theseus obrucat. Huius inde exuijs instru-
ctus Sinidem (fuerat is quoq; multis perniciosus)
ad Isthmum peremit: ex cuius filia postmodū com-
pressa Menalippū ruit. Plutarchus autor est: Crom-
moniam suam Phæam nomine, monstrū haud con-
temptibile, ab eo occisam: de qua sit integrum cuiq;
credere ut uolet. Ego ijs libentius accedo, qui Phæa
capitalem fuisse sœminam interpretantur, longeq;
intemperantem, quæ circa Crommionem habitauit
rit: sicq; à uita & moribus Scrofæ cognomē adepra.
Hoc quoq; hominis monstro peropportune subla-
to Scyronem in Megarensi agro ex eminenti petra
præcipitem dedit: à cuius casu Scyronia sunt deinceps
saxa nuncupata. Propius est hoc uero: quàm, q̄
aiunt, ui mortales coactos sibi pedes abluere inopi-
nato calcis ictu in subiectū mare deturbare solitum.
Megarenses multum diuq; huic famæ obstutisse di-
cunt, Scyronē neq; latronē fuisse memorantes: neq;
cuiquā iniuriū, sed iustitiæ & æquitatis amanti sim-
mū: cuius filia Endeis Æaco nupierit: ex qua Thela
mon & Peleus sint postea geniti. Negabat præterea
hūc ipsum à Theseo, quum primum Athenas profe-
ctus est, preempra: sed quū ille Eleusim à Megarēsi-
bus recepit: quibus locis Cercyonē Arcadem palæ-
stra superauerit, ac superatū extinxerit. Mox in Her-
miona ultra Eleusinē Proculstē eodē genere mor-
tis sustulit, quo ipse plurimos affecerat. Secum dum
hæc quæ diximus, ad Cæphissum amnē progressus,
à Pytalidarum gente expiatus, Athenas est ingres-
sus, ubi quū publica omnia, & priuate grauitur tur-
bata offendisset, Medea sub primū accessum domū
atq; urbe expulsi: cuius fraude nondum agnitus pe-
ne perijt. Persuaserat illa Ægeo, quem muliebribus
illecebris rotū sibi deuixerat: ut nouum hospitem,
tanq̄ ab eo capitales insidiæ imminerent, uenen o-
tolleret. Eratq; iā exitiali mensæ admotus Theseus:
quum paterno cultro per speciem ministerij exerto
Ægeus iam grandis natu sensit filium adeste, quo a-
gnito, confestim Ægei iussu uenenum est e mensa
sublatum, filiumq; senex complexus cōcione aduo-
cata, eum in ciuium cōspectū dedit. Medea Theseū
pertimescens Ægei opera & auxilio in Syriā nauiga-
uit. Id similius uero est, q̄ quod alio loco diximus:
ante Thesei aduentum eam Athenis excelsisse: præ-
fertim quum ad id tempus nihil tale de eo merita
esset: cur illius accessum plus æquo formidare de-
buisse. Theseus patri successor constitutus, iniuriam
in ciuilem discordiam incidit. Erat tum Athenis Pal-
lantidarū familia illustis: quæ ab initio ægre tulle-
rat ad Ægeū, quem Erietheus sibi adoptauerat: rei
Atticæ summā deuolutam. Cæterum futurū rati, ut
post illius obitum: quoniam sine liberis esset (nulla e-
nim ad id tēpus de Theseo fama erat) ciuiū princi-
patu ad se sponte deuolueret: sine aliquo maiore
metu eum passi fuerant ad id tempus regnare. Ve-
rum ubi spe successuionis, quamdiu aluerat, sensere
se priuatū iri, ad res nouas consurgūt, Theseoq; un-
de maior metus imminebat, capitales instrunt infi-
dias.

Ægeus cū Æ-
thra coit.

Theseus.
Vnde prima
Thesei gesta.

Corynetæ.

Sinis.

Phæa.

Scyron.
Scyronia saxa

Pelei mater.

diat. Tum vero eorū quæ parabatur indicio ad The-
seum delato, subito concursu hostiū consilia discuf-
fit, fractisq; Pallantidarum opibus, materiam na-
populo gratificandi ad Marathonium Taurum op-
primendū, qui Tetrapolitanis magna intulerat de-
strimenta, est profectus. Eum captum perq; medias
Athenas ante oculos civium traductum, Delphico
Apollini immolavit. Vix ego ausus essem hæc, quæ
de Tauro traduntur pro veris referre, nisi Plutarch⁹
scriptor alioqui grauiſſimus, expeditionis huius ef-
fet autor. Nec enim apparet quæ tanta in Taurū fe-
ritas cadere potuerit, ut finitimis esset populis plus
æquo formidabilis, adeo ut propius sit uero crede-
re, uirum aliquem eo fuisse nomine, qui circa Mara-
thonem uicinos accolat infestaret. Sed hæc lectori-
bus ex suo cuiq; ingenio relinquo æstimanda. Cer-
tior fama est ac multo uero propior, sub id tempus,
quo hæc sunt ad Marathonē gesta, legatos ex Creta
insula à Minoë uenisse ad tributum ab Atheniensibus
exigendum. Fuit Minos (ut Diodorus scribit)
Iouis nepos, primi Minois filius, qui ex Europa & Io
ue ut Rhadamanthus & Sarpedon procreatus est,
atq; ab Asterio Cretensium rege, cui Europa postea
matrimonio celsit, cum fratribus adoptatus, in re-
gniq; successionem ascitus. Is rerum deinceps poti-
tus, Itonem Licij filiam uxorem duxit, ex qua mox
Licastus est illi ortus. Inde Corybanti filia Ida nomi-
ne in cōiugem ducta, secundum Minoë procreauit,
qui Græcorum primus, structa classe, maris est impe-
rio potitus. Is Pasiphaën uxore habuit, ex qua Deu-
calione, Crateum, Androgeum, & Ariadnen tulit.
Nec mihi excidit, quid de Europa alij scripserint: &
in his Herodotus, cuius est opinio alio à nobis loco
relata. Sed quibuscunq; primus ille Minos est paren-
tibus natus, inualuit opinio Androgeum eius nepo-
rem dolo in Attica extinctum: quapropter Minos
iunior qui Androgeum genuit, Athenienses graui
bello petierit. Hi magnas primo clades experti, qua
les scilicet res bellicæ ijs afferre solent, qui hostium
sunt iniuriæ obnoxij: sed multo adhuc maiores ira
numinis perpeſi. Iam enim agrorū sterilitas, & gra-
uis pestilentia Atticam terram uastauerat. Oraculo
moniti Athenienses placandum Minoem esse, cadu-
ceatoribus in Cretam missis, ab eo pacem his condi-
tionibus impetrarunt: ut nono quoq; anno tributi
nomine septem pueros Iouis discipulum fecisset, neq;
uirgines in Cretam mitterent. Euripides & ceteri poë-
tæ pueros in insulam delatos à Minotauro laniari
solitos scribunt. Plutarchus id à Cretensibus negari
prodidit, fuisse affirmantibus Labyrinthum carce-
re, qui nihil aliud habuerit incomodi, quam quod in
eo inclusi, ob multas loci ambages eſſugere non
posſent. Nec Creta solum id ædificij habuit (ut He-
rodotus, & apud nos Plinius scribunt) sed & in Æ-
gypto tale fuit opus apud Heracleopolim, quod om-
nium uetustissimum diceretur, quibusdam opus
ipsum ad Petefucum regem siue Tithoë referenti-
bus: alijs in quibus est Herodotus plurium regum,
non unius id opus esse arbitrantibus: quorū nouis-
simus Plameticus aliquid sit circa illud operatus.
Demoteles regiam Motherudis fuisse tradidit. Ly-
cias Meridis sepulchrum, plures id in honorē Solis
extructum credidere. Ex Ægyptiaco illo Dædalus
exemplar sumpsisse uideri potest, qui Labyrinthū
hunc, de quo loquimur, in Creta fabricatus est: sed
(ut Plinius tradidit) centesima duntaxat illius par-
tem imitatus. Tota fere loci ratio itinerū ambages,
occurſusq; ac recurſus habuit, non ut in pauimentis,
puerorum ue ludicris campeſtribus uideamus, bre-
uialacinia milia aliquot passū interdum habere ob-
multiplices recurſus: sed crebris foribus inditis ad
fallendos occurſus, redeundūq; in errores eoidē.
Fuit & in Lemno insula tertius Labyrinthus. Om-
nium tamen recentissimus fuit in Italia à Porfena

Pallantide A-
thenis cijum=
tur.

Taurus Mara-
thonius.

Duo Minoes.

Minos Atticā
bello petiit.

Qui Labyrinthum
in Creta.

Ubi Labyrinthum
ubi.

Clusini Laby-
rinthi descri-
ptio.

A rege Hetruriæ iuxta Clusium cōstructus: in cuius ap-
paratu explicandō Plinius Varronē secutus, longi-
us immoratur. Ex illorū uerbis satis intelligi potest,
fuisse id opus ex quadrato lapide, singula latera pe-
dum lata tricentū, alta quinquagenū: inq; basi qua-
drata intus Labyrinthū inextricabilē, quo si quis si-
ne lini glomere adiret, exitum inuenire non posset.
Supra pyramides quinq; in singulis angulis singu-
las, atq; in medio unā centenum pedū ac quinquage-
num, ita fastigiatas, ut in summo orbis æneus ef-
set, & pegasus unus impositus: ex quib⁹ catenis ex-
cepta penderent tintinabula, quæ uento agitata
peracutos sonitus cierent. Super ipsum orbem qua-
tuor alias pyramides fuisse impositas, centenum pe-
dum singulas, & in his pyramides adhuc aliam, cu-
ius celsitudinē, ut rem parum credibilem, Marcus
Varro referre non sit ausus. Et huiusmodi insanē o-
perum structuræ regnum fuere, quorum uita in o-
tentatione sita est. Cæterum aliorum alia. Cretense
autem illud eius ne Minois fuerit qui Iouis fuit fi-
lius, an alterius ex quo Androgeus est natus, haud
pro certo posuerim. Inclinat tamen animus, ut iuni-
oris fuisse credā, quo tempore Dædalus multa cele-
britate claruit. Is igitur in Androgei filij memoriam
Gymnicum instituit certamen, puerosq; ab Atheni-
ensibus acceptos præmia uictoribus proposuit, qui
tantisper dum ludi spectarentur, in Labyrintho as-
seruari consueuerunt. Vicerat priore agone uir im-
piger quidam (Tauro illi nomen fuisse aiunt) qui ob
militaria decora, multa apud Minoë gratia polle-
ret. Rumor erat ob formæ præstantiam Pasiphaën illius
consuetudine teneri. Multa in Atticos pueros, quos
primo agone præmij loco fuerat adeptus, per de-
cus & contumeliam, perpetrare dicitur. Aristoteles
in Bottiæis rebus explicandis autor est, pueros ex
Attica in Cretam missos, qui inter seruicia haberen-
tur, factum esse, ut quum Cretenses uetustioris uoti
damnati hominum primitias Delphos mitterent,
Athenienses Cretensium filijs permixtos unā inde
emigrasse, primoq; Iapigiam in Italia tenuisse, mox
hinc profectos in Thraciam confedisse, Bottiæosq;
nuncupatos, argumentoq; rei ita gesta fuisse, quod
uirgines Atticæ sacro quodam perpetrato canere so-
litæ essent, eamus Athenas. Nec Hesiodus Minoem,
si tam sæuus extitisset, regno dignissimum iudica-
set, nec Homerus Iouis discipulum fecisset, neq; ne-
cessarium. Quibus testimonijs apparet, fabulosa ef-
se quæ de puerorum laniatu ceteri poëtae prodide-
runt. Quum igitur tertij tributi instaret tempus, ue-
nissentq; ut diximus, ad hoc ipsum legati Athenas,
tum aliquanto maior in Ægæum inuidia à ciuibus
orta est. Exaudin uoces querentium indignantiūq;
nefarium uideri Ægæum, qui malorum omnium
origo fuisset, Athenis regnare, nec ipsum solum,
sed & peregrinum hominem in successionem re-
gni inductum, se uero liberis, quibus nihil soleat ef-
se mortalibus charius, per contemptum & ignomi-
niam priuari, quæ dictū nefanda Athenienses mini-
me fuissent laruri, si suæ originis, si Cecropis, si alio-
rum fortissimorū regum, qui in ea urbe ante illum
regnassent, memores aliquo modo essent. Huiusmo-
di quærelæ ad Ægæum delatæ Theſeum perpule-
runt; ut extra sortem se Minoi dandum obtulerit.
Fuit ea animi elatio ceteris admirationi, extollereq;
uno ore omnes illius fortitudinem, populareq; in-
genium. Contra Ægæus orare filium, obtestariq; ne
ultra se periculo offerret, satis habituros ciues, si e-
ius nomen in sortem delectum uiderint, filiumque
Ægei, qui ciuitatis sit princeps in ordinem redactū.
Pateretur suum nomen in sortem uenire, ut si per-
eundum fuerit, omuem orbitatis suæ inuidiam in
fortunā rejiceret. Neq; patria maieſtas, neq; preces,
lachrymæ ue ullæ iuuenem fletere potuerūt, quin
publicæ charitati, potius quam priuatæ satisfactum
uellet.

Minois secun-
di gestum.

Bottiæi.

Theſeus uolens
deditur Cre-
tensibus.

uellet. Alij itaq; cum eo sorte dati sunt. Hellenicus
Minoem solitum scripsit per se quos uellet deligere,
Theſeumque nominatim sibi dari postulasse. Tum
Theſeus priusquam nauim conscenderet, patrem
horatus dicitur, ne uitam & salutem suam pro de-
plorata haberet, quin certam spem aleret, futurum,
ut aut ingenio, aut ui corporis omnem periculi ma-
gnitudinem exuperaret, demeretq; eam sibi suisq;
ciuibus insignem contumeliam. His ille confirma-
tus, & in spem aliquam futuri successus erectus, quū
in luctus & meroris argumentum nigra uela nauis
ab initio dedisset, quibus in Cretam cum filio na-
uigarēt, subiecit & album, quo si fortuna aliqua me-
liore usus esset Theſeus, in Atticam nauigarēt. Si-
monides poëta id puniceum fuisse tradidit. Theſe-
us, & ij qui cum eo sorte dati sunt tacita quadam ci-
uitatis spe fore, ut unius uirtute nō solum qui cum
eo irent, sed qui in insulam iam antea missi fuerant,
parentibus incolumes restituerentur, nauim cōscen-
dunt. Armafadas Phereclus fuit eius rector (ut Si-
monides memoriat prodidit) Atheniensibus non-
dum mare tractantibus. Philochorus Nauitheim
quendam Salaminiū dixit. Fama est Theſeū Del-
phis prius sacrificasse, ibique oraculo edoctum Ve-
neris auxilio omnia prospere euentura, ea circa lit-
tus propitiata in altum abiit. Hic satis uulgata sunt,
quæ de Labyrintho & Minotauro cæde ueteres poë-
tæ fabulantur. Philochorus multo ueriora secutus
Taurum prodidit uirum fuisse ualido corpore, mul-
taque ferocia, & in certaminibus uincere assuetum,
qui quum morum insolentia, tum credito cum Pa-
siphaë adulterio, multa apud regem insulanorū; fla-
grabat inuidia. Neque in eo qui instabat agone erat
qui cum Tauro congredi auderet: desiderabatur id-
circo aliquis qui hominem in medio stantem, inso-
lenterq; uicinis parem sibi dari quærentem, ex uicto-
riæ possessione deturbaret. Petenti itaque Theſeo
certamen, facile est concessum, ut in stadium de-
scenderet. Ad nouum hunc peregrini hominis con-
gressum, magnus animorum motus est secutus. Fa-
uere plurimi huic, quem nuper oderant, & quæ præ-
mium certaminis propositum uiderant, eundē hūc
ex inuidioso homine præmium ferre maluissent.
Atque ita sanè accidit, ut Tauro ceramine supera-
to, facile sit ex alijs uictoria secuta. Hic Ariadna, quæ
patrio more intererat spectaculo, Theſeum stantem
conspicata, uirtute simul formaque corporis capta,
totum hominem tacitis perlustrat oculis, optatque
uni nubere. Et iam tota in unum uersa erat regia pu-
ella, quum Minos tali uictoria gauisus, ut maiore ad
huc ignominia Taurum notaret, ultro obſides The-
seo restituit, tributumque Atheniensibus in perpetuum
remisit. Clidemus Dædali ex Creta effugium nauigatio-
nis causam Theſeo in insulam præbuisse scripsit,
quem Minos secutus quum in Siciliam di-
uertisset, ibi sit morbo consumptus. Quidam Dæda-
lum non Athenas, sed in Siciliam naui delatum pro-
diderunt. Alij in Italia, atq; in Phlegræis campis cir-
ca Cumas confedisse. Sed qui Athenas uenisse aiunt,
ita rem dixerunt, ut dicant à Deucalione Minois fi-
lio Dædalum ad supplicium minaci denunciatione
requisitum, qui si non dederetur, fore ut pueros qui
in Creta dixerunt, pater interficeret, ac tum Theſeum
ab Atheniensibus impetrasse, ut classe quā occultis-
sime instructa liceret sibi, Dædali dedendi præte-
xtu in Cretam nauigare, atque ubi eō uentum sit,
Theſeum Gnosum repente adortum tumultuario
prælio ante Labyrinthi fores contracto Deucalio-
nem interfecisse, Ariadnamque domestica clade cō-
sternatam, federe cum Theſeo inito, pueros ultro
restituisse, remissoq; in perpetuum tributo, cum A-
theniensibus amicitiam & fœdus iunxisse. Nec de
ipsis postea casu certa aliqua memoria prodita cre-
diderunt. Ego haud grauare illorum opinioni acce-

Theſeus ex At-
tica profici-
ſcitur.

Taurus Cre-
tensis.

Taurus à The-
seo profertur.

Dædali fuga.

do, qui Ariadnam Theſei amore captam, ex insula
cum eo nauigasse affirmant, nec Dædalum eius con-
silij fuisse expertem, quem, quoniam Atheniensis
esset, suorum popularium rebus innixus fauisse cre-
dere par esse, nec præter hanc unam ulla maior alia
proditor causa, ab ijs quos sequor, cur Minos cui il-
le fuerat gratissimus, ad supplicium hominem per
tam longa maria requisierit. Sunt tamen qui ob
adulterium Pasiphaë conciliatum, regi inuisum fu-
isse autement, sed siue hæc siue illa, quod magis cre-
do, causa fuit, constans fama est Dædalum primō
in Siciliam nauigasse, nauigio furtim illi à regina da-
to, ac tum Minoem eum persecutum ad Cocalum
regem delatum, à quo hospitaliter acceptus, in Dæ-
dali gratiam, qui ob excellens ingenium in magna
apud regem & Siculos erat admiratione, thersa-
rum sit uapore necatus. Corpus inde Cretensibus
redditum, subitæ mortis prætextus fuit, quod dum
forte lauaretur impudenter in feruidam aquam la-
plus, repente exanimatus esset. Multa Dædali mo-
numenta circa Cocali regnum & reliquam Siciliam
ad posteros mansere, quibus haud dubium faciūt,
nihil fabulosum esse, quod de illius in eam insulam
accessu quidam tradidere. Sed ut cunq; hæc se ha-
bent, Ariadna Theſeum secuta, ab eo, ut plures tra-
dunt, in Naxo insula relicta est, quum Æglen quan-
dam amare cœpisset, ut Hesiodi carmē demonstrat.
Hunc, ait ille, insanus amor, domuit Panortheidos
Æglæ. Ex eius enim poëſi id carmen Pisistratum
sumpsisse creditur Megarensis Nereus. Qui eam in
Naxo relictam scribunt, nupsisse aiunt Ariadnam
Onaro, qui sacerdos fuit Bacchi, unde uideri pos-
sunt poëtae fabulandi materiam sumpsisse, qui eam
à Baccho raptam, cœloque illatam prodidere. Naxi
scriptores duas fuisse Ariadnas tradidisse dicuntur,
quarum hæc Baccho Naxio nupsit, unde Staphy-
lus sit ortus. Theſeo altera iunior, cuius sepulchrū
in eadem insula uideretur, ubi à Theſeo relicta esset,
cui honores annui redderentur, luctu & mæro-
re pleni, contra maiori illi quæ Baccho iuncta est,
sacra per luxum & lætitiā fierent, manifesto ar-
gumento eorum, quæ de duabus Ariadnis Naxij
perſualum habuissent. Ion Chius ex Ariadna &
Theſeo Oenopionem & Staphylum genitos opi-
natus est, quo apparet Ariadnam Theſei con-
nubio non temere excessisse. Peon Amathusius & i-
pse propria quædam, & omnino ab alijs diuerſa
de Ariadnes exitu, literarum monumentis tradi-
dit. Theſeum ui tempeſtatis in Cyprum insulam
delatum, ibique Ariadnam gratidam, & aduerſa
ualetudine & maritima iactatione affectam, ab eo
relictam, quæ haud multo post Theſei digressum,
soluta partu uita decesserit. Fuisse apud Amathu-
sios locum, in quo Ariadnes sepulchrum monstra-
retur. Sed quoquo modo illa perijt, siquidem in
tanta scriptorum uarietate nihil temere ausim pro
certo ponere, inter plures tamen, ut uideo, constat
Theſeum & qui cum eo in Cretam profecti sunt,
incolumis Athenas uenisse, sed nimia (ut sit) læti-
tia occupatos, Ægæi mandata non obtinuisse, quo
cum ex alto eidem uelis quibus inde soluerant in
terram, cursum tenuissent, amissi ducis speciem præ-
buere, atq; ita accidisse, ut senex de filij salute sollici-
tus, procul nigra conspicatus uela, actum de eius ui-
ta arbitratu ex eminenti specula, in subiectos pe-
lagi fluctus seſe præcipitem dederit. Sunt qui no-
men ab eiusmodi casu mari deinceps datum existi-
ment. Sed ueriora mihi tradere uidentur, qui scopu-
lum esse aiunt circa Tenum & Chium, cuius forma
procul nauigantibus caprinam præ se ferat speciem,
unde circumiecto sit pelago nomen datum. Dome-
sticus Theſei luctus effecit, quo minus publica læti-
tia sentiretur, multis tamen gratulationibus mag-
naq; uirtutis admiratione ab omnibus est ciuib⁹ acce-
ptus

Dædali in Siciliam accessus.

Oenopio & Staphylus.

Ariadna mors.

Ægæi interitus.
Ægæi mare.

peus. Primum igitur quam magnificentissime potuit, patrem funeravit. Apollini dein munera que in Cretam nauigaturus uoluerat, Delphos misit. Multa præterea uictorię illius argumenta per ludos & solennia quædam sacrorum sunt diu postea Athenis representata. Nauis qua ille est in Cretam delatus, eademque incolum Athenas redijt, quæ triginta remorum fuisse traditur, ad Demetrius usque Phaleræi tēpora, ut gestæ rei monumento esset, publice dicitur asseruata, noua corruptis partibus materia artificū cura & studio assidue subiecta. Theseus ciuitatis ad ministracione post reditum recepta, egregium est pæpæus adortus. Quum ad id tempus Atticæ terræ indigenæ uicacim agerent, domibus temere dissipatis, essetque illis non modo non reipublicæ, sed ne ciuitatis quidem forma ulla, quam ipsi locorum accole præter regem nosset, unius tamen imperio parere assueti, cætera quibus mortales inter se conciliari solent, uulgo aspernati, hanc inconditam turbam ut unis moenibus aliquando inclusam, moribus cæterisque ciuilibus disciplinis commodius instrueret, quid animo ageret Theseus uiciorum primoribus aperit, nec tantum quæ inde commoda expectanda esset demonstrat, sed pollicetur etiam fore, ut quam omnes unum in locum conuenissent, tum regia potestate deposita, sese in ordinem redigeret, redactisque ciuilibus iuris & æquitatis suis ciuibus fieret autor. Perpulit ea res Atticæ terræ principes, ut ex uocatis sedibus Athenas demigrarent, hinc ignobilis multitudo ex uicis agrestes lares certatim transferant, multi libertatis nomen secuti, alij spe nouæ fortunæ impulsu, quidam etiam metu, ne si in agris esse perseverarent, inuiti aliquando cogerentur urbem incolere, atque ita ut peregrini in ciuitate iam in situta forederent. Confirmatus interim Theseus Delphico oraculo, unde carnem allatum significabat fore, ut ea quandoque ciuitas late rerum potiretur. Ut igitur ciuium animi citius coalescerent, commune omnibus prytaneum senatumque constituit, ad hæc Mineræ solenne sacrum adiecit, & unum uelut statum diem in memoriam ciuitatis unum in locum traductæ. Hæc Metæcia, id est, aduentitia, illud Panathenæum dixerunt. Et hæc prima fuit liberæ ciuitatis forma, quam Theseus in Attica constituit. Idque Athenarum urbis imperio quondam claræ, sed doctrinarum studijs præ omnibus, que unquam in terris fuerunt, maxime memorabilis origo traditur, qui nomen illi & caræ ad id tempus contigisset. Est & nummorum usus ab eodem inductus, quos bouis figura percussit. Dubium fuerit, an id argumentum tauis ad Marathonem domiti, an ad Cretensium Athletę nomen, quem Gymnico certamine uicit, uoluerit allatum, an quia id animal sit agrorum cultui in primis utile. Ciuitate in hunc modum constituta, exemplū ut creditur, Hercules secutus, qui Olympici agonis autor fuit, sacrum Neptuno circa Corinthiaci Isthmum certamen instituit. Isthmia à loco nominauit. Quibus in locis haud multum antea idem columnæ statuerat, quæ Ionicæ, quæ eadem fuit & Attica, & Peloponnesi fuit cosinium. Plutarchus in Melicertę honorem eum Agonem institutum arbitratur, qui illud notum ageretur, initiationisque potius quam spe ætali speciem haberet, propius uero esse opinatur, quod alij in Scyronis memoriam institutum crediderunt, à quo Theseus ob arctissimum consanguinitatis uinculum fuerit cæde expiatus. Fuit Scyron, ut ille meminere, Enichoæ sororis Ethræ filius. Non desunt qui Simnis memoriæ id datum existiment. Adeo in re ueritissimum facile uariarum scriptores. His in Attica gestis, Theseum in Pontum cum Hercule ad Amazonas debellandas Diodorus & Trogus nauigasse tradunt, atque Antioquam, uel (ut Clidemo & alijs placet) Hippolytę præmij loco ei datam. Phærecides, Hellanicus, & Herodotus post Hercules ad

Theseus ciuitatem instituit.

Athenæ constituantur.

Nummus percussus à Theseo.

Isthmici iudi.

Scyron.

A Themiscyram Theseum nauigasse ferunt, captiuamque inde Amazonem abduxisse. Que eo mihi uero propiora uidentur, quod ex Hercules comitatu nemo alius est forte Amazonem adeptus. Et quod Amazonas ipsæ haud multo inde tempore interiecto Atheniensibus nominatim bellum intulere. Bion do lo credidit Amazonem à Theseo sublatam, quam cum mulieribus ad se missam, ut nauim conscenderet, sit hortatus. Quod cum puella impudens fecisset, sublati inde armamenti, cum ea in altum nauigasset. Cæterum, ut cunquę res gesta est, Amazonas (quod inter plures conuenit) cum per Cimmerium Bosphorum, qui est ad osium Mæoticis in pontu defluentis, in Europam transgressæ, Scytharum opibus suas prius firmasse traduntur, mox per Thraciam tumultuose in Atticæ terræ fines descendisse. Hellenicus multa & uaria circa Athenas eius expeditionis argumenta ad posteros mansisse tradidit. Theseus igitur (erat enim Hercules per id tempus Libycis rebus occupatus (ut Diodorus significare uidentur) suis fretus uiribus in Amazonas prospere peruenit. Fuit res una magno adiumento ad uictoria, quod illæ seditione in castris orta, aliquanto antea (ut est alio loco significatum, fuerant ab Scytharum auxilijs destituta. Nec Atheniensibus incruenta uictoria obtigit. Antiope, siue Hippolytę potius ea fuit, fortiter pro Theseo & Atheniensibus dimicans, prælio occubuit. Alij Antiope ob linguæ commercium cum Amazonibus finidit belli autorem extitisse aiunt, eiusque arbitrio pacem cum gente compositam, locumque locus Thesei phanum ab isti fœderis ratione Orchomosis iam inde nomen tenuisse, & alterum Amazonium dictum Clidemus tradidit, quod sinistrum ibi Amazoni cornu medio certamine inclinasset. Amazonas post Atticum bellum sese in Scythiam receperunt. Hæc ne igitur fuerint, an ille potius que ad Thermooontem capte, Graijs uictoribus in nauis insidiatæ sunt, seq; in libertate afferuerunt, à quibus Sarmatarum ges (ut est supra significatum) condita est, haud quidem affirmare a usim. Quod ad earum autem in Atticam terram accessum attinet, præter alia quæ circa Athenas rei geste monumenta, quæ multas post ætates perdurarunt in Megarensi agro, Theffalia, & Cherfonefo Thracia qua illæ aut quum bellum intulere, aut pacatis rebus abeuntes passim metatæ sunt, altissima quædã suæ memorię impressere uestigia. Qui Theseida scripsit, Antiope consilio credidit bellum Theseo ob Phædræ superductã ab Amazonibus illatum. Sed maior constantiorque est fama eorum, quæ de ipsius belli ratione supra memorauimus. Plures ad hæc auctores sunt, qui Hippolytum ex Antiope natum asserunt. Pindarus Demophoontem credidit, Amazonemque defuncta, Phædræ puero nouercam superductam infelicissimo utriusque euentu. Enim uero quæ de illorum miserabili casu sunt literarum monumentis edita, cõuenit historiarum scriptoribus cum Tragicis. Fuit Phædra non Minois filia, sed neptis ex Deucalione orta, qui ortus ex Minois filijs fuisse traditur, quæ post Atticam ciuitatem à Theseo conditam, ut quidam scribunt, nupsit. Ego ob ea quæ supra scripsimus aliquanto prius crediderim superductam. Ex qua Athamas & Demophoon sunt procreati. Hippolytum Theseus, quem ex Amazone uulerat, Trezenem miserat nutriendum, qui quum adulescere cõpset, ad mysteria in Atticam profectus, ubi primum in conspectum uenit, cõceptus esse perire à Phædra adamari. Inde cum Theseo ad Pirtheum in Trezenem profecta, Hippolyti concubitu perijt, à quo præter opinionem repulla, irarum plena cum Theseo Athenas reuertitur, hic multa de priuigni audacia & temeritate quefita, se incesti ab eo interpellatam quum Trezenem esset, lanandum obiecit (ferunt & illi Cerberi nomen fuisse) Theseum custodi

Alteri Amzonici belli opinio.

Cur bellum à Amazonibus Atticæ illatum.

Phædra Hippolytum concubuit.

Hippolyti & Phædræ interitus.

Non sine Theseo.

Cõgressus Thesei & Pyrithoi.

Lapitharum bellum.

Cõgressus Hercules & Thesei.

Heleneraptus.

Pyrithoi interitus. Thesei carcer.

per interuentum Hippolyto significari iubet, rescisse patrem, quas, loci opportunitatem nascus, nouercæ insidias tetendisset. Vehebatur tum forte curru Hippolytus, qui mulieris arte, scelusque agnosces, factam apud patrem ab ea fidem ratas, doloris magnitudine turbatus, quum iam minus sibi ac minus constaret, habentemque manibus excidissent, equis subito casu consternatis, distractus interiit. Hippolyti morte Athenas nunciata, Phædra & ipsa sibi mortem fecit. Plutarchus autor est, scripsisse quosdam cum Iasone in Colchidem eum nauigasse, & Meleagro affuisse in Calydonio apro conficiendo, ob idque uetus prouerbium inoluisset, ut non sine Theseo dicere, quum præclarum aliquod facinus uirtute hominum confectum intelligi uellent, plerique etiam eum alterum Hercules appellarent. Argui quoque ab eo aduerti dicuntur in recipiendis eorum corporibus, qui ad Thebas sub Adrasto perierunt. Pyrithos ad hæc qui in Lapithis regnabat, Thesei fama & celebritate impulsus experiri statuit, an is tantus esset, quantum totius Græciæ ad se rumor detulisset. Igitur Thesei boues, quæ in Marathonis saltu custodiebantur, per Iarocinijs speciem abegit. Quæ res trepide Athenas nunciata, Theseum continuo ad iniuriam ulciscendam Marathonem exiit, nec Pyrithos eius declinavit occursum. Hic ambo se uterque alteri sub primum cõgressum intuiti, formæque deinde præstantiam & magnitudinem animi mirati, post mutuum appellationem dextram iungunt, amicitiamque inter se firmant, Pyrithoo cognitionem & iudicium de bouibus per iniuriam abactis ipsi Theseo permittere, cui ille non solum rei æstimationem omnem remisit, sed ad amicitiam tum primum inuitam, perpetuo colendam est hortatus, qua iureiurando sancta, Pyrithoo Theseum in Lapithas multa comitate pertraxit. Hic hospitalibus mæsis cum Centauris adhibitus, factum est, ut illi in multum uini prouecti, Deidamiam Pyrithoi cõiugem, aliasque Lapitharum mulieres perulantius attractare sint ausi, conati que ad stuprum rapere. Id flagitium Lapithis iniquo animo ferentibus, confestim media regia tumultuarium certamen oritur. Pulsi sunt itaque iniuriæ auctores præcipua Thesei opera, ac cum multa cæde diffecti. Nec ita multo post à Lapithis bello petiti proprijs sunt finibus eiccti. Herodotus constat cum Centauris bello, auxilio Theseum superuenisse scribit, ac tum primum Hercules ab eo uisum, fuisseque cõgressum ipsum utriusque honori & uoluptati. Maior omnino fama est Theseum ab eo uinculis liberatum. Quæ autem causa eum in id discrimen adduxerit, hæc traditur. Quod Theseus post amicitiam cum Pyrithoo inuitam, quum iam quinquagenarius esset, Helenam, ut Hellanicus prodidit, ex Sparta uno duxerat Pyrithoo adiutus ad stuprum rapuit. Quidam ab Ida & Lynceo raptã crediderunt, sed apud eum depositam. Plutarchus Spartam ambo uenisse scribit, ibique Helenam chorum, quem Orthiam uocant, in Dianæ templo exercentem intuitos, ut raptã in Atticã asportasse, pactosque inter se esse, ut uter eam sortiretur, is esset alteri auxilio ad nouam coniugem rapto comparandam. Theseus puellam sortitus, quia nondum uiro matura esset, apud Æthra matrem occulte Aphidnis reliquit, peregre inde cum Pyrithoo in Molossos profectus Aidonei regis filiã rapere conati sunt, cui pater Proserpinæ nomen dederat ab eo, credo, quod mater Cereris fuisset nomen sortita. Is ubi Pyrithoo ut rapto rem adesse sensit, cani quem immani statura horrendoque aspectu in regia alebat, lanandum obiecit (ferunt & illi Cerberi nomen fuisse) Theseum custodi

A ri iussit tãtis per, dum de eo aliud statueretur. In hoc erat ille discrimine, Athenis interim Mnestheus Orneii filius, neposque Erichthei populari administracioni in sensus ciuitatis oia noua seditione turbare est adortus. Sed maiores aliquanto bellorum motus à Tyndaridis Helenæ fratibus instare. Hi Atticos fines pacate ingressi ab Atheniensibus primo petunt, ut soror à Theseo raptã sibi dicerent, iam meritas suorum scelum fuisse pœnas. His responsum est, neque puellam Athenis esse, neque Atheniensium quempiã scire quo terrarum fuerit abducta. Tum illi ad iram & ultionem uersi, quum ingentem urbi terrore iniecessent, Academus qui unus omnium eam Aphidnis apud Æthram latere non ignorabat, ne ciuitas maius aliquod adiret discrimen, rem ad Castorem & Pollucem defert, quapropter & uiro illi honores ab Tyndaridis sunt habiti, & longo deinceps tempore quoties Lacedæmonij Atticos fines hostiliter inuadere, ab Academia ob unius memoriam omnium belli abstinerunt. Erat is locus haud procul Athenis, quæ Dicæarchus ab Academus, qui sub Tyndaridis militauit, nominatum existimauit. Castor et Pollux Aphidnas bello adorti oppidum uicium diripiuntque, sororemque receperunt cum Æthra Thesei matre hostiliter abducta Spartam remittunt. Athenienses subito terrore belli percussi Mnestei suasu Tyndaridas intra moenia accipiunt, Theseum ut prædonem nefarium hostem iudicant. Castor & Pollux mysterijs initiati, ut Hercules à Pileo, sic ipsi ab Aphidno quodam adoptati, tam clementer & pacate omnia circa Athenas gessere, ut diuinos sint honores ab Atheniensibus adepti, dictique Anaces, uel quia Græci belli cessationem Anocham dicunt, aut à cura ciuitatis ab omni iniuria seruatæ. Sunt qui ab astrologorum ascensu id illis nomen datum arbitrati sunt. B Fuerant hæc Tyndaridæ in Attica adepti, atque iam abunde ultri erant domesticam iniuriã, quum Theseus Hercules interuentu liberatur. Is eorum inscius, quæ Theseo & Pyrithoo accidissent, quum forte apud Aidonam in hospitio esset, incidissetque, interim de illis sermo, deque eorum latrocinio, Pyrithoomque à se occisum Aidoneus prædicaret, Theseum uictum adhuc esse, audito uiri fortis iudicio, necessarij casu, indoluit uehementer Hercules, petijtque ab Aidoneo, ut meritum hominis supplicium sibi remitteret. Id rex quum haud grauate præstitisset, solutus est uinculis Theseus, & ab Hercule in patriam restitutus. Qui seruatoris sui haud immemor, omnia templa quæ suo nomine fuerant iam antea Athenis cõstrueta, præter pauca Herculi (ut Philochorus scribit) consecrauit. Curam deinceps publicam per amicos recipere adortus, Mnesteo & alijs aduersæ factionis contra annitentibus urbe excedere coactus est, liberis in Chalcidem ad Elpenorem Calchodoontis filium præmissis, ipse ad Lycomedem Scyriorum regem diuertit, cuius insidias uita priuatus est, ex ingenti, ut dicitur, rupe præcipitatus, aut quia tanti uiri præsentiam ferre non potuit, aut certe ut Mnesteo & alijs aduersæ factionis uiris, quibus ille formidini uiuens erat, gratificaretur. Sunt qui per errorem, dum forte in secreto deambularet, inopinato lapsu præcipitatum dicant, eoque casu exanimatum. Et hæc de Theseo que uerissime potuit, Hercules qui illi uincula exemerat, quum iam per ea quæ diximus, immortale esset nomen consecutus, Delphico oraculo monitus, ut in Lydiam colonos mitteret, omnes liberos quos ex Thespiadibus uulerat, cum solo in Coloniã transcripsit. Quod Athenis quinque aginta fuerint Thespio filia, quas ille haud ex unius mulieris concubitu habuerit, Diodorus est autor. Cætera quæ de his ille & earum conceptu prodidit, non multum à fabulis distare merito creduntur. Nec eo insidias Heraclidarum gentem diu (ut alio deinceps loco

Academus.

Academia.

Castor. Pollux.

Anaces.

Thesei liberatio.

Thesei mors.

Thespij sorboles.

dicetur) in Lydia regnum tenuisse, sed tam numero-
sam progeniem, quinquaginta nanq; ab eo tradun-
tur in Coloniã misit, neq; ipse pro certo posuerim,
neq; temere assera facile fidem inueniãt. Multa ad
hæc de Iolai erroribus sunt memoriæ prodita, nauis
gasse eum in Sardiniam auctores sunt quidam eiusq;
insulã partem quam tenuit, cultu & moribus illius
opera excultam, urbe de suo nomine his locis cõdi-
ta, ad quam ædificijs exornandam, Dædalum ex Si-
cilia ferunt ab eo accersitum. Nec ita longo interie-
cto tempore ex Sardinia in Siciliam Iolauis transijt,
ubi ob Herculis memoriã hospitabiliter à Sicanis
est acceptus. Multiq; interim ex eius comitatu loco
rum amonitate pelliecti cum Sicanis habitare malu-
erunt, q̄ cum eo in Græciam reuertit. Hercules (ut de
eius rebus dicere pergã) quum Megara dimissa
Iolen Euryti Oechaliæ regis filiam sibi uxorem po-
poscisset, quia pater de ea re consulturum se oracu-
lum dixerat, nõ moram illam, sed repulsam interpre-
tatus, Euryti boues ex Oechaliæ finibus abegit. Ad
quas Iphiclus reperẽdas à patre Titynthem missus,
ex eminenti turre, est Hercules iussu præcipitatus.
Ob eam cædem in grauisimum incidisse morbum
creditur. Et quanquam de more expiatus, quum ni-
hilominus langueret, oraculo (ut tunc erant morta-
liũ animi uana superstitione impliciti) monitus di-
cit, fore ut non prius clade illa defungeretur, q̄ iusto
uenditus foret precio, eaq; pecunia Iphicli liberis, p̄
paterna cæde repensã esset. Oraculi præcepto usus
Hercules, ut pristinam reciperet ualetudinẽ sese ue-
nalem præbuit, seruiuitq; diu ignotus Omphale uir-
gini, Iardanes eorum reginæ qui Mæonij olim mox
Lydiũ sunt nuncupati filia. Sed dum seruiutem ser-
uauit, Latrones Cercopas nominatos Lydię finibus
infectos partim peremit, partim Omphale uinctos
ad supplicium tradidit. Oppressit & Syleũ, qui mor-
tales peregre exceptos, seruii opere inuitos adige-
bat. Itonas inde oppressit & ipsos latrociniõ infam-
es, eorum urbe funditus euerã. His præclare ge-
stis, tum demum agnitus cõfestim libertate dona-
tus est, Omphaleq; ex eo facta grauida Lammonẽ fi-
lium peperit, quum ipse seruus aliquanto antea ex
serua Cleolaum extulisset. Post hæc ex Asia in Pelo-
ponnesum reuersus, Augeã ob mercedẽ purgatã au-
la non reddidit magis bello perculit, q̄ affixit. Vna
nanq; & ea perleui pugna cum Eliensibus cõmissa,
infecta re ad Olenũ diuertit. Cuius Hippolytã filia
Anaxio nuptã, quum forte publico cõuiuio ab Eu-
rytione Centauro raperet, raptore fœde in interfe-
cto, puellã præfenti iniuria uindicauit. Hinc Tityn-
thẽ reuersus, ab Euristeo in crimẽ deuocatus, tanq̄
ipsius capiti immineret, iussus urbe discedere, cum
Alcmena matre, & Iolao in Phenenum Arcadiæ con-
cessit. Nec ita multo post quum rescuisset ex Elide
pompam in Isthmũ Neptuno mitti, cuius Eurytus
Augeã dux esset, eum apud Cleonem sine ullo ma-
iore certamine oppressit. Quo sublato Eliensẽs bel-
lo repetij sunt, qui breui post Augeã in pugna amif-
so pacẽ petiere. Hercules regnum Phileo Augeã re-
gis à se perempti filio habendum permisit. Fuerat is
pulsus à patre, quod arbiter ab eo & Hercule factus,
præmium illi reddendum censuisset. Secundũ hæc
quæ sunt in Elide gesta, Hercules Hippocoonta ex
Sparta deiecit ob Lycimnij Phenorum regis hospi-
tis sui necẽ ab Hippocoontis filio perempti. Durum
ancepsq; fuit illi cum Hippocoonte & liberis præ-
lium, quibus unã cum patre cadentibus, Tyn darum
Castoris & Pollucis patrẽ captã urbi Hercules re-
gem imposuit, quum priuatus antea fuisset. Nec ea
uictoria fuit Herculi incruenta, plerisq; uiris insigni-
bus, Herculiq; necesseitate cõiunctis in pugna amif-
sis, ipse in Arcadiam ex Laconia reuersus, apud Aleũ
regẽ hospitabiliter diuersatus, Augem eius filia uiri-
tatem prægnantẽ reliquit. Quæ post Herculis digress-

Errores Iolai.

Iphicli cædes.

Venditur Her-
cules.

Quæ in Lydia
Hercules ges-
serit.

Euryti cædes.

Hercules Tyn-
darum regem
constituit.

Cæsus Auges
puellæ.

sum utero prodita, nauis à patre, ut eam alto mari
mergeret, tradita est. Sed tantisper dum ad mare du-
citur doloribus repẽte obortis, quũ per speciem cur-
randi corporis paululum uia diuertisset, puerũ eni-
xa inter folia densaq; uirgula occultit. Inde ad mare
perducta præter spem seruata est. Si quibus perden-
dæ fluctibus filia negotium Alens dederat, reginæ
puellæ fortunam miserati eam perdere nõ iustitue-
runt, sed Caribus idem soluentibus in alias procul
terras asportandam tradunt. Pastores interim quũ
in ea forte loca, quibus infans nuper erat editus, ar-
menta in pascua cõpulsissent, puerum conspicati, ad
habula deserunt. Fama est ceruam iacenti illi ubera
præbuisse. Ipse inter pastores educatus, Telephus
est dictus. Quæ uox nihil sane est ab argumento fa-
bulæ diuersa. Is autem adultus cum Delphos ad o-
raculum uenisset, de matre consulturus, in Mysiam
nauigare est iussus: ad Teuthrantẽ itaq; profectus,
qui per id tempus in ea terra regnabat, Augẽq; Tele-
phi matrem à Caribus dono acceptã in regia habe-
bat, certis indicijs à matre agnitus, in summo hono-
re fuit apud Teuthrantẽ. Ducta deinceps Argiope
eius filia in cõiugẽ, successor est regi ubi ab eo actus.
Hercules post Spartanum bellum quinquennio in
Pheneo Arcadiæ fuit. Inde ex Arcadia pluribus se-
quentibus in Ætoliam secessit, ubi quum neq; legi-
tima sibi proles esset, neq; uxor ulla, Deianirã Oenei
filiam sibi matrimonio deuinxit. Fuerat Oenei regia
haud multo ante domesticis cladibus cõcussa. Ere-
nim Meleager Oenei filius, penes quem omnis fuit
Calidonijs aprĩ perempti gloria, occisã ferã exuias
Aralantæ puellæ Arcadiæ, in cuius amorem iuue-
niliter inciderat, dono obtulit. Erat puella Schinẽs
filia. Conuenerant ad id monstrum conficiendum
multi uiri illustres, & in his duo Meleagri auunculi
Testij filij. Hi iniquo animo ferentes tantẽ rei laudẽ
peregrinæ feminaẽ temere delatam, puellã in Arca-
diam abeuntem insidijs excipiunt, exceptæ munus
adimunt, eaq; iniuria Meleager commotus auuncu-
los obruncat. Althea duorum fratrum morte irita-
ta diris execrationibus deuouet natum, fuitq; eius
mortis autor. Sunt qui fatali stipite illũ consumptũ
tradunt, sed (quo quo modo cõsumptus est) Althea,
ubi suã in filium sœuitiẽ penitere cœpit, doloris im-
patiens laqueo collum implicuit. Sub id igitẽ tẽpus
quo his cladibus Oenei regia est cõuulsa, Hippotus
Olenius Peribiam filiam capitali supplicio damna-
tam Calidone necandã miserat. Oeneus Althea ex-
incta, puellam sibi cõnubio deuinxit, ex qua mox
illi Tydeus est natus. Nec me præterit fuisse, qui in
litteras miserim Tydeum quũ rescisset ea quæ de Me-
leagro & Althea circa Calidone uenerẽ, domestica
clade conlternatum, patrios lares, patriamq; de-
seruisse, delatumq; fuga ad Adrastum Argiuorũ re-
gem, cuius filiam inde uxorem duxerit. Sed quacum
que ille est matre natus, ac quocũq; tẽpore, noua affi-
nitate adductus cũ Polynice ad Thebas militauit.
Hercules in Oenei gratiam Acheloo amne plurifa-
riam diducto Calidoniũ agrum sagaci corruitione
feracissimum reddidit. Quo hominis cõmento ap-
paret, quæ sitã Græcis materã, ea quæ de Hercule &
Archeloo, eiusq; cornu prodita sunt, fabulandi. Sed
propius uero est credere, eo merito Deianiram Her-
culi cõnubio locatam, quã impetratã affinitatis
hostimentum id fuisse. Nec pacatus tantum inuit il-
le Ætolorum opes, sed Thesprotis quoq; eius terrę
accolis, epirotica ea gens est, bello illato Ephirã ur-
bem ademit, Phileumq; occidit regẽ, cuius filia com-
pressa, mox Telepolemus est illi natus. Nec ita longo
interiecto tempore ex Calidone cũ Deianira & Hi-
lo ex ea nato profectus Hercules, quũ fortẽ ad Eue-
num fluiũ uenisset. Nessum Centaurũ circa ripã flu-
minis uersantẽ offendit. Erat is solitus uadandi flu-
minis imperitos timidosq; trajicere, sed quum Cen-
taurum

Telephicæsa.

Deianira.

Althea sese su-
spendit.

Tydeus.

Acheloi pur-
gatio.

Telepolemus.

taurum dico, hominem equo sedentem intelligi uo-
lo, non monstrum. Nessus puellæ quam uehebat stu-
prandæ cupidus, equi celeritate fretus, Deianiræ in
ulteriore ripam deuictæ, uim asserre confusus est.
Hercules quia cominus ingredi fluminis interuen-
tu prohibebat, Nessum procul sagitta confixit. Qui
ubi uim grassantis in se uenenĩ sentire cœpit, Hercu-
le in Eueni traiectu occupato Deianiræ paucis per-
suadet amatorium uirus suo cruore inesse. Fore ut si
eo sanguine, quo Hercules sagitta esset illita, mariti
interior inungeretur tunica, si quando eam maritus
induisset, nullam amplius esset puellam præter eam
quæ dedisset, amatorum. Creditur Deianira, & amãs
& fœmina nil mali suspicans. Cõparat itaq; illa frau-
dis inscã monstratã opem priusquam arbiter adese-
ret. Hercules Deianira recepta apud Ceycem Trachi-
nã in hospitio fuit. Philantum inde Dryoptum re-
gem, quia Apollinis templum uiolasset, cum Meliẽ-
sibus adortus interfecit, Dryopibusq; extra patrios
fines eiectis eorum agrum Meliensibus habendum
dedit. Interfecti regis filia post uictoriam ab Hercu-
le compressa Antiochum illi enixa est, & ex Deiani-
ra post Hilum, Gleneam & Diopitem habuit. Dryo-
pes suis finibus pulsus, pars eorum in Eubœa Caryitũ
condidit, reliqui Euristei opibus adiuti, qui Hercu-
lis multo prius factus erat hostis, Asinen, Hermio-
nem, & Sionem in Peloponneso sibi urbes posue-
runt. Orto deinde bello inter Dorienfes & Lapithas,
qui circa Olympon sedes habuerunt. Dorienfes
se focium Hercules conditione obtulit, ut tertiã Do-
ridis partem ab eis acciperent. Cum Arcadibus igitur,
quos ille diu circa se habuit, ad illud bellum pro-
fectus, Coronõ Lapitharum rege interfecto, ipsam
gentem bello uictam ex ea terra, de qua per id tem-
pus ambigebatur, migrare cõegit. Hoc itaque bello
defunctus, Cyncum ex prouocatione ad Trachinã
peremit. Vnde profectus Ormenium regem, quia
Astidamiã filie sibi olim nuptias denegasset, subito
bello aggressus, pugna uictum, uita spolauit, puellã
laq; Aristidamiã potitus, ex ea Chryssippum genuit.
His demum gestis in Euryti filios ob Ioles nuptias
sibi olim denegatas, in Oechaliam duxit exercitũ.
Atq; his bello subactis, puellam inde captiuam ab-
duxit. Quum ergo in Cineum montem uenisset, fa-
cturus ibi sacra, Lycam ad uxorem Deianirã in Tra-
chinam mittit, ut inde uestem, qua in sacris uti con-
sueuerat, sibi in præsentem usum afferret. Deianira
per Lycã de Ioles pellicatu certior facta, iniquo tu-
lir animo uillam sibi femina ab Hercule in amore
præferri. Ut uirum igitur in se totum uerteret tuni-
cam concreto Nessi sanguine in hunc usum asserua-
to, illinit. Eam reum omnium ignarus Lycas in Ci-
neum detulit. Vix eam Hercules induerat, quũ ue-
neno contactus intolerandis cœpit doloribus tor-
queri. Perdurare tamen tanti mali inscius. Serpere
interim ad ima corporis pestifera uis uenenĩ, uirũ-
que tabificum in perniciem grassari. Tum ille dolo-
re uictus, Lycam primo interficit pestiferi muneris
autorem ratus. Inde dimisso exercitu in Thracinam
deserri uoluit. Vnde quum Delphos de causa mor-
bi & exitu sciscitatum misisset, Deianira eorum sibi
conficia quæ facta erant, uerita ne oraculo prodita
uitã simul famẽq; periculum adiret, mortẽ suspen-
dio præoccupauit. Oraculum quod à Pythia esse re-
latum, iussit Hercules cum omni bellico apparatu
in Oetam montem deferri. Mons is est ab ortu so-
lis in occasum porrectus, à thermopylis in ambra-
cium usq; sinum rectilineo tractu, à Parnasso ad Pin-
dum montanam scindens regionem, ad Thermopy-
las uergens, qua parte in præcipuam affurgit altitu-
dinem. In summo igitur iugo pyrã oraculo iussu con-
structa est. Huic Hercules uiuens sentiensq; imposi-
tus, quum iam omnem spem uitæ abiecesset, facem
admoueri iussit. Cæteris triste ministeriũ detrectan-

Nessi cædes.

Hercules Dry-
opes superat.

Dorienfũ &
Lapitharum
bellum.

Iole.

Lycas.

Lycas ab Her-
cule occiditur.

Deianira inte-
ritus.

Oeta montis
situs.

Herculis inte-
ritus.

tibus Philoctetes qui sagittas ab eo & arcum dono
acceperat, pyrã ignem admouit. Et Hercules qui p̄
ea quæ diximus, immortale est nomen adeptus, in
hunc modum periit. Tradunt quidam anno xxx. ui-
tæ eum extinctum. Alij, quibus libentius accedo,
anno quinquagesimo. Cui uita defuncto Menetius
Astoris filius tauro, capro, & ariete cæsis, primus an-
nua in Opunto instituit sacra. Mox Athenienses in-
ter deos retulerunt, secutus inde cæteræ Græciæ a-
liarumq; gentium consensus. Inciderunt nouissima
Herculis tempora in id decennium, quod ab eo an-
no sumplit principium, qui quater millesimus fuit
ab orbẽ cõdito. Quum in Assyria rex esset Lauteus
uigesimus sextus à Nino, in Ægypto Thuoris, Myce-
nis Euristeus, apud Sycionios Pelagus, Priamus in
Phrygia, Sanson, ut quidam uolunt, Herculi æqua-
lis fuit, de quo priusquam dicam, retro aliquanto lu-
daicæ est historiæ series repetenda. Barachus Labi-
ni regno euerso, plures annos presuit, fuitq; interim
Palæstinæ status pacatissimus. Verũ cum eius mor-
te fortuna mutata est. Madianitæ cum Amalechitis
& Arabibus finitimis, fœdere inter se inito, subito
bello Israëlitæ adorti, prælio superant. Multi mor-
taliũ in ipsa pugna cæsi, multi etiã capti, & in uin-
cula coniecti. Inde Iudææ fines uictor hostis ingres-
sus, septem ferme annos circumagendo ad singula
loca exercitum, ferro & igni uniuersam ferẽ terram
miserabiliter uastauit. Israëlitæ planitie locisq; bel-
lo infestis ab initio relictis, in arduos montes & sal-
tus deuios, cum imbelli turba concesserunt, loco-
rumq; natura freti extorrem uitam agitare. Prema-
bantur interim relicto agrorum cultu, rei frumenta-
riæ, omniumq; rerum inopia. Tum ad preces & uo-
ta conuersi, ueniam è cœlo implorãt. Nec irritæ præ-
ces fuerunt. Diuina nanq; prouidentia, Gedeon Ef-
fraimita Iosaf filius, iuuenis ad id tempus haud mul-
tum inter suos populares celebris, diuino, ut ipse aie-
bat, instructus oraculo, repente publicæ aessoris li-
bertatis extitit. Fuerat is cunctatior ab initio ad cre-
dendum, cum infirmæ adhuc ætati parum fidens, tũ
quod procul à suis abesset tribulibus. Sed quum uo-
ces numinis iussaq; inter equales celebraret, eorum
hortatione & impulsu professus est se ducem repe-
tendã ab hoste libertatis. Nec longa fuit in re mo-
ra, x. milia armatorum illi prestõ assuere, quibus cõ-
pijs auenis fretus, ad Iordanem fluium cõtendit,
castrisque in ripa communitis occasionem quere-
re, hostilia castra opportune inuadendi, quæ haud
procul inde erant. Cæterum reputans quã tenues
adescent uires ad rem tãtam aggrediendam, minus
quidem ac minus præsentibus opibus fidere. Cer-
nere ad hæc in suis haud dubia timoris, tacitæq; pe-
nitentiæ signa. Enim uero quum res ad dimicationẽ
spectaret, nec ipse meliorem spe quã ueteri esset, pla-
cuit uno duntaxat comite ad hostium castra proxi-
me specularum accedere. Hic quum omnia circa ho-
stem neglecta inuenisset, custo dijsq; destituta, pluri-
miq; uino & epulis sepulti temere iacerent, paucis
adhuc fera conuiuia trahentibus, ad uocem ex pro-
ximo tabernaculo redditam aurem adiecit, ut om-
nia certius exploraret. Hic exquiescentibus unus
commilitoni forte narrabat, uidisse se in somnis hor-
deaceum panem per uniuersã castra cum tabernacu-
lorum strage prouolutum, impactumq; ijs locis qui-
bus reges tenderent, omnia subita ruina discissile.
Tum qui audierat, uideri sibi, inquit, per eam figurã
regij exercitus excidium significari. Panem hordeo
confectũ, rem despectissimã esse, ut Israëlitæ inter
mortales cõtemptissimi, uereri p̄ inde se, ne aliqua
inexpectata clades ab ea gente quæ in proximo sit
regijs castris immineret. Eiusmodi tempestiua non
minus q̄ uera interpretatione Gedeon confirmatus
ad suos celeriter redit, ibi ea quæ per se explorasset,
primo exponit, inde paucis copias hortatus, arma-

Annimundi.

Gedeon.

Somnium.

Gedeonis sira-
bulam.

capere iubet, sed ut multiplex terror hostibus incureretur, neq; uno loco neq; armis solum, sed & facibus & clamore horrendo impetum in hostium tabernacula fieri iubet. Multi igitur dextra faces quatientes, sinistra cornua & lituos pro tubis inflantes, castra uno tempore plurifariam inuadunt, hostem somno grauatū strepitu & clamore excutiunt. Inde cum omnia collucere flammis, terribiles sonitus, horrendaq; uoces aures circumsonarent, ueluti in furorem uersi, arreptis temere armis in se ruūt. Pauci omnino Iudaeorū armis consumpti, plurimi praeterea hostium quia ex colluione multarum gentiū constabat exercitus, neq; lingua, neq; signis multū inter se noti, mutuis uulneribus occubere. Tum disiectis perditisq; hostium rebus, uictor Gedeon exultansq; iubet suos dilatarum militē ferro excipere, quo contigit ut ex copiosissimo nuper exercitu pauci superauerint. Iosephus & Bibliaci libri tradunt ad cxx. hominum milia nocte una interfecta. Zebinum & Zarmum reges captos, praedam adhaec ingentem auri & argenti, preciosaq; uelut partam. Est & ingens inuidia Gedeoni constata a suis Tribubus, quod se non prius secum communicata, tam arduum aggressus esset facinus, graui se ignominia affectos credere, quod indigni ab eo iudicati essent, quibus cum publicam libertatem tuendam censuisset, & iam res haud procul a seditione aberat, uerū edocti diuino id non humano consilio factū, quiete. Gedeon Israelitis in pristinum rerum statum restituit, sese in ordinem redigere conatus est. Caerum iustus exercitum cum imperio obtinere, quae draginta deinceps annos rerum summam feliciter administrat. Eo defuncto Abimalechus eius filius septuaginta fratribus crudeliter interfectis (tot enim numero fuisse traduntur) uno Iotha excepto, qui celeri fuga seruatus est, summum locum uinon suffragio, ut pater olim, populi ue cōsensu occupat. Persuadit sceleris huius fama uniuersam Iudaeā, omnesq; Abimalechum infanda caede pollutum populariter odisse, dirisq; execrationibus absentem inlectari. Mirum in illum odia exarsere, nemo tamen coram scelus exprobrare, expectare itaq; taciti diuinā ultionem. Nec ita longo interiecto tempore, Sichemitarum eius principatum petens, urbe ac tribu eiciunt. Hos ille haud multo post agresti operi intentos adortus, portas urbis ne qua pateret effugium primo occupat, qui in agris erant ad unum penē ferro trucidat, nec minor in urbe caedes edita, in omnē sexum & aetatem Abimalechi iussu est saeuitum. Sichem excidio dedita est, uerum ut ad posteros uindictae huius memoria maneret, in ea area, qua urbs steterat salei spargi pro tritico imperauit. Sichemitarum perfugae, medio tumultu ex agris in proximū se templum uelut in asylum quoddam cum liberis & uxoribus profugerant. Erat is locus sacris natura munitus, cingereq; tumultuario parabant opere à Sichem profugi, quum Abimalechus munientibus se peruenit, ingentiq; lignorum strue circumfessos, fumo & flammarum aestu, crudelem in modum necauit. Sic Sichemitarum gens cum ipsa Abimalechi saeuitia extincta est. Habuit iam inde ille Israelitas unius excidio urbis percussos, multo ad iniuriam opportuniores, donec Thebeorum turrim oppugnās, saxo superne ictus, concidit. Ferunt accepto uulnere quum moribundus humi iaceret, militem rogasse, ut quod reliquum uitae superesset, ferro hauriret, ne homo fortissimus muliebri manu necatus diceretur. Abimalecho Thola paruelis frater omnium consensu successit, qui treis & uiginti annos iudicario nomine, quo caeteri Iudaici rei praefuit: quo sanē tempore nihil in Palaestina terra dignum memoria gestum reperio. In demortui locum Iairus Galaadides, homo inter suos iustitia insigni omnium suffragio est subrogatus. Fuerunt huic uirilii stirpis liberi

Gedeonis in clyta uictoria.

Abimalechi crudelitas in fratres.

Abimalechi interitus.

Thola.

Iairus.

triginta, quae res illum multo uenerabiliorē reddidit hominibus suae gentis. Huius quoq; administratio pacatissima fuit, atq; uno anno breuiorq; Tholae fuerat. Sub id tempus, quo Iairus uita decelsit, Israelitarum pleriq; longo ocio affluentiaq; rerum omnium, à singulari ueriq; dei cultu alienati, Syriacos Sydoniosq; deos complexi, merito in se caeleste numen irarunt. Ortumq; est bellum genti trans Iordanem ab Ammonitarum rege Philistaeis in societatem belli assumptis, omnes Iudaei qui trans Iordanem sedes habuere, breui hostibus in praedam celsere. Tenuitq; seruitus illa annos duodeuiginti, quo ad Ieptes homo impiger, & ipse Galaadites, uelut precibus fatigatus, Israelitis se libertatis recuperandae ducem & autorem praebuit. Iam praeterquam q, diu pars non parua gentis seruitio premebatur, neciteriores quidē accolaē meliore spe esse ob assiduas hostium incursiones. Comparatis igitur ad bellum copijs, placuit priusquam arma moueretur, legatos ad Ammonitas & Philistaeos mitti, qui res sub belli denunciatione repererent, quod nulla laesitū iniuria Iudaeis, qui trans Iordanem accollunt, bellum intulissent, subitaq; ui belli oppressos iam plures annos indigna seruitute premerent, nec praesenti iniuria cōtenti, iam & eis Iordanem armis homines suae gentis infestare cepissent. Ab hoste non modo non pacati quicquam est responsum, sed additum etiam Israelitas iniue facere, qui ex ea terra, quam eorum maiores per iniuriam occupassent, nō ad id tempus excessissent. Scire se ex finitimis gentibus plerasq; in hoc ipsum conspirasse, ut si bona uenia id impetrare nequeant, ui & armis Israelitas cogant alienis finibus facessere. Haec quum domum legati reuulissent, nec spes ulla liberandae gentis nisi in armis sita esset, sacris rite operatis, Ieptes in hostes mouit, quos ubi primum in conspectu habuit, facta dimicandi copia ferociter confligit. Nec dubia fuit uictoria, multi hostium in pugna occubere, sed aliquanto plures in fuga, quos Iudaeus uictor ad Ammonitam usq; cum caede persecutus est. Ammonitarū inde fines ingressus Ieptes, aliquot eius gentis urbes ui captas diruit, terram igni & ferro populatus est. Ita rebus pulchre gestis pacatoq; totius gentis statu, quum domum se reciperet, in luctuosam incidit calamitatem. Voueratis ad bellum profecturus, si res prospere fluxissent, se quicquid domum reuerso primum occurrisset, deo immolaturum. Caeterū ita accidit, ut filia quam unice diligebat, in patris cōplexu & oscula omnium prima sese gratulabunda effuderit, quam ne numen falleret suam, filiaeq; lachrymabilem sortem lamētatus ad aram pro hostia immolauit. Incidit haud multo post Ieptes in grauissimam seditionē. Effraimitae tribules eius quod ad bellum non fuissent uocati, in eum hostiliter impetum fecere, grauem contumeliam quēsti, & quod nobilissimae simul uictoriae essent laude exclusi, simulq; opulentiore praeda fraudati, ob quam irā seu inuidiam potius, ciuili est bello aliquādiu inter eos laboratum. Multa Ieptes se purgando ab initio dixit, fecitq; sed postquā neq; precibus, neq; obtestatione inuidiam uitare potuit, sensitq; nefarium certamen instare, ad pugnam processit. Hic uelut duae ciuiles acies, maioribus penē odijs q̄ uiribus cōgressae atrocissimum commiserunt praelium. Iosephus autor est Effraimitas uictos ad duo & quadraginta hominum milia una acie amisisse, quorum opibus fractis stabilitus est Ieptae principatus. Is sex deinceps annos iudicariam exercuit potestatem. Huic defuncto Absanis Iudita omnium consensu est subiectus. Apud alios Abessanus pro Absanis traditur. Cui lx. promiscuae prolis liberi fuisse traduntur. Eusebius Hesebonem Ieptē subijcit. Heseboni Labdonē, quē negat in Iudicum numerum ab alijs relati. Nos sacros libros & Iosephum secuti, Abessani iudicationem

Ieptes hostes superat.

Ieptes filiam immolat.

Ciuile bellum inter Iudaeos.

Absanis.

nem cum Ieptana iuximus. Fuit itaq; Abessanus in ea potestate annos septem, quo sanē tempore nihil in Iudaea relatu dignum fieri contigit. Ahialon Zabulonius eam postmodum dignitatem est adeptus, quam obscura rerum memoria x. annos administrat. Secutus Abdon Effraimita & ipse natorum fofole ualde insignis, xl. uirilii stirpis liberi huic, & ex his nepotes, xxx. numero, iudicaria ipsius administratio octo habuit annos. Philistaei inde Iudaeos armis uictos, xl. annos tributarios habuere. Eius tributi postmodum pendendi finem, Sanson uir fortissimus fecit. De quo adhuc tantisper dicere super se debeo, dū pauca de Herculis progenie, & quae post illius mortem sunt in Graecia gesta, his subiiciuntur. Siquidem Heraclydae paterno rogo digressi se ad Ceyce in Trachinam contulerunt, quanquam Hilus ex his, & alij maiores nati, haud ignari quantum sibi undiq; inuidiae immineret ob ea quae pater gesserat, in tutum concessere. Tenebat per id tempus Euristeus, quem ob paternas inimicitias infestissimū sibi fore arbitrabantur, Mycenarum regnum. Is parum sibi tutum suisq; rebus ratus, quod tam numerosa Herculis progenies patri superes esset, quippe quae si per aetatem adoleuisset, redditura esset omnia sibi infestiora, statuit dum per aetatem iniurię opporunam haberet Graeciae finibus expellere. In Trachinam ad Ceyce mititit, qui nisi Heracles & Arcades, & quicumq; ex comitatu Herculis illic essent, confestim eieceret, ei bellum indiceret. Veriti Heracles nisi loco facerent, ne ad suppliciiu dererentur, Trachina digressi multas Graeciae urbes adiere, & in primis eas, in quibus scirent beneficium paternum aliquo modo collocatū, suppliciter roga re, ut se intra mœnia acciperent, suo praesidio, si quandoq; & ipsi à patre suo uiro fortissimo adiuti essent, ab Euristei iniuria protegerent. Verumenimvero fauore cum fortuna mutato, undiq; exclusos soli omnium Athenienses ingentia humanitate intra fines acciperunt. Tricyrintho urbe, quae Tetrapolis postmodum dicta est, ad inhabitandum cōcessa. Hac necessitate Heraclydae adacti Asylum primi omnium constituisse dicuntur. Nec iram in Athenienses suam diu celauit Euristeus, sed haud multo postquam Heraclydae ab his fuerant accepti, Atticam hostiliter ingressus, omnia tumultus & fauoris impleuit. Heraclydae proprio periculo commoti, caeterum apparebat Atheniensibus sua causa bellum ab Euristeo ortum, Iolao duce cum Atticis praesidijs ad Marathonem (ut Strabo significare uidetur) illi occurrūt. Hic commissa pugna Iolao Euristeum praelio superatū, circa Cariam peremit. Perierunt ea dimicatione & Euristei filij. Heraclydae uno secundo praelio defuncti, Peloponnesum inuadere statuunt. His circa Isthmum Atreus, qui Euristeo sublato Mycenarum regnum occuparat, cum ualido exercitu occurrit. Haec ferunt his locis bellici utrorumq; conatus ob terrarum angustias, ubi ex prouocatione Atreus & Iolao de summa rei certasse traduntur, pacti inter se, ut si Atreus pugnae succubisset, Mycenarum regno Heraclydis cederet, si Iolao uinci contigisset, Tricyrinthum motis ex Isthmo castris pro uictis abiret. Quales fuerit pugnae illius exitus, ij quos sequimur non tradunt. Lycinius quod satis constat, cum filijs Herculis sub id tempus Argis confedit, & qui Tricyrinthi ab initio belli subfederant, haud multis interiectis annis in Peloponnesum transiere. Alcmenam & ipsam Thebas demum reuersam ferunt, cui repente ex hominum oculis sublatae, diuini sint honores à Thebanis decreti. Fama est Tlepolemum Heraclydarum unum ob Lycimnii caedem Argis excessisse, nauiq; in Rhodum delatum. Tenebant ea tempestate in insulam Graeci à Triopa Phorbantii filio in coloniam ducti, quam communi incolarum consilio in treis ille diuilerat partes, tribus in singulis sua urbi-

Euristei diuinitia.

Heraclydae Trachina deseruit.

Heraclydae Euristeum perimunt.

Argos cessit Heraclydis.

Tlepolemus.

bus conditis, Lyndo, Ialyso, & Camiro. Alij à filijs Cydippes & Cercaphi, qui ex Thelchinibus unus fuit, eas urbes conditas prodiderunt, Thelchinūq; nominibus appellatas. Toti deinde insula Tlepolemus imperauit, militauitq; postremo cū Agamemnone ad Troiam. Nunc ad Palaestinas res Sansonēq; redeundum. De huius conceptu mira sunt, quae in sacris libris pdita reperio. Ex Manue Danitano tribuli is genitus, qui simul cum coniuge oraculo instructus, fore ut uirum fortissimum procrearet, ueriti sunt capillum puero recidere, sed ut fatalē alere, ab omniq; offensa custodire, nec potum puero praeter aquam dare, futurum ut adulta aetate unus omnium afflicti Israelitarum rebus ferret auxilium. Natus igitur puer. Parentes Sansonem dixerunt: Significat id nomen fortem & robustum. Procedente deinde tempore quum iam magna ex parte adoleuisset, Tanam Philistaeorum urbem ad soleñne sacrum profectus, uirginem eleganti forma intutus, confestim ad eius nuptias animum adiecit. Quas cum egre à parentibus impetraret, quod puella Israelitici non esset sanguinis, ita accidit, ut quum dilectae se uirginis sepelares inuideret, in ferocissimi leonis occursum incidit, quem non modo non declinauit, sed ultro beluā ad ortus, arctissimo brachiorū strangulauit nexu. Cuius uictoriae compos factus peremptam à se beluam ex publico in subiectam pertraxit syluam. Paucis deinceps diebus eo reuersus, ut proiectam inuideret feram, parum sibijpsi credens, tam uiolentum animal ab uno confici potuisse, hic rem miram aiunt eius oculis oblatam, frequens apum examē in rabi di leonis faucibus fauos fabricare occupasse. Celauit ille interim parentes de ijs, quae inter eundem acciderant, uentus, credo, ne periculo rei commoti se aut precibus, aut imperio, à puella sepius uisenda auerterent. Caeterū quod de apibus & earū mellificatione cōtigit, obscure quæstionis materia illi in posterum praebuit. Postremo impertratis puellae nuptijs, quoniā uiri robur apud multos celebre erat, ut igitur medio nuptiarū apparatu suis ille fretus uiribus in se facinus aliquod ederet inopinatum, affectationis praetextu triginta lectissimos Sansoni iuuenes publice Philistaei dedere, qui nunquam ab ei? latere abscederēt. His inter epularū iocularia ambiguam Sanson proposuit quæstionē, ut diceret, quonam modo euenire posset, ut res quae uoracissima esset, uiolenta praeterea & immittis, iuanissimum ore pareret cibum, ad ea haud dubie alludēs, quae in leone & se perempto eueniant, singulis se findonas & quaedam non spernenda munera daturū pollicetur, si unus omnium septem dierum spatio quæstionis inuolucrum explicasset. Ancipiti duraq; interpretatione solliciti Philistaei iuuenes magis ingenij laudem, quam praemium secuti, quum plura animo meditati nullā rei explicandae rationem iniuissent, ex ea iuuentute quidam ueteres puellae proci, cum ipsius uxore occulte agunt, ut medijs complexibus noctu quid rei id esset à marito eliceret. Id illa quum post multas preces & puellares illecebras uiro expressisset, rem ad procos desert. Mox septimo die frequenti conuiuio quæstio soluta est. Ad eā uocem Sanson turbatus exclamasse fertur, nihil fecmina fallacius. Alij dixisse ferunt, nisi mea arassetis uirtula, fuisset gryphus is uobis insolubilis. Quare soluta consponioribus fide, iratus coniugi in patriam ad suos abiit. Nec puella multo post procorum uni connubio cessit. Paucis inde diebus post nouas nuptias Sanson reuersus, quum prioris sponsae congressu prohiberetur, uehementer indoluit. Et quamquam patre alteram ei filiam deferere, irarum tamē plenus Tanna excessit, locero & Tanneis loceri cauta insensus. Bibliaci libri & Iosephus tradunt: Vulpes facibus ad caudam ligatis in maturas Tanneorum segetes ab eo immittas, quarū uaga ancipitiq;

Sansonis ortus.

Sanson leonē enecat.

Sansonis quæstio.

Amarissima Sansonis uerba.

fuga Philistæorum ager uno tempore totus deflagrarit. Philistæi uersa in auctores cladis ira, puellam quæ Sanfoni fuerat matrimonio locata cum parentibus combussere. unde quia multi ab eo in agris obiter oppressi dicebantur, infesto exercitu Iuditarum fines inuadunt. Concesserat interim Sanfon ad locum quem Echan nominabat. Erat ibi prærupti saxi specus, quæ ille incolebat. Iuditæ inopinato bello territi legatos in castra mittunt postularum, quid rei id esset, quod nulla à se iniuria affecti Philistæi suos hostiliter fines popularentur. Scire se tributum ad id tempus sine fraude ipsi genti redditum, paratosque Iuditas esse eorum imperata facere. Orare proinde ne in se læuarent, quos ad obsequium tam promptos quam ad iniuriam opportunos haberent. Responsum his est, non esse cur Iuditæ pacem à Philistæis sperarent ullam, nisi Sanfon, qui totam gentem fœdissima clade affectisset, ad supplicium dederetur. Quod unum si præstaretur pacatè se eorum finibus excelsuros. Stulte Iuditas facturos, si quæ priuato consilio flagitiose commissa essent, publico mallent excidio, quam auctoris sanguine expiari. Irent & quod facturi essent, cito facerent. Nam quod ad se attineret decretum esse, si in auctore culpæ nequeant, in uniuersa gentem iniuriam uindicare. Periculo rei moti Israëlitarum, tria armatorum milia ad Sanfonem capiendum dedendumque miserunt. Qui ad id missi fuerant, ubi ad specum uenere, nihil Sanfon recusasse fertur, quo minus se inuictum dederent, modo Israëlitarum qui aderant omnem à se iniuriam abstinerent. Fideque in id ipsum accepta reuinctis post terga manibus in hostium castra perducitur. Vbi uero in conspectu stetit, abruptis repente uinculis, & ad uim conuersus, affini maxilla temere arrepta, quæ forte in proximo iacebat, ad mille hostium cæteris metu & trepidatione disiectis interfecit. Ipse turbatos hostes insectus, ingenti siti oborta, quum eam diu colerasset, in preces uersus, miraculo factum memorant, ut ex maxilla, qua in pugna fuerat usus, potui suauissima manant aqua, in cuius rei argumentum ferunt ipsi loco ab re quæ miraculo ibi facta est nomen postea inditum. Iosephus hunc ipsum locum credidit maxillam nominatum. Sanfon secundum hæc quæ diximus, ignoto habitu, Gazam urbem profectus, meretricium amorem secutus est. Verum siue id fuerit, siue quod magis credo, quodque similius uero est, ut per se res hostium exploraret, quod postea plerique summum duces fecere, meritorio loco quum diuerteretur, ab hostibus est agnitus. Gazei portis sub noctem clausis, præsidia circa illas sine tumultu disponunt, ne inuisus hostis intra moenia deprehensus, beneficium noctis elaberetur. Occasionem igitur expectare, ut quieti & somno deditum obtruncarent. Sanfon haud ignarus eorum quæ parabantur, priusque maior ullus motus in urbe oriretur, silentio ad portas tendit, easque cardinibus auulsas, atque humero impositas in iugum montis detulit, qui Hebronim imminet, atque in clarissimi trophæi modum sublimi loco statuit. His ille gestis, ferocia animi, uiribusque confusus, neque patrijs legibus, neque institutis tenere potuit amplius, quin peregrinos ritus & mores amplectens breuiter inuenit. Enim uero Dalidis meretricis consuetudinem secutus Gazam frequens adibat, non sine uitæ periculo. Cæterum ex his que postmodum euenere intelligi potest (quod & sacri libri habent) nefario eum amore ab initio affectum, in discrimen illud nuper memoratum incidisse, quum Gazæ agnitus est. Philistæorum principes, ubi exploratam habuerunt hominis cum Dalide consuetudinem, quia aperta ui aggredi non audebant, cum Dalide occulte agunt, multis pollicitationibus onerantes, ut quoquo modo possit eum suorum popularium iniuriæ redderet opportunum. Puella spe numerum impulsâ, cupidaque suis gratificari ciui-

bus, in fraudem uersa multis illecebris inter complexus & oscula cubantem adorta, Sanfonis brachia, pectus, ceruicem præter solitum mirari, in uictum robur extollere, sciscitarique simul, an insuperabile illud esset, aut si superari possit, quæ tanta uis inueniri queat, cui ipse uictus succumberet. Tum ille, si septenis, inquit, uictus fuero reuinctus, siam la-nè superabilis. Credidit puella, remque ad principes secreto detulit. Iusta itaque est quasi per lusum id experiri, paucis secretiore parte domus occlusis, quod si res procederet, amicæ uinculis impeditum inuaderent, uinctumque in publicum traherent. Vitiginis ergo, ut Iosephus scribit, nodis somno pressum puella adorta est. In sacris libris neruos eos septenos fuisse proditur. Sed quibuscumque ille nexibus reuinctus est, Dalidis clamore excerpertus, abruptis repente uinculis, sese in pedes statuit. Tum puella ludenti similis, experiri, inquit, uolui, an roganti mihi uera dixisses, sed maiore, ut uideo, ui opus est, si quis uires istas domitas uelit. Tu uero quid me tui amantissimam de huiusmodi re celas. Quin age rogo, & si me amas, teque à me amari non ignoras, dic quid sit istud, quapropter inuictus habearis. Iterum precibus fatigatus Sanfon mendacio haud multum dissimili ludit amicam. Recentibus, inquit, funibus opus fuit, ut immobilis uiriumque impos iacerem. Hoc ipsum quoque insidiatrix frustra experta est. Actum muliebriter quæsta se ab eo iterum illudam, quærelis, & fista lamentatione egressum amore animum incelsit. Tertio ludificatus est eam Sanfon septem capitis capillos nocti oportere distans, clauoque terræ affixo religari, ut ualidum inuictumque aliqui corpus sisterem. Hic Dalida iam tertio irrita, uelut huic à qua toties deciperetur, ludibrio esset, in speciem ægritudinis componit sese. Mæsto itaque ac minus familiari uultu se illi de industria offerre. Tum iuuenis ille, & amoris impatiens, puellæ intemperiem haud ultra ferre ualuit. Quæcetero materno utero consecratum, inoffensasque uires in capillis esse, fuisseque ob eam rem parentes oraculo monitos, ne nouaculam ferram ue aliud tendendi causa pateretur suo capiti admoueri, augeri cum ipsis crinibus uires ipsas, quæ nisi cum illis adimi non possent. Fecit res ipsa fidem puellæ, occasionemque adæpta, quiesceret caput nouacula abrasit. Ita ille Philistæis proditus luminibus priuatur, reuinctisque post terga manibus per infestum populum ad ludibrium traducitur. Mox paulo capillo fructuante, quum solenni die Philistæi publice epularentur, iussus est Sanfon in triclinium adduci, ut ludibrio esset ciuitati. Id secum ille ægre ferens, custodem corporis rogat, ut orbitatis suæ miseretur, se festum stando aliquo acclinarer, ubi paululum quiesceret. Duæ erant omnino columnæ, quibus totum erat conclauis illud, siue, ut quidam uolunt, templum impositum. His ille admotus, subito ita omnia concussit, ut inopinata ruina tria hominum milia secum obruerit. Isque Sanfonis uiri fortissimi exitus fuit, quum annos uiginti inter Israëlitas principatum tenuisset. Cæterum cunctantius hæc de eo scripsissem, nisi grauissimos, ut dixi, auctores haberem. Etenim si cætera illius gesta talia sunt, ut non ita facile sibi fidem inueniant, quæ de fatali coma traduntur, fabulis propinqua uiderentur, nisi (ut credere par est) his numen interfuisse crediderit aliquis. Merito igitur hæc ut alia ad Dei optimi maximi providentiam referuntur. Cætera pleraque sunt: ut cum ijs quæ Hercules gessit, merito conferri possint. Vterque fere à leonis interitu suam est gloriam auspicatus: uterque inuictus aduersus plures restitit, tam hic quam ille mulieris opera perijt: unius fraude, alterius stultitia: uterque ultro mortem oppetit, Sanfon orbitatis, Hercules doloris impatiens, & quod plus omnino mi-

Sanfon Dalidam ludit.

Dalida Sanfonem capillos admittit.

Herculis & Sanfonis comparatio.

Anni mundi.

Thebanum bellum.

Cadmus.

Laius.

Oedipus patrem obtruncat. Sphynx.

Iocasta Oedipum filio nubit.

retur posteritas, æquales, ut Hieronymus affirmat inter se fuerunt. Eusebius Sanfonem aliquanto iuniorum credidit. Sed utrunque res habet, Thebanum bellum, quod inter Eteoclem est gestum & Polynicem, in hæc tempora haud dubie incidit. Cæterum quia uoluntatis huius magnitudo sui mensuram expleuit, ex eo quod huic proxime subiicitur, memorabilis rei explicatio auspiciatus sumet exordium.

ENNEADIS I. LIBER VII.



VIT annus ille quo Samson uita decessit, tertius ab orbe condito ac quadragesimus supra quater millesimus, si recte tempora digerit Eusebius, ab Hericulis interitu tertius ac trigessimus, Tæteo in Assyria, qui uigesimus septimus à Nino fuit, regnate: Pelasgo apud Sicyonios, in Ægypto Ammeneme, Mycenis Agamemnone, ut Eusebius scribit, sed Thieste & Atreo potius crediderim, qui annos quinque & sexaginta regnasse dicuntur. Etenim si tam pauci anni, inter Herculis & Samsonis interitum fuere, cuius rei ipse auctor est, quo pacto fieri potuit, ut Agamemnon, cuius ductu ad Troiam militarunt filij eorum, qui Thebano bello interfuerunt, sub Samsonis exitum regnum Mycenis tenerent? præsertim quod Hercules, qui æqualis eius fuit, aut certe non multo natu maior, non modo non Iliacis, sed ne Thebanis quidem rebus interfuit? Cæterum quando in Thebani bellum mentionem stilus sua sponte recidit, de eo iam hinc pergam dicere. Quæ sane explicatio ut facilius sit cognitum, aliquanto altius est belli causa repetenda. Operæ precium est audire quibus cladibus, alijs super alias omnis Cadmi filij progenies usque ad Eteoclem & Polynicem miserabiliter afflicta, sed que in Cadmi filiabus & nepotibus euenere, alio sunt à nobis loco memorata. Laius, qui eius pronepos fuit, si Herodorus uerus est auctor, Iocastam Creontis filiam duxit uxorem, ex qua quum nullam diu prolem habuisset, oraculum adiit consulturus, an filios esset habiturus. Ferunt responsum tulisse expedire ei sine liberis esse: fore, ut si unquam filium tolleret, ineuertabili fato ab eo obruncaretur. Hoc Laius responso instructus, uirilis stirpis in tantem ex Iocasta non multo post editum, trajectis ferro pedibus in solitudines abiici iussit. Credo puerum traiectione ab eo insignitum, ne in eo uel ministri fraude seruato deciperetur. Apparet ab ea clade Oedipodis illi nomen postea datum. Ministri qui puerum à patre perendum acceperant, Polybæ seruilis fortunæ mulieri furto alendum tradiderunt. Hæc Diodorus. Papi-nius, si quis in hac parte poetis relinquatur locus, à Polybo eum non Polyba nutritum significare uideatur. Procedente deinde tempore Laius Delphos ad oraculum iturus, in Phocide Oedipodiam iam adulto, occurrit. Tum neuter alteri notus uiam angustias uno tempore occupant. Hic Laius iubet iuuenem sibi uia cedere, ue hebarum enim curru, ille contumaciter instans, negat se id facturum, orta ob hæc inter eos rixa, Oedipus senem obtruncat. Quæ secundum Laij interitum de Sphinge uulgo traduntur, fabulosa mihi ex omni parte uidentur. Monstrum id fuisse aiunt, quod Thebani agri angustias obtinens, ambiguum peregre traesentibus quæstionem proponere sit solitum, nisi aliquis malit credere hominẽ eum fuisse cuius pernicioso ingenio multi ad id tempus periclitati essent. Oedipus quoniam enigma ab Sphinge propositum unus omnium soluisset, diraque illa infestatione Thebanum purgasset agrum, Iocastæ dicitur connubiū adeptus. Scio ego Æthio-

piam, Sphingem animal fusco pilo, mammis que in pectore geminis alere proxime, ad hominis effigie accedens. Sunt qui tradant proprium huius esse, si hominem præuiderit solo obtutu necare: contra, si uisu præueta sit, extingui. Sed quoquo modo Oedipus matris est nuptias fortitus (nam in re tam uerusta & fabulosa quod affirmem nihil habeo) plures ex ea liberis procreauit, uirilis stirpis Eteoclem & Polynicem, Antigonom alterius sexus & Hlmenem. Mares ubi per ætatem adoleuerunt, patri auctores fuerunt, ut ob domesticum dedecus sese domi contineret. Sunt qui scribant Oedipidem ipsum ubi de paterna cæde & matris concubitu per Tiresiam rescit, consternatum animo sese luminibus priuasse, in abditiissimas que ædium partes se ipsum iniecit. Patre à medio sublato: iuuenes inter se comparant, ut alternis annis imperarent, primaque regni fors Eteocli, qui maior erat natu, obtigit. Is regni ante non circumacti, quum suas opes interim firmasset, sceptrum reperenti fratri non restituit. Polynices regni sorte fraudatus ad Adrastum Argiuorum regem confugit, ad quem per id quoque tempus & Tydeus uenit patriam profugus. His duobus hospitio acceptis certo oraculi monitu Adrastus filias hostibus despondit, Argiam Polynici, Tydeo Deiphilem, probare ille à principio amborum indolem miseramque fortunam, quod uterque regio fastigio eiectus, ad alienas opes confugisset. Adrastus ambobus bene sperare iussit, fore pollicetur, ut totis regni uiribus connixus utrunque suum restituere in regnum, Polynicesque simul causam amplexus, priusquam arma mouerentur, Tydeum Thebas ad res ab Eteocle reperendas ire iubet. Quæ non modo non reddita sunt, sed contra ius gentium Tydeo uis intentata est. Quinquaginta ex omni iuuentute lecti ab Eteocle missi sunt, qui illum ad Adrastum redeuntem insidijs exciperent, exceptum obrutarent. Verum Tydeus ut inuictus fuit animo in hostes conuersus, non solum fortiter restitit, sed ijs qui secum primo congressi sunt, prostratis, cæteros in fugam actos turpiter disiecit. Sunt qui ad unum interfectos dicant, præter paucos qui cladis ignominiamque accipere nuncijs domum abierunt. Tydeus Argos reuersus quid Thebis sit actum exponit, docetque simul Eteoclem non modo res non reddere, sed sibi ad eas repetendas misso hostiliter insidiatum: hæc ait simulque recentissima ostendit cædis uestigia, quæ ægre nuper fuerat reuulsus. His Adrastus commotus quæ ad bellum necessaria uideri possunt, sedulo comparat, adiungitque sibi belli socios, Capaneum, Hippomedontem, & Parthenopæum iuuenem impigram Atalantæ filium. Censere multi & Amphiaræum uatem esse ad id bellum ducendum. Ab eo ignispicij ratio primum tractata dicitur. Is futurorum peritus quum ita euenturum prospiceret, ut si ad Thebas proficisceretur, eo bello caderet, funestam sibi militiam uirtabundus è medio excelsit, tantisper in occulto futurus, donec Adrastum & alios ad bellum egressos audiret. Studio igitur requisitus quum nusquam existeret, essetque ea res sola impedimento quo minus in Eteoclem iretur, ab Eryphyle coniuge aureo torquæ corrupta proditus, in publicum protractus est, & ad bellum exire coactus. Fama est Amphiaræum mandasse Alcmeoni filio, ut post suum interitum Eryphilem, quæ sui essent exitij causa, matrem interficeret. Diodorus auctor est, torquem à Polynice illi datum, ut belli societatem uiro perstuderet, eamque in disceptatione quadam inter Amphiaræum & Adrastum cuius ipsa erat soror, prius orta, amborum consensu arbitrium adeptam, secundum mariti causam iudicasse. Cæterum adiecit ita iudicium ratum uideri, si is socius adiutorque belli foret, quod in Eteoclem moueretur, ac per ea Amphiaræum ab uxore proditum illius cædem filio imperasse. Quantæ tui copie

Adrastus rex.

Tydeus plures unus sternit.

Ignispicium.

Adraſto fuerint, autores quos ſequimur nō tradūt. **Fama eſt** quum duces ſitibundum circa Nemeen ſyltam traherent exercitum, atq; ex ijs quādam explorandæ aqationis cauſa nō nihil agmine aberrafſent, in Hyphypylē Thoantis filiā Lemino ob patrem muliebri coniuuratione ſeruātū regno à ſuis eiectam & apud Lycurgum Nemeorum regē tū forte famulantem incediſſe. Erat cū ea regius puer, cui illa data erat, aut nutrix, aut cuſtos. Cæterum dum Hyphypyle ducibus gratificatura ad fontem cōtendit, Archemorus (nā id nomen regio puero fuit) herbido loco relictus, ſubito ſerpentis incurſu periit. Adduxit ea res nutricem in apertum apud regem diſcrimen. Sed ducū interuētū precibusq; & autoritate lenita eſt Lycurgi ira, ob eximioſq; & nouos honores ab roto exercitu filij ſepulchro redditos, magna ex parte remiſit dolor. Māſt in ludicrum ad poſteros Nemeiq; Iudi appellati. **Quin** deinde ſub Thebis fuerint bellorum conatus, in tam obſcura rerum memoria haud quiſquā facile dixerit. Illud inter plures cōuenit, duces ipſos, qui ſeptē numero fuerunt, præter Argiuorū multitudinem, quæ fuit propemodū immenſa, alios alio caſu abſumptos. Adraſte duntaxat ſeruato, qui fugienti ſimilis Argos reuerſus eſt. Capancum murorū ſaſtigia tenentē hoſiū impuſſu inde cū ſcalis deſubarū, ac ui multa lapidum ſuperne obrutū, Amphiarā hiatu terræ abſortum, Polynicē cū Eteocle ſingulari certamine congreſſum, mutuis conſectum uulneribus occubiſſe. Iam ad fabulam redeundum ſit, ſi quæ de illorum rogo poëtæ tradiderunt ſequamur. Adraſtus ſuorū corpora ſepelire conatus, ab hoſtibus prohibitus eſt, uictorq; ſimilis in Argiuo ſines trepidē ſe recepit. Sunt qui ſcribāt, ab Athenienſibus eum adiutum, cæſorum corpora recepiſſe. Alij ab Athenienſibus ipſis eam abſentibus Argiuus operam perhumane nauatā memorāt. Nec res Thebana deinceps meliore ſtatu fuit, ab eorū filijs, qui præſenti bello perierunt, maiore aliquanto armorū apparatu poſt aliquot annos repetita. Sunt qui poſt illi euerſum ad Thebas iterum bellatū ſcribant, fuiſſeq; illati belli prætextū Argiuus q. Thebani cum cæteris Græcis ad Troiā nō militaſſent. Sed quocunq; Thebani tēpore in recentiorē illam cladē incederūt. Alcmeonis Amphiarai filij ductū id bellū Thebanis illatū plures meminerunt. Hi, q. ſatis conſtat, ingenti prælio uicti, quum neq; uires, neq; ullū ad ſe tuendum conſilium haberent amplius, Tiresiæ uatis, à quo captā dorū ex auibus auſpicioſum ratio, ut fert, inuenta eſt, oraculū ſecuti, urbē ſilentio noctis deſtituere. Thebani populariter urbe egreſſi in eā Bœotia parte conſeſſe, quæ Tilphoſea dicta eſt. Thebæ captæ hoſtiliter que direpte. Fama tenet Daphnē Tiresiæ filiam captā Delphos à uictoribus miſſam, quæ à patre prius inſtituta, mox Delphico commercio prudentior facta, in ſummam diuinādi peritiā euāſerit. Tiresias qui cū ſuis ciuibus in Tilphoſeum agrum ſub ipſum urbis excidium abierat, haud breui interiecto tēpore uita deceſſit. Eū Thebani ob creditam ingenij diuinitatē, magnifico (ut tum res erant) funere extulerunt. Mox ſumptis aduerſus Doriens ſus armis, prælio uictos ſuis ſedibus eiiciunt. Nec ita longo temporis interuallo eorum pars Athenas conſeſſit. Qui in Dorida haud multo poſt reuerſi, in ea eſſe terra perſeuerarunt. Nonnulli in Grineo habitauerunt. Quidam etiam in Eubœa. Per hos caſus iactati ſunt Thebani poſtquam ab Epigonis proprijs ſunt ſedibus eiecti. Quæ igitur circa Ilium geſta ſunt, quæq; his aut æqualia fuerunt, aut certe non multo antiquiora, maiore omnino fama ſunt memoriæ prodita, ſed fabulis nihilominus inſerta. De his igitur quo breuius dixerō, eo fortaliſ uerius. Nam ſi quis poëtarum ſcripta temere ſecutus, longiorem de ea re ſermonem inſtituat, etiam iniuitus in aperta rerum mēdacia incidat neceſſe eſt, quia

Hyphypyle Thoantis filia.

Nemei Iudi.

Adraſti fuga.

Thebani bello repetuntur.

Tiresiæ uatis exitus.

Troianum bellum.

A labe, nulla hitorie maior accidere poteſt. **Omni** igitur longiore ſermonē de huiuſmodi rebus omiſſo, breuitas illa ueritatis amica, qua in Thebanis rebus explicandis uſi ſumus hic quoq; eſt nobis tenenda. **Paridis** igitur iudicio, quod uetuftatis rerumq; naturalium peritiſſimi, longe aliter quā uulgus interpretatur, ad Scænicos artifices & poëtas relegato cauſam capiendæ Helenæ, unde tempeſtas illa bellorum Aſiæ orta eſt, inueteratam graſſandi in alienas ſœminas licentiam Paridi extituiſſe crediderim. Nec multum à uero diuerſa eſt coniectura illa ueterem iniuriā Heſiones Priami ſoris, ex Ilio in Græciam abductæ, recentioris poſte rapinæ Troianis materiam præbuiſſe. Sed armis honeſtius, ut poſtea Græci fecerunt, ea res uindicanda fuit. Enixaq; Heſione fuerat iam antea ex Telamone Tētrum, qui Troiano bello interfuit. Quæ ſoris fortuna poruit ueterem Priami iram lenire. Sed uetus exemplum uidetur ille mihi ſecutus. Enimuero Phœnices nulla læſiſi iniuria Io Inachi filiam ex Græcia aſportarunt, mox Cretenſes Europam ex Phœnice. Græci inde ex Colchide Medeā. Cæterum quia huiuſmodi rapinæ alijs impune ceſſiſſent, inde Paris audacior factus, Helenæ tum mulierum pulcherrimæ fama impuſſus, uelut aliud ſecutus negotium, in Peloponneſum nauigauit. Fama eſt Alexandrum, qui idem fuit, & Paris, in hoſpicio apud Menelaum fuiſſe, cuius matrimonio locata erat Helena, atq; in eadem domo unum paſſa puerperium, ob inſclitum Priami nomen, & quia tempeſtate illa nihil hoſpitali iure fuit mortalibus ſanctius, Menelaus, quum adhuc Paris apud ſe eſſet, peregre domo profectus regij hoſpitiſ curam demandat uxori. Atque ita eo abſente ſiue inuita, ſiue quod uulgus tenet, hoſpitiſ facie mulier capta, ex Sparte in Cranaam inſulam cum Paride nauigauit. Vbi cum eo primū congreſſa, ipſi poſtea loco nomen dedit, ut inſula ſit iam inde Helene appellata. Iacet hæc ante Bœotia lītus circa Sunium promontorium. Sed de Helenæ raptu multiplex eſt fama. Atque poëtica illa excluſa, cuius Homerus eſt autor, quæ tota fabularum inuolucro tegitur, Herodotus, Dion Pruiſienſis, & Dares Phrygius, multo æquiore animo audiendi ſunt: horū Herodotus, qui eſt eius opinio autor, quæ proxime memorata eſt, negat Helenam ad Troiam perueniſſe, ſed Paridem quū Ægeū nauigaret, ui tempeſtatis curſu exculſum in Ægyptiacum ait pelagus cum Helena deiectum, nihilq; ſtatibus interea remittentibus, oſtiū Nili quod Canopicū uocant ſubiſſe. Fuit tū ibi ad Tarcheas Hercules fanum, quem locum ſeruili conditione uiri ingreſſi, nulla abſtrahi ui poterant. Huc quum ex Paridis comitatu ſeruitia quædam profugiſſent, Hercules ſimulacro aſidentes, uiolati hoſpitiſ, nefariæque rapinæ, Paridem apud barbaros ſacerdotes criminantur, tenebat per id tempus Ægypti regnum Proteus, cuius præfectus Thonis indignitate rei cōmotus, ſubito Memphim miſit, qui Alexandri appuſum, & quæ illi exprobrarentur regi nunciarent, applicuiſſe nuper hominem Phrygij ſanguinis, cum Graia muliere, quam ex Peloponneſo iniuria aſportatā ſerui inſimularent. Imperat Proteus hominem eum quiſquis ſit comprehenſum ad ſe duci, uirū ſtagioſum, extremoq; ſupplicio dignum arbitratus, qui nihil hoſpitales deos reuerit, alieno fuiſſet thoro inſidiatus. Thonis Alexandrum cum Helena & ijs, quæ illa ſecum domo extulerat, haud multo poſt Memphim ſub cuſtodia miſit, hic rex ſuſcitatur equus homo eſſet, & unde cum nauibus profectus, audita patria & Priami nomine pergit uelut totius rei ignarus quærere ecquænam ea eſſet mulier, quæ ſecum ueheret. Hic titubantem Paridem, ac minus conſtanter ad ea quæ de Helena quærebentur reſponderem, grauiliſſimis Proteus uerbis increpuit, Deos hominesq;

Paridis iudicium.

Io. Europam Medea.

Helena cum Paride nauigat.

Paridis & Helenæ diſcrimen in Ægypto.

hominesque teſtatus niſi hoſpitalia iura obſtarent, nullam neq; patriæ, neq; parentis rationem ſe fuiſſe habiturum, quo minus meritum de eo ſumeret ſupplicium, ut atrociffima unius pœna documento eſſet mortalibus, ne latrocinio illicitis ſibi quærerent amores. Cæterum nolle ipſius quem merito diſſet exemplum imitari, permiſſurum ſe hoſpitiſ cauſa, ut in columis inde claſſem abduceret: Iret, & aliena coniuge, & rebus quas illa ſecum extulit apud ſe relictiſ, conſeſſim tota Ægypto excederet. Quod niſi continuo faceſſeret, tū ducem ipſum ſe q. comites p. hoſtibus habiturū. Atq; ita ait eueniſſe, ut quādiu ad Troiam bellatū eſt, Helena fuerit apud Proteū. Hæc Herodotus ex Ægyptiorū prædicatione, de Helenæ in eam terrā appuſſi. Homerus quoq; Helenā poſteaquam in Græciam reuerſa eſt prædicantē inducit Nepenthe illud q. Telemacho propinabat, à Thonis coniuge dono accepſiſſe, quādo terra Ægyptus pluri ma euſmodi mixta, partim bona, partim mala ferret medicamenta. Idem autor Alexandrū Sidonem ueniſſe ait, quæ ab Ægypto non multū diſtat, celebratq; Sidoniarum opus puellarū, quas ille lata ſulcans maria Ilium aduexiſſet. Sed his multū diuerſa ſunt quæ Dion ſcribit. In illiſibus perſuadere conatus eſt, ne Ilium quidē à Græcis exciſum, nec Helenā Menelao unquā nupſiſſe, ſed Paridi, quā quū multi ex terra Græcia procarerūt, & cū his Menelaus Agamemnonis frater, cū quo Clytemneſtra Helenæ ſoror nupta erat, in dignitate rei, q. peregrinus homo Græciæ primoribus prælatuſ in matrimonio eſſet, Atridarū impuſſu Græci Priamo bellum intulerint. Eoq; fidē huic opinioni fieri, q. Caſtor & Pollux fratres Helenæ, qui eius connubij autores fuiſſent, ad Troiam non militauerint. Ita igitur Dion rem dirigit, ut Helenæ connubiū à Græcis per legatos dicat repetitū, qua non reddita, quoniam legitime Paridi nupſiſſet, ex tota fere Græcia bellū ſit Phrygiæ illatum. Primoq; ad Troiam appuſſu Proteſilaum, qui omnium primus in littus euadere conatus eſſet, ab hoſtibus interfectum: mox Graios littore depuſſos in Cherroneſum retro nauigaſſe: atq; ita ex pximo Iliacum littus ab his noctu repetitū, ac tū priuſquā ex urbe occurrī potuiſſet, uallum nauibus obiectū. Multos inde, ut ille ait, bellorū caſus utriq; ſunt experti. Sed Græcorū res multo deterior, qui poſt multa pericula & labores terra & aquis exhaulitos nihil præter littus foſſa & uallo munitum, in Phrygia tenerent. Eſt ad hæc in ſumma rerum omniū diſſicultate, ſeditioe nonnunquā laboratū, ut ægre Neſtoris Vlyſſiſq; autoritas uulgus à nauibus reuocarit, quæ populariter in Græciam abeundū cenſerent. Acce deinceps prælium eſt, ut Dion ait, ſecutū: Græciq; ad naues cum multa ſunt ſtrage ab Heſtore copuſſi, multo maiore cladem accepturi, niſi re pene aſſiſſam Achilles ſuo malo reſtituiſſet. Is Phryges trans Simoēnta perſecutus, & cū Heſtore cōgreſſus grauter iſtus concidit. Cuius corpus quominus cohoſtis potiretur, ægre duo Aiaces tenuerunt. Adeo Dion ab Homero omnia diuerſa prodidit, fabuloſa haud uno loco eſſe teſtatus, quæ ille de ſingulari Paridis & Menelai pugna fuit carmine complexus, de Aiakis & Heſtoris prælio, Diomedis & Æneæ, & in uniuerſum quæcunq; de Patroclo cecinit. Achille igitur extincto, nocte quæ proxime ſecuta eſt, Græci fortiſſimi ducis interitu, magnaq; ſuorum cæde perculſi, in Cherroneſum retro abierunt, eorum caſtris Troës potiū, magnam inibi prædam diripiūt. Tabernacula incedunt, uallū diruunt. Erantq; Ilienum res in hoc ſuceſſu, quum Amazones ex Ponto, & ex Æthiopia Memnon ſuppeticas Priamo uenerunt: & Græci Pyrrho ex Scyro inſula acceſſito, & Philoctete ex Lemno ſuas opes firmant. Inſta-

A ratoque exercitu Ilium ex Cherroneſo repetunt. Tum maiores, ut Dion ait, conſiſſus ſecuti, Antilochusque & Ajax ab Heſtore in pugna interfecti, Paris à Philoctete ſagitta iſtus, & Pentheſilea à Neoprolemo telo tranſfixa mortem occubuerunt. Atque ita opibus utrinque ſæda clade acciſis, quum multo maior hominum & rerum iactura eſſet à Græcis facta quā à Phrygibus, ſœdus utrinque iſtum, ut Græci pro ea pecunia quam Priamus ſibi dari poſtulabat, ob bellum iniuria à Græcis illatum, Minor uæ Iliacæ opus memorabile relinqueret. Vnde ſumpta eſt poëticis materia, ut Troiam equo captā memoriae prodiderint. Ea moles hoc habuit: **ACHEMI- VI MINERVÆ ILIADIS SACRVM.** Plinius, arietem bellicam machinam Troianam equum fuiſſe exiſtimat, cuius inuentor fuit Epeus. In ſœdere eſt diſcrete poſitum, ut Græci Priami genere Phrygiam obtinepre nunquam bello Aſiam repetere, neque Troiani Polepōneſum aut Bœotiam, aut Creten, aut Iſthacam Phithiamue, aut Eubœam inuaderent. Fœdereque in has conditiones iſto, Græci ob rem male geſtam, ſeditioe primo agitati, diuerſi domum conceſſerunt. Cæterum alij alios caſus experti, omnes fere ad unum ſunt periclitati. Tempeſtate quidam abſumpti. Nonnulli ut Agamemnon domeſtica fraude perierunt. Plures domo per contemptum excluſi, exilio ſolum uerterunt, & in his Diomedes & Menelaus, qui quū in Ægyptum nauigaſſet, omnia memorare ſit ſolitus eius gentis ſacerdotibus, quæ Græci ad Troiam perpeſi eſſent, eadem ab illis per manus ad poſteros tradita. Ex quibus hæc Pruiſienſis Dion ſe didiciſſe teſtatus eſt. Priamus (ut idem autor ſcribit) feliciter conſenuit, Helenaque poſt Paridis interitum Deiphobo nupſit. Nec multo poſt, quum iam Heſtor regnum à patre accepſiſſet, nec Æneas quieturus uideretur, niſi in partem regni recepturus, quod magnis Priami pollicitationibus fortiter Troiam defendiſſet, autor illi fuit, ut ſua pecunia & claſſe auſtus quo uellet Coloniam deportaret. Sic Helenus & multi hoc ipſum ſecuti, alij alio nauigarunt. Et hæc Dion multo longiore quā nos fecimus ſermonē executus: ut qui ſit in Homeri mendacijs reſutandis uehementer occupatus. Verum neque huius, neque alterius cuiuſquam fides maioris apud me erit unquam mōmentū, quā Phrygij Daretis: cuius hitoriam non tantum probauit Nepos Cornelius, ſed Criſpo etiam Salluſtio in Romana hitoria plurimorum iudicio haud dubie principi, cognoscendam tradidit. Is Helenam ſcribit Menelai connubio ui abductam à Paride, quem Priamus pater ad hoc ipſum in Græciam miſiſſet, ut quando Heſione per legatos repetita à Telamone non redderetur, aliquo Græcos in commodo afficeret: eratque tum forte Menelos in Pylum ad Neſtorem profectus. Erat & Helena uiro abſente in Citheris inſula, quæ Paridis uidenti cupida in eius conſpectum uenit, ibi uterque alterius forma capti templum Apollinis & Dianæ ſubierunt ſacrorum cauſa, unde nocte quæ proxime ſecuta eſt eam in nauim receptam Paris auexit. Sunt & aliquot cum ea mulieres ex ipſius comitatu ad naues abductæ. Spoliatoque Apollinis templo in Phrygiam proſpera nauigatione eſt reuerſus. Coniurat tota Græcia ob eam iniuriam in Priamum & filios. Septuaginta circiter uiri illuſtres Agamemnonis ductū, cui ab initio delatum fuit imperium, cum mille & amplius nauibus ad Troiam ex Aulide profecti ſunt. Vbi naues Tenedum tenere, Diomedes & Vlyſſes Ilium ad res repetendas ire ſunt iuſſi. Interea Achilles Myſiam populatus eſt, & Teutras qui in ea terra regnum obtinebat prælio uictus, grauterque ſaucius Achilles manu occubiſſet, niſi eum Telephus, qui cum Achilla

Machina Troiani equi.

Infelix Agamemnonis exitus.

Menelaus in Ægyptū delatus.

Æneæ nauigatio.

Dares Phrygius.

Verus Helenæ raptus.

Teutras.

Helena Menelao non nupſit ut quidā ſcribunt.

Proteſilaus interſicitur.

Heſtor Achilles interſicit.

Amazones Priamo ſubueniunt.

Teuthras.
Telephus.

Achille erat, clypeo protexisset. Fuerat Teuthras ab Hercule Telephi patre in regno constitutus, quo contigit, ut à Teuthrate nō modo sit hospitio acceptus, sed ad regni etiam successione admittus. Nec mihi excidit quid supra de Telepho scripserim, quidū ab alijs de eius uulnere fuerit memorie proditum, sed Dareis hæc sunt. Sub idem fere tempus quo Achilles ex Myfia cum præda Tenedum reuersus est, Diomedes & Vlyffes ex Ilio nuntiant Helenam nō reddi. Et iam Græci erant ex insula transmissuri, quum Palamedes ex Eubœa superuenit cum triginta nauibus, docuitq; multo tutius Græcis futurum, si noctu Troianum litus occuparent. Cæterum siue noctu siue interdiu clasis eo appulsa est, acri prælio sunt Græci ab Iliensibus in litore excepti. Occubuitq; in ipso cōgressu Protefflaus, q̄ omnī ferocissime in aduersum hostē irruerat. Mox cruenta cædes secuta est, multisq; utrinq; amissis, præcisa est, in plures horas anceps dimicatio. Ad postremū imprefione ab Achille facta, Troiani cum multa cede in urbem compelluntur. Actum demum Græci in terram egressi, per ocium naues & castra muniant. Postridie Hector in pugnam egressus, Patroclū interficit: iacentiq; exuias detrahit, inde Merionem haud multo post ad terram deiectum, quum spoliare esset adortus: à Mnesteo graue uulnus in femore accepit. Sed non adeo est plaga una retardatus, quin ad naues usque Græcos egit, intulissetq; ignem nauibus, nisi Ajax Telamonius collato pede illius impetum fregisset. Ibi duo fortissimi duces inter se agniti. Erat Ajax ex Hefione Priami sorore natus, ut plures dicunt, nam non desunt, qui (ut alio loco demonsttraui) Teucrum uelint, donaruntque se inuicem militaribus donis, diremptoque prælio induciæ inite sunt, ut qui in acie occubuerant, per ocium sepelirentur. Interim nō nihil inter Græcos seditione laboratum. Censebat Palamedes esse imperium Agamemnoni abrogandum, sibi que tribuendum, quando quidem multa commentus esset ad præsentis belli usum, modum egrediendi in hostem, castrorum, munitiones, tesseram militarem, circuitionem uigilantiam, & cum his instruendi exercitus rationem: Estq; per hæc biduo cessatum, nisi forte relictus biennium pro biduo legatur apud Daretem. Agamemnon (quod satis constat) exeuntibus inducijs, cum Achille, Diomede, & Menelao, suos in aciem eduxit. Contra Hector & Aeneas ex aduerso aciem instrunt. Confligitur totis uiribus, caduntq; utrinq; multi uiri fortes. Sed multo acrius est sequenti die pugnatum, quo prælio Paris Menelai femur transiit sagitta: oppressusq; esset in uestigio Alexander hostibus pene circumuentus, nisi obiectu clypei Aeneas illum protexisset, sed nox accessum diremit prælium, animisq; per hæc ad pugnam irritatis octoginta circiter dies assidue est acie dimicatum, innumeriq; interim uiri ab utraque parte occubuerunt. Pacti sunt inde in tres annos inducias. Triennio circumacto opib; utrinq; auctis, Hector & Troilus primi suos in pugnam educunt. Occurrunt his Agamemnon, Diomedes, & Menelaus. Huius diei pugnae, quæ tam his quam illis cruenta fuit, adeo animi incaluerunt dimicandi studio, ut xxx. deinceps dies sit hinc inde in aciem descensum. Sed quum aliquanto plures ex Troianis cecidissent, sex mēsum induciæ sunt Iliensibus datae. Vario posthæc Marte est læpius cōflictū. Hector interim uir fortissimus cū Achille cōgressus, eius femur cōfauciat, ipse cōtra ab Achille letaliter percussus occubuit. Eoque cadente Troiani in fugam uersi cum foedissima suorum strage in urbem compelluntur. Duobus inde mēfibus eos induciæ tenuerunt. Quo tempore Priamus magnifice Hectorum tumulauit, ludosque in eius memoriam ad sepulchrum instituit. In castris iterum mota inter Græcos seditione, abrogatum est Aga-

Palamedis cōsiliū.

Patrocli & Merionis cædes.

Ajax.

Seditio inter Græcos.

Pugna acris.

Induciæ trium annorum.

Hectoris casus.

memnoni imperium, summa rei multitudinis suffragio in Palamedem collata, nec eam mutationem imperij Achilles probauit. Post inducias utrinque est in aciem descensum, primo quoque confictu Sarpedō Lycius Telepolemum Rhodium, & Te reum Admeti filium obruncat. Secuti inde multi uarijque conatus. Circumacto interim anno ab Hectoris interitu, quum Hecube & filiae inferias ad eius tumulum ferrent, quem illi extra urbem Priamus extruxerat, Achilles, qui tum forte menibus obequitabat, Polyxenam intuitus, continuo eius forma captus, oculos & animum in uirgine defixit. Fuit Polyxena (si uera Phrygius Dares prodidit) candido colore, procerâ statura, & longo teretique collo, oculis uenustis, forma adeo eleganti, ut omnes quæ ea ætate fuerunt, longe anteciret puellas. Achilles amoris impatiens ferum Phrygij sanguinis ad Hecubem mittit, qui uirginem sibi in uxorem deposceret, ita fore pollicitus, ut ipse Theffalique continuo secessionem facerent. Nec dubium quin se abeunte confestim Troia obsidione solueretur. Desert Hecube rem ad Priamum, qui factum ita probaturus uidebatur, si post affinitatem uniuersus exercitus abiret, alioqui non uideri sibi causam filia cuiquam iungendæ integro adhuc bello. Res citro ultroque per internuntios iactata, Achillem ab omni armorum studio auerterat. Is iam antea Palamedis imperium peritus, soluendi belli autor erat. Palamedes ad pugnam egressus Deiphobum obruncat, mox & Sarpedonem, quem ita in suos grassantem Paris intuitus sagitta transiit, eoque uulnere degrauiatum, Troiani facto agmine telis obruunt. Palamede cadente Græci in fugam uertuntur. Fit cædes terribilissima, aguntque dispersatum hostem Troiani ad naues, his flamas iniiciunt. Ajax quia Achilles prælio abstinebat, unus classenturatus est. Post Palamedis interitum Agamemnoni iterum summa rei permittitur. Is Achille qui totus Polyxenæ nuptijs imminebat, & ob eâ rē pugnam pertinaciter abstinebat: p̄ Vlyffem, Diomedē, & Nestorem obrestatur, ne Græcorū res in aperto discrimine destituat. Multis agit precibus, ut Palamede iam è medio sublato, sua uelit causa pugnam capefere. Sed neque Agamemnonis precibus neque triū uirorum illustrium præsentia ferocis iuuenis flecti potuit, ut ad arma respiceret. Tum uero grauissimifuerunt conflictus, duobusque certaminibus Troili præcipua enituit uirtus, qui Diomede & Agamemnone uulneratis, Græcorum phalanges iterū ad naues cōpulit. Cessatū inde ab armis per aliquot induciarū dies. Quo tēpore Achilles p̄ cib; exoratus, alie no ductu suos in aciem misit, confertoque utrinque prælio Troilus Myrmidones præ se agit ad naues cum strage multa. Intercesserunt his belli feriq; quibus exeuntibus, quum Troilus supra modum in Græcos saeuiret, Achillem rei indignitate motum, in prælium traxit: medioque certamine fauciatur. Cæterum dum Achilles curatur, Graiorū acies læpius funditur, impellitur, præceps ad litus agitur. Postremo Troilum curru media pugna excussum, ab Achillemq; circumuentū, Achilles iam à uulnere ualidior factus, interim it. Quem iacentem spoliare ad ortus, à Menone uulneratur. Hecuba in recentem luctum ob Troili mortem deuoluta, Achillem qui temere ad arma recurrerat, spe connubij in Timbræi Apollinis phanum, ad colloquium traxit, ubi Paride alijsque opportune ad insidias dispositis, Aiacem incautum & cum eo Antiochum, qui comes illi uenerat, suis trucidandos obicit. Post Achillis cædem, Neoptolemus filius ex Scyro est accessus. Ad cuius accessum paterna sunt arma iuueni data, quæ ultro Aiaci delata pertinaciter recusauerat. Instauratur itaque bellum, pugnaq; rursus placet, primoq; congressu Penthesilea

Polyxena ab Achille aduertitur.

Deiphobum pedon Palamedes occubunt.

Achille uulneratur. Troili casus.

Achilles & Antiochum interfectum.

Penthesilea interfecta.

Proditur Ilii Græcis.

Anni mundi. Temporū supputatio.

Aeneas. Antenor.

Amazonum ductrix Pyrrhū uulnerat, mox ipsa ab eodem faucia concidit. Ad Amazonis casum metus ingens Troianos incensit, fœdâq; fuga secuta est. Tum demum fractis Iliensium opibus, Aeneas Antenor & Polydamas Priamo perendē pacis autores fiunt, quibus multa cū ignominia reiectis: Rex etiam grandis natu, cum Amphimacho bellum instaurat. Interim Aeneas & Antenor pacti cum Agamemnone, & Graijs suam incoluitatem, per eam portam, quæ equinam habuit effigie, siue caput duntaxat illud fuit: hostem noctu in urbem induxere. Pyrrhus in regiam ab Antenore ductus Priamū obruncat. Polyxena apud Aeneam nō nihil lauit: qua reperta parum absuit, quin illi publica sit fides uiolata. Iussusque est confestim urbe excedere. Puella Pyrrhi iussu ad Achillis est sepulchrum iugulata. Heleno & Cassandra, qui semper pacis reddendæque Helenæ autores fuerant, consensu omnium libertas restituta est. Est & his, qui cum Andromacha perditis rebus in Thraciam Cheronesum cōcesserant. Ec hæc Dares, quæ omnia eo sum uerbosius secutus, quo uero mihi propria uisa sunt ijs, quæ cæteri rerum scriptores de bello ad Troiam gesto propemodum fabulati sunt. Quod uero ad Ilij excidium attinet, præter Græcos, quorum optimi quique id profecto tradunt, Liuius, & qui in Romana historia celebre sunt nomen adepti, haud dubie fatetur, Ilio à Græcis exciso, Aeneam in Italiam uenisse. De cuius digressu ex Troia, memorabilisq; in Latium appulsus mox paulo dicam quam uerissime potero. Fuit hic annus, quo Ilium est à Græcis Agamemnonis ductu excisum, quater millesimus ab orbe condito accipitur duodecimesimus, (neq; enim ad uium refero tempora) à Nino rege qui Assyriorum regnū condidit sextus & octingentesimus. Ab Habraami ortu quartus & uigesimus supra octingentesimum: à Mosis natiuitate trecentessimus octauus: præcessit primam Olympiadem annos sex & quadringetos. Te nebat tum regnū in Assyria Tautanes, qui sextus & uigesimus rex fuit à Nino. Apud Sycionios Poliphides. In Aegypto Thuoris. Apud Hebræos Labdon. Athenis Mnestheus, est hunc ad Troiā perisse à quibusdam sit proditum: Alij in Melo mortem obiuisse aiunt, quū ex Troia reuertetur cui Demophon successit. Regnatumque erat Athenis ad id tempus à Cærope ad Troiæ excidium annos trecentum septuaginta quinque. In Latio Latinus rex Fauni filius, uel (ut diligentiores scribunt) Hercules, per id tempus regnū obtinebat. Troia igitur capta, qui in Ilio fuerant, magna ex parte nocturna sunt cæde consumpti, plurimi tamen mortales silentio noctis urbe dilapsi, in pacatum abierunt, qui uarijs deinceps erroribus certas sibi sedes quaerere. Horum Aeneas & Antenor maxime insignes, cum ob nobilitatem generis præcipuamque animi uirtutem, qua Troia incoluim inter suos principes fuere, tum quod ambo clauissimarum urbium autores extiterunt. De his duplex est fama à Græcis scriptoribus celebrata. Aiunt ex his quidam Achiuū capto Ilio, omne ius belli ab his duob; abstinuiffe: & quia Græcos hospitio excepissent, qui ad repetendam Helenam eo uenerant, & quod illius reddendæ soli omnium ab initio autores extitissent. Alij quorum opinionem supra retuli, ob id seruatos meminerunt, q̄ Iliū Graijs prodidissent. Mneucerates Xanthius Aeneam causam prodæ Troiæ fuisse tradidit, quod ab Alexandro solenni sacro fuerit eictus, atque ob id Ilio tradito Achiuorum uno fieri contigisse. Dionysius capto, inquit, Ilio siue equo (ut Homerus autor est) hinc Antenoridaurum prodicione, quo apparer neutrum proditoris infamia cauiſe. Verū quo modo Troia capta est, Dionysius autor grauissimus (nisi quis malit poetâs audire) partem ciuiū & auxiliarium non paruam noctu in Iomnis ait op-

pressam, Aeneam cum I ionsum manu, & ijs, qui ex Dardano & Ophrynio aderant, hostibus adhuc inferiora urbis tenentibus, in arcē confugisse, in ea sacra erant & pecuniarum uis ingens. Inde Aeneas multitudine fretus hostes arcē subeuntes priamo repulit. In de ubi urbe ex omni parte capta diuī se locū tueri non posse uidit, ad sacra & congestâ Cazâ in tutū asportandam animum applicat, omnē itaq; imbellē multitudinem & cætera, quæ ad fugā impedimento esse poterant, parte arcis ab hostibus auersa, silentio ad Idam præmittit, & cum his ex robore iuuentutis plurimos, qui abeuntibus subsidio forent, ipse cum lectissima uirorum manu hostem interim circa arcem nocturno prælio fatigat. Cæterum Neoptolemo cum suis ut murum arcis subeunte, ceteris que Graiorū principibus summa ope in summū euadere nitentibus, Aeneas & qui cum eo erant, prius quā molimina arcis ab hostibus refringerentur, uia quæ maxime ab eorū sensu fuit auersa, & ad mōtes propinqua, digressi suos ad montes cōsecuti sunt. Dionysius autor est Anchilam cum Creusa & liberis ab Aenea curru in tutum translatos, uerum ubi postea Creusa extincta sit, aut quo casu, neq; ille neque eorum quos sequimur tradidit quiquam. Nec potestis temere accedo, qui negant eam fuisse coniugis fugæ comitem. Dum igitur Græci sunt prædæ intenti, ut fatim est temporis Aeneam datum ad aunitissima idæ loca occupanda, superueniunt illuc nec multo post ex Dardano profugi: qui incensæ urbis flammam per noctem conspicati, rati q̄, erat, urbē à Græcis captam: relicto oppido, trepida fuga ad montes delati, in suorum popularium agmen inciderunt. Ex Ophrynio quoque & alijs circumiectis urbibus pau consternatione multi mortales exacti, sese Aeneam adiunxerunt. Fuit ab initio persuasum ijs, qui cum ipso duce erant: fore ut Græcis domum abeantibus Ilium incolerent, sed multū illi sunt spe sua decepti, regiam nanque urbem Achiui aliq; illi propinqua loca hostiliter populati, ad eos quoq; expugnandos qui montana in federant loca, animum adiiciunt. Verum non ignari qui iniquiora omnia sibi residuo bello futura essent, q̄, non ultima desperatio solum quæ ad omnia extrema audenda impellit humanos animos, sed asperitas quoq; montiū domanda esset caduceatorem mittunt, qui Aeneam & cū eo omnē extorrem multitudinē hortaretur, ne nouo sese implicarent bello, ne Troianum nomen ad internicionem deductum irent, quin patria & rebus amissis propriae salutis fulserent, amplexarentur occasionem imperrandæ pacis, quam si bellandi pertinacia prætermitterent, fore, ut non multo post neglectam frustra desiderarent. Secundum hæc Aeneam cum Achiuis in colloquium uenisse aiunt, & in has conditiones pacis descensum, ut ipse cū extorri multitudine & rebus, quas secum Ilio capto extulisset, Troiano agro excederet, Achiui tutam illi nauigationem per omnes Craiorum terras exhiberent. Atque fide in hæc data & accepta Phrygia profecturus Aeneas, Alcanium, ut quidam autores sunt, natiorum maximum cum profugorum parte, qui Phryges omnes fuere, in Dascylitem agrum, ubi lacus est Alcanius, ipsis locorum accolis id petentibus misit. Fuisse ibi Alcanium dicitur donec Scamanandrus Hectoris filius, & fratres ab Neoptolemo dimissi, uel (ut alij tradunt) Heleni subsidio auitum regnum recuperarunt, cum his que summa ope adiutis Alcanium Ilium reperisse. Et hæc quidem de eo sunt tradita. Aeneas cum cæteris filijs (nam quod Sophocles facit, illum portis exeuntem, humeris que patre habentem, poeticum est figmentum) classe ad tempus instructa primum in Thracia breui traiectu uenit. Inde secundum Cherronesum, quæ Pallene dicta est, Troiani præteruerti à Cruis barbaris hospitio accepti, in ea terra hyemauerunt, statueruntque

Aeneae discessus exilio. Aeneae consiliū.

Quæ accidit post captum Ilium.

Aeneae pactio cum Achiuis.

Cherronesus.

Errores Aeneae. Ibi templum Veneris. Inde ex Pallene profecti in Delum sunt delati, ex Delo in Cythera, quae Peleponneso adiacent, ex Cytheris in Zacynthum, hinc in Ambracio sinu stationem habuere, ubi Ambrax Dexameni filius nepos Hercules per id tempus regnum obtinebat. Anchises Ambraciae oram classe praeruectus Butroti portum tenuit, Aeneas cum robustissimis iuuenum bidui itinere Dodonem ad oraculum peruenisse fertur, atque his locis Helenus. Helenus ab eo repertus, apud quem dux ipse & comites in hospitio fuerunt, consulto de senibus oraculo, sacratique deo muneribus, quae multas post etates durauere, classem assecuti Ionio emenso, eam Italiae oram primo tenuerunt, quae olim magna est Graecia appellata: Fama est classem gubernatore usum Aeneam Patrone quodam Thurio, multo usque ex Epiro navigationis illius ultro se comites illi adiunxisset, quorum plerique Italia conspecta domum sint reuersi. Patro cum Aenea esse perseuerauit, qui postea habitasse fertur in Alontio Siciliae. Troianorum qui ex Aeneae comitatu fuerunt, quidam Iapigia arces tenuerunt, alij Atheneum, qui primus in Italia Aeneae locus occurrit, Plures uero cum ipso duce Ausonio maris oram emensi, ad Siculum usque fretum peruenere. Hic dubium consilio an ui pelagi, cursu excusati eam Siciliae partem praeruecti sunt, quae Drepana nominatur. Quibus terris in eos incidendum, qui cum Helymo & Aegesto aliquanto prius ex Troade profecti, circa Crinifum fluiuium posuerant sibi sedes, concesso à Sicanis agro in Aegesti gratiam, qui in ea insula sorte quadam fuerat à puero educatus. Maternum huius auum, generis & opibus praepotentem Laomedon ob dissidium quoddam cum omni uirili stirpe occiderat, filias ne caeperum decorum duxit, sed quam id foedum arbitrarj, tam rebus suis formidolosum credere puellas ipsas suorum popularium cuiquam nubere, Negociatoribus igitur illo profectus dat procul inde asportandas. Vehementur forte nauis una extorres uirgines, & adolescens quidam Phrygij sanguinis. Is unius amore captus eam post suum in Siciliam appulsum duxit uxorem, ex qua Aegestum tulit, qui parentibus uita functis Priami temporibus reditum in patriam impetrauit. Mox uero capto Ilio iterum in Siciliam cum Helymo nauigauit, atque aliquanto prius, quam eo sit Aeneas classe delatus, sedes (ut dixi) sibi & suis in ea terra fixerat. Hæc Dionysius qui nihil grauate accedo. Diuersa sunt omnino meoq; iudicio fabulosa, quæ de eo latinorum quidam secuti sunt. Aegesto igitur & Helymo Aeneas occurrens, post mutuum gratulationem hospitaliter appellatus, non nihil eiusdem est terris iam oratus, fuitq; interim ambobus autor, ut urbes duas uterque sibi unam conderent. Earum una Aegesta est dicta, Helyma altera, utraque à conditoris nomine nomen adepta, qui populi, ut aliquanto citius coalescerent ex ea multitudine quam secum nauibus uehebat Aeneas, in utranq; urbem colonos ascripuit. Mox ex Sicilia Tyrrhenum nauigans primum Italique portum tenuit, qui ab ipsius gubernatore ibi extincto Palinurus est dictus, simili casu est & Leucosia nuncupata à muliere Troiana Aeneae pernecessaria. **Palinurus.** Misenus in Opicis à uiro in eodem comitatu perillustri ibi defuncto nomen est adeptus. Postremo in agrum Laurentem Troiani egressi, quatuor à mari stadia uallum muniunt. Locus est Troia dicta, & hæc de Aeneae in Italiam aduentu quam uerissime potuit: haud ignarus quam ab his diuersa de eo poetarum sint signentis uulgata. Sed diligentissimi rerum scriptores pro uerissimis uidentur hæc secuti. Exciterunt plerisque locis certissima navigationis illius argumenta, urbes, donaria templis affixa. Sed in tanto ueritatis recessu non potuerunt non aliquid uariare scriptores, partim uerijgnoracione, partim

tim ut & ipsi noua aliqua afferre uideretur, per quæ eorum in inquirendo commendaretur industria. Neq; enim defuerunt, qui memoriam proderent, non Aeneam Anchisæ filium, sed alium quendam ab eo diuersum in Italiam uenisse. Alij Ascanium Aeneae filium. Quidam Aeneam ipsum uenisse aiunt, sed locatis in Latio copijs in Phrygiam remeasse, ab eoque regnum per manus Ascanio traditum. Decepti fortasse Homericò carmine, quo à Neptuno prædicitur futurum, ut Aeneas & posterij inter Troianos regnaturi essent. Imperitabit ait Teucris Aenea uirtus, & nati natorum & qui nascentur ab illis. Quasi uero non idem in Latio alibiue procul ab Illo euenire potuerit, ubi Troianorum conuentus aliquis futurus esset, ut ille inter suos uel in ignota terra regnum obtineret. Pari pene coniectura alij eum in Italia uenisse inficiati sunt, quod pluribus locis eius nomine sepulchra procul Italia ostenderetur: ignari credo unum olim fuisse locum quo Heroi corpora sepelirentur. Cæterum peruetustum uidetur eiusmodi monumenta ijs construi consueisse, à quibus populi, qui id præstarent, quoquo modo fuisse beneficio affecti. Quod in Aenea euenisse, haud dubie apparet, q & in Phrygia Ascanium filium Dafilitenibus ducem reliquit, in Pallena urbem cõdidit sui nominis, in Arcadia filiam matrimonio locauit, conuendari in Sicilia urbium autor suis hospitibus fuit. Horum uero nihil in Latio apud Numicũ fuit, ubi situs esse dicitur, quo intelligi potest, quom non uno loco ostenderetur eius uiri sepulchrum, id uerissimum omnium credi oportere, quod supra id flumen fuit olim. Est & alia non minor coniectura, quia ultra Latij fines nulla Aeneae monumeta sint relicta. Quod Phryges in Laurentem agrum delati, haud ulterius sint euagati oraculo ascribunt, quod futurum monstraret, ut ibi stabiles mansurasq; sedes haberent, ubi fame adacti mensas absumere cogentur, quod non multo post ipsum appulsum contigisse memorant, ut paniceos orbes carnibus subiectos ex discumbentibus quidam panis inopia consumplerint, atque tunc ab uno atque altero exclamatum defunctos esse se iam fatali errore quando eiusmodi mensas à uescnentibus consumi contigisset, eamque uocem fauore & assensu à circumstantibus exceptam. Sunt qui ex Aeneae filijs unum oraculi mentionem inuulsi dicant. Nec illud satis constat, ubi id responsum Troiani acceperint. Sunt qui Dodoneum fuisse arbitrentur, alij in Erythris Idæ tugurio, quod Sybilla incolebat puella fatidica atque inde indigena, iustos aiunt Troas profugos ad occidentem solem nauigare, donec in eum uentum esset locum, quo mensas panis defectu consumere adigerentur. Id ubi accidisset, scirent iam adesse tempus finiendi erroris, seque fatalem terram attigisse. Haud mihi excidit, quod poeta de Harpyiarum oraculo ad id pertinente fuerit carmine complexus. Sed nos poetarum (ut non uno sum loco testatus) non sequimur. Fama est prodigiosum Scrophæ occursum augurium Troianis fecisse, ex eo condenda urbis sit locus illis demonstratus, eam pregnantem fuisse aiunt altaribusque adnotam sacrificantium manibus excussam, inde quatuor & uiginti stadia procul à mari paruo tumulo confedisse, loco natura sane horrido ac perdifficili. Aeneas oraculi memor, cum paucis, qui forte aderant, scropham eminus est secutus, ne uestigio instans fatali uia auerteret. Tum uero naturam loci contemplatus, quom nihil in eo perspiceret, quod ad sui cultum inuicaret, consilij anceps augebatur, nec in animum inducere poterat, tam importunas sedes fato demonstrari. Eratque iam dudum in re una deliberanda occupatus, deberet ne illic esse, an longius adhuc iret, quum ex proximo loco uox sine autore reddita esset, quæ Troianos illic iubebat permanere. Pergerent modo ædificare, cætera satis permitterent. Alij autores sunt

Ostentū scropha.
Latij fines.
Latij incolæ.
Aeneae sepulchrum.
Troiani mensas comedunt.
Harpyæ.
Scrophæ augurium.

sunt deorum penatum effigiem sic Aeneas per quem etem obuersatam, quibus iustus sit locum communiare, sed quæcumq; oraculi species ea fuit, constans fama est, Scropham postridie cum numerofo scetu quem noctu enixa fuerat repertam, fidem oraculo fecisse. Translati igitur in eum locum castris Troes raptam undiq; ad ædificandum materia, tumulum muniunt. Hic priusquam ea, quæ deinceps secuta sunt, exequar, pauca de Latij ueritate sunt à nobis hoc loco explicanda. Id soli spatium ueteres Latium ab initio dixere, quod intra Tyberinam ripam & Circios à mari ad montes modicis sinibus includebatur. Quo fortasse argumento adducti quidam Latium ob id nuncupatum arbitrati sunt, quod inter montes lateret. Vulgatio opinio est ab eo, quod Saturnus regno pulsus in ea terra latuisset, nomen ipsi terræ daturum. Hanc soli inter capedinem Siculi Barbari locorum indigenæ (ut quidam scribunt) ab initio tenuerunt. Alij Siculos Ligurum gentem fuisse arbitrati sunt, quos Aborigines Oenotrorum progenies uertus sedibus expulerunt. Hi terram deinceps ipsam usq; ad Troianorum aduentum tenuerunt. Quanquam aliæ quædam gentes alijs casibus hinc delatae ab Aboriginibus ipsis in partem soli fuerunt receptæ, Pelasgi primo, mox Arcades, inde Epij, & Pheneatæ, qui Hercules comites fuere. Propagati inde fines & ad Liriũ fluiuium promoti. Quo conrigit ut alij ab alijs tradant Latij incolæ. Plinius (quod miror) post Aborigines, Pelasgos, Arcades, Siculos inter Latij incolas retulit, quom omnium uetustissimi hi fuerint, si uera Græci scriptores in hac parte tradunt. Idem autor circa uetus confinium Aruncos & Rutulos Siculis subiecit, ultra Circios, Volscos, Olfcos, & Ausones. Nec illud omnino conuenit, quo primom tempore ueteres gentes accolæ Latini cæpti dici sint. Ab Latino Albanorum rege nomen genti datum auctores sunt quidam, sed multo plures à Lauinia patre, qui Troianos hospitio excepit. Orpheus id nomen uetustius esse haud dubie demonstrat, qui in Argonauticis ad Latinorum fines nauim Argo delatam est carmine testatus, quo apparet ab ipsa terra nomen genti non à regibus datum. Fuit ille ex Argonautis unus, quorum filij postea ad Troiam militarunt. Præterquam igitur quod terra ipsa nobilissimis est fluminibus irrigua, præsertim Liri Tyberique, quibus ad septentrionem & meridiem terminatur, omnium frugum præstantia præcipuaq; ubertate nulli est terrarum posthabenda, fortissimarum etiam gentium omniumq; uirtutum genitrix manifesto Po. Ro. argumento, qui tantum omni genere uirtutis cæteris gentibus præstitit, quantum imperij magnitudine. Antiquissima hominum memoria Ianus Saturnusq; in ea terra regnũ tenuere: His Picus successit, Pico Faunus, Faunus Latinus, in cuius tempora Troianorum incidit appulsum. Hi igitur rerum omnium inopia adacti, quom non ea solum quæ ad urbem muniendam attingebat ex agris asportarent, sed prædam etiam ex proximo agerent, Latinus Rex cum Aboriginibus ad iudicandam armis iniuriam ex improuiso affuit. Quidam scribunt bello quod illi cum Rutulis erat, omisso, omnem uim armorum in aduenas ab ipso rege subito conuersam. Verum siue domo, siue ex hostico mouerit, fama est, Latinum prælio uictum pro non paruo negotio habuisse, Aeneam pace primo, mox affinitate sibi adiungere. Est & alter sermo non nihil ab eo diuersus. Quom diuersæ acies in conspectu starent, Latinum regem gentis fiducia & armorum specie nihil ab ea, qua Græci uterentur, dissimili percussum pugna abstinuisse. Enim uero temerarium censebat prius in discrimen pugnae descendere, quam exploratum haberet, cum quibus mortalem res sibi futura esset. Credere præterea non nihil ad uictoriam pertinere, si à tumulto & trepi-

atione exercitum resceret, priusquam in prælium iretur. Interim uero cum paucis primorum in medium progressus, aduenarum Ducem ad colloquium uocat. Ibi que Latinus edoctus, quism uir esset Aeneas & unde profectus, quidue querens in ea loca exiuisset, multum nobilitate generis, fortunaque gentis, sed plus omnino ipsius ducis indole animo que tam bello quam paci comparato comotus, ad pacem cum eo iungendam animum adiecit. Apud quosdam reperio aciem utrinque immotam per diem stetitisse, inde noctis interuentu castra eodem loco à Latino communita, consilio in pugnam postridie reuertendi. Sed per quietem fuisse genio loci monitum bello abstinentium, expedire ipsi regi & Aboriginibus, aduenarum Ducem compellare, hospitio & omni necessitudine sibi adiungere. Ea que nocturna specie Latinum mutato consilio, ubi prima luce in prociatu steteret acies, Aeneam amicis uerbis compellasse, fide que data & acceptam in hospitium adducto, apud penates deos, ut domesticum foedus publico adiuugeretur Lauiniam filiam despondisse. Ea affinitas certam Troianis spem fecit erroris finiendi. Studio itaq; oppidum condunt, id Aeneas ab uxoris nomine Lauinium uocat. Ex nouo connubio breui infans uiriliter est stirpis ortus, puero que à parentibus Ascanij nomen datum. Nec ita multo post Aborigines & Troiani à Turno Rutulorum rege, cui Lauinia connubium ante Aeneae aduentum pactum fuerat, bello sunt petiti. Ferebat ille iniquo animo aduenam hominem sibi in affinitate prælatum. Vtriusque generis ocia subito bello perturbat. Vincuntur primo congressu Rutuli, sed ea uictoria ob Latinum acie amissum parum fuit Aboriginibus læta. Turnus domesticis opibus uno aduerso prælio fractis, ad Mezentium Hetruscorum regem confugit: is iam ab initio noue urbis origine offensus, & quod rem Troianam plus nimio auctam uidebat, quam sibi & cæteris accolis tutum crederetur, nihil grauate cum Rutulis sociam iunxit arma. Huiusmodi belli terrore percussus Aeneas, ut Aboriginum studia ad maiora rerum pericula sibi conciliaret, arctius que inter se utriusque gentis animi coalesceret, tā homines sui generis, quam ueteres Latij accolæ uno iubet nomine Latinos uocari. Quæ res fecit ut Aborigines iam inde neque fide in regem, neque charitate fuerint Troianis inferiores. Aeneas cum per hæc res suas firmiores reddidisset, et si Hetruscorum tum opes florentissimæ erant ac tam ualidæ, ut à supero ad inferum mare longe lateque pollerent, duarum tamen gentium concordia fretus in aciem ducit. Hanc quoque pugnam prospere Latini depugnarunt. Sed uictoria nihilo quam antea lætior ob Aeneae interitum: Incertum humana ui an casu præceps actus, in Numico amne perijisse creditur. Ibi certe situs est, eum que indigentem Iouem proximi accolæ dixerunt. Auitum paternum que regnũ puero Ascanio recenti patris memoria, matris que prudentia, & inter suos autoritate, ad puberem usque ætate mansit incolume. Nam Hetruscorum opes adeo una aduersa pugna conciderant, ut per se uix stare possent, non modo alienas lacerare. Interim Ascanius, dubium hic, an alter maior Creusa matre natus, Albam cõdidit. Sed siue qui in Latio natus est, siue ille, qui paternæ fugæ fuit comes, autor extitit, inter omnes constat, affluente Lauinij multitudine Ascanij ductu colonia post aliquot annos in Albanum morem ducta, urbemq; inibi longo montis dorso ualide munita, Albamq; longam nominatam, ab Albe suis augurio, situq; in longum porrecto. Hæc ferme Liuius Romanarum rerum autor grauisissimus. Dionysius diuersam ab eo famam secutus, foedus ait inter Troianos & Latinos, postquam in colloquium ab ducibus uentum est, his cõditio-

Iungitur Latinus Aeneae.
Locatur Lauinia Aeneae.
Latini interitus.
Latinorum nomen.
Aeneae interitus.
Albe cõditio.

rent, xxx. stadia circumqua; ab eo loco, quem munire ceperant, ipsi regem aduersus Rutulos, cui quibus tum bellum erat, enixe iuuarent nec tantum in praesentia, sed si quod etiam Latinis ortum aliunde postea bellum esset, cum auxiliariis copijs ut socij adessent. In haecq; obfidibus utrinq; datis aliquandiu in Rutulos, pspere bellatum, lateq; agro hostiu populato, cum suis copijs ad nouam sese urbem Aeneam recepisse, eamq; iam magna ex parte cofecta, Aeneas in Latini gratiam ab eius filiae nomine urbem Lauiniu appellauit. Et si ex Graecis scriptoribus quidam, a Selonij Deliorum regis filia id nomen urbi datum arbitrati sint, & ipsa Lauinia dicta, quia fatidica esset, a patre precibus impetrata cum Troianis in Italiam nauigauit. Sed quae de urbis nomine Romani scriptores tradunt, propiora mihi uero uidentur, ut Lauinium sit dictum ab Latini filia, quae urbem iam propemodum absoluta Aeneae matrimonio celsit. Regiam affinitatem priuatae sunt necessitudines secutae, mutua conubia leges & sacra utrinque gentis confociata, & ut omnia in unum coalescerent, una appellatione Latini omnes nominati. Conflauit interim noua affinitas, Aeneae & Iocero inuidia. Turnusq; iuuenis ferocissimus (erat is Amatae que regi nupta erat consobrini frater) festinatam filiae conubium, generiq; ignobilitate parentibus exprobrando, conubium facere, quae ritareq; ira accensus (nam ignotum sibi hominem praesentem indigne ferebat) nouarum rerum occasionem, ut nouo Latini bello implicaret, ut Aeneam, quem in se uiderat, Latini finibus expelleret. Nec belli causa diu esse desiderata. Rutulis qui per id tempus a rege defecerant, nouum ducem quaerentibus, Amata Lauinae mater, que ab initio Aeneae nuptias fuerat auersata, Turnum ad res nouas, quod sua sponte ille facturus erat, impellit: a Latino igitur ad Rutulos defecit. Nec tamen unius uiri iactura regis animu affecit, quod copiarum partem haud cotremendam ille secum traxerat. Repetuntur nihilominus acri bello Rutuli ab Latino & Aenea, breuiq; Turno cadente ingenti praelio uincuntur. Nec Latinis incruenta fuit uictoria. Quippe qui & ipsi regem amiserunt. Fuitq; annus ille quo hoc euentu cum Rutulis est pugnatum, quar tus ab eo quo Troiani in Latium uenerat. Triennio deinde postea bellum est a Rutulis reparatum Mezentio & Hetruscis in socios ascitis. Tum haud procul a Lauinio acri praelio commisso, fortunaq; adhuc neutro inclinante, acies noctis interuentu dirimuntur, fuitq; pugna dici huius extremu Aeneae humanorum operum. Incertum quo casu fuerit absumptus. Nulli mortalium in teiris est uisus amplius. Multis persuasum fuit proximo fluuio submersum, ubi postea illi templu est conditu cu huiusmodi inscriptione. PATRI DIVO TERRESTRI, QUI FLV VII NVMICI VNDAS GVBERNAT. Fuerunt qui crederent templu ipsum aliquanto antea ab Aenea in patris Anchisae memoriam constitutum, qui per annum anteq haec gererentur uita in Latio decesserat. Subijcit Dionysius, post Aeneae interitum Euryleon eius filiu, qui Alcanius mutato nomine sit dictus, septimo ferme anno ab Ilij excidio Latinorum regnum accepisse: affluentibusq; Hetrusco copijs intra Lauinij moenia aliquandiu post patris interitum obsidione tulisse. Inde pacis conditionibus frustra tentatis, cum praeter multa tolerata indigna quae a superbissimo hoste imparentur, unum quoq; quantuq; Latinus ager ferret tributi nomine polceret, autorem suis Alcanium fuisse, ut omnia prius extrema experiri uellet, q pacem tam ignominiosis conditionibus acciperet, Iret secum in hoste, essentq; simul memores, fortes & generosos uiros, aut honeste uiuere oportere, aut honeste morte occumbere. Statuisse se experiri an Rutuli, qui toties patris sui ductu fusi fugatiq; esset,

Vnde Lauiniu

Aborigines et Troiani Latini dicuntur.

Alcanius Euryleon.

quiq; imbelli Hetruscorum multitudine freti, tunc tam superbe Latino nomini insultarent, fortiores essent in bello, aut feliciores facti, an cum ipso duce Latinorum fortuna mutata esset, ac cum his illum noctu hostium castra repente inuasisse. Lausoq; Mezentij filio cum stationarijs caeso, prius uallum irrupisse, q ad eos qui in planitie tendebant, peruenisset tumultus. Mox flamma conspecta, terribiliq; clamore ad aures delato, nocturna fuga, sine signis, sine imperio, disiectas hostium copias, multos quidem primo tumultu oppressos, plures in fuga caesos, alios locorum ignaros in anfractus, & abruptas crepidines praecipitatos. Tum uero Mezentius, qui cum parte copiarum ex nocturna illa trepidatione se in editio rem locu receperat, audito filij interitu, exercituq; magna ex parte amisso, caduceatorem Lauinium ad petendam pacem mittit, qui Ascanio autore, identidem inter suos praedicante parce utendum esse fortuna, Mezentio & Hetruscis data est. In Latio iam inde omnia pacata fuisse traduntur, trigesimoq; deinceps anno Albam ab Ascanio conditam, eo consilio & euentu, quo a Latio & alijs res prodita memoria est. Haecq; de Aenea in Italiam aduentu, & rebus ab eo gestis duplici fama feruntur. Antenor & ipse pari clade, patria pulsus Illyrici lateris oram praeruectus in Euganeis confedit, atq; ea gente cum suis sedibus pulsa Patauium condidit. Fuerunt eius comites Heneti ex Paphlagonia profecti, unde postea regio ingens quae inter Adriam iacet & alpes, nomen est adepta, nihilo minoribus auspicijs q Troiani, qui cum Aenea uenerant in Italia delati. Inde Romam oriundi, hinc Veneti, uterq; populus ad splendorem & gloria natus. Felix ille magnitudine imperij & rerum gestaru gloria. Hic diuturnitate imperandi, & iuris aequatione. Sed populi utriusq; origo, suo tam haec, quam illa loco explicabitur. Graecorum quoq; quorundam post illum euerium haud obscura fuerunt exilia, Diomedis in Italiam accessum insulae ipsi terrae adiacentes, ab eoq; nominatae haud dubie demonstrant, & in Apulia Arpi ab eo conditi traduntur. Maiora adhuc, pluraq; errorum Vlyssis testimonia, sed illa supra quam tuto tractari possint, fabulari sunt historiae coniuncta: ut quae de Scylla & Sirenibus traduntur, quarum has meretricium fecisse quaestum, illam hospites spoliare solitam Palaestus est interpretatus. Petilia in Brutijs Philoctetae traditur, & Idomenei Cretensis loca quaedam in Saleutinis. Fuit & Cypria Salamis Teucri opus, & circa Nilum ostium Canobum, Menelai illic sine casu, siue consilio appulsi certum apud posteros extitit argumentum. Ceterum sub id tempus quo Aeneas Troia profugus uenit in Latium, iudicariae rei summa primariumq; sacerdotium erat penes Helium in Palaestina, ut Iosephus scribit. Erat is ex Aaronis familia. Manserat sacerdotium aliquandiu in Eleazari stirpe, quam dignitatem maior Helius multo hoc uetustior, penes quem tunc erat sacerdotium summa, ab Ichamaro Aaronis filio prognatus, primus familiae dignitatem recuperauit. Is pet manus sacerdotium Phineae tradidit, Phinees Helio, Helius Abiezero, Abiezero Bozio, Bozius Ozio, Ozio minori Helio. Huic duo filij erant, Ofinius & Phinees, uiri effrenata libidine auaritiaq; inexplibili. Quippe qui neq; matronaru sacra adeuntium pudicitiam tutam esse cuiquam sinerent, neq; donariorum quicquam tam sanctum esse, quod sacrilegae manus non prophanarent. Conuerterat populi oculos in se duorum fratrum scelera: sed patris autoritas, summaq; potestas obstabat, nec erat qui tanta inuidiae auderet se uindictam offerre. Tacitus igitur tantorum scelerum exitum, diuinamq; ultionem expectabat populus. Quae quo tardior esset, eo atrocior futuam arbitran. Praedixitq; id futuru Samuel fatidici spiritus adolescens aliquanto antea. Fuit

Latinorum uictoria in Hetruscos.

Albae conditio.

Antenor.

Patauium.

Venetorum Romanorum & Venetorum origo.

Graecorum et uoces. Diomedes & Vlysses.

Sacerdotium Iudeorum.

Filiorum Helij flagitia.

Samuel propheta.

Fuit is Helcanae Leuitici generis & Annae filius, qui quum materno uoto apud tabernaculu sub Helio commoraretur, miraque in adolecente probitas, uitaeque austeritas esset, nonnunquam per quietem se uocari arbitratu, ad Pontificem occurserat, quasi ad ministerium aliquod accerferetur. Id quum saepius accidisset, iussus est ab Helio sciscitari, quis is esset qui se toties uocaret: iam Pontificis animus ob ea, quae toties acciderat, haud liber omnino erat religione, tum demum coelestem eam uocem esse compertum est. Eodemque nocturno responso iussus est Samuel Helio nunciare, ingentem Hebraeo nomini ob scelera, quae circa tabernaculum patrantur, cladem instare. Cum stantius ille haec ad Pontificem detulit. Sed quia diuina se uoce moueri arbitrabatur, detulit tamen. Nec ea res senem in filios minus indulgentem reddidit, aut iuuenem perdita ingenia in melius mutauit. Bellum interim a Philistaeis ortum gentis oia perturbat. Israelitae & ipsi arma comparant. Ad Aphecum primo est dimicatum, cecideruntque ea acie ad tria Hebraeorum milia, caeteri in castra trepida sunt fuga compulsi. Nec ita multis interiectis diebus de summa rerum dimicatum, in extremis rebus a maioribus quaesitum. Sed omnis religio aduerso numine inutilis & uana est. Triginta milibus Iudeorum una acie interfectis arca capta est inter hostilia spolia. Iosephus Palaestinos uocat, quos sacri libri Philistaeos. Ego non uideo quid minus apte dici possit, quam Iudeos, qui in Palaestina erant, a Palaestinis uictos dicere, nisi ipsos terrae indigenas, qui ab initio extirpari non potuerunt, ille Palaestinos uocet. Fama aduersae pugnae ad Sylonem perlata, non minore antulit lucrum, quam si eo ipso praelio omne Iudaicum nomen interijisset. Atgebant atrocitatem cladis sacri foederis iactura. Vulgo praedicare uenisse tempus, quo uetusto pietatis pignore numinisque fauore ad hostes translato, omnis Israelis progenies cum ipso nomine exstingueretur. Hic lucus animos occuparat, passimque lamentationes & planctus exaudiri. Helius haud oraculi ignarus, ubi multo maiorem cladem uidit acceptam, quam ipse animo concipere potuisset, florentissimas copias uno praelio deletas, duos filios occisione occisos, hostes arca foederis positos, quum nihil iam superesset, eur longior uita proferri deberet amplius, uoluntate numinis folio excussus mortem obiit, quum octauum uitae ac nonagesimum annum ageret, praefuissetque summae rerum annos circiter quadraginta. Iunioris Phinees uxor & ipsa eo die filium enixa perijt. Infantem locabothum, quae uox apud eam gentem in glotium significat, ab infelicissimo illius pugnae euentu nominarunt. Philistaei arca in Azorum urbem delatam, quum in speciem Trophaei, in Dagonis templo (hunc enim ut deum tota gens uenerabatur) statuissent, miraculo euenisse aiunt, ut postridie Dagonis statua sub arca quasi supplex reperia sit. Quae in pristinam basim restituta, iterum sequenti die eodem sit loco inuenta, quod quum tertio saepiusq; euenisset, stupor maximus, tacitusque suae uanitatis pudor omnium animos defixit. Perstare tam cum gentis odio, tum uana patriae superstitionis persuasionem rem diuinam ludibrio habere. Etenim nullum animal est ipso homine contumacius. Grauisima igitur uis morbi ciuitatem adorta est. Primum soluta aluo, dyfenterico cruciatu humana corpora torquebantur. Inde uetris profluuio exinanita miserabili tabe conficiebantur. Deuastabat ad id passim mures Azotenum agru, quod malum non minus graue Arabum segetibusq; accesserat, quam humanis corporibus lues illa domestica. Quum igitur neque modum neque finem malorum ullum inuenirent, ad duplicem cladem auertendam, Alcalo-

Vincuntur Iudei a Philistaeis.

Arca foederis bello amittitur.

Helius sacerdos folio lapsus moritur.

Philistaei plaga percucitur.

nitis significant captiuam arcam se ad eos, si uelint, translaturus, ut & ipsi eximia uictoriae, cuius participes fuissent, trophaeum monumetumq; clarissimu penes se haberent. Nec ea grauate Alcalonitae susceperunt. Sed neq; his res melius uertit, quam Azotenis. Iactati Alcalonitae multis cladibus ad uicinos transmiserunt. Sic foederis arca per hostium ciuitates nusquam meliore euentu eorum, qui haberent, aliquandiu in certa sede translata est postremo metus & religio gentis animos incescit, consiliaque mota sunt arcae Israelitis restituendae, fremere ciuitatum principes, impiumq; arbitrari, simulq; calamitosum uniuersae genti & exitiale quod multas iam clades publicas & priuatas experti, in re sacra per iniuriam retinenda perseuerarent. Possit homini ab homine resisti, deo non posse, in cuius potestate sint omnia. Magno haec assensu audiri. Etiam uulgo ablegandam eam fremere, sed qua ratione id fieret, parum ijs qui aderant, liquere poterat. Tum impie quidam oratione exorsus, suorum metum ut uanum argueret, multitudinemque castigare, qui Hebraicae uanitatis instrumentum, quod hominu manus fabricauerunt, ipsaq; ueritas magna ex parte consumplerit, caelestium cuiquam ita cordi esse crederet, ut innoxios populos, qui eam praelio captam haberent, multiplici clade duxerit perdendos. Quod si quis deorum, uel unicus ille, quem ges ipsa sibi ab initio effinxit, eius sacrarij curam habuisset, potuisset rem ipsam uel media acie ab omni iniuria uindicare, nec pati sacrificulam gentem praelio superari, ut essent qui pro sacrario ipso dimicarent. Sed si circa ea statuta essent delecteq; hostium copia, si ipsa uexata primo, mox omni praesidio destituta, suorum cruore prophanata, prophanis manibus disiecta, si cum cetera praeda a uictore exercitu urbibus illata, cotempnimq; in publico destituta. Quid est quod aliquis dubitaret, ta ludibrio rem ipsam esse superis, quam gens quae uanitatis instrumentum illud commenta esset, caeteris esset mortalibus? Sed hic, inquit aliquis, quid grauisissimae huiusmodi clades alia super aliam sibi uolunt, quae tot populos his paucis mensibus cum hominum frugumque pernicie sunt peruagatae? Ego, si nunquam antea huiusmodi mala Palaestinae terram attigissent, aut pro comperto haberemus, arca Iudaeis reddita perpetuo cessura, censerem pro miraculo rem habendam, esseque autor publici sceleris expiandi, omniaq; adhibenda, quibus tot populi religione soluerentur, sed si clades istae publicae, & agrestes statae quodammodo sunt, & cum repestibus recurrentes, maioresq; pestilentiae morbiq; domi forisq; Philistaeas urbes saepius uastarunt, si humana omnia, ita sunt his casibus obnoxia, ut facilius timeri q declinari possint. Quid naturae opera, & quae nulli ignota sunt, in prodigium & miracula uertitis? Verum enim uero tantum abest, ut arca ipsam aliquo modo reddendam censeam, q si uera sint etiam quae isti aniliter fingunt, prius haec nobis incommoda perferenda putet, quam hostibus ea ratione gratificandu. Sed si uana res est, & nulli caelestium cura: quia nulla sit superi ira ex eo extimescenda, reddenda nullo modo dixerim. Si frugi & sacra, quia hostibus utilis esse possit, multo minus censeo restituendam. Et ut omnes intelligant, nos infandam getem hostiliter odisse, eorum nume penes nos uel iratum esse malim, quam propitiandum illis restituere. Res in hunc modum iactata est. Neque erat cui placeret quicquam fieri, quod inuisae gentis famae rebus expediret. Erantque interea animi hominum nihilo liberiores, ob ea quae contra metum religionis fuerant disputata. Tenuit igitur consulatione illa plures dies. Postremo eo decursum est, ut expiationibus quibusdam numen placarent, quinque urbium aurea simulacra conflarent, Azoti, Alcalonis, Gazae, Gerhi, &

Impia Philistaei hominis concio.

Philistaeorum deo naria ad placandum numen.

Achironis, hæ enim præcipue tunc erant Philistæorum urbes, totidemq; annos & mures aureos. Hisq; super arcam pro ipsarum ciuitatum incolumitate locatis, sacrarium in currum extollit, huic boues iungit nuperrime enixas, ut fertum desiderio celerius ex publico abirent. Thenlam in quadriui statuunt, ut quaquauerum impetus cepisset, integrum esset abire, quæ si in Israëlitarum fines abissent, tum aperire iudicarent certum esse numen, atq; id ipsum polleus, cui Hebraica sacra curæ essent, sed ob id sacrilegium meritas expendisse pœnas crederent, sin diuersæ ab illis abissent, pro competo habituri uanâ esse totius gentis persuasionem, uanum melius, qui multorum animos incelsisset, nec pestis, quæ nobilissimas urbes ad id tempus populata esset, ex arce occupacione irâ uenuminis esset illata, sed æris inremperie corruptioque cœli tractu orta. His in hunc modum comparatis, Philistæorum principes totius rei euentum expectantes, haud procul inde silentio consistere. Mirum hic accidisse aiunt, quod diuina prouidentia factum nemo nisi impius inficiabitur. Boues à nullo actæ, certo impetu in proximum Iuditarum uicium quam longissime à fœtibus auersæ concesso. Bethsamo fuit loco nomen. Erat tum anni ætas, pascimq; Israëlite maturas segetes demetebat. Hi procul boues à nullo actas intuiti, propius accedunt cognoscendi studio quid rei esset. Mox fœderis arcam intuiti, miraculo defixi, aliquandiu silentium tenuere. In sperato inde gaudio nimiaq; læticia obortis lachrymis, uenerabundi currum quasi cœlo demissum excipiunt. Fama receptæ arcæ confestim per omnes Iudææ fines euagatur. Bethsamitani hic, ubi sacrarium receperat, boues ipsas deo immolat, multaq; hilaritate epulantur. Palæstinorum munera uelut prophana supra saxum eodem statuunt loco. Ipsi quia temere arcam attrectassent, quia nō essent ministerio initiati, graui sunt pestilentia uexati, donec sacrarium in Cariathiarim urbem deportandum curarūt. Vbi in Leuitæ domo xx. deinceps annos est religiose asseruatum. Tandiu inde fuit apud Cariathiaritas quum Philistæi septem menses habuissent. Erant igitur Israëlites, ut si quando alias, ob eas clades adierant, diuinis rebus uehemeter additi. Nullus enim populus fuit unquam, aut in secundis contumacior, aut in aduersis obsequentior. Adiuuabatq; hunc animorum affectū Samuelis innocens uita, futurorumq; diuinatio. Qui tempus uenisse ratus, quo populum non solum ad religionem, sed ad libertatem etiam repetendâ hortaretur, concione aduocata in hunc modum est suscitatus: Si cum arca fœderis uiri Israëlitis pax redita nobis esset & libertas, superuacuum fuisse me hodie ex hoc loco uerba facere: quando neq; religionis admonendi eratis, quippe quæ multo, ut uideo, maiori uobis curæ est hoc tempore quam aliquando ante fuerit, neq; pacis & ocij, si pace & ocio, quod libero esset homine dignum, frui liceret. Sed quum neutrum adsit, indiesq; Philistæum hostem grauiorem, magisq; nostræ libertati infestum experiamur, non uideo quid minus nos deceat, quam in hoc perpetuo luctu, muliebriq; lamératione diutius uerlari. Satis superq; lachrymis indulgimus, & tum maxime quum uno die omne ferè nostræ iuuentutis robur ad Aphecum una acie amissum. Quum uero hostis, non solum spolia, sed certissimum quoque religionis pignus, ipsumq; ut sic dicam, numē, in quo totius gentis nostræ spes omnis ab initio fuit sita, secum extulit. Tum quia nihil reliquum erat, in quo spei quicquam repositum esset (apparebat enim domesticum & familiæ numen, cuius fauore semper steterimus, à nobis alienarū) nemo uos lamentari ueruit. Licuit tum omnibus libere suum dolorem effundere. Nunc omnia dei benignitate mutata. Primo ira numinis primores Philistæorum ciuitates ob manifestum sacrilegium domi forisq; multiplici sunt clade uastatæ. Agris diere populatis, perniciosissimus morbus ingentem in urbibus fecit uastitatem. Omnis militaris ætas consumpta est. Siqui adhuc supersunt, ægra corpora trahentes pro defunctis habendi sunt. Et has dudū pœnas exegit numen à sacrilego hoste, quod ne nō semper sui esset populi memor, Philistæis inuitis apprimedq; dolentibus, ad nos sponte redijt, ut per ipsius præsentiam intelligeremus, mitigatam esse cœlestem in nos iram. Satis pœnarum duabus cladibus expensum, defunctos esse iam Hebræos publico periculo, exauditas populi preces, omina in melius mutata, oportereque ob id in meliori spe esse, nec diffidere, quin reducto numine omnia sint prospere euentura. Atque quum ita sit, nolo uos uiri Israëlites tam inepte delirare, ut expectandum putetis cœlesti uoce (etsi maioribus nostris, ut fuit illorum pietas, quandoque accidisse proditum est) ad arma & ultionem excitemur, aut humi iacentes manu attollamur. Non ea uiuuntur hodie pietate, ut tam familiare numen sperare possimus. Satis prospera omnia despondet, quando nobiscū maualt esse. Nullus deo propitio nisi sua culpa diu multis iacuit. Ite igitur, & si uiri estis, si digni qui Mosis & aliorum, qui pro libertate tot pericula adierunt, uera progenies credi possitis, si demum ij, quibus deus optimus præsens propitiisque adesse uelit, libertatem qua nihil homini uideri debet pulchrius, quâ olim amissam maiores nostri tanta indole recuperarunt, ab superbissimo hoste repetitæ. Nam quod ad uictoriam attinet, nihil reor facilius euenturum, q̄ ut eos uincamus, quos numinis fauor afflictos, multiplicique clade prostratos, ac per hoc penè uictos, & ultioni obnoxios obtulit. Haud dubium est, quin hostis sua natura imbellis, multiplici clade fractus, & ob ea quæ euenerunt, animo percussus, quum primum in conspectu steterit, uinci possit. Quamquam spero futurum, ut ne præsentia quidem nostram laturus sit. Ite, inquam, ac si quid aliquando ponderis, aut fidei in ijs quæ diceremus, fuisset experti, certam uobis proponite uictoriam, de qua uos ambigere minime oportet, uel quia meo ductu, qui uos nulla adhuc diuinatione fefellit, res gerenda est, uel quod omnino plus est, quia propitium siquado aliàs, maximeq; amicū habemus cœlestem numen. Mouit Samuelis oratio multitudinem. Sed nihil æque ac uiri autoritas, ob creditam sanctitatem fœdicam naturam ad arma perpulit. Frequentes igitur Masphaton urbem cōuenere. Na rura situs dedit loco nomen. Idem Hebræa uox sonat, quod deorsum spectans. Hic Samuel, ieiunio suis indito, statuit hostem expectare. Nam Philistæi audito Israëlitarū tumultu, rati quod erat, gentem ad defectionem spectare, ad primos ipsorum motus opprimendos confestim assuere, qui cum ad Masphaton castra fecissent, minacissimeq; arma intenderent, percussū Israëlitem Samuelem intueri, mox sti ab eo sciscitantur, quid opus sit factū, circumfœderi inermes ab armato hoste, nemini non liquere cladem omnino ingentem esse adendum, nec in aciem temere descendendum, nisi quis nuda suorum corpora, irato hosti ferrumque tenenti obijcienda duxerit, quod paulo minus stultum sit, quàm fuit prius tumultuari cœpisse, quàm omnia essent ad bellum comparata. Metus igitur & desperatio in ore omnium eminebat. Samuel circumire multitudine, hortarique singulos, ut bono essent animo, fore, ut sine suorum noxa paulo post Philistæorum copias cernerent in subiectis campis prostratas, per quæ satis apparebat nullam eum in humanis rebus spem repositam habere, sed cœlestem auxilium percipisse animo. Inter spem igitur & metum solliciti tantæ rei exitum Israëlites expectabant, quum Philistæis in prociectu stantibus, laceffentibusque cum conuicio hostem, murosque urbis inuafuros se, nisi in æquum descendere minitantibus, terra primo horrende mora est, in patremque hiatum subsedit. Fœda inde tonitrua fulguraque Philistæorum animos & ora perstringunt: Secuta inde procella ingens cum uentorum turbine, quæ tanta ui afflauit aciem, ut huc & illuc rotati milites, atque in præceps acti, sine imperio, sine ordinibus attoniti, exutique armis, neque prælij, neque fugæ compotes passim disijcerentur. Tum uero Samuel: ite, inquit, iam Philistæum cædi obnoxium habetis. Dabunt ipsi hostes arma, cumulatam illi acceptæ ad Aphecum cladis uicem rependite. Non tulerunt Israëlitarum eruptionem Philistæi sua sponte turbati. Sed passim diffugientes suis armis, quæ temere abiecerant, cum multa strage aguntur. Ad Correum usque cædes protracta est. Hic fugiendi Philistæis, Hebræisque sequendi fuit finis. Saxumque Samuel ibi statuit, ut in posterum extaret uictoriæ illius monumentum aliquod. Secutus deinceps hostium uestigia, multis in supercladibus Philistæos affecit. Quorum opibus supra modum accisis, omnem terram à Gethanis finibus bello Iudæis ademptam, quæ ad Accaronem usque longe lateque patebat, uictor recepit. Philistæi post cladem ad Masphaton acceptam diu nihil mouere sunt ausi. Veteribus igitur cultoribus in receptos nuper agros reductis, restitutaque uersa gente in libertatem, fecit Samuel omnibus potestatem in sua cuique ciuitate, uel in peculiari foro de quibus controuersa esset, inuicem deceptâdi, quorum si qua essent, quæ per alios componi nō possent, ipse quotannis per totius gentis conuentus de his semel iudicabat. Quæ iudicandi ratio, quandiu per ætatem licuit, ab eo seruata est. Inde senio confectus Ioheli & Abie filijs id munus iniunxit, partitaque prouincia, quo lenior utriusque sua esset iurisdiccionis, mandat ut in Bethlehem unus, alter Bersabeæ iudiciariam exerceret potestatem. Sed hi diuersam à patre uiam ingressi, non solum iudicia uenditabant, sed suam quoque libidinem ab aliena pudicitia parum custodiebant. Ea districtus iniuria populus, haud iuuenes aperte criminari, ne patris aures offenderet, uiri summa pietate & innocentia. Cæterum in eo silentio nemo erat, qui non nouam optaret regiminis formam. Conferentibus igitur inter se consilia Hebræorum principibus, eo est decursum, ut creandi regis mentio inferretur, penes quem esset pacis & armorum potestas. Quod ut aliquanto auspiciatus fieret, cœsent Samuelem eius rei non solum optorem faciendum, sed postulandum etiam ab eo, ut ipse qui ceteros prudentia & sanctitate anteciret, unū ex omni Israëlitarum numero legeret, cui uniuersa gens domi, militiaq; pareret. Ad Ramatham igitur urbem, ubi ille erat, principes totius gentis frequentes conuenere. Quibus auditis mirantis dicitur senex, quæ tam subita regis habendi cupiditas populorum animos incelsisset. Scire se primo aspectu rem speciosam regnum uideri, persuasumq; multis fuisse, nihil melius in humanis esse uiri unius qui optimus esset imperio, atque ob id ipsum fortasse mortales ab initio regum nomen, ut optimū, urbibus induxisset. Fœdissimum tamen eius rei euentus, multisq; perniciosus humanas gentes sui erroris admonuit, quod non modo non tutum sit hominibus regem habere, sed uehemeter etiam calamitosum, quum nihil aliud sit uelle fortunis & capite periclitari, quàm omnium quæ in uita sunt, unius arbitrio & potestati permittere. Viderent ne dum libertas tanta indole à maioribus quæ sita, pro qua Israëlites toties dimicassent ipsique haud multis ante annis diuina magis quàm humana ope à Philistæis receptam haberent, fordescere cœpisset,

Miraculosa est pestis.

Locus à saxo re numinis.

Iudæorum successus.

Locus ab hostium calamitate.

Peroratio.

Samuelis filij à patre degenerant.

Prima mentio creandi regis.

Masphaton.

Hebræorum querela.

Samuelis sententia de regno.

Philistæis in perpetuam seruitutem inciderent. Et quia ea cōsultatio maior omnino esset, quàm ut hominis ingenio tam facile expediri posset, quippe cum futurorum nulla certa sit mortalibus scientia, recte facturos, si tantisper noui regis creationem differri paterentur, donec à se aliquo modo, quæ de ea re esset numinis uoluntas exploraretur. Concessum est id illi haud grauate. Tum ferunt in tempesta nocte seni de summa rei sollicito manifestum numen astitisse, ordineque prædixisse cuncta publica & priuata mala, quæ Israëlites sub regibus essent adiutori atque cum his iussus ea populo proponere. Qui si sententia deijci non posset, tum regem genti eum institueret, quem non temere sibi, sed cœli prouidentia oblatum arbitraretur. Hæc ex oraculo in publicum relata, quum haud aliter multitudinis studio inflammassent ad regem petendum, quàm si prospera omnia nunciarentur, cōstituto ad id quod perebatur die, Saulum Cisi filium Beniaminitam tribulem, qui à patre ad afinos, qui forte grege aberrarant, perquirendos missus, ad ipsum senem diuinationis fama diuerrerat, primum Samuel Israelitarum regem inunxit.

ENNEADIS I. LIBER VIII.



Hebræorum regnum his, quibus diximus, auspicijs est in Palæstina ortum. Sed ut est rerum humanarum uicissitudo quædam, ita cōtingit, ut sub id tempus, quo regnum hoc, de quo loquor, est in Syria constitutum, aut certe non multo prius, in ea parte Europæ, quæ Apie primo, mox Pelasgia, nouissime Peloponnesus est dicta, Sycioniorum regnum esse desuerit, quum annos duos & sexaginta supra octingentos esset illic regnatū. Zeuxippus sextus ac uigessimus ab Ægiæleo, qui id regnum condidit, omnium postremus ibi est rerum potitus, & in Italia Ascanius Albæ conditor Syluii Æneæ posthumo fratri moriens Albanum regnum tradidit, quum Iulus, quem ad id tempus procrearat, pupillari adhuc esset ætate. Fama est prægnantem Lauiniam post Æneæ interitum, quæ totius rei summa ad Ascanium deuoluta esset, ueritam nequid apud priuignum sibi nouerale nomen officeret, ad Tyrrheum se regij pecoris magistrum, quem patri fidissimum nouerat, contulisse, ab eoq; & tempore partus, & post ipsum puerperium in occulto habitam. Atque ita accidisse, ut puer in syluis editus Syluij sit nomen sortitus. Eam quum Aborigines tumultuose requirerent, maiorque indies inuidia Ascanio ex publico illo indigenarum desiderio oriretur, nec res procul à defectione esset, Tyrrheus maturum iam tempus adesse ratus, Lauiniam in publicum producendæ, rem omnem fecit palam suis popularibus, sicque iam inde usque ad Albæ conditionem concordi animo Lauinia & Ascanius una regnum tenuerunt. Fuisse illa dicitur, apud priuignum materna ueneratione. Dionysius autor est nihil ab Ascanio de regno in morte cōstitutum, eoq; defuncto ambigi cœptum, uter; Iulus eius filius, an Syluius regnum capesseret. Populus dicitur altercationem de ea re ortam suo arbitratu finiuisse: ut penes Syluium, qui præter splendorem patris a uita maternaq; memoria plurimum fauoris conciliabat, regij fastigij nomen & maiestas foret. Idem fauor adeo ad posteros ualuit, ut cæteri reges, qui longa deinceps serie Albæ regnarunt; Syluij cognomen tulerint. Iulo & ipsi sacrorum potestas est quædam tributa, qua Iulia gens iam inde usque ad stirpis interitum functa est. Scio ex Romanis scriptoribus nonnullos persuasum habuisse, puerum qui ex

Saulus primus Iudæorum rex.

Syconium regnum destituitur.

Ascanius Syluius.

Lauinia.

Tyrrheus.

Syluij reges in lia gens.

Vaccarum dicitur arca fœderis reposita.

Arca locatur in Cariathia.

Oratio Samuelis ad suos.

qui ex Launia & Aenea sit primo loco natus, Ascanij nomē tulisse, ex eoq; dubitatum sit, is ne Albam condiderit, qui in Latio est natus, an alius maior ex Creusa genitus, qui paternae fuit fugae comes. Ego etsi in re tam uetusta nihil temere affirmare ausim, ipsa tamen nominis ratio efficit, ut propiora uero credā, quae Dionysius de ea re prodidit, nisi aliquis in alterius Ascanij memoriam, quem in Phrygia a patre relictum autores sunt quidam, nomen id pueri inditū existimet. Est enim alioqui uox ipsa Phrygia. Sed plures omnino tradunt Ascanium paterni exilij comitem in Italiam uenisse. At quocunq; ille natus est loco, ac quacunq; matre, omnibus conuenire uideo, rem Albanā ab Ascanio, qui annos duodequadraginta regnauerat, per manus Suluio traditam, a quo Suluuij deinceps reges sint nominati. Per haec tempora Lacedaemone regnari ceptum Eusebius demonstrat, primumq; Eurilteum fuisse, qui regium sit ibi nomen adeptus. Nec de eo potest intellegi, cui duodecim stipendia exoluit Hercules, quoniam si recte idem autor colligit, Herculis interitus Lacedaemonij regni principium circiter nonaginta praecessit annos. Haec primo regni dignitas iustitragio ne populi, an ui & opibus fuerit ab initio quaesita, parum compertum habeo. Verumenimvero uidentur mihi Lacedaemonij praeter ceteras gentes legitimam quandam regni formam, eandem ipsam parum ciuibus formidolosam a principio inuuisse. Quod quum ex alijs, tum ex eo maxime colligitur, quod in funebri regum laudatione semper nouissimum ut omnium optimum publicitus, ut Herodotus scribit, laudantur, & quod qui recentissime creati essent, ciues quicunq; publice priuatum ue deberent aliquid, alieno leuabant aere. Lege praeterea qui rex esset primus in expeditionem exibat, omnium ultimus domū reuerteretur. Quibus haud dubie demonstratur, nullum in terris populum liberiora iura sub regibus tenuisse unquam, cui futuro leges scripserit. Sed de Laconico ciuitatis ritu plura sunt alio a nobis loco explicanda. Primo Peloponnesiacum bellum in haec tempora idem autor coniicit. Sed cur ab ea gente fuerit illud Atheniensibus illatum, obscure nimis Trogius posuit, ueteres tantum scribit offensas inter utranque gentem intercessisse, sed quales illae fuerint, haud diserte ponuntur. In quo illud non ab re fuerit demonstrare, Trogius scribere a Dorienibus Atticae terrae bellum illatum, quos eosdem esse, qui & Peloponneses interpretatur. Quae nominis uariatio ne quempiam le gentibus pariat errorem, breuiter est a nobis enarranda. Satis constat fuisse olim, quicunq; intra Isthmum habitauerunt, Aeoles nominatos, mox uero intra extraque, praeter Athenienses cum Megarenibus, & ipsos Parnasi accolae Dorientes, ceteras Peloponnesio circumiectas gentes in Aelici nominis appellacionem abiisse. Mox uero Dores Heraclidas in Peloponnesum secuti, in ea terra esse perseverarunt. Contigitque ex perpetuo eius gentis cum Aelibus incolatu, ut duae gentes procedente tempore in unam coalescerent. Id rei argumentum est, quod praeter Arcades, quibus rara cum ceteris Peloponnesibus fuere commercia, quicunq; intra Isthmum postea habitauerunt, indifferenter sunt utraque lingua usi, atque ob eam rem nunc Aeoles, nunc Dorientes dicti. Contra in Ionica, quae eadem fuit & Attica, euenit. Nam quum ab initio Iones Attici uocarentur, ob colonias inde in Asiam missas, accidit, ut qui in antiquis seclibus mansere, Attice loqui sint dicti, ceteri in colonias transcripti Ionice. Nec eo inficias (nam in re tam uetusta quis pro certo audeat tale aliquid affirmare?) fieri potuisse, quod ad belli ipsius rationem atinet, ut Dorientes cum Peloponnesibus aduersus Athenas militauerint. Quo sit factum,

Primus Lacedaemoniorum rex.

Aeoles qui fuerint.

Dores.

Attici Iones.

ut a rerum scriptoribus modo gens haec, modo illa bellum intulisse dicatur. Sed quicunq; belli illius praetextus fuit, ac cuiuscunq; ductu arma sunt Atheniensibus illata, illud inter omnes conuenit, monitos oraculo Dorientes fuisse, poturos eos uictoria, si Atheniensem regem non interficerent. Erat tum rex Athenis Codrus. Is quum forte inuestigasset quale hostes oraculum Delphis accepissent, sciretque futurum, ut hostis eo bello uoti compos fieret, nisi ipse mortem occumberet, patriam, cui prima post deum humanae gentes debent officia, sua morte tuendam arbitrarus, militari habitu amictus, ne si nobilem se obtulisset, uiuus in potestatem ab hoste redigeretur, sarmentis feruilem in modum onustus, hostium castra ingreditur. Ibi a gregario milite, quem in remorantium turba moto de industria iurgio uulnerauit, ferro est confossus. Regis caede patefacta Dorientes sine praelio Athenas obsidione leuarunt. Sic Athenienses periculoso bello uoluntario regis interitu seruati. Is nouissimus a Cecrope Athenis regnauit, habuitque id regnum a primo exordio ad exitum annos quadringentos, atque supra hos septem & octoginta, si recte tempora Eusebius colligit. Plerique Homeri ortum in id tempus incidisse autumant, de quo tam uaria a ueteribus traduntur, ut cui potissimum accedas, haud facile decerni possit. Crates ante Heraclidarum descensum, Homerum genitum tradidit, qui fuit anno quarto circiter & septuagesimo post Ilij excidium. Eratothenes centesimo anno post captum Ilium. Philochorus centesimo atque octogesimo. Apollodorus Atheniensis quadagesimo supra centesimum. Alij circa primam Olympiadem, quam quadringentesimo ferme anno post Troiae excidium celebratam, autores sunt quidam, Salsius in primo annualium annos centum & sexaginta, postquam ad Troiam est bellatum. Cornelius nepos totidem annos ante Romam conditam. Miror & illud in dubium trahi a quibusdam, fuerit ne is eadem qua & Hesiodus tempestate, an diuerso ab eo tempore uixerit. Ego ut utrum hic an ille maior natu fuerit, affirmare non ausim, ita pro certo posuerim ambos eadem tempestate genitos, si Plutarchus uerus est autor, qui eos ex duobus fratribus procreatos tradidit. Nec quae patria illi fuerit, satis (ut uideo) constitit, Smyrnaei, Rhodij, Salaminij, Argiui, Chij, Colophonij, & Athenienses, uaria illum contentione sibi uendicare perseverarunt. Sed quocunq; fuit loco natus, quacunque aetate, omnium (quod satis conuenit) poetarum fuit eminentissimus, cunctarumq; eloquentiarum partium origo. Crediderunt quidam magni ingenij esse illius uirtutes, quoniam nulli imitabiles essent intellectu & ratione sequi. Vellem tam felix ingenium in ueritatis lucem non in tenebras illorum temporum incidisse, quam si ex Aristeo illo Proconnesio, quo praecipitator usus dicitur, aut alio haurire quoquo modo potuisset, nemo mortalium eam utilius traaxisset. Amazones & Cimmerici per haec tempora uarijs incursibus Asiam infestasse traduntur. Nec quatenus illorum motus processerint eius rei autores expediunt. In hoc erant res aliarum gentium statu, quum in Iudaea Saulus regium est nomen adeptus. Qui iam inde, ex quo inunctus est (ea enim uelut initiatio regiae dignitatis, fuit ab Samuele oraculi iussu instituta) opere non desistit dari sibi occasionem regij nominis inter Hebraeos ob nouitatem adhuc contemptibilis, praeclearo aliquo facinore illustrandi. Quae haud multo postquam rex fuerat declaratus, tam iusta quam necessaria illi oblata est. Naas Hammonitarum rex Israelitas, qui trans Iordanem accolebant, subito bello adortus, non solum uictos suo imperio subiegit, sed ut subactis omnem rebellandi materiam per-

Codri regis interitum.

Homeri ortum

Homeri laudem

Saulus rex.

Naas rex.

Oculorum priuatio.

Verba legatorum ad Saulum regem.

Atror Sauli edictum.

perpetuum adimeret, tam bello captos, quam in fidem receptos dextro oculo priuauit, ut ea corporis clade affecti, minus utiles deinceps bello redderentur, quoniam scutum comodo amplius tractare non possent. Geredarum rerum serie tractus, Naas paritero belli in Galadinos Iabitas mouit, qui finitimorum clade exteriti, septem diem in duccias his conditionibus impetrarunt, ut de summa rei consulererent, peterentq; a suis auxilia. Quae si impetrata forent, non daretur sibi fraudi, si adhuc in armis esse mallet, sin minus, deditioem facerent, quamquam amarissima ab hoste conditione proposita, ut quoquo modo recepti essent, altero lumine priuaretur. Iabitarum legati ad Saulum regem misi, ubi ad conspectum eius uenerunt, reuersus ille ex rustico, ut dicitur, opere, tum fore domum se recipiebat, quo apparere quam humilis ab initio fuerit in ea gente regia maiestas, quam apud Romanos clarissimi quoque imperatores fuerint ab aratro accersiti. Perfusi lachrymis legati suppliciter postulant, ut afflictae Iabitarum fortunae maturè opem ferat, salutem nobilissimae ciuitatis in paucorum dierum discrimen deiectam esse, aut corpora crudelissimo hosti mutilada tradi oportere, aut caput ferro obijciendum, quorum utrum miserius foret, nodum ijs, qui ea passuri essent, satis liqueret. Orare deinde ne pateatur cognatam gentem ab immanissimo hoste ueluti pecora lanari, iam satis superq; malorum exhaustum, multos Hebraici sanguinis populos, praeterquam quod alterius oculi clade eorum uiri deformari essent, miserabili seruitute pressos iacere. Videndum ne si consanguineae gentis cura nulla sit, atroci incendio, quo alij conflagrarent, ipsi paulo post correpti arderent. Si inualecenti malo segnus iretur obuiam, fore ut Iordanem fluitium hostis transgressus, citiores terras, & quae pacatissimae sibi uiderentur, ferro & igni populareretur. Maturato opus esse, ne propius pestis illa serperet. Magna esse in caeteris rebus temporum momenta, sed in bellis maxima. Haec illi. Saulus partim fortuna gentis motus, partim periculum, quod caeteris Iudaeorum gentibus ab Hammonitis imminere putabatur, si illorum opes nimium creuissent: Iabitas bono iubet esse animo, irent, urbemq; in suum aduentum ueri pergerent, fore, ut intra triduum conerent: omnem metum & errorem in hostem conuersum. Relinquerent sibi modo ducem, quem per uiarum compendia copiae sequerentur. Caetera se maturè curaturum. Cum his illi dimissi sunt, ipse aratorijs bobus, quos tum forte habuit, suffragiuu uertos succidit, proposito edicto fore, ut quicunq; sibi ad Iordanem eo die non presto adesset, eadem a se qua boues illi clade afficerentur. Poenae metu ex urbe & agris militari aetate excita ad trecenta & triginta milia armatorum circa regem uno die conuenere. Amne sub noctem superato, pleno gradu est ad hostem maturatum. Postero die sub solis ortum, quum iam Hammonitarum castra in prospectu essent, Saulus ita copias paritum est, ut Hammonitas (fuerunt hi Arabes) uno tempore tribus adoriretur locis. Hostes etsi in re subita nihil tamen consternati & ipsi quoque in aciem procedunt. Fit praelium, quo Israelitarum res ab initio animis & multitudine fuit superior. Haud igitur magno certamine uincuntur Hammonitae, ingens caedes in acie edita, sed in fuga aliquanto maior. Saulus non contentus acie uicisse, nec quod interfecto rege hostes aperram fugam fecissent, confestim in eam gentem praeterite clade percutillam, uictorem exercitum ducit. Hic Hammonitarum rebus ferro & igni accisis, Israelita arma longe lateque per hostium cum praeda & populatione circumuegit Saulus, quibus prosperè gestis onustus praeda exercitum domum reduxit. Maior certe & ipse factus, magisq;

conspicuum quam antea fuerat. Secundum hanc uictoriam conuentu in Galgalam uniuerso genti in dicto, Saulus iterum est a Samuele Iudaeorum rex inunctus. Enimvero multis uana uisa fuerat prior cae declaratio, fuissentque fortasse post uictoriam & illi ad supplicium requisiti, qui regem ludibrio haberant, nisi Saulus nondum stabilito regno seditionem metuisset. Secundo haec caerimonia regium nomen non solum firmius reddidit, sed insignis quoque augustiusque Saulo futuris que regibus fecit. Nam Moses, Iosue, & alij, qui ad id tempus exercitum ductauerant, non reges, sed duces fuere. Saulus tribus milibus militum ex omni iuuentute lectis, duo milia penes se praesidij loco habuit, tertiam partem cum filio Ionatha misit in Gabaam, ut suis popularibus praesidio essent. Philistaei qui urbem ipsam cum Iudaeis incolebant, arma illis ademerant. Qui cum rege erant, haud procul Galgalis sibi castra fecerant, quod ubi Philistaeis est nunciatum, copias studio contrahunt. Miror tantam armorum procelam aduersus exiguam armatorum manum exciri contigisse. Iosephus autor est trecenta peditum milia & sexaginta equitum in Philistaeis castris fuisse, & cum his curruum triginta milia. Sed credibile est id bellum quod maturius erant illaturi hostes, iam antea instrui coepisse, aut certe (nam in similibus libera esset coiectura) ob regem nuper Israelitis creatum de summa rei apparebat certamen futurum, atque ob id accidisse, ut tantum uirium una in unum contulerit, quantum ad id tempus nunquam ab his fecisset. Nec Saulus in tanto rerum motu defecit. Quin & ipse ad ornandum bellum conuersus, undique auxilia contrahit. Sed Philistaei, qui priores belli partes occuparant, omnium opinione celerius tu multuo se circa urbem magnam confederant. Quibus copijs inspectis tanto sunt terrore perculli, qui erant circa regem, ut eorum plerique altiores specus metu subierint, alij trans Iordanem occulta fuga sese proripuerint. Hunc suorum metum quum Saulus maiorem esse cerneret, quam pro autoritate sibi posset, mittit qui celeri curru Samuelli nunciarent, in quo discrimine Israelitica res esset. Actum dicerent non modo de regno, sed de totius gentis statu, nisi diuino res semel inclinata praesidio sisteretur. Oratus itaque primo quoque tempore suis adesset, quando omnis amoliendi belli spes esset in ipsius aduentu sibi & alijs reposita. Quantum igitur per aetatem locorumq; distantiam liceret, maturaret laborantibus subuenire. Nam quod ad ipsius accessum attineret, persuasum sibi & omnibus esse, cum Samuele praesens propitiumq; Hebraeis coeli numen affuturum, nec de sua constantia & fide dubitaret, constitutum habere se, aut ui aut armis Israeliticum nomen in suo statu retinere, aut si id minus praestari contingat, citius mortem occumbere, quam piter seruire. Samuel trepidissimis excitus nuncijs, regem suorum uerbis hortatur, ut hosti in aduentu suum resisteret. Adnixurum se, ut supra aetatis uires intra paucos dies adesset, unaq; de summa rei in castris ambo coconsultarent, pararet modo hostias, quas in aciem descensuri immolarent. Comparat studio Saulus, quae ad sacrificium pertinebant. Sed quum omniu spe tardi⁹ Samuel ueniret, hostias arae admo uit, sacroq; uix bene pperato allatu est Samuelem adesse, a quo ille obuiam progressus increpitu dicitur, quod se non expectato, rem diuinam facere maturasset, nec cum cuperet satisfacere, ac multa excusaret rex senem flectere potuit amplius, quominus (ut erat turbatus) recta qua uenerat, retrò abierit. Saulus consilij anceps, cum filio & sexcentis, his que magna ex parte inermibus in Galgala se recepit Philistaei ubi praesidio hostem decessisse adiuuere, tripertito, Hebraeorum fines ingressi, omnia terro-

Saulus iterum inungitur.

Nouum Philistaeorum bellum.

Samuel a Saulo accersitur.

Samuelis iras.

ris & populationis complet. Et iam pars una hostium ante regis oculos liberè uagabatur, is cum filio Ionatha & Achia, qui sacerdos erat, ex editiore loco agrorum populationem non sine dolore & lachrymis spectare. Ionathas regis filius doloris impatiens, uno dūtaxat comite speculatorio amictus habitu, hostium castra noctu ingreditur, quæ munitissimo erant loco sita, & ob id fortasse nullo maiore præsidio statione nocturna retenta, eam occasionem feroc iuuenis nactus, hostes palsim somno & quieti deditos ferro adoritur, tetram cædem tacitè in iacentes grassatus, per multam noctem perpetravit, quoad morientium gemitus tumultum excitauit. Tum uero creditum castra ab hoste teneri, simul que præceptis fuga exorta est. Ruebant impediti tenebri per æqua & iniqua cum pernicie multa Philistæi. Quorum trepidatione Saulus per exploratores cognita, simul ac filium abesse sensit, ratus (quod certè erat) illum hostium castra ingressum, capi arma iubet, subito que in cursu fugam & terrorem nouo clamore auget. Palsim igitur dispalati usque ad lucem cæsi sunt Philistæi. Nec posteaquam lux affuit, ab his est persequendis cessatum. Rex ueritus ne Philistæus à uano illo noctis terrore aliquo modo respiraret: diris execrationibus eorum capita deuouit, qui à persequendo hoste desisterent, aut quandiu lux teneret, cibum ullum caperent. Quod patris edictum Ionathas per inscitiam transgressus est, quippe qui in examen apum uago cursu delatus, mellis fauim cupide hausit. Saulus postridie Deo aram constituit, ad quam uictimas pro uictoria immolaret. Primumque Achibotus sacerdos iustus est nomen explorare, an feliciter euenire uellet, quod ad hostium castra diripienda rex ducere in animo haberet uictorem exercitum. Negare ille responsum ullum dari, quod nunquam nisi irato numine ferè eueniret. Erant suspensi animi omnium. Cæterum uulgo suspicari ex militibus aliquem contra hesternam executionem aliquid temerè commisisse. Vnà cuncti in eum inquirendum censere, ac de fonte supplicium sumendum, Saulus ut suo cruo que erat ingenio, ne filio quidem suo parturus uidebatur, si filius se piaculo astrinxisset. Operæ precium est audire, quanta tum eius gentis fuerit religio atque erga cœli numen obsequium. Dicitur Ionathas sponte factus, se patremque execrationis inscium, fauo mellis in ediam leuasse. Sed quanquam, inquit, rei ignoratio satis excusari possit, paratum esse se nihilominus uitam pro populi incolumitate effundere. Satis se in uita habere quod patrem uirum fortissimum & regem, & bis hostium uictorem uiderit, & quod hesternam die suo ductu feliciter gesta res esset, persuasum habere se, tum maximè expedire hominibus uita migrare, quum per uirtutem ea sit adeptus, quibus non tam honesta mors, quæ semper speciosa est, quam hominum inuidia metuenda esset. Nec Saulus quanquã filium cerneret alta indole præditum, minus propterea sæuire, cæterum ut res omnibus documento esset, ne regium imperium religionemue in posterum negligeret, Ionatham aræ admodum pater pro hostia iugulari imperat. Tū uero multitudine, quæ locum corona cinxerat (nam ad decem hominum milia in castra confluerant, posteaquam ad Galgala Saulus uenerat) sublato clamore haud laturos se uociferantur, eum per quem graui bello liberati essent, quando per inscitiam deliquisse constaret, uita periclitari. Scire se mortaliū delicta, confilio non euentu æstimari solere, imploratos se polliciti pro ea culpa si qua sit à numine ueniã, uel si impetrari non possit, poenas pro eo, qui sit de communi salute meritis, libenter expeluros. Tale fuit tum in unum Ionatham totius exercitus studium. Piacularibus hostijs aræ adhibitis, ubi ritè litatum est, Saul

Ionathas factus

Iudæorum uictoria.

Indoles in Ionathas.

Exercitus cæritas in Ionatham.

lus castris hostium direptis uictorem exercitum domum reduxit. Iosephus autor est eo bello ad sexaginta hostium milia occisione occisa. Subegit inde Saulus Hæmonitas Moabitasque gentes (ut tum hominum res erat) opulentissimas, uicit & Idumæos, eorumque reges tributarios fecit. Et iam Israëlitarum res longelateque pollebant, quum Samuel iterum cum rege congressus doceret, superesse adhuc integrum Israëlitis bellum, quod nefas sit non totis uiribus exequi. Nullam gentem Moysi in Palæstinâ ueniendi infestiorum fuisse quam Amalechitas, qui Iudæos suis finibus non solum arcuissent, sed opportunitatè nacti, affecissent etiam terribi clade. Ob eamque rem Moisen posteros ad ultionem astrinxisse, mandasseque omnem gentis memoriam, si quando ulciscendi occasio data esset, abolendam. Cæterum nunquam uideri maiorem à Deo optimo occasionem genti datam quam tunc, quum Israëlitarum opes eo auctæ essent, ut nulla tam ualida gens foret, que par illi futura crederetur. Impiè proinde eum facturum, nisi tam insignem iniuriã ab una gente maioribus illatam, cuius ultio diuina magis uoluntate quam humano consilio, in sua tæpora dilata uideri posset, pio iustoque bello persequeret. Nec uerendum esse, ne non omnia pro sperè cessura essent, quæ non minus piè quam iuste gerenda sint. Et quod ad uictoriã attineret, si qua sibi futurorum prouidentia esset, quæ tota ex pietate penderet, haud dubitare se quin præsens numen uolensque gerendis rebus esset affuturum. Hæc Samuelis denunciatio bellicosa natura regem facile perpulit, ut in Amalechitas continuo mouerit. Copijs igitur instructis per occulta ab initio loca duxit, ut in castrum hostem adortus comodius opprimeret. Multi mortales in prouiso accessu per agros uagi, ac nihil minus quam bellum expectantes, capti cæsique sunt. Inde hosticus ager ferro & igni uastatus, nouissimè urbes, & castella operibus & cuniculis captæ, excisæque sunt. Neque sexus neque ætas ullum in cæde fecit discrimen, omnes ad unum præter Agagum regem interfecti. Ab huius cæde ob eximiã corporis pulchritudinem Saulus, ferrum abstulit. Samuel captum per eum per dendum cum ipsi uiris censebat. Cæterum rex sine prædæ cupiditate captus, siue ut militibus gratificaretur, quadrupedum uim ingenem domum abduxit. Nulla unquã lætior uictoria Hebræis cõtigisset (nam à Canobico Nili ostio usque ad Erithræum sinum perpetuo uictoriæ cursu omnia Saulus armis subegerat) nisi dira quædam mandatorum obliuio ipsius animum cepisset. Qui quoniam Amalechitarum regem seruasset, quum tota alioqui gens per denda esset, captiuumque gentis pecus auertisset, prophetæ prædicatione cognouit, quia parum ritè numinis mandata seruasset, fore, ut ipse non multo post regia dignitate priuaretur. Miror Iosephum tradidisse à Canobico ostio ad Erithræum mare omnia Saulis ductu à Iudæis subacta, quum Canobicum ostium omnium Nili ostiorum sit ultimum Libyam uersus. Quod si sic res quoque gesta esset, non Arabes solum, sed Egyptios quoque qui ad mare sunt, Amalechitas appellatos accipi oporteret. Et si tempestate illa, pars quæ nunc Egypti maritima est, magna ex parte (quod alio est loco memoratum) sub aquis fuit. Multo itaque uero propius illud, ut ad Pelusiacum ostium, quod Arabiæ omnium propinquissimum est, insignis aliqui, uictoria nec ulterius processerit, præsertim quum in Amalechitas sit bellatum, non in Egyptios. Saulus cœlestibus minis exterritus, primò factum excusare conatus est, inde ab Samuele contendit, ut non prius à se abscedat, quam id scelus sciret expiatur. Id quum ille facturum negasset, sciebat enim litari non posse, iam retrò abire cœperat, cum precibus primò, inde uisè Saulus remorari adortus, reluctans palium temerè discepfit. Tum ille in regem cõuersus:

Samuel contra Amalechitas.

Agagus rex occiditur.

Amalechitas bello petuntur.

Dauid in uingitur rex.

Saulus oraculo corripitur.

Goliathis magnitudo.

Sic tua,

Sic tua, inquit, non multo post lacerabitur dignitas. Cæterum quo grauiora ille denunciabat, eo maiori bus rex precibus contendebat, ne se consilij incertum, malorumque expectatione confusum destitueret. Rogare obrestarique ut fineret se exorari, imitari necque, in eo cœlestis numinis, cui gratissimus esset natura, ne penitentia auersaretur. Fateri se peccasse, sed facti uehemèter penitere. Nullum se expiationis genus non aris adhibiturum, ut uenia impetraretur. Hæc seni pudorem imposuerunt ulterius tendendi, unaque cum rege Galgalam concessit. Vbi propheta iussu Agagus rex occisus est. Inde peracto sacro, quum diuersi abissent, Saulus Gabam reuersus est. Propheta in Ramatham urbem, qui haud multis interiectis diebus, oraculo monitus in Bethleem uenit: Dauidemque Iesse ortum regem inunxit. Fuit Iesses Obedis filius ex Boos & Ruthe geniti, quo apparet innocentiam, & pietatem in humanis, non opes & nobilitatem à superis probari. Iustitiam amat cœli numen, perpetuisque auget incrementis. Quæ quo humiliore suscitatur loco, eo sublimiore collocatur. Ignobili auo natus, diadema gessit, non malis artibus, sed cœli prouidentia quæsitum. Nec ipse tantum regio insigni positus est, sed filio deinceps, & uiginti ab eo procreatis longa serie gestandam tradidit. Et quod ad diuinã attinet prouidentiam, pascebat tum oues Dauid foris, quum Samuel ad Iesse uenit, eius fratres, qui tum patri aderant sacrificio admoti sunt, unusque post alium à propheta repudiati. Cæteris itaque reiectis Dauid in urbem accessit, quem Samuel confesum regia cærimonia inunxit. Ferrum Dauid flauo colore fuisse, neque ingrato aspectu, psalterij & hymnorum peritissimus, quia Saulus fama impulsus, quoniam iam inde, ex quo iram numinis incurrerat, malorum daemone in cursu exterrebatur, edoctus hymnicis cantilenis posse terrores illos leuari, adolescentem ad se uocari iussit, omnium adhuc quæ acta fuerant, ignarus. Miror nullam insidiarum suspicionem incidisse, quod neque pater regis imperium expauerit. Sed quacumque spe ille fretus, nihil (quod satis constat) Dauid cunctatus ad regem profectus est, cuius indolè animique promptitudinem Saulus miratus, militia in auctoratum, multis militaribus donis insigniuit. Subsedidit inde Dauid apud regem, quod per nuncios ut bona uenia adolescentem penes se habere liceret, à patre impetrauit. Nec multo post Philistæi rebellauerunt, ingentique armorum apparatu Israëlitarum fines inuaserunt. Nec rex multum in mora fuit, sed impigre primis hostium motibus cum ualido exercitu occurrit. Fecerant illi castra inter Sochonem & Azecham, Israëlitarum iugum montis occupant, hostium capitibus imminens. Philistæi sitis iniquitate animaduersa castra in tutiorem locum haud procul inde transferunt. Dirimebat bina castra tumulus quidam, hunc Philistæi generis uir quidam immani statura (Goliath fuit illi nomen) insigni armorum habitu, cum pluribus occupat. Iosephus nisi parum in regre id in eo legitur, autor est, septem pedum Philistæum quadrante minus fuisse, quæ proceritas ne nostra quidem tempestate sit in aliquo conspicua. Veriora itaque mihi uidentur, quæ in Bibliacis libris traduntur, senum cubitorum & palmi fuisse eius staturam, quæ denos quadrante minus habuerit pedes, quum aliquanto proceriore Orestes fuerit, si uera sunt, quæ Herodotus de eo memoria prodidit. Sed quæcumque fuit hominis magnitudo (fuit enim omnino eximia) loricae quingulum milium siclorum induit. Ferrum quod fuit hastæ præfixum, Sielos ap pendisse traditur sexcentos, id est, drachmas mille & ducentas. Confixio igitur ille loco constitutus, horrendè in clamat, Israëlitarum fortissimum sibi occurrere postulat. Parum prudenter Philistæos Iudæosque facturos, si cum duorum prælio periculo de

fungi possint, de summa rerum totis uiribus, non sine alterius partis pernicie malint dimicare. Paratū se esse ea conditione in pugnam descendere, ut si uictus sit, cedant perpetuo Philistæi Israëlitis de regno. Sin contra qui secum congressus esset uinci contigisset, seruitutis iugum (si quando aliàs) Iudæi acciperent. Tenuit ea prouocatio plures dies, non sine Hebræorum rubore, qui tacita confessione se eo genere pugnae uictos fateri. Dauid interim tribus fratribus circa regem commorantibus, ex militiae uacatione dabat apud patrem rei pecuariae operam. Quum igitur bellū una prouocatione stare, ita forte accidit, ut iussu patris ille cibaria fratribus in castra tulit. Qui quum inter suos ibi uersaretur, ecce interim Goliath ex solita statione conspectus Israëlitarum fortissimū de more prouocat. Ad cuius uocem quum mœstum silentiū teneretur, Dauid eam gentis contumeliam haud ferendam ratus, apud fratres primo factus est, cepisse se impetum aduersus monstrum illud hominis dimicandi, qua uoce à suis grauior increpita, cæterum quum nihil familiari illa prædicatione præter stultitiæ & temeritatis notam lucrifaceret, palam inter æquales iactare ausus est, quid animo ageretur. Quæ audax professio ad regem delata, et si ætas, quæ adhuc infirma erat, nihil de se arduum sperari sinebat, adolescentem tamen ad se Saulus accersit. Erat enim, ut dixi, iam antea ei notus. Hic laudata ab eo indole, quum uideretur rex nolle tanti discriminis certamen infirmæ adhuc ætati permittere, multa Dauid de diuina prouidentia prius locutus, quæ quo libitum esset, suo uictoria nutu inclinaret, periculosa dein certamina, quæ penè puer cum uiolentissimis bestiis obitisset, ordine explicat. Leonem, inquit, rex in clypeo adhuc penè puer, quia agnum ex illius ore eripuisse, in me læuientem cauda arreptum, humi primo affixi, inde multa ui compressum ac debiliarum extinxi. Pari periculo uersum in euitabili occurso, haud minore animo quam leonem prostravi. In quibus monstris cõficiendis, haud ambigo, nisi cœli numen propitiū habuisse, tam arduis certaminibus me imparem futurum fuisse. Cæterum tam bestia est hic, qui nos prouocat, quam illæ quas ego domui, fuerunt. In quo præter effigiem nihil cerno, quod hominibus dici possit. Pietatis expers, uerique numinis contemptor. Ad quem perdendum non solum me ratio hortatur, quod nolim hanc decreta pugna notam nostræ genti perpetuò inultam, sed etiam religionis ultio, quæ iam dudum animo succlamat, rolandam esse impiam ex terris beluam, quæ ne cœlum quidem, cui conuicium facit, mereatur intueri. Miratus rex adolescentis ferociam, simulque præmaturam in eo osculatus prudentiam, omnia ad diuinam prouidentiam referens, facit illi dimicandi potestatem. Dauid repudiatis armis, quæ rex ad certamen exeunti obtulit, funda & sparo instructus, in hostem uadit. Conuerterat id certamen duorum exercitum in se oculos. Qui quo minus æquis inter se uiribus congressuri uidebantur, eo minus bona spe Israëlitarum erant. Dispar inde animorum affectus. Exultabant lætitia Philistæi, certamque recuperandi regni uulgo spem fouebant. Ibat Goliath in pugnam magna mole corporis robur spirans, armis insigniter instructus, tam certaminum cupidus quam peritus. Contrà tyrunculus & infirmo adhuc corpore rei bellicæ ignarus, & quod præter cætera Iudæos exanimabat, inermis, nihil in pugnam nisi ferociam ferens, ut temeritas uerius appellari posset, quam audacia. Et iam ambo in cõspectu erat, Goliath ueniens hostem intuitus, uelut ad canis abiegatū fuste dūtaxat instructū horrendè intonat. Nec Dauid immane corpus clamorè ue exhorruit, sed future dimicationi intectus, subita fundæ excusio lapidè in aduersum hostem immittit, qui in mediã frontem uiolenter

Goliathis prouocatio.

Dauid pugna sibi deposcit.

lentes

David Goliath dem. bernit.

lenter incidens, Goliadis caput ad cerebrum usque aperuit. Ad quem ictum, quum ille magno corporis & armorum fragore cœcidisset, ingens lætitia ex metu, qui nuper omnium animos defixerat Israëliticis castris oritur. Contra trepidat ingens Philistæos cœpit, qui pastorum immemores sine imperio, sine finis effulsa fuga passim diffugiunt. In hostem sua sponte turbatū Saulus suos ex superiore loco demittit. Quem apertis cæpis Hebræus uictor affectus, cum fœda strage ad Alcalonis usque, moenia præcipit egit, triginta Philistæorum milia eo die cæsa traduntur, ac penè totidem uulnerata. David Goliadis caput hæc affixum in trophæi speciem ante sacram aram statuit. Inde rex inter puellares cænis innumerasque acclamationes, ob nouam uictoriã est domum reuersus, sed cum multo maiore omnium studio fauoreque, & in primis mulierum David acciperetur, conuertere retrorsum, ille in se, quacunq; iret, ob Goliadem singulari pugna prostratū, multitudinis oculos, tacita primo inuidia subiit regis animū. Adolescentis deinde uigorem præmaturãque uirtutem secum reputans, que parare solent gradum mortalibus ad fastigium dignitatis, eius successus cœpit suspectos habere. Verum quia aut perendus erat, aut per speciem militiæ longe ablegandus, tutius cõsiliū honestiusque uisum, eum ad residuum belli conficiendum mittere, eaque potissimum illi loca destinare, in quibus haud dubie casurus putaretur. Interim uero factus cerrior, si liam illius amore deperire, uehementerque adolescentis connubium sibi optare, puellæ nuptias Davidi ea conditione defert, si ducenta Philistæorum capita ante regium solium stamisset. Ita demum futurum credere, ut regiæ puellæ potius de studio, dum uide nimis & ob id incautè in cædem rueret, subita aliqua ui mortem occumberet. Neque David est conditionem & imperium aspèrnatus, quin ad bellum profectus, paucis diebus cum ijs, qui dati fuerant (sunt qui eum millenarium tradant a rege constitutum) Philistæum ad pugnam progressum fœdè trucidauit. Vnoque prælio prosperè defunctus, relatis hostium capitibus, Micholis regiæ puellæ connubio est potius. Nec noua affinitas socerum genero, nec uictoria benemerito duci regè pacatiore reddidit. Sed uitæ regnoque timens Saulus in diem occultata perendi adolescentis agitare consilia. Sed fatum mutari non potuit, siquidem Saulus diu animo fluctuatus, postremo eò decurrit, ut perpetranda cædis ministerium Ionathæ filio delegauerit. Qui cum noua necessitudine, tum uirtutum studio, quibus iuuenis inuenem mirabatur, magnū nefas ratus, hunc qui de publica Hebræorum salute semel atque iterum optimè meritis esset, quem pater suo egregiam uirtutem sibi generū asciuisset, neci tradere, quod à patre de Dauide mandatum haberet, cum eo communicat, hortaturque, ut capitales insidias, quæ in posterum diem pararentur, occultè declinet, daturum se interim operam, ut patris cubiculum per speciem salutationis ingressus experiat an illius animum à consilio cædis reuocare possit. Atque cum his ab eo digressus, postquam ad regem uenit, in hunc modum est ille patrem affatus: Scio pater te non ignorare haud alio delicti genere maiores nostros, & quandiu in deserto fuerunt, & postquam Palestina terra potiti sunt, in euidentem iram numinis incuruisse, grauioreque expendisse pœnas, quàm quum cœlestis beneficij immemores publicè aut priuatim ingrati exiuisent. Quo apparet nihil eo uitio esse apud Deum opimum derestabilius, qui uelut præsentia nouit omnia, qui que æqua lance hominum opera expendit, expensã iuste uindictat. Nec immeritò, exinguit enim ingratitudo non solum iustitiæ fontem, sed omnem humanæ uitæ societatem. Verum quo fœdius id maioreque est ultione dignum, eo longius abs te pater, omni-

Saulus genero insidiatur.

Oratio Ionathæ ad patrē.

regia domo abesse oportere arbitror, qui quantum felicitate & fortuna cæteris mortalibus antecellis, tantum æquitate præstare debes, & innocenti. Nec quæ dicam eò tendunt, ut tuæ sim uoluntati obtuiam iturus. Natorum est patris imperium audire, sed ut audire, ita etiam considerare qualia sint quæ à patre filiis imperentur. Scio ego uel à prudentioribus uiris ea interdum iniri consilia, uel quum ira aliū sine animi affectus plus æquo mentē agit, quæ si ad exitum perducatur, in aut oris haud dubie caput cum pernicie redundent, etenim haud unus est humanæ mentis affectus, quibus perturbata ratione nequeant homines quid rectum sit, quid uel utile intelligere. Verum enim uero hæc tam multa eò tendunt, ut iterum ac sæpius pater tecum consideres, quale fuerit tuum hefternum illud de cæde generi tui imperium, quo nullum (pietas meam te, pater faciat, ut apertè quæ sentio, dicam) esse potest iniquus, nullum à tua dignitate magis alienum, si quod suspicari fas est, felicitas adolescentis altaque indoles tibi tuoque regno suspecta est. Etenim tantum abest, ut illum hoc nomine periclitari oporteat, ut ob hæc eadem illius salus tibi & alijs multo cõmendatior esse debeat. Quanquam quid attinet hominis aut uirtutem aut felicitatem cõmendare, quæ duo nisi tibi opportunè affuissent, non regno tantū, sed uita quoque iam antea periclitatus esses. Huius hymnici cantus te à dæmonū incursum seruauerunt. Hic mentem simili causa concussam, misereque æstantem in pristinum statum restituit, suæque sede collocauit. Age nunc qualem ille non tibi solum, sed Israëlitis omnibus ademit ignominiam, quàm turpe seruitutis iugum (erat enim iam oculis admotum) sua uirtute dilulsit. Infulsabat capitibus nostris immanis hostis, multaque probra in te, & in uniuersam gentem iacere, exprobrare alta uoce nobis ignauia, cladem & interitum mimitari. Quis ergo unus omnium communi contumeliæ sese opposuit? David. Quis audaci congressu immanè prostrauit hostem? David. Quis Philistæum tibi trucidandū dedit? David. Quis demum ad tuum solium duceta hostium capita constituit? David. Et in hunc qui te diro morbo seruauit, hostem sustulit, Philistæum prostrauit, tuum regnum stabiluit, qui ob eximiam indolem gener est tibi nuper ascriptus, sœuire potes pater? de huius cæde & interitu cogitare? Flexerunt malos dæmones huius cantus, te quem à morte seruauerunt, flectere non poterunt? Strauit hic inuidiam hostem, ut ipse à suis sterneretur? Peperit Hebræo nomini ocium & quietem, ut ipse inter suos tutus esse non posset? Duxit filiam in uxore tuam, ut uelut hostiaris admoueretur, geniale mitorum suo imbueret cruore? Me miserum, quæ ingratitudo hæc? Quæ perfidia? Quod scelus? Quare te per omnia iura, quæ natos parentibus obstringunt, oro pater atque obtestor, ne regiam domum tam infanda cæde polluas, neque te progeniemque tuam inexpliabili flagitio astringas. Magnum scelus, magna ultio sequatur ne cesse est. Quæ quo tardior est, eo esse solet grauior. Nec te moueat quæso, quod ille ob egregiam indolem sit hominibus charissimus, quod successus ipsi maiores sunt, quàm ab homine eius ætatis meritis expectati possint. Nulli hæc magis quàm mihi suspecta esse debent, qui à successu spe non procul absum, tibi regni sedes stabilita est, quæ ne non tibi incolumis sit semper futura, non est cur dubites. Meum est id prospicere, meum cauere, ne tanta spe paterno regno deijciat. Sed satis mihi persuasum est, in diuina potestate esse regnorum iura, illius promidentia hæc mortalibus dari, eiusdem potestate adimi. Quod si numini cordi est, ut hic quem suspectum tibi uideo, regnet, nulla humana consilia tanti sint, ut fatum inhibere possint. Quare mitte quæso, huiusmodi consternatione. Noli in scelus prorumpere,

Conuersio.

Repetitio cum distinctio.

Antitheta.

Sententia.

Peroratio.

Nona de Philistæis uictoria.

Saulus Davidi insidiatur.

Saulus nudus salit.

prorumpere, teque & tuos inexpliabili cæde contaminare. Quin, ut ab initio fecisti, iuuenem complexus, omnibus modis orna, beneficentia & charitate foue, ut filium tuere. Ad quod ipsum te non mediocriter hortantur filia preces & lachrymæ, quæ si tantū periculi scire sponso, cuius cupidissima est, imminere, in luctu esset & lamentatione, hicque nunc mecum ante tuos pedes obuoluta, cum fletu & eiulatu iaceret, suppliciterque oraret, ne se dulcissimo connubio priuares, dimidiumque uitæ adimeres, aut si omnino eum perdere placeret, in se quoque pari atrocitate sœuies, dulciorem sibi fore mortem cum illo coniungam, quàm uitam suauissimo matrimonio fraudatam. Nec illa solum à te pater id precibus contendit, uerū tuum regnum, tua dignitas, salus, liberi, omnis fortuna regia tibi hominis salutem commendat, te monet, orat, obtestatur, ut hunc non modo in eolumem per te esse finas, sed patria etiam charitate foueas, ornes, extollas, tibi que omnibus necessitudinibus & officijs adiungere pergas. Quod si feceris, pro eo despodere ausum tuam salutē & dignitatem secundum eos quos genuisti, libentius defensurum esse neminem. Hæc Ionathæ uerba ad eò regem mouisse dicunt, ut continuo priore consilio repudiato, iureiurando affirmauerit, omnia per se genero tuta deinceps futura. Daturū ad id se operam, ut huius ille cognosceret, æque ac si filium à se amari. Per Ionatham igitur David locero reconciliatus, haud multis interiectis diebus aduersus Philistæos cum uero exercitu mittitur. Constantis tam gratiam in armis esse, huiusque expeditio illa haud minus prospera quàm prior fuerat. Vt èis hostibus David in ingenti celebratè, & reuerentè ob hoc in regis odium & inuidiam in generū, qui duo affectus iam dudum male dissimulati, præcipite agebant, tenuis animi. Accidit interim in recenti dæmonū incursum exagratum, subitò sit ad eum David accersitus. Qui ante regem cõstitit, dum circa altum mensis, diamque exortationem catu operatur, parum abstuit, quin lancea qua tum rex manu tenebat, sit iuuenis trasitus. Cœcidisset haud dubie ad subitū ictum, nisi ille in hoc ipsum non minus intentus, quàm in eam operã quæ interim præstatur, contortã in se hastam agilitate corporis declinasset. Tum uero periculi magnitudine percussus, ex regia se occultè ad uxore proripuit, cuius opera (nam missi erant qui eius limina infiderent, ne noctu dilabi posset) auersa eisdium parte, per fenestrã dimissus, ad Samuelem profectus est. Ad quæ de regis perfidia & inexpliabili in se odio quæstus, iustus est bono animo esse. Scire se ipsius uitam deo curæ esse. Cæterū ne in Rhamata ambo à rege opprimetur, hinc profecti in Gelboam cõtendunt. Nec multo post Saulus eò misit, qui Davidè ad se traherent. Hi qui ad id missi fuerat, ubi ad Samuelem cõspectū uenere, diuino afflati spiritu, mandatorū regis oblitri, propheticæ meditationi uacauerunt, apud Samuelem delidentes. Mera hæc miracula sunt, sed quia Bibliacis libris, & à Iosepho in historijs relata reperio, impiè facerè, si pro uanis silentio præterirè. Ferūt & qui secūdo loco missi sunt, qui deinceps tertio, eorū quæ iniuncta à rege essent, oblitos diuinationi incubuisse. Tum Saulus irarū plenus, eo cū numero comitatu ex improuiso occurrit, ubi post Samuelem inspectū phanatico furore correptus, abiectis uestibus, nudus toto est die cantum meditarus. David interim ratus nihilo in se regem pacatiorem futurū, consilio cum Ionathæ prius cõmunicato, ne per speciem locuiij cum socero cõgredi cogeretur, in arctiorèque locū coniectus magis esset iniuriæ obnoxius, secretū extra urbem Ionathæ non ignotū petijt, tãtis peribi cõmoratus, quoad per eum exploratum haberet, quo rex in se demū esset animo. Postridie igitur in conuiuio, ubi Saulus generū abesse sensit, cur David nō adesset percunctat. Tum Ionathas (ita enim inter eos cõtenerat) à Tribulibus, inquit, suis ad solenne sacrum uocatus, meo permisso hinc profectus est. Tum rex absente execratus, Ionatham intempestiuū cõmeatus autorem cõuicio aggredditur, nūc spurcissimæ femine filium, nunc patris proditorè appellans, in de ira ardens pauca subijcere uolentè transfixisset hasta, nisi amicorū qui aderant subita cõsternatione percussum præiisset. Triclinio itaque egressus, uno duntaxat cõmire, lenta deambulatione, quasi corpus exereret, ad Davidis latebrã pgressus, famulo paululū post se relicto, cum eo in colloquiū uenit, omnia quæ in conuiuio acciderat, explicat, atque simul edocet quantū illi à rege instaret periculi, horratur ut fuga sibi salutē quaerat. Nam quæ ad se armineret, negat spem reliquã ullam esse patris animi amplius leniendi, cū iam apertè apud eum in suspitione uenisset. Cū lachrymis igitur uterque, ab altero digressi, Ionathas in urbem redijt, David ad Abimalechem sacerdotè celeri est cursu delat. Fuit ab Abimalecho illius accessus primo suspectus, quæ si ne illo comitatu tam longū esset iter ingressus. David quasi ita factò opus esset, occultū regis negociū afsimulat, sed quum arma sibi poposcisset, nec apud Abimalechū ulla essent, ei monitu Goliadis lanceã quam post uictoriã Nobæ, ubi ille sacerdotiū admistrabat, David solenni more dedicarat, ex sacro sit stultit, parique festinatione ab eo digressus, Philistæorū fines transcendit. Agnitus inde in Getha urbe ad regemque perductus, siue se furere simulasset, haud dubie regis iussu ad supplicium perductus esset. Inde igitur pro stulto & amente impudè dimissus, in Iudæarum terrã reuersus, spelunca, quæ haud multum ab Odolla oppido aberat, aliquali diu inhabitauit, eo fratres de eius statu per occultū nunciū certiores facti cum quadringentis necessariorū uenere. Quam hominum manu fretus David, in Moabitanos transijt, ab regeque eius gentis impetravit, ut se & suos tãdiu præsidio & ope tuendos susciperet, quoad tēpestas illa, qua indignè premeretur, remitteret. Nec diu in Moabitis deinceps fuit, quin Cadis propheta uoce Iudæam reperere iussus, prædiciaria suorū cohorte se per, quacunq; iter faceret, terebat in se ora hominū. Effectusque ipsa rei nouitas, ut res subitò ad regē sit delata. Apparuit primo nouarū rerum studio cum armis instructum, Iudææ urbes circuire. Rex metu simul & ira percitus, pro militum concione pronuncianit, compertū habere se filium Iesse, nequissimum seruum ad hostes desciuisse, nouandarumque rerum studio nonnullos ad arma conuocasse, & iam latronum more per occulta regni loca, non sine populorum motu, euagari. Mirari se qua fiducia ille fretus, in se hostilia moliretur. Cæterum quando quaui Ionathæ filio, qui cum illo senserit, occurri oporteat, priuata esset consultatio, quo alij in se animo essent, id se periclitaturum est præfatus, an tam perditus sit aliquis & ingratus, qui suorum in uniuersam gentem meritorum immemor, si fraude non possit, regnum occupet. Quare & orare uos & obtestari cogor, ne me regem de Hebræo nomine optimè meritum, qui Israëliticã gentem longo seruitio pressam, in antiquam libertatem non tantum restitui, sed feci etiam, ut alijs quoque gentibus imperaret, qui que plures penè uictorias ex hoste reportauit, quàm annos regnauerim, ab temerario adolescente, & alijs perpauca latrunculis cogitati sceleris socijs, manifesto latrocinio uexari patiamini. Nec uereor, inquit, quin temerarij illi motus breui discurrantur, modo uos qui adestis, in fide & officio esse uelitis, nec regium nomen impune ab aliquo læsum iri arbitremini. Ite igitur, inquit, & si quem nefarij illius consilij conscium nacti eritis, confestim ad me nomen delatum uelitis, Semper

Sauli ira in Ionatham.

David in exiliū agit.

David pro stulto habetur.

Ferox Sauli denuntiatio in Davidem.

Semper

fuerat. Tam improviso malo confusus Dauid, & quod maiori adhuc dolori erat, cum ob acceptam cladem se in magna apud suos inuidia esse intelligeret, consilij inops Abiatharum sacerdotem iuber nuntius uoluntatem sciscitari, instandum ne esset hostibus, an alio commigrandum. Ex oraculo relatum, carpenda protinus esse Amalechitarum ue stigia. Tum correptis armis irarum pleni in abeuntem hostem euertigio tendunt, alius alium hortatur, ut adderent gradum, nec pati id latrocinium diutius esse hostibus inultum. Et iam præcipiti cursu ad Bosorem torrentem uenerant. Hic quidam ægre trahens membra reptus est, rogatusque quidnam hominum esset, quòue casu sic æger in uasta solitudine erraret, ab Amalechitis respondit, qui nuper Getheum agrum incursum, quia in subitum languorem incidi, his sum locis relictus, agmen enim assequi non potui, iam tertium diem cibi inopia morboque confectus. Placuit hominem non solum seruare, sed cibo etiam reficere, ut locorum ignari, ducem ad persequendos hostes haberent. Repetito deinde cursu Amalechitas assecuti, quos prioris diei crapula oneratos, & nihil minus interea, quam hostem expectantes adorti, præter quadringentos, qui camelorum celeritate in pacatum incolumes abierunt, ad unum reliquos obtruncant, à prima dici hora ad uesperam cædes distracta est. Captiui cum omni præda recepti. Negare milites, qui hostes secuti fuerant, eorum rationem in diuidenda præda esse habendam, qui in castris remansissent. Contra tendere illi, qui ferme ec. erant, nec passuri uidebantur, quando uelut præfidio in castris fuissent se præda fraudatum iri. Et iam res non procul à seditione aberat, quum Dauid pronunciauit prædam ex æquo diuidendam, quoniam qui castra obtinuerunt, & ipsi militare obtinuerunt munus. Mansitque iam inde mos ille in genere, ut quicquid esset expeditione quaesitum, æqua sorte cum stationarijs militibus diuideretur. Sub id tempus, quo Dauid recepta præda est Sicelechum reuerfus (sunt qui eodem die dicant) Saulus ad Gelboe montem à Philistæis uictus cum Ionatha Aminadabo & Melchio filijs mortem occubuit. Incredibili constantia dicitur adnixus, ut fatalem necessitatem uirtute superaret, nulla summi ducis strenuique militis opera prætermissa in reparanda acie prælioque si qua omisum esset, fortiter instaurando. Cæterum hostium multitudine superante, qua cruentissimum fuit prælium multis uulneribus prius acceptis, pugnam ferociter ciens occubuit. ~~...~~ Cæsa sunt cum eo omnes Hebræorum copiae, præter paucos, qui terribilissimam cædem fuga eualerunt. Fama aduersæ pugnae effecit, ut quicumque trans Iordanem incolabant, menibus urbium diffisi, cum coniugibus & liberis in deserta montium trepide concesserint. Philistæi præsentis uictoria elati, cadaueribus insultantes, regis & natorum corpora spolijs exuta Bethsanæ, in eminentissima murorum parte patibulo suspendunt. Ea urbs Scythopolis postea dicta est. Arma quæ Saulus tulerat, Asirothi publicæ sunt in templo consecrata. Iabeni iniquo animo ferentes Israëlitarum regem cum liberis insulturnum pendere, noctis silentio Bethsanæ menibus insinuat, corpora inde furto sublata Iaben detulerunt, quæ more patrio cum fletu & lamentatione loco Galaaditanæ terræ optimo, quem segetem uocatum tradunt, septem dierum ieiunio ciuibus omnis ætatis & sexus indicto fuerant. Regnauit

Dauid Amalechitas infectatur.

Amalechitarum cædes.

Lex militaris.

Gelboe mons. Saulus cum filijs interficitur.

Saulus & filij ubi sepulti.

A Saulus annos circiter uiginti: Perijt biennio quam Samuel uita defunctus est: omnia que ille euentura prædixerat, miserabili exitu experius. Aduersæ pugnae nuntius non fama solum est ad Dauidem perlatus, sed regis exuuiæ sunt ipsius oculis admotæ. Quibus uisis ille in luctum & mærorem uersus, uestes sibi præ nimio dolore lacerauit. Sed nullius æque ac Ionathæ est interitu affectus, quem sibi amicissimum suorum temporum nouitate fuerat in omnibus experrus. Regis memoriam tanta pietate est profecutus, ut Amalechitam, qui gloriabatur se regem sua manu interfecisse, coram confudi iusserit. Edidit epicedion & Ionathæ laudes, omnia carmine complexus. Hæc ille fuit in hostem pietate. Inde summa rei sollicitus, haud diutius in Philistæis commoratus oraculiuus su cum uxoribus & tota cohorte in Hebronem trāsijt. Vbi à Iuditarum tribu rex consalutatus, miro omnium consensu regni administrationem recepit. Abner interim homo impiger, & qui post regem primas sibi partes in regis castris uendicare erat solitus, cum parte copiarum Iordanem transgressus autor extitit, ut cæteræ Israëlitarum tribus Hisbofethum extincti regis filium superstitem regem salutarint. Ad hos motus comprimens, priusquam Abneris opes inualecerent, Ioabus Seruia Dauidis sorore natus, cum exercitu haud contemptibili est missus. Qui cum Abnere circa Gabaam prælio congressus, multa cæde superauit. Ferunt in Dauidico exercitu fuisse Asahelem Ioabi fratrem uirum tanta pedum celeritate, ut pernicissimos equos cursu fatigaret. Hic corporis agilitate suorum agmen prægressus, fugientium terga acrius infestare. Pugnat forte ultimo loco Abner, omnemque hostium impetum, ut sedatione gradu sui in tutum abirent, fortiter sustinebat, sæpiusque Asahelem ferociter inuectum monuit, ut parcius instaret, uideretque ne parum sibi tuta esset iuuenilis illa celeritas, aduersus hastâ ualidius intortam. Quæ quum contemptum ille audiret, iuueniliterque insultaret, Abner incautum transfixit. Videre milites cadentem, subitoque uiri casu percussu, ab hostium infestatione quieuerunt. Sed neque stratus ille Ioabum fratrem à cursu remoratus est, quin si qui constiterant, eos repetito cursu hostium terga iubet secum ferire, nec prius destitit, quam noctis interuentu eo loco, ubi fuerat deprehensus, coactus sit castra communire. Id spacium Abneri datum Iordanis per ocium uadandi, pacataque in castra ad Hisbofethum cum his qui aderant, abeundi. Per hæc Hebræorum opes uelut in duas factiones scissæ, diu inter se intestino bello, alternis que cladibus confligere, Iordanisque uelut arbiter confiniumque duorum regnorum factus. Nec ita longo interiecto tempore, Abner à rege alienatus, pro magno habuit negotio Dauidis animum sibi uel magna aliqua mercede conciliare. Causa mutati studij hæc traditur, quòd Hisbofethus multo iniquiore animo, quam hominis merita postularent, Abnerem consuetudine Resphæ paternæ olim pellicis teneri patiebatur, parumque familiariter ob eam rem hominem accipere solebat. Nec ille dolorem suum tacitum tulit, minatus fore, ut breui Hisbofethus maiora sui regni momenta in Abnere, quam in seipso fuisse intelligeret. Per fidelissimos igitur nuntios à Dauide petijt, ne quæ ad id tempus pro Hisbofetho gessisset, sibi in futurum fraudi essent, paratum esse se non sine magno regni emolumento ad eum trāsire, modo in eo futurus esset militiæ honore, quo se Saulus prior, mox Hisbofethus dignitati essent. Daturus se operam, ut omnes trans Iordanem populi breui à rege alienarentur. Nec de militum studio dubitari oportere, quippe qui multo cupidius se quam Hisbofethum

Dauid Saulis deplorat inuictum.

Hisbofethus rex appellatur.

Asahel interfacitur.

Hebræorum regnum scinditur.

Abner ab Hisbofetho alienatur.

bosethum audirent. In hæc fide data & accepta primo autor extitit, ut Michol regis soror repositenti Dauidi, quoniam bellica mercede puellæ nuptias sibi ille quaesiuisset, à uiro cui tum locata esset, abduceretur, priorique restitueretur uiro. Quod haud grauate Hisbofethus fecit. Et si autores, quos sequimur, non dicunt, apparet tamen Abnerem per eas nuptias Dauidi populorum animos conciliare uoluisset, quia proximum ab hærede uidere regis filiam connubio potiri, ob paternam memoriam, quæ omnibus æque grata esset. His gestis Abner occulta habuit consilia cum primoribus ciuitatum, ut regnum huic, qui à propheta rex inunctus esset, restitueretur. Impie à se & alijs fieri, qui aduerso numine regnum puero stabilire conarentur, Diuinæ uoluntati cedendum esse, cui neque humana consilia, atque opes ullæ tuto obfisterent. Hæc concionabundus ille, non in urbibus solum, sed in castris quoque tempestiue differendo, ciuitatum studia militarem que fauorem à rege alienauit. Etiam omnia ad defectionem spectabant, quum ipse, ut in ea quæ promitterentur, coram fide dem daret & acciperet, ignoto habitu Hebronem ad Dauidem uenit. Vbi omnibus inter se compositis, multisque pollicitationibus à rege oneratus, retro abibat. Tum Ioabus ueritus, ne ille sibi militiæ præfecturam eriperet, apud Dauidem, postquam inde digressus est, uirum insimulare est adortus, haud fidem illi temere habendam esse distitit. Nulla, inquit, Abneris consilia esse possunt, quæ non eadem sint tibi Dauid perniciosa. Vide proinde, ne tam subita animi mutatio certum aliquod tibi tuoque regno pariat excidium. Hæc ille. Sed nec regem latuit, quo criminatio illa tenderet. Nullum enim uitium minus obscure lædit quam inuidia. Quum igitur appareret ea uerba parum fidem fecisset, Ioab à Dauide egressus celerissimum inuenes mittit, qui Abnerem iussu regis ex itinere reuocarent. Iam uiginti stadia ab urbe erat ille emensus, quando est ad Dauidem redire iussus. Abner nihil mali suspicans retro statim flexit iter, eum ueniens circa portam urbis Ioabus excipit, per speciem colloqui in secretum abductum cum Abyfao fratre incautum obtruncat, manifestæque cædis reus fratrem mortis ultionem sceleri præterdit. Sed occupati semel honoris ambitio malaque cupido ad id flagitium hominem impulit. Abneris cædem adeo rex iniquo animo tulit, ut publice testatus sit, neque se patræ cædis conscium fuisse, neque illius autores impune à se id scelus laturos. Quos ad pœnam cum tota domo requisuisset, nisi illorum potentiam, quæ plus æquo apud milites ualebat, fuisset uentus. Quod potuit igitur, quam magnificentissimo funeris apparatu corpus extulit. Et Abner uir fortissimus hoc quidem modo oppressus est. Hisbofethus, quem ob mutuas cum illo offensas uarie hominis mortem tulisse crediderim, potius quam maiorem (ut quidam scribunt) inde dolorem ceperit, domesticis & ipse in sedijs haud multo post exceptus perijt. Recchabus & Banas Remonis filij rati eam cædem mire Dauidi placituram, meridianam regem adorti sine ullo maiore tumultu domi interfecere. Persuasum ab initio habuere, eius cædis autores nullius muneris genus gratius Dauidi futurum, quam illius caput, qui nisi sublatus esset, apparebat Israëlitarum regnum nullo modo illi stabilitum iri. Verum longe aliter euenit. Nam Dauid per necessarium hominis capite inspecto, quod percussores ad eum detulerant, autores cædis multis est execrationibus infestatus, quòd se tam ambitioso ingenio iudicasset, ut regnandi cupiditate tantum scelus probare potuisset, præsertim cum ipsi & cæteri mortales ex eo intelligere potuissent, quam inuisi apud se essent, uel hostium in-

Abneris consilia in Hisbofethum.

Abner à Ioabo interficitur.

Hisbofethi cædes.

Pia Dauidis oratio.

A terfectores, quòd posteaquam Saulus media acie obtruncatus esset, quem semper infestum habuisset, qui eius ad se caput derulisset, quia se regem peremisse gloriaretur, suo fuerit iussu interfecit. Quod si immittissimi reges mortem tam cupide esset ultus, qualem se esse oporteret in eo ulciscendo, à quo nunquam uerbo aut facto fuisset læsus, cuius amantissimam sororem haberet uxore? Irent igitur meritasque, quòd regum corpus uiolassent, luerent pœnas, essentque cæteris mortalibus documento, ne regio sanguine se temere inquinarent. Dixit Dauid, ambosque ad supplicium duci imperauit. Regium caput Abneris sepulchro iusto funere est illatum. Hisbofethi cæde per Iudæam uulgata ex omnibus Israëlitarum tribubus principes in Hebronem conuenere, magnoque omnium consensu regnum est Dauidi confirmatum, mox cætera multitudo affuit. Iosephus autor est ad ccc. duodeuiginti armatorum milia circa regem recensâ fuisse, qui eius imperata facturi sponte in unum conuenerat. Triduum per festas epulas, mutuaque conuiuia exactum. Inde tantam uim hominum Dauid intuitus, ut ab aliquo egregio facinore regnum auspicaretur, Hierosolymam urbem (ut tum res hominum erant) opulentissimam, tam graui quam inopinato est bello adortus.

ENNEADIS I. LI.

BER IX.



Lanissima urbium orientis Hierosolyma quos habuerit conditores, parum ut uideo constat, inter eos quos sequimur. Strabo, què in ueteribus rebus placuit imitari, Mosen & gentis ducem & urbis conditorem credidit. Cæterum neque ille, qui fuerit Moses omnino nouit, neque si is fuisset, quem ipse ait, ad eum Hierosolymorum origo esset referenda, si suæ gentis uetustatem Iosephus non ignorauit. Nam neque Ægyptius fuit Moses, ut Strabo est opinatus, neque Iudis sacerdos, sed Palæstina terra oriundus, unde & cæteri Israëlita, licet in Ægypto ortus, duxque Iudaicæ gentis, qui ut eam longo seruitio eximeret, per rubrum mare & Arabiæ deserta ad Iordanem usque fluium traduxit. Sed fluius nondum superato, quod alterius ductu postea fieri contigit, Moses uita defunctus est. Quibus haud dubie demonstratur, nullam in Palæstina urbem à Mose conditam potuisse, in quam ipse nunquam uenerit, ac ne eo quidem uiuo iure belli fuerit Iudæorum facta. Nec, ut uideo, ad ipsius successores urbis ædificatio referri potest, si uera sunt, quæ Iosephus scribit. Is autor est, quod & diuinæ tradunt literæ, Palæ-

Hierosolymæ conditio dubia.

Palæstini qui sunt.

Hierosolyma unde dicta.

nionem primo impetu cepit. Tenebant tunc urbem ipsam Iebusei Palæstini, qui maiori oppidi parte amissa, in arcem confugere. Erat illa ab urbe modico intervallo discreta, situque & opere ualide munita. Huius expugnatio quam perdifficilis uideretur, ad milites concitandos edictum proposuit Dauid, ut qui omnium primus arcis munitiones transscendisset, is militiæ præfecturam adipisceretur. Quo præmio accensum animi, tanto ardore in aduersum montem est itum, ut quanquam undique uitæ pericula oculis obuolarentur, multi que interim superne icæ caderent, momento tamen temporis arx sit capta. Saraias Ioabi filius primus omnium murorum fastigium ascendit, ob eamque rem præfecturæ præmium tulit. Urbem Dauid adeptus, regiam sedem constituit, quum annos circiter septem Hebrone regnasset. Nec ita multo post Hyramus Tyriorum rex eius societatem per legatos petijt. Qua inita grandem illi ex cædro materiam Hierosolymam ad ædificandum misit, & cum eo opifices lectissimos quibus Dauid usus sibi regiam construxit, inde ad muniendum urbem conuersus, uniuersam mœnibus cinxit, perpetuisque munitionibus cum arce coniunxit. Nec iam obicura erant Dauidici regni incrementa. Quæ cum omnino maiora essent, quàm ut uicinis accolis tuta crederent, multæ circumiectæ gentes ad Israëlitarum opes euerendas, quas indies magis aduersus se crescere arbitrabantur, communi consilio bello instrunt. In quo orando tanta celeritate omnia acta sunt, ut pene prius illi in regniæ urbis conspectu metati sint, quàm nouisse crederentur. Dauid oraculi iussu cum his copijs quas tum forte circa se habuit, in Gigantea ualle (id nomen fuit loco urbi propinquo) hostem adortus, solum fugatumque castris exiit. Sed maior omnino fuga fuit, quàm cædes. Nec multo post copijs triplo maioribus eodem loco hostes castra faciunt. Fuitque his reparatum bellum nihilo prosperius. Inseidit Dauid oraculo monitus sylvam, quæ secundum hostium castra fuit, nec prius in eos confurgere est iussus, quàm subito uentorum afflatu arbores concussæ essent. Id ille oraculum secutus, ubi repente sylua uentorum impulsu inhorruit, cum ingenti clamore in Palæstinos coortus, haud maiore quàm antea labore castris exutos ad Gazathenam usque, quæ in confinio fuit, multa cæde dispersatos persecutus est. Duo secunda prælia omnes circum gentes & regna Dauidi pacatiora reddiderunt. Ipse interea haud religionis oblitus uniuersum pro concione populum ita alloquitur, ut diceret: Nihil sibi mirum uideri, quod Saulis uir alioqui fortissimus cum sua progenie uno fuisset prælio extinctus, quippe qui iam inde ex quo rerum in Iudæa potitus esset, uel religionis contemptu, uel negligentia potius passus esset pignus antiquæ pietatis, certissimumque argumentum numinis cū suis maioribus familiariter uersati, arcæ fœderis humili & sordido loco, sine cultu, sine ueneratione, neglectâ iacere. Persuasum sibi esse quicquid rerum Israëlita ad id tempus domi foris que adepti essent, id dei maximi uoluntate & fauore quæsitum, ac quamdiu illi in officio pietatis permansissent, omnia ipsi genti cum prospera fuisset. Contra uero nunquam grauioribus esse calibus afflictos, quàm quum sacrorum cultum ueramque pietatem contempnissent. Statuisse idcirco urbem, quam regni caput regiamque sedem fieri placuisset, nō armis solum, sed numinis præsidio communitum, quando satis certum haberet frustra humanis opibus custodiri ciuitatem, cui non numinis præsentia præsideret. Cæterum haud uidere se quid præsentius induci possit, quàm arcam, quæ testis esset fœderis à suis maioribus in deserto initi. Irent igitur & quod sibi posterisque bene uerteret, ex Cha-

ria & Chari urbe sacrarium secum Hierosolymam deportarent. Fuerat arca iam inde, ex quo miraculo eam Iudæi receperant, apud Aminadabum uirum multa pietate. Inde per leuitas & sacerdotes ad hoc ipsum ex tota Iudæa accessit, religiose sublata est septem Choris in hunc usum constituta cum cantu & precibus ordine præeuntibus. Rex circa currum quo sacrarium uehebatur frequens aderat, solenne ad Citharam tripudium cum plausu agens, adeo religioni intentus, ut ab Michole sit uxore ei postea exprobratum, quod parum decore inter sacerdotes & famulos, qui circa aderant, uerba corporis nudasset, dum solenni saltationi nimium studeret. Cui respondens ille nihil turpe dixit euenire potuisse, in his quæ ad rem diuinam attinerent. Nec credere se non semper honeste fieri, quæ pietatis & religioni darentur, per quam ipse patri & Israëlitis omnibus fuisset dignitate præclarus. Idcirco cantaturum se, atque eadem de causa, quoties opus sit, libenter saltaturum. Nec quia, aut uxori, aut famulis, ea ridicula uideantur, propterea se minus pietatis munia obiturum. Arcam Dauid extra urbem primo locari iussit tacita quadam religione inductus, quod inter uehendum Ozas homo haud ignobilis, dum forte circa currum nimis frequens uersaretur, arcam que contigisset, repente exanimatus esset. Veritus ob hoc, ne si ea urbe temere inferretur, aliquam ipse numinis iram incurreret, quâdo prophane dextere ministerium nullum pateretur. Procedente deinde tempore, quum ea res Obidæ ruri uitam agenti, apud quem deposita est, feliciter cessisset, eam in urbem inducere cogitauit. Quæ ut sanctius asseruaretur, consilium cepit templi deo optimo construendi. Quod ut opere & donarijs esset que opulentiſſimum, totis regni uiribus materiam comparabat. Cæterum consilio destitit oraculo monitus, futurum id opus, ut pium ita numini gratum, haud tamen placere ab ea constitutum iri, quia humana se cæde ob bella, quæ ad id tempus obiuerat, polluisset, rectius magisque pie filium, qui post eum regnaturus esset, id templum extructurum dedicaturumque. Accepit id oraculum Dauid per Nathan, qui cum Gatha & Asapha prophetica diuinatione claris tempestate illa illustratus est. Construendi igitur templi cura deposita, ne ocio & desidia militaris ætas corrumpere, edoctus adhæc uerbis Nathæ, oportere proximos Iudæas accolas armis subigi, ut successoribus pacatius regni traderetur, ultro Dauid Philistæis bellum intulit. Quibus uictis in Moabitans transijt. Hi ausi acie dimicare duabus exercitus partibus uno prælio amissis pacè suppliciter petiere. Inde Sophenem ingressus (sic enim appellatur pars Syriæ Mesopotamiæ obuersa) Adrazarum regem ingenti prælio superauit. Ferunt ea pugna ad quinque & uiginti hostium milia occisione occisa. Nec ita multo post Adadus Damascenorum rex audita aduersa Adrazari pugna, cum ualido exercitu ad eum profectus est, ad reparandum bellum perpulit. Tum uero iunctis copijs secus Euphratem nihilo meliore euentu, quàm antea cum Israëlitis congressi, uiginti milibus hominum amissis acie excellere. Apud quosdam reperio haud uno prælio cum Adado debellatum, sed uario euentu sæpius fuisse dimicatum. Verum nouissimo prælio, quod ad Euphratem sit commissum, Damascenorum opes excilas. Quibus ualide proſtigatis Dauid castra Damascum ad mouit. Atque omnibus qui ea parte Syriam inuolunt, tributum imperat. Aurea Adadi arma, arcumque & pharetram uictor Dauid in Hierosolymam reuersus deo optimo dedicat. Repertus inde bello est Adrazarus, Bachiaque & Machonea urbes ex eo captæ, utrobique ingens præda quæſita, & in ea argenti & auri immensum pondus: æris quoque

Arca Hierosolymis deportatur.

Dauid ab uere carpitur. Dauidis pium responsum.

Dauidis insti- tuta.

Dauid prohibetur templi condere.

Gratitudinis exemplum in Dauid.

Hebraice uictoria cursu.

Ammonitæ Dauidis legatos uiolant.

Vasa ære te templi uictoria.

quoque uis tanta, ut argenti precium auri que superarit, satis constat ex ea materia uas illud insigne confatum, quod mare fuit à capacitate (ut arbitror) appellatum, pulcherrimos que cantharos, quos ante templum (ut suo explicabitur loco) Salomō dedicauit. Thous Emathenori rex Adrazari clade teritus, filium Adaram ad Dauidem cum amplissimis muneribus misit. Is clarissimam regi uictoriam primo patris nomine gratulatur, rogauit, ut dona quæ secum ab illo attulisset regiæ suppellectilis instrumenta benigne acciperet. Erant ea uasa aurea & in his argentea & ærea quædam antiqui operis. Summa deinceps eorum, quæ postulaturus uenerat, hæc fuit, ut Thoum regem Dauid sibi in locum & amicum afsiceret. Et munera accepta sunt, & Ematheni cum rege in societatem recepti. Atque hæc Dauid una felici expeditione gessit. Nec minus prospere in Idumea per Abisaim Ioabi fratrem, interea aut certe non multo post res gesta est, duo-deuiginti milibus hostium in prælio cæsis. Bibliaci libri in Salinarum ualle eadem hanc Dauidis ductu editam significare uidentur. Finitimis igitur rebus regibus ac populis circumiectis, partim bello domitis, partim in fœdus & amicitiam receptis, ad res domi componendas conuersus Abiatharum Abimelechi filium sacerdotum principem creauit. Rerum gestarum commentarios scribendos Iosaphato Achiludis filio dedit, sacrorum scribam constituit Saraïam, Militiæ præfectum Ioabum, etsi alio Saraïam loco præfecto constitutum significare uidentur ij, quos sequimur, quia primus muros hostium transcendisset, filios circa se præsidio esse uoluit, eratque Dauid in his maxime occupatus, quum iudicio comperit Ionathæ filium esse in Lodabaro urbe, in quem locum sub id tempus quo auus & pater una acie uicti occubuerunt, fuerat à nutrice delatus, excussusque media illa trepidatione mulierculæ manibus crus fregisset, claudusque ob eam cladem esset factus. Meritorum Ionathæ patris in se haud immemor, Dauid puerum ad se accessit, patriæ charitate complectitur, omnia, quæ patris uidebat antea fuissent, libere possidere permittit. Adiecit & dignationem præſenti liberalitati amplissimam, ut regio is conuiuio perpetuo accumberet. In hoc Iudæicæ res erant statu, quum Ammonitarum iniuria iusto in se bello Israëlitas armauit. Eius gentis rex per id tempus uita decesserat, regno adolescentis filio per manus tradiro. Ad hunc legatos Dauid misit, qui dicerent, Israëlitarum regem dolenter amici regis interitum audiuisse. Sed quia eum hominem natum non ignoraret, nō tam illius casum sibi dolendum censere, quàm uiri amicissimi memoriam pietate & officio colendam. Quod suum studium ne filio parum inspectum esset, pro magno negotio habuisse se mittere, qui cū illo ueterem pacem nouo fœdere renouarent, adolescentem que ut in paterno studio perſtaret hortarentur. Quæ res non magis ad totius gentis ocium & quietem, quàm ad regni incolumitatem pertinet. Ad ea quæ legati dixerant, imprudens adolescens nihil respondit. Cæterum instructus ab ijs, quos secretiori consilio admouerat, sub legatorum persona suarum rerum exploratores ad se missos in clamat, ut quum per ocium omnia cognouerint, facilius ipsorum regi in Ammonitas fieret accessus. Iure igitur se pro hostibus eos habere posse, sed cū ignominia tantum dimissurum. Hæc ille, barbæque dimidiū singulis tonderi iussit, uestibusque dimidiatis seminudos ad Dauidem remisit. Mox iure gentium uiolator, quia apparebat Iudæica arma, nisi regis morte principum ea expiraretur iniuria, haud multo post motum iri, undique Ammonitæ partim fœdere, partim stipendio matura contrahunt auxilia. Nam & ad Syrum Mesopotamiæ regē mille

talenta missa fuisse constat, ut cum uiginti milibus armatorum auxilia ferret. Missum & ad Maccheorum regem stipendium, & ad Bistoum duces fortissimos, qui & ipsi in partes belli uenirent. Ioabus in Ammonitas à Dauide est missus. Tendebant auxiliariæ copiæ remotius ab urbe in loco cui Curio fuit nomen, Ammonitæ ante portas urbis castra fecerant, Israëlita in medio confedere. Etiam omnia ad pugnam spectabant, Ioabus Abilaem fratrem cum parte copiarum Ammonitis in urbem uerſis obiecit, ipse in stipendarios regis mouit, ea parte, qua plus uirium stetit, acris est cōcursum, fuitque pugna diu anceps neutra acie pulſa. Demum eundem ius stetit, uictoria inclinauit. Fusi sunt, fugati que reges, ac multa cum strage disiectæ eorum copiæ. Ammonitæ & qui ipsi minus obstinatis animis in acie steterant, ob paratum eflugium conspecta suorum fuga, præcipiti cursu urbem repetunt. Ioabus duplici prælio uictor, hostibus que intra mœnia compulſis, parata gloria contentus, uictor exercitum in Iudæam reduxit. Nec multo post Ammonitæ bellum reparant, Assyriorum rege Adadezero mercede conducto, qui octoginta milibus peditum & equitibus mille fretus, cum Ammonitis castra contulit. Dauid haud ignarus eorum, quæ apud hostes fierent, ipse quoque copias ad bellum contrahit. Et quia cum ualidiori exercitu, ac prope inuictis res futura erat, bello interesse uoluit. Eius igitur ductu & auspicijs trans Iordanem, ubi hostis obuius fuit, magno prælio utranque gentem superauit: quadraginta milia peditum & quingenti equites ex hostibus desiderati sunt, & quod præclarum apud omnes gentes semper fuit, ut dux duci media acie occurreret, Sobachum Assyrii exercitus secundum regem longe celeberrimū Dauid lætali uulnere prostrauit. Tum demum magnæ accessiones factæ sunt Israëlitarum rebus una insigni uictoria. Nam ubi in Mesopotamiam allatum est Adadezerum ingenti prælio uictum, dimidio copiarum uel una acie amisso, multi, qui trans Euphratem incolabant, in Dauidis fidem conesserunt, munera amplissima dona regi transfuderunt. Et iam hyems apperebat, cum uictor exercitus in hyberna est dimissus. Rex ipse Hierosolymam concessit. Sub initium ueris iussu regis Ioabus in Ammonitas est profectus, uniuersam gentem debellaturus. Interim Dauid uir alioqui inclita iustitia in fœdum libidinis crimen incidit, atque hoc ipsum eo fœdus habitum, quo innocenter fuerat ad id tempus ipsius uita, maiorque inter suos autoritas. Mala libido non adulterium tantum perpetradi, sed & parricidij fuit illi causa, quo aperte intelligi potest, nullam capitaliorem pestem uoluptate homini à natura datam. Quæ mortalium mentem non solum suo statu moueat, diuersumque à ratione trahat, sed ad fœdiora etiā quàm ipsa in se habeat sæpe impellat scelera. Inambulabat forte rex solus in regniæ domus cœnaculo, die in uesperum inclinante, quum in mulierem excellenti forma se incaute lauante coniecit oculos. Bersabeæ fuit illi nomen, cuius pulchritudine captus, accessit ad se, cupideque compressam pregnantem haud multo post reddidit. Verita illa, ne adulterij conuicta (nam maritus per id tempus cum Ioabo militabat) patria lege puniret, ex quo uerū se gestare sensit, regē rogare nō destitit, ut famæ suæ uitæque periculo iret obuiam. Rex & ipse id crimen clari cupiebat, Vriam cum quo Bersabea nupta erat, ex castris ad se uenire iubet, eum à Ioabo dimissum, postquam in urbem uenit, rex familiari uultu accipit, ac cœnæ parte donatum, domum abire iubet, fore ut postridie cognosceret, ad quid esset ex castris accessit. Interim quia certo sciret amantissimæ coniugis eum desiderio teneri, iret & hila-

Ammonitæ auxiliariæ prælio uincuntur.

Dauid Ammonitis & Assyrijs uictis ducē Assyriorū profert.

Bersabea Vriam.

Hierosolyma capitur.

Dauid arcem urbi iungit.

Dauid hostes fugat.

Dauidis cōcio ad populum.

rem optaramque cum ea noctem ageret. Vriam militaris disciplinae memor, siue patrii adulterij suspicionem ductus, inter stationarios milites pernoctauit. Quod factum posteaquam rex compertum habuit, ab eo secubitus causam requirit. Sic natura comparatum est, ut qui taciti alicuius culpae sunt sibi conscij, omnia in peius interpretentur. Responsum dicitur haud strenui militis esse, caeteris circa signa excubantibus in mulieris complexibus iacere. Rex diuersum ab eo, quod gerebatur, negocium assimulans postero die air se illum ad ducem remisit. Interim dat operam ut super cenam Vriam largiore potu inuitatum, ubi iam plane uino incauuerit, in uxoris complexu a se dimitteret. Sed ille nihil fecit quam priore nocte ante regiam inuaua in statione persenerat. Huius constantia fuerit ne regi suspecta, haud facile dixerim, satis constat per literas Ioabo mandatum, ut Vriam per tumultuariae pugnae speciem hostibus perdendum objiceret. Quae ille iussa executus, hominem manu prompti ferocique ingenio cum paucis in hostem immisit. Quibus post certam sub urbis mœnibus iniectum ductis iussu ex improuiso subductis, Vriam hostibus circumuentus, mortem occubuit. Nec multi deinceps dies intercesserunt inter Vriam casum & festinatas Bersabeae & regis nuptias. Quae post maternos menses apud illum enixa est filium. Tum Nathan, cui commercio numinis praecipua inerat futurorum scientia, ad regem ingressus, huiusmodi loquendi schemate usus dicitur: Priuatus homo nuper graui est, inquit, rex a diuite quodam iniuria affectus. Plurimi sunt huic ouium & caprarum greges, sunt & boum armenta. Pauper uxorem & liberos multa inopia sustinens, ouiculam habuit unam, familiae delicias. Factum est ut quum uterque alteri in proximo habitaret, paraturus que hospiti lautiores cenam diues esset, ne quid ex suis septis eximeretur, pauperis agnam furto occidi iussit, ex eaque conuiuium struxit. Flagitium ingens, Dauid exclamat, insignique animaduersione dignum, primum, inquit, inopi quadruplum debere censleo, diuitem deinde extremo supplicio afficiendum. Tum propheta in regem sedato uultu conuersus: recte, inquit, iudicas, atque ista ratione tu quoque rex inlyte isto maiorique, si maius uillu inueniri potest, dignus est supplicio. Nec tibi persuadeas Bersabeae adulterium & uiri parricidium caeleste numen latere. Ira, inquit, numinis, quam in te merito concitasti, iam dudum est domestici dedecoris ignarus plesteris, alienam uxorem concupisti, concupitae congressu flagitiose potitus es. Iam & natorum unus tibi capitales molitur insidias, tuumque cubile nefaria libidine polluet, eoque tendit, ut te sublato regnum occupet. Tali oraculo percussus Dauid, in grandem luctum & merorem incidit. Iam aperte scelus faceri suum, lachrymisque & miserabili comploratione ueniam precari. Agere porro ille facti poenitentiam, quum propheta responso factus est certior, mitigata precibus iram numinis. Fore ut capitalibus insidijs peritus, grauiusque uexatus, neque uita priuaretur, neque regno. His ille confirmatus, spem subita conseruatione abiectam recepit. Nec ita multo post infans ex Bersabeae illegitimo concubitu natus, quod futurum Nathan praedixerat, extinctus est. Priore sobole fato sublata Bersabea iterum grauida facta puerum peperit, quem Danid prophetae monitu Salomonem appellauit. Ioabus dum rex domi huiusmodi iactatur oraculis, Ammonitis longa obsidione, omniumque rerum inopia fractis haud procul aberat, quin Rabathenses inedia & siti confecti portas patefacerent. Id quum Ioabum non lateret, regi significauit, uictoriam in manibus esse, honorificam regio nomini futurum, si clarissimae urbis

Vriam militarem exemplum.

Vriam interitus. Bersabea Dauidi iungitur.

Nathan Dauidi supplicium uaticinatur.

Salomonis ortus.

Ammonitarum excidium.

excidio interesset, unde egregia uictoriae laus illi quaerenda sit. Probatu Ioabi in se studium Dauid, Rabathamque continuo adaequitauit. Sub cuius accessum urbs dedita, hostiliter direpta est. Praeda ibi opulenta parta, & in ea Ammonitarum regum corona talenti pondogemmarum uarietate distincta. Ea Dauid corona perpetuo iam inde usus est. Caeterae Ammonitarum urbes ui captae pari sunt clade affectae. Florebatque per haec Dauidis regnum quum ipse fauore numinis destitutus in acerbissimos luctus incidit, regia domo tragicis sceleribus conuulsa. Erant regi uno tempore filij quam plurimi. Ammon ex Achione matre natus: Eliab ab Abigail: ex Maacha Toliani regis filia, Absalon: Adonias quem Agita peperit, Habital quem Sapharia: Ietras quem Aegla, qui ferè illi omnes nati sunt priusquam regno potitus esset. Mox ex uxoribus & concubinis Amnam procreauit, Ellunebam, Natham, Salomonem, Iebarum, Heliubem, Falannam, Phimnam, & Heliaphum. Et hos omnes quidem uirilis stirpis. Sustulit & liberos alterius sexus, quarum Thamare ex eadem qua Absalon matre edita pulcherima fuit facie. Virginis huius consuetudine Ammonem mala libido cepit. Erat is omnium filiorum natu maximus, qui ut commodius puella potiretur, simulata aegritudine uelut graui morbo uictus decubuit. Impetrato deinceps a patre puellae ministerio solitudinem in cubiculo natus, uirgini uim intulit. Puella in collucatione multum diuque uexata, quum lamentabunda se domum reciperet, in Absalonem fratrem incidit. Hic illa fletus causam requirit, quae ab Ammone fratre passa esset multis cum lachrymis exposuit. Venat Absalon forem amplius uocem emittere, domestica dedecus silentio tegendum dicitans, ne id flagitium in uulgi fabulam abiret. Ipse dolore ad tempus dissimulato biennio post in Bassore urbe Ammoni percussore subornat, qui illum incautum frequenti conuiuio multis uulneribus confoderunt. Eam caedem Absalon idcirco procul domo perpetranda censuit, ne patris oculos domestico parricidio foederat, contulitque se Absalon Gessur ad maternum auum, uirum opibus florètem. Sed haud longo interiecto tempore Ioabo annite, permisit patris Hierosolymam redijt. Nec Dauid illum continuo reuersum uidere sustinuit, uerit' (ut credere par est) ne ad primum congressum Ammonis memoria subiret animum, dolorque recrudesceret, aut certe rem ipsam alijs documento est conciliabat. Nam proceram fuit Absalon statura, forma eleganti & ad promerendam gratiam naturae beneficio comparata. Mira sunt quae Iosephus de eius caesarie in historijs prodidit, tantam illius magnitudinem fuisse, ut ducentis siclis appenderetur, qui quinas ut idem scribit conficiant libras. Omnium igitur spe tardius ad patrem admissus per internuncios & coram ab Ioabo Absalon poscebat, ut sibi ad patrem aditum impetraret. Quam operam quum parum gnauiter ille praestitisset, Ioabi agrum Absalon matris iam mensibus incendit. Qua Ioabus iniuria commotus ad Absalonem egressus, ab eo eum multa querela quaesisse dicitur, qua sua culpa in segetes agrosque suos hostiliter grauitatus esset. Cui ita occursum ferunt, uoluisse se eum iniuria ad colloquium trahere, quem precibus non potuisset. Caeterum uterque ab altero digressi, Ioabus ubi ad regem uenit enixe dedit operam, ut cum filio in gratiam rediret. Absalon in integrum restitutus, ad patris regnum occupandum animu adiecit. Primo militaris exercitiationis praetextu in equis & curribus comparandis, multu studij adhibuit, inde occulto patris decreta infa-

Dauidis corona.

Dauidis praemiscua soboles.

Ammon Absalonis consilio interficitur.

Absalonis caesaries.

Absalon patris regni ambitus.

ra infamare, criminari & iudicia apud litigatores, ut iniqua, & per gratiam prolata, iniuste ab eo factu dicitans, quod fortunas ciuium uiris parum prudentibus credidisset. Si in suo arbitrio sit regni iudicia & instituta in melius mutaturu. His ille uocibus multorum in se oculos tantquam in unicum maloru omnium refugium uerterat, & iam numerus ingess mor talium eum haud dubie, si libera fuissent suffragia, regnare noluisse. Quae studia malis artibus comparata, postquam satis ad rem audenda esse arbitratus est, regem adijt, habere se in animo, inquit, si ipse permilla liceat in Hebronem proficisci, ut sacra quae profui restitutione uouisset, iam pridem damnatus noti excluderet. Dauid omnium que pararentur ignarus, haud grauate fecit illi eundi potestatem. Multi ex omni ludaea mortales eo confluerunt, accessit ad id sacru, an officij causa, seu ipsi sponte uenerint, parum compertum habeo. In hoc hominum conuentu mentione noui regis creandi a paucis, qui nefarij eius consilij participes fuere, ex composito orta, leui momento impulsu multitudo Absalonem regnare iussit. Dauid audita filij defectione, reputans animo non solum regnum tam audacem incepto, sed uitam quoque suam a filio per scelus & flagitium petiti, sapienter esse uiri ratus & temporis & necessitati parere. Hierosolymis nudis calcibus egressus per Oliueti montem sexcentis fidelissimis stipatus, quoru opera iam inde ex quo regnare coeperat, libens fuerat usus, aliaque ciuium multitudine exilio deuota, ad Iordanem fluuium iter intendit. Et iam ad Chorram locum uentam erat, ubi multis conuiciantium probris proscindi coepit, & a Semeio quodam lapidibus petitus. Fuerat huic Saulus rex perneccesarius, a residuo itaque odio illius multo acerbius que caeteri fecissent, est is in Dauidè inuictus, nunc sanguinarium hominem, nunc scelerum auctore appellat. Fuissent ex his, qui regis latera stipabant, uultu Semeianam illum uerborum intemperiem, nisi Dauid ab omni iniuria abstinuilset, affirmans temporu esse rationem in primis habendam. Absalon ubi Hierosolymam uenit, Achitophelis iussu (quo homine in occupando regno fuerat in primis usus) ut omne reconciliationis spem cum patre suspensis populorum animis adimeret, ad decem eius concubinas ingressus, paternum lectum detestabili concubitu polluit. Inde consulari coeptum de Dauidè opprimendo, Achitophelè petente ut sibi x. milia armatorum darentur, fore, ut his copijs usus, paucis diebus aut senem in urbem captum adduceret, aut si capiendi non daretur occasio, quod in aciem nollet descendere, ad mortem aliquo modo compelleret. Harebat regi Chusius, que magnis pollicitationibus oneratum Dauid Hierosolymis reliquerat, ut simulata defectione, per eum, quae ibi agerentur, cognosceret. Hunc ab initio professum se libenter ibi futurum ubi caeli numen, regni columnen caputque esse uoluisse, tempestiua satisfactione complexus Absalon fecerionibus consilijs admouit. Rogatus itaque & ipse sententiam, quia magnum putabat Dauidè periculum imminere, si prius quam suas alicubi opes firmasset, inopinato hostium accessu fuisset praenatus: Achitophelis sententiam ut subitam & praecipitem refutauit, testatus maiorem esse in Dauidè rei militaris peritiam, quam ut a tam paucis superari possit. Quin ex toto regno potius inuictum armaret exercitum, quem ipse in calidum hostem duceat. Fore, ut ubiqueque eum deprehendisset, corona & uallo clauderet, atque ita multis difficultatibus circumfessum, aut deditu caperet, aut fame & siti confectum ad mortem compelleret. Probatu Absalon id consilium. Ille uero per Sadochum & Abiatharu sacerdotem, qui filios promptissimos iuuenes occulte circa urbem ad hoc ipsum paratos habuerunt, mandatu Dauidi nunciandum, Parum absuit, quin il-

Absalon rex creatur.

Absalon Hierosolymam occupat.

Achitophelis & Chusij consilia sibi contraria.

li ab regis equitibus, ad eos procul urbe conspectos retrahendum missis, fuerint intercepti. Agrestis mulierculae opera, quae in puteum ambos demisit, dum equites cursu praeruehantur seruati sunt. Mox repetito cursu ad Dauidè mandata perferunt, quae in citiore adhuc ripa amnis sedente adepti, omnia que a parentibus occulte per ancilla acceperant, ordine exponunt. Ea ubi nunciata sunt, Dauid haud amplius cunctandū ratus, trans Iordanem uado superat. Achitophel indignè ferens Chusium sibi apud regem in sententia praelarum, ratus ad haec futurum, ut Dauid Absalonis desidia omni periculo defunctus, haud multo post regnu recuperaret, ac tum omnes qui Absalonis coeptis ab initio fauissent, extrema omnia pati cogere, iumento sedens Gilonè se contulit, hicque eoru metu, quae sibi impendere arbitrabat, laqueo uitam finiuit. Absalon copijs ex omni cis Iordanem Iudaea contractis, in patrem hostiliter mouit. Dauid & ipse fluuium superato in Galaaditas delatus a Berigileo, Sypha, Machiro, & alijs eius gentis longe principibus comeatu & armis adiutus, uenientem hostem nihil expauit, quin ut peritio illum aggredi adort', partem copiarum unam Ioabo dedit, alteram Abisai eius fratri, quae reliqua fuit Etheo Gethensi uiro impigro data. Ipse ne hosti occurreret, duces & omnes qui praedij causa illi apparebant, monendo hortandoque, ut pugna abstineret, aegre obtinuerunt, turcius fore affirmantes, quocumque uentu dimicaretur, eum in tuto esse. Nam si (quod euenire nollent) parū prospere confixissent, in columi rege, apparebat facile bellum posse instaurari. Qui si fuisset extinctus, nulla reliqua spes extorribus melioris fortunae esset amplius. Praefecerat copijs Absalon Amasam, Ioabi consobrimum. Hic Saruia erat natus, ille Abigea duabus Dauidis fororibus. Iosephus auctor est Dauidem ducibus ad pugnam exuentibus sollicitè praecipisse, ut Absalonem in praelio parcerent, darentque operam, quantum in ipsis esset, ut is extra periculum haberetur, haud obscuro patris pietatis in filios argumento, quo intelligi potest nunquam tam grauius a liberis delinquit, quin ad flectendos parentum animos, non illis locum paternam relinquat pietas. Ioabus ita suos ad praelium instruxit, ut sylvam a tergo haberent: ob id (credere par est) ne insignis suorum paucitas nimis fieret conspicua, addereturque ob id hostibus animis ad se & suos circumueniendū, aut certe ad insidias is locus est commodior usus. Nec Absalon cunctantius in Ioabum aciem explicuit, raro alias inter Hebraeos tanto animorum ardore est dimicatum. Regnum uictoriae praemium in medio erat: his amissum recuperare uolentibus, nitentibus illis ne semel occupatum amitteretur. Horrere ad haec multi praesentis belli exitum, incerti quatenus uictor exercere itauisset uictoriam: ita inter spem & metum aliquandiu dimicatum. Caeterum militaris rei pericia, longusque bellandi usus Ioabo gradum ad uictoriam fecit, Absalon acie pulsi, in proximas syluas effusa fuga compulsi sunt, compullos urgent regij duces, palsimque cum multa caede dispersatos agunt, multi in fuga capti, sed multo plures caesi, ad uiginti milia hominum desiderata dicuntur, Absalon ubi res perditas uidit, regiam mulam ascendens, fugam molitus est. Hic diuina potius providentia quam calu accidisse credidit, ut per compendia syluarum fugiens, comantibus capillis aurae impulsu huc & illuc temere disiectis, ramoque paulo eminentiore tenacius affixis, quadrupede suo impetu longius euecta, tenaci comarum nodo sublimis pependerit. Eum ex arbore luctatè gregarius miles intuitus, inopinatum hostis casum Ioabo nunciat, ad que perimendum quu is, qui nunciarat, neque precio neque imperio compelli posset (sic erat enim longe aliter a patre mandatu) dux eo progressus iaculo, suspensum transfigit.

Achitophelis in felix exitus. Dauidis copia.

Paternae pietatis exemplum in Dauidè.

Dux Iudaeoru acies.

Absalon in terficitur.

Isq; fuit Abfaloni exitus, qui dum patrem regio so-
lio deurbatum ad interitum persequitur: tam infe-
liciter perijt, quam impie tale fuerat facinus ad-
tus. Moabini milites, quos suo cursu dux ad locum
caedis traxerat, in subiectam foueam Abfalonis cor-
pus demisere, tanta ui lapidum superiecta, ut iusti-
tumuli ea coaceruatio praeberit. Speciebus
Abfalonis interitum nunciauit patri, quod de uictoria
non nihil antea rescuisset: quo nuncio percussus
adeo dolenter se humi affixit, ut nullo grauiore ca-
su potuerit amplius nunc pugnis sibi tundes pecto-
ra, nunc capillum sibi & barbam uellens, extincti no-
men flebiliter inuocat. Deformata certe erat tam
speciose uictoriae celebritas, nisi Ioabus occurisset
identidem eum admonens, uideret ne hostem lu-
gendo eos qui in fide manserant ex amicis hostes fa-
ceret, cupere milites operam a se fortiter nauatam a
rege, pro cuius regno & uita dimicassent, publice
probari, non hostium interitum lugeri. Quibus si uin-
cere contigisset, nemo, inquit, eorum, qui pro te ho-
die, Dauid, steterunt, superuicturus fuisset. Quin il-
lud potius subeat animum, aut te cum tota domo,
cum amicis & necessarijs omnibus cadere potuisse,
aut Abfaloni, qui uictor haec omnia per scelus fuit
crudeliter perditurus. Ambo stare nullo modo po-
tuissetis. Quod si illum in tam nefario incepto tibi
superstitem oprabas, satius fuisset bello & auxilijs
reiectis te ipsum inermem crudelissimo hosti cum
omnibus tuis trucidandum obijcere. Haec ille non
tempestiue magis quam uere locutus, a luctu & do-
lore facile reuocauit. In publicumq; progressus Da-
uid uictorem exercitum ad se uenientem, multis lau-
dibus, mutuaq; congratulatione excepit. Abfaloni
morte inter suos uulgata, qui pugnae superuerunt
metu consternati, in urbes quisque suas diuersi abie-
runt. Nec multo post proposito regis edicto, quod
ea res nulli eorum, qui Abfaloni partes secuti es-
sent, foret fraudi, concessa insuper Amasae militiae
praefectura, per omnium tribuum legatos Dauid in
regnum restitutus est. Pons Iordani est impositus,
quo uenienti illi laeta multitudo se obuiam effudit.
Hic Semeius qui probro & maledictis Dauidem ab
initio incesseerat, ad eius pedes prouolutus ueniam
impetrauit. Occurrit & Memphibus squalore coo-
peratus apud regem falso insimularus, quod res no-
uas moliturus Hierosolymam Dauide eiecit con-
cussisset, uerum posteaquam regem docuit fuisse se
in sordibus & luctu, quamdiu de regno inter patre
esset & filium disceptat, dimidium bonorum qua
Dauid Sibae, a quo falso fuerat ille defectionis insi-
mulatus, habenda dederat, restitui uelle se pronun-
ciauit. Ad quam uocem Memphibus, & hoc tibi in-
quit rex acceptum refero: Sibae totum habeat. Sat
enim superq; mecum praclare acti arbitror, quod
te patrem & regem in pristinam uideo dignitatem
restitutum. Per faustas iraq; uoces & fauores popu-
li rex Galgala ingressus in nouam incidit seditione,
reliquis tribubus Iuditis incusantibus, quod ambi-
tiosus nimis ad Iordanem usq; regi obuiam processis-
sent, illius fauore & gratiam in aliorum inuidia oc-
cupatur. Aduersus haec passim sibi obiecta Iuditae
ita occurrere, nihil cuiquam mirum uideri oportere,
si in regem tribulem suum praeter ceteris officiosi
uideri uoluissent. Quod officium si praetermissum a
se esset, merito accusandi sunt, ponere se in non me-
dici gloria, quod hominem sui corporis late re-
gnantem uiderent. Haec magis uere quam tempe-
stiuue in uulgus iactata ingentem irarum aetum ex-
ciuerunt. Nactusq; hanc seditionis causam Sibae qui-
dam Bochari filius Benjaminae tribus: Ergo, inquit,
Iuditarum Dauid radix est non Israelitarum, prou-
idendum est, inquit, ne alij sine rege sint. Vix haec illi
exciderant, quum signo repente dato caeteri sine im-
perio abeuntibus Dauid, cum hominibus suae tribus

Dauidis pietas
in Abfaloniem
extinctum.

Dauid a luctu
renouatur.

Dauid in regem
restituitur.

Noua seditio
contra Dauidem.

A Hierosolymam processit, sollicitudinis & curaru plen-
nus. Nec multis inde diebus interiectis, priusquam
nouae defectionis uires inualescerent: Amasam ad
nouum exercitum contrahendum mittit, & quum id
uoq; serum uideretur, Ioabum cum his copijs, quae
ad manus erant, ad nouos defectionis motus oppri-
mendos premittit. Processerat Amasas ad Lucabaonem
uicium quadraginta stadia ab urbe, ubi Ioabus
eum ad se uenientem ferro incautum traiecit. Nemi-
ni dubium fuit id Ioabum facinus perpetrasset, quod
ueritus esset ne militum praefectura a se in illum Da-
uidis iussu transferretur. Fuit recens hoc Ioabo par-
ricidium multo maiori inuidia, quam olim fuerat,
quum pari aemulatione Abnerem oppressit: nam in
illo fraternae mortis ultio praetensa est, quod in pro-
pinqui & necessarii hominis caede euenire non po-
tuit. Nec Ioabus secundum eam caedem Lucabaoni
desedit, sed confestim in Sibam defectionis autorem
cum omnibus copijs profectus, in Abelmacham ur-
bem metu compulsi, compulsum uallo & militum
corona cingit. Coeperat metus ingens Abelmachitae,
postq; arcta premi obfisione coeperunt. Nec in
manifesto ciuitatis discrimine liquebat, quid potis-
simum fieri oporteret, ut se praesenti periculo subtra-
heret. Hominem publicae fidei creditu sua sponte pro-
ditu nonlebatur, nec a Ioabo adhuc fuerat ad supplicium
requisitus. Tu mulier integra fama, indoleq; mini-
me uulgari, uia ad salutem inuenit, e muro haec Ioabum
ad colloquiu elicit: que in pximo stantem ita dicentem
afata: Peruasum omnibus arbitror, Ioabe uir fortissi-
me, reges & duces idcirco ab initio Israelitis habere
uoluisse, ut publicae salutis, totiusq; gentis incolumi-
tati consulere, omnemq; externarum gentium iniuria a
suis propularent, non ut in suas tribus populosq; ni-
hil mali meritis ad libitum laerent. Ad nuc, ut uideo,
ad id uenimus, ut si Deo placet, nulla nostra publi-
ca priuata ue culpa pro hostibus habeamur, etenim
qua per deum ueteri aut recenti noxa nos Abelmachi-
tae meriti sumus, ut ita hostiliter a uobis oppugne-
mur? quid misera haec ciuitas aduersus religionem
commisit? non solum in bonorum omnium, sed in
uitae quoq; discrimine ueniremus? Liceat saltim dicere,
quo nostro facto, quando ab omni culpa longe ab-
sumus, hoc triste excidium nobis impendat, ut (q;
in malis aliud solam esse) non desit in quem tanti
mali inuidia conferre possimus. Ad ea Ioabus, Sibe-
iana, inquit, ceruix totius ciuitatis luet exitu, cu ei
morte omni piculo Abelmachitae defungemini. Il-
lius uita petimus: ille nefariae huius defectionis au-
tor ad penas deposcitur. Sit unus caeteris documento
nihil regum maiestate laeta esse usq; priuato homini
tutu. Apparuit uno homine sublato, atq; eo pene om-
nibus ad id tepus ignoto periculum quod oculis
erat omniu ad motum propulsatu in. Tum illa Ioabum
rogat, tantisper ab oppugnanda urbe abstine-
re, quoad referri ad populum de ea re possit. Habe-
re se pro coperto, si ciues edocti sint, in quo uertatur
totius rei discrimen, confestim suis rebus consulturos.
Tantu illa precata est, simulq; e muris in publicu ad-
uolat, ubi circumfusam multitudinem docuit, una om-
nibus ad salutem patere uiam, si fugitiu hominem
unum dederent, quem ob ea que in regem molitus di-
ceret, si procul esset, studio ad supplicium requiri o-
porteret. Credere se nullum caput magis execrabile,
iustiusq; morti deuouendum, q; huius qui potesta-
tem numinis prouidentia, prophetae ministerio sa-
cratam, non magis temere quam impie incesse-
ret esse ausus. Irent, & si crederent impijs omnia infesta
esse diuina & humana, deuorum mortis caput iner-
mes tenenti arma dederent. Stultum uideri ac ne-
farium, si dum alterius noxam tuare, te periculo
obijcias. His impulsu multitudine Sibam conti-
nuo obruncat. Caput eius e muris in hostium con-
spectum est proiectum. Quo uiso Ioabus confestim
iubet

Ioabus Amasam
interitum

Mulier e muro
alloquitur
Ioabum.

Mulieris
Sibam interitum

iubet milites uasa colligere, solutaq; obfisione Hie-
rosolymam ad regem reuersus est. Israelitaru regno
iterum Dauidi stabiliro dira fames Iudaeam inuasit.
Sicca torridaq; anni intemperies omnifariam fruges
consumplerat, res in religionem uersa, regem impu-
lulit, ut sacerdotes & prophetas iusserit aduertere,
ne ira numinis ea prouentiret. Responsum ab his
est, iniuriam, quam Saulus rex Tabaoonitis contra ma-
iorum foedus intulisset, luendam esse, nec eam caeli
inclementiam prius remissuram, quam nefariu sce-
lus publice uindicaretur. Gabaonitis ad se accersitis
sciscitatus rex est, quid facto opus esset, ut sibi ob ini-
uriam, quam ipse Saulus rex intulisset, satis factum
putarent. Tum illi, si eius progenie qui cladis il-
lius autor fuisset, septena sibi corpora dederent. Da-
uidis igitur iussu, septem ex ea familia dediti sunt,
quos illi in ultionem cladis ab autore gentis acce-
pra crudeliter necarunt. Nec ita multo post Philisti-
tae, qui neq; bellum neq; pacem ferre poterant, lu-
bito rebellantes regia in se arma exciuerunt. Caeterum
modico negotio uictos, Dauid persequedi cupidus,
longius in hostes euectus uita discrimen adijt. Achimon
uel (ut Bibliaci libri habent) Iesbi-
denobus, homo immani statura praegrande uibras
haltam, in regem fecit impetum. Fecissetque se uoti
comptem, nisi uenientem Abyssio Ioabi frater in-
trepidus excepisset, exceptum profpero magis q; cau-
to congressu telo confecisset. Dauidis periculo Israe-
litae commoti decretum tulerunt, ne qui rex esset,
ad bellum exiret amplius. Philistaei acie fusi, & in Ga-
zam urbem compulsi, de reparando bello noua con-
silia agitabant. Sed tam prospere quam saepe alias
Israelitis in eam gentem haud multo post bellatum
reperio, Sobochiq; in eo bello est uirtus in primis il-
lustrata, ob plerumq; immani magnitudine uiros ab
eo in acie confectos. Eiusmodi homines ab enormi
proceritate corporis ex Gigantum genere sunt uul-
go crediti. Parae laudem proximo bello, quod haud
longo interiecto tempore est cum ea gente gestum,
Ephan regis perneccessarius est colecutus. Sammae
Ionathas filius ob prosperam pugnam in Philistaeu,
sex cubitorum magnitudine, lenos manibus arri-
cos, totidemq; pedibus habentem, & ipse in praeci-
pua fuit deinceps apud regem popularesq; suos glo-
ria. Dauid omnibus circa gentibus pacatis religio-
nis studia complexus, hymnos trimetros edidit, &
cum his pentametros uersus plurimos, qui sabbatis
festisq; diebus sacris solennibus canerentur. Verba
carminibus complexa, diserte quaedam in sacris li-
bris leguntur. Adiecit his Decachordem Citharam,
& Nabla, xij. uocum. Cymbala ad haec aerea grandia
quidem & lata. Placuit ad haec omnem Israelitarum
gentem censeri, Ioabo & scribis negotio dato. No-
uem mensium spatio res acta est, ac praeter Beniami-
nam tribum & Leuiticam, quas numerari non con-
tingit: in caetero corpora undecies centum milia ui-
rorum, qui arma ferre poterant, censu dicuntur. Que
numerus ut parum credibilem cunctantius potuis-
set, nisi Iosephum autorem cum sacris libris ha-
berem, caeterum quia in agendo censu Mosis insti-
tutum fuerat praetermissum, quod non uirum Deo
sacrum obtulisset populus, expianum id propheta
proclamat, magnaq; clade populi luendum: que uel
fame publica, uel hostium uictoria, aut certe pesti-
lencia esset adeunda. Dauid pestilentia ne ipse extra
periculi aleam foret, optasse dicitur. Quo factum sit
ut paucissimis diei unius horis septuaginta homi-
num milia consumpta dicantur. Qua suorum perni-
cie Dauid consternatus sacrum induit: ieiunium a-
ges multis lachrymis humi sedens ueniam est a deo
precatu. Ea q; demum impetrata iussus est oraculo
in area Ornase Iebusei altare constituere, ibiq; uicti-
mas immolare. Vetus opinio tenet hic loci Haachum
olim ab Habraamo patre diuinam arae pro hostia ad-

Septem ex Sa-
li familia a Ga-
baonitis necan-
tur.

Immanis staturae.

Rex ne sit in
prelio.

Philistaei.

Gigantes.

Philistaeus mo-
strosus.

Psalmi Dauid.

Musica instru-
menta.

Iudaeorum nu-
merus.

Placulum.

Pestilentia po-
puli.

Ar.

motum. Salomon eodem loco postea templum ere-
xit, quod ut magnificentissimo crigeretur appa-
ratu, decem milia talenta auri, centum argenti seposi-
ta, Dauid habuisse dicitur, ferri praeterea, aeris & ua-
forum ad ornatum templi immensum pondus, o-
ctoginta hominum milia lapidicinae admota, & ad
materiam omnifariam apportandam multitudo ni-
hilo minor. Id opus secundum religionem Dauid
Salomoni filio, quem sibi successorem, non solum hu-
mano iudicio, sed oraculo etiam destinarat, in pri-
mis demadasse dicitur. Estq; ille prius rex quam pa-
ter uita decederet declaratus. Etenim Dauid iam se-
nio defectus, ac tam morti propinquus ut medico-
rum monitu ad effatum uiribus corpus calfacien-
dum uirgunculae complexu noctu foueretur, com-
perissetq; Adoniam filium quarto loco natum, cele-
brioris conuiuij specie, cum plerumq; consilia de oc-
cupando regno agitalle, cuius conspirationis ne Ioab
quidem esset expers, Narhanis prophetae uer-
bis monitus, ut filio prospiceret, quem numinis prou-
identia sciret regnaturum, impensissimis ad haec
Berfabae matris precibus cum fletu mixtis perpul-
sus, Salomonem regia sedentem mula stationarijsq;
militibus septem ad fontem extra urbem per Na-
thanem ductum ex improuiso regem inungi iussit,
inde per urbem circumuectum regem populo salu-
tandum dedit. Qua subita declaratione perturbatus
Adonias, & qui cum eo erant, ab incepto destite-
runt. Dauid populo ad concionem uocato, quum uis
mortalium ingens adesset, tribus & uiginti milibus
hominum a trigesimo ad quinquagesimum annu
construendi templi curam delegauit, iudicium & scri-
barum sex milia constituit, par huic numerus addi-
tus eorum, qui psalmos & hymnos caneret. Ex Mo-
sis inde progenie lecti, qui sacris thesauris praesesset.
Ex Leuitarum numero sacerdotes, & sacrorum mini-
stri. Est & exercitus in duodecim partes diuisus, qua-
rum singulae tribus quatuor & uiginti armatorum
milia habuere. Singulis partibus sui centuriones,
suiq; tribuni ascripti. Statuit Dauid & alia quaedam
circa urbis totiusq; Iudaicae rei statum. Quibus ex-
sententia confectis, principes tribuum, iudices, scri-
bas, & omnes qui in exercitu ductabant ordinem,
ad concionem uocat. Vbi ita uerba fecisse dicitur.
Quae nostra sint in religione agenda, regnoq; ad-
ministrando consilia, uesas duxi uos ignorare Israe-
litae uiri, quos haud indignos iudicari, ut utrinque
rei administrandae a me potissimum praesiceremini.
Caeterum, quod ad diuina attinet, merito aliquis mi-
rabitur, quid sit, quod in amplissimo extruendi tem-
pli apparatu tam diu fuerim occupatus, eximij ta-
men operis huius uel saltem inchoati laudem me-
cum ferre noluerim. Desinat sane id mirari quisquis
sciuerit non meam magis quam numinis uolunta-
tem principijs obstitisse, paraba ego iam antea ma-
gnificentissimi templi fundamenta iacere, quum pro-
phetae uoce sum monitus, uelle caeli numen sibi in
terris augustum templum edificari, sed rei autorem
displicere. Quippe qui ob bella multa & uaria, quae
iuuenis gessisset, impurus esset manibus tam pi-
um opus inchoaturus. Filius successor regni, qui nulla
esset caede pollutus multo melius poneret, quicq; in
perpetuo ocio paceq; ubiq; parat, esset in Iudaea re-
gnaturus. Celsi ergo diuine uoluntati. Veru quanq;
parua calaus ad me pertineret, uisus sum mihi tame-
pie facere, q; omnia ad clarissimu opus conficiendu
studio & diligentia coparari. Et ne omnino paru a-
ctu arbitremini, haud uos ignorare uolo decem milia
auri talera, decies amplius argenti praeter alia omnia
ria rerum materia, a nobis hoc nomine seposita. Vo-
luntate igit & studio opus est, ut quae nos destinau-
imus, uos, quibus id permittum est, ad exitu perduca-
tis. Sed de templo haecenus, haud uereor, ne non sem-
per pietas potius q; desidia sit uobis cura futura.

Apparatus su-
turi templi.

Salomon rex
creatur.

Constitutio sa-
crorum & ci-
uiliu ordinu

Dauidis ora-
tio ad suos.

Reliquum de quo ad uos uerba facturus ueni, ipsa est noui regis declaratio. Enimuero licet plures sint nobis uirilis stirpis liberi, mirabitur aliquis, quid sit quod Salomon mihi prae caeteris tantarum fuerit opum successor constitutus, quum & alij fortasse nihilominus digni essent, in quibus praecclare id decus tutoq; locari potuissent. Sed uos ta hoc, quam ipsam templi aedificationem diuinam uoluntati ascribite. Ille summus opifex rerum omnium, qui mira sapientia humana disponit, oraculi uoce hunc mihi haeridem nominatim dedit & successorem. Cui non parere tam uanum irritumq; sit quam impium. Sic Iudas nato uero Israelis etiam non maximus natus, in maxima tamen fuit gloria, omniumq; princeps habitus: sic ego fratribus uoluntate numinis praelatus. Nec tamen aut illi apud fratres, aut mihi dignitas illa inuidiae fuit, pari pietate cum huius fratres, tum uos alios Israelitae uiri, nouo regi diuina uoluntate ad fastidium regiae dignitatis perducto parere oportebit. Neque in eo aetatem, aut merita, aut uires, sed dei optimi prouidentiam intuemini. Nihil enim non rite fit, quod deo sit auspice. Falluntur saepe hominum iudicia, diuina falli non possunt. Quicquid ille uoluit euenire, id optimum, perpetuum, mansurumq; sit necesse est. Superest igitur, ne uana ulla persuasio ne, regni ue cupiditate, pacem hanc diuina ope nostraq; industria uniuersae genti quaesitam, turbari patiamini. Quin ille bene imperando, uos iustis imperijs parendo date operam, ut Israeliticae res tantum sanctitate & religione in hoc ocio augeantur, quantum bellica uirtute, gloria & opibus, meo aliorumq; ductu ad hunc diem creuerunt. Quum haec ille magno omnium assensu perorasset, commentarium cum figuratione templi, omnemq; aedificij rationem Salomoni tradidit, identidem eum hortatus, ut omnibus ad opus comparatis, magnitudinem rei diligentia & industria aequaret. Hoc regis studium, alterum priuatae pietatis est securum. Multi sua sponte multa ad id opus munera obtulerunt. Auri tria milia talenta, ferriq; & aeris multo plura, statum x. milia, precioso si haec lapides in eundem usum oblatis. Laudata est a rege priuata suorum munificentia, omniaq; eius iussu diligenter conscripta & asseruata. Iussu ibi uniuersus coetus ob ea quae ad id tempus suo ductu feliciter euenierant, humi prostratus uocem ad caelum tollere, Deoq; optimo maximo suppliciter gratulari. Postridie mille uictulos immolauit, mille arietes, mille agnos, estq; populus eo die hilare epulatus. Salomon iterum inunctus, solioq; paterno collocatus, pro rege cepit omnia administrare. David ipse iam grandis natus, haud multo post quam haec gesta sunt, ex humanis decessit. Pietatis & iustitiae cultu filio identidem commendato mandasse traditur, ut ex Ioabo, quum posset, ob duplex parricidii poenas exigeret, quod scelus iccirco se rege impune tulisset, quia ob nimias opes, quas ille prospera sibi militia firmauerat, tuto ad supplicium reposcere ne quiuisset. Miretur aliquis quod & Semeij, a quo uerbis nouitate suorum temporum fuerat lacelsus, uisionem quoq; delegasset, cui circa Iordanem suppliciter satisfaciendi ignouisset. Caeterum uideri potest praesagium potius id fuisse eorum, quae euentura erant. Perijt anno uitae septuagesimo, quum interim annos quadraginta regnum tenuisset, quorum septem in Hebrone regnauit, reliquum tempus Hierosolymis egit. Salomon filius defunctum magnificentijsimo extulit funere. Fuit hic annus quo David uita decessit, quartus & sexagesimus supra centesimum ac quater millesimum ab orbe condito, praecedens idem humanae salutis exordium annos mille & trigintaquinq;, quo plane tempore regnauit Eupales in Assyria, qui trigessimus fuit a Nino, Codrus Athenis, cui Medon filius successit. Agis & Archifratris eius successit Lacedaemone, & in Latio Latinus

Oraculo David monitus Salomonem successorem constituit.

Peroratio.

Priuata munera ad usum templi.

Davidis exitus

Anni mundi.

Sylluius, quartus ab Ascanio, qui Albam condidit. In Phlegraeis quoq; Italiae campis, per id tempus a Cumis & Chalcedensibus ex Euboea profectis, Hippodolis & Megasthenis ductu Cumae littorali loco condita. Fama est duces ipsos inter se pactos, ut gens altera urbi nomen daret, alterius Colonia diceret, atq; ita euenisse aiunt, ut a Cumae sit locus nomen sortitus: Chalcedensium credita sit Colonia. Davidici quoq; regni tempore Iones ex Attica in Asia migrasse tradunt Androcli ductu, qui fuit Codri filius, ex terra Attica profecti Ephesum (ut Pherecydes prodidit) condiderunt, ibiq; Ionum regio ab initio constituta. Quida Ephesum multo antiquiore credidere, ut instauratio illa fuerit non conditio. Caeterum neq; urbs una in ea ora ab Ionibus condita est: neq; unius ductu ad ea loca, aut semel ex Graecia demigratum. Nam & Miletos Nelei genere Pylij opus credit. Fama est Nestore Messeniū, & ex Pylijis multos cum Melantho Codri patre Athenas concessisse, totamq; hanc gentem cum Ionibus in Colianam missam. Cydrelus eiusdem Codri filius uerū notus Myuntē in eadem terra condidit. Andropompus Lebedum, Andremon Pylius Colophonē. Epytus Nelei filius Prienen. Teū Naucelus idem Codri notus, quanq; Athamas prius loco originem dedisset, quapropter Anacreon loci indigena eam Athamantida nuncupauit. Erythras Gnopus ex Bœotia. Phocæam Atheniensis Philogenis ductu. Clazomenas Parahus, Chiu Egertius, Samum Tymbrion, ac deinde Parocles: haecq; fuerunt Ionum in Asia ciuitates, quo contigit, ut & terra ipsa sit postea Ionia dicta, cuius extrema ora ob peninsulas multifariae occurrentes mille & DCC. ambitu stadiorum patet, cum recta linea, quae ab Epheso Smyrna decurrit, CCC. fit & XX. stadiorum nec amplius, & alibi minor adhuc tractus, ab uno Caricorum montium Posidonio fumento terra in Phocæamq; & Hermionicae ora terminū decurrent. In hoc breui terrae ambitu philosophiae incunabula & ortus exiterunt. Inde sublimia hominum ingenia, caeli & omnia naturae opera scrutari ausa, quorum memoria suo cuiusq; loco est nobis reponenda. Iam uero & Carthago Romani imperij aemula, per haec tempora in Libya est a Tyrijs condita, si recte tempora digerit Eusebius. De huius urbis origine ob loci claritudinem altius aliquanto est nobis historia repetenda. Tyrij (ut Trogius credit) a Phoenicibus oriūdi, antiquis sedibus terrarum motu concussis, patrio solo profecti, primo Assyriū stagnū, mox & litus mari proximū tenuerunt, condita ibi urbe, qua a piscium uertate Sidonē dixerunt. Sidonē piscis Phoenicū lingua est. Post multos deinceps annos ab Ascalonitarum rege Sidonij expugnati, nauibus Tyriū appulsi, noua ibi urbē, sub id tempus quo Troia a Graecis est capta, condiderunt. Varia deinde fortuna ciuitas iactata est. Diu Tyrij Persicis armis uexata, suam tamen libertatem tenuerunt. Et si bellorum magnitudine opibus exhausti, pacate tamen agere, oiaq; fouere haud penitentia: eratq; ingens ipsa ob ea, quae gesserat, fama inter finitimos nihil obscura, quum inopinata seruatorum conspiratio ciuitatem oppresisset. Cuncti liberae fortunae uiri ad unum cum uirili stirpe perire, serui oppido potiti, uxores & filias eorum quos perdididerant, sibi matrimonio iungunt. Duo ex omni ciuium numero, senex cum filio admodum puero, ob mite clemensq; imperium, serui opera occulte seruati sunt. Hos ille quū ab nouae ciuitatis oculis seposuisset, ita accidit, ut quum primū consilia de creando rege moueri cepta sunt, is qui mitis fuit in dominos, ad Stratonem (id senis nomen fuit) totam rem detulerit. Comparatum erat inter seruos, ut qui eorum postridie nascentē solem primus conspiciat esset, tanquā superis gratissimus rex consalutaretur. Monet hominem de seruitute Straton: instruitq; ut quum caeteri in ortum oculos intendissent, ipse contrario statu murorum

Cumae.

Ephesus.

Ioniarum bium conditor.

Vbi Philosophiae incunabula.

Carthago conditur.

Sidon.

Serui Tyrios opprimunt.

Senis consilium.

rum fastigia quae aliquanto prius ab sole feriuntur prospiceret, id senis consilium secutus ille, primum solis radium repente a tergo demonstrauit, caeteris in admirationem uersis ac sciscitantibus, cuius hominis id esset commentum, nam seruire ut crederet, non poterat in animum inducere, coactus autem prode, dehero a se seruator confessus est. Tum uero apparuit quantum libera ingenia seruilibus praestarent prudentia. Viraitaq; Stratoni & filio concessa, quadam deorum prouidentia sibi senem seruatum rati, regem constituunt. Post cuius exitum filius regnauit. A quo longo deinceps ordine est posteris regnum traditum. Id nefarium seruorum scelus multis mortalibus exemplo fuit, ut domestica caeteret infidias. Alexander Macedo, qui Tyrum longa obsidione cepit, non tam praesentem temporis iacturam, quam nefariae caedis memoriam pertessus, uelut antiquae Tyriorum iniuriae ultor, quicunq; bello superuere crucibus, quod seruire fuit supplicium, ad unum affixit, Stratoni tantum progentie seruata, cui genti eiusdem iussu summa est regni, ut antea permisa. Insulanus ut innocuos attribuit, ut seruilis stirpe sublata noua ciuitas ex ingenio conderetur. Caeterum ante serilem conspirationem proximo loco relatam, quum Tyrij opibus & multitudine abundaret, missa in Libyam iuuentute Vitam condiderunt. Eodem tempore, aut certe non multo post Pigmalion a patre regnum per manus accepit. Fuit huic soror Elisifa, quae Sichaeo auunculo (erat is homo praedives atq; Hercules sacerdos) uirgo nupsit. Fuit id sacerdotium secundus a rege honos. Sichaeus qui haud ignarus erat solere diuitias esse exitio habentibus apud tyrannos, quicquid auri habuit, quicquid argenti, humi condidit. Id factum incertis rumoribus iactabatur, etli incertis, multorum tamen in ore erat fabula. Ea fama impulsus Pigmalion spe potiundi auri omnis humani iuris oblitus Sichaeo auunculum infidias exceptum obtruncat. Dido, nam & hoc illi postea nomen fuit, dolore malo dissimulato, fratre primo auerata aperte oderat: mox ubi se quoque inter domesticas infidias destitutam nihil tutiore fore cernebat, pacatiore uultu fratrem appellat, ac uelut indies magis uiri memoria obsoleceret dolorem cautijs suppressit, occultamq; interim molitur fugam. Quae ut tutior sibi contingeret, fratrem noua arte aggreditur. Consilium ait se cepisse in fratris regiam migrandi, ut relicti Sichaei penatibus ubi illius imaginis & alia uiri monumenta sapius occurrerent, defuncti memoria animo facilius excideret. Audiit ille fororis uerba non inuitus, confusus aurum quod Sichaeus antea possedisset, cum ea ad se uenturum. Elisifa ministros migrationis a fratre missos in naues cum ipsis opibus imponit, prouectaq; in altum compellit eos grandiora quaedam uelut pecuniae inuolucra in mare deicere. Tum plorans ipsa, uirumq; flebili uoce inuocans precatur, ut suas opes debitas haberet inferias, quae exitij causa extitissent. Tum uero ad ministros conuersa: Scio, inquit, mihi a fratre infidias uitaeque periculum imminere. Vos uidete an extrema omnia pati uelitis, qui Sichaei opes, quarum causa nefarium ille commisit parricidium, tyranni auaritia subtraxistis. Supplicij metu per haec iniecto fugae comites eos sibi Elisifa adiunxit. Assuerant eadem nocte illi ex nobilissimo ordine quamplurimi, qui regis saeuitiam auersati de fuga iam antea cum ea consilia contulerant. Primo igitur cursu in Cyprum delati, ubi Iouis sacerdos oraculi monitu cum uxore & liberis sese Elisifa comitem obtulit. Ea uero conditione, ut sibi & posteris sacerdotij honos perpetuus maneret. Sacerdotis postulatione pro haud dubio omine est ab Elisifa & alijs accepta, inde ex insula in altum abituri, octoginta in digenas puellas, quae patrio more quaestum corpore faciebant circa litus, ui corripui iussit,

Tyri regnum ingenio restitutum.

Alexandri uirio in Tyriorum seruos.

Vitam conditur.

Elisifa.

Sichaeus a Pigmatione interfectitur.

Elisifa consilium callidissimum.

Elisifa fuga.

quibus celeriter in nauem impositis praecipit continuo pedem fieri. Credibile est noluisse eam, siquando urbem condere cepisset, ut procreandae soboli paratam haberet seminarium. Et uetus & Cypricū fuit uirgines, priusquam nubere, prostium, ut quae stu corporis dotalem sibi quaerere pecuniam. Pigmalion subito belli apparatu sororem persecutus maternis precibus deorumq; minis uictus incepto destitit. Canere ad haec uates haud impune eum latuum si urbis, quae omnibus terris celebris futura esset, originem conaretur interpellare, Dido ex Cypro Libycum littus tenuit. Vbi mercium commercio quum locorum accolae ad se alliceret, facile impetrauit, ut tantum soli sibi & suis mercaretur, quantum corio posset bouis in urbem complecti. Caeterum eo tenuissimas in partes dissectae, maiore omnino aream est complexa, quam ab initio poscere uisa esset. Loco ipsi postea ab re Byrlae fuit nomen. Confluere deinde eo maior indies accolarum turba, dum plures lucri studio uenalia hospicibus deferunt. Vtentes & ipsi audito Tyriae clausis appulsi legatos cum muneribus mittunt, qui prosperum consanguineae genti gratulentur accessum, quicq; ad noua moenia ijs locis, quibus primum consedissent, statuenda hortaretur. Iam & Aphros ipsos aduenas detinendi cupido coeperat. Miro igitur omnium consensu (erenim instar erat urbis effectum,) Carthago conditur, annuo uescigali indigenis pro urbis area constituto. Hic terra iacendis fundamentis primum aperta bubulum caput dicitur repertum. Quod auspiciū quum omnino displicuisset (est enim id animal etli operosum perpetuo tamen uirtutis subiectum) haud multum inde diuerso loco terram molientibus equi caput dicitur oblatum. Quo apparuit bellicae rei studijs celebrem urbem futuram. Hic tum uelut auspiciatorem locum nacti, aedificare incipiunt, breuiq; mortalium frequentia adeo ciuitas creuit, ut neque Elisifa, neque comites praesentis fortunae peniteret. Florebant assiduis successibus Tyriae opes, quum Iarbas Mauruliorum rex Pœnorum principibus ad se accersitis Elisifa sub belli denunciatione, nisi nuptiae impetrarentur, sibi uxorem deposcit. Legati id reginae nunciare ueriti (sciebant enim eam ab omni connubio abhorre) punico cum ea ingenio egere, ut dicerent poscere Iarbam, qui se & Aphros maustuiores mores perdoceret, sed neminem inueniri, qui ad Barbaros ferarum ritu uiuentes transmitti uelit. Tum ab regina castigati, qui pro salute patriae, cui omnia deberentur, alperiores uitae cultum, Barbarorumq; commercium latus se negarent. Abs te igitur, illi inquit, hoc patriae praestandum est Dido, tu nominatim ab Iarba non serua, sed coniunx deposceris, cui nisi satisfactum sit, haud dubium est, quin breui te tuamque urbem graui bello uideas afflictam. His illa difficultatibus circumuenta Sichaei nomen inuocat cum lachrymis: ituramque se professam est, quo sua nouaeque urbis fata traherent. Spatio deinde ad nuptias comparandas sumpto, constitutaque in parte urbis pyra, uelut Sichaei manes in nouo connubio exoratura, daruraque ob id illi inferias, eodem loco hostias caedit. Inde gladium dextra tenens, pyram conscendit, populumque in tuita ituram se ad uirum, ut fuerat ab initio pollicita, dixit. Haecque palam locuta se gladio transfixit. Quandiu Carthago incolumis mansit pro dea culta est. Haec Trogius. Caeterum non desunt, qui a Carchedone urbem ipsam conditam existiment. Appianus Alexandrinus Elisifa comitem Carchedone fuisse tradidit. Trogius praeterea Carthaginis origine multo recetiorē arbitrari uidet. Quippe quae annos lxx. nec amplius urbis Romae origine pcesserit. Sed siue in haec tempora siue in illa quae Eusebius posuit, conditio ipsa cōferenda est, latis constat urbē nobilissimā huius-

Cypriae uirgines.

Dido in Libyam defertur.

Byrsae.

Ostentum Pœnis oblatum.

Carthago conditur.

Iarbas rex.

Elisifa interitus.

Salomonis ul-
tio.

huiusmodi initia habuisse. Nunc ad res Palæstinas reuertitur stilius, quas Salomon post patris interitum, à iusta uisione administrare exorsus, Adoniam primo qui uiuo adhuc patre de occupando regno cogitauerat, interfecit, Baiana regij præsidij præfecto in eum immisso. Inde & Ioabum duplicis parricidij reum ad aram quo se contrulerat obruncari iussit. Abiatharo sacerdoti, qui cum Adonia conspirarat, ob uetus (credo) meritum ueniam dedit. Is in Absalomia defectione in Dauidicis partibus fuerat, uerū ne recens noxa inulta esset, sacerdotio priuati perpetuo exilio relegauit, Sadocho in eius locum subrogato. Semeium ea conditione Hierosolymis esse iussit, ut torrentem Cedron non transcederet. Qui triennio postquam Gethum iniussu regis proficisci ausus esset, capitali est supplicio affectus. Pius alioqui fuit Salomon clementiæque haud uulgaris. Ab his igitur actionibus ad religionem conuersus, urbe præsidio communita in Hebronē profectus mille oues ad aram, quæ ibi fuit, immolat, nocte deiniceps, quæ proxime secuta est, per quietem præsentia numinis moneri sibi uisus est, ut à se peteret, quæ in humanis maxime opranda arbitraretur. Ferit ream mentem, sanumque in decernendo iudicium à deo precatum. Quod non modo se impetrare sibi uisus sit, sed affluentissimas etiam opes in super promissas, perpetuumque humanarum rerum successum. Quibus ille somno excussus, manifesta sapientiæ præfatio numen in primis ueneratus, Hierosolymam reuersus paucis diebus adeptæ nuper sapientiæ, populo experientiam dedit. Venisse ad eum dicuntur mulieres duæ pari ignobilitate, sed prolis felicitate dispari. Nam quum in eodem domicilio agerent, essetque utraq; eodem tempore marem enixa, ita forte accidit, ut altera altius somno degrauiata, hærentem uerberibus filium somnolento extinxerit incubitu. Metu igitur supplicij, an alendi cupiditate incertum, alteri quod satis constar, quam in proximo cubantem dormire senserat, furto filium admittit, extinctum quiescentis lateri leniter acclinat. Vbi uero dies illuxit, deprehensa fraude uociferari hæc, filiumque sibi furto sublatum arguere. Constante illa factum negare, ac uia conuictum illi facere, quod impudens femina puero negligenter necato, aliena clade uellet orbitatem, in quam sua fœcordia incidisset, euitare. Mutuo igitur se conuicio incessentes, magnaque uociferatione ad regis tribunal constitutæ, posteaque utraq; satis constanter causam dixit, essetque ob id iudicium coniectura anceps, stabat circumfusa multitudo in præsentis iudicij euentum suspensis animis erecta. Tum rex ex spiculatoribus uni mandat, ut puerum in duas diffeceat partes, utraq; dimidium habitura. Nilum est hoc iudicium tum primum hæceps & temerarium, elicitque tacitum risum populo, uerum reclamante illa cui infans fuerat subtrahendus, malle se uiuum puerum alteri addici, quam sibi dimidiatum reddi, neque interim quæ puerum furto subtraxerat matri, decretum nutu aut uoce detretaret, censuit rex huic infantem restitui, quam manifeste charitatis argumento matrem iudicauit, quæ infantem uiuere maluisset, quæ in alterius inuidiâ pemptum iri. Veritè id iudicium populum in stupore, magnaque ex eo sapientiæ fama regi conciliata est. Nec res iudicaria tantum celestem illius mentem ostendere, sed omnes philosophiæ partes ab eodem copiose pertractatæ. Enim uero getilia cantica quinque milibus carminum est complexus. Similitudines quas Græco uerbo parabolas uocant, miro sententiarum pondere conscripsit. Differuit ad hæc de herbis, plantis, arboribus, de uolucris, piscibus, & animalibus, quæ terram incolunt. Nihil pene fuit in toto opere naturæ, de quo non diserte & accurate, quum opus esset, dispartaret. Commentus est & rationem uagorum dæmonum carminibus, quibus

Salomonis so-
minum.

Duarum mu-
lierum lit.

Salomonis iu-
dicium.

Salomonis mo-
numenta.

dam cogendorum. Iosephus autor est uidisse se Eleazarum quendam Hebraicæ gentis hominem, ad eius scientiæ experientiam dandam Vespasiano & filijs præsentibus frequentique militum corona, corpora quædam dæmonibus infesta, immundis spiritibus eiectis liberasse. Subijcit, quia res maior uisa est, quam ut temere credi posset, & curationis ratio nem. Ad motus est, inquit, naribus eius, qui malo genio tuebatur, annulus inclusam habens sub gemmaradicem ab ipso rege in huncufum demonstratam. Cuius odore offensus ille confectum inde exclusus est. Adhibuit præterea carmen ne insectum nuper corpus ab eo repereret, quæ res ut notior uidentibus foret, calicem aquæ appositum ab erumpente spiritu Eleazarus subuertit iussit. Quod quum ille præcepta fecisset, secuta fit incredibilis admiratio, fidesque arti maior habita. Nullus unquam in Iudæa tam longelateque is imperauit. Ab Euphrate in Syrium mare & Ægyptium promoti sunt regni fines. Quæ res facit, ut magis credibilia uideantur, quæ ad eius equorum & currum numero sunt memorie prodita, habuisse eum, nisi forte in numero sit erratum, bijugum equorum præsepia quadraginta milia, expeditorum ad pugnam xij. milia. Eouique ad id tempus Hebraici regni opes creuerant. Erant circa Hierosolymam omnia pacata, lateque, ut dixi, Palæstina res pollebat, quum Salomon mandatorum patris haud immemor, templum ab illo destinatum dare constituit. Ad quod opus celerius expediendum, lignorum materiam in Libano monte mature cædendam curauit. Nec tam operarij deerant, quæ lignariæ fabricæ periti, qui ne longius quaerendi essent, Hyras Sidoniorum rex per literas à Salomone requisitus, optimos artifices præstitit. Cui quid uisum tenet, ex Iudæa quotannis choros tritici, xx. milia dono misit Salomon, totidemque Batorum olei. Erat ea mensura duum & septuaginta sextariorum capax, xxx. hominum milia cupressis cedrisque cædendis affabreque dolandis sunt à rege in Libanum destinata, ita multitudine diuisa, ut per uices operaretur, ut quanto quoque mense in orbem ad opus reuocarentur. Erat & alius maior numerus lapicidarum octoginta milium, nec multo pauciores his, excisos octosque lapides & aliam omnifariam materiam contrahabant. Templum ipsum quarto ex quo Salomon anno regnare cepit, est inchoatum. Fuit is ab eo quo populus ex Ægypto egressus est, quingentesimus secundus, à diluuiio quadringentesimus supra mille simum, à mundi creatione centesimus secundus, ac quater millesimus. Latitudo templi uicenum cubitum fuisse traditur: sexagenum longitudo: altitudo fornice distincta centenum ac uicenum. Inferioris structuræ materia ex candenti saxo. Vestibuli longitudo pari mensura cum fastigio templi. Amplitudo denum cubitorum. Cellæ uicena huic molei circumiectæ per uisum inter se usu, & in his aliæ superimpositæ. Testorum ferè materia ex cedro, Cedrinae trabes, cedrina concameratio, auroque illita: parietes interiori parte eadè materia & auro texti. Perstringere fulgor undique, occurrens inuentium oculos. Est & cedrus (quando de ea sæpius uno loco est dicendum) arbor Phœnicæ familiaris, sed quæ minor dicitur. Est altera maior, quæ & ipsa in duo distinguitur genera: quæ floret infelix est, fructifera nunquam se uisit floribus. Durum & acutum folium, & fructus myrti magnitudine. Ex ipsa arbore resina fuit laudatissima: inestque materiam æternitatis, atque ea de causa deorum simulacra inde factitari solita. Cedrinus fuit Apollo ille Sosianus ex Seleucia adductus. Est & alia templi diuisio secuta, ut sanctior locus à reliquo templi corpore muro distingueretur. Ibi ianuæ ex cedro uarie sculptæ, & uela prætensa purpura, cocco, bysso mollissima, florum uariatione intexta. Duo cherubicæ formæ alati genij intus ex puro auro, qui

Salomonis opes.

Templi stili-
catio.

Batus.

Anni milli.

Templi forma
& apparatus.

Cedrus.

Cherubii
genij.

Vas mare di-
ctum.

Canthari decem

Altare.
Mense.
Phiale.
Patera.
Candelabra.
Thuribula.
Stole.
Zonæ.
Tubæ.
Nabla.

Templi dedie-
catio.

ro, quinum cubitum altitudo, alis ita occurrentibus, ut quum uterque ab altero aliquot cubita distaret, pene contigui uiderentur, earumque obiectu arcam fœderis obtegerent. Pauimentum petalis aureis infra tum. Ianuæ uicenum cubitum altitudine, & ipsæ auro coruscantes, & ut rem totam in arcum conferat, nihil intus fuit, nihil extra, quod non puro auro fulgeret. Statuit & columnas duas æneas ante uestibulum duo de uicenum cubitum celsitudine, ambituque duodenum, epistylia fusilia, inque liliorum speciem figurata, Hyras Tyrius Iudæo tamen patre ortus confluuit. Fudit & uas æneum tantæ magnitudinis, ut ab re sit mare nominatum. Diametri longitudine denum cubitorum, latus fusile digitorum quatuor, opus hemispherij speciem imitatum, denis explicabatur coronis, circumstantibus craterem uituli, xij. quatuor diuersas mundi plagas terni singulas prospicientes: eo itatu à cratere auersi, ut in extremis clunibus tota moles recumberet. Fuit enim illud trium milium Batorum capax. Quæ Bari fuerit mensura, loco haud multum diuerso est significatum. Additi & canthari x. pari opere & materia, quorum bases quatuor erant columnis impositæ, animalia uarie figurata pro basibus fuere. Deni ad hæc canthari, singuli quadragenis tenebantur choris, quaternum cubitum altitudine, quinos dextera templi parte ad meridie suis statuerentur basibus, læuum latus quod septentrionem spectat, totidem habuit cantharos, paribus inter se spatij digestos. Nec species in his solum quesita est, sed usus quoque, ut sacerdotibus templum subituri lauacrum exhiberent, canthari aqua ad abluenda hostiarum interanea funderet. Fuit & altare æreum denum pedum altitudine, longitudine duplo maiore. Multum ad hæc mensuram, & in his una aurea, phiale, & patera aurea x. milia. Argentæ quadruplo maiore numero. Candelabra x. milia, & thuribulorum uis ingens, atque hæc ex auro argenteo ue fabrefacta, atque uno tempore dedicata. Sacerdotum stolæ ex bysso textæ, & zonæ purpureæ incredibili numero: Leuiticæ stolæ, tubæ, & nabla ad hymnorum cantum ex electro tam copiose relata, numerum diserte ponere sit ruboni. Circa templum in prophano aula cum multiplici porticu constructa, qua populus cõsisteret, quæ sacrorum causa frequentissimus adesset. Septem annorum spatium spe omnium celerius est opus ad exitum perductum. Eodem arca fœderis continuo est illata, atque inter duos genios (ut abunde est supra demonstratum) locata. Ferunt miraculo datum, quod nebula leuiter effusa prospectum omnium, quæ in templo erant, subitò præripuerit, ut uix in proximo stantes alius alium intuerentur. Multi per uisum habuerunt celi numen præsens uolensque: solenni dedicationi affuisse. Salomon ante solium stans in hunc modum præfatus dicitur: Tuum est, inquit, cœlum supreme deus, tua est terra, aqua, aer, ignis, & omnia quæ cœli circumflexu teguntur, scimus equidem, libenterque fatemur, uniuersum hoc tuæ maiestatis esse domicilium, quæ etsi tanta sit, quæ neque his, neque ullis capiatur finibus, hoc tamen templum breuioribus spatijs circumscriptum, quod tuo nomine erigendum curauit, tibi pie pureque perpetuum dedico, ubi tuus populus, ministri tui, preces tibi & uota persoluat, tuumque numen rite propitient. Tu pater & rex omnium maxime præfens quæso ad sis, uolensque: pium hoc munus rite secundes, qui etsi ubique sis, hunc tamen orationis locum sæpius inuisas oro, atque præsentius inhabites, uelisque: curam hæc & cultum religionis tuo populo interruptum manere, regni opus, & iura augeri. Et si præsentem pietate aliquid meremur, da nunc cunctis pater clementissime, da potestis mentem, ut pie tibi riteque: seruire cupiant. Scio ego, nec fallor, tam diu tuum numen nostris rebus affuturum, qua pietas hæc gentis uetusque: religionis

ritus publica priuataque cura manserit immotus. Quum ille hæc dixisset, prostratus in faciem numere ueneratus est: inde in pedes erectus, plures hostias multa ueneratione obtulit. Tum quoque multorum oculis mira species circa aram est oblata. Flamma celo leuiter delapsa, totum lambenti similis pererrauit holocaustum, quo uisus populus commotus, præfens numen a desse ratus, in terram adorans procubuit. Peracto deinde sacro, epulata est uniuersa gens circa templum, celebrataque ibi loci quatuordecim dies Schœnophagia, quæ itata gentis sacra in eos forte dies inciderant. Secundum templi dedicationem erexit Salomon sibi & suis regiam, sumptu & apparatu incredibili, quam candenti saxo ab imis partibus eductam triplici intus materia cedro, argento & auro excoluit. Id opus tredecim annorum spatio abfoluit. In hoc quoque opera conficiendo uehementer Hyre regis est liberalitate adiutus: nec cedro tantum, sed auro quoque & argento ad hoc ipsum Hierosolymam misit. Qua amici regis munificentia Salomon prouocatus, præter largam tritici, olei, & uini annonam, quæ Sidonij ex suo regno medio temporis spatio transtulit, uiginti Galilææ terræ urbes Hyre dono obtulit Tyro finitimas. Quibus ob sterilem situm repudiatis ab re postea terræ ipsi nomen datum, ut Gabalon sit dicta: quod sit Phœnicum lingua displicere. Autores fuerunt mutæ huius amicitie Menander in Sidoniorum uetustate, & Dion in historijs. Addit Salomon & turres Hierosolymorum menibus per interualla. Condidit & urbes aliquot præclaras, Afotum, Magedonem, & Zazarum: à Pharaone postea Ægyptiorum rege, cuius filiam uxorem duxit, in Palæstinæ finibus excisam, quam dotis nomine receptam, ob bellorum opportunitatem restituit, ualideque communiuit. Pharaones Iosephus idcirco dictos arbitrat, quia uox hæc apud Ægyptios regem significet: idque in causa fuisse existimat, quod Herodotus Ægyptiacæ uetustatis scriptor diligentissimus, post Menæ, qui Memphis condidit, trecentos triginta reges in Ægypto longa ferie regnasse dixerit, proprijs interim nominibus suppressis, uelut absurdum ratus unum nomen perpetuo referre. Cæterum Nicaulæ nomen post tam longum interuallum ab eo repetitum, quoniam mulier uiriliter appellacionis uocem indispici nequieuerit: Pharaonis autem appellacionem in eo qui Salomonis fuit fœderis, desisse idè opinatus est. Nos quæ de origine nominis sententiam haberemus, alio testati sumus loco, sed coniectura fuit illa, non ratio. Statuit Salomon & alias urbes magis locorum amœnitatem, quæ usum secutus: & in his unam in superioris Syriæ solitudinibus loco pureis & fontibus irriguo, ipsi Thadamurum dixit, Græci scriptores postea Palmyram nominarunt. Secundum hæc Salomon Cananæos Libani motis incolas, qui ad id tempus non paruerant, bello adortus ad Amarthum usque urbem armis domuit, subactosque: seruitio adegit, ut ex ea gente nec aliunde longo tempore mancipia sint in Iudæa accersita. Nouissime in Erithræi finis ora locum quem Gaberum dixerunt haud procul ab Hellena urbe, quæ Beronice est postea dicta, classem construxit, naualis fabricæ opificibus ex Tyro accersitis. Comparandarum nauium causa illi fuit, ut ad Indicum mare penetrarent negociatores à se cum suis dispensatoribus ad coemendas gemmas & aurum missi cccc. & amplius auri talenta prima nauigatione, quæ quatuor fuit annorum, in Iudæam sunt relata. Huiusmodi nauigationis comercio Salomonis fama ad Sabam Æthiopiæ reginam fœminam studijs sapientiæ deditam delata, incensa mulier uidendi regis cupiditate, cuius laudes constanti omnium prædicatione celebraretur, cum amplissimis muneribus magnoque comitatu Hierosolymam uenit, excepit uenientem Salomon regali apparatu.

Holocaustum
Salomonis.

Regia Salomo-
nis.

Hyre rex.

Pharaones
quære.

Thadamurus.
Palmyra.

Indicum com-
mercium.

Saba regina.

Inde plures dies mutuo congressu multas & uarias quæstiones scilicet di gratia regi proponere perseverauit. Sed quales illæ fuerint, autores quos sequi mur, non tradunt. Satis constat ad omnia sapientissime occursum, stupentemq; reginam Salomonis fortunam laudasse, quod non solum ad eorum fastigium, quæ cæteri mortales mirentur, peruenisset: sed eam quoq; sapientiam, cuius ne hominis quidē mens sit capax, esset, unus omnium consecutus, obtulit inde Saba auri & aromatum uim ingentem regi, & cum his immensi pretij gemmas. Iosephus autor est plerosq; ueterum persuasum habuisse Balsami arboris furculum ab eadem regina tum primum in Syriam delatum, quod pro falso refellitur, si Plinius uerus est autor, uni omnium terrarum Iudææ balsamum concessum. Urbem deinceps regina per ocium contemplata est, præcipueq; templum, altissimumq; sacrorum cultum demirata. Abeuntem Salomon multis, & amplis muneribus ornata dimisit. Nisi libri & Iosephus hæc traderent, uix mihi persuaderi potuisset, ut Sabam ex Æthiopia potius quam ex Arabia profectam existimarem, quum ob id quod ex Erichræo sinu in Indiam nauigantibus felix Arabiæ latus potissimum eremigatur, tum quod reginæ nomen in ea uideri potest terra quæ situm, in qua Saba urbs est, & Sabæi populi. Ex Indico igitur commercio præter aurum, elephanti, simiæ, pau in Syriam sunt delati: & quod omniū charissimum regi fuit pineum lignum diuersa omnino facie ab eo quod nostrum gignit cœli, nitore insigni, candidoq; colore, ex qua materia Citharæ sunt, & nabra ad sacrorum usum fabrefacta. Eadem nauigatio in causa fuit, ut breui Salomō sit auri ditissimus factus. Quo quum iam abunde potiretur, ducentas aureas hastas, & ccc. ex eadem materia scuta confecit. Quibus eam regiæ domus partem exornauit, quam sylvam Libani à materiæ apparatu nominat. Multi quidem reges fama & splendore nominis eius impulsi, immensa per legatos munera Hierosolymam misere. Quo factum, ut diuitijs supra modū affluentibus (ut est humana mens in prosperis minigligentia illi orta est, mox & contemptus, quem peregrinarum coniugum, cōcubinarumq; absidua consuetudo peperit. Fama est magnorum regum illustriumq; uirorū filias, D C C. numero sibi matrimonio iunxisse: nec propterea minore libidine in pelli caru hæsit, ccc. in tam celebri connubio illi concubinae fuisse traduntur, atque ita muliebres illecebræ eius animum ab ea pietate, quam à patre hæreditariam acceperat, alienarunt, ut ne externos quidem deos, dum nimis ijs, quarum amore tenebatur indulgeret, colere recusauerit. Hic ille fauore numinis destitutus, per prophetam factus est certior, fore, ut breui perpetuus ille felicitatis cursus interpollaretur, turbatoq; gentis statu reliquum uitæ in cura & sollicitudine transigere, filioq; ubi ipse uita decessisset imperiū maiore ex parte abrogaretur. His uocibus ille admonitus conciusq; sibi eorum quæ contra leges & religionem egisset (nam in eo quoque haud medio critere fuerat gentile institutum offensum, quod peregrinarum gentium sectatus esset nuptias) uehementer exterritus, haud multo post nonis sollicitari cœpit defectioibus. Adatus primi motus autor fuit. Erat is regia stirpe natus, & ex Idu

mea profugus, quum Ioabus eam terram Dauidis auspicijs deuasit. Is in Ægyptum ad Pharaonem delatus promptitudine animi, cæterisq; uirtutibus illi infinuatus, nobilissimā foeminam duxerat uxorem, cuius soror Pharaoni nupserat. Is Dauidis & Ioabi morte nūciata, nouandarum rerum cupidus, commearum à rege petijt. Sed diu non impetrauit. Nouissime dimissus quum in Palæstinam uenisset, omniaq; regijs præsidijs sibi ad res nouas obsepra cerneret, præsentis consilio destitutus, in Syriā transijt. Hic cum Rhaa quodam Adrazari, qui in Sophe ne regnabat, fugitiuo iunctus, latronumq; manu se ptus, Syriæ fines hostiliter ingressus, breui eius ter re regnum armis obtinuit. Unde per occasionem Iudææ fines irrumpens Salomoni adhuc in humanis agenti, haud modicam regni partem infestam reddidit. Sed maior omnino motus à domestica defectione ortus. Hieroboas Nabathi filius prophete oraculo fretus plures tribus sollicitare est ausus, ad regnum Salomoni abrogandum. Is à patre puer relictus, ob egregiam indolem iudulgenter apud Salomonem primo habitus, mox murorum structuræ est præfectus. In quo munere obeundo, quū haud modicam industriæ experientiā edidisset (qualis enim quilibet sit, magnarum rerum administratio demonstrat) Salomon uirtutem in homine cōplexus, præfecturam amplissimam in tribum unam ei decreuerat, cui ad capeiendū honorem egresso Achias propheta ex Sylone uenienti occurrit, eumq; post mutam salutationem ex publico in secretum abductum, huiusmodi schemate in spem regni maximā erexit. Scidit ille sibi pallium in duodecim partes, inde data Hieroboæ optio, ut ex eo numero decem quas uellet eligeret, futurum denunciat: quia Salomon grauius deliquisset, ut brēi eius regnum non aliter quam pallium illud plurifariam scinderetur, quarum duæ duntaxat eius filio relinquerentur ob eximiam Dauidis pietatem. Cæterum imperium ei numinis prouidentia cessurum. His ferrox iuuenis fretus, quum primum ad exercitum uenit, res nouas haud obscure moliri cœpit: conatus eo multitudine impellere, ut imperio Salomoni abrogato in se rei summam transferret. Sed fatale tempus nondum aderat. Noua hæc consilia ad regem delata, ingentem ei curam iniecerunt autoris tentatæ defectiois opprimendi. Hieroboas haud ignarus se in Iudæa tutum esse non posse amplius, in Ægyptum ad Sesachum regem transfugit: nec longo deinde tempore interiecto Salomon uita decessit, quū iam nonagenarius esset, quadagesimo sui regni anno. Potiti rerū sunt cum eo Laostenes in Assyria, apud La cedæmonios Labores, in Latio Alba Syluij Æneæ filius, qui sexto ab Ascanio loco regnauit: Agialus Corinthi, & Athenis Agarus, Sadocho, Achia, & Salomite in Iudæa prophetica diuinatione claris. Sunt qui Homerum & Hesiodum in hæc tempora conferant. Thraces quoq; tempestate longe lateq; internum mare (ut sæpe alias) per id tempus tenuerunt.

Salomon defec tionibus sol licitatur.

Hieroboas in nouas molitur

Achie oraculum.

Salomonis ueritus. Temporum supputatio.

FINIS ENNEADIS PRIMAE.

Salomonis diuitia.

Salomonis præuaricatio.


Adatus.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDAE PRAEFATIO.



MVLTVM diuis in umbra uetustatis, per ignotos & ambiguos recessus ueritatem indagauit, quæ (Bibliacis libris duntaxat, exceptis quibus ob res sacras quas illi continent, uulgo astipulantur humanæ gentes) tam perplexo sinuosoq; fabularum latebat inuolucro, ut ad eam indispicendam, non solerti solum indagine opus ab initio fuerit, sed audaci etiam conatu, ut ex poetarū scenis demum reuulsa, in historiarum luce, mediæq; cauea, omni habitu & persona detracta tuto locaretur. Quod dum enixe facio, accidit mihi quod & illi, qui atra tempestate ignoto mari deprehensus, ubi neq; sideribus uti potest, neq; terræ uspiam occurrunt, ne quid locorum ignoratione offendant, omnis circa se fluctus conto & funiculis scrutatur. Sic ipse dum tenacissimo poetarum complexu historiam asserturus (etenim omni uerborum ornatu illis remisso, nudam ab eis ueritatē reposebam, qualem eos ab initio occupasse indicare par sit) quoniā neq; dux mihi ullus, neq; ueteris historiae autor aliquis, cuius præsidio aduocatio ue ue fretus, cum illis audacius manum consererem, propria uinixus, consq; rem semel motam studio & constantia peregi, ut præter paucissima, quæ historiae fama incolumi tractari nō potuerunt, cætera uelut postliminio recepta, in pristinum sint à me statum restituta, ita ut omni fabularum caligine excussa, tuto ac sine rubore ordinem recipiant. Quæ uero deinceps scripturus sum, eo quidem magis simili molestia carebunt, quod ea ipsa ab grauissimis rerum scriptoribus sunt fere memoriæ prodita: quorum uestigijs insistens multo rectius, plentiusq; exequar institutum hunc laborem. Adde his temporum rationem, quam magis perspicuam, & ob id relatu faciliorem reddet mihi noua apud Græcos Olympiadum institutio, quæ incidet, ni fallor, in primam secundæ huius Enneadis partem. Sequentur haud longo interuallo Romanorum gesta, à pluribus tam uere quam copiose tractata, quæ sua magnitudine rebus aliarum gentium perpetuo quodam nexu coherentia, nullo maiore sunt negotio in ordinem redigenda, quibus ego uelut nouis fretus auxilijs, tanto alacrius ea quæ sequitur, aggrediar, quāto præteriti incommodi non immemor, secundum hunc operis laborem cunctantius adijssim, si quæ deinceps scribenda sunt, nihilo ijs quæ scripsimus, essent relatu faciora. Cæterū tantisper dum res cæterarum gentium pandere se ultro incipient, nihil erit ab instituto opere alienum in Hebraicis commorari.

ENNEADIS II LIBER PRIMVS.



ROST Salomonis regis interitum, conuentus est uniuersæ genti ad Sycimin urbem indictus, ubi populus libero suffragio diceret, quæ uellet in duodecim tribus regnum obtinere. Nec dubium erat quin Roboam qui eō uenerat, ob uitam recentemq; patris memoriam multo libentius quā nouum aliquem hominem dicturæ essent regem. Cæterum non idoneo tempore se in suorum postulata durum & difficilem præbuit. Petitum publico erat nomine, ut aliquid de seruitio, quod sub eius patre populus pergrauē tulerat, Roboas remitteret: daretq; operam, ut facili moderataq; administratione esset omnibus quā charissimus, oportere eos qui legitime regnarent amari à suis, non metui. Nullum regnorum præsidium firmitus esse populi charitate & beneuolentia. Nemo erat qui nō hæc ut postulata fuerant, Roboam concessurum arbitraretur, qui etsi ne rata quidem habiturus es-

set, quæ ab initio promitteret, ad conciliandam tamen benignitatis & clementiæ famam, nihil cuiquā hominum nedum uniuersæ genti eo tempore negatum uellet. Verum longe aliter euenit, nam quū triduum petiisset ad deliberandum quid se populo præstare oporteret, confestim uox illa parum popularis auertit hominum studia à præsentis rerum statu. Ipse senioribus consilio adhibitis domestice consultare cœpit, an quod tam impudenter multitudo peteret, operæ præcium esset id concedi. Nemo fuit ex maioribus natu, qui non censuerit ad studium er fauorem populi in noua administratione conciliandum, ultro omnia multitudini deferenda, ferocius iuniores & reges æquales, qui secundum illos consilio fuerant admoti, identidem clamitare, uociferariq; lasciuire ocio & regum indulgentia populum, iret & se Salomonis filium ostenderet, Dauidis nepotem, quorum hic regnum, ille religionem uniuersæ genti stabilisset, qui israelitarum opes nomenq; regium longe lateq; uirtute bellica & sapientia ingni illustrasset. Denunciandum stultæ & temera-

Conuentus israclitarum.

Roboæ consultatio.

Resimū inueniuntur cōsiliū.

ria multitudini, non rem cum puero ei futuram, cui tam infolenter uelut leges prescribere ausa esset, sed cum fortissimo rege, & qui in regia fortuna natus, non ignoraret, quibus artibus esset multitudo compefcenda, & quod ad inuictum animum constantiamque suam attineret, uelle eos non ignorare, plus ueni suo digito roboris inesse, quam paternis Umbis lateribusque fuisset, non esse proinde cur a se indulgentiorem, quam sub illo experti essent, expectaret administrationem, quin satis superque habituros, si in futuro rege non aliquid acerbius offenderint. Quapropter Salomonis regimē, à cuius memoria tantopere abhorrent, quod ut immite, & graue ambitiose infestarentur, ad unum sint desiderari. Ferociuuenis, quum quod optimum erat, maximeque; tempori accommodatum repudiasset, populum tri duo post, in hanc unam expectationem erectum, tã tristi denunciatione ita affecit, ut temperare animi nequi uerint, quin à magna parte concionis sic reclamati, nihil sibi futurum amplius cum Dauidis progenie, haberet ipse aras, quas pater posuisset, non defuturū, qui inter Israelitas legitime uellet imperare. Tentauit Roboas sauientem multitudinem per Adorã quendam, cuius opera in tributis exigendis præcipue utebatur, ad officium & concordiam reuocare, quod non modo non obtinuit, sed Adoras lenibus uerbis populi irã castigare adortus, cõfestim sit lapidibus obrutus. Cuius casu territus Roboas, in currũ trepide sublatus, irrequieto cursu Hierosolymã petijt, ubi Beniaminij tantum & Iuditã eum regem dixere, ceterã tribus magno omnium consensu Hieroboaë, qui sub Salomonis exitum favore principũ fuerat ex Aegypto reuocatus, regnum detulere, atque ita factum, ut duo iam inde in Iudã reges fuerint, atque ex una quã fuerat, sint uelut duæ Israelitarum gentes factæ. Quæ gentis diuisio incidit, in quatermillesimum ac ducentessimum quintum mundanæ originis annum, Roboas delectu ex duabus suis tribubus accuratissime habito, ad centum octoginta milia hominum instruxit ad bellum, ut regnum ex Hieroboa repetiturus. Fuissetque; id bellum haud dubie cruentum (nihil enim minoribus erat odijs quã uiribus gerendum) cæterum oraculo Roboas per Rameum prophetam monitus abstinendum bello esse, eam populi defectionem ad diuinam prouidentiam referri oportere, neque ei, neque hominum cuiquã licere diuinã uoluntati repugnare, his ille destinato bello abstinit. Hieroboa qui Sycimensi conuentu rex fuerat creatus, quum forte Schœnopegia statum gentis sacrum instarent, ueritus ne populus religionis causa Hierosolymã frequẽs adiret, ibique plurimum dierum commercio à se alienaretur, duo uirulina specie simulachra ex auro conflauit. Horũ unum Berthele loco celebri, circa Danem, alterũ publice dedicauit, multitudineque; ad concionem uocata, ita de pietate & religione differuit: Scio uos non ignorare uiri Israelitæ, deum, cuius prouidentia omnia reguntur, ubique; recte propitiari, nullumque; in terris esse locum, in quo ille non adsit operantibus, solenes preces & uota exaudiat, quod quum ita sit, non est cur uestrum quicquam Schœnopegiorũ causa, quorum sacrum instat, Hierosolymã proficisci uelit. Homines templum illud statuerunt, non cœlites hominis uoce dedicari contigit, en & homo ipse (quod dicere mihi liceat) non minus fortasse pius quam ille fuit, nec minus innocens, ne quid hoc nomine ab hominibus nostri regni desideretur, pro uno, quod Hierosolymis esse, duo uelut templa uobis constitui, aurea uiruli effigie utrobique; dedicata, ad quas uelut aras quasdam deo optimo sacra populus persoluat. Adijciam sacrorum ministros, Leuitas & sacerdotes, ne quid ad cultum religionis uobis desit. Hic illi uirulum deo mactabunt, & aricrem unum, quod Aaron pontificum primus fecisse

Stolidum Roboas consilium

Israelitarũ regnũ scinditur.

Anni mundi.

Viruli aurei Hieroboaë.

Oratio Hieroboaë.

A dicitur, atque; ita uobis posthactam incolumis quam antea manebit sacrorum ritus. Cæteris totius gentis commodis, eius quem inter uos legitime regnare uoluitis, industria & diligentia deleruerit. His uerbis Hieroboa simul & autoritate qua pollebat, traxit stultam multitudinem in sententiam, hinc miserã genti sensim à uera religione auerit, omnium malorum quæ postea secuta sunt, caput & origo extitit. Instantibus igitur Schœnopegijs, Hieroboa Bethlehem urbem concessit, ubi ara ante uirulum dedicata, ipse pontifex ad id creatus, cum sacerdotibus sacra inchoaturus assitit, erantque iam hostiã altari admotã, quum Iadan propheta, quasi numinis caduceator assuit. Is regem coram altaris, primo sacra inhibet prophano ritu inchoari, quibus nisi abstitit, fore obnunciat, ut ex Dauidico genere aliquis sacerdos ad aras ipsas quandoque; crudeliter obrunccet, impiorumque ossa super ipsum impium comburat. Quam oraculi speciem ne uanam arbitrarentur, adijcit fore, ut mox ara illa sponte sua in duas scinderetur partes, ut quicquid esset illi congestum, scede humi diffunderetur, nec oraculo fides desuit, qui repente miraculum est, oculis oblatum, ara in partes duas abrupta, omnemque; sacrorum apparatus uelut deo ingratum disculsit. Secuta & alia admiratio. Regis dextera quam in prophetam uiolenter intenderat, subito languere obortuit, tabescereque; cœperat, quum Iadan precibus regis fatigatus, pristinam illi ualitudinem ab numine impetrauit, mox comiter inuitatus, ab regis & aliorũ conuiuio uelut prophano abhorrens pertinacissime abstinit. Et iam Hierosolymã uersus unde uenerat, iter intederat, quũ homo quidam grandis natu, qui & ipse ob creditam diuinationem in summa erat apud regem ueneratione. Tenebat se is in priuato, cæterum nunciandis filijs quæ sub Iadani aduentu facta essent miracula, & quã festinatũ Iadan urbe excessisset, cõfestim mandat sibi asinum clitella in sterni, in quẽ sublatus pleno gradu in abeuntem ire pergit, eumque; nec procul urbe affectus, sub ilice arbore quiescentem inuenit, hic quum uterque; alterum saluasset, mirari se dixit Bertheleius senex, quod homo propheta ad prophetam non diuertisset, cæterum oraculi iussu properasse se eum ab instituto itinere reuocare, ut hospitali mensã admoqueret. Credidit Iadan, atque una in urbem reuersus Bertheleij hospitis domicilium subiit, hic hospitali mensã admotus, senis fraudem continuo sensisse dicitur, subitoque; numinis afflatu fore prædicens ut paulopost, quoniã quæ agere iustus esset, parum rite peregrisset, intrer eundẽ à Leone lanaretur. Haud dubie apparet ad eleuandam Iadani fidem Bertheleium senem in urbem eũ retraxisse, ut si à se decipi contigisset, assertæ diuinationis apud regem coargueret. Cæterum ita numini placuisse credere par est, ut Hieroboa rex & alij præsentem metu leuati suæ impietatis aliquando meritas luere pœnas, discerptum à Leone Iadanẽ Bertheleij hospitis filij iussu patris sepeliuerunt, ipse senex ad eum metum discutiendum, qui regem & alios ob ea quæ acciderant inceperat (hista enim diuinatione magna ex parte prauam religionem induxerat) regem adijt. Ad quem multa de Iadani fide cauillatus, & à se eum deceptum, & inde à belua laceratum denunciat, nec prodigij loco duci oportere, quod aut ara in duas partes scissa esset, aut ipsius dextera debilitata, lassitudinem eam fuisse ex nimia uictimarum attractione, aram rudi adhuc materia nimium rerum onus ferre nequiuisset. His ille regis animum etiam religione & metu iam dudum occupatum, pronum tamen ad superstitionem, facile perpulit, ut nihil de nouo ritu amplius mutaret. Roboas interim omni, ut dixi, recuperandi regni actione deposita, ut suarum partium opes firmiores redderet, plures condidit intra suos fines urbes, Bethlehem,

Iadani propheta à Leone lanatur.

Hieroboaë minus tabescit.

Iadani propheta à Leone lanatur.

Conditio priuarũ urbũ.

thelem, Icam, Tecos, Bethsuram, Sochum, Odollã, Nipam, Meresam, Zipham, Adoram, Iachim uero Zetheram, Hellum, Nebronemque; instaurauit. Multitque mortales interim antiqua pietatis desiderio, ab Hieroboa Hierosolymã perfugerunt. Quo factum, ut triennio, quo Roboas moderatius regnauit, supra modum res eius regni creuerint. Sed præsens rerum successus, & effrenata libido, ipsum quoque ut patre à uera pietate & iustitia diuersum abripuerit. Deuinxit is sibi duo de uiginti fœminas matrimonio, & in his Macham, Abialone genitam, ex qua illi Abias natus est, nec tam uario conubio contentus, pellicibus est triginta usus, quo factum ut uiriliter stirpis filios octo & uiginti extulerit, filias sexaginta. Sed sic ferẽ comparatum est ubique; ut quales sunt principum mores, tales sunt & eorum qui ab illis reguntur. Roboas uita malis libidinibus profulgata, mox cum eo cætera multitudo in omne nefas & scelus abiit, neque pietas, neque rectum cuiquam curã esse amplius, libidine & luxuria lasciuire, sed quo impudētius in omne flagitium ruebat ciuitas, eo celerius secuta est ultio. Sesachus Aegyptiorum rex, cum sexaginta milibus equitum, peditum quadringentis, curibus ad bellum instructis mille & amplius, Roboas regnum ingressus, primo occursum urbes Hierosolymã circumiectas uix cepit, regiã inde urbi copias admouit. Tum rex & alij fauore numinis destituti, quum aliquandũ obfidionem tulissent, demum fracti animo, omnique spe futuri successus abiecta, certis conditionibus hostem intra muros accipiunt. Tum Sesachus fœdera aspernatus, omnibus sacris thesauris templum spoliat, regieque domui clypeos & hastas aureas adimit. Miror Iosephum hunc dixisse, quem Herodotus Sefostrem appellat, quum ille si recte tempora ab ijs quos sequimur digeruntur, aliquot ætates Roboas regnũ præcessisset, uerum quisquis Sesachus fuit, ac quocunque tempore, nam id pro certo haud ponere ausim, Roboas ut faciem cladis illius domesticæ refarciret, pro aureis hastis & clypeis pari numero ære facta reposuit. Vixit inde plures annos homo omnibus ingratus. Perijt annos natus octo & quinque, quum septendecim regnasset, multoque; maiore parte temporis iniurijs & infamiã obnoxius. Potiti sunt rerum cum eo Therippus Athenis, in Achaia Primas quartus Corinthiorum rex, in Latio Atyus Syluius, qui septimus Albẽ ab Ascario regnauit, Lacedæmone Beristhus, Pinnthiades in Assyria, qui trigessimus secundus rex fuit à Nino. Incidit Israelitici regni diuisio, quæ à Roboas temeritate, ut supra est à nobis demonstratum, profecta est, nisi quis hanc quoque ut cætera ad diuinam referat prouidentiam, in eum annum qui supra quater millesimum quintus fuit ab orbe condito, ac ducentessimus. Abias Roboas successit, hunc paterni regni opibus Aegyptiaco bello fractis, & ætate nondum studijs bellicis factis matura, sibi iniuriã opportunum ratus Hieroboa haud multo postquam pater uita decessit, terribili bellorum apparatu est adortus, suẽ impietatis furiam hominem agebant in omne scelus præcipit, quippe qui præter Iadani minacissimum responsum per Achiam quoque prophetam, ad quem uxor ignoto habitu de salute filij grauiter ægotantis Silonem sciscitatum miserat, responsum inde erat, fore, quoniam à ueri dei cultu deflexisset, ut grauisima ultio omnem eius progeniem sequeretur. His terrificis prophetarum dictis, non modo ille nõ aliquid ex præsentis impietate remisit, sed tam graui etiam quam nefario bello Iudaicum nomen implicuit. Si licet rerum scriptoribus in his quæ dicuntur suam aliquando coniecturam interponere, uideatur mihi Hieroboa non tam religionis aut gentis odio (ut Iosephus existimat) arma induisse, quam ut Abia paterna sede depulso, diuisum nuper regnũ

Roboas uita infelix.

Diripitur templum & regia ab Aegyptijs.

Anni mundi.

Hieroboaë conuulsiõ.

iterum si uictoria secuta esset in unum coalesceret, sed quamcunque ille inferendi belli habuit causam, ad Ammorreorum montem cum octoginta milibus hominum tumultuose conscendit. Nec Abias qui super gratam sapere creditus est, in re tam trepida desedit, quin delectu accuratissime ex duobus tribubus habito, cum sexaginta milibus bel-latorum illi obuiam progressus, haud procul ab hoste castra fecit, & iam acies pugnandi studio in pro-cinctu stabant, quum Abias ex edito quodam loco manu & uoce silentium dum pauca loqueretur, ab hoste petijt. Quod ubi illi datum est, sic inter utranque aciem itans locutus dicitur: Nemo est, inquit, uestrum, uiri Israelitæ, qui non aliquando audierit regnum in omne Hebraicum nomen Dauidi nostræ familiæ auctori, à deo per prophetam concessum, nec ipsi solum, sed ijs quoque; qui ab illo procreati essent, in multas ætates incolume mansurũ, nec in animum inducere possum, uos alieno furore ab antiqua religione ita alienatos, ut non adhuc persuasum habeatis, nihil magis incassum mortales laborare, quam diuinẽ obfistere uoluntati, quæ quo melius uobis quam cæteris gentibus nota est, eo magis magisque miror, ecquãenam obliuio, ne amentia dicam, uos uiri Israelitæ qui religioni & iustitiæ semper consultum uoluitis, eo die cepit, quo Roboas Salomonis filio, Dauidis nepoti regnum abrogastis, nec uideo cur pauca uerba quæ non tam naturæ uitio, quam ferocioris ætatis, uel quorundam potius æqualium stulta persuasionẽ exciderant, maioris apud uos momenti esse debuisset, quã aut patris eius, aut aui in uniuersam gentem meritum. Sed fuerit esto improuidi uiri intempestua actio omnium malorum causa, nihil Dauidis sanctitas, nihil Salomonis sapientia sit apud uos merita, dicite quæso quæ dira mentis caligo, quæ rerum omnium obliuio animos subiit, ut impium regem secuti, pro religione superstitionem, pro pietate impiũ cultum, pro uero & singulari deo, in cuius tutela maiores nostri semper fuere, dæmones sequeremini? O infelicem diem, ò Sycimem execrabilem, tuque; crudelis Hieroboa, qui in tenebras inextricabiles decem nobilissimas tribus coniecisti, quas tanta indole in libertatem assertas, Moses ad uerum religionis cultum traduxit. Sed quid ego Israelitæ uiri, magis uestram quam omnium fortunam queror? Aut quem potius quam te acculem impie Hieroboa? qui non contentus Israelis progeniem à uero cultu alienasse, uirulos pro deo colendos posuisse, uanos uicos, uanasque; aras dæmonibus consecrasse, augustissimum dei templum, aram piensissimam oraculo erectam, rite dedicatam, Arcam fœderis, ministros Leuitas, nefario bello petijsti, eo (quis ignorat?) consilio, ut quicquid ueri cultus uereque pietatis in terris superlit, id prius ciuili cruore prophananatum penitus extinguas? Sed scelerum furia Hieroboam agunt Israelitæ uiri, uos quæso pietatem respicite, uos dirũ nefas inhibete, nec quia plures numero adestis, in eo spem uictoriæ reponite, quasi nunquam fando auditum sit quoties maiores nostri prælidio numinis adiuti, pauci inermes ingentissimos profligarunt exercitus, hinc pietas, inde iustitia nostrã muniant aciem, his ducibus conficturi sumus, harum ductu dimicaturi, uos in quæ numina ituri sitis, dum licet aduertite, in omni re tarda penitentia est, sed in bello tardissima. Videbatur Abias huiusmodi uerbis mortum omnino aliquem apud hostes facturum, quum conspecti sunt, qui ab Hieroboa missi fuerant, ut Abiam à suis exclusum interciperent, quæ res ab Abianis præuifa, cõfestim ijs materiam præbuit cum hoste concurrerent. Primoque; sacerdotibus tubis canentibus pugnam capessunt, mota inde cetera acies, nec diu accipiti est euentu dimicatum: Hieroboaë copiẽ metu

Hieroboaë inuictus Abia bel-lum.

Abia oratio ad hostes.

Peroratio.

Abie uia gloria. solutæ fugæque disiectæ ingentem Abie uictoria reliquere. Quinquaginta Hieroboanorum milia eodie desiderata dicuntur. Abias haud præsentia uictoria contentus, in hostium transiit, ibi urbes plures ui captas diripuit, & in his Betuliam, quam cum circumiecta regione præsidio retinuit. Hieroboæ rebus uno prælio, sed eo calamitosissimo fractis, Abias Samariam iam inde suis habuit armis obnoxiam, eius uita omnino breuis, triennio quo regnare cepit, ex humanis decessit, octo & triginta filiis promiscuæ prolis superstitionibus relictis. Qua coniectura adducor Abiam haud tam iuuenem fuisse, quam Iosephus scribit, quæ à patre regnum accepit. Afas quæ ille ex Macha genuit, in regnum successit. Cuius altero regni anno Hieroboas periit. Nadab eius filius diæ superstitionis ritum complexus, tam imple q̄ patres Samariæ administravit. Nec felicius q̄ ille Palæstinis bellum intulit. Premebar ille Gebethum urbem graui obsidione, quum Baasæ hospitis fraude altero sui regni anno periit. Baasa quidem reru potitus, omnem Hieroboæ progeniem (quod ille in humanis adhuc agens ex oraculo futurum cognouerat) crudeliter extinxit. Melior alterius regni fors fuit, cuius opes Atæ ductu, & auspicijs, domi pietate, foris rebus prospere gestis, maiorem in modum auferi contigit, æque ille religionis, bellicæq; laudis studiosus, qui etiam nihil ex ipso sacrorum ritu ueterisq; caerimonia eximi prætermittere uideret, quæ tamem .drem bellicam atinebant, partim studio successuq; administravit. Iosephus autor est habuisse illum in armis bellatoru quingenta l. milia, quorum pars maxima scuto uterentur, cætera multitudo partim hastati, partim sagittarij. His Afas uiribus fretus ad Morisam Iuditarum urbem cum Zara Æthiopiæ rege, qui cum cc. milibus pedum, decem equitum, uel ut diuinae literæ habent, cum decies centu milibus bellatorum, & ccc. curribus Palæstinæ fines ingressus, ad ea usque loca uictor penetrauerat, intrepide conflixit, causam illati ab Æthiopijs belli nullam auctores, quos sequimur tradunt. Tantum memorat Æthiopem ingenti prælio uictum in Geratidæ regione uisq; ab uictore Afæ uictoribusq; copijs cum multa cæde actum, ingens præda parta, argenti & auri uis maxima in hostium castris reperta, capti adhuc camelis quamplurimi, exercitus cum opulenta præda domum reductus, ad cultum religionis Azariæ monitu aliquanto etiam interitus reuocatus. Baasa qui neq; Hieroboas, neq; Hieroboæ filio impietate & læuitia inferior fuit, nec Gimonis prædicatione melior factus, Ramatham urbem xl. stad. ab Hierosolymis cepit, captamq; ad destinatam hostem bello lacessendum ualido præsidio firmavit. Nec Afas hos Baasæ motus clausis spectabat oculis (haud enim dubium erat quorsum ea uis tenderet) misit confestim legatos cum magno auri & argenti pondere ad Benedabum Damascenū regem, qui antiquo fœdere cum eo renouato, ad Baasæ fines bello incessendos hortarentur, quod ille cum nihil grauate fecisset, trepidissimis nuncijs Baasas reuocatus (afferebatur enim Damascenis armis regni fines uastari, & iam urbes in his nonnullas captas, & incensas esse) Ramathina munitione abstinuit. Eo igitur digresso, Afas loci opportunitate haud aspernatus inchoatum ab hoste opus ad exitum perduxit, Gabaa & Maspha haud procul inde constituitis. Qui euit iam inde Baasas, sed nihilo tutior in ocio fuit. Creon domestici infidij exceptum obruncat. Helan filius est illi sutorogatus. Hunc eo biennio quo regnare ceperat Zamarias equitum præfectus, quum apud dispensatorem suum cœnaret, paucis in eum equitibus inamissis, improuiso oppressit, ac ne quid ad occupandum regnum sibi moræ fieret, post regis cædem omnes ex Baasæ domo ad unum sustulit, quod futurum Gimon propheta Baasæ multo antea fuerat

uaticinatus. Helanis cæde ad exercitum perlata, ingens militum animos indignatio cepit. Amarique duce sibi constituto ulciscendi sceleris studio, confestim motis castris in Zamariam regis cædis autorem tendunt. Erat tum ille Therisæ, qua sub primam copiarum accessum uolenter capta, Zamarias ne uiuus in militum potestatem ueniret, seipsum cum regia domo concremauit, quum septem duntaxat dies regium nomen obtinisset. Hic seditione inter milites orta, quum alij Themanem, alij Amarin regnare uellent. Themanem militari seditione interfecto, Amaris est rex consalutatus, qui duodecim deinceps annos rerum est Samariæ potitus. Fuit is nullo in populum mitior quam cæteri fuissent, sed pietatis & religioni multo infestior. Ababus ei filius lucensit, qui paterna seculum uestigia, supra odium pietatis, omnibus probis se regiumque nomen contaminauit. Diuerso ab his rerum cursu omnia interrim Hierosolymis florere, quietior rerum status, & ob Afæ manluentissimam administrationem, pietatisque cultum multo felicior. Sed dum hæc in Iudæa sunt, in Latio Capys octauus ab Afcanio Albæ regnum tenuit. Sunt, quod miror, qui Capuæ, quæ super Vulturum amnem sita est, hunc autorem arbitrentur, quum multo prius eum qui fuit Æneæ comes autument. Liuius & Strabo à campestribus locis quibus sita est, urbem appellatam significare uidentur, Vulturumq; ab initio dictam. Herulcorum id oppidum non Albanorum alterius uentis fuisse Halicarnassensium Dionysius, in ijs quæ uarie sunt de urbis origine prodita, uulgatum fuisse ait sermonem, Æneæ filios post eius interitum inter se Latinorum regnum partitos, Afcaniumque Albam & alia quedam oppida condidisse, Romam uero Capuam quam à proauo nomine sic appellauerit, & alteram ab eo conditam, quam Ancharum ab auctore, ter tiam à patre Æneam urbem, quem postea locum Ianiculum dixerit, nouissimæ Romam ipsam à se denominasse. Cæterum Tranquillus (quod ad Capuæ nomē attinet) autor est, paucos ante menses quam dictator Cæsar sit in cura interfectus, tabulam æneam ueteri monumento circa Capuam repertam, in quo dicebatur Capys eius urbis conditor sepultus, literis & uerbis Græcis ita conscriptam, quando ossa Capys detecta essent, fore, ut ab Iulo prognatus, manu consanguineorum necaretur. Quæ si uera sunt, qui nomen ipsum à campestri loco factum existimant, in manifesto fuisse errore uideri possunt. Capys igitur Albanum regnum Capeto tradidit, quo sanè tempore Lacedæmone rex erat Agesilaus. Fuit & alius eodem nomine aliquot post ætates longe illustrior, cuius gesta suo à nobis loco postea reddenda sunt. Phorbas per id quoq; tempus Athenis est rerum potitus, Corinthi Bacis, in Assyria Orphareus tertius à Nino & trigessimus, in Ægypto Nephhercheres. In Iudæa Afas altero & quadragesimo sui regni anno uita decessit. Iosaphat ex eo natus, regnum à patre per manus accepit, quum haud multum antea Achabus Samariæ regnare cepisset. Is Iezabelem Ionabalis Tyrionum regis filiam duxit uxorem, cuius suauis eo infania processit, ut super uitulorum cultum, quæ à maioribus acceperat, alienos etiam deos complexus, passus sit intra sui regni fines lucos illis & aras cum sacerdotibus constituitis. Qui euit iam templum, quem Sidonij peculiariter colebant. Ad hunc igitur Helias ex Thesbite Galaatidis terræ oppido uenit, à quo est monitus, fore, ut ob præsentem impietatem, fideris ardore, longaque cæli intemperie, toto eius regno fruges cum omnibus animantibus absumerentur. Quibus ille minis quum nihil ab impio instituto abstereret, Propheta Sareptam urbem, haud procul à Sidone contendit, ut quam longissime ab Achabi sceleris

Samaritanis seditio.

Amaris rex.

Ababus.

Capys. Capuæ conditor.

Capys uaticinium.

Achabus rex. Iezabel.

Baal.

Helias.

vidua filius.

Helie fuga.

Helie exitus.

Achab saccum induit.

Adadus Samariam de populo laur.

Achabi cocio.

Iere abesset. Hic cibo à uidua muliere refectus, eius filium haud multo post morbo extinctum ad uitam reuocauit. Mox in grauissima cæli intemperie Helias à rege requisitus, repertusq; in Carmelo monte, Achabo & multis mortalibus uidentibus ad coarguendam alieni ritus stultitiam, boue dei maximi aræ admotâ, sine igni in holocausti specie, totâ cælesti flamma ad tempus delapsa, concremauit. Populus rei miraculo percussus, sacerdotem quos alieni dijs Achabus & uxor sacrarant, trucidauit. Tum uero impiæ Iezabelis ira in Heliam exarsere, cuius imperio ad supplicium requisitus, sese ille è medio proripuit, Bersabeaq; petijt (in Iuditaru finibus ea urbs sita fuit) inde per deuia & ignotos saltus ad Sinam motem solus peruenit, imbi quum aliquandiu profundam speluncam incoluisset, cælesti uoce iulius est in Samariam redire. Ibiq; Hieum Manu filium futurum regem inueneret, & Heliseum Abeli indigenam sibi prophetam subrogaret. Ferunt in eum arantem pallio ab Helia inuictum, confestim ex ignaro & agrestis, diuini spiritus affatum. Ipse uero posteaquam numinis imperium peregit, haud multo deinceps in humanis uersatus, Heliseo uidente in cælum est assumptus. Sed priusquam hæc in eo euenerint cum Achabo rege iterum congressum significare uidetur Iosephus, à quo monitus sit futurum, ut ipse cum tota progenie non multo post graues esset penas expensurus, ob Nabothi cædem, quem Iezabel uxor sub falso crimine populo necandum obiecit, ut eius prædij potiretur. Tali oraculo Achabus consternatus saccum induit, humique miserabili modo affictus, ueniam precari, qui cum aliquandiu in hoc luctu & mœrore fuisset, iterum prophetæ uoce est iustus bene sperare, nec ignorare meritam cædis ultionem ad posterum, non ad se peruenituram. His ille leuatus, haud multo interiecto tempore, difficili est bello ab Adadus Syriæ & Damasci rege petitus. Causam illati belli non reperio, tantum Iosephus scribit legatos ex Syria ad Achabum uenisse, uxorem & omnem regiam suppellectilem sibi dari postulantem, polliciti fore, ut si ea impetrata forent, confestim ex Samariæ finibus Adadus excederet. Premebatur iam dudum Achabus graui obsidione. Ut se igitur & suos presenti bello leuaret, respondit se imperata facturum. Postridie uero quum iisdem legatis affuissent, petentq; sibi potestatem fieri secreta omnia perscrutandi, ut ex fide representarentur omnia quæ dedita essent, commotus impudèntibus postulatibus Achabus, eos ex urbe eiecit, populum ad concionem uocauit, hic quæ insolens hostis per legatos dari petisset, exposuit, & quæ ipse pro suorum incolumitate dare ab initio non abnuisset. Cæterum redijisse ad se eosdem legatos, qui ad hoc missi essent, ut totam regiam ad libitum compilerent, quoniam sita deus uelit, statutum habeat Syrus Samariæ regem, quem improuisis belli terroribus obnoxium sibi fecerit, non uxoribus modo, regiaq; gaza multare, sed nudum etiam statuere. At ne non omnia me pro uestra salute uelle arbitremini, uitam propriam, nedum opes (modo sentiam uos ita uelle) paratus sum pro meorum incolumitate effundere. Ibo ego, ac (si ita uobis cordi est) non regiam solum illi patefaciam, sed nudus in castra egressus crudelissimo hosti iugulum aperiendum dabo, scio & fateor nihil magis regem decere, quam suo sanguine (si sanguine opus sit) populum seruare. Sed uos hic corâ quod in hac re mihi sit agendum dicite, quæso, nam quod ad me attinet, nulla est fortuna tam miserabilis, nulla tam tristis & horrida, quam pro meorum salute non sim ultro libens que subiturus. Commotus tam populari oratione superbis que hostium postulatibus populus, omnia prius sibi cæde exclamat, quam conditiones pacis tam ignominiose acciperet, pergeret modo rex urbem tueri, consideret se futurum, ut uel deus, uel

mortales ipsi aliquem calamitose bello exitum intenerent. Cõueris igitur ab omni pacis studio ad arma, superuenit propheta, uictoria per iuuenes principum portedi demõstrans. Achabus est minacissima hostium denũciatione admonebatur, ne temere pergeret uim pati uelle, quum tam numerofo cingentur exercitu, ut si singuli terre glebulam mœnibus ad moueant, momento temporis uideat murorum fastigia aduersis aggeribus equari, prophetæ tamẽ uocibus suorumque consensu fretus, centum & triginta ex omni iuuentute lectos, ex propinquo iuberet quæ in hostium castris fierent, diligenter explorare, qui speculatum missi fuerant, stationarios milites uino & crapula prostratos, ex improuiso opprimunt, cæteros que cum cæde & tumultu in castra profecti, fecit improuisa res, ut fœda sit fuga confestim inter hostes orta, quod quum Achabus in omnem occasionem interitus animaduertisset, copias quas in hunc usum circa portas instructas habuit, continuo in Syrum sua sponte turbatum, cum clamore & crepitu immittit. Auxit ea res uinum hostium terrorem, fuga que semel inclinata, haud amplius sisti potuit. Syri castris exiit per æqua & iniqua cum multa strage aguntur. Adadus equi permittare seruatus est. Iosephus autor est duos & triginta cum eo principes ad id bellum uenisse, quibus uisus bellum reparare, sub uernum tempus aliquanto maiore rerum apparatu Adadus Samariæ fines ingressus, ad Aphecantem in aperta planitie castra fecit. Achabus & ipse penè inuictum habens exercitum in æquum descendit, metatusque haud procul ab eo castra, etsi uiribus erat inferior, memoria tamen proximi belli, in spe quam maxima esse alicuius futuri successus. Fuit utrinque aliquot dies silentium. Septima demum luce Syrus omnes copias in aciem educit, nec Achabus pugnam detrectauit, nam tum quoque prophetæ hortatione fretus, nihil de uictoria dubitauit. Magnis utrinque animis est concursum, pugnaq; diu anceps fuit, demum Syri multa ui pulsi, atq; in fugam acti, ad centum milia hominum & amplius amiserunt. Ingens uis hominum, quæ media strage remissa, sese trepide in Apheciam iniecerat, haud multo post murorum ruina est oppressa. Adadus fide prius accepta, ad Achabum uictorem uenit, à quo suppliciter ad pedes prostrato adorari se Samaritanus rex non est passus. Cæterum in curram prius sublatum honorifice appellauit, multis que muneribus donatum incolumẽ domum remisit, qua beneficentia Syrus pro uocatus, omnia loca que sui maiores Israëlitis bello ademerant, se Achabo redditurum est pollicitus, & cum his Damascum urbem clarissimam. Atque hunc exitum habuit bellum, quo Syri Israëlitis bis magno apparatu, maioreque tumultu intenderant. Fuit ea uictoria Achabo minus læta, ob ea quæ ex oraculo acceperat. Micheas ad eum propheta uenit, haud dubie affirmans, futurum, ut ab hoste infestissimo, quem ipse sua stulticia seruasset, aliquando interficeretur. Ea uoce uehementer turbatus Achabus, Micheam custo diri iussit, simulque in Samariam futurorum sollicitus, cum uictore exercitu reuersus est. Et is tunc erat circa Samariam rerum status. Iosaphatus interim, & qui sub eo erant, pietate & ocio florebat, destinauerat ille præter cætera iustitiæ documenta, quæ à principio sui regni posuerat, sacerdotes ex Hierosolymis circa urbes, quæ suo parebant imperio, ut patrias populo leges prædicarent, ad earumq; cultum hortarentur, quo pie instituto, mire iustitia & æquitas toto regno creuerat. Huius rei fama moti reges & circuncincti gentes, ultro Iosaphati amicitiam per legatos poscere, multa que & magna undique illi congregabantur munera, sed neque solers diuinorum cura, studiumq; à reliqua administratione regium auerit animum,

Adadus profli gatur.

Adadus bellu reparat.

Syri iteru prælio uincuntur.

Micheas propheta.

Iosaphati co-
pie & opes.

mum. Nullus unquam Hebræorū regum, tot homi-
num milia habuit in armis. Iosephus autor est, no-
uies centum milia bellatorum sub eius signis mili-
tasse, sunt qui duodecies & amplius scribant. Hunc
felicis cursum unum duntaxat factum deforma-
uit. Ioras eius filius Gotholiam Achabi filiam ux-
orem sibi desponderat, eaque affinitate frētus Acha-
bus ex Iosaphato petijt, ut socia secum arma aduer-
sus Adadam Syriæ regem iungeret, habere se in ani-
mo Ramathū urbem in Galaadite terra sitam, quā
maiores sui tenuissent, nec sibi restitutam, ex Ada-
do armis repetere, id Iosaphatus nihil grauatē præ-
stitit, pulchrum sibi & honorificū ratus, hominem
suæ gentis, nouaque affinitate sibi nuper deuinctū,
aduerfus externas gentes armis iuuare. Collatis ita
que castris, placuit priusquam in aciem descendere-
tur (nam & Adadus cū quāmaximis potuit copijs
obuiam processerat) numinis uoluntate sciscitari.
Habebat Achabus prophetarum penes se numero-
sum cœtum, quibus in medium accersitis, quum om-
nes uictoriam portendi affirmarent, nihil eorum
prædictioni Iosaphatus credere, haud quidem igna-
rus, ob prauum sacrorum ritum, uanum esse omne
illorum uaticinium, ab Achabo itaque sciscitatur,
an præter illos, quos circa se frequentes haberet, ef-
fectus aliquis cui ob exploratam diuinationem maior
fides haberi possit. Tum Micheas Achabi iussu è cu-
stodia eductus, de euentu pugnae dicere iussus est. Is
omnia ad priorem diuinationem referens, iterum
cecinit Achabum à Syro interfici oportere, eoque
bello haud dubiè casurū, ac futurum ut canes, quem
admodum Helias antea cecinisset, eius sanguinem
lamberent, tum Sedechias prophetarum unus (is
magna erat apud Achabum existimatione) ad Mi-
cheæ diuinationem eleuandam, & ut regem præsen-
ti metu leuaret. Nemo est, inquit, rex, qui non per-
spiciat intelligat, si rem attēdat, uana esse omnia que
Micheas de tuo exitu confinxit, ait ille te præfenti
bello interiturū, qui si uerus sit uates, iam falsa fue-
rit Helicæ prædicatione, fore, ut tuum cruorem canes
in Mabotheo agro lingerent, ut iustissimi olim uiri
linxissent, quem uxor tua occidendam populo tra-
didit, quod si hic cadendum sit, irrita sunt, quæ de te
propheta summus euentura uaticinatus est, uerum
utri maior habēda sit fides, nemini dubium est. Sed
egomet ipse experiar, si iusseris, quæ huic habenda
sit fides. Constans fama est Hieroboæ dexterā quæ
uim prophetæ intulit, subito contabuisse. Pulsabo,
inquit, Micheam, ac si noxa inde ulla secuta fuerit, sa-
tis tibi & alijs erit exploratum, fidem eius dictis nul-
lo modo defuturam. Hæc ille, simulque regis per-
missu, Micheam palma percussit. Cæterum quum
id impune fecisset, metu Achab⁹ liberatus, in aciem
copiam eduxit, eius pugnae exitus declarauit nu-
minis prouidentia contigisse, ut nulla ex ea iniuria
ultio secuta sit, ne si aliter euenisset, fatali exito mo-
ra fieret. Erant regum animi, etsi præfenti metu le-
uati, haud tamen omnino liberi religione. Quare ita
inter se comparant, ut Iosaphatus stola cæterisque
regijs insignibus in acie staret, Achabus gregarij mi-
litis habitu pugnam ciceret. Dicitur Adadus suis præ-
cipisse, ut tota acie Achabum ad interitum require-
rent, homo omnium ingratisissimus, qui tanto stu-
dio mortē hominis optauerit, à quo tertio ante an-
no uitam dono accepisset. Potuerunt, scio ego, præ-
ter Ramoth causam, media temporis intercapedi-
ne nouæ inter eos offensæ existere, etsi autores, qui-
bus curiæ fuit hæc prodere, non dicant quid in cau-
sa fuerit, quod uterque alterum tam in senfe oderit,
ut hic regnum, ille uitam alterius petierit. Commis-
so igitur prælio, fatalis necessitas Achabum in eum
locum pertraxit, ubi sagitta ab hoste immissa, lætife-
rum accipit uulnus. Traxit tamen aliquandiu fluui-
um, uerum inclinante die, quum absiduo fluui-
o

Iosaphatus A-
chabo auxilia-
tur.

Micheas.

Sedechia faci-
mus.

Achabi casus.

A sanguinis consistere amplius non posset, aliquanto
prius quàm animam efflaret, pugna excessit, dein
prælio in noctem extracto, ubi primum Achabi ca-
sus rumoribus uulgatus est, Israëlita fuga delapsi
in pacatum concesserunt. Regium corpus Samariæ
est sepulchro datum, mortui cruorem (quod mul-
to antea Helias uiderat) circa Isaram Samariæ fon-
tem, ubi Achabi currus est abstersus, lamberunt
canes. Continebatur Isara Nabothi agri finibus.
Iosaphatus ex acie reuulsus, Hierosolymam se tre-
pide recepit, nec longo inde interiecto tempore ab
Hammonitis, qui Moabitas & Arabum auxilia suis
uiribus adiunxerant, bello est petitus. Tres ita gen-
tes Iosaphati regnum hostiliter adortæ, & ad As-
phalidem usq; lacum tumuluofo progressæ, Gad-
dum lacui adiectum, obsidione cingunt. Distat ab
Hierosolymis locus stadijs trecentis, præcipua ibi
palma, opobalsamique, ut Iosephus ait, prouen-
tus. Huiusmodi bellorum minis Iosaphatus terri-
tus, ad diuinam opem homo sacrificulus confugit,
cuius iussu supplicarum est promissæ ab omni se-
xu & ætate. Helisei deinde uoce factus certior, ui-
ctoriam de hoste sine prælio adesse, conscripto ex-
ercitu in Thecuæ desertis confedit, inde prius-
quam ad hostes ueniretur, dira libido illorum ani-
mos cepit in se hostiliter seuiendi, tantaque cædes
secuta, ut ex numerosissimo nuper exercitu, quàm
paucissimi supererunt. Incidit in terram illam
stragem Iosaphatus, collectisque per triduum spo-
lij, hostiumque castris direptis, deo optimo ma-
ximo ob uictoriam clarissimam sine ulla suorum
clade quæsitam gratulatus est, mansit iam inde loco
nomen, ut laudum actionis sit uallis nuncupata.
Fuit inde rerum status circa Hierosolymam pacatis-
simus, binaque Israëlitarum regna ob regum ami-
citiā, pacate inter se agentium, opibus & ocio
floruerunt. Medio itaque tempore Ochozias Acha-
bi filius, qui nihilo patre erga religionem melior
fuit, quum Moabitæ subita defectione annum tri-
butum abnegassent (Iosephus tributi summam ex-
plicat, trecentaque ouium milia ait in tonsā dari
solita) medio belli apparatu graui scalarum lapsu
debilitatus, quum modica spe uitam traheret, A-
charonem misit, qui ex uano quodam eius gen-
tis oraculo sciscitarentur, an ex eo esset languore
conualiturus, ijs qui misi fuerant, Helias factus
est obuius, monuitque impie facere Ochoziam, qui
alienam superstitionem secutus, dæmonum secta-
retur præstigijs, irentque & regi nunciarent futu-
rurum, ut non multo post uitam cum morte com-
mutaret. Hic commotus Ochozias, petijt quis is es-
set, à quo responsum ad se tulissent, nescire se nomē
illi confelsi sunt, cæterū hirsutum corpus, scorteaq;
præcinctum. Sensit tum Ochozias Helia adesse, mi-
sitq; ad eum tribunal cum paucis, qui se uenire ad
se recusasset, uel inuitum traheret. Repertus est pro-
pheta sedens in monte, superbeq; & minaciter ius-
sus ad regis conspectum properare, miraculo acci-
disse aiūt, ut cælesti flamma sit tribunus & qui cum
eo erant continuo absumptus, atque similem cla-
dem expertos, qui secundo deinceps loco à rege ue-
nerant. Postremo mitius appellatus in urbem ueni-
it, hic Ochoziam coram instruit quæ de ipsius interi-
tu cognouerat, ac tum demum ut quidam tradunt,
Helias in humanis esse desijt, nec quo casu ex homi-
nū oculis fuerit sublatu, satis constat. Similis quæ-
dam opinio tenuit de Enochis exitu, qui antiquior
fuit diluuiō mille & amplius annis. Nec Ochozias
multum deinceps superstit, in cuius locum Ioras
frater regem suscepit. Is bellum in Moabitas ob
gentis defectionem ornare adortus, ad Iosaphatum
misit, qui cum rogarent, ut socia secum arma in Mo-
abitas iungeret. Responsum est, fore ut non so-
lum Iosaphatus cum suis auxilijs præsto adesset, sed
Damafce-

Iosaphati in
Hammonitis mi-
raculosa uic-
tia.

Ochozias de-
sus.

Flamma excu-
tur tribunus,
Helicæ iussu.

Ioram.

Tres reges in
Moabitas ten-
dunt.

Moabitarum
clades.

Moabitarum
rex filium pro
hostiam aciat.

Damascenum etiam regem in belli societatem tra-
heret. Cum his igitur copijs, quas in armis habuit,
Ioras Hierosolymam uenit, quo Damascenus rex
cum suo exercitu nō multo antea fuerat accersitus,
hinc tres reges cū tribus regijs exercitibus in hoste
profecti, & ut suus esset occultior accessus, per de-
serta iter intendunt, quibus sanè locis est non nihil
siti laboratum. Cæterum Helisei precibus (dederat
is Helia dum in humanis fuit operam) nullum ma-
ius aquationis incommodum adijt exercitus. Moa-
bitæ quia constans erat fama, tres reges cum suis co-
pijs appropinquare, præmittunt confestim qui mō-
tium angustias insiderent, frangerentque hostium
conatus in ipsius regni finibus. Sed dum hi facebant
imperata, cruentas forte aquas proximo torrente in-
tuiti, deletas hostium copias inrestina seditione rati,
qualem ipsi casum haud multo prius fuerant in
Iudæa experti, id regi nunciandum curant, simul-
que ab eo petunt, ut liceret sibi ad hostium spolia le-
genda contendere. Quam temere nunciata res est,
tam stulte & à rege & ab alijs credita, permixtum
omnibus, ut in prædam discurrebant, tum præsidio
locorumque opportunitate relicta, in composito ag-
mine ad hostem tendunt, anheloque cursu in Israë-
litarum castra incidentes, uelut in insidias prolapsi,
impetum primo inhibēt, inde metu perculsi, fugam
capellunt. Modico itaque negotio fusi sunt, pascim-
que palantium terga caesa. Moabitanos deinde fi-
nes tuperito reges ingressi, uniuersam regionem
ferro & igni populantur, plures adhæc urbes ui-
capte direptæque sunt, & incensæ, quædam etiam ab
imo excisæ. Ad regiam urbem postremo copiarum ad-
motæ, quæ longa obsidione fatigata, quum haud
procul ab eo esset ut ui caperetur, tentauit Moabi-
tanus rex cum quingentis fortibus uiris, per hostiū
stationes erumpere. Cæterum ui hostium in urbem
compulsus desperatione actus filium maximum na-
tū, qui ad regni successionem alebatur, in fastigio
murorum unde ab hoste conspici posset, pro hostia
mactauit. Id spectaculū intuiti reges miseratione
comoti, admonitiq; insuper unius nuper potēssimi
regis exēplo, quàm incerta sit omnis humanarū re-
rum conditio, confestim obsidione soluunt. Credi-
bile est Iosaphatum & alios animaduersa hostis de-
spiratione, satius duxisse mitioribus conditionib⁹ pa-
ce illi reddita bellum componere, quàm labore &
periculo hostem ad mortem cōpellere, sed quoquo
modo pax illi reddita est. Moabitanus hostis, quod
satis constat, haud multo postquam filium intere-
mit leuatus est obsidione. Victores exercitus diuer-
si in suum quisque regnum abierunt: nec ita diu post-
ea Iosaphatus uita decessit, quum iam sexagenarius
esset, sextusq; à Dauide Hierosolymis annos quin-
& uingiti regnum tenuisset, ipsi regis stirpis autori
magnitudine animi, gestarumq; rerum gloria & pie-
rate perquam similis. Ioras natorum maximus, per-
manus ab eo regnum accepit pacatissimum, flore-
bantq; omnia in tota Iudæa ocio & opulētia, quum
Samaritanæ res sua sponte turbare ceperunt gentis
statum. Ioras Achabi filius, qui post patris interitū
Samariæ tenuit regnum, uenatum exiturus ab He-
liseo monitus dicitur, ut capitales caueret insidias,
quæ à Syro homine imminerent. Audiit ille domi-
se tenuit. Adadus rex qui in animo habebat illū ex-
cipere insidias, ubi propostæ cædis consilium ad ir-
ritum cecidisse uidit, in paucos familiares quos eius
consilij participes fecerat seuire uiolentus rex, & iā
quæstioni eos admouerat, quū ex domesticis unus
fremementem admonuit, uideret ne Heliseus prophe-
ta homo futurorum non ignarus, & qui rebus Ioræ
uehementer studeret, regem impendentis periculi
admonuisset. Fecerunt ea uerba apud Adadam fidem
cōtinuūq; ira in unum deflexa, mittit qui Heliseum
Dochai agentem captum ad se perduceret. Equites

A qui ad id misi sunt, caligine illorum oculis offusa,
propheta in Samariam ad Ioram pertraxit, obiectil-
setq; eos rex suis trucidandos, nisi Heliseus inhibuisset,
satis habere se distitans, quod Syrijs se in tutela
numinis esse non ignorarent. Hospitaliter itaq; sua-
si eius habiti ad Adadam incolumes remissi sunt.
At neq; Achabi antea beneficium, neq; tunc Ioræ ho-
spitalitas Syrum pacatiorem reddere potuerunt, sed
tam ingenti armorum apparatu, quàm nunquā an-
tea, Samariam adortus, Ioram intra mœnia compul-
sum graui cepit obsidione fatigare, quæ præter ipse
omnium longius distracta, tantam rerum omnium
in urbe caritatem & inopiam peperit, ut proditum
sit memorie, caput asini octoginta nummis argenteis
ueniisse. Ioras in summa rerum omnium difficultate
nihil adhuc fractus animo, cæterū ueritus ne famæ
ciues adacti, occulta cum hoste sererent colloquia,
ipse circa muros sollicitè stationes obibat, cum mul-
lier quædam procul intuita, flebili uoce appellat, ro-
gatq; suppliciter, ut sui miseretur. Credidit primo
Ioras multis alioqui curis distractus aliquid à se pe-
ti, quo longa inedia solueretur, ob idq; mulierculæ
occurrere, nihil esse in se restatur, quod cuiusq; opi-
tulari possit. Appellat interim illa nihilo seci⁹ regis
fidem. Tum dicendi potestate facta, conuenerat, in-
quit, rex mihi cum uicina, ut quum iam lōga fames
omne dirum nefas suaderet, filium utraq; suum sor-
te interficeremus, ut quod huius afflictæ uitæ adhuc
supereff, nefario diroq; (quoniam meliore nō licet)
traheremus cibo. Occidi ego prior unicum, quæ ha-
bui filium, partitaq; sum ex æquo cum illa corpus,
nunc eo consumpto abnegat perfida mulier se me-
cū tale aliquid pepigisse. Quare te per hæc mala que
patior oro & obrestor, ut pro imperio & potestate
eam compellas, ad hæc que mihi ex pacto debentur
rite persoluenda. Percussit Ioras rei atrocitate ue-
stem sibi confidit præ nimio dolore, inde ira accen-
sus, mittit qui Heliseum obruncarent, quippe qui
securus nimis, extrema suorum mala intueretur,
nec in tam longa obsidione consilio, precibusq;
regem aut ciuitatem iuuisset. Præfensit Heliseus, ut
futurorum gnarus, percussoris aduentum, monet
itaque discipulos, quos circa se habuit, ut in ipso
uestibulo domus regium spiculatorum paululū re-
morentur, certo scire se regem ad se confestim uen-
turum, ut cædem inhiberet, estque uerborum fides
continuo secuta. Tum Ioras multum est coram eo
quæstus, quod res suas in tanto rerū discrimine con-
stitutas, nullo fauore numinis subleuasset. Tum He-
liseus bono, inquit, sis animo, cras quod minime
reris adeo rerum omnium leuabitur anno, ut
duobus ster siclis hordei satum. Hic ex regijs ami-
cis unus, erit id certe, inquit, si tritico & hordeo
pluerit. Erunt hæc, ut dixi, Heliseus ait, sed ea co-
pia nihil ad te. Sequentem igitur nocte, tacita pertur-
batio primū hostium castra inuasit, inde cum tu-
barum clangor, horrendusq; armorum fragor por-
ro redditus, multorū animos percussisset, conster-
nati hostes ad regem concurrunt, nunciant uim ho-
stium ingentem adesse, nimirum ex Ægypto aliun-
de uenoua Ioræ adfint auxilia, quibus fretus, impe-
tum in castra sit facturus. Hæc illi, simulq; ubi terri-
ficus clamor tubarum que concentus appropinqua-
re uisus est, adeo regem & alios turbauit, ut Syri
nocturna occasione usi, relictis castris omnium re-
rum opulētia refertis, trepide in pacatum trans
Iordanem concesserint. Inciderunt leprosi qui-
dam in castra nuper deserta, qui ex gentis institu-
to urbe exclusi, quum nemo ante portas stantes in-
tam arcta iuuaret anno in castra transire consti-
tuerant, ut cibum inde mendicarent, hi cognita ho-
stium fuga, omnia enim silentij & solitudinis plena
occurrunt oculis, ad urbem recurrunt, custodibusq;
præcipiunt, ut continuo regi nuncient, deserta esse
hostium

Heliseus Syros
in Samariam
pertrahit.

Caput asini
lxxx. nummis
uenit.

Mulieres sorte
filios comedunt.

Helisei uaticio-
nium.

Ioras obsidio-
ne leuatur.

hostium statua. Nulla ab initio regi apparuit causa, cur Syrus tam celeri desperatione obidionem solvere debuisset, credere itaq; uulgo, Syrorum eum artem esse, ut si temere ad prædam ex urbe discurret, oppidum subita ui caperent. Placuit igitur nihil in explorato agere, nisi sunt expeditissimi equites iussiq; ad Iordanem usq; fluiuium adequitare, postea uero quam hi tuta omnia renūciarunt, discursum est in castra ad prædam diripiendam. Iumentorum & curruū numerus ingens captus, multū præterea auri & argenti preciosaq; uestis, cæterū nihil æque fuit omnibus gratum ac frumenti copia, quæ supra modum ingens in castris reperta est. Ea res in causa fuit, ut eodem die quo hæc gesta sunt, duo hordei sarta uno siclo uenerint. Habuit satum mensuræ genus, ut Iosephus scribit, modium unum Italicum & dimidium eius. Cum cætera igitur prophetæ uerbis respondissent, hesternus ille caullator, qui temere fuerat in prophetam inuectus, cum ante portam à rego cõstitutus esset, ut multitudinem sedatiore gradu in castra emitteret, ne conferto præcipitiq; agmine minus ualidi, ut solet, eliderentur, plurium simul irruentium ui pressus, uiolenterq; iactatus efflauit animam. Adadus ubi in Damascum uenit, nocturnæ fugæ uaniq; pauoris conscius, in languorem maximum incidit, peperitq; languor, ut asolet, morbum, quo ille implicatus, Azahelē ex aulicis quendam ad Heliēum misit cum muneribus amplissimis, ut senem de ualitudinis exitu cõfuleret. Propheta periturum regem dixit, ac cum his in lachrymas prorupit. Miratus Azahel prophetam stentem causam requisit, tum Heliēus, dubium impulsu numinis an ut diuinationis experientiam daret aliquam, suiq; admiratione hostem in suos pacatiorem haberet, cerno, inquit, te futurum Syriæ regem, miserabilemque cladem nostræ genti allaturum. His Azahel instructus, homo qui iam antea immodicos alebat spiritus, ubi domum uenit regi morbo affectum laqueo extinxit: regnumq; absque ullo maiore certamine occupat. Erat Azahel uir impiger opibusq; & gratia secundum regem longe inter Syros potentissimus, autor itaque fuit plurium templorum suis urbibus, Damasciq; in primis erigendorum, & cum his unum quod Adadus instituerat, quapropter utriusq; diuini sunt postea honores decreti, & ambo pro dijs habiti. Samaritanæ interim res aliquandiu in ocio fuerat, Ioras qui Hierosolymis regnabat (enim uero eodem nomine, uterque suo regno in Iudæa rerum tempore illa potiti sunt) Athaliæ coniugis consuetudine (fuerat hæc Achabi filia, sed plus omnino materna superstitione quam Iudaico ritu imbuta) tantum à paterna pietate diuersus abiit, ut à domesticorum cede regnum auspiciatus, impium alienigenumq; cultum pro eo quem à maioribus acceperat, sit secutus, & quod maioris omnino fuit amicitia, popululum ad malorum demonū cultum ui compulit, quibus demum malis coinquinatus, in uarias incidit clades. Idumei ab eo primum defecere, rege interfecto, qui in fide ipsius erat, secuta & aliarum gentium defectio, nouissime Arabes Palæstinam adorti omnem campestem regionem ferro & igni populati sunt, domo in super directa, uxores & liberi præter Ochoziam natu minimum, qui fuga seruatus est, subito hostium incurfu periire. Ipse ueris profluuiū diu confictatus (quæ omnia ex Heliæ epistola ante cognouerat) anno ex quo regnare cœperat octauo infeliciter cõsumptus est. Eum extinctum, neque regio funere extulit populus, neq; maiorum sepulchro inferri est passus. Ochozias paterni regni gubernaculum accepit, quo Hierosolymis imperante, Capetus in latio Albanum regnum obtinuit, & mox post eum Tyberinus, qui in Albulae fluminis traiectu submersus nomen aquis ad po-

steros dedit. Dionysius autor est prælio circa amnem commisso, regem in flumen precipitatum perijisse, nomenq; aquis dedisse. In Ægypto Spinaces imperabat, Ophraatanos in Assyria, Athenis Mezades, Archelaus Lacedæmone, Corinthi Agefilaus. In altera Iudææ parte Ioras Achabi filius iam antea regnabat. Is post Adadi interitum, hostili metu solutus, ad Ramothum ubi pater letali uulnere acie saucius excefferat, Syris adimendum animum adiecit. Ingenti itaque exercitu cõparato magnis opibus urbem expugnare conatus, dum forte circa muros in caute uersatur, sagitta ex urbe petitus, graue uulnus accepit, ad quod curandum, in Iezælem urbem proximam decersit, Hieo Nansi filio uiro impigro cum imperio in castris relicto. Erat Hieus obidioni cæterisq; rebus ita intentus, tam strenue tempestiueq; imperatorum obibat munus, ut à nullo regis præsentia desideraretur. Sed dum Ioras diligenter curatur, Heliēus unum ex discipulis Ramothium in castra misit, qui Hieū futurum regem inuigeret. Erant tum forte circa Hieum pleriq; ex principibus castrorum, siue officij causa, siue ad aliquid de summa rei consultandum uocati, quum Heliēi nunciū ingressus, secretum ab eo petijt, atq; in proximum conclauē abductum, Hieū caput oleo perfudit, testatur se ab Heliēo missum, ut eum Samariæ regem inuigeret, fore, ut regnū sine ullo maiore motu obtineret, atq; ex Heliē prædicatione omnem Achabi extingueret progeniē, in prophetarum ultione, quos Achabus impie obrucasset: Hæc ille cū dixisset, confestim retro abiit. Hieus ubi se concilio reddidit, rogatus ab ijs qui proxime steterant, qua fiducia homo ille in cuius ore manifesta emineret uecordia, eū à re seria abduxisset. Hieus & quis, & unde esset docuit, inde cunctanter & cum rubore quæ facta essent patefecit, ad quā uocē consensus & gratulatio ingens orta est, quā occasionem Hieus secutus, primum omnium principes commouit, ut milites ad officium hortarentur, simulq; ad Ioram extinguedum ire pergit, neciam procul Iezraele erat, quum agmen aduentare nuntiant ij qui in speculis stabant. Tum Ioras percussus expeditissimum equitem iussit ueniēti agmini occurrere qui ex proximo speculatus amici essent, an hostes, ad se celerrime recurreret, is ab Hieo in occurfu oppressus iussus est agmen sequi, quod procul intuitus speculator, ex edito exclamauit, equitem post cõgressum agmini sese agglomerasse, quod cum in altero quoque, qui post illum est missus euenisset, cõtinuo Ioras cum Ochozia rege Hierosolymorū, qui ibi forte erat in curru sublati, quamquam uulnere adhuc grauate, amēti similibus Hieo occurrit, quem quum procul amice compellasset, nec contra quicquā pacate redderetur, sed ueneficæ impudicæq; foeminae filius appellatus, in se impetum fieri uidit, flexo repente curru, fugam molitus est. In eum abire uolentem, Hieus hastam contorsit, sunt qui sagittam dicant, qua transfixus Ioras curruq; deuolutus in poplitem concidit, animamq; continuo efflauit, eius corpus in Nabothei agrum uolucris & feris est proiectum, ut uera essent quæ Helias post Nabothei cædem, Hiezabelis nequissimæ suasu perpetrata, in Achabo & posteris euentura dixerat Ochozias, & ipse sagitta ab Hieo uulneratus, equi pernitate in Magedonem grauitate affectus, aufragit, ubi inter curandum est ipse quoque extinctus, quum annum nec amplius, octauo à Dauide loco, Hierosolymis regnasset. Accidit igitur ut duo Iudæorum regna uno tempore utrunque suo sint rege spoliata. Post Ioræ cædem Hieus Iezraelem adæquirauit, ubi Hiezabel Ioræ mater erat, hæc morte filij comperta, ex alta turri exclamās, Hieum uenientem conuicio excepit, nequissimum mancipium appellans, nunc perfidum & impiū, qui do-

Ioras uulnertur.

Hieus rex inungitur.

Ioras & Ochozias ab Hieo occiduntur.

Hiezabelis interitus.

Achabi progenies extinguitur.

Sacerdotū Baalidis conuocatio per Hieum.

Sacerdotū Baalidis cædes.

Athalia omnes regie stirpis occidi imperat.

minū & regē uiolare esset ausus. Hieus eunuchis qui cum Hiezabele erant, imperauit, ut eam è turri precipitarent, quam ruentem, humiq; afflictam turma equitum ad id missa, equorū unguis conculcarā, & obrutram penè ad nihilum redegit, ita ut quum Hieū iussu eius corpus ad sepulchrum requireretur, nihil præter manū reperiri potuerit, cætera quæ ex equorum attritu superfuere, canes subito lamiatu cõsumpserūt. Ego, ut in Nabothei agrum abijceret, ab Hieo corpus requisitū crediderim, potius quam ut funere ornaret ullo, nisi in Tyriorum regum gratia, ex qua illi fuit familia, id factum aliquis arbitretur. Septuaginta Achabi filij in Samaria sub pædagogis adhuc erant, hi uno tēpore Hieū iussu necati sunt. Eorumq; capita ante regiam ad spectaculum coaceruata. Inde Hieus pro concione testatus dicitur, eam cædem nulli esse mortalium ascribendam, Achabi impietatem in se suamq; domum, cœli numē irritasse, ad esse ultionem scelerum, quum impij regis, tum eius coniugis scemine terribimā, quam Helias diuino afflatus spiritu, aliquando affuturum dixerat. Nec Hieus adhuc inimico sanguine explerē, omnes Achabi toto regno necessarios expulit, quin & Ochozias fratres (qui quidem Hieo in Samariam tendēti obiter occurrerant) confestim ad supplicium rapi imperarunt. Conuersus inde ad superstitionem tollendam, populo ad concionem uocato edicit, uelle se Baalideo, cuius cultus ab Achabo fuisset inductus, solennes uenerationes reddere, accersendos proinde undiq; sacerdotēs eius religionis peritos, ipsosq; sacri antistites, ut rite celebriq; contentu omnia fierent. Capitalem penam irrogat huic, qui ad dictam diē non affuisset. Multis igitur in Samariam confluentibus, uestem qua facturi essent sacra per pōtificem assignari iussit, uoluit credo eū discrimina à reliqua multitudine discerni, ut percussores sine alterius clade in eos tutius grassarentur, sic quoque ueritus, ne quis prior illis temere mixtus periclitaretur. Nam multi quoque qui in antiquo ritu religionis permenebant, in regū gratiā Baalidis sacerdotibus frequenter miscebatur. Scilicet ergo Hieus Ionadabum uirum insigni pietate, quem eius cõsiliij fecerat participem, an priorum quempiam eo cœtu mixtum arbitraretur, cum negasset ille quæquam adesse, ostitit gentos ex composito armatos in eos aræ admotos misit, quibus imperatum erat, ne unum quidem incolumem abire paterentur, nisi pro ijs, qui seruati essent ipsi suis capitibus uellēt penam luere. A nullo igitur est ferrum reuocatum, atq; unā sacerdotes ministriq; Baalici in suo uestigio obruncati sunt. Templum Baalidis quod erat Samariæ incensum ac dirutum, atq; hoc maxime modo praua religio à Sidonijs accepta, ab Hieo est sublata, cætera multitudo in antiqua religione regis iussu permansit. Sed dum hæc Samariæ geruntur, Athalia Ochozias mater, cæde Ioræ fratris, filij uno penè tempore nūciata, mox grauiore adhuc nuncio de Hiezabelis matris, totiusq; quæ familiæ crudeli interitu certior facta, mulier suanatura ferox facinorosaq; ingenio, tot domesticis cladibus alia super aliam irritata, regnum ui occupat, ac quoscunq; ex Dauidis domo medio est tumultu adeptā, ut omnis familiæ memoria aboleretur, occidi imperat. Ioras Ochozias filius infans, ex regia sublati, in Iosaphatæ amitæ domo furto est delatus, ubi annos septem, quibus Athalia regnum administrat, incredibili pietate est nutritus. Erat Iosaphata Ochozias ex patre foror, nuperratque pontifici Ioiadæ. Is ut regnum puero recuperaret, paucissimis Centurionum, quod d apud se Ioras aleres primo aperuit, inde fide data & accepta, quid in animo haberet edocet, scire se air fato Dauidicæ stirpis Iudæ regnum plures ætates deberi, statutum proinde habere quantum in se sit experiri, an patrum diadema possit puero recuperari, neque confi-

lium, aut uires ad id defuturas, tantum leuitis & cæteris sacrorum ministris qui foris essent sibi conuentis opus esse, qui ut ad certum diem sacrorum prætextu in urbem uenirent, pontificia potestate se euocaturum dixit, ipsi regionatim partiti inter se munus, undiq; sacrum ordinem accerferent. Centuriones multis pollicitationibus onerati, cæterum oedere & ipsi sua sponte præsentem rerum statū, impigree eam nauarunt operam. Assuerunt igitur paucis diebus tribuum principes, & leuitarū plurimi, quibus in templum appellatis, Ioram primo in cõspectum dedit, simulq; demonstrat, quis esset quæ oculis cererent, quōu casu seruatus, quanta præterea cura apud se domi enutritus. Subijt statim puero inspecto omnium animos, Dauidis & aliorum ab eo regum memoria, nec præ nimia pietate lachrymis tēperare potuerunt. Ad breuem igitur hortationem, subitus est fauentium clamor secutus, puerumq; regnare iubentium. Tum pontifex, bene habet, inquit, quādo uobis ita placet euenire, ite & per partes omnes tēpli aditus præsidio tenere. Ipse puerum diadematum regio solio colloca, patrefactoq; regū armamentario, priusquā ullus oriret tumultus, suos armis instruit. Athalia trepidissimis nuncijs domo excita, cum ea armorū manu stipata, quam forte ad manus habuit, templum inuadit, ubi puerum diademate insignitū intuita, uestes sibi præ nimio dolore conscidit, inde per medium præsidium furibunda uadēs, templum irrupit, qui pro portis stabant, ex composito facile cesserunt, inde mucronibus in eos cõuersis, qui post illam irrumpebant, haud magno certamine à suis exclusam protinus ferro obnoxiam habuere, tum pontifex mandat suis eam uiolenter arripi, atque in Cedronis ualle abductam, ne templum cæde uiolaretur, iugulari. Ex sacro igitur abtracta, ad portam quæ mularum dicta est, ferro ista corruit. Athaliaq; in hunc modum extinguitur. Ioiadas populū ad cõcionem uocat, hic à Dauidicæ gentis in omne Iudæicum nomen meritis exorsus, sanctitatem familiæ, promissumq; diuino oraculo nepotibus regnū memorat, in Athaliam inde est inuectus, quæ crudeliter regnum adeptā, multo crudelius exercuisset, iure cælā pronunciat, uerum legitimumq; ait populo regem restitutum, eum omnes intueri oportere, eum seruare, quem diuina prouidentia magis q̄ humanum ullum seruasset consilium. Sacramento multitudinem adigit, ne quæquam alium uiuo puero in urbe regnare pateretur, nec ab ullo eum uiolari, sed pro unius salute & incolumitate, omnes labores & pericula adiret. Adiectum etiam, ne leges ullæ præter eas quas Moses tulisset deinceps obseruarent. Ita ille cum populo egit, inde Baalis phanum, quod Ioras Athaliæ suasu Hierosolymis erigi passus fuerat, à summo ad imum est dirutum, Mathanque loci sacerdos interfectus. Erat tum Ioras cum regnum adeptus est annorum septem, mansit tamen illi regnum incolume ad puberem ætatem accuratissima Ioiadæ tutela, quo uiuo cultus quoque religionis præter cætera regi iam adulto fuit curæ. Nec Hieus interim res Samariæ multum pacatas habuit, Syri Azahelæ duce, qui lare in eam gentem per id tempus imperabat, omnem trans Iordanem regionem ferro & igni fœde uastauere. Nec eam iniuriam Hieus est ultus, sed regni opibus per hæc turpi-ter afflictis Iocha filio superstitite, anno sexto ac uigesimo, ex quo regnare cœperat, e uita migravit. Hierosolymis Ioras ubi per ætatem regimen cepit, à pietatissimo opere administrationem auspiciatus est, Salomonis templo magnifico sumptu reparato, quod Athalia & filius magna ex parte labefactauerant. Nec ita multo post templi instaurationem, Ioiadas iam æuo consumptus ex humanis decersit, qui Israëlitarum unus post Moysen centum & triginta uixit annos. Post Ioiadæ mortem, tū demum

Ioras in regnū gentile restituitur.

Athalia cædes. Ioiada uerba ad populum.

Baalidis templū dirutum.

Ioras

Satum mensuræ genus.

Heliēus Adadum moriturū nuntiat.

Azabel Adadi interemit.

Ioras præuariatio.

Arabes Palæstinam populat.

Ioras interitus.

Tyberini interitus.

Ioas quasi freno & uinculis solutus, in ea uicia erupit, quæ ad id tempus male dissimulauerat, alienas sacrorum cærimonias cū principibus ciuitatis amplexus, prioris uitæ, pioque instituto longe diuersus abijt, prophetisq; in diram superstitione, impiūq; cultum reclamantibus, id scelus neq; regi, neq; ceteræ multitudini fore impunitum, quo monitu non modo nō nefario ille abstinuit cultu, sed Zachariam etiam Ioadæ filium uirum iustissimum, in templo obtruncari iussit, ne lento deinceps gradu diuina affuit ultio. Azahel Iudæ fines ingressus Gertheū agrum fœde populatus est, eratq; ad Hierosolymam castra moturus, quum Ioas sacris thesauris, regiaq; gaza exutus, pacem ignominiose petitam uix magno auri pondere sibi à Syro redemit, nec ita multo post quum in grauisimum incidisset morbum, longa ægritudine confictus, eorum infidijs qui Zachariæ mortem iniquo animo tulerant, anno sui regni septimo & quadragesimo periit. Nec eo extincto res Samariæ pacatiores fuere, qui multo magis accisæ sunt, maioribusque cladibus immerisæ, Syrus perpetuus gentis hostis plures urbes Ioachani qui Hiei fuit filius primo ademit, inde eius copias uictas occidit, apparebatque omnia breui in hostium potestatem concessura, quum pax Ioachani est reddita. Aurō ne bellum soluerit Ioachan, ut Ioas prius fecerat, an tributum pendere sit pollicitus; parum liquido traditur, illud satis constat, quiete ab externis armis impetrata, breui res Samariæ in pristinam felicitatem restitui contigisse, quibus pace & fortunis florentibus Ioachan humanæ necessitati concessit, quum annos septemdecim rerum potitus esset. Qua sane tempestate Diogenes Athenis regnum obtinuit: Eudemas Corinthi, Acrazapes trigessimus quintus à Nino in Assyria, Sesonchoris in Ægypto, Albæ in Latio Agrippa, & qui interim ei successit Syluius Romulus, qui unum decimus fuit ab Ascanio, hunc quidam Remulus uocant in quibus est Eusebius. Dionysius Alladiū scribit, quem tyrānicū ait fuisse ingenio, & cum dijs inimicitias exercuisse, quippe qui in deorum contempnū fulgura & tonitrua imitaretur, quibus terroribus in sui admirationem uerteret hominum mentes, coliq; ut deus postulare, sed ueris fulminibus, in brique cœlesti, ac proximi lacus inūdatione, qui fuit penes illius regiam, cum tota domo periit, qua parte pellucente lacu quum undę paululum subsidunt, in imo uado locorum accollæ ædificiorum uestigia se spectare opinatur. Astipulatur ueruste famę Liuius, qui eum fulmine consumptum tradidit. In hæc tempora Eusebius Lycurgum asidit. Timæus duos prodidit apud Spartiatis Lycurgos diuerso tēpore claruisse, quāquam duorum res gestæ ad unū ob nominis celebritatē referatur. Quod fruera sunt quæ Timæus tradidit, uter hac tempestate fuerit in dubium uenire potest: nam q, ad legum latorem atinet parum omnino cōstat, qua potissimum ætate fuerit. Quidam & in his Aristoteles Iphiti eum temporibus fuisse memorat, Olympicasq; cū eo ferias celebrasse. Eratothenes & Apollodoros antiquiorum prima Olympiade arbitrati sunt. Plutarchus nonnullos credidisse ait uisum ab eo Homerū, quem his quoq; claruisse temporibus prodiderunt quidā. Ipla temporum ratio in qua Eratotheni & Apollodoro pene conuenit cum Eusebio, effecit ut credam eum qui tum Spartiatarum ciuitatem legibus excoluit, reponendum esse in hæc tēpora, de quo ob Laconicā instituta legesq; memoratissimas haud absurdum sit paululum in eius rebus immorari, nec breuitatis interim oblici in eo omnia cōfectabimur, historiam enim non uitam scribimus. Eo tamen libentius singula perstringam, quo magis uarie, quæ ad ipsius peregrinationem attinet, obitum, legū latorem, ciuilesq; institutiones, tradita reperio. Satis cō-

Zachariae mors.

Ioas interficitur.

Ioachan pacē redemit.

Qua Lycurgus ætate fuerit.

stat regnum à Polydeste fratre relictum aliquādiu p rege administrasse, mox ubi factus est certior uerum gestare defuncti fratris uxorem, pueri, si puer forte naceretur, tutorem dūtaxat egit, ei qui postea natus est, Charilao nomen fuit. Sed maior omnino erat Lycurgo autoritas quā tutoris esse soleat, quæ quo maior uidebat, eo grauior inuidia est illi à Leonida pueri auunculo, & alijs matris necessarijs orta, illum sedulo ad populum criminantibus, uelut pupillaris tutelæ prætextu ambitiose querebat, ut fratris filio quoquo modo expuncto regnum occuparet. Ea res causam illi præbuit diutius peregrinandi, ut tandiu ab esset quoad puer ad eam peruenisset ætatem, qua per se hereditarium regis nomen tueri posset. Igitur in Cretam primo nauigauit, ubi satis constat cum ciuitatū principibus congressum, multa ex his didicisse, quæ in Laconicis institutis retulit. Ex Creta in Asiam traiecit, hic cum forte Homerū poëmata legisset, haud quidē pauca ex ea lectione hausit, ad ciuilem usum perinentia. In Ægyptū inde transijt. Aristocrates Spartiatis in Indiam quoq; eum peruenisse ait, & cum Gymnosophistis locuti, Lybiāq; & Hiberiam ab eo peragratam. Eratque iam in magno apud suos ciues desiderio, nam præter nomen regium nihil erat in Charilao quod utile esset ciuitati, contra in Lycurgo imperatorum ingenium & industria ad gratiam comparata. Reuerfus itaque ciuitatis formam legibus ornare est adortus, ac priusquam tantū sit opus aggressus Delphos ad oraculum concessit, ubi à Pythia dijs charitus, & deus potius quā homo iudicatus, accepto oraculo in quo erat: Annuere ijs, quæ parentur, & ut optima deum ipsum probare, domū reuerfus cum paucis amicorum primo, inde cū optimatibus quæ in animo haberet secreto communicat. Annuentibus cunctis, ne quis alio qui rei saluberrimæ se infestius obijceret xxx. conspirationis principes armati ex improuiso in forum processere. Attulit noua illa armorum species stuporem ciuitati, eorum omnium quæ parentur adhuc ignaræ, & Charilau quoque in se ea moueri ratus, in æriam trepide confugit: sed ubi quorsum illa tenderent certior est factus, ut populari mitiq; erat ingenio in publicum processit, ultroq; suscepti operis se socium Lycurgo & alijs obtulit. Primum igitur omnium seniores constituti qui de republica cum regibus, qui duo sunt numero creati, consultarent, is ordo uelut arbiter fuit, inter regiam potestatem & uim multitudinis, ne aut hæc contumacia sæuieret, aut imperio illi, octo & uiginti seniores (tot enim Aristoteles fuisse scripsit) duobus regibus asidebant, ne nimium Democratia inualesceret prouidentes, & rursus ne qui regnum tenerent, tyrannicum quippiam molirentur, quæ hic ordo decreuisset, cætera multitudo ut sciret necesse erat. Addita deinceps post multos annos Ephorum potestas, huic paucorū administrationi, quæ Græco uerbo oligarchia dicitur, posteaquā nimis uisā est ferocessere, estq; quasi frenum concilio illi interiectum, accidit id ceterisimo à Lycurgi interitu anno, quum Theopompus regnaret, cui post primum Ephorum creatum, quum ei ab uxore exprobraretur, fore ut filijs humilior esset regnum relicturus, quā à patre ipse accepisset, imo maius, inquit, atque eo melius quo diuturnius. Alterum ab oligarchia institutum, agrorum diuisio, persuasit illi multitudini, ut solum omne Laconicum in medio positum æquis in singulos portionibus diuideretur, oportere ratus ciuem ciui ingenio & uirtute, non luxu & diuitijs præstare. Abijt igitur uniuersa terra in sortium nouem & triginta milia. In nouem milia urbanus ager, paganicus & municipalis in triplo & amplius maiorem numerum, portio quælibet ea fuit, quæ uiro frumenti medimnos lxx. fœminæ xij. annuos ferret. Quo

Lycurgi successus.

Charilau.

Lycurgi consiliū in ciuitate.

Ephori, id est, tribuni apud Lacedæmonios.

Quo contigit, ut Lycurgus aliquo interiecto tempore peregrè forte reuerfus, in Laconico agro demessas segetes æqualibus aceruis intuitus, subrisisse dicitur, atq; ad comites conuersus dixisse, uidetisne, quā multorū fratrum Laconicus, uideatur ager? Habuit à principio in animo & res mobiles diuidere, sed inuidiam ueritus quæ inde imminebat (plures enim uidebantur id ægrè laturo) omnem auri argentiq; usum è medio sustulit, ferreumq; nummum induxit, percussitq; decussem, quæ iussit minimi ualere, ac tum demum omnis furandi occasio sublata est. Ignitum ferrum ex quo nummum percussit, aceto extinxit, ut ad rem nullam amplius ob mollitiem utile redderetur. Omnes ad hoc artes ut inutiles urbe eiecit, quāquā artifices ipsi sublato auri usu sua sponte inde demigrarunt, quum ferrei nummi apud alios in usu non essent. Mox uero ut omnem ex ciuitate tolleretur luxum, publica conuiuia instituit, ut diuites promiscuè & inopes uni adhiberentur conuiuio, unisq; uelcerentur epulis. At ne lautorum quicquam cœnatus in publicum ueniret, qui minus cupide & hilariter uelceretur, ut parum frugi à proxime accumbentibus obiurgabatur, quo planè instituto omnis uetus è medio luxuria sublata est. Exarserunt ex ea re potentiorum iræ, impetuq; in eum facto, alter est illi oculus baculo excussus. Lycurgus iniuriam publicè quæstus. Alcander qui uim intulerat, ad supplicium est ei deditus, quem tantum abfuit, ut aliquo incommodo affecerit, ut penes se etiam familiariter habuerit, reddideritque eo contubernio ex fluxo & molli, frugi & moderatum. Optiletis Mineruæ templum in illius cladis monumentum ab eo erectum fama est, quoniam Dōres optilon oculum dicerent. Dioscorides qui Laconicam rempublicam scripsit, Lycurgum baculo percussum memoriæ prodidit, cæterū ob eam rem lumine prope modum periclitatum, atq; id Mineruæ phanum recuperatæ lucis non amissæ monumentum ad posteros fuisse, cautum tamen ne Spartiatæ cum baculo amplius ad conuiuium intrarent. Is conuiuandi ritus uidetur mihi à Cretensibus sumptus, qui eiusmodi conuiuia à uiris phratrias dixerunt, Lacones ipsi philias haud dubio publicæ amicitie & humanitatis argumento, uel quod quasi phiditias dicerent, quod ita conuiuia ad Pheidon, id est parsimonie assuescerent. Qui sacrificij aut uenationis causa conuiuio non occurrissent, ijs domi cœnare permittebatur, cætera multitudo aderat. Proditum memorie est, Agim regem Atheniensibus uictis in urbem reuersum quum domi apud uxorem cœnaret, mississe qui portionem suam ex publico peterent, nihilq; fuisse ab eo impetratum, Ephoris dari prohibentibus. Qua ille contumelia instans, quia nihil ex hostiarum carnibus, ut moris fuit in publicum mississet, ab eodem magistratu publicè multatus est. Frequentabant pueri id conuiuium uelut temperantiæ omnisq; ciuilis disciplinæ Gymnasium. Assuescere ibi urbanis fermonibus iocariq; comiter dicebant, ac sine scurrilitate cauillari. Nullas Lycurgus leges scripto tulit totum ciuilis institutionis munus in ciuilem disciplinam reiecit. Fuit igitur Rhetarum siue sanctorum hæc una. Ne scriptis uterentur legibus. Altera ne domorum culmina præterquam securi, ostiaque serra fabrefacta haberent. Tertio sanctum loco, ne idem hostis sæpius bello peteretur, ne crebro reluctando bellicosi fierent, sanctiones ipsas Rhetas, quasi deorum decreta oraculaque appellauit. Fuitque id peculiare eorum qui leges ciuitatibus populisue ferrent, ut eas latas ad aliquod nomen referrent, uti sanctiores haberentur, sic Lycurgus ad Apollinem retulit, sic Draco & Solon ad Mineram, qui leges Atheniensibus tulere. Minos multo illis antiquior in Creta ad Iouem. Trismegistus in Ægypto ad Mercurium. Zoaster in Baetris ad

Ferrens nummus.

Publicus conuiuius.

Optiletis Mineruæ templū.

Phratriæ. Philias.

Legū capita.

Legumlatorum mos.

A Oromasin. Charondas Carthagini ad Saturnum. Zamoixis in Scythia ad Vestam. Numa Pompilius Romæ ad Egeriam. In Mose, nefas sit & impiū à fictum credere cuius legibus coram est nomen ascriptum. In re uxoria haud tam pudicitie quā procreationi ob asiduum militiam est consultum, eo usque uxoribus est indulgendum, ut eas uiri heras appellarent, unde adagium illud ortum, ut Laconica mulier (Gorgonem fuisse ferunt Leonidis uxorem) quæ probro à muliere quadam lacelsita, quæ dixerit ex omnibus mulieribus duntaxat Laconicas uiris imperare, ita occurrisset, ut dicerent meritiò id fieri quando fœminarum solæ uiros parerent. Virgines cursu, palæstra, disco, iaculo, exercebantur, ut ocio & muliebribus delicijs sublatis robustiores ad tolerandos partus fierent, nudæ ut pueri in aperto uersari, saltare, & cantare in sacris, quibusdam præsentibus spectantibusque iuuenibus: nudatio illa nihil turpe habuit, aderat nanque uerecundia, petulantia omnis aberat, hinc illa indoles tempestiua que in Laconicis fœminis ad omnia promptitudo, cuius modo exemplum retuli. Qui cœlebs uixisset gymnicijs spectaculis arcebat, nudique hyeme forum circuibant, ne ut cæteri senes in honore apud iuuenes essent, nubebant uirgines raptæ, maturæ tamen uiro. Paranympa in cubiculum abducta, capillos ad cutem refecabat, sponsus inde ad eam ingressus cingulum soluebat, noctu tantum cum ea congregiebatur, nec prius sponsam aspicebat inter diu quam ex illa factus esset pater, filiorum & sobolis societas dignis hominibus permilla. Licebat seniorum cuique honestum ex iuuentute ac probum aliquem ad uxorem procreationis causa ducere, atque ubi eam alieno semine impleisset, suum quod nā sceretur efficere, neque probro dari si quis huic qui fœcundam pudicamque haberet uxorem, fœdare esset ausus, ut cum ea libi congregi liceret, ceu bono fertilique solo operaturus liberorum causa. Ridebant adhæc quarundam gentium stultitiam, quod canes & equas nunc precio, nunc gratia optimis eius generibus animalibus supponeret, uxores præsidio custodirent, ex illis soli ipsi siue amentes essent, siue ægri infirmi que generare uellent. Ius alendi partus nullum parentibus, natus infans in publicum deferebatur ad locum quem Leschem dixere, ubi magno natu uiri, pueri formā intuiti si probassent, ex nouem milibus sortium unam illi curabant ascribi, infirmum & deformem ad Apothecas locū haud longe à Taygeto præcipitem ac præruptum exponendum dabant, utpote reipublicæ inutilem. Mulieres uino non aqua pueros abluabant, quo liquore admoto constat resolui corpora debilitari que, si qua sint comitiali morbo obnoxia. Nulla lotis fomenta adhiberi, nulla teneris crepundia, solitudinibus tenebrisque assuescere. Ob idque externarum gentium quidam Laconicas nutrices liberis alendis adhibuerunt. Pueri à septimo anno in equalium cœtu exerceri, literasq; pro necessitate addiscebāt, reliqua disciplina toleratu percipiebatur, ad cutem pueri tondebantur, nudis calcibus ambulare, duodecimo anno tunicam unam patrio instituto fortiori, neque balneas neque unguenta scire, thoris ex arundine constructis quietem capiebant hyeme eos quos Lycophones dixerunt thoris immiscere. Iren qui cæru præerat (is creabatur qui anno uno aut altero cæteros anteibat) grandiores lignari imperabat, minores onera furto quærere. Maiorum conuiuia ingredi, inde etiā aliquid furari: Qui deprehensi erant in furto flagris admouebantur, non quia nefas esset furari, sed quod parum prudenter & ingeniose esset id ab eo factum. Iren quosdam canere iubebat, alios argutas quæstiones proponere, breue esse oportebat subitumq; responsum, quod si quis negligentius fecisset, huius pollex ab Irene acrius

Laconicæ mulieres.

Laconicæ uirgines.

Laconum nutrimenta.

Laconum pueri.

Iren Laconū.

mordebat. Instituebantur adhuc graui uti oratio ne, sed que iucunditate non careret, lententisq; bre ui sermone complexis. Satis quidem constat Lycu rum ipsum presso peracuroq; usum dicendi genere. Exrant nunc quoque ipsius apophthegmata quaedam, sed totius gentis multo plura à Plutarcho & alijs literarum monumentis inserta, ita ut res in pro uerbium abierit, facilius philosophari homines pos se quam Laconicum sermonem imitari. Operæpre cium est cognoscere quale ab initio studium fuerit omnium ætatum, quanta ad uirtutem contentio, at que æmulatio. In tris distincta erat choros omnis ætas. Tum in solennibus sacris seniorum cœtus ca nere exorsus, suimus olim robusti & iuuenes, cano ra uoce pronuntiabant. Tum adultæ ætatis eum ex cipientes, nos quidē iuuenes sumus & fortes respon debant, idq; si libet, experiamini. Ad ea puerilis cho rus, tam boni erimus & meliores. Plutarchus autor est, ad sua usq; tempora perdurasse laconicos quo sdam modulos, quibus illi ad tibiam in hostem icuri uti consueverunt, quorum uim si quis diligentius at tendisset, haud absurdè Terpantrum & Pindarum fortitudinem cum musica iunxisse fuerit iudicatu rus. Spartiarum rex pugnam inicitur musis sacrifi care solitus dicitur. Thucydides Laconici huius in stituti est autor, qui tibiarū modulū in prælijs ad os scriptum reliquit: negat tamen id aliquo religionis ritu reuē diuinæ causā fieri solitum, neque ut uibra rentur animi excitarentur ad pugnam, quod cor nua & litui apud Romanos ad pugnam, sed ut æqua li modulatoq; sensim gressu conuenientes pugnam capesseret, nec suos ordines distrahi sinerent, cui Thucydides opinioni accedit Plutarchus homo & ipse in historia grauisim⁹. Extrat Laconici uatis car men, quo apparet non tibia solum Spartiatis in pro cinctu uos, sed citharæ etiam concentu, qui mos & ipse à Cretensib. sumptus uideri potest, quod in cre ticarum rerū relatione alio est à nobis loco demon stratum. Herodotus Halyattem scribit Lydorū re gem fistulatores & fidicinas, & quod penē indignū sit relatu, cōuiuorum etiam delicias in acie habuiss e, eo bello quod Milesijs intulit. Romani præter cor nuum & lituorum concentum, ardentissimo mili tum clamore bellum capessabant, quod longè diuer sum ab eo est qd̄ Homerus de Achæis scripsit, quos tacitos fecit spirantesq; robur in pugnam procede re. Galli cum tripudio, ut Polybius scripsit, quos ta citos fecit spirantesq; robur in pugnam procedere. Galli cum ululatu prælium ineunt. Ex qua rituum uarietate potest intelligi, ceteras gentes nō id quod Spartanos in bellico concentu esse secutos. Capil los præterea à pubertate ex instituto alebant memo rabili legumlatoris dicto, comatibus capitibus mul to pulchriora fieri humana corpora. Quæ si sint alio qui deformia capillo haud dubiè ferocefcant. Præ lium inicitur rex capram immolabat. Domi mili tiæque certa uiuendi lege sunt usi, bellicaq; exercita tione, patriæ non sibi natos arbitantes, nullas quæ stuosas tractabant artes, bellicæ tantum exercitatio nis studio teneri, solennibus epulis reliquum daba tur tempus, eoq; per hæc uentum est, quemadmo dum Plutarchus præclare scribit, Spartani neq; uel lent, neque si uellent scirent amplius priuatim ui uere, essentque ex omni parte patriæ dediti, quod uel unius uox declarauit optimè (Parideres is di ctus) qui quum in trecentorum numerum suffragio non reciperetur, hilari fronte domum repetens di xisse fertur, gaudere se plurimum, quod trecentos ui ros patria haberet, qui publico iudicio se meliores essent. Suffragandi ratio ut cætera ab alijs gentibus diuersa, pauci ad hoc ipsum defecti conclave comi tio propinquum subibant, unde ipsi neque quempiam uiderent, neque ab ullo uiderentur, tum uero ut primo alteroq; loco competitorum nomina for

Laconicus sermo.

Laconum cho ri tres.

De cantu & modulatio ne laconica.

Pugna excita menta.

Diuersa Laco num instituta.

Suffragia La conum.

rito educta essent, quantus uocum assensus ad singu la nomina ortus esset, diligenter attendebat, ac quo to quisq; clamor loco maior minorue esset ad ipso rum aures redditus, tabella pernotare, ex qua in pu blicum missa percipiebatur, cui competitorum plu res essent uoces suffragate. Primus ad hæc Lycu rus omni uerificatione subblata permisit cadauera in urbe sepeliri, tum etiam circa templa sortiri mo numenta, nec uiri aut femina nomen licebat cui quam sepulchro inscribere, nisi eorum qui fortiter in bello perisissent, lugedi tempus undecim erat die bus finitum. Nec ciuibus peregrinari permissum, ne alienos mores urbi importaret. Quin & peregrè ed delati, nisi qui rei publicæ utiles essent, urbe exclude bantur. Thucydides est autor, ne quid Laconicæ di sciplinæ peregrinæ gentes inbibent, quod satis in humanè haud immeritò aliquis dixerit. Plutarchus quod propius uero est, ne mutuo congressu noui ser mones in urbe orirentur, & ex his noua iudicia, dif sonæque uoluntates, quæ sunt publicæ perniciosissi mæ. Et hæc in Laconica ciuitate instituenda Ly curgus, qui secundum hæc Lacedæmonē professu rus, uelut Delphos petiturus ut oraculum perciscere tur, an ritè illa apud Spartiatis à se edita censeret nu men, satisue ad ciuitatis felicitatem pertinentia, om nem cum regibus multitudinem iuramento ad egit, ne quid ante suum reditum, exijs quæ ad id tem pus sanxisset, mutari paterentur, mox filium & ne cessarios complexus, quum Delphis rem diuinā fecisset, ne iusiurandum ciuitati remitteret Cyrrhæ si bi mortem conscuit. Timæus & Aristoxenus eum in Creta insula defunctum prodiderunt.

Licurgus tu.

ENNEADIS II. LI BER II.



Mbitiose nimis ne impiè dicā fecis se uideri poteram, si dum omnium gentium illustriumq; uirorum gesta colligo tradoq; monumentis litera rum, ea quæ Deus optimus maxi mus, ad cui⁹ prouidentia omnia me ritò referuntur, per uiros pietate insignes operat⁹ est miracula, quia talium rationem humana infirmitas non capiat, fiantq; ob id multis qui sapientiores uide ri uolunt parum probabilia, dissimulem, quasi ue ro illa digniora sint relatu, quæ Herodotus, Lilius, Dionysius & ceteri rerū scriptores olim secuti sunt portenta, quum haud dubiè malorum dæmonum illæ insidiæ essent, quàm hæc quæ ab summo & sin gulari Deo profecta intelliguntur, quem humani ge neris consensus tam uerè quàm piè pollentem opti mum maximumq; confiteatur. Nec me magis Poly bij qui hæc in historia non probat, quàm multorum qui idem factitarunt, mouet autoritas, quanquam huc ipsum meritò rideas, qui suæ ipsius cesuræ obli tus, aut certè historiæ necessitate ductus, in dæmo nica illa suorum temporum uanitate delirijque sic insigniter occupatus. Sed quid hoc attinet præfari, quum ex scriptorib. haud infimi ordinis extiterint, qui de huiusmodi rebus in parte operis unum atque alterū caput inscripserint. Sequar itaq; & ipse meū institutum, prophetarum diuinationes manifesta q; Dei opera, in Iosephi historia, & in sacris libris tradi ta per partes relaturus, quale prædictionis genus in Heliseo extitisse memorat, qui quum iam senio con sectus esset, morboque grauatus, ut non multo post uita migraturus putaretur, Ioas qui Samariæ regnū à Ioachane patre acceperat, ad eum ingressus, quum suam regniq; sui fortunam familiariter quereretur, quod Helisei rurclam sibi fatali necessitate ademp tum iri cerneret, ubertimque interim fletet, eum flentem propheta paucis consolatus, primò huma næ legi

Polybij etc lumnia.

Helisei di uinatio.

Helisei mors.

Mortui su scitatio.

Amasias ad bel lum proficisci tur.

Samaritani Iu deos infestati.

De Carduo et Cedro.

na legi nec fas esse, nec posse iri obuiam ostendit, na tum se ea conditione, ut quandoque e uita egredere tur: inde præcipit ibi coram ab eo arcum inten di, ac se spectante sagittas emitti, mirantibus cæteris quorum illius iussa tenderent, post tertium iac tum Ioas destitit, tum quiescenti regi Heliseus, si se pius, inquit, arcum teredisses, omne Syrium nomen per te deleri potuit: nunc sic habeto, breui fore, ut ex ea gente sis sagittarum, quas misisti, numero ui storias equaturus, recipiesq; ab hoste ter uicto quic quid ille tuo olim patri bello ademisti. Hæc ille. Nec ita multo post uita decessit. Ioas defunctum hono rificentissimè extulit, & illud haud relatu indignū, quod in eius sepulchro euenisse proditum est: ho mo quidam à latronibus interfectus temereque ut scelus lateret, in eius diectus tumulum, sepulti cor poris contactu, continuo est ad uitā reuocatus. Ioas in spem certæ uictoriæ erectus, Syrium bellum iam inde ab Helisei morte animo meditatus, cognito A zahelis regis exitu filium eius subita ui adortus, tri plici prælio uicit, uictum que intra Syriæ fines conie cit, ex eoque ter uicto quicquid ex Samariæ regno Azahel occuparat, per ocium recepit. Amasias qui Ioa patre defuncto Hierosolymis regnauit (sic e nim accidit ut duo eodem nomine reges utrobique in Iudæa rerum uno tempore potiri essent) à pater næ cædis ultione regnum auspicatus, omnes con spirationis olim in eum iniatæ, ad penam requisitos capituli supplicio affecit, horum liberos incolumes præstitit, Mosaicæ legis haud immemor, qua diser te cautum erat, ne patris scelera filius lueret. Accura tissimum inde habuit delectum, trecentis que homi num milibus ad bellum, conscriptis, & ut præsens armorum apparatus terribilior esset hosti, centum milia ex Samaritano regno stipendio conduxit, etsi postea eorum opera Amasias non est uultus, stipendio illis remisso, propheta, qui regi aderat, admonente, ut ab impio Samaritanorum commercio & societa te suos abstineret. Externis igitur auxilijs repudiatis, cum domestico exercitu in Moabitas Idumæos & Gabaonitas mouit, ingressusque hostium fines, cum his acie conflixit, cruentumque prælio uicit, ex uictis decem milia cecidere, totidem ferme capta. Inde latè per hosticum effusus, ingentem prædam adeptus, ad Petram in Arabia castra fecit, & iam in aperto uictoriæ cursu erat Amasias, quum stipendia riæ Samaritanorum copiæ graui se ignominia affe ctas ratæ, quod uelut parum idonei milites ac per hoc indigni qui Iuditarum in castris militarent, dimissi essent, in Amasiani regni fines præsidio nuda tos, facto impetu cæde & rapinis usque Bethoron omnia turbauerunt. Nec uictoria Amasias feliciter ces sit, qui præsentis rerum successu elatus ad patris inge nium, & mores recurrit, captiuos deos quos ex Ma lachitana uictoria reportarat, religiose est comple xus. Reclamare in eum propheta ac præteri impieta rem dementia quoq; factum redarguere, quod eos deos coleret qui neque cultores suos neque seipfos tueri potuissent, iniquo ille animo eiusmodi uoces ferre, perflare tamen in suscepta uanitate. Affuit ita que ut sæpe aliàs sceleris ultio, ad quam acceleran dam, ipse sibi uiam inuenit, Amalechitana uictoria elatus ad Ioam Samariæ regem scribit, esse sibi in a nimo omne Iudaicum nomen, quod maiorum culpa in duo regna abijisset, in unum corpus ut antea, unire uelle: itaque & iubere, ut cum ipsis tribubus antiquo sese imperio subijceret. Quod si minus impigre iussa faceret, sciret se non multo post utrius que regni uindictam assuturum. Cæterum tantum abfuit, ut minacissima Amasias denunciatio Ioam aliquo modo mouerit, ut per literas regem ipsum suæ infirmitatis admonendum duxerit. Libanitani Cardui fabula tempestiue literis inserta, qui suæ hu

mililitatis immemor cum Cedro affinitatem iunge re esset ausus, cui dum sedulo studeret, subito qua drupedis impet⁹ sit proculcatus. Instruxit ille nihilo fecius bellū quem ueniētem intrepidè Ioas excepit, sed prælio uix bene inuito, inopinatus timor Amasias milites cepit, secuta deinceps turpis fuga, rex suorum præsidio nudatus in hostium potestatem uenit, tum uictor Ioas capto extrema supplicia minitans, nisi se intra regis urbis mœnia duceret, admotis Hieroso lymam castris, dirutaque murorum parte trecento rum cubitum spatio, triumphanti similis Samaritan us rex urbem ingressus, ante ciuitatis oculos Ama sias præ se captū egit. Templo deinceps sacris the sauris spoliato, regiaque magis direpta quàm expi lata, mœstam & deformatam urbem mestissimo re liquit regi. Amasias quum uitam ob ignominiam & cladem acceptā in decore egisset, anno sui regni un detrigesimo domestica coniuratione periit, in cuius locum Ozias filius successit. Fuit Amasias ab David undecimus, inciditque clades illa in annum eius regni quartumdecimum, qui à Dauidis interitu alter à quadragesimo ac ducentesimo fuit annus: potiri sunt cum eo regno, Teledus Lacedæmonē, Athenis Pheredus, Aristomedes Corinthi, Albæ in Latio Ro mulus aliquandiu, & post eum Auentinus Romu li filius, qui uni ex collibus, quibus postea Roma cō dita est, nomen dedit. Senecor in Ægypto Serapis pater, qui deinceps pro Deo est in ea terra cultus, ut Eusebius scribit. Oiorthonque ei successit. Cypri que per id tempus maris imperium obtinuerit. Qui dam rerum scriptores his temporibus aiunt Cartha ginem conditam. Nec Ioas, ut ad res Syrias reuertatur stilus, Hierosolymitanæ uictoriæ sacrilegæque rapinæ diu superstes fuit, sed uiolati templi uix anno circumacto uita decessit, regno Hieroboræ filio per marum tradito: is quicquid terræ Hebræi ab in itio ad Hemathon usque, qua parte Iudæa ad aqui lonem spectat, possederat, & ad meridiem, ad A lphalidem usque lacum, à Syris locorum accolis bel lo uictis recepit. Prædixerat id futurū Ionas homo uerum multa diuinatione clarus, ita ad posteros ob ea, quæ in illo euenisse dicuntur, præcipua admira tione. Sacri libri & Iosephus quem plurimū in He braica ueritate sequimur, cœlesti aiunt uoce eum aliquando iussim in Ninum urbem proficisci, ibiq; aperta prædicatione populo significare futurum, ut breui Assyrij imperium amitterent, ueritumque ne ea uox in se hominum odia uerteret, periculumque uitæ asserret, longe diuersum iter ingressum Iop pem maritimam urbem uenisse, nauique inde aue ctum in Ciliciam cursum intendisse, postea uero quàm altum tenuit, adeò fœda est tempestate iacta tus, ut non procul abesset quin maris magnitudine nauis uicta, fluctibus obrueretur: nauæ in religio nem uersi, ex uictoribus aliquem esse aiunt, qui in festum habeat numen, quique secum occulto ali quo scelere cæteros in apertum uitæ trahat discrimen. Iam enim satis peritiam erat omnibus, tan tam uim maris sine cœlesti ira cieri non potuisse, quum nulli flarent uenti. Tum siue sorte siue ipso id perente, Ionas à nauis in subiectos fluctus detur batur, exceptus que uastissimo Ceti hiatu in eius al uo triduo fuisse traditur, quod si quis ab eiusmodi miraculis numinis prouidentiam leiungat, meram sibi fabulam narrari arbitretur: sed ita cordi fuisse illi credere par est, in cuius potestate præsidioque sunt omnia. Scio ego Theologicæ disciplinæ auto regre iussa faceret, sciret se non multo post utrius que regni uindictam assuturum. Cæterum tantum abfuit, ut minacissima Amasias denunciatio Ioam aliquo modo mouerit, ut per literas regem ipsum suæ infirmitatis admonendum duxerit. Libanitani Cardui fabula tempestiue literis inserta, qui suæ hu

Amasias interi tus.

Temporū sup putatio.

Ioas mors.

Ionas pro pheta.

Cetus Ionæ.

Ozias gesta.

ignarus providentiæ quæ æquè terris marique polleat, iusta, quæ nuper incallum detrectarat, præpropere faceret. Fuerunt Hieroboæ res gestæ magnificæ & amplæ, uerum quæ Ozias (sunt qui Azariam uocent) in altera Iudææ parte gessit, nihilo minore fama feruntur. Philistæis bellum is primò in alit, Gethumque & Ianniam urbes de ea gente cepit, capras diripuit, direpras muris nudauit, inde bella bellicis ferendo, in Arabes Ægypto finitimos arma transtulit. Hic uictor lateque euagatus in Erithræi sinus ora oppidum summa ope communiuit, ualidoque præsidio firmavit, pari successu Ammonitas subegit, subactisque tributum imperauit. Sicque regni finibus Ægypto tenus propagatis, Hierosolymam reuersus, urbis membra uetustate priorumque regum incuria collapsa, ualide instaurauit. Constituit & aquæductus, & munitiones plerasque Arabum montibus oppositas. Habuit interim sub signis florentissimas copias. Trecenta & octoginta hominū milia in eius castris fuisse dicuntur, omnium armorum generibus optimè instructa. Nec quum rei bellicæ studio teneretur, agrorum est cultum asperratus, uariisque in eo delectatus dicitur, præcipueque plantarum satiatione. Sed tantam bonorum affluentiam uanus deorum cultus funestauit. Perpeuus felicitatis cursus à uera pietate cum auerit. In nulla fortuna minus homo sibi constat quam in ea, quæ prospera sit. Magnæ itaque illi cum Azaria Pontifice & uniuerso sacerdotum ordine de sacrorum ritu in templo altercationes fuere. Suntque prodigia interim tetra & obscena eius oculis obuersata, demum ore totoque corpore lepra infecto, coactus est patrio more, medio excedere, nec pro rege deinceps multa egit, sed filio administrationem admoto, priuatam uitam instituit. Per hæc tempora Phœnices septimo maris imperiū tenuere, quum Aziphron in terim Athenis princeps esset, cui Thespies breui successit, in Ægypto Tachelotis, Egemon Corinthi, Albe Auentinus, qui tertiusdecimus ab Afcanio fuit, cuius mentio in priorem temporum relationem incidit. Tonolcon in Assyria rex erat, quæ Græci & Latini scriptores Sardanapalum uocant: fuit hic sextus à Nino & trigessimus, postremus eorum, qui in ea terra imperium habuere, mollis corruptaque uita, uel fatum potius regni in causa fuit, ut orta à Medis defectione, plures uno tempore populi imperium detrectarint, atque ita regnum multa indole quæsitum, maiore quadam autum, perditam uis hominis luxuria, supremaque dehedia est euersum. Abierat ille, omnis humanæ uicis, & rerum uolubilitatis oblitus, in tantam uitæ mollietate, ut iam grandis natu puellari more corpus fuce componeret, muliebri stola molliter amictiretur, suauissimos interim potus, cibosque per omnia elementa exquisitissimos, ne suis libidinibus, quibus erat immerfus, deessent alimenta, sollicita commentus indagare. Per quæ eod uentum erat, ut alterno concubitu muliebria etiam pateretur, pudore usque adeo proffigato, ut post mortem, qua nihil egit in uita pulchrius, eo, ut creditur uolente, hæc sint eius sepulchro inscripta: HAEC HABEO QVAE COMEDI, ET QVAE CVM AMORE ET VOLVPTATE PERCEPI. Cicero ita carmen digerit.

Ozias lepra inficitur.

Temporū supputatio.

Sardanapali uita.

Sardanapali uita.

Hæc habui quæ edi, quæque exaurata libido hausit, at illa iacent, multa & præclara relicta. Cæterum quia nemo tam perditis moribus fuit unquam, qui non aliquando mentem ad honestatis speciem reflexerit, in eo Sardanapalus uerecundè agere, quod eam uitæ turpitudinem à populorum conspectu remouerat, nec in apertum prodire unquam, nec interim pari quenquam, præter cubicularis eunuuchos, ad se uenire. Repertus tamen unus Arbaces

(alij Arbacum uocant) homo prompto sagaciq; ingenio, qui Eunuchi ministerio ad eius præsentiam admittus. Erat is earum copiarum caput, quas Medi ad Nini urbem regiam ueteri instituto quotannis mittebant. Erat & Belesus Babylo[n]ici præsidij præfectus, atque è numero sapientium, quos Magos illi uocant, unus. Mutuo itaque colloquio Arbaci familiaris factus: hic astrorum peritia fretus, Medo suadere cepit, ut mentem & animum ad occupandum regnum adijceret, futurum pollicitus ut non multo post fieret uoti compos. His ille uocibus uelut certo quodam impulsu oraculo, dat operam ut Eunuchus aurea phiala corrupto, per speciem negocij ad regem admitteretur, quod nulli antea, aut certe raro cuiquam fuerat concessum. Tum uero regis uita ex proximo inspecta, magisq; ex omni parte quam ferret rumor contaminata, confert Arbaces cum Beleso consilium, ut uterque in patriam post annuam militiam reuersus, suos ad defectionem percelleret. Missione igitur ad repus impetrata, diuersi abeunt. Interim & per fidelissimos nuncios Arabiæ præfectum, muneribus conciliatum, magnis pollicitationibus in consiliorum socium accipiunt. Anno igitur exacto quum copiarum de more describerentur, quod à minore Nino, ut à principio dixi, ad populos in fide continendos fuerat institutum, Arbaces & coniurationis socij cum quadringentis milibus hominum in unum castra conferunt, tum uero summa imperij Arbaci delata, haud in occulto amplius defectionem habuere. Quo nuncio percussus Sardanapalus latebras primò circumspicere, inde subita animi fluctuatione ad arma reuocatus, ex ijs gentibus quæ adhuc in fide erant, tumultuariam haberi imperat delectum. Appropinquantibus itaque hostibus, rex cum suo exercitu itadia septingenta à Nini urbe dimicaturus occurrit. Hicque commisso prælio, Arbaces, & qui cum eo erant, acie uicti ad montes rediguntur, fueruntq; inde Sardanapalo duo alia cum hostibus secunda prælia, & iam in certa spe uictorie erat, quum ducentis propositis talentis, qui Belesus aut Arabacis caput ad se deferret, nemo reperit est, qui eos uiolare sustinuerit, tanto in regem odio omnium animi exarserant. Egerat interim triplici pugna uictos hostes Sardanapalus ad Babylo[n]icos usque montes, resque propemodum ad fugam spectabat: sustinere tamen rem aperte inclinatum Belesus, atque astrorum obseruatione uictoriam toties uictis polliceri. Rogare igitur ut suæ arti eam moram darent, astra & deos omnia secunda portendere. His hortationibus duces & alij, loca quæ semel occupant, obtinere perseuerarunt. Interim ingentes Bactrianorum copiarum quæ à rege fuerant accersitæ, dictæ sunt appropinquare. Visum est Arbaci clam prodire illis obuiam, ducesque ad colloquium uocatos, aut persuadendo in societatem belli trahere, aut si minus id queat, priusquam regijs copijs iungerentur armorum ui ad id ipsum compellere. Sardanapalus omnium, quæ interim apud hostes parabantur, ignarus (tot enim secundis prælijs elatus, ad uoluptatem, quæ quoquo modo intermissa, ualidius quam rudis & inexperta cedentibus incumbit, uelut ex longo intervallo cupidè animum reflexerat) hilarè conuiuatur, uinumque militibus distribuit. Hac hostium negligentia per transfugam ad Medum delata, mutato consilio regia castra inuadit, hic structi parati que ad caedem, milites inermes, uinoq; & ciborum crapula sepultos, more pecorum sternunt. Pauor ingens, & fuga totis castris orta, semisomnes clamorè trepidatione agit sine duce, sine imperio, alij in ferrum ruere, alij per aduersa castrorum qua fugam inclinassent, per plana & abrupta abeunt præcipites. Rex castris exiit, cum ijs, qui nocturnæ cædi superfuere, in urbem compulsi sunt, cuius

Belesi præf. ci consilium

Arbaces factum

Arbaces ex ciorū motu.

Sardanapali Arbace fugam

Belesus dicitur peritum.

Vincitur Sardanapalus.

Sardanapalus se desidiæ reddidit.

Strages.

Sardanapali exitus.

Anni mundi.

Cyrus Medorum rex.

Medorum reges.

cuius animus multis iam ante delictijs corruptus, ita ad primam cladem eamque magis sua negligentia, quam hostium uirtute: acceptam concidit, ut copia rum, quæ supererat, imperio Salameno uxoris fratri dato, ipse tuendæ urbis prætextu, pristinae luxuriæ latebras cupidè inuilerit. Cæterum aduersa res, quæ aliæ super alias paucis diebus acciderunt, breuiorem illi uoluptatem fecere. Nam & Salamenus haud multo post circa regiam urbem bis acie uictus concidit, quo sublato Assyrij foedissima fuga ad flumen præcipites aguntur, paucis in urbem trepidè refugientibus, cætera multitudine flumine interclusa, miserabili modo perijt. Tanta ibi cædes ædita, ut Euphrates toto die cruentus fluxerit. Hæc Diodorus. Herodotus cuius autoritas plus omnino apud me ualet, significare uidetur Tigrim flumini non Euphratem Ninum urbem alluere. Ingens adhæc defectio secuta, plures gentes ubi regiam fortunam paulam inclinare senserunt, ultrò ad Medum defece-re. Rex ipse in manifesto discrimine constitutus, tris uirilis stirpis liberos, & duas cum his filias uirgines in Paphlagoniam ad Cotrum præfectorum fidissimum misit, cum magno auri pondere ut si domus regij excidia passa esset, possent pro ueteri fortuna apud hospitem in honore esse. Inde auxilia ab his qui adhuc in fide erant, undique accersit, quamuis Iogam obsidionem laturus uetusto oraculo fretus, quo responsum erat, Ninum urbem capi non posse, nisi fluuius ille hostis fieret. Muroꝝ igitur fastigio (neque enim arietes aliæ bellicæ machinamenta ad disturbanda membra in usu adhuc erant) armorum omnifariam multitudine, rerumque omnium copia, quæ regi superabat, obsidio bienio distracta est. Tum uero fluuius assiduis imbribus ultra modum auctus, quum non parua urbis inundasset partem, eamque ad uiginti stadia perpetua muroꝝ ruinam enudasset, ratus Sardanapalus fatale tempus adesse, ne uiuus in hostium potestate neniret, pyram in regia ingentem struxit, auro huc argentoque & omni preciosa ueste congestis, uxoribus adhæc, eunuchis, & quicumque illi charissimi fuerant, subiecta face incendit, seque in cenfæ uiuum deiecit. Mox te regis nunciata, confestim Medus urbem qua murum prociaderant, inuadit: quam nullo certamine ingressus, rex consalutatus est. Fuit hic annus, quo Assyriorum est regnum excisum, quatermillesimum ab orbe condito trecentissimus atque octogessimus primus: præcessit humanæ salutis primordium. octingentos annos ac duos deingenti. Herodotus significare uidetur, post Assyriorum regnum à Medis euersum, multo deinceps tempore nullum fuisse regem, singulas ciuitates populari imperio usas, abique regibus fuisse, demum Ciaxarem insignem iustitiæ uirum à Medis regem constitutum, eumque cæteris gentibus in societatem allectis, omnium consensu latè imperiū obtinuisse, cuius deinceps posteris sint rerum potiti ad Astyagem usque, quem Cyrus Persæque regno & uita spoliarunt. Idem autor est anno secundo decimaseptimæ olympiadis, Ciaxarem regem in Medis creatum, quo apparet centum & amplius annos ab Assyriorū regno euerfo ad Medum inchoatū interfuisse. Ctesias Gnidius ex regum annalibus aliter texuit historia. Vixit is annos septemdecim apud Cyrum, eo bello captus, quod ille aduersus Artaxerxem fratrem gessit. Ex regijs igitur annalibus, quibus Persarum res gestæ ordine continetur, ille in historijs prodidit, regno Assyriorum uerso confestim Medos imperium potitos, Arbacesque à quo Sardanapalus uictus est, eius gentis primum imperij nomen tulisse, ab eo Mandanam filium regnum accepisse, cui Sarfomones postea successerit, huius Artecarmis, mox Arbaniis, post hunc Aristheus qui cum Cadusijs prauissima gessit bella,

unde mutua utriusque gentis odia ad posteros durauerunt, Aristheo Arthapis, post hunc Artibanus regnauit, quem Astibaras est securus, is cum Sacis benio bellauit, ob Parthos, qui à Medis ad eam gentem defecerant. Erat tum Tarina Sacarum regina quæ bellicis studijs magnum post se nomen reliquit, post Astibaram Apandas rerum potitus: is Astyagis quem uicit Cyrus fuit pater, qui que Medorum ultimus imperauit: sed hæc seruata rerum ferie, suo melius explicabuntur loco. Cæterum nè longior postea de Medis sit nobis sermo instituendus, pauca de terræ situ & moribus gentis sunt hic nunc subiicienda. Iacet Media longè rufa à Zagri transitu, qui Medica porta dicitur, ad Caspias portas stadiorum quatuor milium & amplius longitudine. Parthia ab ortu finitur, qua parte Collei latrocinio infames ardua tenent loca, habet à septentrione Cadusios cum qua gente mutua odio diu Medi, ut dixi, exercuere. Apolloniade quam ueteres Sitacenam dixere ab austro clauditur. Trapijs & Armeniorum quibusdam ad occasum. A Medo nomen illi darum plures credere, qui fuit Medæ filius. Sunt qui Medum quum in ea terra regnaret, id materno nomini tribuisse existimarent. Fama est Iasonem post diuortium cum Medea in gratia redijisse, & ex Græcia in Pontum cum ualido exercitu secum Medea adducta nauigasse, tum eius interuentu Ætram graui bello leuatū, inde in Armenios arma ab eo translata, mox & in Medos, domitisque latè gentibus Iasonem in ijs terris imperasse. Fuisse rei gestæ monumentum haud obscurum, quod præter gentium & terrarum nomina, quarum hanc ab Armeno Iasonis comite Thesalici generis uiro, illam à Medea, siue Medo eius filio nominari cōtigit. Medea etiā uestis in ea gente fuit, & Iasonius mons, aliæque multa quæ ueteri huic opinioni haud dubiè astipulantur. Nec sum in memor quæ de Medæ & Iasonis exitu alio sum loco secutus, ex Diodoro illa, recentiora ex Trogo mutuatus. Sagittandi equitadique studium genti præcipuum ac penè peculiare. Peruetusta & regum ueneratio. Tiara pileus, & manicata uestes ab his ad Persas cum imperio fluxere. Propriū Medorum regum fuit plures uxores ducere, mox & in priuatos translatum, ut minus septem habere non liceret. Pulchrum & foeminae multos habere uiros, pauciores quinque calamitatem arbitrari. Sterilis regio qua ad septentrionem obuersa est, quo fit ut ex malis in hunc usum exiccatis ac contulis massam conficiant, ex tostis amygdalis panem, ex herbarum radicibus uinum. Feriis carnibus plurimum uictitant. Et hæc de Medis quibus Arbaces peperit, ut diximus, imperium. Ille ut de eo adhuc pauca dicam, post Sardanapali interitū, uictoriam adeptus, quum bellorum socijs sua cuique redderet præmia, Belesum per quem fuerat omnia consecutus, Babylo[n]is præfectum declarauit. Is post captam Nini urbem ab regis Eunticho doctus ubi uis auri ingens late-ret, quæ Sardanapali fuerat, occultè id resossum, ut solus possideret, ab Arbace petijt, ut Sardanapali cineres Babylonem liceret secum deferre, uouisse se medio belli tempore, quum fortuna adhuc anceps esset, ut si quando Assyriorum regia capta & incensa, se illius cineres Babylonem translaturum, ibi que monumentum regni Assyriorum ab Arbace se adiutore excisi posteris traditurum. Nec id grauati est imperatrum, nam præterquã q. Beleso nihil ob recentem meritum memoriam negare esset ausus, nulla suspitio inciderat, ut regia combusta, ex uere regum gaza quicquam superesset. Paratis igitur nauibus, ut fluuio cineres subueherentur, auroque in eas occultè imposito, res certò ad Arbace[m] indicio delata est, qua fraude comperta iudices ex principibus castrorum Beleso dedit, qui pecularis

Medæ situs.

Medæ ex Iasonis gesta.

Medorum mores.

Belesus Babylo[n]is præfectus.

Belesi fraus.

Gratus Arbaces animus in Belesum.

Magorum instituta.

Magorum scientia.

judicarent, iudices eum furti conuictu capitali supplicio damnarunt. Sed tantum abfuit, ut Arbaces illi quicquam mali fecerit, ut capitali poena remissa, regium etiam aurum cum decreto antea honore habere iusserit, Babylonemque letum dimiserit, pro concione fallus, maiora esse Belesi erga se merita, quam ut pro tam parua offensa illi iraci debuerit. Conciliauit ea res Arbaces, non solum clementiae famam, sed in noua adhuc administratione liberalitatis opinionem, qua neque utilior uirtus, neque decentior in summo principe esse potest. Liber hic & par est, quando Belesi causa in Magorum mentionem incidimus, pauca de illorum sapientia & instituto ijs que adhuc diximus, subtexere. Fuerit apud Babylonios Magi, quod & in Aegypto sacerdotes ad deorum cultum instituti, hi per omnem uitam philosophari, astrorum peritia tenere, nunc augurij, nunc carminibus sacris, mala hominibus auertere, bono no afficere. Auguria, insomnia, prodigiaque, fida interpretatione explanare. Nec foris instituebantur ut Graeci, sed a parentibus disciplinam uelut hereditariam sortiti, pueri domesticè discabant, qua peritua cura, facili sequebatur profectus, una constans que dicendi ratio, non uaria & anceps, qualis apud Graecos, ubi qui eam tradere consueuerunt, uaria de principijs, & rerum causis, atque inter se repugnantiã disserebant. Sed hi Mundum communi assensu aeternum opinati, neque principium habuissent, neque finem habiturum, uniuersorum ordinem & ornatum diuina prouidentia constare. Caelestia corpora non sua sponte, fortuitoque motu, sed lege quadam certo que numinis iudicio moueri. Astrorum cursum uelut a obseruatione perscrutari, multa ex illorum inspectione mortalibus futura uaticinari. Maximam uim planetis tribuere, praesertim huic quem nostri Saturnum uocant, clarissimum Solem omnium arbitrari, & cui praecipua adesset uirtus, Martem, Venere, Mercurium & Iouem praeter ceteros obseruare, quoniam uelut proprium cursum sortiti futura ostenderent, tanquam deorum interpretes. Quod ipsum usque adeo persuasum habuerunt, ut quatuor illa astra uno nomine Mercurios appellarent. Ventis praeterea imbribus, aestu, cometis, solis, & lunae defectu, terrae hiatu, multis denique signis, salubria simul ac perniciofa praedicere. Imaginari adhaec alia fidera illis subiecta, & ex his quaedam nostro hemisphaerio, alia subterraneo uagari, alternoque singulorum ortu & occasu, quae apud superos fieret, quaeque apud inferos significari. Pari adhaec cum Aegyptijs errore, duodecim sibi deos finxerunt, quorum singulis mensem unum, & unum in Zodiaco signum tribuere. Multa quidem regibus uentura uaticinabantur, ut Alexandro uictoriam cum Dario dimicaturum, Nicanori deinceps Seleuco, & alijs Alexandri successoribus. Mox & Romanis Caesaribus non pauca, quorum euentus non caruit fide. Numerant praeterea sidera quatuor & uiginti extra zodiacum, ad Boream, duodecim reliqua notium polum uersus, horum quae appareant ad uuos pertinere arbitrati, caetera ad eos, qui uita defuncti essent. Haec illi & alias rerum ambages offuderunt mortalium oculis, ut quae de annorum obseruatione meminerunt quadraginta tria annorum milia a prima suarum rerum memoria, ad Alexandri ascensum colligentes, quod impudenti quidem mendacio assererat, nisi aliquis eam annorum rationem mensuram interpretetur, qualis apud Aegyptios fuit, ut supra est a nobis significatum. Sed ad Arbaces redeo, qui post uictoriam rebus in Assyria strenuè constitutis, Ninum urbem diruit, ciuibus incolumitate concessa, quicquid ex omni praedara reliquum fuit, in Hebratanam Mediae contulit, huncque exitum habuit Assyriorum regnum, quod a Nino ad Sardanapalum, longissima re-

Arbaces Ninum urbem diruit. Assyriorum regni finis.

gum serie annos mille, ut Diodorus scribit, & quadringentos habuit. Eusebius Beli tempora complexus (fuit & is in Assyria rex, maioremque Ninum praecessit) annos quinque supra mille & trecentos colligit. Nec de regum numero, ut uideo, inter scriptores conuenit. Quidam a Nino ad Sardanapalum quinque & triginta in ea terra regnasse prodiderunt: alij triginta nec amplius posuere. Sed quantacumque fuit illa regum series, satis constat excidium imperij illius in ea tempora & annos incidisse, quibus Thespius Ariphronis filius Athenis rerum potiebat. Corinthi Egemon, Albæ in latio Auentinus, cuius supra bis mentio facta est. In Aegypto Tachelotus. Heliæo in Iudæa, Iona & Amote prophetica diuinatione claris, quum Hieroboas interim Samariae, Ozias Hierosolymis regnum obtinerent. Successitque haud multo post Hieroboae Zacharias filius, qui sexto ab eo mense, quo regnare ceperat, domesticis exceptus insidijs, Selli cuiusdam opera perijt. Sellus, uelut regnum parricidij sibi praemium proposuisset, regis appellationem temerè occupat, caeterum haud multis inde interiectis diebus a Manaene copiarum praefecto qui audita regis sui caede, cum haud modico exercitu, ex Tharso occurrit, uictus praelio interficit, tum Manaen rex creatur, huic quum caeteri imperio paruissent Thabraini soli omnium uenienti portas clausere, id ille iniquo animo ferens: Thabrain urbem infesta oppugnatione aggreditur, quam quum breui cepisset, hostiliter diripuit, & ut unius ciuitatis excidium alijs documento esset, ne quid tale in se auderet, in omnem sexum & etatem ferrum immisit. Phioialus huic bellum intulit, qui post Sardanapalum non imperium, quod nullum utique erat amplius, sed in Medicos reges contumax quandam regni speciem obtinuit. Haec Iosephus. Ego Arbaces & ceteros reges qui eum secuti sunt, per praefectos crediderim Assyriam administrasse, nec ullo modo passuros fuisse, Sardanapalo interfecto quempiam regis nomen in ea terra obtinere. At siue reges, ut ab illo dicunt, siue illi potius praefecti fuerunt, multae ex Assyria clades Iudaeae genti haud uno tempore sunt illorum ductu illatae. Causam belli huius apud Iosephum non reperio. Manaen quum Assyrij Tharsum usque praedabundi processissent, suis uiribus diffusus, pacem precio redemit, pactus in praesens mille argenti talenta, actoridem singulis deinceps annis in stipendium danda. Miretur fortasse aliquis (ut tenues tunc erant gentium opes) tantam argenti summam unam Iudaeae partem in perpetuum pacisci potuisse, sed Iosephus & bibliaci libri id habent. Adijciunt adhaec quod ad huc magis mirum uideri possit, Manaenem pollicentum auxiliares copias Assyrio mittere, quibus ille aduersus Medos uteretur. Nec Manaen diu superstes fuit, fato Samaria defunctus, Phaceiae filio regnum tradidit. Is eo biennio quo regnare ceperat domestica coniuratione est oppressus, a Phaceia qui eodem erat quo & rex nomine. Tenuit regnum parricidio quaesitum Phaceias, sed minus in eo administrando felix, quam in occupando fuerat. Phalassaris ductu Assyrij nouo Israelitas bello adorti, omnem Galaditem terram populatione uastarunt, trans Iordanem quoque longè lateque regione uastata, plurimi mortales sunt in praeda abducti. Incidit in haec tempora, Procæ regnum, qui quartusdecimus Albæ ab Ascanio regnauit. Eratque rex interim Corinthi Alexander. Alcmenes Lacedaemone. Athenis Agamnestor. Oforthon in Aegypto, quem Eusebius scribit ab indigenis Hercule cognominatum. Macedonia Cranaus (per id enim tempus ortum est eius terræ regnum) de cuius origine haud alienum fit ab historia nunc primum quum in eius mentionem incidimus, breuiter dicere. Fuit regio ipsa olim modicis

Regnum illud.

Sellus.

Phioialus.

Iudaeorum clades.

Manam.

Phaceia.

Procæ rex.

Macedonicum ori.

Cranaus.

Aegæa.

Macedoniae finis.

Oleas.

Iohel.

Esaia.

Phidon.

Amulius Numitorem priuat regno.

Ilia uestalis capitur.

modicis descripta finibus, & ab Emathionis nominis, cuius prima in ipsis locis uirtutis experimeta, ut Trogius ait, extiterunt Emathia nominata. Pelasgi una gens illi ea tempestate fuit, Bœotiaque regio dicta. Sunt qui a Macedone Olyridis filio arbitrentur Macedoniam deinceps nominatam, in regione Pæoniae, quae Macedoniae deinde portio fuit, ut quidam tradunt. Appianus Pæoniam a Graecis nominatam existimat, quae Pannonia deinceps dicta est, in Pæonia Telegonus Aethiopes qui ad Troiam militauit, pater regnasse dicitur, in diuersa regionis ora Europus & ipse regnum tenuit. Interiecto deinde tempore Cranaus, cuius nuper mentionem feci, regni nomen stabilijuit. Is oraculi iussu cum Graecorum multitudinem in eam terram uenit, ubi cadentes imbris strepitu densaque caligine Capras ad oppidum fugientes secutus, Edysiam urbem improviso accessu occupauit. Tum oraculi memor qui uisus fuerat capris ducibus sibi regnum queritare, urbem ipsam Aegæa sine Aeglen nominant, caprasque in prima acie quoties in pugnam discensum est, habere perseuerauit. Midamane itaque & alij, qui in his tum locis regnabant, finibus eius terrae pulsus, unus in omnium locum successit, tum demum populis solius imperio assuescere coactis, legitimi regni formam & quasi Macedoniae corpus delinijuit, eo usque rebus actis, ut regiae fortunae, neque Cranaus ipsum, neque posteros iam inde penituerit. Perdicas post eum in ea terra regnauit, post quem longa regum series, quorum suo loco nomina reponenda sunt, ad Alexandrum usque, qui orientem domuit & ab eo ad Persen, qui ultimus in ea terra rex fuit, ordinem secuta est. Eius regionis fines eo usque promoti sunt, ut centum quinquaginta sit complexa populos ab Ionio ad Aegæum extensa. A septentrione Dalmatiae latus habet, Myfiam superiorem, & Thraciae partem. Ab occasu Ionio pelago alluitur, a Dyrachio ad Elydnum fluiuium, & Epiroticas gentes, quae a meridie regionem attingunt. Inde iuxta Achaiaem per Pindum & Oerã mota linea deducta, qua orientem solem spectat, a Nefo flumio ad Maliaicum sinum Aegeo perfunditur fluit. Quod inde supra est, Thraciae pars obtinet. Sed dum Cranaus Macedoniae regni iacit fundamenta, in Palaestina Iudaea Oseas Besei filius, duodecim prophetarum primus diuinatione clauit. Cui pene equalis fuit Iohel Pharuclis, qui alterum in ordine locum sibi uendicat. Fuit & Abraamus hoc noie illustris. Sed Esaia sanctitate & eruditione longe clarissimus, quippe qui librum propheticae praedictione suo nomine conscriptum reliquit. Phidon quoque Argiuus per haec tempora primus apud suos mensuras, & pondera inuenit. Hic tunc erat aliarum gentium status, quum in latio Procas Numitore & Amulio filijs superstitibus fatalè mortè obiit. Amulius, neque ius gentium, neque fratris aetate ueritus, Numitore quem regnare oportebat in ordine redacto regnum occupat, nec contentus maiorem fratrem regio nomine priuasse, ut spem quoque illius in posterum recuperandi adimeret, Egestam filium, sunt qui Laulum uocetum primum pubescente infesto percussoribus saltu, quo adulescens uenabatur, insidijs exceptum obtruncat. Cædeque ad tepus dissimulata subornat, qui dicerent adolecentem in latrones incidisse, & ab his interfectum se opinari. Nec certe id mendacium multum fidei fecit apud Albanos, nemini non perspicue liquebat. Amulij fraude Egestum perijisse, omniaque eius consilia eo tendere, ut fratrem, quem regia dignitate spoliasset, orbitate conficeret. Nec uulgus haec opinio sefellit, uirili nanque stirpe sublata, Rheam Syluiam & ipsam Numitore genitam, ne matrimonio locata domesticum ultorem aliquando sibi pareret, uestalem uirginem capit. Vetus & honorificum erat apud Albanos, uirgines summo loco na-

tas deae ministras legi. Latuitque ob id alios fortasse Amulij consilium. Numitorem fratrem non latebat, dissimulat tamen dolorem suum, multitudinis inuidiam ueritus, quae fortunam sequebatur, secumque orbitatem suam, domesticamque calamitatem dolebat. Quarto deinceps anno subeunt Syluiam Martis lucum, ut inde ad usum sacrorum pure aquaretur, uis puellae illata est. Persuasum quidam habuere a procorum uno fuisse eam compressam, qui illius nondum initiatae amore captus, quum ultra diuturnum affectum ferre non posset, incaute sit insidiatus. Alij in Amulium id crimen conferunt, ut non tam puellae forma motus, quam ut in apertum uirae discrimen uitiatam adduceret, armatum sese illi obtulerit, incertum ut culpae autor lateret, an ut horridior occurrens ob metum iniuriae magis obnoxiam haberet. Sed multo plures compressam Martis grauidam factam prodiderunt, dubium ne ut hoc mendacio Romani populi originem augustior facerent, an (ut tum erat hominum opinio) ita persuasum habuerint, qui hanc sunt opinionem secuti. Prodigiosum solis deliquium, quod eo die est factum, in fabulae argumentum adducunt, quod caligo tenebraeque toto se caelo intenderint, ipsaque imago quae cum illa congressa est, sanctior augustiniorque humana sit illi uisa. Adijciunt eum, quicquid fuit, puellam moestam consolatum praedixisse, gemellos eam uno partu daturam, uenturumque existimare hominis, sed dei congressu se grauidam fore, ut quos utero concepisset, clarissimi essent inter homines futuri, ac cum his ille nube sublimis sit uisus per aërem deferri. Quid horum potissimum sequi oporteret ueterum scriptorum quidam parum exploratum habuere, nunc indignum ac pene impium rati, ad deorum naturam, quae beata & incorrupta sit, eam fraudem referre, nunc mediam quandam inter deum & homines naturam esse arbitrati, qua seniorum natio constaret, horumque cum mortalium foeminis congressu, Heroas procreari contingit. Quo apparet huius rei fidem, nec pro uana eos contempnissè, nec talem uisam, ut temere reciperetur. Marcus Varron quum neque factum affirmaret, neque de suae urbis origine male opinari uideri uellet, operae praecium id esse, ciuitatibusque conducibile testatus est, si etiam fallum sit, suam originem ad deos referre, ut eo modo humanus animus, uelut diuinæ stirpis fiducia, res magnas audacius aggrediretur, fortiusque gereret, ipsaque securitate transigaret felicius. Ego etsi uideo, quae in huiusmodi rebus tradendis sint Christiani hominis partes, diuum tamen Aurelium secutus, acerrimum pietatis defensorum, in medio hunc locum relinquo, quod eo libentius facio, quia talis pene questio a nostris quoque Theologis iactata est, utrum Angeli, ut eorum uerbis utar, qui praeruaricati dicuntur, cum hominum mulieribus concubuerint, unde uiri fortes, qui ab initio sunt gigantes dicti procreati sint. Sed id totum idè Aurelius ad Sethi filios alio loco retulit. Taruntius homo mathematicae disciplinae Varronis aetate peritissimus Romuli genesim intruitus, quod ex his quae de illo erant memoriae prodita, longa temporu serie retro ad calculu reuocata, Varronis iussu est consecutus, constanti asseueratione monstrauit, primo anno secundae Olympiadis Romulū conceptū tertio & uigesimo die mensis Decembris hora tertia, qua sol omnino defecit. Natum uero xij. Kalendas Octobris, qui uigessimus fuit Septembris. Et haec de Romuli origine a diligentioribus prodita, quae ab ijs quae Eusebius collegit, pene nihil discrepant. Caeterum quia in Olympiadis mentione incidimus, fuit autem ille, quo prima est Olympias in Helide celebrata, trigessimus septimus supra quater millesimum ac quadringentesimum mundanae originis. Ab Ilij

Ilia sit grauida.

De Ilia compressa non una opinio.

Veterum opinio de Ilia concepta.

Romuli conceptio et ortus.

Anni mundi.

excidium quadringentesimus quintus. Alij huic numero unum adijciunt annum, præcessitque urbis originem, ut Plutarchus significare uideretur, tris annos & triginta. Humanæ uero salutis septingentos septuaginta quatuor. Fuit idem annus ab eo quo primum in Olympia stadium est ab Hercule dimensum, trigessimus ac quadringentesimus. Quum interim Authromenes Corinthi regnum omnium nouissimum rerum potiretur. Athenis Alcchylus primariam potestatem exerceret, Cænes in Macedonia, in Ægypto Sannus. Quo tempore Ægyptij maris imperium fuit potitum, Bochorusque Dynasta iura dedit ipsi genti. In Iudæa Hierosolymis Azarias, cui non multo post Ioathas successit, quo accidit, ut quidem scriptum reliquerint, in quibus fuit Africanus, primam Olympiadem, Ioathæ non Azariæ temporibus celebrari contigisse. Et in Samaria regnum Phæcias tenebat, cuius supra mentio facta est. Primæ Olympiadis autor Iphitus fuit Praxonidis siue Hemonis filius, quo Chorebus Helienis agone uictor fuit. Eusebius Lydij regni principium eiusque gentis regem Ardisium nomine, in annos primæ Olympiadis reponit. Herodorus Argonem ex Heraclidarum gente primum Sardibus regnasse autor est, nouissimum ex ea gente Candilem, uterque ab Alceo Herculis filio fuit oriundus. Enim uero multo ante Heraclidarum tempora, si Herodotus uera tradidit, in Lydia est regnatum, ubi Lydus Arys filius, qui ipsi terræ nomen dedit, multique deinceps ab eo procreati, in his locis regnum tenuerunt. His Heraclidæ successere, qui Iardana ancilla geniti, oraculi monitu, ut dixi, ab Hercule in eam sunt regionem missi, ubi quingentos & amplius annos ab his procreati, regnum tenuerunt. Cædæules quo fuerit casu oppressus, suo deinceps loco explicabimus. Fuerunt Lydi quando in eius gentis mentionem incidimus Maones ab initio dicti, idque Homeri testatur carmen, inde à recentioribus Meones sunt nuncupati, hi omnium primi, ut Herodotus scribit, aureum argentumque nummum percussere, primi que caupones & infitiores fuere. Sed morem hunc recentius inductum existimasse uidetur Trogus, quod cum bellacissimus populus Cyro rebellasset, ut ad imperium retracti, ademptis armis iusti sunt uulgo cauponari, ludicrasque artes, & lenocinia exercere, quo acciderit, ut gens olim potens, & manu strenua, præsentis mollitiæ antiquam uirtutem amiserit. Idem Lydi tesserarum & pilæ iustum, cæterorumque ludorum genera commentum sunt. Plinius lanas foribus inficere Lydorum commentum existimant, sulumque & lamificium, linum & resia ab his quoque inuenta. In ea terra Pætolus ex Tymolobis defluens, olim ramentis anni diues, unde uentis illa regum gaza, celebresque Cresi opes, in contempum etiam fortunæ, philosophorum oculis subiectæ. Tymolus in Hermum lapsus, in quem & Hilus, qui postea Phrygius est dictus, in Phocæicū mare unā mixti, ut Herodotus prodidit, erumpunt. Nunc Palæstina res ad se stilum reuocant. Ioathas cuius regnum in primæ Olympiadis annos, ut diximus, incidit, quum aliquanto priusquam Azarias pater fato defunctus esset administrationi admotus, præter ciuilia opera multa & uaria, urbis moenia partim ab imo ad summum erexit, partim uerustate collapsa sumpuose instaurauit. Intulit & Ammonitis bellum, uictisque tributum imperauit, ut centum sibi auri talenta quotannis penderent. Et choros tritici decem milia, atque hordei totidem, aucto quoque in hunc modum regno, anno sexto decimo post patris interitum, & ipse uita decelsit, regni administratione Achamo filio tradita, quidam pro Achamo Achazum habent. Claruit in Iudæa Ioathæ temporibus Amus propheta, in Peloponneso Cynethon Lacedæmonius, qui Theogoniam scripsit, Camelus qui Europam, & Ar

Authromenes.

Olympiadis autor Iphitus.

Lydus.

Lydorum instituta.

Maones. Meones.

Lydorum opes.

Tymolus seu Tymolus.

Ioathas.

Ioathæ successus.

Achamus. Poeta illustres.

chinus, qui Ætolicam & Italicam uasitatem. Sunt qui Cyrenem, de cuius conditione supra est à nobis memoratum, per hæc tempora à Thereis memorere conditam. Spartiæ Ephoros habere cœperunt, quum Theopompus in ea ciuitate rex esset. Fuit Ephorum potestas nihil ab ea dissimilis, quam tribunipletis Romæ habuerunt. Atque tunc erat alienarum gentium status, quum Roma in Latio cõdita est: de cuius origine quo illustrius fuit in terris Romanum nomen, eo maior nobis de ea re influendus esset sermo, nisi stili ab initio suscepti, ubique habenda esset ratio. Cæterum ne res tanta in arctum conijciatur, ab Iliæ puerperio paulo altius res est repetenda, si quidem illa, siue genij, ut dixi alicuius, siue mortalis potius compressu prægnans facta; ubi se uerum ferre sensit, matris iustitiam, quam secretioris conceptus ab initio fecerat participem, simulata religione, in priuato sese reuinit, non minus ad religionem quam ad celandum uterum pertinere rata, si polluto corpore sacris abstineret. Amulius siue criminis conscientia, siue alia suspicione motus, per fidem sibi medicum sciscitabundus inquiri, quæ uis ea morbi esset, quæ puellam tam ditam ministerio distineret. Verum matre aliisque arcanum morbum excusantibus, quem maribus prodi nefas esset, Amulius uxori mandat ut puellam obseruet, tum uero per eam factus certior Rheam Iliam grauidam esse, nec iam abesse procul à partu, nec iam uero solueretur, custodes apponit, dum eam deserret ad populum, multitudinem inde ad concionem uocata, puellam, ut incestam, parentes que uelut incesti conscios accusat, iubetque inibi pro concione causam dicere. Ad ea Numitor nouam se audire fabulam præfatus, nihil habere se respondit, quod pro filia & suis posset dicere in nouo crimine, quod tum primum sibi & domui suæ obijceretur, poscit ut à filia & uxore discere liceat, quid prohibid esset, tum uere si culpa adsit, liberum se regi & populo iudicium de ea re permittiturum. Domum Numitor reuersus omnia, ut acta erant, cognoscit ex uxore, adijcit illa preces, atque identidem obtestatur, ut puellæ expectetur partus, eam uenam rem facile declaraturam, an uera sint, quæ filia de criminis autore euentura audiuiisset. Persuasum illi ab initio fuisse, genium secum quandam non hominem congressum, à quo edocta esset, fore ut gemellos pareret, breuem eam moram futuram. Quod si deorum aliquis eius culpæ sit autor, Amulius & alij uiderent, quàm pie facerent, qui eam rem atrociter uindicare adorti essent. Exoratus Numitor filiam custodi ubi iubet, inde in concionem reuersus, ordine exponit quæcumque domi comperisset. Censet itaque expectandum, donec puella soluta sit partu, ut quicquid id quod sibi & alijs suspectum esset, ex ipso puerperio cognosceretur. Fremere Amulius, nec sani quicquam inesse eiusmodi postulatis dicere, & iam puellam quoquo modo perdere destimabat, quum à custodibus nunciatur, geminos ex Iliæ pueros natos. Tum Numitor filia culpam deprecatur, diuinum id opus esse affirmat, scire se mortalium neminem sobolis numerum prædicere potuisse, & iam tacita religio erat multitudinem iniecta. Amulius muliebri id fraude factum clamitabat, alterum puerorum medio illi nixu subiectum, ut religio crimini prætexeretur. Agendum esse lege in eam, quæ polluta sit corpore exclamat, dandumque documentum alijs, ne uirginitatē, gentili sacro addicta, temere amitteret. Omnis multitudo regem ad uindictam pronum secuta est. Publice itaque Iliæ damnatur, ut uirgis prius cæsa, necaretur, pueri qui ex ea nati essent, in profueta abijcerentur. Qui multa fide & celebritate hæc executi sunt, puellam aiunt post partum a sternam, quod Amulij filia quæ æqualis erat Iliæ, atque simul educata,

Ephori.

Vrbis Romæ conditio.

Iliæ & maris consilium.

Numitor pro filia trahitur in iudicium.

Deprecatio Numitoris.

Danatur Iliæ.

Romulus & Remus exponuntur.

Lupa infantibus præbet uerbera.

Romulus & Remus Faustulo traduntur.

educata, multis precibus & lachrymis, sit supplicium à patre deprecata, diuque postea eam in custodia habitam, donec Amulij cæde perpetrata, à filijs soluta est. Maior tamen fama, Rheam Iliam posteaquam enixa sit, regis iussu necatam, gemellos que ex ea editos, ministris ab Amulio datos, ut in Tiberini, quindecim ferè milia passuum ab Alba profugerent, proiecerent. Mirabitur, nec immerito, aliquis, quid fuerit quod tam procul id ministerium Amulius ablegauerit, quum ex obuio pueri nuper nati, extingui potuissent, tenuis quidè lacuna, nedum lacus, qui proximus Albæ erat, uel amplissimi fluminis in re tam facili instar habuisset. Ego, quando licet rerum scriptoribus suum in dubijs iudicium interponere, religione credo adductum Amulium, ob ea, quæ de Iliæ conceptu audiuerat, pueros haud ausum fuisse extingueret, sed aluo impositos in amne exponi imperasse, ut in deorum uoluntate esset, an eos seruari uellent. Eadem res facit, ut non grauateijs accedam, qui Iliam post nixum in custodia habitam scribere, nisi suspicetur aliquis id familie dedecus Amulium procul ab oculis ciuitatis ablegatum censuisse, fuisseque id non publicum, ut quidam arbitrati sunt, sed domesticum iudicium. Verum utcumque res acta est, quum fluuius, quod satis cõuenit imbribus auctus, pleniore alueo flueret, ripaque restagnantibus circa aquis haud quidem facile adiri posset, regij satellites necessitate coacti, in proximam alluuiem infantes abijciunt, nec ita multo post remittente fluminis impetu, alius qua gemelli impositi erant, lapidi impacta, eos in subiectum cœnum leniter effudit, hic illi tetra uoluntate uagientes lupam ad fluiuium traxere. Mirum est quod Romani & Græci scriptores hic tradunt, immitem alio qui feram, hominiquè minime placabilem, ubera iacentibus leniter demississe, absterfisseque; lingua fœdata iacentium corpora. Talia de Cyro rege & Telepho sunt memoriæ prodita, quorum hic à cerua, ille à cane sit nutritus. Sed alterutrum animal homini amicum, & ob id fortasse minus mirum. Compellebat interim pastores regij stabuli, greges in pascua. Qui miraculo rei defixi, non nihil in uestigio se tenuerunt, aliosque è proximo accersunt, uelut parum suis ipsi oculis crederent. Sublato dein clamore, in subiecta loca ad flumen ut beluam arcerent, decurrunt, illa placide se attollens, iacentes pueros pastoribus reliquit. Erat haud procul à ripa Tiberis lucus, cum fonte, què è concaua specu perenni manabat aqua, atque inibi Lycæi Panos ara, quo lupa gressum detorsit, fons ipse fuit palatij ædificijs propinquus, cum rei huius monumento ad posteros conspicuo. Lupæ simulacrum erat ex ære, & duo ad ubera infantes, quali figura & materia uisitur nostra quoque tempestate Romæ in parte Capitolij in conseruatorum uestibulo. Plutarchus nò lupam modo, sed & Martium picum alimenta pueris præbuisse prodidit, quod in Semiramide etiam quæ in Assyria regnauit accidisse proditum est, ut infans à uolucris sit nutrita. Pastores sublato inde pueros ad Faustulum regij pecoris magistrum deferunt, ordineque à se uisa exponunt. Erat nuper Faustulus ex Alba reuersus, ubi de Rheæ Iliæ partu audiuerat, & cum ijs forte in reditu, quibus exponendorum in iunctum erat negocium, aliquantulum uisæ fecerat. Hæc Dionysius. Plutarchus ab ipso Faustulo expositos autor est. Sed cuiuscumque ministerio id fieri contigit, Faustulus, uelut omnium ignarus, postulat sibi eos à pastoribus dari, quod quum haud ægre impertrasset, domum reuersus, pueros in gremium uxoris tum moestæ, ob extinctum nuper infantem, quæ enixa fuerat, ex improuiso effudit, uerbisque consolat, quod pro uero quem amiserat, alumni duos essent reperti. Hortatur itaque eos omni studio, & diligentia aleret, in quibus educandis, ut intentius periculeret, omnia quæ pastores à se uisa enarra-

bant, pro miraculo memorat. Liuius à Faustulo pueros sublato tradidit, fuisseque ait multis persuasum Laurentiam, quæ cum Faustulo nupta fuit, uulgato corpore Lupam inter pastores appellatam, fabulamque inde ortam uideri posse, ut Lupa pueris ubera præbuisse credatur, gemellos Faustulus Romum & Remum uocet, à matre, ut Plutarchus credidit, quam mitis fera illis iacentibus succandâ adhibuit. Idem autor est ambos Gæbijus Faustuli diligentia græcis literis institutos. Per quæ geniti & educati, ubi adoleuit ætas, quum formæ præstantia & uigore animi, inter pastores longe eminent, nò in stabulis & circa greges ut cæteri ocio marcescere, sed saltus & nemora uenando circumire. Latrones infestari, prædam illis ademptam, benigne inter suos partiti. Nonnunquam etiam orta inter regios pastores, & eos qui Numitoris erant, de pascuis, ut asolet, contentione, cum hi circa Auentinum, illi in regione palatij stabula haberent, plerique ex ijs, qui Numitoris iura tuebantur, media sunt rixa uulnerati, ac nouissime loco pulsati, iniquo animo ignominiam ferre. Cæterum nulli interim pastorum, maiore inuidiâ apud iniuria affectos, quàm gemini fratres eminebant. Quippe qui non ut cæteri in partibus esse credebantur, sed illorum ductu & audaciâ omnes credere sibi iniuriâ fieri. His igitur infidiarum loca sequendi studio perductum, penè obrutum lapidibus capiunt. Elius Tubero, quem Liuius & Plutarchus sequuntur, cui & Dionysius libens astipulatur, Lupercale sacrum ait in palatio celebrari solitum, ex Arcadia ab ijs, qui Euandri comites fuerunt, in Latium delatum. Nec id modo ludicrum testatur eius gentis in hæc loca accessum, sed & palatium ipsum, quod à Palanteo Arcadiæ, unde illi uenerat, Palantium ab initio dici contigit, mox & Palatium. Iuuenes Lycaum Pana uenerates, lasciuo cursu nudi in suorum conspectu discurrebant, quæ sacrorum ratio non integra tantum, sed aucta etiam religionè ad posteros transijt, adeo, ut qui summum gererent in urbe magistratum, sine rubore ea de causa corpora nudarent. Appianus & Plutarchus autores sunt, Antonium, qui postea cum Augusto & Lepido triumuir fuit, consulem inter Lupercos cucurrisse. Nobilissimi iuuenes & adolentes nudi per urbem uagi obuios cædebant loris, quibus etiam pleraque matronæ, de industria occurrentes, ob receptam uulgo opinionem, quasi ea res ad fecunditatem attineret, palmas illis præbebant feriendas. Huic ludicro erant tum forte iuuenes ipsi, ut ille ait, intenti, quum latrones ob iram prædæ sæpius ademptæ, seu pastores illi potius, ut Dionysio placet, fuerunt (neque enim obscurum erat id solenne) parati in incautos, armati in nudos, ex improuiso impetum faciunt. Hic cum media trepidatione se Romulus defendisset, Remus cū paucis temere in aduersum cunem inuectus, in hostium potestatem redactus, Albam ad Amulium perducitur. Hic inter prima crimina illi obijcitur, quod Numitoris agrum eius ductu pastores hostiliter infestarent, ob eamque rem dat Amulius captum iuuenem fratri ad supplicium, cuius ea erat iniuria. Romulus posteaquam Remum fratrem captum audiuit, cum ea pastorum manu, quam tum forte circa se habuit, abeuntes persequi cœperat, ut eos priusquam Albam abirent, cursu assequeretur. Seuientem Faustulus à tam præcipiti consilio reuocat, reuocatum in secretum abducit, hicque ueram originem, quam ob immaturam ætatem antea in occulto habuerat, solus solus ait. Conferunt itaque inter se consilia, ut simul Remum periculo eximerent, totamque Numitoris domum ab Amulij iniuria uindicarent. Partici

Laurentia Faustuli uxor.

Quales ab initio Romulus & Remus.

Lupercale sacrum.

Remus ad Amulium perducitur.

Faustuli consilium.

inter se curas, Faustulus Albam properat, ne quid in Remum temere statueretur, Romulus pastorū manu diuersis itineribus ad urbem missa, ipse eodem pleno gradu occurrit. Interea haud procul aberat, quin Numitor sciscitādo Remum agnosceret, nam & duos esse fratres audierat, & filiae liniamenta in alterius ore intueri, seu igitur ambiguae stirpis, seu potius praesentis fortunae admonitus, adolescenti in secretum adducto impunitatem pollicetur, si cū fratre & ceteris pastoribus, in asserenda dignitate sibi auxilio adessent. Ad ea Remus quum omnia respondisset, quae praetensa spes salutis in periculo constitutis suadere solet, Numitoris iussu soluitur, Romuloque qui iam haud procul Alba aberat, salutem fratris per fidelissimum quendam nunciat, quod ille letus nuncio, pacate ut caeteri ignoto habitu ad Numitorem, apud quem Remus esse ex nuncio cognouerat, diuertit. Plutarchus cum pastorem manu & sub sceni manipulo, quasi sub signis Romulum Albam uenisse ait, sed ueriora mihi uidentur, quae Dionysius scribit. Is eo quo diximus modo, urbem ait ab Romulo initam. Ceterum iam prima apud Numitorem consilia agitari cepta erāt, quum parum abfuit, quin Faustuli indicio sint fratres proditi. Properauerat ille periculo rei motus Albam uenire, qui ut maiorem rei fidem Numitori faceret, aluum qua infantes fuerant expositi, in hūc usum alluerat secum habens, circa portas excusso pallio, iussu est custodibus prodere, quicquid id esset quod lateret sub ueste. Erat tum ibi forte minister ille, qui Amulij iussu pueros exposuit, agnouitque continuo inspectam aluum, atque ob id aliquid inesse fraudis ratus, Faustulum ad regem perducendum censer, circumfistunt itaque eum plures, captumque ad Amulium attrahunt. Hic uentus ne cruciatibus fateri cogere, quae in praesentia celare uoluisset, omnia rite, ut acta erāt, exponit, in uno non minus tempestiue, quam feliciter mentitus, quod iuuenes procul Alba inter pastores esse affirmauit, armenta; cum his sectari, non defuturam illis occasione fugiendi ratus, aut obtruncandi regis, si a Numitore ad eum fuissent accessit, & iam negotium datum erat militibus ut Faustulum secuti, ad se traherent, quicunq; ab eo monstrati essent, si sponte uenire nollet, quū re occulte ad Numitorē delata, mutua inter auum & nepotes iam manifesto indicio, facta est gratulatio. Complexusq; eos senex cum lacrymis ad ultionē hortatur. Armantur confestim a Numitore serui, & ex clientibus & amicis plerique, pastores quoque iam dudum, ut iussi fuerant, dissimulato negotio, diuersis itineribus, in urbem frequentes conuenerant. Huiusmodi manu freti, in forum sine maiore tumultu deuolant, regemque a paucis defensum, obtruncant, arcē occupant, ne cede regis tumultu orto ab irata multitudine opprimerentur. Hæc Fabius antiquissimus Romanorum annalium scriptor, quem Dionysius præ caeteris est secutus: quanquam Plutarchus nihil ab his diuersa prodidit: prescius omnia Lilius, atque eo fortasse cautius, nam si custodes circa portas fuere, non uideo qua ratione iam facilis fuerit pastoribus in urbem ingressus, occulta arma habentibus, aut cur regij pecoris magister ceteris suspectior esse debuerit quum longa consuetudine Albam commeandi, omnibus esset notissimus. Alij nihil fabulosum historiae conuenire rati, infantes duos nuper natos, dissimularum ministerio, Rheæ Iliæ medio nixu Numitoris consilio suppositos prodidere, eosq; pro uero partu ab Amulio necatos, qui ex ea æditi sunt alendos Faustulo datos, qui quum Amulij esset uillicus, Filistini fratris suasi (erat is quoque pecoris & pastorum Numitoris magister) negotium suscepit, Artricemq; uocatam ferunt mulierem, quae eos aluit. Nec interim negant, Faustuli coniugem ob frequētia

adulterium, Lupam inter pastores appellatam, uocisq; similitudine factum, ut fabula sibi in puerorū alimonia locū inuenerit. Mox itaq; ab ineunte puertia Gabijs institutos, & apud Faustuli hospites literas & Musicen Græco ritu, armorumq; tractationem edoctos, ad Faustulum deinceps, cuius crediti essent filij, sub puertatis annos reuersi, orta inter pastores contentione, quod ita Numitor ipse euenire uoluit, ut causam haberet eos à rege postulandi, Albam ad Amulium accersiti ambo uenerint. Affuit ex composito Faustulus cum plerisque amicorū cognoscendi iudicij specie, cognitione rei ad Numitorem delata, posteaq; ille adolecētes docuit qui essent, in Amulium armauit, & hæc illi, aut uera, aut certe uero similia, de conditorum urbis educatione, & Amulij cæde literis prodidere. Verum ut unquam res acta est, Numitor Amulio cæso, populum ad cognitionem uocat, scelera in se fratris nepotum originē, ut geniti, ut educati essent, ordine exponit. Amulij quia fratrem per iniuriā regno spoliasset, ut Tyrannum, se autem cæsum, quæ cū ille breuiter differuisset, iuuenes per mediam cōcionem suorum agmine ingressi, auum regem salutant. Consensus ingēs, & fauor uocum cōsecutus, rati illi nomen & imperiū fecere. Igitur Albana re auro permilla, honoribusq; matri restituitis (Etenim Dionysius & Plutarchus, uiua adhuc Iliā Amulium perisse scribunt) cupido eos cepit urbis hic condendæ, ubi expositi & educati essent. Dionysius id consiliū existimat à Numitore ortum, qui pulchrum & utile ratus, quoniā res Albana multitudine abundaret, ad propagandū nomen & gentem nepotibus persuaserit, ut eam uelut nouam ducerent coloniam, urbemque conderent. Apparebat in multitudine transcribenda, uires aduersæ factionis, nouæ coloniae prætextu, infirmiores fieri. Cæterum siue proprium id consilium, siue auitū fuit, iuuenes eius terræ charitate in qua ambo fuerant educati, ut nouam urbem statuerent, solū à Numitore accipiunt, pecunias adhæc, arma, frumentum, seruos, iumenta, multa que alia destinata operi necessaria. Ad tria hominum milia ex Alba in coloniam conscripta, cæteris facultas concessa, eo si uellent demigrādi. Cum hoc illi apparatu ab auro profecti, quicunq; palatium & Saturnium incolebant, præsentī multitudini iungunt, diuisis que inter se copijs, confestim quicquid hominum fuit, uelut in duas abiit factiones, inde & fratrum discordia orta, nam parum ab initio conuenit inter eos, quo potissimum loco noua statuerentur moenia. Præferbat Romulus palatij sedē, ut amborum altricem, Remus triginta procul inde stadia rumulū ceperat Tyberi propinquum, mansitq; ipsi loco ab re nomen, Remoriaq; est dicta. Id anceps consilium non nihil fatalem urbis originem moratur est. Demum eo est decursum, ut rem omnem materno auro permitterent, is ut deos consulerent, auro ambo bus fuit, irent & uterque suo templo sedens, eodem tempore captarent auguria, atq; utri meliores aues apparuissent, is caperet locum, nomenq; urbi daret. Sacris igitur, ut rite omnia fierent, perpetratis, Romulus palatium, Auentinum Remus occupant. Alij Remoriam ab eo iacellam credidere. Cæterum siue hic locus illi, siue alius sit captus, sex continuo uultures præpeti uolatu sese Remo offerunt, quibus lætus ille confestim Romulo iubet augurium nunciari, eumque ad se uenire. Sed dum forte res ad Romulū perfertur, ecce duodecim illi uultures occurrunt, tum orta inter duces cōtentione, quum hic auium numero, ille tempore regnū ad se traheret, nec ætas ullum faceret inter eos discrimē, ut hic pudore aut ille alteri cederet, utraq; multitudo regem suū salutat ducem. Oritur ex altercatione iurgium, ex iurgio certamen, animisq; ira accensis, uelut diuerse inter se acies hostiliter cōfigunt, ibi Remus media turba

Varia de u. & Re. educatione opinio.

Consilium condendæ urbis.

Ro. & Re. lonos ab am accipiunt.

Ro. & Re. augurium.

Romuli ad Albam accessus.

Faustuli discernimen.

Amulij cædes.

Romuli & Remi educatio.

Remus interfectus uulturis natura.

Faustuli et fratris interitus.

Alia de morte Remi opinio.

Celeres.

Natalis dies urbis.

Vnde Roma nominata.

dia turba temere ictus concidit. Dionysius parum integra fide Romulum à principio egisse existimat, qui nullo adhuc captato augurio, regni cupidus miserit, qui fratrem ad se accerferent, uelut continuo sibi aues augurium fecissent, quum interim Remus quas ipse obseruasset, ijs quia ad se missi fuerant ostendisset aues, sed quum in palatium uenisset, rogatus ab eo Romulus, ecquod tam cito augurium obseruasset, aliquandiu incertus ille, quid ad ea responderet, hæsitauerit, ac uix demum duo decim ostendisse uultures, qui post Remi accessum templū fuerant ingressi, atq; ex ea fraude ait contentione primo, inde prælium inter duces ortū, quo faucius Remus occubuerit. Verū enim uero quia augurij euentus Romulo felix in causa fuit, iam in de Romani id uolucris genus potissimum in augurijs obseruare perseverant, nisi forte alia eius obseruationis sit causa, quod innocentiissimus sit omnium animantium uultur, qui nihil attingit ex ijs quæ humano labore quaeruntur, nullum animal interficit, solis cadaueribus pascitur, uolucris mortuis affinitatem sentiens generis abstinet. Hinc credibile est Herculem, ut Herodotus Ponticus scripsit, nullo magis augurio, q̄ uulturis lætari solitum. Nec Remi dumtaxat morte, sed multorum etiam cæde funestum fuit id certamen, quo Faustulus & Philistinus fratres perire, dum pugnam dirempturi temere se iratæ multitudini ingerunt. Romulus in Remoria fratrem sepeliri, ipsæ actorum penitentia in desperatione adactus, sibi uiam ad mortem inuenisset, nisi amicorū, & in primis Laurentianæ nutricis interuentu, quæ illi absidendo nunc precibus instans, nunc castigatione in spem pristinam restituisset. Igitur cum tribus circiter hominum millibus, qui pugne superfuerat, quum aliquāto maior ante numerus fuisset, ad destitutum opus se totum conuertit. Scio ego ex ueteribus rerum scriptoribus fuisse, qui scriplerint Remū quum in contemptum fratris uallum transiisset, ca uillantem, fore ut non minus facile transcenderet hostibus quàm sibi uallum quod munierat frater, à Celere quodam, uel ut alij tradunt, Fabio qui operi præsidebat, ruro ictum concidisse. Sed quocunq; casu perijt, Romulus fraternæ cædis suspitione nõ caruit. Celer in Herurulia secessit. Vnde Plutarchus factum existimat, ut ueloces à Romanis postea sint Celeres nuncupati. Ceterum Romulus fratris, & aliorum cæde prius expiata, urbem quadrata forma ad duodecimum Kalendas Maij posttridie Palilia, quem diem pastores ea temporum superstitione solennem agebant, sulco, qua fossa prius inde murus ductendus fuit, bobus mare & femina ad aratrum iunctis describit, eoq; aratri circūactū, ab una ipsius instrumenti parte, nomen urbi datum credit Varro. Quod uero ad proprium nomen attinet, Græci scriptores in dubium trahunt, unde Roma ipsa sit dicta, quo tempore, ac cuius ductu condita. Cephalon Gergethius autor uetustissimus, secunda ætate post Ilium captum urbem conditam prodidit, ab Romoq; Æneæ filio ei nomen inditum, nec Cephalon tantum, sed Agarthillus quoq; & Demagoras, ut Dionysius scribit, eius fuerunt opinionis autores. Damastes Sigeus & quidam alij, Æneam a iuncto ex Molosis in Italiam profectum, haud multo post Vlyssis ad eandem terram accessum, urbemque ab eo conditam, quæ ductis iussu Roma sit dicta, ab Iliadū una, cuius iussu, Troianæ mulieres, longioris erroris tædio, naues incenderint. Aristoteles non Æneā & Troianos eam classis iacturam in Latio fecisse arbitratu est, sed Achæos, qui post Ilium euersum in eam Opicæ terræ partem fuerint tempestate delati, quum plures ex Phrygia in nauibus captiuae feminas, quæ ueritæ ne in Græciam uenissent, pellicatus suspitione immittis ab uictorum uxoribus uexarentur, classem concremarint, uirique necessi-

tate adacti, urbem sibi constituisent, eamque ab ueniis nomine, quæ eius facinoris fuisset autor, nuncupauerint. Callias qui Agathoclis res gestas scripsit, Troadum unam ex Æneæ comitatu Latino Aboriginum regi nupsisse prodidit, duosque ex ea filios genitos Remum & Romulum, qui urbem à se conditam à nomine matris dixerint. Xenagoras, historiarum scriptor, ex Vlysse ait & Circetris liberos procreatos, Romulum, Antium, & Ardem, quorum singuli urbes, quas in Latio statuisent, de se rite nominarint. Dionysius Chalcedensis à Romo inditum id nomen testatus est, sed ab eo qui fuerit Æscanij filius: uel, ut alij scribunt, Emathionis, ut alij, Italici cui Leuctra Latino genita nupsit. Quidam Græcam uocem secuti, à belli robore id urbi nomē datum affirmare sunt ausi. Lilius & omnis Romanorum scriptorum turba, haud dubie affirmat à Romulo, qui ex Iliā est ortus, genti nomen urbiq; inditum. Perplexa hæc scriptorum uariatio, ut arbitror, effectit, ut ne tempora quidem, quibus Roma sit condita, anti quis rerū scriptoribus omnino consentent. Fuit tætu quædam persuasio uulgaris que, ut Dionysius ait, de ea re sermo, Romulum & Remum Æneæ filios, post eius interitum Romulū Capuam, ut alio est à me loco dictum, condidisse, quam à Capri proauo nominarit, alteram in Ianiculo à patre nuncupatam, Romam inde de suo nomine nuncupasse, hancque diu Albanorum regum temporibus desertam iacuisse. Tum demum à Romulo & Remo uestali Iliā genitis, Albanis colonos dantibus, instauratam, quæ uulgo celebrata, si uera sunt, instauratio fuit hæc, quam Lilius & alij originem uocant. Cæterum si quis adhuc uetustiora sectetur, reperiet fortassis aliam longe antiquiorem urbis conditionem. Antiochus Syracusanus uir inter ueteres scriptores haud obscuri nominis, scriptum reliquit, uenisse quendam ad Morgetem regem, qui diceret se Roma profugum. Regnauit Morgetes in terra Italica post Italum. Fuerunt tum regionis fines à Tarento Neptunam usque. Quo apparet aliquot ætates ante Æneā in Italiam accessum, Romam in Latio fuisse. Sed longiore fortassis sermone, quàm stilus exigat, nos hæc de urbis origine sumus executi. Nunc satis constat conditionem quæ Romani scriptores celebrant, quæque Romulum Iliæ filium autorem habuit, in annum tertium septimæ Olympiadis incidisse, eo nanque anno Antimachus Teius celebrat lunæ defectum, quem Plutarchus ait eo die factum, quo urbs condita est. Eusebius & ipse idem tempus obseruat. Quod si recte ab his tempora colliguntur, fuit annus ille quo Roma condita est, quater millesimus à mundi origine quadriagesimus atque undequinquagesimus. Ab Ilij excidio, ut Dionysius scribit, trecentesimus ac undetrigesimus. Ante Christi regis aduentum septingentesimus quinquagesimus secundus. Idem autor in primum annum septimæ Olympiadis conditionem urbis reposuit, in quo est trium annorum uariatio. Porciaturque tum rerum Athenis Charopus, in Assyria Medidus tertio ab Arbace loco regnum obtinebat, in Macedonia Tyrimas, Samus in Ægypto, Hierosolymis Achamus. Is, ut ad res Hebraicas reuertatur historia, diuersus à patris instituto, externas aras dijs statuit, ut per omnia impium cultum exerceat, filium pro hostia immolauit. Cuius manibus haud multo post debitas expendit penas, bello à Rasio Syriae, & Phæcia Samariæ regibus illi orto. Hi iuncta inter se societate, eum aliquandiu Hierosolymis, arcta obfisione fatigarunt, urbibus interim plerisque ex eo captis, direptisque & incensis, & in his Achilacha, Erithæo mari adiecta, quo antiquis cultoribus cæsis, nouos Rastinus rex Syriorum induxit colonos. Urbs regia, quam

Vetustas urbis

Anni mundi.

Achamus.

Achamus impius.

quum ualide munita esset, capi non potuit, cuius potius spe abiecta, hostes soluta obsidione, diuersi in suum uterq; regnum abierunt. Tum Achamus suorum scelerum furis agitur, in Phaceiam omnem ultionis iram detorsit. Valido itaq; exercitu ad bellum instructo: Samaritanam regni fines hostiliter adortus, Phaceiam ad arma compulit, nec ita multi intercesserunt dies, quibus cruenta acie Achamus ab hoste uictus, centum triginta hominum milibus amissis, & in his filio iuene impigro, quem Amasias Phaceiani exercitus praefectus interfecit, trepide ad suum se regnum recepit. Nec Phaceias uictoria est negligenter usus, sed hostem Hierosolymam profectus, omnia circa urbem ferro est & igni populatus, ingens uis hominum ab eo capta, & in Samariam abducta est. Caeterum Odidae prophetae monitu Phaceias captiuos domum remisit. Nec Achamus, licet uictus, deinceps quieuit, sed reparando bello intentus, in Assyriam ad Tadahasarum regem misit, qui magnam cum eo pecunia paciscerentur, ut in societatem belli ueniret. Nec Assyrius postulata abnuuit, sed cum Achamanis legatis foedere Syriam hostiliter inuadit, agrum populatur, Damascum expugnat, Rafinumq; in suam potestatem redactum obruncat, inde Samariae fines ingressus, subita excursionem ingentem uim hominum in agris opprimit, captiuam multitudinem cum Damascenis ad hoc ipsum seruatis, in superiorem Mediam transfudit. Achamus autem quod cum Assyrio per legatos fuerat pactus, bona fide persoluit. Inde eo furoris processit, ut augustissimum dei templum claudi iusserit inhibentiq; sacra fieri. Per haec ille scelera, quum annos sexdecim regnasset, moriens Ezechiae filio regnum tradidit, quo tempore perijt & Phaceias, suorum fraude oppressus, quum annos nouem Samariae regnum obtinuisset, Ozias eius caedis fuit autor, cui regnum patricij precium cessit, sed Phaceiae manus nondum quieuerant quum Ozias graui bello a Salmanassare Assyriorum rege peritus uictusq; tributum illi pendere est coactus. Eusebius & Bibliaci libri hoc rege significare uidentur accidisse, ut ex duodecim Israelitarum tribubus, multa hominum milia in Medos sint translata. Caeterum Iosephus Phaceia uiuo eam cladem acceptam autor est: hic tunc erat in Iudaea rerum status. Romulus interim fossa & uallo urbem cingere adortus, haud prius ab incepto quieuit opere, quam eam munitionibus circumuallatam, ab omni externo incurfu, minisq; bellorum tutam reddidisset. Verum reputans animo ciuium concordiam pro membris esse urbibus, qua sublata nulla diu ciuitas stare possit, incomptam & agreste multitudinem, certis uelut legibus ciuilem in modum coposuit. Aderant ad tria peditem millia, ac supra hos equites trecenti, quibus ad concionem uocatis, in hunc modum eos affatus dicitur: Nouam quidem formam, expressamq; urbis speciem cernitis, uiri fortissimi, quam uestrae manus fossa & uallo ualide munitam reddiderunt. Sunt haec, quis ignorat? infirmae & nascenti ciuitati ad omnem uim & iniuriam propulsandam necessaria, sed maiore adhuc praesidio opus est, quod res nulla alia praeter ciuium concordiam praestare possit. Cospiratio adfit & consensus, quamuis pauci & inermes facile locum hunc tuebimur. Discordia, ingens humanarum rerum pestis, in primis uita est, quam nuper experti, parum absuit quin non urbem dixerim, quae utiq; tum nulla fuit, sed condendae urbis consilia, & rationem tolleremus. Huiusmodi memoriam diri illius certaminis, cupioque si fieri possit in perpetuum aboleri, uel si animo excidit non possit, sit saltem nobis documento, ad diram illam maximamq; ciuitatibus inimicam deinceps pestem fugendam. Narrat mihi quidam maiores natu, scire se plures Aboriginum colonias, circa Latium & alias quasdam procul Latio sitas, quae non solum optima prin-

Vincitur Achamus magno praelio.

Damascus expugnatur.

Claudatur dei templum.

Romulus urbe uallo munit.

Oratio Romuli ad suos.

cipia habuissent, sed ad inuidiam usq; luxuriosa sortita essent incrementa, domestica leditione deletas. Sed sic sane habet, ut res paruae concordiae coalescit ita sublimes & arduae discordiae dilabuntur. Quare ut tutiore loco simus, & re deorum auspicio inchoatam tueri, & augere ualeamus, auctamq; posteris tradere, necessarium duxi uobis demonstrare, quae potissimum ratio nobis ineunda sit, ut iuris & aequitatis formam, quae duo sunt ciuitatum uincula, in nouam urbem inducamus. Si quidem haud unam administrationis formam uulgo receptam uideo, quidam unius consilio & ductu contenti, regium nomen in ciuitatem induxerunt, alij optimatibus summa rerum permissa, paucorum conspirationem utilemque consensum ciuili administratione expedire arbitrati sunt nonnulli multitudinis arbitrio rem totam permiserunt. Vos uero quando deorum benignitate eo uentum est, ut si non absolutam, quod tam breui cotinere non potuit, omnino tamen aliqua ciuitatis speciem habeamus, in medium consulite, quae fir uobis regiminis forma inducenda. Nam quod ad me attinet, satis superq; adeptus uideo, quod me deducendae coloniae, urbisq; condendae ducem & autorem habere uoluistis, & quod auspiciatissimo loco satisfique, ut apparet, opportuno, eam uobis statui, statutamq; de meo nomine uobis probatibus, & ita euenire uolentibus, nuncupauit. Nunc satis immortalitati prouisum est, caetera uero arbitrio permitteda existimauit. Etenim quamcumq; ciuitatis formam uobis optaueritis, siue publicam, siue priuatam personam gesserit, pro omnium commodis, ceptorumq; operum incrementis, uel quia ciuem oportet, uel quod dicem & regem decet pro suis laborare, sciens uolensq; excubabo. Huiusmodi oratione aut certe non multum ab hac dissimili Romulus ad suos usus est, quod materni aui consilio factum credibile est, ad ferocissimae multitudinis inuidiam fugendam, ne si illius iniussu regium nomen usurpasset, continuo inuidia inde, mox & odium esset illi ortum. Haud dubium erat quin tum genus ipsum, tum uirtutem in eo secuti, Romulum ut neminem alium regem essent habituri. Igitur magno omnium consensu totius rei summa illi permilla, sed non prius regium nomen recepit, quam multitudinis scitum augurio sit confirmatum. Sinistra caeli parte fulgur in dexteram discurrit, quae obseruatio est uana est, & a uerae pietatis cultu abhorrens, opere precij est tamen cognoscere, unde ratio ipsa auguria captantibus orta sit, sinistri fulminis obseruandi. Dionysius autor est augures eam mundi partem qua sol & caeteri plane orientur spectare solitos, omniaq; interim ad septentrionem & arcticum polum uergentia sinistra augurantibus fuisse. Nulli praeterea dubium est eam mundi partem nobis eminentissimam esse, & ob id multo alij potentiorum, unde uana persuasio orta, signa quae inde mortalibus darentur, esse longe omnium efficacissima. Sunt tamen qui idcirco sinistra auguria meliora arbitrati sunt, quod quae nobis caelum spectantibus laeva sint, ipsis fiant superis dextera. Constat praeterea Ascanio in Mezentium & Heruiscos eruptionem facturo, sereno caelo leua intonuisse, quo ille augurio fretus, uictoriam sit ingentem adeptus, quae causa esse potuit, ut talis obseruatio inde ad Romanos fluxerit. Nec ignoro uideri posse morem ipsum ex Hetrusca disciplina sumptum, cuius Romulum haud ignarum fuisse crediderim, quippe qui urbem augurato condidit, nec regium deinceps nomen, nisi augurio confirmatus, receperit. Enimuero satis constat ab incunte pueritia cum Remo fratre Gabij musicae & literis institutum, quo in maiore errore fuerunt, qui utrumq; inter pastores adoleuisse arbitrati sunt. Per haec ille regnum adeptus, ciuitatem moribus & institutis continuo componere est adortus. Primo itaq; multitudinem in tris

Multiplex uirtutis administratio.

Romulus declaratur.

De augurio obseruatione.

Romulus Gabijs instituit.

Tribus. uelut ordines diuisit, Tribusq; ab ipsa, ut credo, partitione nominauit. Inde earum singulas in denas diuisit partes, Curiaeque haec nuncupatae, (triginta numero fuere) secuta & alia Curiarum diuisio in Decurias, unde & Decuriones dicti, qui illis praefuerunt. Tum ager in tot partes diuisus, quot Curiae numero erant, suaeque omnibus portiones tributae, tantum rex ipse sibi terrae reliquit, quantum ad sacrorum usum, templorumq; curam satis uideretur. His ita constitutis, omnes spectata uirtute uiros, & quibus tum filij essent, polleretq; inter alios opibus, ab ignobili multitudine discretos, patres appellauit.

Patres. Eorum progenies patricij deinceps dicti. Dubium patres idcirco dicti sunt, quia alios aetate praerent, an quod his tantum filij essent, an honoris ea potius appellatio fuerit. Caeterum quaecumq; fuit eius nominis ratio, centum ex hoc ordine lectis, senatus est constitutus. Liuius eam Romuli electionem fuisse existimat. Dionysius unum ait a rege in ordinem ascitum, cui quum ipse belli causa abesset, res urbana tuto credi posset, caeteros eius permisso legit multitudine ipsa, ut singulae tribus singulos terminiones darent. Triginta deinde curiae tris singulae ex suo corpore creantur. Senatus is ordo dictus, uel a graui aetate eorum, qui tum primum sunt in ordinem asciti, aut quia Latini ueteres optimos quosq; solebant senes appellare. Nec illud, ut uideo multum conuenit. Sunt qui huiusmodi uiros ab initio patres conscriptos appellatos existimant, sed multo plures ita interpretantur, ut cum recentior numerus a Prisco Tarquinio fuit huic adhibitus, conscripti dicti sint. Alij cum Sabini a Tiro Tatio sunt Romam ducti, & in senatu allecti, conscriptorum patrum appellationem primo usurpatam arbitrantur. Caeterum ut uulgus ipsum agros liberius coleret, ne urbanis curis ab agresti opere saepius auerteretur, ita ordinum officia coaptauit, ut senatores & alij qui in urbe residerent, minorum in agris agentium tutelam susciperent, eorumq; urbanae negotia sedulo curaret. Atque in hunc modum patrocina sunt, urbe adhuc recenti constituta. Ipse uero se imperij insignibus quum caetero habitu, tum duodecim lictoribus praecedentibus, augustiorem populo reddidit, ceteros omni iuuentute lectis, quorum denos singulae Curiae dederunt. Hi circa regem armis excubabant, celeresq; ab exequendi ministerij celeritate, uel a Celere qui praefectus est illis, sunt postea dicti. In fasciis numero duodecim uultures, qui ei augurium fecerunt, uideri potest Romulus secutus, nisi ab Hetruscis morem ipsum aliquis potius sumptum dixerit, quibus quum duodecim populi essent, magistratumq; unum communi nomine crearent, singuli suum illi apparitorem dare consueuerunt. Sella Curulis, Trabea & alia Romanorum regum insignia, inde haud dubie fuerunt. Sequuntur pauca legum capita, quando in longissima rerum serie haud omnia licet cōsectari. Mulier, inquit, uiro legitime coniuncta, fortunarum sacrorumq; omnium locia illi esto, domusq; ut ille dominus, ita haec domina, filia ut patri, ita defuncto uiro haeres. Adulterij conuictam uir & cognati ut uolent necant. Si uinum biberit domi, ut aduulteram puniunt. Quo instituto uideri potest apud Romanos morem inualuisse, ut quoties uiri domum se reciperet, filias & uxorem exciperent osculo, an (ut Porcius Cato prodidit) olerent temerum, ut enim corruptionem infaniae principium arbitrati sunt, ita corruptionis ebrietate. Parentum in liberos omne ius esto, relegandi, uendendi, occidendi. Si quis a patre ueditus se in libertatem uindicarit, iterum ac tertio patri ius uendendi esto. Fuit id caput legis ceteris deinceps anno in duodecim tabulis relatum. Mitigauit nonnihil austerum carmen Numa Pompilius, qui tulit nullum patri amplius ius in filium oportere esse, ubi illius iussu duxerit uxorem. Secuta &

senatus constituitur.

Senatus.

Cur patres conscripti dicti.

Vnde patrocina.

Celeres milites.

Leges a Romulo latae.

Osculi origo.

alia instituta, ne quis libera fortuna sedentaria arte exerceret. Militaris disciplina, & agricultura ciuibus permilla, unde laudationis mos ille manauit ad posteros, bonus miles, bonus que colonus. Haec ille, nec religionis immemor, templa, aras, deorumque simulachra constituit, Adiecit & dies festos, sacrificia, ferias, nundinas, & alia pleraque ad deorum cultum pertinentia. Peregrina & sacra, & ca in primis, quae graecanico fieret ritu, urbe exclusit, praeter Herculeam iam inde ab Euandri temporibus instituta. Alicarnassens Dionysius Varronem securus lx. air sacerdotes, qui publica sacra facerent, tributim, curiamque ab eo institutos, additos & his aruspices diuinationum interpretes. Curiarum singulis suis genium cum sacrorum ministris datus, communisq; omnibus Vesta, & annus in decem menses digestus quibus nemo non potest intelligere, fuisse Romulum diuinarum humanarumq; rerum non imperitum, nec ante Numae regnum, populum Romanum sine moribus & religione, ut pleriq; autumat, mansisse. Sed dum haec a Romulo constituantur, multi mortales in nouam urbem conuenerant, ad quod ipsum Romulus aliquando antea inter arcem & Capitolium, ipsi loco intermotio nomen fuit, inter duo querceta umbrati loco Asylum constituerat, huc serui, & qui domesticis erant iudicij obnoxij, uelut ad unicum liberatis & uirtu portum, certumq; profugium, ex circiectis urbibus migrabant, qui benigne accepti, & ad urbem colendam omnibus officijs inuitati, frequentiore reddebant indies ciuitate. Et iam res Romana adeo erat ualida, ut neq; bello, neq; pace finitimarum urbiu ulla esset inferior. Sed magnitudo illa breuis, & intra hominis aetate interitura, quando neq; domi spes prolis ulla esset, neq; cum finitimis conciliata haberent coniugia. Consilio igitur patrum circa finitimos populos mittit Romulus, qui affinitate nouae ciuitati, & societatem quaererent, adijcerentq; nouitate urbis non oportere cuiquam fordescere, multa in terris esse, & in his urbiu origines, quae modicis ortu principijs (iuent modo di) in summam uirtute hominum & industria augeantur. Certo scire se, quod ad utrumq; attineret, deos Romanae origini affuisse, uirtuteq; hominibus non defutura, ne proinde graua rentur secum genus & sanguinem miscere, ad quod si nulla res alia horret, certe quia homines essent, atq; ijdem uicinorum accolae, inhumanum sit sibi denegari, quod barbaris & ignotis saepe fit datum. Nusq; benigne legati auditi sunt, in quibus da etiam concilijs contemptum rogati, an & foeminis quoq; Asylum aperuissent, ea tum demum digna connubia habituri. Tantum hominum odia ab initio in Romanum nomen exarsere, non tam, credo, homines, q locu auerfantium, quem maiora in dies uidebat fortiri incrementa, q sibi & posteris tutu crederetur. Eam cotumeliam rex & alij passi, continuo ad uim animu adiecerunt. Aegritudine itaq; animi ad tepus dissimulata ut praesens consilium comodius celaret, nouum in noua urbe spectaculu celebrare Romulus instituit Neptuno equestri sacrum. Consualia id dixerunt. Persualium pluribus scio, eundem geniu, Neptunum equestre esse, & Consium. Veru Dionysius, ea ratione diuersos existimat, quia Neptumno terrae domitori, nusq apud Graecos, aut Barbaros, ara erigeretur, quum Romae interim subterranea Conso sacra esset ara, fieri potuisse arbitratur, ut a quorum curfus, diesq; illi festi Neptumno fuerint sacri ab initio, mox quia occultum de rapiendis uirginibus consilium ad uota processisset, Conso, qui arcanoru esset deus, ara fuerit loco condita. Spectaculo igitur finitimis indicto, praeclearo, ut tum res erant, apparatu Romulus solennes celebrat ludos. Multi mortales uiri promiscue & foeminae cum liberis, non magis ludorum studio, quam ut nouam urbem intuerentur, sub ipsos spectaculoru dies, ex Cenina, Crustumino,

Quas artes Ro. ab initio exercuerint. Quae sacra ab initio recepta.

Asylum a Romulo constitutum.

Legati mittuntur ad quaerenda connubia.

Consualia.

Antennis, proximoq; Sabine tractu affuere, hospita liter per domos inuitati, securi ludos & urbem con- templantur, & iam solene ludicrum ad exitum spe- ctabat, quū Romulus uti conuenerat, purpurea ue- ste, qua erat amictus, in sinū, ut Plutarchus ait, colle- cta, suis ad rapiendas uirgines dat signū. Confestim igit factō in hospites impetu, turbato cœtu, tumul- tus & fuga oritur. Virgines, ut quisq; in hanc aut in illam inciderat, sine discrimine rapiuntur. Raptæ nō sine uexatione, & miserabili ploratu, ut à suorū com- plexibus abstractæ, domum abducuntur. Edictum erat ut in sequentem diem intactæ seruarentur. Tū quædam elegantiore forma sunt patribus destinæ- tæ. Fuit in his una omnium pulcherrima, quæ quum à Thalassij globō traheretur, multiq; interim scisci- rantur, cui eam adducerent, Thalassio nequa uis puellæ inferretur, identidem clamitatum. Facta que ob id nuptialis, quoniam Thalassij nomē unius pudicitia adimento fuisset. Sextius Syllas Thala- sium credidit fuisse direptionis signum à Romulo datum. Iubas & plerique Græcorum ad lanificium, quōd illi Thalassiam id uocēt, eam attinere uocem arbitrati sunt, omenque in nuptialibus sacris inde factum. Quot numero uirgines raptæ fuerint, parū conuenit. Quidam triginta tantum fuisse prodide- runt, à quarum nominibus sint Curia deinceps no- minatæ. Dionysius Iubam secutus, sexcentas octo- ginta tris numero raptas prodidit. Valerius Antias quingentas & uiginti septem, sed quātuscunq; fuit ille numerus, parum enim, ut uideo, inter autores li- quet, ad quartumdecimum kalēdas Septēbris, quo die consualia celebrata sunt, est id facinus perpetra- tum, quarto mense ab eo, quo urbs condicta cœpta est, ut Fabius scripsit. Gnaeus Gellius quem Dionysius sequitur, & quod multo est uero similis, non mēse, sed anno conditæ urbis quarto, Sabinas spectaculo- raptas memorie prodidit.

ENNEADIS II. LI.

BER. III.



Vibus auspicijs, & per quos urbs Ro- ma fuerit condita, quo præterea con- silio sint conditoribus ipsis cōnubia quæ sita, maiore fortassis uerborum complexu, quam filius requirebat, retuli proximo uolumine. Iam hinc ut ea quæ populus Romanus ipse, domi forisq; ges- sit, ut ab initio feci, cum cæterarum gentium rebus mixta, & inserta, seruatō temporum ordine referā, operæ precium est originem urbis, & ea quæ origini proxima sunt, cognoscere. Nam ut in pictura ex ipsa symmetria, facile totius operis ratio iudicatur, ita in ciuitatibus, earum principia spectanda, cætera do- mestica, in quibus est Liuius magnopere occupa- tus, nisi quæ maxime relatu digna uidebuntur, ut ad alia scribenda suppetat stilus, parcius exequar, alioqui suscepti operis magnitudo sero ad exitum perducatur. Nunc ut propōita stili uarietas precedat, ad res Syriacas reuertitur historiae explicatio, quæ dum proximo à me loco relata, Romæ gere- bantur, Ezechia in meliorem statum sunt admini- stratione restitutæ. Successit is Achamo patri, à cuius impio instituto longe diuersus, administratio- nem inde auspiciatus est, ut populo ad concionem uocato, publice præfatus sit, nil mirum cuiquam uide- ri oportere, quōd tot clades duo Hebræorum re- gna, paucis annis adijissent, patris & aliorum im- pietatem, fauorem numinis à tota gente alienasse, sublatum ueterem sacrorum ritum, templum augu- stissimum prophanatum, cærimonia interpolla- tas, ferias à maioribus institutas, celebrari ueritas, haud dubie apparere eiusmodi religionis, contem-

ptum, non modo ipsis impietatis autoribus, sed Is- raelitico etiam nomini bella, cædes, agrorum, ua- stationes, captiuitatem, cæteraque mala, à quibus uulgo mortales abhorrent, cōtinua malorum se- rie importasse, nec esse cur meliora sperari possent, nisi uetus pietas in urbem, aliquot post annos resti- tuta, pristinum ius recipiat. Velle ob id se, iubere- que, quod sibi ciuibusque suis, atque uniuersæ gen- ti, bene feliciterque uerteret, templum aperiri lu- strarique, ueteri cærimonia, sacerdotibus, mini- stris instrui, ut populus infando dæmonum cultu excusso, pristino instituto sacrificaret, uetustas fe- rias patriumque sacrorum ritum reciperet, quæ om- nia ut rite, maioreque consensu fierent (quoniam Azymorum dies instabant) conuenit uniuersæ genti Hierosolymam indixit. Mitit & in Samari- am ad cognatas tribus qui suo nomine regem & cæ- teros ad antiquam pietatem inuitarent, ut proximi- mis Azymorum ferijs, si qua adhuc ueteris instituti cura, suorūque maiorum reuerentia, animos tangeret, frequentes Hierosolymam conuenirent, ut totius gentis consensu, atque ob id fortasse au- spiciatus, uetus sacrum instauraretur. Hæc ille. Ve- rum tantum abfuit, ut qui ex Samaria accesserunt, antiquum solenne presenti hortatione respexerint, ut legatos & prophetas, qui cum his missi erant, contra ius gentium uiolarint. Multi tamen morta- les, ex Zabulonia tribu Manasse & Isacharia, mag- is priuato, quam publico consilio, suorū perfidi- am detestati, sacrorum die Hierosolymam con- uenerunt. Vbi Ezechias patefacto purgatoque tem- plo, ex Salomonis instituto ad aram maximam sa- crificauit. Populus per dies Azimos in urbe frequēs fuit solennibus epulis, & sacris occupatus. Vrbs de- inceps tota, uanis est superstitionibus afferta, pe- regrina sacra cum dijs suis passim subuersa. Hæc circa religionem operatus Ezechias, numinis fau- re fretus, Philistæos à Gaza urbe ad Gethum bello domuit, Salmanasari Assyriorum regi tributum, quod pater fuerat solitus pendere, minacissima bel- li denunciatione reposcēti abnegare perseverauit. Imminebat idcirco graue bellum inde Ezechia.

Cæterum Assyrius omnem armorum impetum, in Osiam Samariæ regem in præsentia deflexit. Infe- rendi belli causa Salmanasari fuit, quōd Osias ad Susam Ægyptiorum regem miserat, qui ab eo au- xilia peterent, ad nouum bellum instruedum, quod occulte in Assyrium moliretur. Samariæ itaque fi- nes Salmanasar hostiliter adortus, quum ferociter imperata facere Osias recusasset, primo eadē & in- cendio omnia complet: Samariam urbem oppu- gnat, fuitque ea obsidio præter spem omnium diu- ruma & laboriosa. Neque enim Osias ab initio cre- didit, tam diu Assyrium in obsidione mansurum, neque Salmanasar sibi obsessum hostem tam perti- naciter restitutum. Multo igitur labore utrinque exhausto Samaria triennio, quam obsideri cœpta est, capitur, nec Salmanasar, ut assolēt, uictoria cō- tentus, tributum tantum imperauit, sed decem tri- butum multitudinem, cum ipso rege subactam bello, in Mediam & Persidem traduxit. Sic Israelitæ ex Samariæ sinibus sublati sunt anno nongentesi- mo septimo ac quadragesimo, ex quo eorum ma- iores Ægypto egressi, eam terram iure belli suam fecere: Post Hebraici regni dissidium anno ducen- tesimo ac quadragesimo, ut Iosepho placet, alijs quinquagesimo supra ducentesimum. Cuthei Per- sæ, sic enim à fluuio nuncupatos credidit Eusebius, in id solum quod Israelitæ tenuerant, uelut in colo- niam à rege missi. Hi quum gentiles deos secū tran- stulissent, ita accidit, ut terra pestilentia affecti, quū defungendi morbi nullum inueniretur remedium, ad ueni dei cultum conuersi, sacerdotes à rege ex Is- raelitis, qui in Mediam translati fuerant, sibi mitti, unde

unde sacra discerent, postularunt. Hebræi Cutheos dicunt, Græci Samaritas. Fuit ea gens reliquæ Iu- dææ affinis, quibus semper fide & studio in uicinos accolat, quippe quos feliciter agitantē conlan- guineos sibi prædicare, ut à Iosippo qui Israelis fuit filius, oriundos. Cæterum illorum opibus aliquo ca- su afflicti, negare ullam sibi cum ea gente neces- situdinem esse. Esaias prophetarum maximus per hæc tempora, quibus alterum Iudaicæ gentis est re- gnum sublatum: Hierosolymis sub Ezechia claruit. Æthiopes Sabahonis ductu, Bocchore armis uicto, Ægyptum occupant. Sed obscura rei fama, præse- que nimium, ut cætera ab Eusebio prodita. In Ma- cedonia Perdicas tum rex erat, Athenis princeps Æ- fimes, & cum Messenij Lacedæmonij bellum ha- bebant. Fuerant Laconicæ uirgines in Messeniorū sacrificio uiolate, eam Lacedæmonij iniuriam haud ferendam rati, bellum in Messenios comparant, iu- ratum inter se, non prius armis abscessuros, quam Mes- seniam expugnassent. Fuit ea urbs in Peloponneso Laconia propinqua, in sinu maris locata, qui ab ei- nomine Messenius est olim dictus. Obsidione igitur in multos annos distracta, quum iam x. anno Spartani domo abfuisent, uarijsque belli casibus pauci, ut assolēt, foris assummerentur, frequensq; de- lectus magis in dies urbem multitudine exinaniret, nec quia uiri abessent, spes interim ulla sobolis domi superesset, nemini dubium erat, quin ciuitas duplici clade affecta, breui ad nihilum esset redigen- da. Trahere tamen illi obsidionem, uxores tam lon- gam uiduitatem pertesæ, uiros domum reuocant, criminari eorum pertinaciam, quōd priuatæ inju- riæ ulciscendæ studio, se ipsos & patriam, tacita ca- lamitate perderent, cogitarent animo, quàm sibi id bellum magis esset quam hostibus perniciosum. Il- li intra moenia inclusi, si alsiduas clades sentirent, quas bellorum casus ferre soleant, iuuentutem ta- men perpetua uxorum fœcunditate reparari. Con- tra rem Spartanam domi uiuorum absentia, foris bellis casib; in dies magis extenuari, fore, ut si per- gerent diutius abesse, ciuitate uiribus exhausta, nō modo non inferre alijs bella Spartani possent an- plius, sed ne illata quidem propulsare. Irent & quæ- doque posteritati consulerent, satis superque iræ- deant, uidendum esse, ne dum alieno excidio stu- deat, domesticum alant. Huiusmodi querelis mo- ti, qui in obsidione erant, etsi uerissima ea esse satis sciebant, quæ mulierum querelis iactarentur, sacra- mento tamen astricti, bellū omittere non sunt ausi. Varijs itaq; curis accipites, eo decurrūt, ut domum iuniores mitterentur, qui post iusuradum, supple- menti causa fuerant in castra acciti. His permissum est, ut promiscue cū omnibus mulieribus concum- berent. Ab huiusmodi indiscreti concubitus nota, Parthenias, qui inde orti sunt, nominare. Hi ubi adulti sunt, quum eorum nemini certus adesset pa- ter, nec futura bonorum successio ob id cuiquā ex- pectanda, trigesimo anno, postquam id acciderat Phalanto Araci filio duce, qui Spartanis ad Messenē sedentibus autor fuerat, ut ad sobolem tollendam iuuenes, qui sacramento non tenebantur, ad mulie- rum concubitus domum dimitterentur, ut quem ortus autorem habuissent, fortunarum quoque du- cem haberent, Lacedæmone profecti, ne matribus quidem salutaris, quarum adulterio iniquo animo ferebant se conceptos, uarijs casibus iactati, in Ita- liam delati sunt. Vbi Tarentum, ut suo deinceps lo- co memorabitur, instaurant. Hæc Trogus, qui E- phorum secutus uideri potest, nisi quōd hic, non ob- sturpium uirginibus illarum, bellum conflatum scri- psit, sed quōd Teledum Spartanorum regem, sacro- rum causa ad se profectum, Messenij interfecissent. Præterea cum uirginibus tantum Spartanis iuueni- bus permissum, ut concumberent, inde Parthenijs

sit soboli nomen datum. Adijcit & aliam profectio- nis cautam. Quod posteaquam Messene capta est, quod unde uigesimo, ut Tyræus scripsit, anno ab eo quo obsideri cœperat, contigit, agrum ex hoste captum, quum Spartani diuisissent, tum neque agri portione ulla, neque honore Parthenias ipsos do- mum reuersi Lacones dignati essent, duplici illi ini- iuria instructi, cum Elothus (erant hi serui apud Spartiatas) in cæterum corpus ciuitatis coniurant. Signum perpetranda cædis, fuit Laconici pilei elasti- citio, sed coniuratione paucorum indicio patefacta, quia multitudo conspiratorum ingens dubiam fa- ctura uidebatur uictoriam, si uis tentata esset, se- niorum suasu, ea conditione urbe excefferunt, ut si nullam demum terram adepti essent, in qua perpe- tuo cōsisterent, in Laconiam reuersi, tertiam Messe- nij agri partem sortirentur. Tum uero in Italiam de- lati, ab Achiuis bella cum Barbaris gerētibus, in ar- morum societatem accepti, Tarentum adepti sunt. Hic sermo mihi uerior uidetur, quàm quem Antio- chus Syracusanus de ea re prodidit, Spartanos ad Messenium bellum ituros, publice edixisse, ut qui Reipub. eo bello defuisent, pro seruis haberentur, quos illi Elotas dicerent, atque ita accidisse, ut qui- cunq; longa belli intercapedine domi orti sunt, in- fames sint habiti, Parthenieque appellati. Iniquum uideri potuisset eos infames haberi, qui legitimo thoro orti essent, etsi parentes bello non interfuis- sent. Cæterum ipsum nomen haud dubie demon- strat, Parthenias ita ortos, ut Ephorus & Trogus meminerint. Cætera Antiochus ita differuit, ut Parthenias diceret præsentem fortunā haud feren- dam ratos, eum Phalanto quem ipsi ducem sibi con- sciuisent, consilium cœpisse, ut in Hiacinthiorum celebritate, quum certamen in Amycleo celebra- retur, Phalantes pileum capiti imponeret, ac tum repente ad destinata cædem discurrerent, sed præ- conis uoce perterriti, qui nescio quid inter specta- dum, magistratum nomine Phalanto imperauit, proditam coniurationem rati, multa consternatio- ne sese spectaculo propiunt, multi incerta fuga di- lapsi, in diuersa abierunt, quidam metu hæsitantes, supplices in medium processere, hi aliquandiu in cit- stodia habiti, quo ad Phalantus Delphos, ad oracu- lum de colonia ducenda consulendum, mitteren- tur, Pythium carmen quod illi est redditum, hoc ha- buit: Sastireum & pingue solum tibi trado Tarenti, Incolere, & late sedem per Iapigas ædes. Atque ita Phalantus & Parthenias cum eo profecti, à Barba- ris & Creten sibus, qui ea Italiæ loca incolēbat, sunt hospitaliter accepti. Cretenes ipsi Minois comites fuerunt, qui rege in Sicilia amisso, ex ipsa insula in Italiam transfretarunt, inde uero eorum quidam, Adriæ ora peragrata in Macedoniam delati, Bugei nominati sunt. Cæteri, qui in Apulia subsedere, ab Iapige Dædali filio, quo duce eam fuerant terram adepti, Iapiges sunt dicti. Tarentum ab Heroë quodam nomen accepisse tradunt, sed cur ita conti- gerit, Antiochus, cuius hæc sunt, in obscuro reli- quit. Latinorum quidam à Tara Neptuni filio lo- cum à principio muniti arbitrati sunt, inde à Spar- tanis instauratum. Tarentinorum luxus & opulen- tia, in relatione rerum à Pyrrho rege in Italia gesta- rum, explicabitur. Nec ipsa instauratio loci, hoc loco referenda est, quippe quæ aliquanto recentior fuit, quàm ut in hæc tempora repōni possit. Hic erat ali- bi gentium status, quum Romulo ob raptas nuper uirgines, bellum est à finitimis ortum. Pleraque Sa- binæ ciuitates, ad quas ea potissimum iniuria per- tinebat, ad Tatum Sabinorum regem cōfugerant, ibi multa de Romanorum iniuria questū, quem fa- cile imperatum esset, ut communi nomine res uiu- dicaretur, rexque & alij præ ira & ardore id postu- lantium signis omnino mouerentur, Ceninenes,

Parthenie in suos ciues con- iurant.

De Parthenijs uaria opinio.

Phalantus Par- theniarū dux.

Iapiges unde.

Bellū Sabini.

Signum rapti- darū uirginū.

Thalassius.

Quot uirgi- nes raptæ.

Ezechia spi- tißimum di- ctum.

Bellum Messen- ium.

Spartani ab uxoribus reuo- cantur.

Instauratur sa- crorū ritus ab Ezechia.

Decē tribus in Mediam tradi- cuntur.

Cuthei Perse Samariam in- colunt.

Crustumini, & Antemnales, quorum dolor maior erat, quam qui dilationem ullam pari posset, suo nomine bellum instruunt. Verum sic quoque cum socij parum impigre arma expedirent, Ceninenses magis cupide quam strenue in Romanum agrum irruerunt. His effuse uagantibus, Romulus cum suis fit obuius, certamineque leui iniecto, fudit, fusosque ac trepidos palantes, ferro ad urbem agit. Sunt qui tradant hostium uallum, subito accessu Romulum inuasisse, castrisque hostem exutum, Ceninam usque sequi perseuerasse, quam patetibus portis Romanum adeptum, mixto agmine intra moenia irrupisse, Acrone rege qui cum ualida manu occurrerat interfecto, quem se cum congressu uulneresque prostratum, Romulus uita & armis spoliari. Lilius in expeditione cesum significare uidetur, sed quocumque ille loco concidit, Romulus uir factus magnificus, nec eorum quae strenue fecisset dissimulatur, uictore exercitu domum reducto, spolia hosti detracta, in Trophaei speciem suspensa, praese in Capitolium tulit, Iouisque Feretrio ad quercum pastoribus sacram dedicauit. Dionysius autor est, purpura cum indutum, caputque laurea praecinctum, quadrijugo curru urbi inuectum, expressamque tum primum legitimi triumphum formam, quod miror a Lilio praetermissum, Romulus ubi in Capitolium uenit, Feretrij Iouis templum est metatus, adeo modicis finibus, ut longitudo denos haberet pedes, amplitudine dimidio minore. Huc opima spolia, post Romulum Cornelius Cossus ex Larte Tolomnio retulit. Nouissime omnium Marcellus eodem loco spolia duci Gallo detracta, dedicauit. Iupiter Feretrij cognomen est adeptus, ut quidam aiunt, a ferendis spolijs, in qua Dionysius fuit opinione. Plutarchus a feriendo, quoniam Romulus percusso hoste, prima illa fuisse adeptus. Sed dum ea Romae aguntur, Antemnales, agrorum solitudinem nacti, Romanos fines incurant. Ad recentem hunc tumultum conuersus Romulus legione raptim educta, dispalatos hostes, nihilo maiore negotio, quam nuper Ceninenses, superat, Antemnasque capit. Dionysius utranque urbem credidit una expeditione captam. Secundum recentem hanc uictoriam, Herilic & raptorum precibus Romulus fatigatus, Ceninenses & Antemnales cum coniugibus & liberis, Romam traduxit, eoque facilius datum, quod satis perspicue apparebat, rem Romanam talibus breui auctum in incrementis. Propius uero est, quod alij tradunt, id consilium a Romulo ortum, ipsumque super ea re ad Herilicam, & eius populares, longum sermonem habuisse. Nupsit Herilia Romulo postquam rapta est, ex qua mox illi muliebris stirpis infans nata est, quae a nascendi ordine prima est nuncupata. Mares deinceps duo ex eadem procreati, Aollius & Abillius, sed in hoc quoque, ut in re tanta uetusta asolet memoria, uariant auctores. Fuerunt qui Hostilio claro uiro, non Romulo Herilicam nupsisse traderent, sed prioris famae plures astipulantur. Crustumini, qui & ipsi bellum intulerant, sunt deinceps bello petiti, horum conatus eo leuius fuere, quod ad duplicem finitimum cladem uehementer animi conciderant, hi quoque primo congressu uicti, oppidum amiserunt, unde frequenter Romuli iussu est Romam migratum. Coloni ex urbe ad loca ipsa obtinenda missi. Cenina & Antemnae Graecorum urbes fuere, inde Aborigines, Siculos, Barbaros eiecerunt, ipsi Oenotriorum, qui ex Arcadia uenerant, progenies Crustumini Sabinorum colonia, multo ante Romam conditam, deducta est. Clementiae huius fama, qua Romulus fuerat in hostes usus, finitimis uribus uulgata, multam mortalibus cupiditatem iniecit, Romam sua sponte commigrandi, ut sub tam miti rege essent. Ex Hetruria igitur & toto Latio plerique, uelut in nouam coloniam, cum uxore & libe-

Prima spolia opima.

Iupiter unde dicitur Feretrijus.

Bellum in Antemnatibus.

Herilia Romuli uxor.

Aollius & Abillius Romuli filij.

Cenina Antemnae Crustumini.

ris transiuerunt, & in his Caetibus, uir Hetrusci sanguinis, a quo uni ex his colibus, quos urbs postea est complexa, nomen mansit. Sabini interim bellum occulte intruxerant, nec enim per iram aut cupiditatem quicquam ut antea egerunt, sed ad opes gentis, quae tum praualidae erant, consilium accessit, ut penes prius sit bellum illatum, quam moueri diceretur. Dionysius nihil credidit per dissimulationem actum, sed res more gentium prius repetitas, Romulumque ob famam imminenti belli, a Numitore frumento & armis adiutum. Ceterum eo omnia Romanis ab initio grauiora fuerunt, quod sub ipsum hostium accessum, arx Tarpeia his prodita est. Fuit illa loco edito, e regione palatij, in iugo collis, qui Saturnius primo, mox Tarpeius, nouissime a capite humano, ibi prodigiose inueto, Capitolinus est dictus. Praerat tunc praesidio loci Sp. Tarpeius, cuius filia, quum forte in subiecta loca aquandi studia exiisset, armillis capta, quibus sinistra Sabinorum exulta erant brachia, arcis prodicionem cum Sabinis pacta est, si ea sibi ornamenta dono traderent. Alij a Tatio rege auro corruptam credidere: satis constat Sabinos noctu in arcem receptos, puellamque clypeis obruta, incertum ne arx prodicione capta uideretur, an ut documento posteris esset, nihil usquam proditori fidum esse oportere. Videntur, inquit, Antigonus reges amare proditores, uerum ubi prodidit, oderunt, sic qui ueneno utuntur, probant usum esse nefarium, ab re ipsa ut letifera abhorrent. Est & alius sermo non nihil ab hoc diuersus, decreto puellam, quae sinistris brachijs hostes gestaret, pepigisse, ut scutis Sabinos exutos, suos comodius trucidandos traderet, idque suum consilium per fidum nuncium, Romulo significandum curasse, sed siue eius fraude cui res tradita est, siue casu ille in hostium potestatem uenerit, sensisse hostem Tarpeiae consilium, ac tum siue pactum secutus, siue pro Romanis insinuat (nam id auctores quos sequimur parum perspicue tradunt) arcem, quod satis constat, Sabinis tenuit, puellaque, ut ambiguae fidei, regis iussu necata. Haec fama etiam in uiculis, uero ramentum propior est. Enim uero, si arx ab ea sponte fuisset prodita, nunquam Romulus uirginis memoriam in posterum passus esset propagari, ut ab eius casu Tarpeius deinceps collis diceretur. Iubas, Sulpitium Galbam secutus, scriptum reliquit Sp. Tarpeium arcis praefectum; prodicionis postea accersitum, capitalique supplicio damnatum. Quae si uera sunt, aequum sit credere arcem non hostium dolo, sed prodicione amissam, nec Tarpeiam tantum, sed & patrem eius consilij fuisse participem. Antigonus & plerique alij Tatio rege natam Tarpeiam credidere, quae Romuli matrimonio nupta Capitolium patri ex occasione prodiderit. Haec sunt quoque de arcis prodicione diligentiores memorant. Nam Simulus ne audiendus quidem, qui Celtis non Sabinis Capitolium a Tarpeia proditum scribere est ausus. Potuerunt illum loci appellationes sui erroris admonere. Satis quidem constat, Tarpeij nomen a Romulo, ad Superbi Tarquinij tempora, collem tenuisse, tum a prodigio ibi facto, Capitolium nominari contigisse. Sed tam haec, quam illa appellatio, Senonicum bellum plures annos praecelsit. Romani dolore amissae arcis, postridie inter Palatium & Capitolium structa acie sterere, qui quum immoti aliquandiu mansissent, nec ab hoste quicquam moueretur, recipere ad loci cupiditate in aduersum collem agmen erexere. Sabini rei indignitate commoti, temere subeuntibus occurrunt. Fit praedium in quo Romanis loco. Principes utrinque pugnam ciebant. Hostius hinc cognomento Hostilius, Metius inde Curtius, ambo praesentia & hortatione suorum fortunam sustinent. Verum ubi Hostius superne ictus concidit, confestim Romana acies inclina-

Arx Tarpeia proditurae.

Varia de prodicione arcis opinio.

Romanorum fuga.

Templum Iouis statore.

Lacus Curtius.

Sabinarum pulchrum facinus.

Pax inter Romanos & Sabinos.

Herilia.

Vnde Romanorum curia.

inclinauit, actaque est cum strage, & foeda fuga in subiectam uallem. Nec hostis a tergo instans, fugientes patitur a pauore & fuga animum colligere, quin perpetuo cursu, ad portam usque palatij factum agmen agunt Sabini. Tum Romulus, quia neque minis, neque hortatione, suos poterat in praedium reuocare, sublati ad caelum manibus, statore Iouis uouet templum, si turpem suorum fugam sistat. Restituerunt demum Romani, Curtiumque ex equo in prima acie ferociter exultantem, superbeque conuicia & probra iacentem in Romanos, scire iam hostes, aliud esse uirgines latrocinio rapere, aliud cum uiris fortibus pugnare, rei indignitate accensi, primo loco submouent, ac penes praecipitem in aduersam uallem agunt, actum tanta uirgine, ut periculi metu equum temere in proximam paludem immiserit. Perculsi Sabinorum animos tanti uiri casus, inde clamore sublato alta uoragine oblustantem uocibus & hortatione iuuant, Suorum ille nutu & fauore, equique agilitate fretus, in aduersam paludis partem incolumis euasit. Fuit ea res spectantibus miraculo, atque ab re iam inde loco nomen mansit, ut sit Curtij lacus dictus. Est & altera crebrior fama, ab equite Curtio, qui pro patria incolumitate se in subiectum terrae speciem praecipitauit, nomen loco inditum. Praelio per haec utrinque instaurato, quum ictibus & clamore omnia circumstrepent, essentque utrinque animi praesenti certamine accensi, Sabinas mulieres, quarum causa erat bellum constatum, ex transuerso innectae inter utranque aciem mediae pallsis crinibus, & ueste lacera, constiterunt. Mox in preces & lachrymas irrupentes, nunc ad hos nunc ad illos manus suppliciter intendunt. Hinc, patres, inde uiros querant, ne uxorum, ne filiarum oculos infanda caede polluant, flecterent animos, lenirent iram, ne patricidio in faciendo, hi suos partus, illi nepotum progeniem uiolarent, si conubij & affinitatis poeniteret, in se iras & arma uertent. Nos, aiunt, uobis odij, nos malorum omnium causa sumus. Satis sit nobis miseris hic coram mortem occumbere, uestraque manu cadere, quam hinc patres, inde uiros, mutis se uulneribus conficientes intrueri. Mouerunt huiusmodi lachrymae, tempestiuaque preces praesentium animos, facto quoque silentio, non nihil immortae acies ex aduerso steterunt, se mutuo intuentes. Inde Romulus Tatiusque in medium prodeunt, de pace acturi, qui non nihil inter se collocuti, in has pacis conditiones descendere, ut utrinque popululum Romanos Sabinosque pari iure regerent. Et haec fere sunt quae Lilius scripsit. Me autem poenitentillorum esse opinionem, qui rem non ita temere initam scribunt, sed medio ardore belli, coiuisset Sabinas raptas unum in locum, ac tum ibi Heriliae consilio, quae, ut supra est significatum, Romulo nupsit, uel ut alij aiunt, Hostilio. Quidam eam foeminam grandem natu fuisse arbitrantur, Romaeque cum filia, quae inter caeteras uirgines fuit rapta, materno affectu subdidisse. Nec de nomine multum conuenit. Dionysius eam scripsit Sculliam appellatam, sed quaecumque fortuna fuit mulieri ac quocumque nomine, praecipua, quod satis constat, inter alias fuit celebritate. Huius consilio, inter Sabinas agitatum ferunt, uirorum permittit, ad Tatum regem & parentes, aliquot foeminas ex suis popululibus mitterent, quae suppliciter de pace cum his agerent, rem que ad Romulum & patres, de summa rerum consultantes, in curiam delatam, eque omnibus pergratam fuisse, earumque pietatem tempestiuaque prudentiam a rege & alijs laudatam. Missas itaque triginta numero matronas a quarum nominibus, sint totidem in urbe Curiae nominatae. Varro de Curiarum nominibus, ab his omnino diuersa prodidit, eorum opinionem secutus, qui nomina prius

Curtijs indita arbitrantur, quam ullus legationis usus in mulieribus extitisset. Quid quod in numero quoque missarum parum inter auctores conuenit, quum non triginta, ut diximus, sed quingentae ad Tatum missae dicantur. In eo omnibus conuenire uideo, bellum tertio anno, posteaquam bellari coeptum erat, mulierum interuentu, inter Romanos & Sabinos compositum, multosque ob id meritum a Romulo & parentibus illis honores decretos. Locus in quem ad faciendam pacem utrinque conuenerunt, Comitium est dictum, & ne non aliquid ea pace Sabinis datum uideretur, comparatum est, ut a Curibus Sabinis, unde illi uenerant, quicumque Romae essent, communi appellatione Quirites dicerentur, pari que iure Sabini & Romani una urbem incoleret, reges ipsi equa potestate regnarent. Atque secundum id foedus, Romulus palatium sibi regiam cepit, Tatius Capitolium, quod ab initio belli occuparat, lacuque exaggerato, in media conualle forum statueret. An Sabini omnes qui ad bellum uenerant, cum Tatio Romae subsederint, parum compertum habeo. Illud diserte ponunt auctores, habuisse Sabinorum regem in castris, quum Romanis bellum intulit uiginti peditum milia, & equites octingentos. Aucta per haec multitudinem, ciuitas in tris diuisa est partes easque a numero tribus dixerunt, Ramnesem una a Romulo, a Tatio altera, Tatiensem, tertia ab Afyli luco Lucerem. Paribus inde auspicijs ambo quinque annos rerum in una urbe potiti sunt, expeditione delatata una in Cameranos suscepta, feliciterque obita. Fuit Camerae Albanorum colonia, uetusque Aboriginum sedes. Loci incolae saepius ad causam dicendam uocati, quum iura detrectarent, in se Romana iritarunt arma. Acieque dimicare ausi, ac pagna una uicti, tertia agri parte multati sunt. Principio inde sexti anni Laurentinorum legati iniurias questum, & ad res simul repetendas missi Romam uenere. Ex Tatijs familiaribus quidam, latrocinantium more, Laurentini agrum fines ingressi, pecus inde abegerant, obuiosque nonnullos spoliarunt. Censuit Romulus fontes ad supplicium dandos, apud Tatum plus omnino suorum gratia, quam ius gentium ualuit, qui non solum postulata non fecit, sed abeuntes etiam legatos a suis uiolati est passus. Sed fontium poenam Tatius in se uertit, qui quum Tatius interfecit.

Comitium.

Quirites.

Romanarum Tribuum nomina.

Tatius interfecit.

Deduntur utrinque fontes.

Romuli iudicium.

Bellum Fidenatum.

fam Dionysius secutus, scaphas ait frumento onustas, secundo Tyberi, Romam quum pestilentia laboraretur, missas Fidenates intercepisse, rebusque, ut moris fuit, repetitis, nec redditis. Romulum iniuriæ autoribus bellum intulisse. Cæterum siue Fidenates priores arma intulerint, siue à Romulo sint, prius illata, Romulus cum suis copijs hosticum ingressus, haud longe à Fidenis castra locat, præsidioque in castris relicto, pedites in insidijs locat, ipse cum parte equitum tumultuose portis hostium obsequitur. Insignis equorum paucitas Fidenatibus ad erumpendum fecit animum. Portis itaque repente parafactis cum impetu & clamore in effulos equites intehuntur. Romani leui, quem admodum iussi fuerant, certamine iniecto, nunc pugnam detractando, nunc redeundo in prælium sensim hostem ad insidiarum loca pertraxere. Tum pedites ex insidijs repente coorti, ex transuerso hostium manum cum fremitu & clamore inuadunt. Qui cum Romulo erant, ipsi quoque subito equorum circumactu, pugnam à fronte instaurant. Fidenates multiplici terrore percussi, aliquanto effusione cursu, quam nuper Romani egerant, urbem reperunt. Instat uictor eques, pedibus mixtus, passimque fugientem sternunt, neque hostibus prius fugiendi finis fuit, aut Romanis insequendi, quam mixto agmine urbem irruerunt. Capto oppido Fidenatibus arma abijcientibus uenia data est, in autores belli capitaliter est animaduersum. Scripserunt quidam processisse Fidenates instructo agmine obuiam Romulo, cruentumque prælium commissum, inde uictos hostes cum trepide urbem reppererent, Romanum intra muros traxisse. Romulus uictor ceram agri partem ueteribus incolis adempta trecentis qui ad præsidium urbis relicti sunt, ex equo diuisit. Camerini & ipsi temporis occasione uisi (fuit enim annus ille urbi pestilentior) colonis ex impro uiso oppressis, qui eo missi fuerant, à Romanis defecere. Hanc quoque iniuriam Romulus haud multo post ultus est. Captum bello oppidum diripuit, principibusque defectionis interfectis Cameriam ualido præsidio firmavit. Victor inde triumphans urbem est inuectus. Currum æneum quo ad id usum est, dedica uit Vulcano, cum titulo rerum à se gestarum, quas Græcis uictis, ut Dionysius scribit, complexus. Nec diu uictor exercitus queuit. Veientes Fidenatis belli contagione irritati, erant enim Fidenates, ut Liuius existimat, Hetrusco cognati. Plutarchus à Veientibus Fidenas ut suæ ditionis repetitas ait, nec redditas, belli Romano inferendi eis materiam præbuisse. Hæc illi. Verum si quis inuidia, qua ab initio Romanum nomen inter finitimos flagrauit, animo replet, alium in alijs prætextu, causam ramen omnibus unam fuisse reperiet, quod iniquo animo ferrent, rem Romanam, supra quæ tutum esset accolis, perpetuis successibus augeri, sed quæcumque tum illi causam fecuti sunt, urbis munitissimam situ, ualidaque inuenture freti, in Romanum agrum, Tyberim transgressi, impetum faciunt, abductaque, inde raptim præda, in pacatum abeunt. Romulus ad arcendam populationem egressus, ubi hostem nullum in agris inuenit, Tyberino fluuio trajicit copias, inde non tam præde quam dimicationi intentus, quadrato agmine Veios ire pergit. Veientes pulchrius, & ad exultationem uirtutis magis attinere rati, acie cum hoste cõfingere, quam mœnibus inclusos uim arcere, appropinquanti Romulo obuiam prædeunt. Fit prælium. Cæterum quo ueterano milite magis Romanus quam Hetruscus præstitit, eo minus anceps fuit uictoria. Fusi sunt Veientes, & ad urbem cum cæde acti. Romulus hostium agrum ex parte populatus, Romam uictorem exercitum reduxit. Hetruscus una aduersa pugna fractus, Romam legatos ad petendam pacem, haud multo post misit. Cui parte agri adempta, quæ Tyberi pro-

Fidenæ captum

Cameria diripitur.

A xima est, in centum annos sunt induciæ datæ. Ex Li uio ferè hæc, à quo Alicarnassens Dionysius longe a biij, ut plerumque, aliàs, diuersus. Is circa Tyberim scri bit haud procul Fidenis pugnarum, ubi Hetrusci ante Romuli aduentum castra fecerant, primoque congressu æquo Marte dimicantur, sequenti prælio, arte uiribus adhibita, Romulus post suos iugum proximi montis in insidijs tenuit, quæ res in primis iuuat Romanam aciem. Enimvero sequenti die iterum acie congressi, medio pugna ardore, qui in insidijs steterant, ex impro uiso hostem à tergo adorti, haud dubiam fecere uictoriam. Multi in prælio, sed plures in fuga absumpti, obiectu fluminis interclusi Veientes præcipitante metu plerique; Tyberinum amnem temere ingressi, uia aquarum uorticibusque; ad unum propemodum periere. Nec ita multis interiectis diebus, reparatis belli uiribus, eodem ferme loco pari euentu dimicare ausi sunt Veientes, ac tum demum castris exuti, magnaque copiarum parte amissa, ultra flumen abiere. Plutarchus & ipse duplicis pugnae autor est, adijcitque ex hostibus ad duo & uiginti milia desiderata, Romanorum duo milia, qui priori prælio circa Fidenas cæsi fuerint. Siquidem hostes copijs abundantes, uno tempore in Romulum, quia fronte pugnam ciebat, & in eos qui Fidenis irruerant, aciem explicuere. Haud absurdum est credere Romulum ad noui belli famam Fidenas suspectam urbem, & quasi futuram belli sedem supra trecentos, quos ibi ad præsidium reliquerat, ualido firmasse præsidio. His Veientes claudibus fracti, non solum in posterum quiescere, sed parte agri ut diximus, multatam, qui septem pagi fuis deinceps dicti, quinqueagintaque obsidibus datis, inducias in centum annos datas, suppliciter locoque; muneris à Romulo accepere. Ipse ubi Romam uenit, tertio triumphauit. Et hæc ille dum in humanis fuit, domi foris que gessit. Cæterum ne plura deinceps generet, quum adhuc reipublicæ idoneus esset, immatura mors effecit, de qua non una, ut uideo, inter scriptores est opinio. Sunt qui tradunt eum, quum forte ad Capræ paludem cõcionem haberet, subita procella cum nimbo orta, e concionis cõspectu ablatum, nusquam in terris amplius extitisse. Sed propiora uero sunt, quæ alij scribunt, à primoribus eum interfectum, corporeque in munitissima frustra disiecto, occulte sub uestibus, à singulis per partes asportatum. Quidam nouos ciues eius parricidij auctores fuisse memorant, mediaque tempestate cædis occasionem arripuisse. Causæ odij, quo inter suos flagrare cõpisset, uariæ feruntur. Nonnulli quia iniussu patrum obsides Veientibus restituisset, constam illi ab eo ordine inuidiam arbitrantur. Sunt qui dicunt ob ciues latrocinij cõuictos, & ob id ex Tarpeia rupe præcipitatos, causam cædis illi ab ignobilibus ortam. Alij quia iudicia iam solus audiret, in multis que apertam exerceret tyrannidem. Ingens, quod satis constat, defuncti desiderium est cõtinuo securum, diuinique honores illi habiti. Iulius cognomento Proculus, pro cõcionem affirmavit, augustiore sibi habitu noctu occurrisse Romuli simulachrum, qui quasi cælo lapsus, astans quædam sibi ad suos Quirites dedisset mandata. Confestim uenerabunda multitudo, ut uana tunc erat hominum persuasio, deum ipsum deoque natum Romulum saluere iubet. Habuit eius regnum annos septem & triginta. Perijt quinque supra quinqueaginta natus. Plutarchus unum illius regno annum adijcit, adimitque uitæ unum. Diem quo ex humanis decessit, uulgi fugam capratinas que nonas dixere. Ipsum, siue à Quiritibus, siue à lancea, quam Quirini dixere, siue martium & bellicosum interpretarentur: Quirinum appellari placuit. Mirum est quod Dionysius scribit, tantum sub eo rem Romanam creuisse, ut ex modicis copijs, quas ab initio habuit, post eius mortem

Varia de Romuli cædemonies.

Temporibus supra putatio. Cur Romulus Quirinus dicitur.

mortē cenfa sint, confestim Romæ sex & quadraginta pedum milia, equitum paulo minus quæ mille. Per id tempus quo is Romæ est rerum potitus, regnauit Albæ aliquandiu Numitor, in Macedonia Perdicas, Athenis Æsimedes, Elidicus & Hypomenes Medus, cuius mentio supra facta est in Medis, & post eum no uissimis Romuli temporibus Sebichus. In Lydia, ut Eusebius digerit, Halyattes & Meles, qui ei successit, & sub Romuli exitum Candaules, unde Herodotus Lydorum regem exorsus est historia. Hunc Heraclidarum ultimum Sardibus Tyrannum fuisse memorat, Mirsiq; non Melis filium. Habuit Candaules uxorem feminam elegantem forma, uniceque; eam dilexit, nec fructum secretæ consuetudinis satis uoluptuosum credere, nisi supra quam sanum uirum deceret, occultiores etiam corporis partes, quas pudor & uestes abscondunt, cum Gyge Dascili filio, suorum satellitum uno, quo omnium familiarissimè utebatur, identidem laudaret. Demum tanquam ipsa oculorum indigeret testimonio, ut fidem inueniret, eo insaniam processit, ut inaitum Gygem in secretiorum cubiculi partem traxerit, unde per ocium nudatam coniugem contempleretur. Mulier rerum omnium inscia, nihil tale suspicâs, positus uestibus regium cubile ascensura, Gygem sese occulte foras proripientem, non sine rubore est intuita. Turbato igitur animo, præ nimioque; pudore confusa, in ultionem præceps abijisset, nisi Candaules rem in lumen uertens, id sua opera factum affirmasset. Dissimulauit illa ad tempus dolorem suum, ne parum uero morigerari uideretur, postero die Gygem per fidum nuncium in secretum acceffit, ibi turbato uultu hominem affata, aut tibi, inquit, morien dum est Gyges, qui, quod nefas fuit, spectare es ausus, aut Candaules, qui id tibi flagitium persuasit. Vide proinde utrum malis in te, an in illo sceleris ultionem quaeris, sed illum potius plecti uelis, quo extincto, ero tibi ego quod & illi fui, regnumque; simul tibi præmio adijciam. Tum Gyges, siue imminenti periculo mortis, siue regni cupiditate, siue utroque; potius, ferro in fructus, eadem cubiculi parte, qua nuper in insidijs locatus, nocte quæ proxime secuta est, regem somno preffum obruncat, simulque; eius thronum & tyrannidem occupat. Excepit Gygem animorum motus ingens, Lydis imperium noui hominis detestantibus. Cæterum Delphicum oraculum Gygi regnum stabiluit. Meminit huius rei Archilochus Parnus, uisitanturque; apud posteros Delphis donaria Gygiana appellata, quæ ille hoc nomine Apollini dedicauit. Herodotus secundum ea, quæ Midas ibidem statuit, omnium hæc ueritissima fuisse ait. Fuit Midas Gordij filius, qui per hæc tempora in Phrygia regnauit, idemque; ob diuitias quas ingentes habuit, celebriore fama. Trogius & Herodotus Midam meminerunt. Adijcit ille Alexandrum Macedonem, qui aliquot post ætates fuit, Gordim urbem in Phrygia expugnasse, ut fatalem Gordij nodum exoluere, quoniam ueteri oraculo constaret, regnum Asiæ huic deberi, qui iugalis lori inuolucrum illud soluisset. Fuit Romulo æqualis Ezechias Achami filius, qui cum imperium in duas reliquas Israëlitarum tribus obtineret, acri bello à Sennacheribo Assyriorum rege est petitus. Autores quos sequimur, causam belli huius non tradunt, sed tributum iam antea Assyrio negatum, eam Hebræis nouorum temporum procellam concitasse, credere par est. Fuisset eius exitus belli nihil Ezechias felicius, quam Osiæ & Samaritanis haud multo prius fuerat, nisi manifesto numinis auxilio fuisset ille defensus. Enim uero cæteris regni urbibus, aut uel aut meri captis, quæ Hierosolymam Assyrius uictor castra admo uisset, legati supplices ab urbe ad Assyrium uenere, pacem orantes, quam si ccc. argenti talenta auri in præsentia sibi penderentur, Sennacheribus ultro polliceri,

Candaules memorabile facit.

Candaules à Gyge interficitur.

Gordij nodus.

A iurejurando affirmans, fore, ut cum eam summam Iudæi persoluissent, pacatus Hierosolymitani regni finibus excederet. Exoluit Ezechias ex fide imperatam auri & argenti summam, cæterum Assyrius uerso in Ægyptios & Æthiops bello, partem copiarum ad regiam urbis obsidionem continuandam reliquit, uelut multum interesset, per se an per alium feret, quod nefas esset facere. Ezechias ubi urbem nihilo minus obsideri uidit, legatiq; ab hostium ducibus missi, nunciarent non esse cur ab Ægyptijs, aut Æthiopibus auxilia expectaret, quorum utranque; gentem subito bello Sennacheribus implicuisset, itulte & regem ipsum & cæteros facturos, si extrema omnia malint experiri, quam deditioem facere, que si tempestiue facta esset, fore, ut aliquid ab ipsa uictoris clementia sperarent, contra si uim experiri malent, ciuium & urbis præfens immittere excidium. Fractus animo Ezechias, in preces & nota quod unum supererat remedium, conuersus saccum induit, Esaiam rogat, qui sanctitatis & diuinationis fama cæteros mortales anteibat, ut precibus, si fieri possit, præfens excidium sibi & patriæ deprecetur, ueniamque; impendentium malorum impleret. Huius oraculo Ezechias iussus est in posterum imperare, numinis auxilium haud suæ genti defuturum, quum breui fore, ut Israëlita tribus in Mediam & Persidem ablegata, postliminio reuerfæ, Samariam & sedes pristinas incoleret. Trahebatur itaque; obsidio, quum graui pestilentia in Assyrijs castris repente orta, paucis diebus mortalium uis ingens uita defuncta est. Nec ipsi regi multo prosperiores in Ægypto res bellicæ fuere, sed Pelusiaca obsidione fatigatus, Tharacis Æthiops, qui in Ægypto tum late imperitabat, terribili accessu ob ingentes quas trahebat copias, nunciato, continuo soluta obsidione in Iudæam est reuersus. Sedit Pelusium Nilo, qua parte Arabiam ab Ægypto disternat contiguum, unde & fluminis ostium nomen habet, nec procul inde Casius mons & Ostracina locus magni Pompeij sepulchro nobilitatus. Idumæa fines his se terris insinuant. Herodotus significare uidetur Arabum regem non Assyrium Pelusiaca obsidione depulsum, prodigio facto in castris memorabili. Mures omnibus neruis nocte una & loris impro uiso incurfu abrosis, totum penè exercitum scutis & arcibus spoliarunt. Berofus qui Chaldaicam scripsit historiam, Sennacheribi meminit, cuius arma tota sunt Syria euagata, quo autore fretus Iosephus, conatur Herodotum mendacij redarguere. Quod ille Arabum & Assyriorum regem Sennacheribum, ut eius uerbo utar, Pelusium obsedisse scripsit, Sethumque; Vulcani sacerdotem eundem & Ægypti regem ab eo longa obsidione fatigatum. Euenisse, inquit Herodotus, ut is militare studium aspernatus, omnes Ægyptios bellatores agris quos à primoribus dono acceperat regibus, exuerit, ob idque; subita illorum defectione præfenti temporum nouitate destitutum, in Vulcani templo questum præfentem rerum fortunam, & in somnis ei demonstratum, fore, ut auxiliares opes non deessent, iret, & cum ijs copijs, quas intra mœnia haberet, in hostem tenderet, ac tum demum nocturno murum incurfu id factum, nimirum ad dæmonum præstigijs stulta gens, unde hæc Herodotus didicit, referre maluit, quam ad ueri dei prouidentiam, cuius id fuit opus. Sed tantum abfuit, ut gens ipsa lucem in re simili uiderit, ut quicquid tenebrarum est gentibus ab initio offusum, ab Ægyptiorum uanitate constet esse profectum. Reuersus in Iudæam Sennacheribus, exercitum quem ad Hierosolymam obsidionem reliquerat, pestilentia penè consumptum inuenit. Iosephus & sacri libri habent, nocte una in his castris ad centum octogintaquinque milia hominum perijisse. His si quis prouidentiam excludat, quod dim-

Ezechias bello premitur.

Esaiæ diuina ratio.

Pelusium.

Clades à meribus illata.

Sennacheribus profugatio.

pium sit facere, haud dubie pro mendacio hæc repu-
 diet, præsertim tantam hominum stragem, in unam
 noctem coaceruatam. Erit itaq; similis uero, dñ Af-
 syrius ad Peluſium feder, altera esse castra, quæ ad
 Hierosolymam hostis reliquerat, tot milibus fune-
 rum uastata, nisi aliquis hinc castris, post Ægyptia-
 cam expeditionem in unum collatis, ingentem uim
 hominum exiltimer unius noctis spatio dira perni-
 cie consumptam. Sennacheribus præsentī clade cō-
 sternatus, in Assyriam abiit, ubi haud longo interie-
 cto tēpore à Seleustro & Adramelecho, filijs est in-
 terfectus. Ezechias hostili terrore liberatus, nihil
 quod ad diuinos honores attineret, prætermisit,
 deo optimo maximo gratulatus, quod se & suos
 manifesta prouidentia præsentī periculo seruasset,
 multus itaque ac frequens circa aras fuit, natusque
 est ei post Assyrium bellum filius, quem Manasse
 uocauit, eum nasciturum, quum Esaias prædixisset,
 nec rex omnino fidem haberet, petere à se signum
 propheta postulauit. Tum Ezechias petijſſe dicitur,
 ut umbra solis decem gradus retro, unde uenerat
 abiret, quod cum post Esaiæ preces fieri contigif-
 ſet, solutus rex languore corporis, quo aliquandiu
 fuerat implicitus, attentiore cultu, maioreq; pieta-
 te, sacra instaurauit. Iosephus per hæc tempora Af-
 syrium imperium à Medis, euerſum credidit. Cæ-
 rum nos Græcos scriptores, & Eusebium in primis
 secuti, eius regni excidium loco multū diuerso du-
 ximus reponendum. Non possum non mirari, quid
 fit quod ad hunc locum idem autor, & Bibliaci li-
 bri, Assyriorum tantas regum opes fuisse dicat, quū
 iam inde à Sardanapali interitu, reges in Assyria esse
 deserint. Suspiciari liber aut Medorum regum eos
 præfectos fuisse quos hi Assyriæ reges idcirco arbi-
 trati sunt, quia ex ea terra uelut Syria propinqua,
 minæ illæ bellorum Iudææ finibus intendebantur,
 aut certe locorum uicinitatem secuti, Medicæ terræ
 reges Assyrios arbitrati sunt, quando utranq; terra
 Medi imperio obtinerent. Id ego ut audacius affir-
 mem, coniectura haud inepta adducor, quod capti-
 uæ Iſraëliitarum tribus quas Assyrio bello captas Io-
 sephus tradidit, in Medos translatae sunt, non in Af-
 syriam. Cæterum siue rex, siue præfectus fuit, Bala-
 dus qui Sennacheribo successit (nam filijs partici-
 dio pollutis regnare non contigit) ex Babylone le-
 gatus ad Ezechiam cum munibus misit, qui socie-
 tatem & amicitiam ab eo peterent. Id rex magnifi-
 cum sibi & ad regni existimationem pertinere ra-
 tus, Baladi amicitiam cupide est complexus, esseq;
 in spe proinde optima regem in pristina fortuna
 restituendi, quum Esaiæ uerbis in crepitus, quod te-
 mere cum ea gente societatem & fœdus iunxisset,
 quæ Hebræo nomini semper fuit infesta, nec quie-
 tura prius esset, quàm omnem Iſraëlis progeniem
 ad interitum & memoriae obliuionem perduxisset.
 Verum ageret modo, sciretque in fatiſ esse, fore ut
 quando que ipsius liberi cum omni regia gaza capti
 ui Babylonem abducerentur, fierentq; ipsius nepo-
 tes ab ea gente eunuchi, Assyriorum que regi turpi-
 ter seruirent. Habuit ea res iam inde quoad uixit,
 Ezechiae animum sollicitudini & mœrori obnoxii,
 cui postmodum defuncto Manasse filius sub id tē-
 pus, quo Romulus decessit uita, in regnum succel-
 ſit, quibus sitille iactatus casibus, suo postea loco
 explicabitur. In hæc tempora Eusebius reponit pu-
 gnam illam memorabilem, quæ de Tyria argolicæ
 terræ portione, inter Argiuos & Lacedæmonios
 depugnata. Herodotus Tarquinij Superbi tempo-
 ribus id accidisse significare uidetur. Quæ tempo-
 rum uariatio ducentos ferme annos colligit. Tot
 enim interfuisse à Romuli exitu, ad primos superbi
 Tarquinij annos, qui ultimus omnium Romæ re-
 gnum tenuit. Sed quocunq; tempore id fieri con-
 tigit, satis constat, Spartiatas post Lycurgi institu-

Sennacheribus interficitur à filijs.

Anceps de Assyriorum regi sententia.

Interuaticia

tum, quum omnium ferè Græcorum pessime ad id
 tempus uixissent, iam inde uita in melius mutata,
 cum in alijs, tum in re militari, bellicaq; gloria, om-
 nes qui Peloponnesum, cæterasq; terras illi proxi-
 mas incolerent, longe præcelluisse. Domestica itaq;
 uirtute freti, primo Arcades suis sedibus ui pellere
 sunt adorti. Enim uero nulla uis animi minus ab in-
 iuria distat, quàm fortitudo. Difficile est eo mode-
 rate uti, in quo non tam legibus quam ui agendum
 est, ut princeps uidearis. Colebant Arcades mediam
 fermè Peloponnesum, montana plurimū illi medi-
 terraneaq; regio, hi cæteros Græcos uetustate præ-
 stare creduntur. Præter cætera gentis monumenta,
 quæ ut fabulosa prætereo, Dionysius autor est, Arca-
 des Græcorū primos, Ionio superato, in Italiam co-
 lonos misisse, hinc Oenotrum fama est cum Abori-
 ginibus decem & septem ætates ante Ilium exci-
 lum, cum Peucezio fratre, classe in Italiam deuectū.
 Fuit is iunioris Lycaonis filius, quintus à Phoroneo,
 qui primus omnium in Peloponneso regnasse dicitur.
 Nec Maro uetustatis penitissimus frustra Oeno-
 tros uiros uetusta admodū memoria Italiā tenuisse
 prodidit, quanq; poetico res ipsa testimonio non e-
 get, quæ historiæ fide utitur, hinc & Dardanus au-
 tor in Samothraciam primo, mox in Phrygiā adue-
 ctus. Habuere Arcades fertilia pecori palcua, equis
 præsertim & asinis equarum suppositoribus, id cer-
 te genus excelluit Arcadicum. Drymodis olim re-
 gio mox & Pelasgis dicta. Montes in ea celeberrimi,
 Pholoe, Cyllene, Lycæus, Menalus, & Artemisus,
 Parthenius, Lampeus, & Nonacris, ex cuius rupe a-
 qua manat gelidissima, in speciē roris collecta, mor-
 tifiera est potantibus, nullum non uas genus fathi-
 scit ui pestifera liquoris. Eo ueneni genere, ut Plu-
 tarchus scribit, Alexander orientis domitor, ab Iola
 sublatuſ creditur, equi ungula, quando alia nulla
 teneri potest materia, in Assyriam usq; ubi ille perijt
 delato. Rem pecuariam plurimum, locorum cōmo-
 ditate, Arcades exercebant. Id genus hominū ora-
 culi ambage decepti Spartiatæ lacessere sunt bello
 adorti, & in primis Tegeatas, quoniam ex Delphis
 fuerat relatum, fore, ut Spartiatæ Tegeatem campū
 suum metirentur. Instruētū itaq; nō armis solum, sed
 & uinculis, tanquam ad indubitatam dimicationis
 aleam, Lacedæmonij in pugnam processere, sed ut
 sunt hominum spes sæpe irrita, congressi Tegeati-
 bus Spartani, primo prælio uicti, suis ipsi compedi-
 bus uincti, hostilem campum, ut Pythia uaticinata
 est, metiti sunt. Herodotus autor est, uincula, quib;
 uincti Spartiatæ fuerant, ad suam usque ætatem, ut
 gestæ rei monumento essent, in Eleæ Mineruæ tem-
 plo pependisse. Multi inde uarij; fuerunt Lacedæ-
 moniorum in Tegeatas conatus, nec tantum irriti,
 sed ipsis etiam belli autoribus pudendi. Iterū Spar-
 tani Delphos sciscitatum mittunt, qua potissimum
 uia ingressi, ualeant hostem subigere, ex oraculo tū
 demum didicere, fore, ut non prius uoti compotes
 fierent, quàm Orestis ossibus, quæ Tegeæ sepulta
 essent, potirent. Pythium carmē (nam operæ precū
 est cognoscere, quibus dæmonum ambagibus fue-
 rit ea tepeſtate humanū genus implicitū) appofuit:
 Hic duo flant uenti ui peruehemente coacti.
 Forma hostis formæ & plagæ superindita plaga.
 Hic Agamemnonides terra omniparente teneſ.
 Quo tu sublato Tegeæ sperabere uictor.
 Tali uerborum perplexitate ambigentes Spartani,
 quū Pythiæ mentem auderet nemo interpretari, Ly-
 ches homo inter suos popularis equeſtri militia fu-
 ctus, carminis inuolucrum unum omnium explicuisse di-
 cit, casu an sagaci cōiectura nō tradit. Erāt tum forte
 Spartani cū Tegeatibus inducias in annuū tēpus pa-
 cti, ob easq; bellorū ferias, mutuum erat utriſq; ad
 aleros cōmercium. Tegeam Lyches profectus est,
 quum ad ferrariā forte officinā uenisset, intensusq;
 ferrum

Vetus Spartiarum institutum.

Arcades.

Oenotrus & Peucecius.

Arcasiam & montes.

Alexandri nenum.

Oraculi libri.

Recens oraculum.

sextum malleis subiectum dum uelitur, miraretur,
 inquit opifex ille, qui id candēs uersabat, magis mi-
 rareris, amice Lacon, si oculis intuitus nuper esses
 septē cubitorū cadauer, quod his paucis diebus est
 hoc loco reſoſſum, id ego nō sine admiratione intui-
 tus, ne herois manes, cuiuscunq; id cadauer esset, of-
 fenderent, eodē cōditorio clauis, sepulchro diligen-
 ter instaurato. Tactus Lyches oraculi memoria, con-
 festim suspicatus hunc esse locū, de quo Pythiæ car-
 men tam perplexè loqueret, duos illos uetos alter-
 nis spirantes, ferrarios folles esse camino applicitos.
 Malleum & incudē formas hostiū in se obuertas, fer-
 rum quod interim cuderet, plagā illis inditā. Conie-
 ctura igitur haud inepta fretus, Lacedæmonē reuer-
 sus, quid Tegeæ comperit haberet in consultationē
 desert. Danaſ itaq; ficti criminis ad hoc ipsum Spar-
 tatarū unus, qui Tegeam in exiliū iret, datūq; huic
 negocium ex oraculi præcepto Orestis ossa Lacedæ-
 monem occulte deportandi. Is ubi Tegeā uenit, ue-
 lut inibi uitam exilio acturus, eam domus parte cō-
 ducit, in qua fuerat cadauer reſoſſum, ossibusq; per-
 ocium Lacedæmonem translatis, Spartiatæ potiti
 bellum instaurant, uictores deinceps multis prælijs
 magnā Peloponnesi partē suæ ditionis fecere, mox
 Tyriū campū Argolico agro adimere adorti, ut Ma-
 liacæ terræ applicarent, graue cum Argiuis certamē
 adiere. Vtriq; igitur rem armis sibi uedicare paran-
 tibus, ita est inter eos cōparati, ut trecenti ab utraq;
 parte dimicarent, atq; utris uincere contigisset, loci
 possessio cederet. Copias inde procul abducunt, ut
 neutri suis succumbentibus opē interim ferre pos-
 sent, fœdus ue turbare: ccc. igit ab utriſq; relicti in-
 ter se cōſigunt, fit prælium atrox, & quæle pro pa-
 tria dimicantibus haud iniri solū, sed tranſigi etiam
 oportuit. Tantūq; animorū pertinacia ualuit, ut cru-
 enta dimicatio fit in ferū diei protracta, cæterisq; ca-
 dentibus, Argiuorū duo Crominus & Alcenor sup-
 stites fuere, ac super hos Lacon unus Orriades. Is li-
 mulata morte, an noctis sit beneficio seruatus, parū
 liquido tradit. Argiuis ut uictoribus pugna digres-
 sis Orriades spoliatis hostium cadaueribus, suo no-
 mine hic ubi pugnatū erat, trophæū erigit. Herodo-
 tus in castra ab eo spolia sub noctē relata, significare
 uidet. Postridie utriq; instructa acie affuere. Argiui
 quod suorū plures pugnae superfuissent, uictoria ad
 se trahere. Spartani penes suum bellatorē id decus
 esse argumentantes, q; Argiuis fugatis solus locum
 obtinuisse, spoliāq; ex hostibus, ut uictor legisset, et
 quod uictorū proprium sit, trophæū suo nomine sta-
 tuisset. Ex altercatione pugna orta est, qua Argiui ui-
 cti, Tyriæ possessione cesserūt. Attulit ea clades tan-
 tam uictis in indignationem, ut legē sanxerint, ut ton-
 sis capibus uiri nō prius capillum alerent, nec mu-
 lieres aurum gestarent, q; Tyriam recuperassent, La-
 cedæmonij & ipsi contra faciunt, ut iam inde coma-
 ti agerent, quum ad id tempus tonſi fuissent. Orria-
 des, qui unus prælio superfuerat, negauit tot uiris
 fortibus, quos locios in pugna habuisse, amissis, o-
 portere se uiuere amplius. Hic itaq; ubi fuerat dimi-
 catum, parra suis ciuibus uictoria, sibi mortē conscii-
 uit, & ad Tyriam in hūc maxime modum pugnatū
 reperio. Cares per id tempus late mare obtinuerūt,
 & Spartani quos Phalanto duce diximus, Lacedæ-
 mone profectus, in Italiam delati, Tarentū instaura-
 runt. Archias Corinthius Syracusas in Sicilia condi-
 dit. Is quoq; ut fuit eius seculi stultitia, oraculū se-
 cutus, cum Achæorū manu, quorum Teneatæ ma-
 gna pars fuit, Teneæ agri fuit Corinthiaci uicinus (ubi
 Oedipus dicitur à Polybo nutritus) in Siciliam gur-
 sum tenuit, Cherſicrate ex Heraclidarum gente in
 Corcyram, cum parte copiarum, in nouam coloniā
 prius misso, qui Liburnis inde eiectis, insulam obti-
 nuit, quæ tum Schærea dicebatur. Archias, Dorienſi-
 bus in fortunæ societatem, circa Zephyrium assum-

Spartani Orestis ossibus potuntur.

Spartanorum & Argiuorum pugna de Tyria.

Lex Argiuorum pro Tyria.

Tarenti instauratio. Archias.

ptis, in insulam delatus Syracusas condidit, Syracu-
 sanorum opes tantum procedente tempore creue-
 re, ut cum Carthaginensium ducibus sæpe in Sicilia
 prospere dimicant, maguosq; Penorum Atheni-
 ensiumq; exercitus deleuerint. De apparatu & opu-
 lentia urbis in punicis & Romanis rebus referendis
 longior sermo instituetur. Conditæ eodem tempo-
 re Catina & Naxos, in eadem insula, ut Eusebius col-
 ligit. Strabo Catinam Naxiorum opus credidit, Na-
 xum à Chalcidensibus Theocle duce, post Ilij exci-
 dium conditum, simul & Dorienſes Megaram in eo-
 dem insulæ tractu statuuisse, quum prius Hybla dice-
 retur. Sub id tempus Myscelus qui cum Archia ora-
 culum de condenda urbe Delphis accepit, lapigig-
 bus, ut Ephorus prodidit, inde eiectis, Crotonem in
 Italia condidit. Fuerunt Crotoniatæ & ipsi satis ab
 initio bellicæ rei studiosi, sed plus omnino athletici
 certaminis, ut uno tempore septem eius ciuitatis ui-
 ri Olympico stadio uicerint, uulgarumq; sit prouer-
 bium, Crotoniatum extremum cæterorum esse Græ-
 corum optimum. In hos annos incidit & Nicome-
 diæ conditio, quam in Astaceno sinu Nicomedes Bi-
 thyniæ rex antiquissimus condidit, omnes eius ter-
 ræ reges olim Nicomedes dicti, ut Ptolomæi qui in
 Ægypto postea regnarunt. Miror Eusebium perſua-
 sum habuisse Nicomediam prius Astacum nomina-
 ri contigisse. Strabo diuersam ab ea Astacum existi-
 mat, cuius conditores Megarenſes fuerint. His ur-
 bium originibus Hierophila Sibylla æqualis fuit,
 quæ & Samia est à loco cognominata. Varro in li-
 bris, quos de rebus diuinis ad Cæsarem scripsit, si ue-
 ra Lactantius prodidit, decem huius ordinis fœmi-
 nas relatu dignas iudicauit: Vnam Perfidem quæ
 omnium uetustissima fuerit, cuius Nicanor memi-
 nerit, qui res ab Alexandro gestas scripsit. Libycam
 alteram quam in Lamia præmio celebravit Euripi-
 des. Secuta deinceps Delphica. Mox Cumea, cuius
 Næuius in publico, Pifo in annalibus, & Chry-
 sippus in libro de rebus diuinis meminerūt. Quin-
 tam Apollodorus Erythræus ciuem ait fuisse suam,
 quæ Graijs ad Troiam tendentibus, Ilij fit excidi-
 um uaticinata, Homerumque dixerit mendacia scri-
 pturum. Sexto Samiam loco reponunt. Celebre e-
 ius nomen in Samiorum annalibus Eratosthenes
 fuisse prodidit, propior illi Amalthea nomine, uel,
 ut alij tradunt, Demophile, quæ Cumis habitauit.
 Hæc nisi malus dæmon uerius fuit, ad Tarquinium
 regem libros, in quibus erant Romana fata, attulit.
 Fuit & Helleſpontia Troiano agro nata Heracliti
 Pontici relatu celebris. Nonam Phrygiæ & ipsam
 generis Helleſponticæ subiicit Varro. Nouissima in
 Tyburtam nomine Albuncam dixit, cuius simulacrum
 sit postea in Aniene repertum, negat Plinius
 id Sibyllæ fuisse, Albuncam, credo, diuersam à Si-
 bylla ratur. Multa fatidicæ fœminæ uerissimo ora-
 culo uentura cecinere, & in his aliqua de Christi ad-
 uentu, quæ manifesta deinceps fide sunt comproba-
 ta, certissimusque rerum demonstrauit euentus,
 non frustra Ægyptios existimasse mulieri diuinum
 spiritum appropinquare. Sed illarum oracula suo
 commodius loco sunt referenda, nunc temporum
 ordo postulat, ut ab externis rebus ad Romanæ ur-
 bis incrementa fiat reditus, ubi Numa Pompilius
 ex Curibus Sabinis accersitus, Romulo in regnum
 successit. Diu anceps certamen tenuit ciuitatem,
 utrius gentis regem creari oporteret, Sabinis quia
 post Tatij mortem ab Romulo diu regnatum esset,
 sui corporis regem fieri oportere cententibus, Ro-
 manis contra intentibus, peregrinumq; hominem
 uulgo aspernantibus, in uarijs uoluntatibus omnes
 rege uolebant libertatis dulcedinē nondū experti.
 Incessit interim timor animos patrū, ne quis subijt
 bellorum motus urbem sine capite, exercitum sine
 duce, repente adoret. Toto itaq; ordine in x. deca-

Syracusarum conditio.

Megara olim Hybla

Crotonis conditio.

Nicomedia.

Sibyllarum nomina.

Alij, Delphos.

Numa Pompilius.

rias diuiso, per uices republ. annuo spatio in orbē administrarunt: regia insignia habebat is penes quē totius rei erat summa, id tempus Interregnum est dictum, atq; inde receptum, ut eiectis etiam regibus ea temporis intercapedo, qua ciuitas sine summo magistratu esset, Interregnum diceretur: Interrex uero is, qui interea reipub. praesideret. Annoq; per hęc circumactio, negabat populus se id regiminis genus diutius laturum, exaudi palam uoces centum sibi reges pro uno impositos, ut tyranni uerius dicendi essent, quam reges, tollendum id regimē, aut ut executionem seruitutis iugum. Is populi fremitus curam iniecit patribus praesentis administrationis finienda, qui ut gratiam apud multitudinem iniret, ultro illi deferunt, quod paulo post amissuri uidebantur, ut ipsi quem uellent sibi regem, iuberet, eorum iustum ita demum ratum fore, ut si patres auro res facti essent, quae res adeo popularis omnibus uisa est, ut ne gratia & obsequio uicti uiderentur, patribus permiserunt, ut ipsi legerent, quem Romę regnare uellent. Ceterum quia neutra duarū factionum, quae in senatu erant, alteri cessura uidebatur: neq; Sabini Romanum regem fieri, neq; Romani Sabinum, qui tum in curia sederet, latui essent, ut praesens certamen tolleretur, eo decursum est, ut externum hominem legeret, qui spectata uirtute dignus iudicaretur, qui in tanta ciuitate regnaret. Erat tum in Curibus Sabinus Numa Pompilius, Pomponis filius, homo insigni iustitia sapientiaq; longe maiore, quam rudillo seculo indigenae homini, & in solo patrio agenti contingere debuisset. Quae res ueterū scriptorum quosdam in manifestum traxit errorē, ut qui disciplinae similitudinem secuti, Pythagorae eum dedisse operam arbitrati sint, quod ipsum quū diligentiorum consensus, tum temporum ratio profalfo redarguit. Enimvero praeterquam q. Linius, Dionysius, & Plutarchus diuersi ab illis abeunt, Crotto quidem ipsa, ubi Pythagoras postea philosophatus est, anno tertio decimae septimae Olympiadis condita est, qui in primos annos Numae incidit, ut Eusebius colligit. Pythagoras uero circa quinquagesimam Olympiadem in ealsthae parte, quae magna est Graecia nuncupata, studiis philosophiae claruit, quod temporis intervallo annos habet centum sexaginta & amplius, quo sane tempore Seruius Tullus, qui Romanorum regum ultimus penē fuit, regno potius est. Celebrem igitur uiri famam patres secuti, magno consensu eum regem creant. Misit ex primoribus senatus, qui confectum eum Romam accerferent, hi ubi ad eum uenerunt, quod ipsi populoq; Rom. bene uerteret, nunciant, communi ordinum consensu regem creatum, se ad id missos, ut in urbē ad regnum capessendum, si ita libeat uocarent. Multum diuq; recusasse fertur regnum ultro delatū adire, haud ignarus rarum in publica administratione locum innocentiae relinquit, patris tandem superūq; horratione & auctoritate uictus, ex Curibus Romam profectus est. Fuit eius uiri expectatio nihilo minor quam iustitiae fama esset. Posteaquam urbem ingressus est, ut erat tum hominum religio, primum omnium inaugurari placuit. In arce itaq; ad meridiem uersus confedit, augurq; illi leuis astitit, baculum habens enodem, aduncum (Lituum eum dixerunt) dextera regis caput tenebat, tum templum certis finibus imaginatus Iuppiter, inquit, si fas est hunc Numam Pompilius, cuius ego caput teneo, regē Romae esse, certa des precor nobis signa, intra eos fines quos animo & oculis concepi. Secundum haec ille uerbis peregit, quae signa mitti uellet, quibus conspiceret. Numa de templo descendit. Tum rex ab uniuersa multitudine consalutatus, ciuitatem armis assumptam, uelut iterum condere adortus est. De Numae disciplina haud una, ut dixi, fuit hominum opinio, qui uetera secuti uidentur, ad retricam Sabinorum disci-

sciplinam id referunt, de quorū uetustate uaria sunt literarū monumentis ad posterōs prodita. Dionysius in Reatina se ait historia legisse, Aborigenes eam terram ubi Cures urbs postea fuit, olim tenuisse, & à Fabidio ex indigena puella & genio quodam nato, id oppidum conditum, Curesq; ab eo, cuius filius sit creditus, nominasse, uel à cuspide, ut alij opinati sunt, quam Sabini Curim dicerent. Zenodorus Troezenius, Vmbrię indigenas in Reatino agro habitasse credit, unde à Pelagis eiectos eam terram tenuisse ait, in qua Cures postea fuere, seq; pro Vmbriis Sabinos nominasse. Porcius Cato id nomen ad Sabinum quendam & ipsum Sango seu Pistio terrę genio procreatum retulit, tenuisseq; ab initio eam gentem Testrinam uicem Amiremo propinquam, mox in Reatinum agrum irupisse, Corinisq; urbe bello capta Aboriginibus in ea terra confedisse, paulatim postea colonis in proxima loca missis, ita illorum fines propagari contigisse, ut ab occasu cc. xl. stadia, nec amplius à Tyrreno littore distaret, totidemq; ac decē amplius ab Adriaco ad ortū. Est & alius uulgatus de his sermo, Lacedaemoniorum manum per id tempus, quo Lycurgus eorum ciuitatē legibus & institutis munire est aggressus, seditione orta ab ijs qui legū seueritatē parum æquo animo ferre poterant, Laconia excelsisse, diuq; postea uarijs casibus agitata, Lacones uouisse dicunt, se in ea terra in quā primū egressi essent, si per indigenas liceret, perpetuo mansuros. Nouissime in Pometinis campis quod demum delati sunt Feroniae templū condidisse, no mine ab æquorea latrone factū, mox eorū quosdam cum Sabinis habitasse, longoq; commercio factū, ut pleraq; Sabinorū instituta sint Laconicis quāsimilia, bellica studia, uictus tenuitas, sanctitasq; ac seueritas penē eadem. Curibus itaq; Numa natus, patriam primo disciplinā, mox ingenio securus, sanctitatem uitae in solitudine auxit. Duxerat is uxorem Tatiam unicā Titi Tatij, qui cū Romulo regnauit, à soceroq; sapius Romam accersitus, in suo instituto permanit, sine cura & anxietate ulla, sacros deorū lucos, prataq; uirentia procul ab omni ciuili ambitione frequens inuisere, per quae genij ciuiliū commercij familiarēq; congressum adeptus, diuinarū rerum peritissimus factus: auxit eam opinionē posteaq; Romam uenit, q. quū mane nihil domi obsoniorum habuisset, uel per incredibilē cenae apparatus eisdē illis, quos mane induxerat, apposuisset. Quib; interpretari uolebat se suaq; familiari deę, quā Aegeria uocarent, curae esse. Verū qua ratione id fieri contigerit, illi uiderint, qui hoc suauis habuerūt. Mihi uero qn liberū est cuiq; in his quae nō multū à fabulis distant, quae cūq; uelit sentire haud multo propiora uero uidentur hęc, quae de Numa & Aegeria uulgo traduntur, q. quae de Endymione & Luna, Cephalo & Aurora, à poetis sunt tradita. Sed cōmentū id Numae fuit potius, q. familiare sibi numen finxerit, ut praeferoce populū, ad pacis & iustitię cultum à rei bellicae studiis auerteret, sanctioraq; instituta crederent, si qua essent numinis consilio in homines profecta, q. quae à mortali aliquo in quo haud tantū esset auctoritatis, quod & Minos in Creta, & Lycurgus Minoem imitatus, ac pleriq; alij, ut alio est loco demonstratum, fecisse credunt. Nec multū, ut uideo, inter autores constat, Aegeria Musarum una fuerit, an Nympha quaedam ab his diuersa. At siue hoc siue illud fuit, eius congressu, ut multis persuasum est, religione & iustitia quibus beatissimae ciuitates sunt, Numa rex ciuitatem instruere perseverauit, Ianum in ima parte Argiletij fecit, pacis & belli indicem, ut quum ciuitas in armis esset, pateret id templum, rursus ea pacata clauderetur. Locum hūc ipse clausit, ut per id ciuib; & finitimis futurae pacis studium indiceret. Ceterum Hostilius confectum Numam defuncto id aperit, nec amplius quam bis deinceps.

Interregnum quid sit.

Numa.

Pythagora seculum.

Numa rex in auctoritate.

Cures urbs in de dicta.

Vnde Sabini.

Annorum ratio diuersa.

Numa annus.

Vesti dies.

Vnde Flamini ues dicti.

Feronia templum.

Numa uita.

Aegeria uocata gressu.

Quae sacra Vestales obseruant.

Iani templum conditur.

Ter Ianus clausus. ceps est clausum Marco Attilio, & Tito Manilio consulis, iterum post primum bellum Punicum perfectum, Tertioq; Augusto principe terra mariq; pace parata. Hinc ciuilia eum opera auspicatur, propi uero est, cuius ab opinione Liius, q. quod Plutarchus & Dionysius scribit, qui inter nouissima eius opera Ianum repositum, tum quia huic Genio principia Romani ascribere, & quod perpetuae pacis argumenta, primo oculis ciuitatis quae ad cultum religionis erat traducenda, obseruari debuerunt. Hęc pacis initia, secuta inde est agri, quem Romulus possederat, distributio, qua inopes praesenti egestate leuati, nam ijs tantum Numa diuiserit. Inde finitimis populis in amicitiam & societatem allectis, tempore constituit: Annum ad cursum lunę in xij. digessit menses, quum Romulus ex decem antea constituisset, mutatoq; mensum ordine Martius, qui in eum rem inchoabat annum, duobus, Ianuario & Februario praelatis, tertius in ordine est factus. Nec Romulus nouo exemplo ea mensū paucitate uideret mihi ulus, quum longe minorem numerum Barbarorum & Graecorū quidam iam antea habuissent. Arcades, si Plutarchus uerus est autor, quatuor mensibus annum finiuere, sexto Acarnanes, quidam alij tribus. Aegyptij & ipsi menstruo anno usi dicuntur. Quia igitur ad eum annum quem Numa constituebat, tricenos dies singulis mensibus luna non explebat, deerantq; dies aliquot solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, mensibus interponendis ita dispelauit, ut quarto & uigesimo quoq; anno, quod Macrobius accuratissime colligit, ad metram eandē solis, unde orsi essent, plenjs omnium annorum spatij dies congruerent. Fastos deinceps dies fecit & nefastos, quibus nihil cum populo agi poterat. Flaminem unum Ioui creauit, qui Dialis est dictus, eū insigni ueste curulij, sella excoluit. Duos deinceps adiecit Flamines, Marti unū, alterum Quirino. Plutarchus à Romulo Flamines Ioui & Marti non à Numa creatos arbitratus est. Hos ab insigni, quod capite gestabat, quasi Filamines dictos existimant quidam, alij à pileis quasi pilamines. Ceterum infula q. eorum capitibus sedet, quae flama, ut Dionysius scribit, est dicta, his uerius quam uox alia, nomen fecit. Vestae uirgines legit. Sacerdotium Alba oriundum Gigania & Berenia primo capta, mox totidem additae Camilla & Tarpeia, huic numero Seruius Tullus duas nouissime adiecit. Hae x. primos annos sacrorum ritum perdiscebant, totidem deinde operabantur sacris, tertio decennio rudes & nuper captas instituebant. Postea uero si qua nubere uoluisset, fas erat alterutrum mallet sequi. Ceterum quando seruum connubium secutus male uerit, uulgo est in religione perseveratum. Salarium his Numa ex publico constituit. Perpetua uirginitate interim alijsque caerimonijs uenerabiles fecit. Si qua incesti contigisset, ante ora ciuium moesto silentio efferebat, uiuaq; circa Collinam portam in subterraneū specū demissa, tellureq; superingesta necari. Id supplicij genus fuerit tum primum delinquentibus irrogatum, an in eam postea quae primo incesti damnata est, haud facile dixerim. Quid praeter perpetuū ignē custodirent, autores quos sequimur, parum explicant, unus omnium Dionysius partem sacrorum, q. Dardanus ex Samothracia in Phrygiam uexit, & ex Ilio Aeneas in Italiam fuisse suspicari uideret. Adijciunt & Palladium, quod Metellus pontifex ex flagranti aede nō sine oculorum clade eripuit, sed quū cetera in occulto sint, quod sacra ignis custodiretur, haud ambigit quilibet. Is si Vestalium incuria extinctus esset, cultos flagro à pontifice maximo adhibebatur. Multa alioqui in Vestalibus sanctitas, quippe quae fortuito occurrit supplicio fontem eximerent. Vestae aedes quam Tellurem uulgo interpretati, pene sphaerica fuit forma constituta, ad imas

palatij partes, quae regio est Capitolio obuersa. Gra diuo Marti xij. sacrauit Salios, hi mensē qui ab eo nomen traxit, plures dies celebribus locis urbis, solenne ducebat tripudium, tunica uersicolori regimine puniceo distincto amicti. Trabeam id genus uestis Dionysius uocat, aeneo balteo, & gladio succincti dextera lanceam uirgamue gestabant, leua Thraciam ex aere peltam, Romani id Ancile uocant, altioribus pileis, & in conum exeuntibus, capita insigniebant. Nihil ab his diuersos fuisse, Dionysius opinatus est, quos Graeci Curetas dixerunt. Romani suos à solenni salratione Salios nominarunt: nam quod à Salo Mantineo, aut Samothrace uiro sint dicti, qd quidam suspicati sunt, eam Plutarchus opinionem ut uanā repudiauit. Idem nunc Agonales, nunc Colini dicti. Quae de Saliorum ancilibus Graeci & Latini scriptores memorant, haud multum à fabula distare creduntur. Peltam unam aeneam, ad cuius similitudinem undecim alias regis iussu Mamurius mira arte fabrefecit, in Numae regia repetam, quia eam nemo intulisset, è caelo in saeuientis peltis remedium delapsam, uulgo crediderunt. Nec minus fabulosum, quod alij eam leuiter aiunt è caelo labentem in Numae regis manus concidisse, ac tum miranda quaedam fata urbi per eam importari Aegreie oraculo cognitum. Quae religione animis iniecta, in gens cura Numam & patres incelsit, caelestis illius perpetuo asseruandae, quae res effecit ut plures inter se similes, multa sint arte fabrefactae, ne quae fatalis fuit, humana fraude interceptetur. Pontifex est deinceps ab eo creatus Martius Marci filius, uir patricius, cuius potestati omnia sacrorum iura subiecit. Quibus hostijs, quibus diebus, ad quae templa sacra fieri oporteret, formula edocuit. Si pontifex à refectione pontis est dictus, ut Varroni & alijs placuit se uideo, quia pons tum nullus utiq; fuit, qui rescipi potuerit (constat enim post Numae tempora ab Antico Martio pontem primo Tyberi impositum) diuersa appellatione ab initio uocatum credere par est. Nec me praeterit fuisse, qui à uetustissima sacrorum ratione, quae ad pontes fierent, id nomē ab initio factum crederent, quae opinio pari ratione refellitur. Interiecti sunt tot sacris ordinibus Feciales, his ea aequae cura tradita, ut Romani nullum iniuste bellū inferrent cuiquam. Gneus Gellius annalium scriptor, id ab Ardeatibus prodidit acceptum. Alij ab Equiculorum gente arbitrati sunt. Satis constat Numam bellum Fidenatibus indictum ob excursiones in Romanum agrum factas, ne non omnia rite fierent, Feciale ius & collegium postremo constituisse. Hi si qua per iniuriam Romanis ademptra essent, res ablatas ab hoste repetebant, quae si non redditae essent, bellum composito ad id carmine indicēbat. Pari potestate fontes res iuste repetentibus ad supplicium dabant, legatorum iniurias uindicabant, hi quae pia in foederibus essent tueri, sancire pacē, eandem si minus legitime pacta esset, irritam habere, si quid Imperator aut exercitus contra publicum iusurandū deliquisset, scelus expiare. Et haec Numa multa religione sanxit, quae omnia ut rite fierent, Regiā sibi Vestae proximam condidit, ut cōmodius rerum sacrarum speculationi immineret. Adijciuntur quaedam fabulari historiae similia. Faunum & Picum ab eo in Auentini parte magica ope captos, qui mons pomerio esset tempore illa exclusus, ut fuit semper. At si qui fuere, malos fuisse daemones affirmare aequum sit, quae si ea forma illi uincendos obtulerint, ut superstitionum regem, cum numerofo populo densissimis errorum tenebris immergeret. Nam quid magis alienum à pietate credi potest, quam nūmē aliquod magicis posse artibus uiolari, aut quod daemones ipsi monstratim traduntur è caelo Iouem elici, aut fulmina ab eo impetrari, imperata caerarum crinibus & menadibus pisciculis expiari? quae nomi-

Salij ex Curetae similes.

Anciliorum ratio.

Vnde pontifex.

Feciales.

Faunus & Picus.

nomine Elicio Ioui in eo colle, receptae uanitatibus ar-
gumenta, ara condita est. Quae sequuntur maiore
excultatione digna, quod numen adoraturus circu-
agi oportere docuit, dijs non libandum uinum ex ui-
tibus non putatis, neque sacra ulla nisi farina adhibe-
retur perpetranda. Adiecit & Dijs Manibus sacra cum
Libitine ara, siue Proserpina ea fuerit, ut multis per-
fusum est, siue Venus. Puerum trimo minorem lu-
geri uetuit, neque natu grandiore plures menses lu-
gendum censuit, quam uixisset annos. Tempus lon-
gissimi luctus in decem menses extendit. His sacris
ciuilibusque institutis ciuitate instructa, tanta rerum
animorumque facta est mutatio, ut pristinus ille ui-
gor Martius, quem rudis populus sub Romulo im-
biberat, in religionem & iustitiam uersus, multo ab
ea quae ab initio praecipua fuerat, diuersam uitae ini-
uerit rationem. Omnis de pietate & religione erat
fermo, duplex omnino hominum animis haerebat
cultus, sacrorum hic, ille agrorum, quos certis fini-
bus ut melius omnia ciuibus constarent, rex termi-
nauit: Terminis aede & ara positus, qui pacis esset &
iustitiae arbiter. Talis rerum status non solum ad mo-
res ualuit, sed ad tutelam etiam ciuitatis. Finitimi qui
non urbem, sed castra in medio posita ad sollicitan-
dam propinquarum gentium pacem ab initio arbi-
trabantur, ob idque Romanum nomen in se ode-
rant, in eam deducti sunt uerecundiam, ut sacrificia
urbem, non aliter quam templum quoddam uiol-
lare nefas existimarent. Rex ipse ita ex sola religio-
ne pendere, ut hostium accessu temerem nunciato, sub-
riens responderit. At ego sacrifico. Fuit & illud in-
genij longe in posterum prospicientis, quum nouae
ciuitatis corpus uelut in duas abiret factiones, quo-
niam Sabini alij, alij Romani nominarentur, ne qua
ex ea re discordia oriri posset, populum in diuersa di-
stribuit collegia. Tibicinum, arificum, architecto-
rum, sutorum, coriariorum, & ex uariarum artium
opificibus contractis unum omnium nouissimum,
sua singulis sacra, uenerationesque dijs reddendas di-
stribuit. Consociati per haec diuersarum gentium a-
nimi, mutuo inter se studio & beneuolentia coale-
re. Talis fuit ciuitas, quam Numa moribus multipli-
ciq; sacrorum cultu instituit, quum treis & quadra-
ginta regnasset annos, iam octogenarius uita deces-
sit. De liberis eius & uxoribus uariant omnino rerum
scriptores. Fuerunt qui una illi Tatiam nupsisse tra-
dant, ex qua mox illi Pompilia orta, quatuor prae-
terea uirilis stirpis liberi, Pinus, Calpus, Mamercus,
& quem Pomponem nominauit, unde Pomponij
fuerint, Pinarij, Calpurnij, & Mamerci. Plures id to-
rum pro mendacio rejiciunt, indubitato unius fami-
liae argumento, quod Pinaria domus iam inde ab
Herculis in Italiam aduentu aliquot aetates ante ur-
bem conditam sub Euandro circa Palatium celebris
fuit. Nec Pompiliam, de qua inter omnes conuenit,
ex Tatia, sed ex Lucretia quam regnum adeptus si-
bi matrimonio iunxit, quidam genitam dixere, ea
Martio nupsit, qui in noui regis creatione suffragijs
a Tullo Hostilio superatus, sibi mortem consciiuit.
Ceterum rem a patre infeliciter tentatam, Ancus
Martius uno duntaxat rege interiecto, omnium ordi-
num studio est & fauore consecutus.

Lugendi ratio

Romane ur-
bis religio.

Collegiorum in-
stitutio.

De Numa li-
bertis.

ENNEADIS II. LI

BER IIII.



Regnorum col-
latio.

MA rem Rom. tenente Athenis
Absander mox & Erixias qui ei suc-
cessit, rerum potiti sunt, quibus tem-
poribus, mutata regiminis forma, no-
uem sunt principes in ea urbe annua
potestate constituti, qui reipublicae
praesiderent. In Macedonia Argeus regnum tenuit:

A huic Perdicas pater mories ostenderat locum, quo
se & posteros reges uita defunctos codi oporteret,
praefatus tam diu regnum in gente mansurum, quo
ad Macedonum regum ibi corpora conderentur:
eademque superstitione multis persuasum scio, extinctam
in Alexandro stirpem, quia sepulchri locum muta-
uerit. Fuit itaque his aequalis Gyges in Lydia, in Phry-
gibus Midas Gordij filius, qui tauri sanguine epoto
extinctus est. In Aegypto Merres Aethiops dynastes.
Manasses Ezechiae filius in Palestina, qui a patre He-
rosolymorum regnum accepit: is neglecto patrie re-
ligionis ritu a maioribus tradito, templum propheta
nauit: sacerdotes ad haec, & qui in antiqua adhuc pi-
etate perstabant, crudeliter infectatus, impium scel-
lus turpi seruitute expiauit: quippe qui medio sui
furoris cursu, Assyrijs armis petitus maiore regni
parte hostiliter populata, ipse dolo captus, multa cum
ignominia apud hostem aliquandiu fuit, tum pala-
restatus se meritis suae impietatis penas luere, poe-
nitentiam egit, fauoreque numinis gemitu & lachry-
mis reuocato, ab hoste impetravit, ut in paternum
regnum remitteretur. Fuit clades illa regi & alijs do-
cumento, nihil, nisi praesens numen adsit, esse homi-
ni in uita tutum. Mutata igitur uita ratione, omne
operam & studium in religione collocauit: ueteri
sacrorum ritu instaurato, ex Mosis instituto sacris
operabatur. Populus regis studium secutus, nihil ce-
debat illi pietate. Nec his operibus contentus, mu-
ros urbis & turres, maiore aliquanto apparatu, quam ab
initio fuissent, refecit: firmavitque, haud uno loco praes-
idia egitque, reliquum uita prosperissimo rerum cur-
su, incolumi pacatoque regno, quinque annos & quin-
quaginta rex fuit: moriens Ammoni filio regiminis
habenas tradidit. Per haec tempora Gela in Sicilia
condita est, & in Pamphilia Phafelis. Herodotus Pha-
selim, Rhodum, Gnidum, & Halicarnassum Dorica
esse ciuitates credidit. Est & Cyzicus in Propontide,
a Thessalis, & circa Thracium Bosphorum in
ora Asiae Chalcedon a Megarensibus aedificata, loco
satis importuno: ob idque Apollinis oraculo, condi-
tores ipsi caeci iudicati sunt. Halicarnassus Diony-
sius Leostrotum per haec tempora Athenis regnasse
significat, quibus Hostilius Romae rex est creatus.
Ceterum Eusebius Oligarchiam ait hoc tempore
Athenis inducendam, de qua in fronte huius uolumi-
nis est memoratum. Hipponax Ephesius autor car-
minis, & Nicephosus Mathematicus per id tempus
claruere. Glaucus Chius his aequalis fuit, aliquid ex
eo nominis adeptus, quod ferri glutinum, ut Euse-
bius scribit, commentus sit. Fuit & Scythes Lydus
Aristorelis testimonio ad posteros insignis, qui di-
uerso tempore aes conflare docuit: etli Theophrastus
Delam Phrygium hominem eius rei credidit
autorem. Lesbij hac tempestate maris sunt imperium
adepti, Caribus ademptum: quod semel quaesitum
annos octo & sexaginta obtinuerunt. Talis erat alibi
rerum status, quum Romae populus Tullum Hosti-
lium regnare iussit: habuit is auum Hostilium, qui
sub arce a Sabinis capta, quum princeps pugnae cie-
ret, ictus occubuit. Ex Medulia ille, quam ab Alba-
nis conditam Romulus fecit coloniam, per id tem-
pus quo urbs ipsa condebatur Romam uenit: du-
xitque uxorem Seruiliam Sabinarum unam, nobili lo-
co ortam, quae legationis ad patres qui arcem tene-
bant, mittendae caeteris popularibus fuit autor. Ex
Seruilia igitur & Hostilio Tulli regis est pater ortus.
Ipse feroci uir ingenio, nec minus quam Romulus
bellicoso, aetas ad haec auitaque gloria animam ad bel-
lica studia excitabat. Optare igitur noui alicuius bel-
li sibi occasionem dari, indignum ratus ciuitatem
oculo senescere. Ceterum cum nouandis rebus ma-
teria quaereretur, pene ultro se obtulit: interim ue-
ro agrum, quem Romulus primo, mox & Numa pos-
sederat, egenis ciuibus diuisit: quod ad animorum con-

Manasses

Manasses
pitur.

Mutat uita
Manasses.

Conditio pu-
riam urbem.

Viri illust.

Tullus Ho-
stilius.

Origo Albani
belli.

Legati Albani

Hostilij ars in
legatis decipi-
endis.

Rom. regis de
nunciatio.

Fossa Cloelia.

Moritur Ciui-
lium.

Metius Suffe-
lius.

conciliationem non parum ualuit. Est & Coeliu col-
lem muro complexus, ubi regiam sibi quo locus fre-
quentius coleretur, optauit sedem. Belli causa ex fi-
nitimorum inuidia Romano orta esse, petit id uitium
semper sublimia, ut ignis, ut uere dicitur, cequi:
quippe quum alienos nititur successus corrumpere,
in suam saepe cladem praecipit. Regnabat Al-
bae C. Ciuilis: sunt qui Cloelium scribunt. Ferebat is
iniquo animo rem Romanam indies augeri: qui quum
impar inuidiae esset, nec satis posset uitio tempera-
re, discordiae causam inter cognatas urbes quaeri-
ans, Albanorum egentissimis, & in primis facino-
rosis, autor extitit, ut Romanos fines latrocinio in-
festarent, impunitate facti pollicitus. Romani &
ipsi tali iniuria instructi, inuicem ex Albano agro pro-
cedam agere, latronum etiam quibusdam interfectis.
Eam ferendi belli occasionem Ciuilis nactus, popu-
lum ad concionem uocat: Romanorum uim in
Albanos, atrocitate uerborum auget: quos ut facili-
us ad ultionem impelleret, faucios quosdam ex his
qui fuerunt in agris intercepti, in conspectum de-
dit: magno quidem animorum motu res audita est,
sed nihil prius moueri placuit, quam ab Romanis re-
petitae res essent. Missi itaque ad hoc ipsum legati Ro-
mam. Tullus haud ignarus ad quid uenisset, conse-
stim ire iubet Albam, qui & ipsi res prius ibi, quam
Romae responsum ullum Albanis daretur, publice
reproferent: ipse interim comiter eos, qui ad se ue-
nerant, complexus, regio conuiuio adhibet, quo per
uarias uoluptates distracto ab negotio de industria
remoratur. Qui Albam ire iussi, fuerunt, interim man-
data peragunt. Certum habuit Hostilius fore, ut Al-
bani res non redderent. Sicque praesentis belli culpa
pene eos fore, qui prius postulata non fecissent. In
foedere quod Romulus cum Albanis sanxit, diserte
fuerat expressum, ut neutra ciuitatum bellum inchoa-
ret, atque: ultra se laesam aliquando quereretur, ab ini-
riae autoribus iusta reciperet. Quod si non redderen-
tur, tum necessario ruptis foederibus indiceretur bel-
lum. Ne igitur priores Rom. res non reddidisse uide-
rentur, fierentque: ob id ipsum Albanis obnoxij, con-
uiuij specie legatos tam diu est rex Romanus ludifi-
catus, quoad sui res Albae repetisse credi potuerunt,
bellumque, non reddentibus indixisse. Tum legatis di-
cendi potestate facta, inde extorsi sunt, ut inuitos di-
cerent se ea afferre, quae Regi & populo Romano mi-
nus essent placitura, res repetitum se uenisse, ac ni red-
dantur bellum indicere iullos. Tum Tullus, ite, in-
quit, regique uestro renunciate Rom. regem deos fa-
cere testes, orareque, ut uter prior populus alterius le-
gatos aspematus dimiserit, in eum omnes imminet-
tis belli clades uerteret. Resque ad bellum iam haud
dubie spectabant, parabanturque: utrinque arma summa
ope, miserabilisque, inter cognatas futura erat dimi-
catio. Ab Troia Lauinium, ex Lauinio Alba, ab Alba
nis regibus urbis conditores oriundi. Lenij belli
atrocitatem mitior rerum exitus, neque enim acie est
dimicatum, sed paucis utrinque amissis, ex duabus u-
na facta est ciuitas. Occupant Albani bellum facere,
educatisque: copijs quadraginta ab urbe stadia castra
locant. Locus ubi primum Albanus confedit, Ciui-
lia seu Cloelia est fossa dicta. Vetusitas cum re nome
aboleuit. Romani & ipsi haud procul inde locum ca-
stris capere, actique sunt aliquot dies utriusque sine praes-
lio. Moritur interim Ciuilis: fuitque eius mors eo mi-
rabilius, quod neque morbo esse extinctus, neque uene-
no, neque alterius iniuria signo in eius corpore exi-
stente. Persuasum scio multis ira numinis eum in-
terijisse, quod autor ab initio fuisset belli inter
cognatas urbes ferendi. Non defuerunt qui per aduer-
sa factionis uiros, eum nocturna uineatum inter-
pretarentur: quidam morore & anxietate confectum
arbitrari sunt, quod parum prospere res Albana a se
mota uideretur. In demortui locum Albani Metium

A Suffetium dictatorem creant, uirum neque bello ido-
neum, neque pacis firmum custodem. Tullus Ciuilis
morte ferocior factus, praeter hostium uallum du-
cens, in Albanum agrum castra transfudit: ea res ho-
stem coegit locum castris mutare. Sublatis signis,
Romani agminis uestigia secutus, in proximo Ho-
stilianis castris loco confedit. Fidenates interea &
Veientes inter se occulta consilia agitabant, utriusque
exercitus per occasionem perdendi. Insidiarum ra-
tio talis erat, ut ubi hi Romanos Albanosque acie co-
gressos sensissent (coincerat enim Fidenas, eratque in-
de uia in castra trium horarum) tam uictum exercitum,
quam uictorem inuaderent: tum uero utriusque uictis ui-
ctoribusque, occisione caesis, castra diriperent, ipsique
inter se inuicem perirentur. Ceterum Ciuilis non li-
tante pugna in plures est dies distracta. Interim Fi-
denatis hospitis literis de duorum populorum pro-
ditione certior factus, tam hostium quam proprio peri-
culo motus, mittit qui Hostilio dicerent, colloquio
opus esse priusquam in pugnam descenderent. Am-
bo igitur in unum congressi, ita Metius Romanum
est regem affatus. Res inquit Tulle per iniuriam ab-
lata, atque a uobis ut coeptum habeo reperitae, nec
redditae, regem nostrum Ciuilium nuper ad arma
compulerunt: nec uereor, quin eandem ipse quoque
praeter te feras belli causam: sed si uera magis quam spe-
iosa dictu fari libet, imperij cupido utroque ad arma sti-
mulat, quae uera ne sint an falsa, illi rectius iudica-
bunt, qui belli huius autores extiterunt. Ego, ut te ar-
bitror non ignorare, inchoatum bellum suscepi, in
demortui ducis locum substitutus. Et quia uiribus,
auxilijs, comatu abundamus, bellum semel susce-
ptum, studio exequi certus eram: fuitque ut uere di-
ca, mihi animus ab initio acie confingere, ut de sum-
ma rei inter utrumque populum armis decerneretur.
Ceterum multis uarijsque prodigijs territus, uel in pri-
mis quod de euentu rei maxime sollicitus eram,
extis saepius arae admotis: nunquam litare potui, praes-
lio abstinui: nec interim desperabam fieri posse, ut aliqua
pacis mentio incideret, uerbaque de ea re inde primo
mouerent, unde minus pie sciret causa. Etenim quod
magis impium, detestabiliusque committi potuit, quam
rentem urbem a filia oppugnari: urbis uictrix Alba est
mater, uos Tulle Albani coloni, quibus siue uincere
contigerit, siue uicti eritis, fortuna enim non mutat
causam, inexpiabili scelere polluemini. Oportuit
proinde istinc primum de pace sermone inferri, iniu-
riarumque satisfactionem proficisci, ut grati in eos ui-
deremini, quibus omnia debetis: sed eo humana ter-
meritas processit, ut uis non iura in bello spectentur:
nec quid deceat curat quisquam, sed quid libeat, neque
procul, ut uideo, abest, quin scelus pro pietate habea-
tur, latrocinium pro iustitia. Expectabam ego etiam
frustra, expectaui tamen ut unde oportuit prima co-
ponendae pacis mentio moueretur, quum per Fide-
natem hospitem rescium inter suos populares & Ve-
ientes inita esse consilia, ut quum audierint nos praes-
lio congressos, alteramque aciem profugatam, tum ui-
ctorem exercitum, uictumque: recentes adorti, fessos
trucidant, atque ita temporis momento Albanum Ro-
manumque nomen terribilissima strage extinguant. Hec
ille. Quibus ut maior fides fieret, literas ad se ex Fi-
denis missas regi recitari iussit: mox iterum exorsus,
Perieramus, inquit, Tulle, nisi utriusque populi alte-
rius uel fortuna permisisset, ut nefaria uicinarum ur-
bium consilia satis opportune ad nos delata essent.
Nunc quia res nostrae curae sunt dijs, ut uideo: age &
hic coram inter nos de pace agamus: aut si praesenti li-
bertate non contenti sumus, in dubiamque imperij ser-
uitutisque aleam, siue fato, siue aemulatione ruimus, inea-
mus uiam aliquam, qua sine maiore clade, utri nostrum al-
teris imperet, decernamus, prudenter uiros imitati,
qui in ancipiti consilio, tutiora maluit. Siqua praeterea
incummoda ad eum sunt, minus noxia eligunt. Hec Al-
banus

Fidenatum
consilium.

Verba Metij
ad Hostilium.

Iusta Suffetij
exprobratio.

Rectum Metij
consilium.

Hosilij oratio ad Metium.

banus dictator. Ad ea Tullus: neq; mihi, inquit, Suffe-
 fei, neq; meorum cuiq; dubium fuit: quin pefsimis
 detestabiliq; exemplo in uos arma indueremus, si
 sponte & non iniuria à nobis profecta cõrigisset id
 fieri, quanq; sic quoq; pudor quidam tacitaq; ut sic di-
 ca, religio manus ab initio deninxerat, ut in pugna
 & caedem non prius iremus q; deorum uoluntatem
 in eo exploratam haberemus: qui quoties consulti
 sunt, prælium ab his inire prohibiti sumus. Nec duo-
 rum interim populorũ perfidia non nobis spectata
 fuit: de qua & ipse nõ multo antea quædã per ami-
 cos cognouerã, cupiebamq; ob id maxime præfens
 bellum sine maiore clade dissolui. Verumenimvero
 indignũ arbitrabar eos, quibus iusta prius negata ef-
 sent, quasi minus iniuriam ulcisci possent: priore de
 pace sermonẽ inferre, ratus id ad eos pertinere, qui
 bellũ priores occupassent, quanq; in eo nihil habeo,
 q; te maiorem in modum accufferẽ, discordiã huius
 autor fuit Ciuius. Is prior arma intulit, idem meri-
 tas sui sceleris expedit pœnas. Tollat (quando id cer-
 tamen neq; dij, neq; homines probant) omnis uete-
 rum offensarũ recordatio, nec tantum Suffeti quæra-
 mus, qua ratione præfens odium & certamen finia-
 mus, sed quonã modo omnis futuri belli in posterũ
 materia tollatur, prouidendum arbitror, nam quod
 ad futuram cõcordiam attinet, satis firmam pacẽ ha-
 bituri essemus, si uos Albani nostrã fortunã & suc-
 cessibus non inuideretis, sed decori potius & orna-
 mento duceretis: q; ij qui à uobis oriũdi sunt, rei bel-
 licæ gloria & religione, longe inter finitimos polle-
 ant, neq; enim quod scia, in re ulla à nobis læsi estis,
 cur uos Romanis iratos esse oporteat: sed id circo o-
 distis, quia in maiore fama & celebritate sumus. Quæ
 quã uera sint, ut Romanus semper Albanũ suspectũ
 habeat, necesse est: caueatq; ut hostẽ, eoq; intentus,
 quo satis cõstat, nihil esse efficacius ad nocendum, q;
 occultũ inimicum: neq; amicos fieri potest, qui inui-
 det, unum Suffeti prauũ huius affectus remediũ fo-
 re arbitror: ut quæ in alijs homines mirantur, ne in-
 uidiã stimuli fubeant, sua ducant nõ aliena, quod i-
 psum facile eueniet, si Albani populariter, aut corũ
 plurimi Romã in cõmuneĩ fortunarum possessio-
 nem demigrent: id fœdus, hæc societas, & certa &
 perpetua erit, uel si hæc minus placent, in id disci-
 men, quod de summa imperij propofuisti descendẽ
 dum. Hæc enim una aut nulla alia, ad stabile & man-
 suram pacem, uia relicta est: nam fœderũ & pacis cõ-
 ditiones neq; firmę sunt, neq; diuturnę: ubi plus in-
 uidia ualeat q; ratio, plus odium q; iura. Aut ui igitur
 opus est, aut uoluntate, ne officium deseratur. Petijt
 Suffetius, ut ad primores Albanorum qui aderãt, de
 Tulli postulatis breuiter referre liceret: req; ab om-
 nibus reiecta, quum de certaminis ratione inter du-
 ces agitaretur, Tullus à q; paucissimis dimicandum
 cõsebat, ipseq; animo & uiribus fretus, paratus erat
 pro patria in omne armorũ certamẽ descendere: Sus-
 fetium hortatus ut ipse idem faceret, equum esse di-
 citans, ualdeq; honorificũ, duces & imperatores i-
 pso, de suorum cõmodis disceptare: nec deerant il-
 lustrium uirorum exempla, quibus ille Albanum in
 sententiam traheret. Verum probare ea Suffetius, re-
 tamen maiorẽ arbitrarĩ, q; quæ duobus uiris cõmit-
 tenda esset: pluribus opus esse prædicabat, qui in rã
 arduam dimicationem, pro patria descenderent. Ut
 terni igitur utriq; cõcurrerent uisum est: uel quod
 is numerus in omni re perfectus habereẽ, uel quod
 propius uero est, quia tergemini fratres in utriq; ca-
 stris essent, uiri fortissimi, & ad omne facinus para-
 ti. Erant hi ex duabus Seduinij Albani filiiabus, uno
 partu nati: earum altera Romã Horatio, altera Cu-
 riatio Albe nupserat: uterq; parens fœcundũ uxoris
 puerperũ, ut sibi patriq; prosperum, diligenti cura
 educauerat. Scio mirum uideri posse ac fabulæ pro-
 ximum legendibũs, uno tẽpore duabus propinquis

Peroratio.

Tergemini.

Horatij Curiatij.

urbibus, in dõ castris, Tergeminos fratres repertos.
 Sed rei huius Dionysius & Liuius sunt autores: asti-
 pulaturq; his Plinius: Trogus autor grauissimus
 sepronos prodidit in Ægypto naros. Iã & illud me-
 moriã proditum est, mulierẽ in Peloponneso
 tergeminos enixã: & extremis Angusti principis tẽ-
 poribus, Faustam ẽ plebe fœminã Hostiã uno nixu
 geminos mares, totidemq; alterius sexus peperisse
 liberos. Cum tergeminis dux uterq; suis egit, ut p-
 patria uellent dimicare: monstrãtes nullum esse ma-
 ius in humanis uinculum, nullam maiorem necessi-
 tudinem, q; quæ mortalibus cum patria est: ibi liber-
 tas, ibi imperium futurum docent, unde uictoria sta-
 tuta esset. Nec multa opus fuit hortatione: utriq; e-
 nim cupiditate laudis, seu patriæ charitate seu utra-
 que re potius, per se omne parati erãt dilcimine ad-
 ire: nihil ergo recusantibus, tempus & locus pugnæ
 capitur. Priusquam igitur configerẽt, fœdus inter
 reges his legibus est itũ: ut cuius populi bellatores
 eo certamine uicissent, is alteri ex fœdere impera-
 ret. Fœdera alia alijs legibus fiebant. Cæterum una
 ferendi ratio fuit omnibus, qui unius præfationis
 nouit carmen, omnium nouit. Liuius fœderis huius
 ut uetustissimi, formã diserite posuit, cuius non uim
 solum, sed & uerba, ne quid uariet, uisum est referre.
 Fœcialis, inquit, Tullum regem ita rogauit, iubes ne
 me rex cum patre patrato populi Albani fœdus fe-
 rere? subente rege sagmina, inquit, te rex posco. Rex
 ait puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam
 puram attulit. Postea regem interrogauit. Rex facis
 ne me regiũ nunciũ populũq; R. Quintium uasã co-
 mitesq; meos? respondit rex. Quod sine fraude mea
 populũq; R. Quintium fiat, facio. Erat tum Fœcialis
 M. Valerius, patrẽ patratum Sp. Fusium fecit, uerba
 na caput capillosq; tangens, fiebat pater patratus ad
 iusiurandũ patrandum, id est, sancientiũ fœdus, mul-
 tisq; id uerbis peragit, quæ longo effata carmine,
 haud operã precũ est referre: legibus dein recitatis.
 Audi, inquit, Iupiter, audi pater patrato populi Alba-
 ni, audi tu populus Albanus, ut illa palam patria, po-
 strema ue ex illis tabulis cerã ue recitata sunt, sine
 dolo malo unque ea hichodie restissime intellecta
 sunt. Illis legibus populus Ro. prior non deficiet, si
 prior defecerit publico cõsilio, dolo malo, tu illo die
 Iupiter populũ Ro. sic ferito, ut ego hodie hunc por-
 cum feriam. Vbi id dixit, porcum silice percussit. Eo
 dẽ carmine pater patratus Albanus & ipse usus est.
 Fœdereq; in hunc modũ ito, tergemini sumptis ar-
 mis in æquum descendunt, utriq; suos pugnatore
 eunteis hortantur, ac spargũt floribus fœlices ire iu-
 bent, fortiter pro patria, pro penatibus, pro ciuibus
 dimicare, quibus hortationibus suo pte ingenio fe-
 roces iuuenes, ferociore adhuc facti, inter duas p-
 cedunt acies. Confeclerant pro castris, aduersi exerci-
 tus, nõ tam præfentis pugnæ periculo, q; cura liber-
 tatis, quæ in discrimine erat, solliciti. Videbant in
 paucorum uirtute fortunã utriusq; populũ sitã. Ere-
 cti igitur suspensiq;, in spectaculum minime gratũ
 oculos defigunt. Illi ubi in unum coiuere: nam qua-
 tuor circiter soli stadia fuerãt in medio relicta, cum
 lachrymis, priusquã cõcurrerent, sese complexi, mi-
 serabile spectaculum suorum oculis præbuere. Ex
 miseratione indignatio orta, & fremitus in reges,
 q; quum alia ratione poruissent, cõsanguineas in se
 dexteras cõmisissent. Hæc qui spectabant. Iuuenes
 ipsi ferociter cõgressi aliquandũ, erant enim armis
 oppido instruiti, corporibus nondum uiolatis an-
 pitem pugna traxere. Tum demum arctius dimican-
 tes, Horatio maximum nati, letali circa inguen-
 uulnere accepto cõcidit, uiderunt sui eum cadentem,
 percussitq; casus ipse Romanorũ animos. Con-
 tra Albani clamore & læticia exultare. Tũ uero Ho-
 ratorum alter eo aduolans breuiorem fecit eam ho-
 stibus læticiã: qui ppe qui iacenti fratris incubantẽ
 adhuc

Ferendi fœ-
ris ratio.

Tergemini
pugnã descen-
dunt.

Tergemino-
pugna.

Horatij unius
consilium.

Horatio-
Curatio-
pulchra.

Horatij facin-
nu.

Ex duumui-
rorum.

adhuc Curiatia adortus, repetitis ictibus, gladioq;
 in iugulum defixo prostrauit. Tum equata iterũ for-
 tuna, par metus spesq; utriq; erat. Nulla unq; dimi-
 catio plures est in paucis uices experta. Restas naq;
 Horatij aduersa aura cum alterius casu, quicquid
 spei ad id Romani aluerant, depresit, per interca-
 pilum huic Curiatius gladium in uiscera adegerat.
 quum ipse fœcto poplite uix uestigio confisteret. Tũ
 cæteri Albani intacti adhuc Romanũ circumstant,
 suorum fauore & hortatione cõnixi: hic Horatius,
 qui impar duobus erat, priusquam à tergo circumue-
 niretur, ut pugnam segregaret, capessit fugam. Ro-
 manis molium erat silentium, & iam aliquantũ spa-
 tij ab eo loco, ubi pugnatum erat, fuerat Horatius
 emensus, quum repente & præter spem omnium in
 hostes, qui paribus penẽ interuallis sequebant, con-
 uersus, qui proximus aderat magno animo uenien-
 tem excipit, ac dum Albani alteri inclamant, ut ma-
 ture ferret opem fratris, iam Horatius cõto hoste ani-
 mo & uiribus maior reliquum petebat. Tum ex in-
 sperato clamor & qualis ex subito successu oriri so-
 let, Romanum adiuuat militẽ, qui pari successit præ-
 lio defunctus, tertium Curiatium obruncat. Liuius
 primo congressu duos ait Horatios cõcidisse, tribus
 Curiatij uulneratis, ibiq; simulata fuga, qui Hora-
 tiorum reliquos fuit, pugna secrete uisit, Curiatiosq;
 paribus interuallis sequentes adortus, duos priores,
 priusquam uterq; alteri opem ferre posset unũ post
 alterum, subitario cõgressu, duobus ictibus conse-
 cisse. Tertium inde peritum, festum cursu grauique
 uulnere affectum, in quem his uerbis sit Romanus
 usus, duos, inquit Curiatios meorum fratrum mani-
 bus dedi, iam tertium, ut Romano Albano impe-
 ret, dabo. Ac cum his uibrato gladio hostem uix ar-
 ma sustinentem obruncarit, spoliariq; iacentẽ. Ro-
 mani quo res p̃ prior fuerat periculo, eo maiore gau-
 dio dabat. Horatiũ multa gratulatione, multisq; lau-
 dibus accipiunt. Inde utriq; ad sepeliendos suos ne-
 quaq; paribus animis uertunt, hi læticia gestientes,
 quia imperio aucti: illi quum liberi nuper fuissent,
 alienæ ditionis facti, mœrore & tristitia affecti. Se-
 pulchra quo quilibet loco ceciderat, exitere. Horatio-
 rum duo penẽ cõtigua, propius Albam. Curiatiorũ
 Romã uersus locis inter se ut uicti occubuerãt distã-
 tibus. Priusquam inde exercitus diuersi abierint, pe-
 tenti Metio quid Romanus rex imperaret, respon-
 sum est, ut iuuentutem in armis haberet, fore ut si
 cum Veientibus bellandum esset, illorum opera ute-
 ref. Secundum hæc utriq; domum est concessum.
 Ibat Horatius trigemina spolia præ se gerens, cui so-
 ror uirgo, quæ Curiatiorum uni desponsa erat, in cõ-
 ferta multitudine circa Capenam portam obuia fa-
 cta est, cognitoq; paludamento, quod sponso in fu-
 turas nuptias ipsa dono miserat, flebili lamentatio-
 ne crines soluit, uirum identidẽ nomine appellans.
 Mouit ferocem iuuenem intempestiua puellæ com-
 ploratio (Dionysius autor est, stultitiã exprobratio-
 ne simul & læuitiã iuuenẽ irritatum) stricto gladio,
 quod satis constat, puellam increpans transixit: sic
 eat, inquit, quæcunq; Romanum lugebit hostẽ. Vi-
 sum id facinus patribus & plebi atrox. Cæterum re-
 cens meritum leuabat inuidiam. Raptus tamen in
 ius est manifesti parricidij reus. Rex ne tam tristis
 ingratiq; iudicij autor esset, populo ad cõcionem uo-
 cato, duumuiros creauit, qui perduellionem Hora-
 tio iudicaret. Lex erat: duumiri perduellionẽ iu-
 dicent, si à duumiris pronocari, prouocatione ad
 populum cõtato, si uincunt caput obnubito, infeli-
 ci arbori recte suspẽdito, intra uel extra pomerium
 uerberato. Duumiri secundum horrendũ huius car-
 minis formam creati, laqueum reo iniici præcipiunt.
 Tum Horatius Tullo autore, ad populũ, inquit, p-
 uoco. Ibi magnus animorum motus exitit. Vulgo
 credere ingrati populi ad posteros exemplum futu-

rum, si uirum de rep. optime meritũ, qui non solum
 libertatis publicæ tuendæ autor fuisset: sed imperij
 etiam augendi, foruitri parricidij crimine, cuius ma-
 teria magis oblata, q; quæ sita esset, necaret. Nemo e-
 rat cui non recens pugna illa tergemino-ũ, recensq;
 meritum animo obuersaret. Valuit & Horatij patris
 orbitas miserabilisq; deprecatio ad misericordiam:
 clamitabat senex cui primam irã eius iniuriã natu-
 ra & lex tribuisset, se filiam iure cæsami iudicare, ni
 ita esset, se patrio iure fuisse in filium animaduersu-
 rum. Addere his preces & lachrymas, ne se quẽ nup-
 egregia stirpe clarum cõspexissent, in miserabilẽ or-
 bitatem, perpetuumq; luctum cõiicerent. Nunc ille
 hæc precari, nunc filium cõplexus, Curiatiorũ spo-
 lia ostendere, quæ re-; à circumfusa multitudi-
 ne, possent ne eum sub furca uinctũ spectare inter uer-
 bera & cruciatus, quem paulo ante trium hostium
 spolijs insignitum, ouantemq; uidissent? Valuit pa-
 tris miserabilis comploratio, sed plus omnino egre-
 gia uiri in dolens, animusq; in omni periculo par, ita
 ut eum populus omnibus suffragijs absoluerit. Sed
 ut manifesta cædes aliquo lueretur piaculo. Hora-
 tio est patri imperatũ, ut filium publica pecunia ex-
 piaret. Dionysius id negotium pontificibus datum
 prodidit, is duas ait extructas esse aras: Iunoni unã,
 cui uis sororium curæ esset, Iano alterã, ad quas Cu-
 riatiorum & Horatiæ nuper interfecit sint manes
 uocati, certa que sacrificia deinceps facta, postremo
 Horatium sub iugo missum, cuius forma ea fuit, ut
 duo recta tigilla defixa starẽt, tertiumq; superne du-
 obus illis transfuerum imponeretur. Id sæpius refe-
 ctum, ad suam usq; etatem durasse Liuius est autor,
 sororiumq; tigillum nominatũ. Fuit is locus in uia,
 quæ à Carinis deorsum in Cyprium ducebat uici.
 Tigillum (ut Dionysius demonstrat) duobus aduer-
 sis parietibus erat fultum, quum ab initio lignea fu-
 issent sustentacula. Expiatoria ibi sacra annua cõsti-
 tuta, Horatiæq; genti tradita. Puellæ ubi icta cõci-
 dit, quadrato est saxo sepulchrum communitũ. An-
 gularis petra fuit, supra quam tergemino-ũ spolia
 in foro pependere. Horatiæ pilæ ad posteros no-
 men habuit. Lex insuper lata, ut quibus trini liberi
 essent, usq; ad pubertatis annos pro his ex publico
 alimentis darentur. Et hæc post Tergemino-ũ pu-
 gnã sunt Romæ acta. Albani indigne ferentes, q;
 publica fortuna tribus esset militibus cõmissa, nunc
 Metij stultitiã, nunc temeritatem criminando, om-
 nem culpam acceptæ cladis in unum conferre, q;
 res uanum hominis facile mutauit ingeniu: ut icti
 nuper fœderis oblitus, quia recta consilia parũ pro-
 spere fluxissent, scelere & flagitio quæreret, quo pa-
 cto suorum studia sibi cõciliaret. Ut nuper igitur in
 bello pacem, ita nunc bellum in pace quæritabat.
 Verum quum plus animorum inesse suis q; uirum
 cerneret, ad bellum ex edicto gerendum, Fidenates
 & Veientes occulte impellit. Ipse Tulli imperium
 fecutus, aduersus Romanas legiones uiribus ex oc-
 casione usurum pollicetur. Albanorum defectione
 Fidenates freti, Veietibus in societatem belli assum-
 ptis, à Romanis deficiunt. Dionysius scribit eos Ro-
 mam ad causam prodicionis, quã Albano bello mo-
 liti essent, dicendam accersitos, nõ modo id iudiciũ
 detrectasse, sed aperta etiam defectione consterna-
 tos arma induisse. Tullus domesticas armauit copi-
 as, & socias ex Alba accersit. Veniunt inde auxi-
 lia adeo instruta, ut ab Ro. rege laudatũ sit Metius,
 cõsiliatorq; secretorũ parriceps factus. Rex castra
 ad Tyberis & Anienis cõfluentem fecit. Hic Metius
 diuturnã potestati asuetus, nam triennio rei Alba-
 næ Tulli permisso præfuerat: præterq; quod suorũ
 popularium iratos animos lenire cupiebat, indignũ
 etiam ratus summum Albanorum magistratum cu-
 iusquam imperio subiacere, occulte ad hostes mit-
 tit, qui eos adhuc incertos, quo in se animo Albanus
 esset,

Horatij patris
deprecatio.

Horatius ab-
soluitur.

Sororium
tigillum.

Lex trini na-
torum.

Metij nefariũ
consilium.

Vbi Tullius ca-
stra fecerit.

esset, ad pugnam hortaretur, pollicitus fore ut quū praelium confertum esset subita defectione Romanas legiones praesidijs destitutas ipsis obijceret trucidandas. Centurionibus deinde & ordinum ductoribus in fecerum abductis, occasionem adesse doceret, recuperandae libertatis, abolendaeque ignominiae, qua non minus impie quam ingrata, recens colonia suam affecisset metropolim: uerum nolle se prius suū cuique consilium patere, quam exploratum haberet, quo ipsi ad pristinam libertatem recuperandam essent animo. Tum uero approbantibus cunctis, fideque silentij iurando ab omnibus accepta, Metius caetera exequitur, ac simul quod ipse parat, quod uelit etiam per eos fieri edocet, ne in re subita animi titubarent. Hostes postmodum in aciem descendere, dextrum cornu uentem tenuerunt secus Tyberim, laeuum Fidenates ad montes extesum. Tullus aduersus Hetruscos Romanam explicat aciem, Albanos Fidenatibus obijcit. Initur praelium. Caeterum Albano haud plus ab initio animi fuit quam fidei, neque suo stabat uestigio, neque aperte deficiebat, sed sensim ad montes auxilia subtrahit, inde ubi tumultus successit fluctuans animo: nam in re adhuc dubia consilium regi suum uolebat, alia igitur atque alia assimulando, quo fortuna inclinaret, expectabat. Mirari id primum Romani, qui propiore loco steterat: mox ubi latera nudari coeperunt: Albanis ad montes succedentibus per ceterum equitem regi nunciat, Albanos ad hostes defecere. Tullus in re trepida Marti xij, uouit Salios: Pallorūque & Pauori suam utriusque aedem: claraque uoce equitem increpat, ut hostis facile exaudiret, suo iussu aut Albanos id facere, nihil trepidatione opus esse fore, ut Albani ceu imperatum esset paulo post hostem a tergo circumueniret. Ea uox, nam Tullus eo confestim occurrerat: Fidenatibus suspicionem iniecit, ne ab Albano decepti intercluderetur. Fit itaque ab ea parte fuga. Fugientem hostis rex cum suis non nihil infecutus, ubi ita disiectos ordines uidit, ut in praelium redire non possent: in uentium cornu, ubi acrior erat pugna, omnem imperū uertit, hac quoque parte hostes percussis, abiectis armis in proximū amnem caeci ruunt, multi aquarum impetu uicti perierunt, plures tamen extrema ripa inter fugam pugnaeque consilium oppressi. Albanus ubi Fidenatem suum uidit, ut & ipse non nihil egisse uideretur, equitem in fugientem hostem ex iugis quae infederat, immisit, mox copijs in planum deductis, Tullio uictoriae gratularetur. Contra rex Romanus, ira ad tempus dissi mulata, benigne Metium alloquitur, quod utrisque bene uertat, inquit: Ite Albani, & uestra castra nostris iungite. Dionysius ait maiorem partem noctis Tullum in uentium castris quae ceperat, fuisse, ibique ex captiuis omnia exploratiora de Albanorum prodicione facta, cuius princeps & autor Metius fuisset. Tum Romam noctu cum rei indicibus & paucis suorum regem adequitasse, uocatoque in curia senatu de Albanae perfidiae ultione inter patres consultatum uariatūque non nihil opinionibus. Demum in sententiam regis frequenter itum: ut Alba dirueret, parceretur ciuibus, supplicium de Metio sumeretur, ipse pari celeritate in castra reuersus: distabat Fidenae ab urbe quinque milia passuum. Hic priusquam illucesceret, M. Horatium qui Curiatios uicit, cum Centurijs aliquot peditum, maiore tamen equitatu Albanum misit, qui pacate urbem ingressus, ubi ciues in potestate redigisset, oppidum a fundamentis dirueret, parceret templis, multitudinem omnem Romam traduceret: ipse ubi illuxit, caetero exercitum ad concionem uocato, Albanis praeconeis uoce iussis propius tribunal accedere, extremam concionem ex composito sepsit armis, datum erat praeterea centurionibus negocium, ut inter agendum quod agerent ubi essent, gnauiter facerent: tum silentio indico ita rex Romanus inquit: Siullo unquam praelio

accidit, ut dijs immortalibus gratias Romani agerent, hesternum illud certe fuit, quo haud cum hoste solum uobis dimicatum est, sed cum fociorum etiam perfidia, quae eo magis periculosa fuit, quo minus prauiua: nulla enim pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris & domesticus inimicus. Qui enim ex professo sunt hostes, hos facile cauemus, occulta uis, & quae amicitiae cuniculis immissa, ex improviso erumpit, formidabilis & perniciosa est. Nam ne quid uos lateat, haud imperium illud fuit meum hesternum: ut Albani ad montes secederent, dixi meo id iussu fieri, ne uos fociorum defectione cognita, praelio auerteremini. Neque culpa huius multos esse conficios arbitror, nam quae multis credita sunt, diutius in occulto esse non possunt. Metius illius dux itineris fuit. Metius defectionis autor. Metius publici foederis ruptor. Audeant uel maiora alij, nisi suo Metius supplicio posteris erit documento, sacra foedera uiolari non oportere. Mouisset ille facile concionem, suorum fidem implorans, nisi uibratis undique a Romano gladijs Albani, qui ad arma respicere ceperant, metu coerciti celsissent. Centuriones, ut iussi erant, clamitantem Metium circumfuit. Tum rex, quod felix, inquit, faustumque mihi, populoque Romano ac uobis sit, uiri Albani decretum est ex duabus ciuitatibus unam facere, ex Alba omnem multitudinem Romae collocare, praeter pristinas sedes nihil uobis adimitur, ciuitatem plebi damus, primores in patriatum legimus. Neque est cur de ueteri patria solliciti sitis amplius, missi sunt ante lucem cum M. Horatio, qui omnia testa publica & priuata praeter sacras aedes diruerent: aut igitur Roma aut nulla alia est uobis patria habenda: discite necessitati parere, cui ne dii quidem immortales repugnauerunt. Quamquam nulli mirum uideri debet, quod res Albana in duos olim ditiusa populos, aliquando in unum redeat. Ingemuit ad haec Albana pubes, caeterum armis undique sepra silentium tenuit. Tum uero Tullus in Metium conuersus, si fidei Meti & iura seruare posses, ea a me disciplina tibi uiuo satis abunde erat adhibita, sed animi morbus insanabilis est, nec ingenia natura praua ullis proficiunt exemplis: quod quum ita sit, doceas ut aequum est tuo supplicio caeteros mortales, esse sacra foedera sanctius custodienda, quae tu non minus impie, quam perfide uiolare es ausus. Faxim ne praesens supplicij genus diuersum sit ab ingenio isto, & mente, quam inter Romanum Fidenatemque populum ancipitem gessisti. Sic Tullus, duabusque quadrigis admotis dilentum corpus in earum curas alligat, mox in diuersum ab aurigis concitae, corpus fœde lacerum distraxere. Auertit a ta horrendo spectaculo oculos, praesensque pauore stetit multitudo aliquandiu immota, nec mirum, fuit enim id supplicium humanarum legum parum, ut sic dicam, memor: Centuriones demum inceptis & qui eius consilij participes fuere, capitali sunt, ut Dionysius scribit, supplicio affecti. Alba interim incensa & euerfa est. In qua diruenda, neque tumultus fuit, neque pavor, qualis captarum solet esse urbium, quum uis hostes intra moenia irumpunt: sed inopinatum malum animos silentio defixerat, moror & insignis tristitia in ore & oculis omnium eminebat, & in primis obliuio quaedam eorum quae agenda essent, subierat ciuium mentes, haud enim quae asportanda crederent, quaeque relinquenda in subbita stupore expedire poterant. Pars domorum postibus haerere, pars errabundi cum gemitu atria lustrare, ut quae scirent haud multo post interitura, & iam equitum clamor migrare iubentium instabat, exaudiri que fragor testorum in ima partis procumbentium. Tum quisque pro se curribus & iumentis, quae potest, quaeque ad manus fuere raptim extulit, & quum cōtinenti pene agmine abirent, publicam priuatamque fortunam miserantes, alius alium cum

Tulli oratio ad exercitum.

Tulli demum ciuitatio.

Metij supplicium.

Diruitur Alba.

cum lachrymis intueri. Urbs ciuibus exhausta solo aquata est, quadringentesimo ferme anno, ex quo ab Ascanio est condita. Halicarnasseus Dionysius quingetos minus tredecim fuisse annos, uno atque altero loco significare uidetur, triginta in Latio Coloniarem matrem. Albe excidio Roma aucta est, duplicatusque ciuium numerus: Coelius mons quo Lanius incoleretur, urbi additur, ubi ut alio significatum est loco, Tullus sibi regiam cepit. Albani genere & opibus illustres in patres leguntur, Iulij, Seruiliij, Geganiij, Curiatij, Cloelij, adduntur a nonnullis Metilij, & Quintilij. Fecit Tullus Curiam, quae ab autore est hostilia nominata. Legit & decem turmas equitum ex Albanis, ueteres legiones suppleuit, nouas conscripsit, auctaque his uiribus ciuitate, Fidenates bello sequenti anno sunt a Tullio repetiti. Et quia a nullo finitiorum auxilia impetrarent, mercenario milite usi, sub Romanorum accessum urbe egredi, acieque sunt ausi dimicare: fusi fugatique in oppidum trepide compelluntur. Secuta inde deditio est, quibus Tullus uoluit conditionibus. Principes defectionis ultimo sunt supplicio affecti, caeteris seruata est libertas, nec ex ueteri forma ciuitatis est quicquam illis ademptum, Romamque Tullus reuersus secundum triumphum egit, siquidem primum de his & uentibus simul uictis egerat. Nouum deinceps bellum ab Sabinis ortum, cuius causa haec traditur. Colebat Feroniae Phanum communi iure Latini Sabinique, hanc Persephonen quidam dicunt, alij Iunone: hic frequenti mercatu Romani mercatores pecunijs prius ademptis, a Sabinorum quibusdam sunt in uincula coniecti. Caeterum quum res hinc repeterent, non modo non aequi quicquam responsum inde est, sed exprobratum etiam, haud ignaros esse Romanos, qui tum res repeterent, fugitiuorum multos ex Sabina cum herili pecunia in Asylum quod Romulus aperuisset, confugisse, nec dominis repetentibus restitutos, humane igitur facturos eos, si a quo animo ferant, pro ueteri iniuria sibi recentem illam, est multo leuiorem, repensum iri, nisi forte extra hominum aleam soli haberi uelit, ut quae ipsi nihil lacessiti in alios fecerint, iniquum ducant sibi fieri. His utrinque obiectis nec purgatis, res ad arma spectare cepit: nec ita multo post Sabini quibusdam Hetruscorum, partim gratia, partim mercede domo excitis, ad sylvam Malitiosam cum Romanis conflixerunt. Fuit ibi pugna atrox, uerum copijs nuper auctis, utroque genere pugnae facta est res Romana superior. Perierunt multi in acie ex Sabinis, multi in fuga caesi. Haec Liuius, a quo dissentire pudeat. Dionysius ancipiti ibi Marte ait dimicatum, praeliumque noctis interuentu diruptum. Clade praeterea utrinque illata & accepta, diuersos domum abiisse exercitus in reliquum anni quieturos. Principio uero alterius anni, ad Hereonem urbem aliquanto maiore belli conatu est dimicatum, centum septem stadijs ab urbe Roma. Hic quoque dubio Marte, Tullum Saturno & Rheae solennes ludos, qui diu postea celebrati sunt, duplicemque saliorum numerum, gradiuo Marti uouisse. Actum demum Romanos uictoriae composites factos, hostiumque castra expugnata, uastataque regione Tullum Romam reuersum tertio triumphasse, haud facile dixerim, fuerit ne locus hic quem Dionysius (nam is autor est eorum quae ultimo loco retuli) Hereonem uocat: quem alij Eretum dicunt Tyberi propinquum. Nec ita multo post Sabinis Romanos fines contra pacem, quam precibus a Tullio redemerant, incessestibus, non tam suis uiribus fretus, quam quod eo bello socios habituros se Latinos sperabant: enim uero ea quoque gens bellum cum Romanis habitura putabatur: Tullus bello quod instabat in aliquid tempus dilato, patrisque cum Latino nomine inducens, in Sabinos se totum conuertit, ac tum demum ad Maleficam syl-

Ro. augetur.

Familia nobilis ex Alba.

Fidenatum deditio.

Feroniae Phanum.

Sabinorum responsio.

Vincuntur Sabini.

Tulli regis uotum.

Nouum Sabinorum bellum.

am, quam unam Liuius pugnam celebrat, ancipiti Marte per multas horas dimicatum: Sabinosque inclinate iam die uictos, & ab equitibus qui ad eos insequendos sunt a rege missi, cum multa caede disiectos, atque eorum agrum late populatum. Etiam ob haec, quae bello gesserat, Hostilij ingens erat fama, magnaque uiri gloria, quum Romam nunciatum est, in Albano monte lapidibus pluisse. Ad eam rem ex proximo cognoscendam missi quidam domum renunciarunt, non solum quae fama uulgata essent uidisse, sed uocem etiam ex uicino luco sibi redditam uideri, qua Albani praeciperentur patrio ritu sacra facere, quae suo cultu cum ipsa patria excidissent. Id prodigium causa fuit, ut Nouendiale sit sacrum publice constitutum, dubium oraculo uocis ex luco reddita, an aruspicum decreto, religio ipsa (quod satis constat) in multas aetates exijt: ut quoties tale esset prodigium nunciatum, nouem dierum feriae celebrarentur. Nec cum Latinis pax deinceps longa fuit, qui iam inde ex quo Alba, quae fuerat Latij caput, excisa est, aperte oderant Romanos, uerum plures annos mutuis potius odijs est certatum, quam armis: quintodecimo demum anno ab Albae excidio Tullus legatos ad xxx. Latinorum urbes misit, quae Albanae fuerant Coloniae, qui illis significarent, aequum uideri Romano regi, ut quado Alba, quae fuerat ipsarum urbium mater, Romanis armis celsisset: ipse quoque quae eius ditionis fuerant, Romano iussa facerent. Romani regis postulata, publico gentis concilio, in Ferentino oppido iactata, non solum non assensu aliquo audita sunt, sed ingenti etiam fremitu bellum in Romanos, si quicquam inde, moueretur decretum, duobus ad id ducibus creatis, Anco Publicio Corano, & Sp. Vecilio Lanuuiino. Fuit inde bellum quinque annos sed mire quidem, quippe quum nullae urbes interrim, aut captae, aut direprae sint, neque in extremam dimicationem usque defecissent, sed subitis excursionibus ueteri more utriusque alteros infestarent, circumactaque non nihil interrim a bellicoso rege copiae: Meduliaque ad officium retracta, quum iam a Romuli temporibus Romanorum facta ad Latinos descuisset. Grauis interea petilentia domi militiaeque inualuerat, multique utrobique uulgo moriebantur: tum demum Numae pax & religio cepta est uulgo ad deorum iram placandam deliberrari, ad quae ipse quoque rex repente conuersus, qui occulta quaedam Elicio Ioui faceret sacra, quia nihil his rite ab eo ageretur, non solum non spem ullam celestem impetravit, sed solliciti numinis ira ictus fulmine cum tota domo conflagrauit. Id tum uulgo est creditum, uerum scio multis, quod propius uero est, persuasum fuisse, eum humana fraude perijisse. Martijque Anci qui post eum rex fuit infidijs oppressum, ut quum procelloso die rex domi sacra faceret, sit ille regiam cum paucis ingressus, ibique Hostilio cum uxore & liberis interfecto domum incendit. Regnauit Tullus annos duos & triginta, uir bellica uirtute inter paucos memorabilis. Post eius mortem populus Ancum Martium regem creauit. Patres auctores facti creatum probarunt. Sic Liuius. At mirum est quam in omnibus fere Dionysius ab eo dissentiat, quippe qui quum multis alijs, tum hoc loco longe ab eo diuersus, regem Ancum ait a senatu creatum, eamque creationem ratam populum habuisse. Fuit is Numae regis ex Pompilia, quae Martio Pontifici nupsit, nepos. Sed dum Romae Hostilius regnum indisplicuit, Argeus (cuius supra metio est facta) & posthunc Philippus, qui ei successit, regnum in Macedonia obtinuit. In Media Phraates, Ardis, Gygis, qui Candaulem occidit, filius in Lydia, Harmomon in Iudaea, qui anno secundo sui regni domestica coniuratione oppressus perijt. Fuerunt qui duodecimo regni anno, non tertio, eum perijisse tradereant. Huic Iosias successit. De hoc deique Pfammeci-

Prodigium.

Nouendialis sacri origo.

Triginta Albanorum coloniae.

Latini bellum.

Hostilij interitum.

Ancus Martius rex creatur.

Temporum supputatio.

Albanorum defectio.

Romanorum uictoria.

uentium caedes.

Decretum diruendae Albae.

eo, qui per id tēpus in Ægypto regnavit, loco haud multum diuerso memorabitur. Vixere cum his Archilochus Lacedæmonius, & Simonides, ut quidam scribunt, Lyrici hic carminis, ille Iambici autor, Aristoxenus Musicus, Zaleucus qui Loerenfibus leges scripsisse dicitur, & Alcmaeon ut Eusebius ait. Cæterum Crotoniates neis fuerit qui primus (si uera Laertius tradit) de naturæ ratione, & animæ immortalitate scripsit, an alius, pro certo non ausim ponere. Satis scio, cum his uiuere non potuisse, etsi fuit, ut ille prodidit, Pythagoræ discipulus. In hæc quoque tempora Cypseli Corinthi principatus incidit, à quo Demaratus prisci Tarquinij pater Corintho pulsus in Hetruriam est nauis delatus. Phalaris Aitipalensis & ipse tyrannidem aliquanto antea Agrigentis in Sicilia occuparat, cuius inueteræ crudelitatis memoria adhuc durat, æneum is taurum fontibus in eo inclusis admouebat igni, ut recepto æstu mugitus medio cruciattu, non gemitus exaudirentur, inuis ingentis sæuitiæ exemplo uere laudabilis, quod Perillum Atheniensem nefandi illius operis autorem omnium primum tali supplicio affecti, uel ex tali supplicio dignum iudicans, quod non nisi suo carnifici; fuisset ingenio, eam machinam ad hominum cruciatu commentus esset nunquam. Exant & literarum monumenta, epistolæq; ad Paurolam filium, & alios plerosque Laconica breuitate conscriptæ. Ipse subito incurfu populi periit. Repetit Eusebius in id tempus Byzantij conditione, autoremque Pausaniam nominat. Id oppidum in ora Thraciæ est, circa Bosporum: de quo plura alio deinceps loco sunt à nobis dicenda. Lampfacum in Hellesponto huic æquale proditur, sed propius uero est, eam inueterationem fuisse. Plinius Adrastrum id oppidum ab Homero appellatum existimat. Strabo regionem non oppidum potestatem nominasse arbitrat, nomenque ab Adrasto, qui primus Nemesis templum condidit, ipsi loco datum, quem Milesij coloni tenuerunt. Pari ratione refelluntur, quæ de Abdera. Abdera condita idem Eusebius scribit. Adiacet Hellesponto in ora Thraciæ, eam ipse autor Lampfacum æqualem existimat. Cæterum Pomponius & Iulius Solinus, ab Diomedis Thracum regis sorore conditam meminere: unde sit & nomen sortita. Quæ si uera sunt, temporum ratio Eusebio constare non potuit. Idem ille Selinuntem in Sicilia his temporibus conditam autor est, cuius conditores Megarenses fuere. Nunc Iosia gesta, cuius regnum Hostilianus aliqua ex parte æquale fuit, sunt ordine referenda: Mira sunt quæ de præmatura eius pietate Iosephus in historijs prodidit, duodecim annos natum omnem uanum sacrorum cultum edicto sustulisse ait, subuertisse lucos, populum ad antiquam religionem reuocasse, templum ab eo inueteratum, ad quod donarij excolendū principes uiros Palæstinæ gentis multifariam adhortatus sit. Erat ipse interim alijs exemplo, ne quis à uera religione aciem deflecteret, eo que intentius id prestare, quo ex Holoa Salmi femina prophetica spiritu cognouerat, in ges ab externis armis populo imminere discrimen, ob maiorum impietatem, gentilemque cultum ab his abdicatum, quod scelus totius gentis captiuitate pudendoque seruitio esset expiandum. Omnibus itaque uanis superstitionibus sublatis, frequentissimo Iudaicæ gentis conuentu, azimorum ferias Hierosolymis celebravit. Agnos promiscue & hædos, ccc. milia numero ad paschale sacrum peragendum populo diuisit, boues in holocaustum ad triamilia. Florebat itaque Iudæorum regnum opibus & religione, quum Romæ Ancus Martius regnare cepit. Fuitq; annus ille quo hic est rerum potitus, trigemæ quintæ Olympiadis secundus, ut Dionysius scribit. Eusebius ultimum quartæ & trigemæ fuisse ait, qui ab orbe condito lexagesimus fuit su-

Zaleucus.

Phalaris scitu.

Byzantium.

Lampfacum.

Adrastra.

Abdera.

Selinuntis conditio.

Iosias.

anni mundi.

pra quingentesimum ac quater millesimum. Is priuquam ex administratione quicquam egisset, multitudine in concionem aduocata: Miretur, inquit, fortasse aliquis, Quirites, quid sit quod grauem pestilentiam ciuitas domi militiæque pluribus sit annis perpeffa, cæterum si quis contra reputet quàm neglectus iacuit omnis sacrorum ritus, toto Hostilij regno, desinet requirere, unde lues hæc tetra, tot funera, tam diuturnus luctus, miseram hanc urbem deformarint. Hæc enim sunt deorum tela, his armis hominum scelera ulciscuntur, fame, siti, pestilentia, alluionibus, cæterisq; diuisis tempestatibus, quibus arcendis, non bellica studia, non hostium exuuiæ, non laureati currus, sed pietas, iustitia, religio: Non ui & iniuria humanæ res, sed æquitate crescent. An dubium est cuiquam regna, & quicquid opum in terris, in deorum potestate esse, qui nisi ppitij sint, omnes nostri conatus, omnia consilia, uana & irrita sint. At pulchrum est, dicit aliquis, imperium aut xille, reddidisseq; Romanum nomen illustrius, magisq; inter finitimos uenerabile. Ego uel minimam ciuium cladem, hac de causa acceptam, cum tota ista laude non confero, atq; ita persequam habeo, ut nullus sit firmior status, nullum præsidium tutius, hominum beneuolentia, qua reges & regna ipsa ruitus quàm armis muniuntur. Nihil enim huic stabile aut mansurum esse potest diu, qui multis sit formidolosus. Et ne extrema sequamur exempla, uter status temporum huic ciuitati utilior aut tutior fuit, pestilens hic morbisq; & ægritudinibus obnoxius, quo pene plures ciues periire, quàm hodie supersint, quo dijs & hominibus huic urbi iratis, bella bellis ferendo, non die, non noctu à cæde & furore bellico respiraui ciuitas, quum agri interim squalidi & inculci iacerent, urbs solitudine deformata: an ille qui sub Numa fuit rege? quo nullæ infidiæ, nulli metus aderant: agrorum nitore, frequens ciuitas, certa pax tranquillaque, quum finitimi non solum non odisse Romanum nomen, sed quasi religiosum quoddam templum hanc urbem uenerari. Nota est uox illa Numæ, securioris illius uitæ testis: nuncia to hostium accessu. At ego, inquit, sacrifico. Sciebat rex optimus, aut ita certe persuasum habuit, dijs in quorum potestate sunt reges, & omnia que regum sunt, propitijs, nullas hominum minas timeri oportere. Quod si superum fauor, tutela, præsidium, sunt quæ res hominum, populos, regna, tuentur, augent, seruant, agite Quirites, & sacra bellicis studijs intermissa, solennesq; cærimonias, ut ab initio institutæ sunt, dijs immortalibus rite peragamus: his mœnia, ciues, lares, omniaq; sacra prophanaq; tuenda permittamus. Illi nos non straq; ut antea fecere, ab omni domestica externaque clade tue buntur. Idem salubritatem dabunt, copiam, successum, non odia, non infidiæ, disceptationes ue uellæ ciuitatem hanc semper sollicitam habebunt, aut si qua adierunt, dii ad uictoriam uiam inuenient. Nec uobis Quirites, quum ad religionem inuito, ita inter hostias & aras manus reuincio, ut ad arma, si quando necessitas cogat, uos respicere prohibeam. Scio ego satis rem Romanam armis profecisse, sed multo plus religione: quod quum ita sit, in animo est quicquid cæremoniariū Tulli regis temporibus intercidit, id ipsum diligenti cura instaurare, ut sciant finitimi cæteri que mortales, Romanos eos esse, qui suæ sint originis non immemores. Marte genitus fuit conditor urbis huius, fuit tamen ab Rhealia uestali: hæc ab Ænea mortaliu pientissimo oriunda. Nec uero quin prospera omnia hic futura sint, ubi religio humanas opes tuebitur, opes ipsæ religionem. Hæc quum Ancus magno omnium consensu perorasset, pontifices ad se uocauit, ab his commentarios de rebus sacris acceptos diligenter exscripsit, in publicoque cognoscere uolentibus

Oratio Anri regis ad populum.

Latinorum in iuria.

Bellorum cærimonia.

Adhortatio.

Belli indicendi forma.

Politorium ab Ancus capitur.

Peroratio.

bus proposuit, in partem fore tum primum locati sunt, uerum quia nondum tabulæ æneæ erant in usu, in quernis excidendos rex curauit. Lianus in alio relator credidit. Sacris per hæc in pristinum statum restituit, iociosam multitudinem Ancus in agros dimisit, laudareq; palam diligetem agricolam, legnem & inertem corripere. Persuasum fuit ab initio omnibus populis Latini nominis cæterisq; finitimis fore, ut is qui ab eiusmodi cura regnum auspicatus esset, auito exemplo inter aras & sacella confereferet, qua persuasione adducti, quia fœdus cum Tullo iustum habebant: belli causam Latini quaerere: occultis latrocinijs Romanos fines infestabant, nonnunquam etiam aperta ui asportabant inde prædam. Cæterum quum res repetentur, negabat publico consilio ea heri: nec quæ fontes ad supplicium deposcerentur, se fœdere ullo teneri interpretabantur, quoniam Tullo, cum quo id iustum esset, uita defuncto, nihil amplius eo nomine tenerent. Medium erat in Ancus ingenium, & pacis studiosum: etsi necessitas tulisset à re bellica nihil abhorrens. Is superbo Latinorum responso, patientiam tentari suam ratus, tentatamque, nisi ad arma fugeret, haud multo post contemptui futuram, fœciali iure ab Equiculorum gente accepto, ut rite bellum indiceretur (Dionysius ab Ardeatibus id sumptum uidetur existimare) Latinis bellum indixit. Repetendarum rerum, belliq; indicendi ratio talis fuit. Legatus ubi ad eorum fines, unde iniuria orta erat, uenisset, opero capite lanceo uelamine: Audi, inquit, Iuppiter, audite fines, ac cuius sint populi nominat: Audiat fas. Ego publicus sum Pop. Rom. nuncius, iuste pieque legatus uenio. Peragit deinceps postulata. Inde Iouem testem facit. Si ego iniuste impieq; illos homines, illasque res dedier P. R. exposco, nunquam me patriæ comportem esse finas. Hæc quum fines transierat, quum aliquis occurreret, quum portas urbis ingrederetur, hæc ubi forum ingressus esset. Tum si quos poposcisset, non dediti essent, tribus & triginta diebus, tot enim solennes erant, peractis, ita bellum indicerebat. Audi Iuppiter & Iuno: Quirine & dii cœlestes, terrestresque, uosq; inferni dii: ego uos testor populum, ac tum quis esset nominabat iniustum esse, neque ius perfoluere: sed de his rebus in patria maiores natu consulere, quo pacto ius nostrum adipiscamur. Tum eo Romam reuerso, de bello in curia consultabatur: quod si ut pium iustumq; decretum esset, fœcialis hastam ferro præfixam ex sanguine arbore prænitâ habens, ad eorum fines, quibus erat bellum indicendum, reuersus, tribus, nec minus, puberib; præsentib; dicebat. Quod populi priscorum Latinorum homines prisci Latini Pop. Ro. Quiritum uim fecerunt, deliquerunt: q. Po. Ro. Quiritum bellum cū priscis Latinis iussit esse, Senatuse Po. Ro. Quiritum, censuit, consensus, consciuit, ut bellum cum priscis Latinis feret, ob eam rem ego populusq; Ro. Populo priscorum Latinorum hominibusq; priscis Latinis, bellum indico, facioq;. Idque ubi dixisset, hastam in eorum fines contorquebat. Hæc tum indicendi belli ratio legitima fuit, in qua explicanda, Lianij uerba ex annalibus, ut credo, ab eo accepta, ne quid ex ueteri formula uariaretur, placuit uisurare, quod & alio loco, haud multum ab hoc diuerso, feci, ne quid ex ueteri præscripto deperiret. Cum exercitus igitur Latinorum fines ingressus, Ancus Politorium gentis urbem ui cepit. Dionysius autor est, certis conditionibus oppidum Romano deditum. Inde Ancus cæterorum regum exemplum secutus, omnem multitudinem Romam trauxit, Auentinumq; inhabitandū his dedit: ut quemadmodum Sabini Capitolium, Albani Caelium, ita recens multitudo uacuum ad id tempus collem frequentem redderet. Sequenti anno Politorium bello repetitum, miserant prisci Latini eo nouos colonos. Cæ-

terum ui receptum ne sæpius rebellandi materiam Latinis exhiberet, incendit Martius rex atq; diruit. Mox tota belli moles in Meduliam uersa, quam aliquandiu antea oppugnata, prius ui Latini occuparant, quàm Romanus subsidio affuisset. Tum ibi urbe ualide firmata Latini in aperto castra fecerant. Pugnatum itaq; hic est aliquoties dubio Marte, uariæque fuit utrinque uictoria. Postremo omnibus copijs connixus Ancus, hostem ingenti prælio uicit, Tellenemque urbem expugnatam, ut non multo antea Politorium, omni humano cultu exhaustam reddidit. Ijs qui Romam migrare iussi sunt, sedes ad Murriæ ædem datæ: Ianiculum etiam, ne locus urbi imminens arx hostium quandoque fieret. Tum uero pons Tyberi subicius, ut quidam scribunt, ad peruium uisum impositus. Quarto deinceps anno ab eo, quo Latini id oppidum expugnarunt: Ancus bello Meduliam recepit. Tenebatur hæc & Fidenas, quas à Romanis triennio ante humano cultu exhaustas, colonis eo missis subito infederant, eam rem Ancus haud ferendam ratus, Latinis armorum ui loco deiectis urbem diruit, bis deinde cum Latinis acie dimicatum, dubio Marte prius, altero mox prælio uicti Latini in castra reuersi sunt, nec postea, nisi excursionibus utrinque factis est hinc inde bellatum. Miror Dionysium haud multo postquam prospere cum Latinis pugnatum est, Fidenas iterum captas tradidisse, nec uideo que defectio euerfa urbe tam cito sequi potuerit. Cæterum siue sola fuit Ancus in Fidenates expeditio, siue ut ille ait, duplex, Fidenati bello rex defunctus, in Sabinos mouit, qui & ipsi rupto fœdere cum Tullo rege prius idto, eam Romani agri partem populati fuerant, in qua proximum fuit illis rumpere. Nihil igitur minus expectantes, quàm improuifum regis excursum castra modico præsidio munita habebant, in prædam & populationem temere effusi, aperte uagabantur, qua hostium negligentia ad regem perlata, L. Tarquinio, de quo haud multo post habendus est sermo, cum omni equitatu in populatores missis, ipse cum expedita legione, ad hostium castra contendit, potiusque his est, sine ullo maiora certamine. Sabini per agros sparsi, prædæq; intenti, ubi ab Romanis equitibus uiderunt in se impetum fieri, confestim in castra sunt confugere conati, quæ postea quàm ab hoste teneri senserunt: fugam in propinquos montes, multa consternatione, capessunt. Ad eos persequendos expeditum militem Martius immittit: qui fessos affecurus, præter paucos, qui locorum opportunitate seruati sunt, cæteri ad unum sunt occisione occisi. Sabini hac una clade fracti, Romam legatos misere, qui de pace agerent: quæ eo facilius est impetrata: quia bellum cum Latinis nondum profligatum Romani habebant. Veientes uelut de indultria ad Romanum nomen defatigandum, finitimi orbem bella aduersus unum populum susciperent: biennio postquam cum Sabinis ita est bellatum, Romanum agrum subita occasione infestare ceperunt: inde quia in animo habebat, eam agri partem, quam Romulus suis maioribus ademerat, armis uindicare, Tyberi superato ad Fidenas, ueteris belli sedem, castra muniunt. Ancus expeditis cohortibus, & equitum una in hostem eductis, primo uagas excursionis inhibuit: inde acie dimicare ausum non solum egregie superauit, sed castris etiam Tusculum exutum, cū multa cæde disiecit: ob eamque uictoriam triumphum egit. Nec post hanc cladem Veientes quietere: sed bello accuratius q; antea instructo, eodem loco iterum cum Romano rege confligunt. Recentioris huius pugne euentus nihilo fuit Hetrusco felicior quàm antea fuerat. Emicuitq; eo prælio in primis Tarquinij uirtus quem alis equitum Ancus præfecerat: fuerat illi nomen ab initio Lucomoni, habuitque Demaram

Meduliam.

Tellenem.

Pons subicius.

Sabini castris exuuntur.

Sabinorum uictoria.

Triumphat Ancus de Veientibus.

Tarquinius.

thum patrem : qui Cypseli tyrannidem ab Corintho fugiens, in Hetruriam naui delatus, Tarquinij uxorem duxit: sceminam nobili loco ortam, ex qua mox illi uirilis stirpis liberi orti Lucumo & Aruns.

Lucumo.

Lucumo superfuit patri, omnium bonorum haeres: quum Aruntis, qui aliquanto antea quam pater uita defunctus est: grauida esset uxor relicta: quæ quum uterum ferre ignoraretur, factum est ut puer, qui ex ea postea natus est, qui bonorum expers ab auo relictus est, ob pauperiem Egerius sit dictus.

Egerius.

Lucumo, qui nihilo inferiores diuitijs gerebat animos: quum Tanaquilem sceminam summo loco natam, matrimonio sibi iunctam haberet: nec interim Hetrusci quia peregrinae esset stirpis, publice priuatiue honore ullo afficerent: uxoris hortatu patrie & omnium necessitudinum oblice, modo uirum honoratum cerneret, consilium cepit migrandi Romanam, ubi in noua ciuitate facile locus ad nobilitatem parandum uirtuti pateret. Sublatis itaque rebus Tarquinij profectus, quum ad Ianiculum uenisset: fuit tum is collis Hetruscorum Romanorum, quæ confinium: prodigium est ingens illi oblatum. Aquila leuiter celo demissa, pileum in curru cum uxore sedenti abstulit. Dein sublimis supra carpentum præterem librans uolatum, uelut sui ministri conficia, sedentis capiti oblatum restituit. Accipit id augurium læta Tanaquil, eiusmodi artis non imperita (fuit id studium Hetruscis peculiare) uirum itaque complexa, magna & sublimia sperare iubet: auem auspiciatissimam in ipso hominis uertice aspicium fecisse. Igitur haud uana spe pleni, in urbem ingressi, Lucumo Tarquinij est cognome adeptus: uxor Caia Cecilia nuncupata: manifesto erroris eorum argumento, qui Romanas mulieres sine prænomine fuisse persuasum habueret: in quibus Poldonius fuit. Nec multum deinde temporis intercessit: per amicos quos benigno sibi alloquio, multaque comitate conciliauerat, Romanæ regi insinuat: liberaliter dexteræque officia circa illi obeundo, eo gratia & familiaritate breui processit: ut secretioribus consilijs militiæ domique adhibitus, præter equitum præfecturam, tutor sit postea filiorum ab rege relictus, & Tarquinij successus tales fuerunt. Martio nouum bellum est à Volscis post Veientes bis uictos ortam, prædonibus eius gentis Romanos fines infestantibus. Circumegit aliquandiu per hosticum copias Ancus multum interim præde trahens: inde hostem Velitras compulsum, suppliciterque pacem petentem, his legibus obsidione soluit: ut quanti dâna ab eorum hominibus illata Romanus rex aestimasset, publice soluerentur, fontefque dederentur ad supplicium. Neque pacatis Volscis diu Romana arma quiete. Sabinorum quidam ad id tempus non fuerant Romani populi uires experti: latrocinij primo, mox lucro allesti, apertis excursionibus Ancum urbe exciuerunt: qui cum primo accessu uallum propius Sabina castra iecisset, hostem ad pugnam elicit: nec magnum ibi negocium fuit: fuit, ac fugati sunt, castrisque omnis opulentiae referri Sabini exuti, & hæc nouissima fuit Ancæ regis expeditio. Urbanæ eius actiones neque ipse memoratu indignæ: præter Auentinum & Ianiculum, quæ primus Romanorum regum loca inhabitari iussit, sublitium pontem Tyberi imposuit: hunc quia pontifices (qua potissimum religione adducti haud facile dixerim) reficere cõsueferent, ab ea re nomen accepisse traduntur. Carcerem ad terrorem crescentis in dies audaciæ, foro propinquum extruxit. Feretrii Iouis ædem ampliavit, fossa Quiritium magnum urbis munimentum planioribus locis eiusdem fuit opus. Imperij demum finibus ad mare propagatis, Hostiam urbem inter mare & Tyberini fluminis cubitum condidit: & circa urbem ipsam Salinas constituit: parteque mari a-

Prodigium.

C. Cecilia.

Tarquinij successus. Volsci uincuntur.

Ancæ Martij opera.

uerfa, non nihil fines ampliati: Messa fylua Veientibus adempta. Hisque domi & militia gestis, nullo regum, qui prius posterius fuerunt celebritate & gloria interior, quarto & uigesimo sui regni anno, fato perijt. Sed dum Romæ ille rex fuit, Necho, qui Psammetici maioris fuit pater, terrifico belli apparatu, ex Ægypto in Medos & Assyrios profectus, ad Euphratem propemodum processerat. Illati belli causam Iosephus nullam aliam, præter regni cupiditatem, fuisse ait. Quam igitur per Medinatium fines duceret Necho, Iosias in Assyrij gratiam, aut certe quia parum sibi tutum arbitrabatur numerosum exercitum intra Syriæ fines tam ociose uagari, ab instituto itinere Nechonem cõatus est auertere. Amicum se non hostem Iosias euenisse Necho prædicabat, bellumque se non Syriæ Palæstinæ, sed Medis & Assyrijs inferre. Hortatur Iosiam, ut iniuria nulla lacessitus, ne pergeret se nouo bello implicare, nec arma in alios comparata in se uerteret, integrum cuique esse bellum excitare: finire autem uictoris esse non uicti. Hæc ille: Iosias nihilo scius contra tendere, & iam aciem in Nechonem instruebat, quum uolitans ab uno cornu ad alterum, ut suos ad pugnam hortaretur, sagitta temere ex aduerso immissa, letale accepit uulnus. Id rei impedimento fuit quo minus sit utrinque concursus, nã priusquam signa canerent, inopinato regis casu Palæstini terri acie excellerunt. Ipse Hierosolymam relatus paucis diebus dolore uulneris moritur, quum annos unum & triginta rex fuisset. Hieremias propheta eius interitum miserabili carmine lamentatus est, diuinoque afflatus numine terentiam cladem, quæ urbi inibat, populi que captiuitatem prædixit, quæ Ezechiel & ipse propheta impulsus spiritu, uentura uaticinatus est: ambo quidem sacerdotes, sed Hieremias diutius in urbe uersatus, quippe qui à tercio decimo Iosias regni anno, ad id tempus, quo populus Babylonem captiuus migravit, Hierosolymis esse perseverauit. Iosias Ioachim filius successit. Hunc Necho ex Medica expeditione reuersus, ad se in castra accersitum, in uincula coniecit, Eliachinum eius fratrem, qui Ioachimus & ipse dici maluit, Hierosolymitano regno præfecit, annuo ei tributo imperato. Ioachim uinum secum in Ægyptum abduxit, ubi mœnore confectus, breui uita decessit. Tris menses regno potitus est. Miratur Eusebius hæc esse tradita, quæ Necho nem hunc, in sacris libris Pharaonem legeret appellatum, de quo nomine longior alibi à nobis habitus est sermo. Nunc illud adiciam Nechonem hunc ab Herodoto quem sequimur, non Nechonem, ut quidam scribunt, uocari, quem à Sabaccho ait Athiopum rege interfectum, filiamque in Syriam auferuisse, quum adhuc penè puer esset, indeque à Sastanis Ægyptijs reductum, unum ex xij. regibus, qui uno tempore in Ægypto fuerunt, creati contigisse, post Sethonis regis interitum. Mira sunt & à fide multum abhorrentia, quæ hoc loco Herodorus de Ægyptiorum ueritate refert, à Mene- te rege, qui primus in ea terra rex fuit, ad Sethonem ipsum, qui fuit Vulcani sacerdos, idemque & rex, progenies hominum trecentas intercurrisse, atque unam & quadraginta, quæ undecim milia annorum haberent, trecentosque & sexaginta ut centum annis tris contineant progenies. Quo temporis interuallo bis solem prædicentem occidisse, ubi nunc oritur, totidemque ubi occidit oriiri contigisse. Hæc tum Herodoto Ægyptij sacerdotes persuasere, grande ei cenaculum monstrantes, ubi ccc. quadraginta quinque colossi longa serie stabant, neque nomine, neque rebus gestis discreti, quo apparet commentum illud gentis fuisse, ad arguendam uetustatem suam, cuius usque ad ridicula mendacia fuit ostentatrix. Post Sethonem igitur duodecim

Ancæ interitum.

Iosie interitum. Hieremias.

Ezechiel.

Ioachimi captiuitas.

Ægypti fabula uetustissima.

cim reges creati, sanctissimo fœdere ab initio inter se pacti, ne sibi alius alij insidiarentur, sicque fida conspiratione Ægyptum administrarent, interim oraculo cognitum est, ut is qui ferrea phiala in Vulcani esset templo libaturus, solus Ægypti regnum obtineret, nec longo deinde tempore interiecto, quum forte in Vulcani æde solenni sacro reges omnes starent, de more libaturi, Antistes templi numero aberrans singulis, præterquam Psammetico, qui ultimo loco steterat, phialam obtulit, qua ille necessitate adactus, detracta sibi galea, libauit: ferrebat tum ipse ut cæteri reges galeam, eaque re animaduersa, confestim oraculo memoria circumstantium animos subiit, rati que id consilio factum, dignum Psammeticum iudicauerunt, qui morte multaretur, cæterum cum id casu contigisse cognitum est, præcipua regni parte exutum, in palustrem Ægypti partem relegarunt cæteri reges ea lege, ut reliqua Ægypto abstineret. Eam ignominiam ægre tulit Psammeticus, secretaque consilia agitabat, ut præsentem contumeliam ulciceretur. Ex Latonæ interim oraculo, quod in Buri urbe omnium uerissimum apud Ægyptios habebatur, relatum est, fore ut æreis uiris auxiliariis quædoque usus, qui è mari affuturi essent, se Psammeticus in summam dignitatem uindicaret, nec multum deinceps temporis processit, quum Iones Caribus mixtis prædandi studio maria lustrantes, ui tempestatis uoluntario cursu excusis, Ægyptum tenuerunt. Vnus interim indigenarum eos in litus egressus conspicatus, nouitate rei commotus, trepidus Psammetico nunciat æreos homines adesse, cataphractum militem Ægyptij ad id tempus nunquam uiderant. Sensit ille fatale tempus adesse, confestimque inito cum Ionibus & socijs fœdere, multis pollicitationibus in destinati belli partes traxit, hisque copijs fretus Psammeticus, facile, reges à quibus fuerat relegatus, è medio sustulit, totiusque gentis unus est ditionem adeptus. Durauit ab his principijs initum cum ea gente commercium, Ægyptiacæque res notiores sunt Græcis factæ. Quo credo contigit, ut Herodorus res eius gentis ab Psammetico potissimum sit scribere exorsus, uelut notiore fama perceptas, cum uetustiora sparsim esset executus. Nos quoque eius uestigia secuti, nihil post Israelitarum ex ea terra egressum, in Ægyptiacis sumis rebus comorati. Extiterunt ad Posteros Psammetici monumenta pleraque, & eorum aliqua cum cæteris regibus, priusquam esset in exilium actus, communi, ut Labyrinthus supra stagnum Myrios urbem uersus, quæ Crocodilonum est dicta, in quo sex milia domiciliorum fuisse traditur, Pyramides que in lateribus maiore admiratione dignæ, quam Ephesig Dianæ templum. Nec stagni Myrios humano opere factum minus conspicuum. Fuit ille Labyrinthi proximum circuitu trium milium & sexcentorum stadiorū, ab Aquilone in Austrum porrectū, quinquaginta passuum altitudine in quo medio duæ pyramides quinquaginta passus aquis extantes, pari mœtura in imum uadū depressæ. Passus senis pedibus constat, quaternis cubitis. Pes sexdecim digitis. Sex mēsum spatium. Nili corruatione repletum id stagnum. Regnauitque Psammeticus annos quatuor & quinquaginta. Herodotus x. annos huic numero ademit. Oppugnauit is underriginta annos Azorum Syriæ urbem, ac postremo expugnauit, nulla unquam urbs longiorem, quod memoriæ proditum sit, tulit obsidionem. Necho auito nomine appellatus Psammetico successit, qui & Necepsos est ab alijs dictus, fuerit ne hic Mathematicus ille illustris, cuius Plinius meminit, an alius ab eo diuersus, haud facile dixerim. Fuerant reges cum M. Anco præter Psammeticum & Iosiam, quorum gesta longiore executi sumus sermone, in Macedonia Philippus, Aræi filius,

Psammetici factum.

Latonæ oraculum.

Iones in Ægyptum appulerunt.

Labyrinthus.

Myrios stagnum.

Passus. Pes.

Lōgissima obsidio.

Necepsos.

Regnorū collatio.

qui aliquot ætates eum præcessit, qui magni fuit Alexandri pater. Sadiactes in Lydia, cui, quum xij. regnasset annos, Aliattes successit. In Media Cyaxares, & Periander Cypseli filius Corinthi rerum potitus est. Fuit Aliattes hostis Cyaxari primo, mox affinitate illi est iunctus. Belli inter eos gesti origo fuisse traditur, quod seditione inter pecuarios Scythas orta, manus ingens eorum, patrio solo pulsa, in Mediam concessit. Hos Cyaxares benigne complexus, etsi supplices ad se uenissent, familiariter affari, tradereque illis Medicos pueros arcu & sermone instituendos. Interiecto deinde tempore, quum Scythas assidue uenatum irent, ac feræ semper aliquid afferrent, contigit tamen quandoque ut nihil domum tulerint, quos sine uenatione reuersos intuitus Cyaxares, ut ingenio fuit iracundo, multis eos probris insectatus est, quam illi contumeliam haud ferendam rati, ex pueris quos instituebant, unum trucidatum, in dissectæ feræ speciem regi obtulerunt, celerique deinde fuga in Lydiam ad Aliatrem perferunt. Eos Cyaxari repositi, nam rex & alij qui conuiuio interfuere, ex humanis carnis ferinas rati gustauerant, quum Aliattes eos tradere reculasset, bellum inter Medos Lydosque conflatum est, quinque annos uario euentu utrinque bellatum, dimicatumque est etiam nonnunquam noctu atrociter. Sexto deinceps anno collatis signis, quum neutro adhuc acies inclinasset, contigit ut repentino solis deliquio nox ex die sit facta. Quæ lucis mutationem, aliquot ante annos Thales Milesius, de quo non multo post dicam, Ionibus prædixerat futuram. Tenebrarum igitur interuentu, pugna dirempta est, animisque ad pacem inclinantibus, fœdus futuramque amicitiam affinitate sanxerunt. Arsenæ Aliattis filia Aftyagi Cyaxaris filio connubio locata. In fœdere sanciendo, uetusto gentis instituto, memorabile illud seruatum, ut brachia circa humeros ferientes, uterque alterius sanguinem lamberint. Post Medicum bellum Cimmericos Aliattes Asia expulsi, Smyrnæ ui cepit, & Clazomenas bello inuasit, unde euentu frustratus infecta re abiit. Sed hæc obscuriore fama ad posteros prodita, illustrius bellum quod à patre acceptum cum Milesijs gessit. Gerendæ rei ratio non nihil à cætero bellandi usu diuersa fuisse traditur. Enim uero Aliattes uelut stans expeditionibus, ubi fruges adoleuissent, hostibus instare. Tum uero ad fistularum cantum, fidiumque ac tubiæ hosticum ingressus, Milesij agri arbores & sata populari, campestrium rectorum & cæterarum rerum iniuria pertinaciter abstineret. Quinquennio sic bellatum, quo temporis spatio Milesij semel atque iterum acie sunt uicti, in Liminero prius, mox in Menandri campis, duodecimo belli anno ineunte (nam Aliattis patre sex annos Milesij fuerant prius uexati) quum forte incensis de more segetibus, Alesia Minervæ phanum flagrasset, nec ita multo post reductis domum copijs, Aliattes in grauem morbum incidisset, Delphos misit, qui de uale tudinis euentu oraculum consulerent. Negauit uates Pythia se ullum daturam responsum, nisi Alesia Minervæ prius templum Aliattes instaurasset, qui huiusmodi necessitate districtus, Miletum ad Thrahibulum (is tum Milesiorum erat tyrannus) misit, qui cum eo tantisper indicias paciceretur, donec Minervæ templum reficeretur. Thrahibulus, qui de legatorum aduentu non nihil antea factus erat certior, quicquid tritici in urbe fuit, in publicum deferri, tanquam uenale imperauit, nec emptorem inuenirent, ciues & ipsi iussu uelut omnia affuerent in aperto conuiuari. Ficta hæc opulentiae species legatorum oculis præter opinionem oblata, causam Aliatti præbuit soluendi cum Milesijs belli, quum post tot fœdas populationes, nullo rei frumentariæ incommodo affecti

Aliattes. Cyaxares.

Scytharum factum.

Deliquium solis sub Aliatte.

Fœdus antiquum.

Ad tybiantia cæti Aliattes exitus in hostem.

Minervæ phanum.

Thrahibuli tyranni consiliū.

Thraſſubuliſa-
cim.

Periandri inte-
ritus.

Arionis caſus.

Arion à Del-
phino excipi-
tur.

affecti putarentur. Neq; pax ſolum Mileſijs reddita, ſed ſocietas eſt etiam ab Aliatte cum Thraſubulo ini-
ta. Ferunt hunc quandoque à Periandro per fidiffi-
mum internuncium rogatum, quo pacto poſſet ſibi
Corinthiorum principatum ſtabilire, nihil nun-
cio reſponſiſſe, ſed ſequi iuſſiſſe ſe extra urbem, ibi-
que quum agri ſegetem præteriens, altiores ſpicas
baculo decuſiſſet, hominem recta Corinthum abi-
re imperauit. Hæc poſtea quàm Periandro renuncia-
ta ſunt, cauſam illi præbuere, ut principibus ciuita-
tis, alijs alia ui interfectis, tyrannidem ſibi in poſte-
rum firmauerit. Miror hunc Periandrum in eorum
numero, quos Græcia ſapientes appellauit, quo-
rundam iudicio relatum, qui & Lyſidem uxorem
(alijs Melitam ſcribunt) in pellicis gratiam interfe-
ciſſe dicatur, & ut Ariſtippus prodidit, ſciens uoleſ-
ſe cum Cratea matre concubuit, filium relegauit,
& Corcyrenſium natos, quantum in ſe fuit, Aliatte
exſecratos præbuit. Cæterum quàm inſeſta illi omnia
fuerint, ſub extremum uitæ tempus, ipſe commen-
tatio ſepulturæ genere declarauit, quippe qui uerit-
us ne inſepultus iaceret, duobus robuſtis militi-
bus occulte mandaſſe dicitur, ut uia quadam noctu
ingreſſi, qui primus hominum eis occuſiſſet, ferro
obtruncarent, ac quàm occultiffime quiræt corpus
humum conderent. Mox quatuor ſeorſum miſi, qui
duos illos nocturnis exceptos inſidijs, interſiceret,
interfectos humarent, ſecti qui hos quatuor ex im-
prouiſo peremerunt, horum quoq; percussores pari
fraude à pluribus oppreſſi, omnia que nocte una, in-
æqualibus que interuallis geſta, ipſe primis duobus
ſe ignotum obtulit, à quibus ferro exceptus, periit,
ignobiliterque ex ſententia eſt humatus. Eodem ty-
rannidem tenente, memorabilis ille Arionis incidit
caſus, ut ſcribit Herodotus. Fuit Arion nulli eorum,
qui ea tempeſtate ſidibus canebant, fama & celebra-
tate ſecundus, in Leſbo natus, patria Methymæus,
docuitque primus omnium Corinthi Dithyram-
bum. Cæterum quum diu apud Periandrum fuiſſet,
cupido animum inceſſit uidendæ Italiæ, ubi magna
cum gratia uerſatus, poſtea quàm grâdem ſibi pecu-
niam quaſiuit, Corinthiorum nauigium conduxit
in Achaïam rediturus, haud temere alijs ob aurum
quod ſecum uehebat, auſus ſe credere. Nullus enim
grauior homini comes in ſolitudine, nulla res uia-
toribus inſeſtor, quippe quæ ex hoſpitibus hoſtes
pariat, & inter notos percussores inueniat. Vbi igitur
in altum euectus eſt, nauas que ſuis rebus in-
hiare, capitia que de ſe conſilia agitare uidit, ultro
illis omne aurum obtulit, tantum mortem depre-
catus, quod ipſum non modo non perſuaſit, ſed cõ-
feſſum in ſubiectos fluctus deſilire iuſſus eſt, aut ſibi
manum inferre. Tum ille his malis circumuentus,
cum lachrymis rogare pergit, ut priuſquam id fie-
ret, ſe elegantiore cultu amictum, paululum can-
entem audirent. Id quum haud grauate impetraſ-
ſet, ſuper ſoros ſtans Orthrium exorſus eſt carmen,
nec diutius moratus, ut erat inſigniter cultus, ip-
ſam que cytharam tenens in mare diſſiliuit. Mirum
hic accidit ſerunt, ut cadens à Delphino ſit exce-
ptus, & in Tænaram Laconia promontorium per-
petuo curſu delatus, inde que pedeftri itinere Cor-
inthum ad Periandrum ueniſſe. Hic quum ordine
quæ acciderant, ab eo exponerentur, nullam que
apud tyrannum facerent fidem, tantisper in cuſto-
dia eſt habitus, donec Corinthij nauas appulerunt,
qui ad Periandrum uenire iuſſi, de Italia ſtaru pri-
mum appellati, mox mentione de Arione iniecta:
Ecquid habent, ne quid de eo rogati, certi ali-
quid dicerent, feliciter hominem in Ponto condita eſt,
multaque celebritate Italicis urbibus florere, inco-
lumem à ſe Tarenti relictum, tum ad alterius par-
tis mendacium arguendum, iuſſus eſt Arion eo ha-
bitu quo fuerat ſeruatus, in conſpectu uenire, quo

uifo, conuiſti ſcleris nauas, nihil inſiciari ſunt
auſi. Herodotus ingens in Tænaro ex ære dona-
rium conſtitutum, Arionem que delphino ſeden-
tem, rei alioqui parum credibilis monumentum,
ad ſuam uſque ætatem duraffe ait. Sed neque Hero-
doti autoritas, nec quia Leſbij & Corinthij conſtã-
ti aſſeueratione ueteri famæ aſtipulareretur, apud me
tanti fuiſſet unquam, ut rem quæ multo ſit fabulæ
quàm ueritati propior, temere eſſem referre auſus,
niſi Mecænas Flauianus, & Flauius Alphius, Pli-
niusque & Gellius, hos ſecuti, memoriæ prodidiſ-
ſent, Auguſti Cæſaris temporibus, pauperis cuiuſ-
dam filium, ex Baijs Puteolos literarum ludum
frequentantem, citro, ultro que tota Lucrini inter-
capedine, plures annos à Delphino geſtatum. Cir-
ca Hipponem Aphricæ alium ex hominum mani-
bus ueſcentem, quãquam id ipſum minus mirum,
& à Flauiano eius terræ proconſule unguento per-
fuſum memorant. Et ab Egeſide proditum ait Pli-
nius, in Ialiſo Rhodiorum urbe Hermiam puerum
delphinum longa conſuetudine per fluctus equita-
tem, ſubita procella demerſum. Idem que & Nau-
pacti accidit, à Theophrasto eſt literarum monu-
mentis datum. Quæ multa & uaria de delphino re-
ſtimonia faciunt, ut ſi non omnino lectoris fidẽ ad
hæc credenda aſtringam, non in digna tamen exiſti-
mem, quæ citra ruborem à me referri deberent. Et
hæc de Arione ſunt memoriæ prodita. Claruerunt
per id tempus in Syria Palæſtina Hieremias, cuius
mentio eſt nuper facta, & Sophonias, haud obſcu-
ra diuinatione, & cum his Oлда mulier propheti-
ca. Draco qui leges Athenienſibus ante Solonem
ſcripſit. Thales Mileſius Examij filius, qui Græco-
rum primus phyſicem tractauit, materno genere à
Cadmio oriundus, omnium primus ſapientis uoca-
tus. Callimachus autor eſt celeſtẽ uſam ab eo ob-
ſeruata. Figuratur id ſydus ſeptem ſtellis, in qua-
rum una ex duobus poſterioribus caudẽ mundum
uerſi Erachones, & Higinius Erachonem ſecurus,
credidit. Idem ſolis defectum primus deprehendit,
atque eum qui in Medici belli tempora incidit, ut
ſupra ſignificatum eſt, aliquanto prius futurum di-
xiſſe fertur, eundẽ Solem arbitratus eſt Lunæ pro-
portione multo maiorem, conuerſiones cœli, & de
animorum immortalitate, ut quidam prodiderunt,
primus omnium diſſeruit. Mundum animal eſſe cre-
didit, ac dæmonibus plenum. Anni tempora cuius-
que uices obſeruauit. Id temporis ſpatium in cœclxv.
dies partitus eſt. Agyptiorum diſciplinam ſecu-
tus, cuius gentis ſacerdotibus, qui ipſem ſunt a-
pud illos, qui & ſapientes, ut operam daret, in A-
gyptum nauigauit. Terpander Muſicus his æqualis
fuit, qui primus carmen ad lyra concentum accõ-
modauit. Mileſij per hæc tempora Borithenẽ con-
diderunt, quæ eadem eſt & Olbia nuncupata, à flu-
minis oſtio diſtans ſtadia intra continentem du-
centa. Miror Herodotum, in longiſſimo de Bo-
riſthenæ ſtudio ſermone, nullam oppidi huius men-
tionem feciſſe. Hunc poſt Hiſtrum omnium Euro-
pæ fluminum idem autor maximum arbitratus eſt,
& ab Aquilone per Scythiam incertis, ut Nilum in
Aphrica, fontibus fluere. Paſcua circa ripas lætiſ-
ſima, præcipue que pecoribus accommodata, in
Ponticum erumpit mare, circa oſtia uis ſalis ingens
concreſcit. Antaceorum que piſcium captura inibi
frequens, unde & ſalſamenta, quia oſibus id pi-
ſcis genus careat, laudatiſſima, tanta ſtuitiſſi perſpi-
cuitas, ut inter cæteros amnes liquidius fluat, qua-
draginta dierum nauigatione cognitus. Sinope
aliquanto poſt Borithenem in Ponto condita eſt,
trium dierum nauigatione à Phafidis oſtio, & in
ora Macedoniæ quæ Ionio obuerſa eſt Epidam-
nus. Corcyrenſium id opus, Dyrachium inde om-
nis cauſa dici contingit, ſed ueuſtiora ſunt omnino,
quæ

Mira de Del-
phino & bon-
nis comercio.

Hieremias.
Sophonias.
Oлда.
Draco.
Thales.

Terpander Mu-
ſicus.

Borithenæ.

Antacci.

Sinope.

Epidamni.

De Dodonæi
oraculi origi-
ne.

Anci regis ex-
itus.

Tarquiniij ora-
tio.

Tarquinius
rex creatur.

Cruſtumerij.

quæ Appianus de Epidamno, & Ione qui nomen
propinquo mari dedit, memoriæ prodidit. Eſt &
Dodonæi oraculi origo his temporibus interiecta,
de quo fabuloſa mihi uidentur, quæ eius loci anti-
ſtites prædicare ſoliti dicuntur, geminas fuiſſe colo-
ris columbas ex Aegypto uno tempore deuolaſſe,
quarum in Aphricam una, altera in Epirum proceſ-
ſerit, hæc que ſago ſidens, humana uoce ſit locuta,
ibique loci, Iouis oraculum condi oportere, ſeque
interpretrem futuram dixerit, fore, ut quicquid in-
de mortales didiciſſent, ſato eueniret. Pari prædi-
catione quæ in Libyam delata eſt, Ammonis Iouis
oraculum conſtituit. Hæc qualia mihi uiderentur,
proxime reſtaſum ſum, niſi aliquis, nec inepte, non
columbas illas, ſed malos fuiſſe dæmones dixerit,
qui uolucrum ſpecie Aphricæ & Europæ uno ſint
tempore inſidiati, ut miſeros mortalium animos,
multis alioqui tenebris immerſos, quibusdam ad-
huc maioribus, minus que extricabilibus immer-
gerent. Cæterum minus à ſide abhorrent, quæ ab
Aegyptijs Herodotus ait ſe didiciſſe, celebri ſermo-
ne à maioribus traditum, mulieres duas, quæ The-
bis ſacerdotibus fungerentur, à Phœnicibus inde de-
uctas, quarum una ſit in Aphricam ab his delata,
in Epirum altera, oraculum que ab utraque hic, u-
bi proximum quiete ſit datum, multa religio-
ne conſtitutum. Et hæc ſerè in Martij Anci tempo-
ra inciderunt, niſi hæc quæ de duobus oraculis tra-
duntur, multo ueuſtiora habenda ſint, quum ne
autores quidem deſint, qui Æneam quum in Am-
braciam ueniſſet, terreſtri itinere ad Dodonæi Iou-
is oraculum ueniſſe ſcribant. Anco rege fatali ne-
ceſſitate ſublato, L. Tarquinius in regnum ſucceſ-
ſit. Is omnium primus regnum ambitioſe petiſſe
dicitur, compoſita ad id oratione, qua eſt ad popu-
lum iuſus, duobus Anci filijs tum pubereſce inci-
piuntibus, quibus tutor reſiſtus à patre, ſub
ceterorum tempus, ne quid illorum præſentia ſibi of-
ficeret, uenatum ablegauit. Summa eius orationis
nam pro concione habuit, fuit hæc, ut diceret
neminem indignari oportere, quod Romæ peregrini
generis homo regnum peteret, haud enim
rem ſenouam aſſectare, quando Tatiuſ olim non
peregrinus modo, ſed hoſtis quoque Romani no-
minis factus rex eſſet, & Numa Pompilius, qui ne
Romam quidem uiderat, altro ex Curibus Sabi-
niſi fuiſſet in regnum acceſſit. Se uero, ex quo
ſui iuris fieri contigiſſet, Romam cum coniuge &
fortunis omnibus ultro commiſſiſſe, præcipuam
uitæ partem, qua ciuilibus homines funguntur of-
ficijs, Romæ egiſſe, domi foris que ſub duce & ma-
giſtro haud pœnitendo, domeſticis militaribus que
inſtitutis imbutum & edoſtum. Et quod ſine in-
uidia liceret dicere obſequio in regem à ſe cum
ciuibus omnibus certarum, cum ipſo rege benefi-
cij & liberalitate in ciues. Hæc illum etiam ambitio-
ſe, uere tamen memorantem, populus regnare iuſ-
ſit. Ipſe regnum aſſecutus, bellum cum Apolaniſi
primum geciſit. Fuit hæc ciuitas ex præſcis Latinis
haud ignobilis. Belli cauſa inde orta, quod quæ cæ-
teri Latini, tum omnium maxime Apolani, poſt Anci
interitum latrocinio & excuſſionibus Roman. agrum
inſeſtauerant. Bis itaque ſuorum auxilijs freti, cum
Tarquinio acie conſiſtere auſi, toties prælio uicti,
intra mœnia compelluntur, irrequieta deinceps op-
pugnatione fatigati, urbem tueri ad ultimũ nequi-
uere, quam ui captam hoſtiliter que direptam uictor
Romanus incedit, ac funditus diruit, oppidanorum
qui bello idonei fuerunt, pauci ſuperſites, traditis
armis cum reliqua præda uenire, uxores & liberi
in ſeruitutem abducti. Inde in Cruſtumerios rex du-
xit, qui ſub Anci regis interitum, ceperant cum La-
tinis ſentire. Suis itaque uiribus diſſiſi Rom. portas
aperuere: recepta urbe Tarquinius paucis qui fue-

rant defectionis autores in exilium actis, cætera
dedit multitudini ueniam. Adiecit his recentes co-
lonos, ne qua in poſterum ueteribus nouarũ rerum
occaſio reſinqueretur. Nomētani qui in eadem cau-
ſa fuerunt, & ipſi ueniam precibus impetrarunt.
Collatini in aciem deſcendere auſi, inſigni clade ac-
cepta, trepide intra mœnia reſugerunt. Mox arcta
obſidione preſſi, cum nulla à ſocijs mitterentur au-
xilia, dedere ſe coacti ſunt. Tarquinius tam clemen-
ter in hos, quàm in Cruſtumerios & Nomentanos
uius eſt uictoria, deditis arma adimit, pecuniam im-
perat, fratris filium Egerium nomine perpetua po-
teſtate urbi præſicit, qui à præſectura Collatinus eſt
poſtea cognominatus, que in familia appellatio per-
petuo manſit. Hoc rerum ſucceſſu Tarquinius elat-
us, Corniculum Latinorum urbem, ut tum res La-
tij erant, ualde opulentam oppugnat. Ceterum priuſ-
quàm mœnibus cõpiæ admouerentur, oppidanos ad
colloquium uocatos, rex ad Romanã amicitia hor-
tatur, ſed quum nihil inde pacatũ redderetur, totis
uiribus urbem aggreſſus eſt, multum diu; hic labo-
ratum, Corniculum fortiter reſiſtentibus, Romani
contra prædæ cupiditate accenſi, ui muros tranſcẽ-
dere, ſumma ope contendunt. Fuit itaque obſidio lõ-
ga & laborioſa, demum ſeſiſis hoſtibus, omnique
auxiliorum ſpe abiecta, quum uarie ſentire ceppiſ-
ſent, erant qui hoſtem quibuſcumque cõditionibus
intra mœnia accipiendum cenſerent, alijs trahẽdum
bellum, durandumq; dicere, quoad uitæ ſuperſeſſet,
patriam penatesq; tuendos, quæ animorum diſſen-
ſio, quum priſtinam illam tuendæ urbis conſpira-
tionem ſoluſſet, nec res procul abeſſet à ſeditione
Romani ſubita ui urbem occupant, pauci ex pube-
ribus uiui in poreſtatem uenere, cæteri pugnado ſer-
rè ad unum occidione occiſi ſunt, urbs direpta & in-
ceſa, imbellis multitudo in ſeruitutem abducta. La-
tini uiniſis urbis excidio commoti, tato animorum
conſenſu, quanto ad id tempus nunquam aliàs bel-
lum inſtruit, Romanumq; agrum ingreſſi, partem
illiſus optimam ſeque populatur, ingenti ſimul præ-
da inde abducta. Occurrit eo Tarquinius trepidis
nuncijs excitus, cum expedito exercitu, hoſte que in
Romano agro non reperto (abierant enim onuſti
præda in pacatum) ulciſcendæ cladis cupidus, in
hoſticum tranſiit, uaga que populatione eſuſus, pa-
rem hoſtibus cladem, paucis diebus rependit.
Mutuis deinceps excuſſionibus Romanus, Lati-
nusque uterque alterum inceſſere, donec prælio
haud procul Fidenis commiſſo, Latini uicti ca-
ſtris exuti ſunt. Tum uictorem Tarquinius exer-
cituſ aliquandiu circumegit, Latinos que mœni-
bus clauſos territare: hic demum Latinorum pleij,
que populi, uicinorum excidio percuſi, de imperio
recipiendo conſilia agitare. Etiam Fidenates, Ca-
merij, & alia quædam oppidula ultro Romanis ar-
mis ceſſerant. Latini ueriti ne ad alios populos ſer-
peret ea animorum inclinatio, atque ira omne La-
tium Romano populo ſubijceretur, ſuis opibus diſ-
ſiſi, ad alienam conſurgunt, Sabinosque & quinque
Hetruſcorum urbes, in ſocietatem belli aſciſcit, ipſi
totis uiribus connixi, cum ualido armorum appa-
tu Romanos ſines irrumpunt. Tarquinius omnem
uim belli in Latinos flexit, caſtraque caſtris con-
tulit. Hic plures dies, quum utrique alteros time-
rent, de ſumma belli haud decernere auſi, leuia inter
ſe prælia, per occaſionem alterius partis obibant.
Demum accenſis utrinque animis ad pugnam totis
uiribus eſt ab utraque parte concurſum. Fuit præ-
lium per diem atrox, neutro tamen adhuc fortu-
na inclinante, interuentu noſtris eſt oppreſſum.
Poſtero die, ubi primum illuxit, Tarquinius in con-
ſpectu hoſtium aciem in proſpectu habuit, ut pu-
gnæ cupidus faceret dimicandi copiam. Cæterum
Latinis prælium detreſtantibus, rex per ocium ſpo-
liã

Nomentani.

Collatini.

Corniculum ca-
pitur.

Latinorum opes
ſeniſſat.

lia legit, suosq; sepulture dedit, postridieq; eius diei auxiliares Hetruscorum copiae in hostium castra uenere. Quibus Latini freti, iterum in æquum descendunt. Nec Romanus quāquam hostiū uires auctas cerneret, certamine abstinuit. Atrox ab initio concursus fuit, pugnaque diu anceps, inde uero à sinistro cornu Romana legio parum fortiter Hetruscis resistebat, quum re ad Tarquinium, qui dextero cornu pugnam ciebat, trepide delata, iussis qui aderant locum strenue tueri, cum ala una equitum, robustissimorumque peditum parte subsidij subtrahita, paululum post aciem circumuectus, in Hetruscā cohortem, quāmaximo poruit impetu est inuectus, turbauit improuisa res hostium animos, mox & pedites, qui pulsī erant in pugnam reuersi, momento temporis, Hetruscis in medio cæsis, dexterum Latinorum cornu fudere, secuta deinde & ab altera parte fuga. Tarquinius ubi hostem turbatum, illiusque spem omnem in pedibus repositam uidit, celeri cursu ad inimica castra contēdit, quibus priusquam Hetruscus à pauore se reciperet, potitus est. Cædes haud uno loco edita, & qui in castris erant, qua cuique proximam fuit, in subiecta loca dilapsi, & ab Romanis equitibus excepti, passim trucidantur. Alij ex acie digressi, pauidique in castrorū munitiones incidentes, penē prius cæsi sunt, quā castra ab hoste teneri animaduertērunt. Ita duobus malis metu & pauore circumuenti, post terterimam cædem, abiectis armis, se suppliciter dēdunt. Tarquinius, præter captiuos quos sub corona uendidit, cæteram prædam militi diripiendam dedit, inde cum uictore exercitu Latinorum oppida oppugnatum ire pergit. Latini recenti clade fracti, omnes ad unum Romanis armis cessere, à quibus per fugas, & mæcipia in agris capta, Tarquinius recepit. Cæterum nec stipendiarij, nec uestigiales facti, sed in amicitiam populi Romani societatemque recepti. Rex uictor Romam reuersus, de Latinis triumphauit. Nec diu Rom. arma quiescere. Sabini suorum consiliorum consēij, societatisque cum Latinis inite, rati ita futurum, ut Rom. qui cum ea gente iam bellum profligatum haberent, in se omnem uim armorum uerterent, bellum inferre occupant, ut in Rom. agro, potius quā in suo armis disceptaretur, nec multo post acriter cum his est dimicatum fuitq; certamen ipsum perditum, atque anceps, primisq; se renebris intendētibus pugna dirempta est, nec Ro. Sabiniue plures dies aliquid deinceps mouere, neque obsidētes ipsi, neque ab ullo obfessi, silentium utriusque intra uallum tenuerunt. Demum nullum maius certamen experti, domū reuersi sunt ut maioribus uiribus per oclum cōparatis, de summa rerum inter se dimicaret. Liuius ob inopinatam uim belli, prius ait hostem Anienē superasse, quā illis obuiam iri potuerit, ibiq; dubio Marte pugnarum, reductisque Sabinorum copijs in castra, Tarquinius Romam reuersum, suas uires nouo equite, qua parte rem Romanā laborare senserat, firmaturum. Hic quum ad ueteres centurias quas Romulus scripserat, alias addere statuisset: suoque nomine insignire, id quia inaugurato Romulus fecerat, negat Actius Nauius, clarus ea tempestate augur, nisi secundis auiibus, posse centurijs ipsis addi quicquam, aut adimi. Tunc rex ægre ferens se ab interpestiua religione interpellari, ad fidem artis eleuandam, age, inquit, Acti, etsi potes quamprimum mihi expedias, an inaugurato fieri possit, quod animo concepi, quum ille rei ipsi, quamcunque animo uoluerat, aues addicere renunciaffet. At ego, rex ait, animo agitabam, contem hanc nouacula discindere. Cæterum an uera tuę aues denūciant, tute ipse experire. Incredibile est, quod ibi euenisse aiunt cotē tōsonio cultro haud cūctāter à Nauio discissam, quæ res effecit, ut tanta iam inde auctoritas arti acce-

Atrox certamen.

Latinorum cædes.

Latinorum cæditio.

Sabinū bellū.

Actius Nauius augur.

ferit, ut nihil publice domi forisq; nisi auspicio fieret, cōcilia populi, exercitus uocari, quicquid publici negocij inchoandum erat, nisi aues admisisent, solueretur. Statua Nauij eo dem loco, quo res acta est, uelata fuit capite in comitio ad læuam Curie cū cote, ut eius miraculi extaret monumentū. Rex ne cōtra religionem tenderet, de equitum centurijs nihil mutauit, ueteri numero tantum alterum adiecit, ut mille & ducēti equites in tribus cēturijs essent, sub iisdem nominibus quibus priores fuerant appellati. Liuius Ramnenses, Luceres, & Tatiēses uocatos scribit. Dionysius non centurias sed tribus, quę tres ab initio fuerunt, his nominibus uocatas existimat. Hac copiarum parte Tarquinius auctus, in hoste redijt, iam enim Sabini Hetruscorum freti auxilijs, bina castra circa Anienē fecerat. Est is fluuius ex qua draginta amnibus, qui Tyberi miscentur, post Narē maximus, in Trebulanis oritur montibus. Strabo, quod miror, ex Alba per Marfos primo fluere dixit. Cæterum concitatus ac passim confragosus, præter uicū Varronis, Tybur usq; progressus, præcipiti casu in Cataractam deijcitur, unde cū strepitu & ruina excussus, potiusquā emerisus, per cautes & saxa nonnihil fatigatus, aliquandiu per æquiora etiā loca impacatus ruit, sedato mox alueo, ac ubique ferē nauigabilis, Tyberi, haud pcul Fidenis, infunditur. Anius Hetruscorum rex id fluuiū nomē dedidit fertur, quum prius Parensius diceretur. Is filiam à latronibus interceptam, quum eo usq; securus reciperi nequisset, doloris impatiens, ultro se in amnem præcipitans, perijt. Binis itaq; castris parumq; inter se distantibus, circa Anienem, ut dixi, metati erant hostes. Tarquinius locum superiore ripa castris cepit paulo eminentiorem. Hic priusquam cum hoste confingeret, arte aliqua opus esse ratus, ut hostem, quo numero militum erat inferior, ingenio superaret, ad terrorem illi incutendum, ingentem uim lignorum incensam, secūdo fluuiū, paulo ante lucem in scaphis & ratibus ad hunc usum quæsitis, dimisit. Quæ sublicijs eius pontis impactæ, quem Sabini à tergo habebant, ut commeatum ex pacato acciperent, confestim superimpositas phalangas corripuit. Miraculo fuit primo antelucana illa flamma Sabinis. Mox ubi pontem deflagrare animaduertērunt, multi ex proximis castris ad restinguendum ignem temere decurrunt. Inuadit illico Romanus structa acie hostium uallum haud uno loco, ut qui in aduersa erant castrorum parte, subita oppugnatione occupati, lateri, quod erat in flumen obuersum, quodque magna fuit ex parte militibus nudatum, ob cōcursum ad amnem factum, opitulari nequirent. Modico igitur negotio Tarquinius castris est potitus, cædes & cōsternatio ingens secuta, multo metu in flumen temere ruentes, aquarum impetu superati perierunt. Sed uix bene castra quæ circa flumen hostes fuerant metati, per hæc capta fuerant, quum aduersa parte fluminis exauditus est eorum clamor, qui per noctem scaphis amnem traiecerant, ut Hetruscorum castra, quæ erant ultra Anienem, eodem tempore inuaderent, nam & illi inuouiso accessu, penē prius castrorum munitiones irruerunt, quā adesse putarentur. Ita bina hostiū castra uno tempore Roman. est adeptus. Ferunt Sabinorum scuta secundo Aniene, inde Tyberino fluuiū ad urbem delata, prius penē q̄ nūciari posset, insignem uictoriam fecisse, præda ingens parua, quam cum captiuorū multitudine Romā Tarquinius misit, hostē persecuturus. Spolia hostium quæ noctu, pro pontis credo deflagratione, fuerant, Vulcanuota, in unum congesta incendit. Liuius autor est, Sabinos post eam cladem reparatis uiribus, iterum acie congressos, ac tum quoque prælio uictos, quiescisse. Collatiamque tum demum illis ademptam. Dionysius præterquam quod eam urbem iam ante

Auspicio perhibito.

Anienem fluuiū.

Tarquinijs tagema.

Sabinorum cædes.

spoliarum tur.

Sabinū bellū.

Fidenæ occisio.

Egerijs castris exiuit.

Agylla nunc Cere.

Heretius uicus.

Hetrusci Romani de imperio cedunt.

Sabinū bellū.

Romanorum factam prodidit, Sabinos ait castris ad Anienem exuros, inducias in sex annos impetrasse, quibus domitis Hetruscis, totius gentis nomine, bellum in Romanos intruxerint, publico decreto edictum, ut qui eam militiam detrectasset, extra corpus Tusci nominis haberetur, copias educunt, Tyberique traiecto ad Fidenas castra muniunt, urbem prodicione capiunt, magnaque colonorum parte, qui diuersæ erant factionis, inde abducta, ualidoq; præsidio ad custodiam loci relicto, in Romanorum excurrunt agrum, nec inde in hostico fuere, sed flumine traiecto, onustus præda exercitus in pacatum abiit. Tarquinius acceptæ cladis ultiones acceleras, domesticis externisque copijs, contracto exercitu, bipertito in hostem mouit: Egerio cum auxiliariibus Latinis ad Fidenas oppugnandas relicto, ipse cum cætero exercitu Veientanum ingressu agrū, omnia hostili populatione fœdauit. Interim qui Fidenis præsidio erant, auxilijs ex Hetruria occulte acceptis, in Egerij castra impetum faciunt, quę parum attente custodita, primo impetu capiūt, inde dispersatos milites, qui pabulatum exiuerant adorti, multa passim cæde edidere. Sed quā hic res male gesta est, tam feliciter circa Veios prouincia Tarquinij ductu est administrata, qui cum omnibus ferē Hetruriæ copijs prospere dimicauit, inde late agros populatus, Agyllaque nonnihil oppugnata (apud Dionysium Agyllam reperio, fuit id oppidum Cere deinceps nominatum) hic aliquandiu statua habita. Cæterum cum frustra ob loci situm res mota esset, copijs circa Tyberim reductis, Fidenas laborioso certamine recepit. Fidenatum qui fuerant defectionis autores, alij cęsi uirgis, securi subiecti sunt, alij in exitu acti, urbs ipsa præsidio firmata est. Vltimum Tarquinio bellum cum Hetruscis ad Heretum fuit, est is uicus Sabini agri Tyberi propinquus, hic illi castra fecerat, in spem adducti, fore, ut quando induciarum tempus exiisset, communi nomine Sabini secum rem in Rom. gererent. Verum longe aliter euenit, nam communi consilio Sabinorum nulli ob recentem acceptarum cladum memoriam, bellum suscipere sunt ausi. Plerique sponte sua in Hetruscorum castra uenerunt, quibus illi freti, quia nonnihil eiusmodi auxilijs suas uires auctas uidebant, cum Roma legionibus, quæ regis ductu præsto affuere, manus conferunt, fuitque ea pugna nihilo illis prosperior, quā priores illæ duæ fuerant, multumque famæ Roman. regi ex ea uictoria accessit. Patres ut triumphans in urbem rediret, decreuerunt. Ipse nec diu Romæ commemoratus, in hostes recentis clade percussos duxit. Tum uero omne Hetruscum nomen, damnatis armis toties infeliciter motis, maiores natu mittunt, ut pacem quibuscunq; legibus possent, cum Romanorum rege componerent. Tarquinius solam confessionem principatus ab eis petijt, libertatem pristinaque iura seruaturum se pollicitus, irēt & suorum popularium animos explorarent, an caput & arcem imperij Romani dici uellent. Tum si ea res impetrata foret, futurum, ut cætera conuenirent, cum his dimissi legati, qui haud multo post cum principatus insignibus affuere. Insignia quæ illi ad regem attulerunt, hæc dicuntur: corona aurea, sella eburnea, sceptrum habens in summa culpi de aquilam, tunica purpurea. Fuerunt qui & duodecim secures, quæ deinceps reges & consules qui post illos secuti sunt, præcesserūt, inde sumptas crederent. Strabo præter cætera insignia ab Hetruscis accepta adijcit & tubas. Tarquinius inuidiam declinans eorum usum non prius recepit, quā de ea re patres autores facti sint. Ea omnia ornamenta summi in urbe magistratus, corona tantū & picta toga ademptis, post exactos reges usurparunt. Nouissimum bellum Tarquinius cum Sabinijs gessit, quoniam eos qui cum Hetruscis ad Heretum milita-

sent Rom. deditos noluisent, quum ad supplicium requirerentur. Vtrinque igitur bello summa ope instructo, Sabini Anienem transgressi, in Romanorū agrum tumultuose irrumpunt, lateque effusi cædis & populationis omnia complent. Occurrit eo Tarquinius ex urbe exitus, nec procul ab hostium uallo concedit, abstinitque tamdiu à dimicatione, donec cæteræ copię ex urbe affuissent, tum uero in æquum descendit, pugnaque hostibus copiam fecit, nec Sabini certamen detrectauere, ferocia & militum numero nihilo Romanis inferiores. Inito prælio, haud minore ardore & ui animorum in acie perfitere, quā manus à principio conseruerant, donec conspecta à tergo noua acie, ne in medio cæderentur, ad fugam inclinarent. Fuerant pedites mixto equite per noctem in insidijs ad hoc ipsum locati, qui ardore pugnae subito ex insidijs coorti, tantum terroris hostibus iniocere, ut continuo fugam fecerint. Multi igitur in acie, sed in fuga multo plures interfecti, capti etiā quāmplurimi, ut ex opulenta nuper exercitu pauci in proximas urbes effugerint, castra ab ijs, qui ad præsidium relicti fuerant, perditis rebus Rom. dedita sunt. Repararunt haud multo post Sabini afflictas opes, copijsq; in unum contractis, castra in aperto metati sunt. Nec Rom. rex qui ad hos novos conatus opprimendos occurrerat, quum hostem ad certamen prouocasset, elicere potuit, ut in æquum descenderet, leuia quædam prælia, eaque tumultuaria, ut inter pabulatores, per aliquot dies commissa. Tarquinius longioris moræ impatiens, uijs circa castra inleisis, omnem pabulandi occasionem alterius ue commeatu importandis hostibus ademit. Senferunt illi cōtinuo famem, paucisq; diebus rerum omnium inopia adacti, silentio noctis, pluuioq; & strepitu celo, per loca deuia stationibus auersa, tantum arma habentes, in pacatum abiere. Ita bellum in quintum annum dilactū, postremo non per partes, ut antea, sed omne Sabinum nomen, delectu ex omni ætate, quæ arma ferre potuit, accuratissime habito, in extremum pugnae discrimen descendit. Quæ Latinorum Hetruscorumq; auxilijs fretus, longe superior Rom. fuit, ea demum acie totius gentis opes ita profus concidere, ut Tarquinio sequenti anno eorum fines ingresso, minaciterque denunciante, nisi in aciem descenderent, urbes oppugnaturum sese, uniuersum nomen Sabinum, ut Hetrusci fecerant, per legatos deditioem fecerit. Iisdem quibus illi legibus sunt Sabini in fœdus & amicitiam accepti. Illud modo expressum, ut Romæ caput esset imperij: & hæc sunt quæ Tarquinius bello gessit, quorum præcipuam partē miror à Liuiō prætermissam. Nec domestica multo illis inferiora, ab initio enim regni centum in patres legit, qui minorum gentium sunt deinde appellati, sic ccc. numero senatores esse cœperūt, quum ad id tempus cc. nec amplius fuissent, duas testales priorum numero adiecit. Persuasum scio fuisse quibusdam supplicij quo uestales incestæ conuictæ affici conueniunt, ut circa Collinam portam uiuæ terram subirent, ab eodem rege excogitatum, Pinariamq; primam omnium eo regnante sic necatam. Circa forum tabernas & officinas ad ornatū simul & usum instruxit, muros urbis rudi prius materia eductos, grandioribus saxis ad regulā formati, primus moliri est adortus. Cloacæ quibus aquæ subterraneis formicibus in Tyberim laberentur eiusdē opus fuisse creduntur, magnitudo operis ex eo, quod dicā facile potest intelligi. C. Aquilius autor est cloacarum repurgationem mille postea talentis à celsioribus locatam. Extruxit & Circum maximum, qui inter patium panditur, & Auentinum, cæmentitijs sedibus circa aream ædificatis, quum antea sub ligneis tabernaculis arida testis arundine spectare moris esset. Liuius locum Circi tum primum designatum

Tarquinijs tagema.

Cedunt Sabini Romanis.

Senatores aucti.

Prima uestalium necata.

Circus maximus.

credidit, spectatumque; ab initio ex furcis spectacula duodenos pedes a terra sustinentibus. Circi area tria & dimidium in longitudinem habuit stadia, latitudo eius quaternum fuit ingerum, id soli spatium tribus lateribus porticus paululum repandae clauderent. cl. milium spectatorum capaces. Templum quod rex Ioui, Iunoni, & Palladi bello Sabino uouerat, in Tarpeio colli extruendum destinauit. Liuius soli uotum existimat. Fundamenta igitur circumscripta Tarquinius, qui quam regno excidit, penes ad exitum perduxit. Mox electis regibus a Puluillo est consule dedicatum. Præterea medio eius regni tempore magnum in regia factum est prodigium. Alebatur infans ex Cornicia Corniculana femina, nobili loco nata, sed tam uel bellica apud Tanaquilidē seruata. Fuit illa Tullio Corniculano regij generis uiro matrimonio locata. Is Corniculi excidio fortiter pro patria dimicans, mortem occubuerat, cuius uxor prægnans, cum cæteris popularibus Romam est in seruitutem abducta. Quam ob elegantem formam, eximiamque prudentiam Tanaquilis liberaliter penes se habuit, puerum ex ea natum indulgenter alere instituit, cui patris erat nomen inditum. Accidit igitur, ut medijs crepundijs dormientis pueri uisum sit caput ardere. Tum qui forte aderant, subita & noua reperculsi, trepide aquam ex proximo deposcunt, flammam extinguunt. Verat id Tanaquilis fieri, spectatrixque flammæ circa caput leniter pascens, silentio astitit, donec illa cum somno remittente infans sponte sua exspectatus. Tanaquilis remotis arbitris regi prodigium interpretatur, scire, inquit, te Tarquini oportet, puerum hunc, quem domi humili cultu educamus, dubijs rebus nostris lumen, domi que afflictæ præsidium aliquando futurum, decet proinde quia expedit, ut materiam hanc publici priuati que decoris præcipua diligentia nutriamus, facilemque illi uiam ad futura fata nostra queramus indulgentia. Assensit his Tarquinius, iam antea in se ipso augurandi prudentiam, quæ e rat in coniuge, expertus, cœptusque est puer iam inde regio cultu educari. Ipse ubi per ætatem adoleuit, tantum indole præstantiaque ingenij, domi militiæque profecit, ut filiam Tarquinius ei ultro desponderit, ac cum demum ut filium complexus, eius opera in publicis negocijs sit domi militiæque usus. Ob hæc ille in tanto erat honore apud patres & plebem, ut nemini dubium esset, Tarquinium non tam generum sibi quam successorē quæsiuisset. Angere id duos Anci filios, qui præterquam quod iam antea iniquo animo ferebant, aduenam hominem post patris interitum regnum Romæ obtinuisse, pæcipue futurum uidebant, ut nisi regijs consilijs iret regnum occuparet. Inuidia igitur pudorque Martiorum exagitabat animos, si uirili stirpe Anci regis incolumi, regnum quod ille tenuisset, non aduenis modo, sed quod indignius adhuc esset, feruis ex serua natis occupandum pateret. Primo itaque regem falsis adorti criminibus, ad populum insimulant, tanquam Actianæ cædis conscium. Fuerat Actius Nauus (quod populus moleste tulerat) incerto autore per id tempus interfectus, quam illi materiam nasci, per homines suæ factionis plebis animos in Tarquinium iritabant, uelut superbissimus rex patri nequiuisset Actij famam in ore omnium esse, quippe qui eius conatibus religione iniecta, aliquando

Prodigium in Seruio Tullio infante.

Tanaquilidis prudentia.

Criminatur Tarquinius ad populum.

augurandi prudentia obstitisset, in argumentum cedens iussu regis perpetrata illud præterdere, quod tanti uiri mors silentio obliterata esset. Parum abfuit quin plebs eiusmodi criminibus incensa, regem in forum descendente, pro polluto & impio abegerit. Cæterum tempestiua generi purgatio, ueritasque lucis amica, non solum restitit præsentis inuidiæ, sed falsam etiam opinionem, de ea re conceptam animis uulgi disculsit. Tulit Tarquinius ciuili animo eam iniuriam, nec tantum eius motus auctoribus dedit ueniam, sed in ueteri etiam familiaritate & cōsuetudine, ob patris memoriam perseuerauit. Illi uero nihilo propterea pacatores facti, triennio quam hæc acciderant, duos suæ factionis uiros occulte subornant, qui agresti habitu rusticanis ambo ferramentis accincti, tanquam ab intermisso opere nuper auersi, in regem altercantes irrumpunt, hic mutuo se conuicio inessentes, fidemque regis implorantes, multitudinis in se oculos uertunt, tum uero ad regem uocati, iussuque inuicem dicere, unus rem ex composito orditur, in quem dicentem, quum totus rex auersus esset, alter claram securim in eius caput deiecit, teloque in cadentis uulnere relicto, ambo sese foras eijciunt. Alij moribundum regem cum clamore excipiunt, liætores regis percussores euestigio assceti ad supplicium retrahunt. Fit concursus undique ingens in regiam. Tanaquilis in subita trepidatione salubri consilio usa, regiam claudi iubet, arbitros uicij, ac tanquam in spe superuicturi regis, quæ ad curationem uulneris necessaria uideri poterant, studio comparat, inde Seruio in secretum abducto, moribundum senem ostendit, dexteramque inuenis tenens multis precibus obtestatur, ne foceri mortem inultam, focrumque inimicis ludibrio esse patiatur, inter hæc illa clamore multitudinis excita, quæ haud amplius sustineri poterat, ex superiore parte domus, quia uia illi noua subiecta erat popululum affari, iubet ciues bono animo esse, uiuere regem ait, atque ex subita mentis alienatione, cœcidisse eum uiolento ictu. Cæterum uulnus quod accepit, haud quidem lætale esse, cruore absterfo omnia salubria uideri, esse se in spe haud dubia, ut paucis diebus periculo seruatum uiderent. Interim iubere eum Tullio dicto popululum audietem esse, ipsum pro rege ius dicturum, quoad uulnus curaretur. Seruuius igitur focus consilium secutus, cum trabea & liætoribus in publicum processit, regia que sedens sella quædam decernere, alia uelut regem de his domi consulturus, in aliud tempus differre. Atque ita plures dies Tarquinijs uita alsimulata, quum ille euestigio post acceptum uulnus expirasset, per speciem alterius uicis fungendæ, suas Tullius opes firmavit, tum demum morte regis palam facta, firmo præsidio munitus, primus omnium in iussu populi, uoluntate patrum regnauit, de percussoribus sumptum est supplicium. Anci filij ubi regem uiuere creditum est, cernerentque Seruij opes eas esse, ut ipsi tuto in urbe essent non possent, Pometiam exulatum abierunt. Regnauit Tarquinius, quod Liuius & Dionysius scribunt, annos duodequadraginta. Eusebius quinque & quadraginta prodidit.

Obtruncatur Tarquinius.

Tanaquilidis calliditas.

Seruuius Tullius rex creatur.

ENNEA-

ENNEADIS SECVNDAE, LIBER QVINTVS.



Anceps hystoriae relatio.

Heliachimus rex.

Hieremiae diuinitio.

Nabuchodonosor Hierosolymam capit.

Hierosolyma iterum desolat.

Etustum Iudeorum regnum per hæc tempora uarijs contuulsum cladibus, penes funditus interijt. Fuit tum forte Babyloniorum princeps (sacri libri regem fuisse aiunt) Nabuchodonosor, homo acri ingenio, & ad bellum magis quam ad ocium comparato. Mouerat is in Nechonem Aegypti regem, sub quo tum Syria tota erat, confederatque ad Circam urbem Euphrati proximam, quo Necho cum ualido occurrit exercitu, ut primis illius conatibus obstitere, & in regni finibus potius quam in uisceribus bellaret. Commisso igitur inter eos prælio, Necho magna exercitus parte amissa, pugna excessit. Nabuchodonosor uictor, omnem Syriam ad Perulium usque præter Iudæam, armis subegit. Hæc Iosephus. Verum cur terra ipsa Assyrijs, omne ius belli abstinerit, quum Nechonis beneficio, Heliachimus in Iudæa regnaret, haud quidem intelligo. Quarto deinceps anno quam hæc gesta sunt, qui Heliachimi fuit regni octauus, Iudæi ab Assyrio graui bello petri. Rex suis uiribus diffusus, annum tributum pactus, se periculo exemit. Cæterum distulit ille cladem, quæ sibi regnoque suo instabat, uitare tamen non potuit. Iam enim tertium tributum pendenderat, cum rumoribus noui belli fretus, quod Necho in Assyrium struere ferebatur, contra icti fœderis iura tributum non reddidit. Reclamare Hieremias propheta, qui diuino afflatus spiritu, uentura omnia uidebat ut præsentia, incassum Aegyptiacas opes spectari, fore breui, ut Assyrijs armis ciuitas ingenti clade afficeretur. Audiri hæc uulgo, sed nemini illi fidem habere. Quidam etiam ex salubri alioque prædicatione, seni inuidiam facere, tanquam excidium regi patriæque ominanti, arreptusque in iudicium, parum absuit, quin extremo sit supplicio deditus. Seniorum autoritas plus omnino ualuit, quam uulgi odium, solutus uinculis, haud multo post librum in templo recitauit, quo omnia quæ regi, urbi, templo, mala imminabant, fuerat complexus. Hunc quum Heliachimus postea legisset, nec iræ temperaret, suis manibus concerpit, concerpit flammis iniicit, ac tum demum prophetam ad supplicium requisit, cui sese ille mature subtraxerat. Nec ita multo post affuit Assyrius, quem rex, Hieremias prædictionem ueritus, renouato fœdere intra mœnia accepit. Tum Nabuchodonosor Iudæicæ perfidiæ exemplum secutus, fœdus nuper ictum pro irritum habuit, omnem florem iuuentutis cum ipso rege, militibus immisissis, gladio fecit. Corpus extra muros insepultum abiecit. Demum regis filio, qui eodem fuit quo pater nomine, regni administratione permissa, triginta hominum milibus ex omni multitudine Hierosolyma secum abductis, exercitum in Assyriam reduxit. Sed ne iuueni quidem diu regnum incolume mansit, parum tutum ratus Nabuchodonosor, eum in Syria regnare, cuius patrem insepultum abiecit. Tertio post mense quo Babylonem uenerat, nouum exercitum sub præfectis in Palæstinam misit, tum nouo terrore percussus, inopsque consilij Ioachimus iunior, ne recentiore aliqua clade ciuitatem hostis afficeret, ultro in eius fidem concessit. Ille, ut pollicitus erat urbem, pacate est ingressus, mox regis iussa executus, Ioachi-

num cum matre & necessarijs omnibus præter Sedechiam eius patruum, quem regem constituit, Babylonem traduxit. Iussu cum his migrare opifices, & quicumque militiæ idonei essent. Mansit Sedechias annis octo in fœdere, inde homo sua sponte leuis, paucorum consilium secutus, ab Assyrijs ad Aegyptios defecit, Hieremia Hierosolymis, & Ezechiele, qui tum Babylo ni cum alijs seruebat, urbis & regni excidium prædicantibus, Babylonius hostis Sedechiæ perfidiam ulturus, cum quammaximo exercitu Syriam ingressus, præcipuam regni partem ferro & igni populatus est. Et iam castra Hierosolymis admouerat, quum de Aegyptiorum aduētū trepide allatum est. Assyrius soluta obsidione hosti obuiam processit, quem prælio superatum Syriæ finibus expulit. Persuasum habuit Sedechias & qui illi in Hieremiæ inuidiam adulabantur, hostem ad obsidionem non rediturum, quem quum propheta non multo post affuturum affirmaret, ridereturque interim, ut mendax, periculo quod instabat substracturus se quando publicæ saluti consilio prodesse non poterat, urbem egressus Anathorum, quæ patria illi fuit (distabat is locus stadia uiginti ab Hierosolymis) iter intenderat. Cæterum ex itinere in urbem retractus, in custodia & uinculis est habitus. Cepta est interim urbs iterum obsideri, hæc itaque hostis mœnibus duo de uiginti menses, premebantque; duo importuni hostes ciuitatem, fames & pestilentia. Hieremiasque è carcere identidem prædicare, ut hostium fidem implorata, pacatum intra mœnia Assyrium acciperent, ne uana pertinacia, omnia sacra & prophana simul perderentur, quibus uocibus offensi ciues, eum à rege ad supplicium postulatam, carcere educunt, educum in cœnoso immergunt lacu, usque propemodum ad fauces, ut longiore cruciatu distenderent, fuitque ibi quoad iussu regis resolutus inde est. Aethiopsis cuiusdam ministerio, Sedechiæ gratissimi. Oppugnabatur urbs interim aggeribus, bellicisque machinis, resque per regios præfectos impigre gerebatur. Rex ipse in Rebiata Syriæ urbe erat. Demum post multos hinc inde labores exhaustos, urbs noctu capta est. Sedechias ubi hostem intra mœnia esse sensit, ab eo que iam templum teneri, cum uxoribus, liberis, & amicorum plerisque intempestæ noctis beneficio uinculis, clandestinè urbem egressus, in deserta loca occultam intendit fugam. Hostium duces Sedechiæ fuga per dedititios equites, ubi primum illuxit, ad eum euestigio insequendum miser. Et iam aliquid confecerat itineris, sperabatque fore, ut cum suis in pacatum abiret, quum aduentantium fremitus ex propinquo redditus, non regem solum, sed quicumque regis fugæ se comites destinarent, subito metu percussit. Fit repente circa Sedechiam fuga, alijsque alio trepide dilabentibus, rex cum liberis & uxoribus capitur, inde ad regem perductus, ingratiudinis & perfidiæ primo increpitus, quod regnum suo beneficio adeptus, ad hostes contra fœdus & iura defecisset, mox ut dirum secum spectaculum ferret, iussit uictor Assyrius, filios & amicos coram interfici. Ipsum iniectis cathenis luminibus priuauit, Babylonemque ad perpetuos cruciatus dimisit. Operæ precium est cognoscere, quam diuersa significatione idem prædicarunt duo clarissimi prophetae, hæc quæ in Sedechia euenerunt. Scripserat Hieremias fore, ut Babylonem ille captiuus perduceretur. Ezechiel cætera ut Hieremias uaticinari, insitari tamen eum Babylonem uisurum. Viderat propheticus ille spiritus multo antea, fore ut perduceretur, uerum luminibus priuatus, hic perductum iri non ignorat, sed orbitatem suppressit. Atque hunc exitum habuit regnum, tanta indole in Dauidica

Hieremias in custodia habetur.

Hieremias in lacum mersus.

Hierosolyma capiuuntur.

Capitur Sedechias.

Quot annos regnatum sit Microsolyms.

gente ab initio locatum, in qua à Dauide qui princeps stirpis fuit, ad Sedechiam, unus & uiginti longa serie in Palæstina reges fuerunt. Habuitque id regnum annos quadringentos, duosque & quadraginta, uel ut alij colligunt, septem & quadraginta, apud Iosephum duplo maiorem numerum redactum reperio. Victor hostis, nobilissimam urbem omni sacro prophanoque cultu spoliata, augustinissimoque templo direpto & incenso, à fundamentis diruit, captiua multitudo omnis sexus & ætatis Assyrium secuta, Babylonem migravit. Nec Palæstinae res deinceps, etiam præsentis cladis afflictæ, sine motu diutius fuere. Præfecerat Nabuchodonosor ipsi terræ Godoliam Aichami filium, qui sparsam per deserta multitudinem, ad locorum cultum omni officio & lenitate reuocauit, breuique contigerat, ut satis frequens ager uicatum coleretur. Tenebantque adhuc Iudæi oppida quædam, cœperantque præsentis ocio à pristinis cladibus respirare, quum Godolias in conuiuio, iam uino grauis, ab Ilmaële, & octo, qui cum eo conspirant, interficitur. Iudæi inopinatum casu consternati, ueriti ne ob patratam Godolias cædem ab Assyrio ad supplicium deponerentur. Autor enim culpæ confestim ad Bachalim Hammonitarum regem perferat, Hieremiam consulunt, quid in re ancipiti fieri oporteret. Principes gentis censebant in Ægyptum transeundum. Hieremias ex oraculo monuit se fertur, ut in patria permanerent solo, futurum ut Assyrius non multo post tota Ægypto potiretur, ipsiq; alieni sceleris pœnas luerent. Visus est his Hieremias parum credibilia canere, eiusque uocem alpernari, sublati rebus quæ asportari poterant, Palæstinas egressi populariter in Ægyptum demigrant, Hieremia & Barucho eius discipulo in exilium abductis. Nec ita multo post Assyrius in Syriam uenit, qui in ultionem patratæ cædis, si qui mortalium in Palæstina adhuc erant, Babylonem traduxit, reddiditque per hæc Iudæam omni humano cultu desolatam. Acciditque recentior hæc clades, quinto ferme anno post Hierosolyman excisam. Atque in hunc maxime modum, duæ reliquæ Iudæorum tribus, annos circiter centum & triginta post Israëlitas ex Samaria sublatis in Mesopotamiam sunt traductæ. Incidit Palæstini regni excidium, urbis dico & templi euerfio, in annum quartum septimæ & quadragiesimæ Olympiadis, qui à mundi origine supra quæsemillefimum sexcentisimum undecimum fuit. A decem populi ex Ægypto, sexagesimus secundus supra millefimum, si Iosephus recte colligit tempora. Ab templi ædificatione trecentisimus ac septuagesimus ante annum humanæ salutis, quingentesimus nonus. Eratque per id tempus rex in Ægypto Apries, quem Taphrem Iosephus, Eusebius Vaphrem nominat. Fuitque Sannietici iunioris, siue Sannis, nam utrunque nomen reperio, filius, qui in Æthiopas bellum intruxit, ulturus reor, transfugium ducentorum milium hominum, qui ex Ægypto in eam terrâ populariter migrarunt. Herodorus & Plinius fugitiue huius profectiois meminerunt. Ad Apriem hunc Iudæi post Godolias cædem in Ægyptum perferere. Is Sidonijs bellum intulit, & cum Tyrijs nauali prælio dimicauit. Nouissime in prælio in Cyrenæos infeliciter commissio, magna ab ea pars Ægypti defecit. Ad quos motus sedandos Amasis miles, tumultuario militarique fauore rex est creatus. Sed de Amasis suo postea loco est dicendum. Regnauit cum Aprie in Medis Cyaxares, qui fuit Astyagis pater, is præter bellum quod cum Aïarte Lydorij rege gessit ut proximo est uolumine memoratum, in Assyrios quoque, qui à Medis defecerant, bellasse dicitur, Ninumque urbem clarissimam ab eo ui captam,

Profectio Iudæorum in Ægyptum.

Anni mundi.

Apries.

Fugitiua ex Ægypto profectio. Temporum collectio.

Eusebius scribit, ac funditus excisam. Regnauit in Macedonia per id tempus Europus Philippi filius, qui infans à patre relictus, à Macedonibus in aciem quum adhuc in cunis esset, est delatus, cum Illyrijs acie dimicaturis. Si quidem pugna una cum ea gente parum prospere commissa, ut necessitas in acie permanendi omnibus imponeretur, puerum ut dixi, medijs crepundijs in prociñtu staterant. Per suauium ad id uulgo erat, Macedonas uincere non posse, nisi regijs auspicijs dimicarent, nec defuit opinio ni euentus: Recentiore prælio tanto Macedones animorum ardore certasse dicuntur, ut momento temporis Illyrijs strage afflictis, gloriati sint priori certamine, non uirtutem sibi bellicam, sed ducem defuisse. Fuerunt his æquales Stefichorus Lyrici carminis autor, Pittacus Mityleneus Hyrradij filius, sapientis nomē inter paucos adeptus, Duris enī Thracem fuisse arbitratus est, is cum Alcæi fratribus Melanchrum Lesbi infulæ tyrannum proffigauit, quæ insectatus est suo carmine Alcæus, sed eo bello quæ Mitylenei de Achiliididis agro cum Atheniensibus habuere. Pittacus imperator factus, singulari certamine cum Phrynone Atheniensium duce congressus. Eratis ualido corpore, quippe qui Pancratiastes & Olympionices fuit, uicit tamen uires corporis animi prudentiam. Rete habuisse fertur Pittacus sub clypeo occultum, quo medio certamine hostem minus ad tales insidias cautum, subito iactu implicitum peremit. Ex ea pugna exemplum retiarie pugne in arenam manasse memorant, rei usque ad Romanam lenatus fugillationem theatralibus spectaculis usurparæ. Administrauit ille deinceps tempus. decem annos, quam pluribus institutis ornatam sponte restituit. Alcæus & Sappho mulier his sunt temporibus interiecti, uterque Lesbios, & poëticis studijs clarus. Sed Sappho, si uera sunt quæ Herodotus de fratre eius Charaxo prodidit, aliquanto recentior, ut in Amasis tempora eius musa incidit, cuius filij Cambyfes uicit. Phaontem Lesbium amauit impatiēter, ut carmen, quod eius nomine circumfertur, clare demonstrat. Ex Leucadia rupe quæ amores sedare credita est, in subiectum mare, ut Menander scripsit, dedit se præcipitem. Claruit cum his Solon Salaminius, & ipse sapientis appellatio est clarus. Tenebant per id tempus Megarenles Salamini infulam, de cuius possessione Athenienses diu cū Megarenfibus penè ad internicionem armis diceptauerant, cœperatque ob id capitale esse, si quis Athenis de uendicanda infula legem ferre ausus esset. Solon occultam ingressus uiam, simulata infania compositum domi de ea re carmen, cœno oblitus ad concitandos ciuium animos publice recitat. Fuitque carminis principium: Ipse quidem preco chara Salamine relicta, Aduenio, & cantus concio nostra tulit. Mox cætera executus, ciuitatem perpulit, ut abrogata lege, infulam armis rependendam inlisset. Ad quod bellum Solon dux declaratus est. Hic duplex est fama. Sunt qui tradant Megarenles qui infulam tenebāt, per transfugam à Solone ad id missum, monitos nobilissimas Atheniensium matronas, solennem Choream in Goliade, patrio ritu, Cereri celebrare. Facilis futura eis rapina, omni uirilicœ cœtu inde excluso. Megarenles in spem prædæ erecti, nauim conscendunt, quos procul intuitus Solon, impubescentes, muliebri cultu ferrū sub uestibus habentes, Choream in littore, ut mulierum speciem applicantibus præberent, agere imperat. Qui simulac classē attigissent, ferro occupatam, in suorum aduentu ui tenerent. Atque ita Megarenles, spe prædæ, in littus egressos, in Atheniensium potestatem uenisse, quorum nauibus hostes usi, infulam subito incursu occupauerunt. Altera fama est æque celebris,

Illyrij infantis ductu uincit.

Pittacus Phrynonem reuicte perat.

Sapphi precipitatio.

Solonis consilium.

Salamis ab Atheniensibus occupatur.

Mors humani diuersa.

Epimenidis somnus.

Thaletis diuinitatio.

Sisachthia.

Draconis leges sanguine notatæ.

bris, oraculi monitu Solonem cum quingentis Atheniensium in infulam noctu nauigasse, in insidijsque post promontorium quod Eubœam spectat, sedisse. Megarenles incertis rumoribus excitati, hostes haud procul abesse, speculatoriam premitunt nauim. Eam Solon in potestatem redactam, Megarico ornatu lectissimis iuuenum dedit, qui quasi uani rumores fuissent, pacati pro Megarenfibus urbem annauigarēt. Ipse terrestri itinere cœnia adortus, in se quicquid hominum in urbe fuit, subito exciuit, ita hostibus terrestri prælio intentis, qui in nauim erant improuifio appulsi urbem occupant. Attulit ea res multum splendoris Soloni, cæterum Megarëfibus infulæ obfessionis adhuc incumbebentibus, post multas & uarias utriusque ciuitatis clades, apud Spartiatas iudicio est utrinque certatum, in quo maior adhuc gloria Soloni quæsitæ est. Fertur in Salamine uendicanda Homeri testimonio usus. Poëtæ carmen fuit: Bissenis Salamine Ajax cum nauibus ibat. Cecropidum quo castra loco posuere phalanges. Pileum præterea & Euryfacem Aiæcis filios ciuitate ab Atheniensibus donatos, & ab his infulam dono acceptam, & illud additum quod Salamini Atheniensium morem secuti, defunctos cum humi conderent, ad occidentem non ad orientem, ut Megarenles ora uerterent, Pythium præter cætera oraculum Atheniensium causam iuuifse fertur, cuius uoce Ionica Salamis appellata est. Secundum id iudicium prætor creatus est Solon, cum ferendarū legū potestate, in quibus cōscribendis Epimenidis Phæstij opera usus dicitur, qui ex Creta per id tempus ad piacula quædam sacrorum expianda ab Atheniensibus accersitus, à Solone fuerat in amicitia receptus. Hunc quidam cōscribendis numero adijciunt. Mirum est quod de eius somno memoriæ prodiderunt, quidam, septem & quinquaginta annos in splendida quadam sopore pressum iacuisse, tum demum excitatum quum in apertū exiuiisset, faciem rerum circa se tam breui mutatam stupuisse, uideri namque sibi paululum dormiuisse, admirationis itaque plenus domū diuertit, ubi uix à maiore fratre qui iam fenex erat, sit agnitus. Eius rei fama Græciam peruenagata, ut superis charissimus, in multa deinceps ueneratione fuit. Inter cætera diuinationis eius oracula, illud memoriæ est proditum, Munichiam locum Athenis munitissimum, diu contemplatus, dixisse fertur, incredibili rerum futurarum cæcitate mortales teneri, certo scire se Atheniensis fuisse locum ipsum dentibus diruturos, si prospicerent quanta inde mala in posterum ciuitati imminerēt. Simili quodam præfagio Thaletem Milesium adductum ferunt, qui in parte Milesij agri admodum ignobili humari uoluit, quoniam ibi Milesiorum forum aliquando esset futurum. Epimenides expiata urbe in Cretâ reuersus est, ubi quatuor & quinquaginta supra ceterū annos natus uita decessit, ut Colophonius scripsit. Cretenses trecentum uixisse annos prædicabāt. Solon omnium primum alieni æris tabulas decreto rescidit, ne cui deinceps liceret in nexum fœnerari, quidam non sorte sed fœnore leuatos inopes prodiderunt, ea tabularum abolitio Sisachthia nominata est. Draconis decreta quædam (nam is Atheniensibus leges aliquatō prius scripserat) ob pœnarum magnitudinem censuit abroganda. Omnibus ferè legibus quas ille tulit, pœna erat morte definita, ut ocij & desidiæ conuicti, capite plecterentur. Qui olera fructusue alieno prædio sublegissent, eodem quo & parricidæ supplicio puniretur. Præscripti huius atrocitate magno postea consensu excepta Demadis oratoris clarissimi uox est, quæ Draconis leges sanguine notatas dixit. Ipse Draconem

gatus ad quid omnia indifferenter delicta capitali animaduersione uindicada existimasset, ita occurrisse fertur, minora flagitia à se morte digna iudicari, maioribus sceleribus idcirco nullum atrocius supplicium à se irrogatum, quia haud maius mortellum reperire potuisset. Ciuitatem deinceps Solon, census æstimatione in ordines distribuit. In primo iij fuere, quibus quingentorum Medimnum esset census. Secundo dein loco ascripti, qui trecentis censu forent, equosque alere possent. Tertius eorum onere adempto, pari censu æstimatus. Et ex his ferè ordinibus magistratus creati, qui infra fuerunt mercenarij nuncupati. Concionis habendæ, iudicandique munia, cæteris exclusi magistratibus obibant, quam ciuilem constitutionem uideatur mihi Romæ Seruius Tullius, magna ex parte imitatus. Consilium in Ariopago ex annuis magistratibus constituit, instituti huius Draconem autorem prodiderunt quidam. Secundum hæc, quæ dixi, ut omnem Solon ciuilem discordiæ occasionem in futurum tolleret, ne temeraria multitudo incertis (ut solet) statibus iudicia turbaret, ex quatuor tribus quæ Athenis erant, quadringentos legit uiros ex singulis centum, his permissum, ut quæ Ariopagitæ decreuissent, si æqua uisa forent, probarent, si minus essent placita, pari potestate rescinderent. Atque ita, uelut duabus anchoris nixus, aduersus omnes fluctus immobilis mansurus ciuitatis status uideri potuit. Parricidij affectatque tyrannidis damnari, ne magistratū caperent, lege ueruit, nec hos solum ab honorum petitione exclusit, sed eum quoque qui orta in ciuitate seditione, neutram partium secutus esset, mali ciuis esse ratus, quū proprias rationes in tuto collocarit, nulla cōmuni cura sollicitudinē teneat. Habuit nec minus admiratiōis illud ut fœminæ quæ uiros parum ad rem ueneream idoneos fortitæ essent, unum quem uellent, ex mariti propinquis, impune admitteret. Pecuniarias dotes è medio sustulit, ut pauca uestimenta, & uasa quædam paruò empta, paterna domo ferret mulier, testatus coniugij societatem, non precio, sed natorum charitate iugi oportere. Ne in defunctos uita maledicta iacerentur. Si quis in sacro, aut in iudicio, ciui conuictum fecisset, quinque drachmis multaretur. Legandæ pecuniæ, cæterarumque rerum facultatem testari uolentibus permissum, quum prius patri instituto in familia esse debere censeretur, quæ amicitia propinquitati prælata est, & gratia necessitati, in eo cautum, ne dementia subdolaue persuasione fieret. Plo raturus & lametationes in alieno funere sustulit. Nec subsidia alimētæ ulla filius patri deberet, à quo non arte esset aliqua ad usum uitæ institutus. Qui illegitimis essent thoro procreati, neu parentes alerent. Enimvero qui meretricio non abstinet congressu, is perbelle demonstrat, se non liberorum procreationi, sed uoluptati studeat, seque ipsam mercede priuat. Mæchum in adulterio deprehensum, impune necari uoluit. Qui uim ingenue uirgini attulisset, decem drachmis multari. Ius uendendæ filij fororisue sustulit, nisi uirginis adhuc in stupro deprehensæ. Qui Isthmia uicisset, ceterū drachmas, qui Olympia, quingentas præmium ferret. Qui lupū uinctū attulisset, quinque drachmas ex publico acciperet, qui Lupam, drachmam unam, hoc pecoris, illud bouis precium. Verus fuit Atheniensium hanc beluā auidius sectari, quippe quæ æque sit pecuniæ rei & agrorum cultui inest. Ex omni genere frugū mel & cærâ extra Atticos fines asportari permittit. Nullum ciuitate donari, nisi opificem, qui cū tota domo se Athenas conuulisset, aut perpetuo exilio natali solo pulsus. Hęc illius insigniora legū capita, quæ sum eo studiosius executus, quod ex his, uelut ex primario quodâ fonte

Solonis cœtura.

Legum capitula.

Fons Romanorum legum.

te manarunt leges, quibus postea Romani usi sunt. Cæterum operæ precium est legētibz cognoscere, quæ fuerint magnarum urbū ab initio leges & instituta, quæ aut præmium proponunt, aut puniunt, quibus uinculis ciuitates ipse, ut Solon præclare scripsit, continentur. Idē suas leges ligneis tabulis, quas Axianas dixere, notatas in centum annos sanciedas curauit, haud ignarus fore, ut his ciuitas longa tēporis interapedine assueta, in ppetuū deinceps sanciret. Herodotus in decē annos: Atticis legibus cautum prodidit, sed ut omnia sanctius custodirentur, in Solonis uerba Senatus populus que in foro ad lapidem iurauit, ipse ad omnes disceptationes declinandas, quæ praua legum interpretatione in dies magis oriebantur, in Ægyptum nauigauit, multumque ibi dedit operam eius gentis sacerdotibus. Inde in Cyprū delatus Philocypro regulo autor extitit, ut urbem Epenam in Cilicia, à Demophoonte Thesei filio olim conditam ampliaret, in opportunioremque transferret locum, quod ille secutus in autoris memoriam Solos deinceps dixit. Congressus est & cum Thalete Milefio, apud quem de re uxoria, deque liberis orto sermone, quum utrunque ultra modum probaret Solon, mirareturque Thaletem eum esse, qui nunquam procreationi operā dedisset, rem ille commentus est haud memoratu indignam. Hominem subornauit, qui se Athenis illis ipsis diebus Miletum applicuisse diceret, inde de ciuitatis statu appellatus, omnia ibi florere diceret, unum duntaxat sub id tempus, quo inde soluisset, lugubrem casum accidisse, quod clarissimi uiri filius unicus, cuius pater peregrinari diceretur, adulescēs præclaræ in dolis raro consumptus esset, cuius funus rora ciuitas magno esset luctu profecuta. Tum demum de patris nomine rogatus, excidisse id sibi diceret, quod sibi subijceretur, posse se facile reminisci. Postridie igitur quum frequenti foro, ambo de more inambularent, obtulit se ille ex composito. Hic ad primam funeris mentionem quum Solonis animum percussisset, moxque fabulæ progressu hospes ille eo peruenisset, ut tantum patris nomen reticeret, cætera haud dubie filij interitum Soloni nunciarent, quum iam amenti similis, ipse suum nomen subiecisset, atque id ipsum esse nauta affirmasset, doloris magnitudine uictus, personæ simul suæ, atque loci oblitus, sese humi affligit, capillumque & barbam ululatu alternis manibus conuellit, mugitu eiularumque totum complet forum. Omnis multitudo fœditate rei confectum in eum unum conuersa est. Thales uanæ illius conflictationis conscius, aliquandiu passus est hospitem infania illa muliebrique lamentatione debacchari. Postremo afflictum humo leniter attollens, sis, inquit, bono animo Solon, uiuit filius tuus. At uolui tenē ignorare ad quid infaniæ liberorum amor parentes adigat, & quam non inepte faciant, qui hæc animorum uincula, quum honeste possint, effugiant. Fuit deinceps Solon non nihil apud Cræsum ab eo Sardis accersitus, ibique regio intuitus thesauros, rogatus equeum mortalium felicissimum, aut Cræso feliciorē arbitraretur. Tellum, inquit, Atheniensem uirum optimum, qui que optimos quum haberet filios, fortiter pro patria dimicans, occubuit. Iniquo id Cræsus tulit animo, atque iterum sciscitatus, quem, inquit, secundum Tellum istum, cuius fortunam tantis opibus prætulisti, beatissimum hominum iudicas? Cleobem, respondit & Bythonem fratres egregio mutuoque inter se amore, pietateque in matrem insigni, cuius currum quem boues iumentaque deessent, æquarum iugo ceruicibus ad lunonis templum pertraxere, quod pietissimum spectaculum quum totius

In tabulis incise se leges.

Solon in Ægyptum nauigat.

Soli.

Thaletis commentum.

Secundum in Solone spectaculum.

Cræsus Tellum.

Cleobis. Bython.

in se multitudinis oculos uertisset, essetque mater omnium uoce felix iudicata, ipsi post sacra epulanti media noctis quiete ambo animam exhalassent. Cræsus adhæc ira incensus, ergo me, inquit, negas in beatis & felicibus habendum? Tum Solon, nulla, inquit, rex, ut arbitror, miranda res est, quæ fortunæ subiacet, nec qui eam possidet à me unquam felix iudicabitur. Sapientes uiri eum felicem arbitrari solent, cui optatissimus uitæ exitus contigit. Nec multo plura deinceps locutus, Sardibus discessit. Nec abeuntem Cræsus ullo est honore profecutus. Erat tum ibi Æsopos fabularis historię autor, qui quum in magna esset apud regem dignatione, molesteque ferret Solonem inhonoratum mitti, monuisse eum dicitur regum consuetudine, aut minime, aut quamplacidissime uti oportere. Cui ab eo ita est occursum, imo Hercule aut minime, ut ais, aut quamoptime. Athenas reuersus, ciuitatem graui seditione turbatam inuenit. Erant tres in ea celebres factiones, quarum unius princeps fuit Pisistratus, homo callido ingenio, dominandique cupidissimo, qui ut ad principatum, quem animo conceperat, commodiorem sibi faceret gradum, in opum causam aduersus diuites suscepit tuendam. Nouissime quasi ab hominibus aduersæ factionis insidijs exceptus curru in publicum delatus, uulnera populo ostentat, quæ ipse sibi intulerat, ibique multa questus, quod ob suum in plebe subleuanda studium capitalibus petitus esset insidijs, nec homines aduersæ factionis insidiari desituros, quandiu ipse de multitudinis com modo cogitaret. Commendare igitur salutem suam populo, pro quo capitales subijisset similitates, certo scire se nisi aliquo publico præsidio stare, breui futurum, ut inimicorum fraude opprimeretur, nihil minus affirmans tutum homini, quam inter eos uiuere, qui & nocere possint, & uelint. His ille facile obtinuit, ut circa se præsidij causa. l. armatos haberet uiros. Hi ab ipso armorum genere Corynephori sunt nominati: ea Pisistrato materia data est tyrannidis sibi stabilidæ. Ferunt Solonem diu multumque obstitisse, quanquam iam grandis natu ne uiro dominandi cupido latus armis communiarent. Fugere alios Pisistrati artem, se autem perspicue cernere, quam perniciofa ille libertatiq; inimica animo agitaret consilia. Publicè hæc Solon in Pisistratum, quæ postea est carmine complexus. Aspice in linguam, & blandi fallentia cūctos, Verba uiri, qui nos uulpinis pascibus ambit. Permissum Pisistrato est ut non solum Corynephoros publicè decretos haberet, sed si maiore adhuc opus ei esset præsidio, ad libitum sibi compararet. Huiusmodi ille occasione fretus, arcem armis occupat, apertamque exercet tyrannidem. Fit continuè ab Alcmeonidis fuga, qui diuersæ erant factionis. Solon clarè uociferari, esse libertatem armis repetendam, facilius dictitans potuisse adulescentem tyrannidem opprimi, sed multo pulchrius fore adultam restinguere. Quum his ille parum omnino proficeret, ex publico domum reuersus, in angiporru arma quæcunque domi habuit, ordine disposuit, deos hominesque restatus, nihil à se, quod ad ciuium libertatem attineret, prætermisum. Monitus ab amicis fore, nisi si urbe excederet, ut Pisistrati iussu interficeretur, in ea esse perseverauit: rogatusque, qua fretus ui in sententia permaneret, senectute, inquit, audacior fio. Cæterum tantū abfuit, ut Pisistrati iussu aliquo modo nocuerit, ut in summo etiam honore sit ab eo habitus. Nec in ea re solum popularem præ se animum tulit tyrannus, sed & leges quas Solon tulerat, magna ex parte custodiuit, nouas aliquot adiecit, ut qui oculos in bello amississet, publicè aleretur, etli

Pisistrati uia ad tyrannidem.

Pisistrati tyrannidem occupat.

Pisistrati uia ges.

et si Heracles ponticus hanc quoque ad Solonem omniū uoce felix iudicata, ipsi post sacra epulanti media noctis quiete ambo animam exhalassent. Cræsus adhæc ira incensus, ergo me, inquit, negas in beatis & felicibus habendum? Tum Solon, nulla, inquit, rex, ut arbitror, miranda res est, quæ fortunæ subiacet, nec qui eam possidet à me unquam felix iudicabitur. Sapientes uiri eum felicem arbitrari solent, cui optatissimus uitæ exitus contigit. Nec multo plura deinceps locutus, Sardibus discessit. Nec abeuntem Cræsus ullo est honore profecutus. Erat tum ibi Æsopos fabularis historię autor, qui quum in magna esset apud regem dignatione, molesteque ferret Solonem inhonoratum mitti, monuisse eum dicitur regum consuetudine, aut minime, aut quamplacidissime uti oportere. Cui ab eo ita est occursum, imo Hercule aut minime, ut ais, aut quamoptime. Athenas reuersus, ciuitatem graui seditione turbatam inuenit. Erant tres in ea celebres factiones, quarum unius princeps fuit Pisistratus, homo callido ingenio, dominandique cupidissimo, qui ut ad principatum, quem animo conceperat, commodiorem sibi faceret gradum, in opum causam aduersus diuites suscepit tuendam. Nouissime quasi ab hominibus aduersæ factionis insidijs exceptus curru in publicum delatus, uulnera populo ostentat, quæ ipse sibi intulerat, ibique multa questus, quod ob suum in plebe subleuanda studium capitalibus petitus esset insidijs, nec homines aduersæ factionis insidiari desituros, quandiu ipse de multitudinis com modo cogitaret. Commendare igitur salutem suam populo, pro quo capitales subijisset similitates, certo scire se nisi aliquo publico præsidio stare, breui futurum, ut inimicorum fraude opprimeretur, nihil minus affirmans tutum homini, quam inter eos uiuere, qui & nocere possint, & uelint. His ille facile obtinuit, ut circa se præsidij causa. l. armatos haberet uiros. Hi ab ipso armorum genere Corynephori sunt nominati: ea Pisistrato materia data est tyrannidis sibi stabilidæ. Ferunt Solonem diu multumque obstitisse, quanquam iam grandis natu ne uiro dominandi cupido latus armis communiarent. Fugere alios Pisistrati artem, se autem perspicue cernere, quam perniciofa ille libertatiq; inimica animo agitaret consilia. Publicè hæc Solon in Pisistratum, quæ postea est carmine complexus. Aspice in linguam, & blandi fallentia cūctos, Verba uiri, qui nos uulpinis pascibus ambit. Permissum Pisistrato est ut non solum Corynephoros publicè decretos haberet, sed si maiore adhuc opus ei esset præsidio, ad libitum sibi compararet. Huiusmodi ille occasione fretus, arcem armis occupat, apertamque exercet tyrannidem. Fit continuè ab Alcmeonidis fuga, qui diuersæ erant factionis. Solon clarè uociferari, esse libertatem armis repetendam, facilius dictitans potuisse adulescentem tyrannidem opprimi, sed multo pulchrius fore adultam restinguere. Quum his ille parum omnino proficeret, ex publico domum reuersus, in angiporru arma quæcunque domi habuit, ordine disposuit, deos hominesque restatus, nihil à se, quod ad ciuium libertatem attineret, prætermisum. Monitus ab amicis fore, nisi si urbe excederet, ut Pisistrati iussu interficeretur, in ea esse perseverauit: rogatusque, qua fretus ui in sententia permaneret, senectute, inquit, audacior fio. Cæterum tantū abfuit, ut Pisistrati iussu aliquo modo nocuerit, ut in summo etiam honore sit ab eo habitus. Nec in ea re solum popularem præ se animum tulit tyrannus, sed & leges quas Solon tulerat, magna ex parte custodiuit, nouas aliquot adiecit, ut qui oculos in bello amississet, publicè aleretur, etli

Bias Priencus.

Cleobulus Lindus.

Chilon Lacedæmonius.

Anacharsis Scythæ.

Mison Cheneus.

Pherecides Syrius.

adhuc in conspectu esset. Perilaum Messenium hospitem suum monuisse fertur, ut cum tota familia à patria abscederet, paucisque inde diebus Messenam captam ab hostibus, crudeliterque uexatam. Primus de animorū immortalitate ex eo sermo profectus est, ut quidam existimant. Nec unus est de huius exitu rumor. Sunt qui è Corycio monte ulro dicant præcipitatum, Delique sepultum esse ferunt, alij Phthiriæ consumptum, Hermippus autor est mandasse se ab Epheso homine in Magnesium sinibus institui, ut Ephesij cum Magnesijs postridie acie dimicarent (erat tum fortè inter ambas ciuitates conflictum bellum) petijisseque ut uictoriam adepti, suum ibi corpus tumularent, atque ita accidisse, ut post uictoriam ab Ephesijs, eo quo fuerat loco exanimis repertus, quam honorificentissimè sit sepultus. Si Pythagoras eum, ut fertur, ægrotum uidit, his proculdubio est æqualis habendus. Cæterum Andron Ephesius duos celebrat Pherecides, hunc astrorum, illum theologicæ disciplinæ peritum, cuius studiosus fuerit Pythagoras, sed his aliquanto recentior, ut Eusebius colligit. Solis defectio in hæc tempora incidit, quam Milefius Thales multo antè præuidit, futuramque Anaximander prædixit gentibus. Fuit is Thaleris discipulus & ipse Milefius, Praxiadis filius, qui his temporibus interiectus, primus omnium posuit rerum principium & elementum, idque immensum & infinitum, nullo aëris & aquæ posito discrimine. Illius partes immutari, totum ipsum immutabilem esse. Terram medio loco in centri speciem consistere. Lunam globosam esse, splendoremque & lumen à sole mutuari, solem nihil aliud esse, quam purum ignem, nec terra magnitudine inferioriorem. Gnomonis cōmentum ad hunc referunt, quem repertum Lacedæmone publico statuit loco. Solis conuersiones & æquinoctia, ut Fauorinus prodidit, primus obseruauit, terræ & maris ambitum descripsit. Et quod ad Astrorum, cœlestiumque motuum scientiā attinet, Zodiaci circulorumque typum animo conceptum, ex materia fabrefecit, multo adhuc plura inuestigaturus, si longior ad opera naturæ exploranda illi contigisset ætas, interijt sexagenarius. Incidit solis deliquiū cuius nuper mentio facta est, in annū ultimū septimæ Olympiadis, ac quadragesimæ, quo ferè decennio Isthmia sunt Melicertæ primum celebrata. Eorū origo multo antea est à nobis explicata. Pythia & ipsa tū quoque, ut apud Eusebiū reperio, cœpta sunt celebrari. Pari ferè interuallo Nemæi iudi post eos, qui in Archemori funere fuerant primo instituti, ab Argiuis magno sunt Græciæ conuentu acti. Cæterū id ludicrum in septimū Seruij Tulli annum incidit, cuius gesta iam hinc erāt mihi explicanda, nisi paucarū urbū cōditio, & Iudaicarū rerum quædam, ne temporum prætereret ratio, prius essent referenda. Perinthus sub id tempus, quo hæc quæ dixim⁹ gesta sunt, in proposita est condita. Mox Thraciæ metropolis fuit. Est Heraclea post multas ætates dicta. Marmoreum ibi Theatrum inter rara hominum opera celebratum. Camarina in Sicilia à Syracusanis, & à Phocensibus in ora Galliæ Mafilia. Trogus autor est classem eius gentis Latini littoris oram legentem, Tyberinum ostium ingressam, amicitiamque cum Romanis iunxisse, quum Priscus Tarquinius adhuc Romæ regnaret. Phocenses Tyrheniæ Liguriæque oram præteruecti, inter feram Gallorum gentem & Ligures, urbem cōdiderūt haud procul ab Rhodani ostijs, remotiore sinu, uelut angulo quodam maris. Celebre deinceps studium eius ciuitatis in Romanos, ferunt Mafilienses Roma à Senonibus capta, publico luctu profecutos amicæ ciuitatis cladem, aurumque in medium collatum, ut certum pondus ad se redi-

Pherecides exitus.

Anaximander.

Perinthus.

Heraclea.

Camarina. Mafilia conditio.

mendum Romanis expleretur. Sola Gallicarum urbium, cum puniis temporibus in Gallia Italiaque bellatum est, in perpetua fide mansit, quin & ciuilibus bellis in ueteri studio prope ad excidium persequeretur. Apparatus urbis moresque ciuitatis suo loco explicabuntur. Et hic quidem erat humanarum rerum in Europa status, quum in Mesopotamia maiora quaedam in tribus pueris extiterunt naturae opera. Legerat sibi Nabuchodonosor, ex omni Palæstinæ prædæ multitudine, pueros elegantis formæ, quos eunuchos fecit (id futurum centesimo ante anno uox prophetica demonstrauit) instituebantur illi regis iussu liberalibus disciplinis, quibus Chaldaei plurimum utantur, profecerantque in eo genere pueri regia stirpe procreati, Ananias, Misael, & Azarias, quos gentili uoce Assyrius, Sydrachum, Misachum, & Abdenagone dicit. Iosephus pro Azaria Danielem habet, quem mutato nomine ait Balthasarem nominatum. Erant hi ob ingenij altitudinem, præmaturumque profectum, regi præ cæteris charissimam, aiebanturque regalibus epulis. Dubium est, sapientiae dogmate an sponte ad id animum adiecerint, satis constat, omnium animantium carnibus re pudiat, legumina oleraque, esitare aliquandiu ueruisse, unde postea Pythagoricum dogma ortum uideri possit, si uerum est quod uulgo uideo persuasum, Pythagoricæ sectæ uiros carnibus abstinnisse, cum Chaldaei Pythagoras certe congressus est. Accidit interim ut Nabuchodonosor miram per quietem iuuenis speciem, uolucris idoli repente experrectus amiserit formam, Chaldaeosque percontatus, an fieri posset, ut ea quæ in somnis sibi imago obuersata esset, in memoriam reuocetur, negantibus cunctis humanum id opus esse, quoniam cœlestis hominum sit, non diuinare, instat rex insolentius exitiūque breuiter sapientibus, comminat, nisi id oraculum sibi expediret, uix nocte una ad id cōminiscendum data, imminebatque haud dubia mors omnibus, & in his tribus adolescentibus, eiusdem sapientie affectatoribus, tum per noctem solliciti, ad diuinam opem confugiunt, gentile numen supplices orant, ut si sua, si maiorum pietate mererent, qualis illa regis somni fuisset adumbratio, sibi ante lucem demonstraret. Audiit deus puerorum preces, ac ubi primū illuxit, Daniel aditū ad regem sibi petijt, multūque prius attestat, ne fraudi esset alijs, quæ supra humanas uires sapere nequiuissent. Cogitanti tibi, inquit, rex, qui hominū in terris rerum potituri essent, talis per quietem est uisio oblata, ut statuas cerneret supra modū proceras, cuius caput aureum esset, humeri & brachia argentea, ex aere uenter & fœmora, crura & pedes ferrei. Mox saxū ingēs, iugo montis repente atulsum, in statuā procubuit, cuius impulsu prostrata & attrita imago, in puluere abiit uentorū statu dissipatū, saxum ad eō creuit, ut tota sua magnitudine terrā occuparet. Imaginis huius hæc ratio fuit: Caput statuæ Assyriū, inquit, regnum demonstrat. Brachia & humeri duos reges qui hoc euerfuri erant imperiū. Horum alter æramento similis, ab occidete destruet hoc regnū, quod ipsum ferreum postea excipiet, tenebitque latè omnia. Cætera quæ ille executus est, cōsulto Iosephus à se silentio ait prætermittenda, quando præterita scriberet, non futura, quantum obsecrè nimis & perplexè illa quoque quæ ad statuā attinerent, ab eo uideri possunt relata. Sed si in talibus coniectura scriptoribus, licet uti, uideatur mihi aurorū illud caput Assyriū regnū significasse, quod primū omnium fuit in terris constitutū. Argentea brachia, Arbaces Medus et Cyrus, quorū Assyrio sublato imperio Medicū ille regnū constituit, hic Persicū. Venter & fœmora aenea Alexandrū Macedonem, qui rubicūdo fuit colore, is ab occasu profectus, orientem subegit, cuius regnū post eius mortē

à successoribus, quos per fœmora possis intelligere, est scissū. Per ferreos pedes, haud ineptè Romanos aliquis interpretabit, qui magis adhuc occidit quæ Macedones fuere, Macedonūque opibus occisus late omnibus terris sunt dominati. At quæcumque coniecturæ illius fuit ratio, ea enim, ut dixi, parū perspicue tradidit, satis constat, ob eā rē, Danielē & alios in magna iam inde apud regē admiratiōe fuisse, sed parū fida sunt principū studia, eorumque fauor facile mutabilis. Sūt pæterea summæ fortunæ ingenia laudis & gloriæ cupida, quale tum in Babylonio rege fuit, qui sibi ex auro statuam sexagenū cubitorū celebri hominum conuentu dedicaturus, edictū proposuit, ut ad tubæ & symphoniarū concentū humi procumbentes, statuam adorarent Hebræi adolefcentes impiū facinus auerfati, satis scire gentili lege scriptū, Solum Deum adorabis, procūbere noluerunt. Horum audacia rex cōmor, precipitari iubet uinctos adolefcentes in fornacem ad huc usum accensam. Res mira hic accidisse traditur, innoxias tres pueri flammas experti, meo quoque camino impune cōmorati, hymnū deo seruatori cecinerunt. Cuius rei miraculo, tam impiū sit dicere, numē nō interfuisse, quæ delirū fuerit literarū monumentis id tradere, nisi ita factū crederemus. Iosephus Berosum fecit duos Babylonis ait reges uno nomine appellatos, patrem qui Leconia cum uxore & liberis sponte dedit, in Assyriam tradidit, qui Sedechiā constituit regem, & iuniorē alterum, qui huic successit, à quo Sedechias excæcatus est, Hiero solymaque, excidio dedita, cui Megasthenes in quarto rerum Indicarum meminit. Fueruntque eius gesta multo maiora Herculanis, si uera sunt quæ ille scripsit, quippe qui Libyen & Iberiam uastauerit. Tyrum triennio obsederit, ut Theophrastus in Phœnicum prodidit historia. Sed miror ea Iosephum credidisse, nam ut nihil de Hercule dicam, cui ridiculū sit Nabuchodonosorē omnibus penè generibus, præterquam Iudæis ignotū cōparare, haud uideo quo pacto tam longa expeditio in obliuionē uenerit, ut nullis sit literarum monumentis illustrata. Successit ut idem autor scribit, iuniori illi, qui auream sibi statuam conflauit, Amilmadapacus, qui Leconiam soluit, atque in magno habuit honore. Is Egefsario filio regno per manū tradidit, cui Labofordachus successit, quem Cyrus expugnauit. Labofordacho Nabuchodonosoris iunioris mortem, regno potitus est. Cæterum sub id tempus quo Hebræorū pueri ex camino ignis seruari sunt, Romæ Seruius Tullus iniussu populi regnum cepit, de cuius ortu & incrementis super ea, quæ in Tarquinij rebus explicandis scripsimus, abundè multa Dionysius prodidit, fabulosa etiam quædam, ut mihi uidetur, sunt quæ de genituali membro repente orto, super regiam aram, quæ Ocrifia Seruij mater prima omnium uiderit, eoque prodigio rex motus, in ipso conclau mulierem nuptiali cultu clausit, atque ita à Vulcano alioue domestico genio sit Ocrifia prægnans facta. Sed hæc opinio, ut longius à fide distat, ita minus celebrata, satis constat, quod ad eius incrementa attinet, non minore indole quam fauore domi militiaeque uersatum, quippe qui priore bello Sabino, ob strenuam inter equites nauatam operam, fortitudinis præmia primus à rege acceperit. Rursus altero bello, pugna ad Eretū cum eadem gente commissa, corona donatus est, cum uiginti ferme esset annos natus. Auxiliorum deinceps latini nominis dux factus, mirificè rem Romanam iuuit, eo bello quo omne Hetruscū nomen Romano celsit imperio. Per hæc ille regi insinuatus, nihilo inferior ciuilibus officijs reperitus, breui ad patriatum ductus, quum duæ regi filiae essent, earum alteram duxit uxorem, ac iam in publica negotia,

Trium puero-
rum institutio.

Nabuchodo-
nosoris som-
nium.

Somnij spe-
cies.

Nocturnæ ui-
sionis interpre-
tatio.

Aurea Nabu-
chodonosori
statua.

Tres pueri
flamma ser-
uati.

Duo Nabu-
chonosoris.

Seruij Tulli
ortus.

Seruij suc-
cessus.

gocia, quibus fœcer morbo primo, mox senio confectus, impar esset, domi forisque egregie administrauit, adeo omnia tempestiue executus, ut regis præfentia in nulla re desideraretur. Tarquinio igitur per eum modum, quo diximus, sublato, priusquam mors eius palam facta esset, percussoribus supplicio affectis, Martios parricidij accersitos, absentes perpetuo damnauit exilio, bonaque publicauit, firmatis inrerim opibus, ut regis stirpis curator, custosque rei publicæ regia obibat munera. Ferre id in dignè patres, & iam cōsilia inter se agitare, ut cum in curiam Seruius uenisset, cogerent illum se in ordinem redigere. Tullus quum hæc, quæ mouebantur, resciuit, plebis animos sibi conciliandos ratus, si dignitate retinere uellet, multitudine ad concionem uocata, duobusque Tarquinij pueris iuxta pulpitum locatis, ita ad populum uerba fecit: Multiplex & uaria necessitudo hortatur me Quirites, ad hos paruulos Tarquinij uestri nuper regis nepotes, omni officio & pietate cum tota domo tuendos. Ille me patre orbum, qui fortiter pro suis dimicans ciuibus, occubuit, patria simul & fortunis priusquam nascerer: priuatum, nudum, egenum excipies inter liberos suos regio cultu educauit. Ille me domi militiaeque ornamtu uestro suffragio, ad amplissimum ordinem traduxit, in generum ascium, ut filium coluit, amareque perseuerauit. Ille demū capitales expertus insidias, priusquam uita decederet, horum mihi salutem credidit, uxorem, filias, omnemque familiam præsentia clade consternata multis precibus commendauit. Ecquis me uirum, Quirites, aut in deos pium, aut in homines iustum exiltimet? si regios manes, quibus rantam debeo gratiam, tam pio officio frustrar? si hos miserabiles pueros paterno auito que præsidio priuatos, si Tarquinij coniugem, si filias, si totam domum, unde tãta in me manauit pietas, inimicorum fœuitiæ uexandam relinquerem? dignus ipse qui multo fœdiora pateret, si fidem meam in tanta necessitudine negligerem. Quin si qua potius horum illi adhuc cura esset, sentiat me uirum bonum, gratum, memorē, sentiat me talem, qualem ipse ab initio in se & suos esse uoluit. Dignus hac pietate, digni nepotes, quibus ob aui memoriam tota opituleri ciuitas. Ille Romano imperio Latinos subegit, ille Hetruscos, & Sabinos, ille finitimos omnes, qui Romanum nomen ad id tempus oderant, bello domuit, domitos uestrum accipere imperium inuitos cogit. Tarquinius urbem publicis excoluit operibus. Tarquius ciuitatis ordines auxit, ornauit. Horum uos meminisse oportet Quirites, hæc, fama, & officio celebrare, ne meritorum memoria sit à uobis cum Tarquinio sepulta. Agite quæso, uestroque fauore & præsidio hos miserabiles pupillos protegitte, ut non Seruius, sed Romanus populus, his tutor uideatur relictus. Haud enim unius patrociniū æquē illos ac uestrum tuebitur auxilium Quirites. Cæterum hæc ego coactus sum pro concione à uobis precari. Quoniam, ut audio, plerique in unum conspirarunt, ut imperium hoc in alios transferat, eo uidelicet consilio, ut me & omnem Tarquinij domum inimicorum fœuitiæ, omnique iniuriæ contumeliæque obijciant, sed imperium hoc uestrum est, Quirites, in quo decernendo uelim uobis succurrat, quos ego labores, quæ discrimina pro uestris commodis, pro huius imperij incrementis, & domi & militiae ultrò adierim. Pro quibus si qua mihi debetur gratia, eam his pueris relatum uelitis quæso. Non enim, ut mihi ipsi imperium pararem, quo nemo me est uno indignior, sed ut Tarquinij nepotibus præsidio essem, reipublice sum adnotatus. Quare uos per afflictam miserorum fortunam, per auitos manes, deosque omnes oro & obtestor,

Quirites, ne hos pueros, fidem uestram implorantes (satis implorant, quos ante pedes uestros supplices uidetis, licet per ætatē farine queant) in tanto discrimine desertatis, ne uestro præsidio destituti, auito simul imperio, uitaque periclitentur. His Seruius, simulque pecuniam ad leuamen alieni aeris, legisque promulgationem pollicitus, ne quis ob debitum uinciretur amplius, rem indignā fieri testatus ob æs alienum eos ciues propria libertate priuari, qui publicam armis tuerentur, addita & census ratio in certum modum distribuēda, quo fieret, ut bellorum onera in diuites ab inopibus uerterentur. Et quod ad studium conciliandum omnium potentissimum fuit, agrorum, qui à paucis possiderentur, diuisione propofita, plebi mirificè insinuatus concionem dimisit. Mox nominibus receptis, mensisque in foro positis, pecuniam quæ debebatur creditorū singulis representari iussit, proposito inde edicto, ut publico agro qui eū tenerent intra certum tempus decederet. Parabat ad hæc populares quafdam leges scribere, nonnullas etiam à Romulo & Numa latas, temporisque interuallo propemodū antiquatas, in usum reuocare, quum fenarus suam per hæc ratus solui potentiam, non ut prius de imperio illi abrogando consilia agitare, apparebat enim si in suffragiū itum esset, fore, ut ob recentē gratiam haud dubiè populus eum iuberet regnare. Visum igitur silentio rem obliterare, patricie eum iniussu populi regnum quod furatus esset, tenere, haud ignari, quum fauor ille remittere cepisset, quando nihil sit populari aura leuius, & ad omnia momenta mutabilis, fore tunc, ut multitudine, libertatis suæ admonita, regnum, neque lege, neque suffragio usurpatum, sua sponte ab eo reuocaret. Sensit Tullus quorsum pertinax illud curie silentium tenderet, mox & ipse in suas artes conuersus, rumores tota urbe dissipandos curat, patricos Tullo insidiari, fore, ut breui illorum fraude opprimeretur, ni eorum consilijs iretur obuiam. Vbi hæc ille famam in ore multorum esse sensit, tum sordida amictus ueste Ocrifia matre Tanquille uxore, Tarquinijque pueris comitatus, in forum moestus descendit. Perculit multitudinem nouus ille comitatus, insuerusque Tulli habitus, confestimque concursus ingens est ad eum factus, sciscitantibusque alijs alios, sat in saluæ res essent, quid ita moestus rex esset? quid domesticus ille sibi comitatus uellet? Ipse moestus silentio pulpitum ascendens, ita ad populum inquit. Fui ego ad hunc diem Quirites, de Tarquinij nepotibus sollicitus, ne quid grauius illi ab inimicis paterentur, nunc de propria mihi salute cogitandum est, metusque ingens cepit, ne pro meo in uos studio & liberalitate, terra clades & ignominia sit paulo post mihi adēda. Satis comperum habeo, capitales mihi insidias parari, esseque in caput meum à patricijs non paucis coniuratum. Nec si ab eis quæri possit, qui tam mihi infestū sint, aliud, ut reor, obijcere possint, quàm quod grauius & indignè ferant, me cum in uos esse, qui iam antea fui, qui si per eos liceat esse cupio. Eminent in tanto irarum æstu fœneratorum odia, quod non permiserim eos in fortunas & libertatem uestram ad libitum grassari. Accedit his eorū dolor, qui agrum uestro sanguine questum, peculati, non minus dolent à me uobis diuisum, quàm si proprijs fortunis spoliati essent. Sunt & alij qui succenseant, quod ex cœsu cogendi sint tributum conferre, legibusque deinceps æquioribus assuescere. Quibus stimulis adacti, consilia inter se, ut audio, agitant, ut exules in urbem restituant, atque in Ancilios regnum conferant, qui Tarquinium uestrū regem optimum Quirites interfecere, qui sceleris sui conscij, quia iudicio

Seruij largi-
tio.

Patrum consi-
lium.

Oratio Seruij
ad populum.

[non

Oratio Seruij
Tulli.

Repetitio.

Peroratio.

non affuerunt, exilio non damnastis, aqua & igni in terdixistis, bona ademistis. Hi nunc in urbem reducantur, quæ tum mihi mala, quæ Tarquinij pueris, quæ uniuerſæ familiæ futura sint, etſi non dixerim, intelligere tamen poteris Quirites, nullum contumeliæ, læuitiæ, crudelitatis genus in expertum relinquent, non ætatis, non ſexus diſcrimen habebunt ullum, ferro, flamma, cæde omnia fœdabunt. Alium ſuper alios ſtrage cumulabunt, diſtrahent, illudent afflicta domui, inſultabunt ueſtris capitibus, quod tam diu paſſi ſitis nos incolumes eſſe. Quod ſi tanta inuidia digni ſumus, placeſſetque uobis Quirites Martios ad noſtrum exitum reuocari, ut Tarquinij nepotibus mecum cæſis reges creentur, feremus æquo animo quamcunque fortunam uos ipſi feceritis, ſed per omnes uos oro deos Quirites, ſiquid aquid uos Tarquinij memoria ualeat, ſiquid meum ſtudium, pietas, obſeruantia mereri poteſt, obteſtor, ut quæ ueſtra ſit in hoc uo ſententia, ſine cunctatione aperiatis, ut ſi alij digniores hoc honore uideantur, hi pueri cum Tarquinia ſtirpe procul hinc, ne inimici ludibrio ſint, faceſſant. Nam de me ipſe aliquid fortæſſe generoſius ſtatuiam. Satis enim ad uirtutem & bonam famam uixi. Accipite falces & regia inſignia, dateque ſi placet patricijs, ego in nulla re moleſtus ero uobis præſens. Hæc eo dicente & iam diſceſſum moliente, coortus eſt clamor, preceſque lacrymis permixtæ rogantium, ut in adminiſtratione perſeueraret, ne cuiuſquam inſidias uereretur, ſaluo & incoluſi Romano populo. Illata deinceps ex compoſito eſt à paucis mentio ut rex crearetur, ſecutusque conſenſus ingens poſcentium, ut in ſuffragia mitterentur. Hic ille ne occaſio diu expectata è manibus laberetur, quum populo gratias egiſſet, comitia in certum diem edixit, quibus rex omnibus ferè ſuffragijs eſt poſtea declaratus. Hæc Dionyſius. At Liuius, cui libentius in hac parte accedo, autor eſt, Hetrurſcum bellum, cenſumque ciuitatis prius ab eo deſcriptum, aliaque urbana opera abſoluta, quam regem fieri contigiffet, nec Martiorum reditum eum ueritum in concione deſcendiſſe, ſed Tarquinij iuuenis uerba, qui dicebatur ſæpius iactare Tullum iniuſſu populi regnare. Verum ſiue hæc, ſiue illa cauſa fuit, quæ eum populi animū periclitari coegit, rex declaratus ſuper bellum quod cum Hetrufcis, p̄perè geſſit, leges de iniurijs & negocijs tulit: Adidit & alias his haud minus populares: Viminalem & Quirinalem colles urbi adiecit, actum demum Pomœrium urbis eſt maximè ampliatum, ſeptem collibus eo complexis, ipſeque in exquilijſ habitauit, ut celebrior fieret locus, urbem in quatuor uelut regiones partitus, unam Palatinam nominauit, Suburbanam alteram, Tertiam Collinam, reliquam Exquilinam, omnium nouiſſimè inſtitutam. Dionyſius uerum urbis ambitum, qui Pomœrio continebatur, haud multo maiorem Athenarum circuitu fuiſſe credidit, at ſi quis circumiecta ædificia, & à forma urbica nihil diſidentia complexus Pomœrio applicet, longe maiorem circumſcribat aream. Plinius Pomœrij ambitum Vaſpaſianis imperatoribus tredecim milia paſſuum, & ducenta habuiſſe autor eſt, ſeptem intra ſe incluſis collibus, in quatuordecim regiones diſtinctum, mille & amplius uicos: Portas quatuor & triginta habuiſſe, ad quas paribus ſpacijs uia decurrerent, ab aurea columna, quæ in foro Romano fuit. Enim uero ſiquis teſtorum extrema cum prætorijſ caſtris animo concepiſſet ſeptuaginta milium paſſuum & amplius fuit circuitus ille habiturus. Compitalia deinceps conſtituit Tullus, mox omni agro in Pagos diuiſo, quatuor & triginta tribus factas Dionyſius exi-

ſtimat. Mihi uero numerus tribuum non uidetur ab initio iſſe fuiſſe, quem ille ait, ſed procedente tempore auctus. Pagos adhæc, concauas rupes, ſpecus, & profugia quædã agreſtium à Romanis appellatos arbitratus eſt, & in ijs annua ſacra Paganalia dici contigiſſe. Subiecit his operibus aliud longe uilius pacis opus, ſed ad rem militarem uiliſſimū, ut quemadmodum Numa ſacrorum, diuini que iuris fuiſſet autor, ita ipſe omnium ciuitatis diſcrimenum. Res eo ſpectabat, ut belli pacisque munia, nõ uiritim, ut antea, ſed pro pecuniarum habitu fieret. In claſſes igitur & centurias, omnem ciuium multitudinem partitus eſt. Quorum ordinum ratio fuit, ut ij, quorum res centum milibus æris cenſerentur, in prima claſſe eſſent, quæ centurias habuit octoginta, pari numero iuniorum ſeniorumque, ut hi ad urbis cuſtodiam præſtò eſſent, iuuenes foris bella gererent. Arma utriſque imperata, galea, clypeus, lorica, ocreæ, & hæc quæ corpus regerent. In hoſtes, haſta & gladius. Additæ huic claſſi duæ Fabrum centuriæ, qui in bellum machinas ferrent, & ob id inermes. Altera claſſis ex uiginti facta eſt centurijs, quarum cenſus ab quinque & ſeptuaginta milibus, ad centum milia extendebatur. Arma illis, ſcutum, galea, ocreæ, lorica duntaxat adempta. Tela in hoſtes, eadem. Idem ætatis diſcrimen. Tertij ordinis cenſus in quinquaginta milia deſcendit, totidem centuriæ, nec in armis quicquam præter ocreas uariatam. Par centuriarum numerus. Quartæ claſſis cenſus adhuc minor, quippe qui à quinquaginta milibus in ſummam dimidio minore cõtraheretur, nihil his datum præter haſtam & uerutum. Triginta centuriæ quintam expleuere claſſem, fundam his & lapides miſſiles ferrè in pugnam iuſſum eſt, & in his Accenſi, Cornicines, & Tibicines, in tris centurias diſtributi undecim milibus eſt hæc claſſis æſtimata. Minor deinceps cenſus reliquam habuit multitudinem, cui ob inopiam, militiae munus, tributumque Tullus remiſit. Et hæc fuit prima cenſus æſtimatio, per eos ipſos qui poſiderent ab initio facta. Adacti ſimul ciues iuramento ſinguli que ſua bona æſtimare, quibus parentibus orti eſſent, quos filios haberent, cuius ipſi ætatis, cuius uxores, liberi que, quæ illorum nomina, quo urbis loco, aut quoque regionis pago domicilium haberent, propoſita ijs qui fallerent poena, ut ademptis bonis ipſi uerberibus cæſi uenderentur. Peditū numero in hunc modum diſtributo ex primoribus ciuitatis nouos ſcripti equitum ordines, ut cum ijs que fuerat ſub Romulo inauguratæ, quæque illis poſtea à Tarquinio additæ, duo de uiginti eſſent centuriæ, dena milia æris ſingulis ad emendos equos data ex publico, & ad eos alendos duo milia in annum conſtituta, uiduæ equitibus attributæ, que annuam pecuniam penderent. Fuerunt equitum peditumque centuriæ centum nonaginta tres, quibus in ferendis ſuffragijs, ſua omnibus ordinibus ſeruata eſt dignitas, ut qui plurimi cenſi eſſent, maiora que bellorum onera ſuſtinerent (nam ita comparatum à Seruio erat, ut nõ uiritim, ut antea, ſed pro cenſus æſtimatione ſinguli tributa pederent) hi primo loco ſuffragia inirent. Ceterum habuit prima claſſis octoginta peditū centurias, inibatque cum his equites ſuffragia, quod Dionyſius demõſtrat, ut octo & nonaginta centuriæ primo loco in ſuffragiū uocarentur. Excedebat hic numerus dimidium ſuffragiorum, quo factum eſt, ut quoties hic ſuffragantibus conueniſſet, pro decreto haberetur quicquid id eſſet, quapropter miſſus eſſet populus in ſuffragia. Si hic quod raro accidere ſolebat, uariatam eſſet, ſecundæ claſſis centuriæ uocari, atque aliæ deinceps ordine, ita ut ferè nunquam eſſet ad extremum ordinem peruenire, ſicque Tulli regis pr-

Pagi quid ſent.

Cenſus conſtitutio.

Clauſum ordinem.

Arma claſſis.

Equitum ordinem.

gis prudentia comparatum, ut ordines in eo paria facerent, ut ijs qui maiora ſuſtinerent onera, id com modi ſuffragijs reponeretur, quibus licet nemo excludiſſe uideretur, uis tamen omnis penes equites & primæ claſſis centurias eſſet conſtituta, in quorum poteſtate fuit creare quos uellent magiſtratus, ſancire leges, bella indicare, quorum trium poteſtas ab initio fuit populo, hic ſuffragiorum ordo haud ad ultimum ſeruatus, Liuius & Dionyſius ſunt auctores, nec qualis deinde ratio fuerit uſurpata expe diunt. Tullus perfectò cenſu edixit, ut pedites equitesque ſuis quiſque ordinibus prima luce ſibi in campo qui poſtea Martius cognominatus eſt, arma ad eſſent, uincula & mortem conminatus, ſiquis dicto minus audiens eſſet, inſtruitum ibi exercitum Seruius recognouit, luſtrauitque oue, ſue, tauro: Dionyſius pro ſue hircu ſcripſit, id Romani cõditum luſtrum dixere, quia cenſendi ſit tum finis factus, cenſa ſunt octoginta ciuium milia. Fabius p̄tor uirorum qui arma ferre poterant, eum fuiſſe numerum prodidit. Liberos adhæc quicunque tum Romæ fuere urbanis tribubus inſertos, Reipub. ciuiumque rerum participes eſſe uoluit. Habuit rex ſuper ea grauiffimam apud patricios oratione, quos id factum ægrè ferre audierat, præfatus mirari ſe eos qui putarent liberum à ſeruo natura non fortunam diſtare, qui que ciuitate indignos eos arbitrarerentur, quos ob ſpectatam fidem & uirtutem libertate dignos iudicaſſent, quin melius ciuitati conſulerent, & quem improbum putarent, in ea fortuna habere perſeuerarent, quem uero meritò manu miſſum crederent, ne ciuili uſu uitaque fraudatum uellèt. Fuit ea regis admonitio, ut uera, ita ad præſentem inuidiam leniendam accomodata, reputans deinde Tullus quanta ad poſteros illorum fama perueniſſet, qui aliquod inſigne opus in terris reliquiſſent, Amphyrctionis filij Heleni exemplum ſecutus, qui in terra Græcia Amphyrctionicum conuentum inſtituit, legibus, præter proprias cuiuſque urbis, conſtitutis, quæ omnibus communes eſſent, ut his coniuuctis inter ſe amicabiliſſe que agerent, qui mos poſtea in Aſiam tranſlatus, cauſam Ioniæ præbuit, Ephæſiæ Dianæ templum magnificentiſſimo apparatu conſtruendi, & Doribus in Epitropio Apollinis. Adiungendos igitur ſibi Romanoque nomini Latinorum animos, autor extitit u-niuerſo Latio, ut cum Romanis templum Dianæ in Auentino extruerent, ea tacita erat conſeſſio, ſummam & caput imperij Romæ eſſe, nundinarum celebritatique ad eum locum habendæ, quas leges ænea baſi inſcripſit. Dionyſius autor eſt ad ætatem uſque ſuam eam perduraſſe, literarum figuris inſculptam, quibus uetus Græcia olim uſa, manifeſto ueteris perſuaſionis argumento, Romanos à principio Græcis fuiſſe literis uſos. Exciderat iam animo ſinitimis omnis de imperio contentio. Acquiſcebant iam præſenti fortune, ut ubi plus eſſet uirtutum, ibi decus & dignitatem cõſiſtere paterentur, quum parum abſuit, quin mortalium hunc cenſum fatalis quædam occaſio abruerit. Bos in Sabinis per id tempus apud Antronium quendam nata eſt, miranda ſpecie magnitudinèque enormi, bouis cornu dia poſtea in eius templi ueſtibulo, ut miraculo poſteris eſſent, pependere. Cecinerant uates ibi fore imperium, unde iſ eſſet ciuis, qui eam Dianæ immolaſſet. Peruenerat fortè rumor huius carminis ad eius phani antiſtitem, quum Antronius bouem præſe Romam agens, ad Dianæ aram immolaturus ſtauit. Tum ſacerdos præcipuâ bouis magnitudinem miratus, nec fatidicæ forſis immemor, conſeſſum in clamat, quid tu, inquit, hoſpes impurus Dianæ ſacrificium paras facere? quin uiuo prius perfundetis

Suffragiorum ratio.

Que comitijs accerneretur.

Primo luſtrū conditum.

Libertini urbis tribubus inſerti. Seruij cõſtituit.

Dianæ templū in Auentino.

Fatalis bos.

fluuiio? ſubiecta ualle, ne quid excuſes, fuit Tyberis. Sabinus religione tactus, rite enim fieri uolebat omnia, ut oraculo euctus reſponderet, extemplo ad Tyberinum deſcendit amnem. Arripuit interim antiſtes oblatam occaſionem, ac tantisper dum ille ite properè reditque, Dianæ bouem immolat. Fuit ea res Tullio & ciuibus mirè grata, quod Sabinum hominem ſacerdos ludificatus, eam ſati neceſſitatem ad Romanos traxiſſet. Extruxit Tullus duo Fortunæ templa, in foro Boario unum, alterū ſecus Tyberim, quam uirilem fortunam cognominauit. Et hæc ferè ſunt ciuilia Tulli opera. Bellum diuturnum aduerſus Hetrufcos geſſit. Dionyſius annos uiginti eo rege cum Tuſcis bellatum ſcribit, tertioque interim de ea gète triumphatum. Poſtremo Veientes, Cerites, & Tarquinienſes, à quibus orta erat deſectio, agro mulctati ſunt, bellumque cum tota Hetruria compoſitum. Ipſe per hæc immortalè nomen adeptus, domesticæ conſpiratione periit. Locauerat L. Aruntem Tarquinij ab auro relictiſ duas Seruius filias, ut iuuenes duplici affinitate deuinctos, minus in repub. adminiſtrada haberet inſectos. Scio ego Liuium & ceteros Romanos ſcriprores præter L. Piſonem perſuſum habuiſſe, eos Priſci Tarquinij fuiſſe filios, & non nepotes, ſed ſi octogenarius Tarquinius periit, eratque Tanaquilis quinque annis minor, ut Dionyſius haud ineptè colligit, oportuiſſet nõ pueros eos fuiſſe, quum pater fuiſſet interfectus, etiam ſi quinque genaria peperiffet Tanaquilis, quod raro accidit, ſed iam porro aduſtos, quippe quorū minor quinque & uiginti annos natus eſſe potuit. Nec credibile eſt Tanaquilidem filios iam adultæ ætatis, paterni regni ſucceſſione fraudatos uoluiſſe, ut genero gradus fieret ad dignitatem, præſertim quum maior quidem natu Tarquiniorum Tullus eſſe potuiſſet, ſi ex Tanaquilide illi nati eſſent. Ceterum oportuiſſet L. Tarquinium, ſi æqualis Seruio fuiſſet, iam ſeptuagenarium eſſe, quum eum regno deiecit, nonagenarium, quum ipſe regno cum hijs eſt eiectus, quo ſane tempore conſtat ad Ardeam militaſſe, & aliquot poſt annos ad Regillum lacum ingenti prælio uictum, acie exceſſiſſe, quod per ætatem omnino fieri nequuiſſet. Contra omnes affirmant ab Priſco Tarquinio pueros admodum eos relictiſ. Nec multo plus quadrat illis ratio, qui ex altera coniuge eos, nouiſſimis Tarquinij teporibus, ortos op̄i nati ſunt. Nam non deſuerūt, qui id quoque traderent. Erat ille quum periit octogenarius, fuiſſent nuptiæ illæ (quis non uidet) interpeſtiue nimis, hominisque demeritis, quum decrepitiſ procreationi dari uoluerit opera. Sed haud ignarus erat rex, alioqui prudentiſſimus, poſſe humanas leges à regibus quorum magna eſſet in terris poteſtas, ſolui, naturæ non poſſe, quanquam ne liberis quidem tam nudus erat, cum duas ex Tanaquilide haberet filias, ut proliſ cupiditate huic, cum qua coniuuctiſſimè uixerit, ſuperducere uoluerit uxorem. Sed qui hæc prodere ſunt auſi, leui potius coniectura, quam cuiuſquæ teſtimonio adducti, id ſecuti ſunt. Propiora igitur uero, quæ L. Piſo & Dionyſius Piſonem ſecutus, memoriz prodiderunt, fuiſſe L. Tarquinium & Aruntem, non ex Priſco Tarquinio, quod fieri non potuit, ſed ex Tarquinij filio genitos, qui aliquantò priuſquam pater, uita deceſſit. His igitur quocunque patre genitis, duæ Tulliz matrimonio locatæ erant, connubiaque utriuſque ætatis gradu comparata, ut maior Tullia L. Tarquinio, qui maior natu erat nuptiſ, altera minor Aruntem, forſque ita tulerat, ut in his quos ætas cõſociat, parum ingenia conuenirent. Ferrox maior Tarquinius, miti ingenio coniugè fuerat ſortitus. Contra Aruns probus ipſe, improbâ feminâ & ad omne ſcelus præſeſcõc. Huius naturam uiolen-

L. & Aruntem Tarquinij cuius filij fuerunt.

Duæ Tulliz duobus Tarquinijſ iuſtæ.

uolentam,ocioq; inimicam,māfuetudo uiri,& obsequium in regem frāgere.Lucius ne quid in senem moliretur, pietate cōiugis teneri. Angi ob eam rem ferox Tullia, & quia in Arunte sollicitando nullum uidebat sibi locum relictum, tota in Tarquiniū uersa, eum uerē dignū prādicare, qui regia stirpe ortus crederetur, inuehi, nec secius in maiorem Tulliam, quod talem uirum nacta, in tanta occupandi regni occasione cessaret. At siue Tragicum scelus fortuna Romanę regię per hęc instruere uoluerit, siue quod magis creditur, humana id fraude accidit, paucis diebus maior Tullia & Aruns cōtiguis penē funeribus sublari, sceleratis nuptijs domum uacuum fecere. Tum uero duo praua ingenia, magis non prohibent eid cōnubium rege, quam probante, malis iniitijs, peiore euentu, matrimonio cōiungere. Nec longa dein ceps mora fuit, Tullia uirum stimulantē, atq; identidem querente, nō defuisse sibi cui nupta diceretur, nec cum quo tacita seruiret, illud se ab initio suspirare non desuisse, ut eum quandoq; uirum fortita eisset, qui regno se dignum arbitraretur, meminisse eum oportere, quibus esset maioribus procreatus, qui ab Hercule oriundi, Corinthiq; diu dictatoriali potestate obtinuisse, auus Tarquinius recentissima memoria Hetruria profectus, Romę regnum fuisset adeptus, multaq; gloria in eo consensuisset. Adesse præter domesticū decus, quæ fitas opes, multorum studia concitata, & quod futuro fit regi maximē necessarium, audax & callidum ingenium, corpus ualidum, regiam in ore maiestatem, quę omnia si te minus mouent, moueat saltem ipsa naturæ necessitas, quæ non paritur te diutius fatalem Seruij exitū expectare, iam propemodū quinquagenarius es, nunquam multum famæ, aut gloriæ reportauit, qui senex regnare cœpit, quāquam per deū, quæ ætas est, quæ mortis secura esse possit? Quod quū incertum sit, quantum tibi uite adhuc super sit, adnendum est, ne tua inertia regia appellatione frauderis, ad quam fortuna & natura tibi iter ab initio patefecerunt. Quod si hoc tibi expectandū arbitraris, quid duplici parricidio opus fuit, aut quid dijs aut Tullo regi inuisi hic uiuimus, quin ambo hic Tarquinos, aut Corinthū facessimus, ignobile utrobq; uitam honestius, quā in hac luce hominum acturi? His muliebrib' itimulis Tarquinius adactus, occulta cepit in Tullum consilia agitare. Etiam ex utroq; ordine plerisque partim criminibus, partim pecunia in sententiam abductis, apertē regnum à Tullo repetebat, spectabatq; res ad uim apertam, quum Tullus pro magno habuit negotio, in curia Tarquiniū præuenire, ibiq; ab eo coram sciscitatus, equonam iure putaret à se regnum repetendū, longaq; erat oratio ne discerptandum, ni Tullus perita à patribus uenia, eam cognitionem ad populū detulisset. Parum ab fuit quin post Tulli orationē Tarquinius sit pro concione è populo discerptus, quo factum est, ut ille ali quando se in priuato tenuerit, mox recentibus Tullia stimulis exagitat, quia aperta consilia parum procellerant, occulta cum hominibus suæ factionis quos incuria habebat, iniit, tentaramq; per uxorem cum focero reconciliationem, haud facile impetrauit. Pudere regem, ac penē impium credere cum filia & genero apertas gerere inimicitias. Nactus dein ceps Tarquinius occasionem, posteaquam exhaustam populo ciuitatem uidit, passim enim in agris tum fructus colligebantur, cum licitoribus regalid; habitu repente in forum processit, inde curiam ingressus, per præconem iubet patres ad se uocari. Iam ex composito multi eius ordinis in proximo steterāt, ut præstō illi adessent, stetit & altera manus ferro sub uestibus accincta. Hic Tarquinius regio folio adnixus, acerbam in Seruium orationem oritur, per

Minor Tullia
maiori Tarquini
nio iungitur.

Tarquinius à
Tullo regnum
repetit.

Reconciliatio
Tulli & Tar
quiniij.
Tarquiniij sa
cinus.

A fidiam eius & impudentiam incusabat, quod seruus serua natus, tutoris specie, auito se regno spoliasset, quod non suffragio, ut cæteri reges, sed ambitiosa largitione alienum regnum occupasset, inde in eius acta inuectus, celsum ab eo excogitatum crimini dabat, quod in patres, quos insensē oderat, agrorū pof selsione deiectos, onera etiam bellorum inclinasset. Inuidiosæ huic orationi superuenit Tullus, trepidē domo excitus, Tarquiniūq; regia sella sedentem intuit' procul exclamat, quis, inquit, tibi homo sceleratissime habitum istum induere permisit, aut qua fiducia me uiuo senatum in curiam uocare es ausus? Tū ille haud minore audacia. Tua Tulle, inquit, impudentia, qui ne liber quidem, nō erubuisti regnum hoc mihi ab auo relictum, occupare. His Seruius ad huc magis irritatus, impetu in eum fertur, quē Tarquinius intrepidē exceptum, non solum repulit, sed medium etiam complexum sublatumq; in curia in inferiores partes, per gradus deiecit, Dionysius per crepidines quæ in concionarium ferebāt, præcipitatum prodidit. Aegrē rex ac prope exanguis sublatu inde, quum à regio comitatu domum reduceretur, ab ijs qui à Tarquinio post illum immisi sunt, in summa Cyprii uici parte est occisus. Nō penitit me Liuij & aliorum sententiæ esse, qui Tullia adnitiu id factum arbitratur, carpento quod satis constat in forum delata, prima uirum è cuius acceritum regem salutauit, iussa q; è publico ob tumultum, qui ortus erat, facessere, cū in exquilias abiret, ibi enim erat regia, in summo Cyprio uico ubi Dianū postea fuit, dextera currum flectere uolenti pavidus auriga inhibuit habenas, erat nanq; arctior uicus, ut nisi per statum Seruij corpus euadere nō posset. Querenti Tullia quid in mora esset, celsum patris cadauer ostendit, tum illa arreptum, quod ad pedes habuit scabellum, in aurigam uolēter intorsit, alta uoce increpans, quid non ultra tenderet. Ad quam uocem non minus ille quā ad plagam cōteritus, per iacentis stragem mulas & carpentū egit. Mansit inde ranti sceleris monumentum, ut uicus unde illa paternæ cædis uestigia domum reuulit, sceleris, siue ut alij scribunt, impius sit dictus. Talisq; fuit Tulli exitus, qui uno dūtaxat excepto, quod maiore quadam ambitione quā cæteri reges, ad regni fastigium peruenerat, quippe qui nō nihil iniussu populū rerum potius fuit, regnumq; à plebe immoderata largitione mercatus est, cætera itaque per quatuor & quadraginta annos rem Romanam administrait, tam diu enim rex fuit (et si librariorum incuria Dionysius & Eusebius aliquot uariet) ut optimo cuiq; regum perdifficilis futura fuerit æmulatione. Accessit eius gloriæ, quod cū eo iustum & mitē occidit imperium, qui cū talis esset, in animo tamen habuisse dicitur, liberare patriam, formamq; Reipub. qualis postea secuta est inducere, ni optimis cōsilijs domesticum scelus interuenisset. Per id tempus igitur quo Tullus rerum est Romę potitus, Cyrus Cambysis filius Aftyage auo, qui Medorū rex erat, sublato, summam imperij ad Medos pertraxit. Fuit Aftyages Cyaxaris filius, ex quo Mandane est filia orta, hæc per quietem patri uisa est micturiens regiam urbem cum tota Asia inūdare. Rex edoctus à somniorum coniecturis, quid nō sturna illa portenderet species, apparebat enim puerum ex ea nasciturum, qui Medorum rotiusque Asiæ regnū obtineret, futurorum sollicitus puellam uiro mataram, ut procul domo ablegaret, Cambysis, quem clara à Persis familia ortum acceperat, matrimonio locauit. Nec ita multo postquam eā nuptui dedit, nouarursus imago illi in somnis oblata est, media Aftyages quiete imaginatus est, uitem se cernere è filia genitalibus nata, quæ omnē inumbraret Asiam, quum

Tullus interficitur.

Inauditum fer
lus Tullia.

Vicus impius.

Aftyage in
mum.

Mandane Cambysis nubis.

quum hæc quoq; eodem tenderet, quo prior uisio, ut interpretabantur uates, ex Persis pregnantem filiam (iam enim fama acceperat eam uterum ferre) Aftyages in Mediam acceffit, & quia patriū propinqua erat, custodiam apposuit, nequa fraus fieret, inde puerum ex ea natum Harpago Medorum fidissimonecandum tradidit, ille misericordia motus, ceterum quia orbus esset filijs Aftyages, & iam gradis natu, ueritus ne post eius mortem, si regnū ad filiam peruenisset, ipse ob patratam pueri cædem, ad supplicium raperetur, Mitridati Aftyagis bubulco, motum & syluarum gnaro, ad se acceffo, puerum abijciendum dedit, supplicium & mortem regis iussu, ne facinus perpetraret, interminat. Fuit pastor uxor Spaco nomine, Medica uox est, quæ Latine canis interpretari possit. Hæc forte eo die quo uir in urbem fuerat acceffus, puerum mortuū enixa est. Tum ad eam Mitridates reuerfus, quod sibi ab Harpago munus esset iniunctum, & quæ de puero mandata haberet, ordine exponit, quæq; ex Harpago famulo audiuisset, qui tantisper dum urbe egredidit, fuerat sibi comes, ex Mandane regis filia & Cambise puerum natum. His mulier percussa, infantem sibi monstrari petijt, quem auro & purpura obuolutum, proceritatem ad hæc elegantemq; formam intuita, ad mariti genua cum lachrymis prouoluta, ne puerū perdat suppliciter precatur. Auertis ille primo coniugis preces, fore prædicabat, ut non multo post ab Harpago mitterentur, qui an rite mandata peregrisset, explorarent, inde edoctus posse puerum, quem ipse eo die enixa esset, pro regio exponi, nec ægre se laturam, filium in sepulchrum iacere, ferisq; lanandum dari, modo regiam stirpem pro sua aleret, perlusus ille quem præcedum acceperat, uxori relicto, suum in eodem cultu, eodemq; aluo quo erat Cyrus (sic enim postea est nuncupatus) abijciendū exposuit, triduo post in urbē reuerfus, uxorij Harpago madata rite à se peractum, mitteret, si ita uideretur, qui puerum extinctum coram inspicere, reliquisse se tantisper pastorem ad custodiam corporis, donec aliquis eo rem exploratum mitteretur. Ducti sunt in rem præsentē Harpago fatellites, qui omnia certa renunciarēt, quibus sylua abeuntibus, Mitridates filium sepelijt, subditurumq; pro suo alere perseuerauit. Cyrus puer deinceps est ob nutricis nomen nuncupatus, locusq; fabulæ datus, ut canem illi ubera in syluis admouisse memorat, & Aftyages conatus in fatali necessitate discutienda, per hęc irriti fuere. Etenim quicquid necesse est euenire, id ipsum eueniat, necesse. Cyrus uero iam per factus, & ab æqualium cœtu rex per lusum creatus, Arterbaris filium (erat is in Medis celebris, Aftyagiq; perquam familiaris) quia imperata partum nauiter fecisset, ministris qui sibi aderant imperat, ut eum captum multis uerberibus afficiant. Eam cōtumeliam puer iniquo animo ferēs, ex pago ubi id iudicium fiebat, in urbem ad patrem uenit, ibiq; multū de regij pastoris filio questus (nondū enim erat illi Cyro nomen) quod eius iussu multa cum dignitate flagris admotus, penē ad necem cæsus esset. Tulit eum iniuriam parum ciuilitate Arterbares, filiumq; ad conspectum regis perductum nudari iubet, tergaq; uibicibus fœda, multis querimonijs ostentat. Uitionem potere eam sibi contumeliam ab bubulci filio illatam, qui si id impune tulerit, iā breui fore, ut nullus pudor uolande ingenuitatis sit feruis amplius, & mercenarijs. Mout eius rei indignitas Aftyagem, cōfestimq; Mitridatem ad se cum puero uocari iubet, qui cum ad regis præsentiam intrepidus stetit, rogatus an recte sibi uisus esset facere, quod ingenuum puerum illustrisq; uiri filium, tā insigniter uerberasset. Creatū me, inquit, æquales mei Aftyages nuper regem, ut potestatem æque in omnes exercerem, erantque interim cæteri dicto obedientes, hic unus cōtumax

Exponitur Cy
rus Spaco.

Exponitur d/
lius pro Cyro.

Cyrus.

Cyri pueri fa
cinus.

Trahitur Cy
rus ad Aftyas
gis conspectū.

A imperium aspernabatur, ludibrioq; regis nomen habebat. Hunc ego dignū iudicau uerberibus, ut multarum metu in officio continerem. Quod si quid in eo admisi quapropter meritis sim penas, præsto adsum qualcunque iusseris expendere. Demiratus Aftyages pueri cōstantiā, diu sine uoce in eius uultu dehxus, stetit, subijtq; nepotis memoria, filiaq; lineameta in eius ore propemodū agnosceret. Cōpetebat ætati expositionis tēpus. Tū percussus animo, ut sine arbitris rem totam cognosceret, iubet Arterbarem abire, præfatus fore sibi curæ eius iniuriæ ultionem, Cyrum ipsū uelut ad supplicium duci intro iubet, ipse in bubulcum cōuersus, unde puerum habuisset sciscitatur, ille ex se genitum respōdit, esse sibi uxorem, quæ eum infantem enixa apud se esset. Tum monitus parum prudētē facere, quod per tormenta & cruciatus malit sibi uerū extorqueri, quā sponte patefacere, conterritus ille metu, & ad pedes regis cum lachrymis prostratus, ueniam precatur, ordine deinde cuncta, ut acta erat à principio, exponit. Tum Aftyages ira in Harpagum deflexa, eū ad se uocatum rogat, ecquid peremisset ne puerum ex filia natum, quem à se necandum acceffisset. Hic quia bubulcus aderat, nec poterat Harpagum inficias: Non potui, inquit, pro mea in te, & tuos obseruantia nepotis carnifex esse, dedi tamen nihil secius huic puerū extinguendū, de cui' morte ut certior fierem, nisi ex domesticis fidissimos quosdā, qui expositum infantem mortuumq; uiderent. Rex ira ad tempus dissimulata, quando, inquit, ita accidit, ut præter sententiam & imperium meum puer seruatus sit, dijs gratulandū est. Paro itaq; illis, pro imperata nepotis salute, sacra facere. Quib' ipse adis uolo, est enim intus, da operam ut filius tuus cum illo sit frequens. Adhibebo præterea hodie multos festis epulis, aders tu quoq; ex consuetudine cū alijs. Lætus Harpagus, nihil mali suspicans, ubi circa regem omnia pacata offendit, & filium qui unicus sibi erat, continuo in regiam misit. Hunc Aftyages iugularum, membratimq; dissectū partim torrerit imperat, partim elixari, inde frequenti conuiuio pro ouilla carne Harpago inferri iussit: Quibus ille epulis expletus, rogatus à rege an suauius unquam epulatus esset, negassetq; Harpagus contigisse sibi unquam suauiter uesci, caput pueri, manusq; & pedes illi obtulit, ac simul ait: Hæc tibi ex lauta ista cœna reliquæ sunt Harpage, tu uero dic rogo, nosti cuius feræ carnem comederis? Tum Harpagus, ut inuictus erat animo, præsentiq; in aduersis consilio, noui, inquit, rex, ac quando ita tibi placuisse uideo, non potest hæc mihi cœna nō suauis esse. Pueri caput, & cæteras quicquillas humaturus secum derulit. Hacque uisione Aftyages ultus est Harpagum. Ipse à magis sciscitatus, ecquid futurum arbitrarentur, puerum quem ipsi in Medis regnaturum dixissent, præter sententiam suam seruatum, uerum ita euenisse, ut inter pueros per lusum fuisset rex creatus. Affirmantibus his uideri sibi puerū fatali necessitate regnandi per ea defunctum, gauisus rex Cyrum ad se acceffum, ita alloquitur: Quum ego, inquit, fili, ob nocturnam quandam uisionis speciem, te ex Mandane filia natum necare statuissem, tuo tamen ipsius fato seruatus, ut uiuas uolo & opto. Te in Persas cū his, quibus te deducendum dederō, ut parentes agnoscas tuos ire iubeo. Ibi Cambyses est, & Mandane filia, qui te procreauerunt, maiore fortuna ambo, quā tū is sit, quem tu falso patrem rebare, ac cū his procul puerum ablegauit. Et hoc de Cyro scriptores quos sequimur. Cæterum haud plane perspicio, quid fuerit quod tantopere futurum Cyri successum Aftyages horreret. Ego, quod ab Herodoto miror prætermisum, non tam nepotis successione, quā Persicum nomen crediderim Aftyagem abominatum, ne ea gens per eum quem regnaturum uiderat in quiete.

Agnoscitur Cy
rus.

Crudelissimū
Aftyagis facis
nus.

Aftyages Cyri
alloquitur.

Cyrus in Per
sas mittitur.

quiete, Medis imperiū adimeret, quod ita demum accidit, ut ille ab initio ueritus est. Nam ubi Cyrus per aetatem adoleuit, esset que ui corporis animique promptitudine in Persis clarissimus, Harpagus iniuriā a rege acceptē haud immemor, cum plerisque Medorum principibus, quibus Astyagem inuisum sciebat, consilium iniit, ut Cyro in Mediam accersito, ipsum Astyagem iam grauem omnibus, regno deiceret. Literas quas ad Cyrum Harpagus dedit, ut occultior res esset, exenterato lepori insertas, fidiissimus seruus in Persidem detulit. Præceptū huic erat, ut leporem Cyro suis manibus daret, mone-ret que ut remotis quid munus sibi uellet cognosce-ret, arbitris. Harpago literæ in hunc sensum scriptæ erant: Cyre Cambysis filii, quem dii respiciunt, nunquam enim aliter seruatus esses, ulciscere auum Astyagem, tuæ necis autorem, perdidit enim ille te quantum in se fuit, licet dii non permiserint, sed quam rex ipse fuit tuæ uitæ infestus, tam ego mitis & salutaris, qui te non, ut iustus eram, occidi, sed exponendū bubulco dedi. Cætera quæ in te puero seruado euenerint, nō ignoras, ut opinor, nec qualia ipse ab Astyage, ob reuerentiam, sum postea passus. Nunc si me audis, iam breui illius regno potieris, ubi Persas ad defectionem impuleris in Medos ducito, tum siue ego, siue ex ducibus alius fuerit, cum exercitu tibi obtinam missus, ita enim inter nos comparatum est, ab Astyage qui est omnibus iam gra-uissimus, ad te cum copijs transibit, atque ita fiet, ut sine ullo maiore certamine, Medorum imperio potiaris. Tu tanquam omnia hic tibi parata sint, cæ-tera ad expeditionem attinentia studio exequere. His Cyrus instructus, haud in tanta occasione dese-dit, sed libello quem ipse domi cōposuerat, in Per-sarum concilio recitato, se totius Persici nominis du-cem ab auo designatum affingit. Mox edicto imperat, ut cum singulis falcibus frequentes in certum sibi diem adessent. Hæc Herodotus. Trogus p quie-tem Cyrum ait monuit, ut qui primus omnium sibi mane occurrisset, eum ad duplicem ceptorum comitem, Sybarem que Persici generis quendam ex ergastulo ei oblarum, atque illi adeptis uinculis secus Persopolim duxisset, ubi pro concione edixit, ut omnes cum securibus sibi adessent. Venerunt igitur, ut iussi fuerant, una Arctæ, Persæ, Palsargatæ, Me-taphij, Masij. Sed Palsargatæ omnium præstantissi-mi, in quibus Achemenidarum cognatio fuit, unde Persarum reges oriundi. Alij Persæ sunt Panthelei, Derusici, Carmanij, atque omnes aratores. Alij rem pecuariam exercent, Dai, Mardi, Dropici, Sagartij. Cæterum quando ad hoc uenimus, ut de Persis lon-gior habendus esset sermo, nihil a nostro erit alienum instituto, si de situ regionis, de que moribus gentis quod in aliarum quoque gentium relatione fecimus, per pauca subiiciam. Habet Persarum ter-ra ad septentrionem Medos, secus lineam quæ per Parcoatram montem ducitur, Susianam ab occasu solis, ab ortu Carmaniam, Meridiana plaga sinu, qui ab ipsa quam aluit terra, Persicus nominatur, ma-gna sui parte perfunditur. Id terræ nomen à Perse Ionis & Danaës filio accepisse creditur, à quo & Per-sopolis torius gentis caput. Cælum Persæ Iouem credidere, solem que in primis olim uenerati sunt, quem Miram dicunt. Colunt & Lunam, Venerem, ignem, tellurem, non aras, non statuas habuere, sed subdio, excelso que loco sacra operari, cum im-precationibus coronatam hostiam ad aram statuen-tes, nihil præter hostiæ animam superis dandum existimare, quorundam tamen in ea gente exta fo-cis imponere moris fuit. In flumine Persæ non la-uantur, nec micturiunt, nec cadaueri iniiciunt, reges creant ex una familia: Qui regi non paruor, capite & brachio amputatis, insepultus projicitur. Vxorē ducunt multas, alunt que propagandæ sobolis gra-

Harpagi literæ lepori insertæ.

Cyri edictum.

Persarū gētes.

Persis unde dic-ta.

Persarum mo-res.

tiā, pellices quamplurimas. Reges præmia propo-nunt ijs, qui uno anno plures procrearint filios, qui creati sunt, ante quartum annum ad conspectum pa-tris, gentili instituto non producuntur. Nutritæ uer-no æquinoctio celebrantur. Sponsus malum, aut ca-meli medullam, nec super hæc aliud quicquam cœ-natus thalamū ingreditur. A quinto anno, ad quar-tum & uigesimum discunt equitare, iaculari, sagit-tare, & in primis uera loqui. Disciplinarum magi-stris continentissimis utuntur, qui fabulas, deorum laudes, uirorum que illustrium complexas, cum cantu interdum uoce tantum, ad uitæ institutionem refe-runt, æris sonitu uocati unum in locum ad hæc di-scenda pertendunt. Ratio ab his depositur eorum, quæ pueri audierunt, uocem interim, latu, & spiri-tum eorum exercentes, de cursione utuntur, duce si-bi, quem sequantur, ex principum filijs alio quo ad id lecto. Campus quem decurrat, ut minimum, triginta habet stadia. Ad æstum & frigus perferendū tor-rentium transitu exercentur, in armis & madidis ue-stibus perdurat, pascunt, rusticantur. Frustribus, Ther-mintho, Glandibus, piris agrestibus, uescuntur. Quotidianus cibus, post cursum cæteras que corpo-ris agitationes, panis durissimus. Cardamum & Sa-lis granum, assæ carnes indifferenter & elixæ. Aqua potus. Venantur missilibus telis, ex equo arcu & sa-gittis usi, utuntur & funda, ante meridiem arbores ferunt, radices effodiunt, arma fabricantur, aut lino & retibus student. Pueri auro exornantur, & in pri-mis delitijs. Pyropus est illis lapis. A uigesimo an-no ad quinquagesimum militat. Forensium usum non norunt. Neque uendunt quicquam neque e-munt. Cætra in Rhombi specie ad bellum instruuntur, ac præter pharetram, sagarim, & ficas, habent & pileum turritum. Squamosum gestant circa pectus thoracem. Principes anaxiridem triplum habent, & tunicam manicatam, ad genua demissam, intus can-dida fultura, exterior pars calore infecta. Amictum æstate purpureum, hyeme uarium, Tyaras Mago-rum infutiles similes. Vulgus duplici muniuntur tu-nica, ad media usque crura demissa, circum caput Sindonij ueli uolumen ingens. Lecti & poculorum ornatus ex auro & argento. De rebus maximis non nisi medio potu consulant, eam demum consulta-tionem firmiorem rati, quam quæ a sobrijs sit inita. Nori inter se, & æquales, osculo se in occurru exci-piunt: Qui humilior fortuna sunt, uenientem ado-rant. Solo sepeliunt corpora cæra oblinentes. Magos insepultos abijciunt auiibus lanandos. Hi cum ma-tribus instituto quodam peculiari coeunt. At ritus moresque Persarū tales, ut alij scribunt olim fuere. Adijcit his pauca Herodotus, haud memoratu in-digna, ut ridere coram rege, aut spuere nefas duxe-rint & flagitiosum. Græcos ab his rideri, quibus persuasum esset, deos ex hominibus ortos. Qui se-mel deliquerit, ne regi quidem licuit non occide-re. Quicquid nefas esset facere, idem & dicere ne-farium arbitrari. Spuere aut meiere in flumen tur-pe ac fœdum haberi, turpius creditum debere, sed omnium turpissimum mentiri. Cadauerem nō prius humare, q̄ a canibus, aut alite traherentur, & quod indecorum cæterarum sit gētium opinione, paren-tes inopia adacti nullo filias prostituebant. Quan-quam Babyloniorum id esset proprium. Cyrus igitur, ubi Persas, quos undique ad se edicto accersiu-erant, adesse uidit, imperat his, ut locum xx. circi-ter stadiorum uepribus spinis que obstitutum, unius diei opera purgatum sibi redderent, inde diurno ope-re felsis præcipit, ut post die sibi lauti adessent, ipse ex paternis interim gregibus uim pecorum ingen-tem occidit, & cum his boues plurimos, ut opipare tot hominum millia, uno tempore pranderet. Tum epulis eo tempestiue congestis, quo manus illa in-gens ex imperio coitura erat, larga uini copia, cibo-rum que

Persarum in-situtio.

Magorum ritus.

Cyri edictum.

Concio Cyri ad suos.

Peroratio.

Vincitur Me-dus.

Capitur Asty-ages.

Annus mundi.

rumque elegantia passim discumbentibus apposita, multo luxu & hilaritate pars diei nō parua acta est. Vbi uero abunde epulari sunt, in concionem Cyrus eos uocat, ac primum omnium rogat, utra opera sua-rior animis fuisset, hesternam illa, quæ inter uepres & spinas, in arcta locorum feritate, ægre consumpta es-set, an recentior, quam uirenti prato, multa cum uo-luptate paulo ante exegissent. Quum magnum esse inter utranque discrimen, tota concio reclamasset, ut tantum prælers hæc haberet uoluptatis, quantum erumnarū prior illa habuisset. Recte, inquit, Cyrus, iudicatis, sed aduertite uiri Persæ, quam utraq; con-ditio sit uestris honesta sequi, & mecum audere que ui-ros fortes decet, eadem longeque maiora commo-da adfuit, si minus erumnæ nihilo hesternis illis in-feriores nos posterosque nostros perpetuo prement, Medorum iniuriæ, superbæque dominationi obno-xios, quin agite potius, & me ducem secuti que ad hæc ipsum dii ab auita iniuria seruaret, ut mihi meil-que popularibus non solum seruitutis iugum adim-merem, sed ademptum etiam superbissimis Medis imponerem, arma sumite, bellum præoccupate, ui & audacia libertatem à Medo reposcite. Nemo ni-si sua culpa diu seruauit, uiri fortis est, aut pulchre uiuere, aut pulchre mori, quanquam nihil est quod de uictoria dubitemus. Nam præterquā quodd uirorū multitudine abundamus, Medorum princi-pes, ut mihi scribitur, plerique ob Astyagis superbis-simum imperium, nostras opes subita transiōne iu-uabūt. Celeritate opus est, ut nō prius Astyages Per-fas defecisse sciat, quam bellum inde sibi illatū sen-tiat. Me ducem habebitis, cui priusquā nasceret, dii hanc uictoriam imperiumque portenderunt. Quum hæc ille perorasset, miro omnium consensu defectio lecta, bellumque in Medos decretum. Astyages in-te-rim certior factus, de his que à Cyro parabantur, eū ad se per nuncium accersit. Cui Cyrus respondisse dicitur, non multo post Astyagi assuturum, ac for-tasse citius quam ipse uellet. Tum Medus quū iam bellum haud dubie iniret, exercitū accuratissimum delectū contrahit, ueterumque iniuriarum oblitus, Harpagum uirum fortissimum ei præfecit, atque ita paucis interiectis diebus, Persæ Medique congressi, ignobili multitudine Persis ad cædem obiecta, Harpagus cum delecta hominum manu, ad Cyrum transiit. Medi qui in aciem descenderunt, magna ex parte cæsi, pauci turpiter disiecti, ad regem peruenere. Nec Astyages animum ad eam cladem remisit, cæte-rum multa Cyro minitans, primo Magos, quorum suauis eum adhuc puerum dimiserat, patibulo affi-xit, omnem aetatem ad bellum armat, qua incom-pta multitudine fretus, uenienti Cyro processit ob-uiam. Fuitque secunda hæc pugna nihilo Medis fe-licior, quippe qui non solum uicti sunt, sed Astya-ges quoque captus, in hostium potestatem uenit. Insultare illi Harpagus, multa que coram reprobra-re, & in primis nefariam cenam, qua sibi filium e-pulandum apposuisse. Miratus Astyages hominis fiduciam, eum rogat, an ipsius opera Cyrus rebella-fer, quum sua nō alterius dixisset, stultissimum eum iniuissimumque Astyages appellauit, & quod alij non sibi regnum comparasset, quodque suis popu-laribus, nihil tale meritis, non solum imperium, sed libertatem etiam ademisset, atque hoc maximo mo-do Cyrus Medorum regnum euerit, anno (ut Tro-gus meminit) ab eo, quo Arbaces Assyriorum re-gnum sustulit, trecentesimo & quinquagesimo, qui quatermillesimus fuit ab orbe condito, sexcentesi-mus ac quadragesimus, quum Romæ interim Ser-uus Tullus rerum potiretur. In Macedonia Alceas, Cræsus in Lydia, in Egypto Amasis, quorum alieo Cyrus, huic Cambyses eius filius postea regnum ademere.

ENNEADIS II. LI-BER VI.



Astyage & Medis bello uictis, urbes & populi plerique, qui ad id tem-pus tributum ipsi genti penderant, suam cum Medico regno cōditio-nem mutatam rati, Cyri imperium ab initio detractare ceperunt. Que res illi multorum deinceps bellorum præbuit ma-teriam, ipse in Persidem reuersus, Astyagem autem regno spoliatum, nullo maiore incommodo affectit, sed quoad uixit, penes se in nepotē fuisset. Sybarem quem per quietem admonitus, sibi gerendarum re-rum socium assumpserat, ob prosperum rerum eue-rum Persis præfecit, sorore illi prius cōnubio locata, inde in Babylonios mouit. Erat tum ibi rex Labyne thus nomine, qui late inter Assyrios opibus polle-bat, fuit is Nitocris regine filius, ut Herodotus pro-didit, quæ ut in eius urbis uetustate referenda, an-tea fuit à me significatum, uarijs Babylonem operi-bus excoluit. Euphratem que iunxit ponte, ut per-uius esset usus ciuitatis, qua flumine antea direm-pta, nauigijs ab utraque ripa ad alteram trajicendæ multitudinis mos fuerat. De magnitudine & appa-ratu urbis, quum Semiramidis gesta exponeretur, abude, ut arbitror, memorauimus. Iosephus barba-ra, ut solet, uoce non Labynethum, ut Herodotus, sed Baltasarem ait à Cyro expugnatū. Verum quo-cunque ille fuit nomine, Cyrus domo profectus, quum ad Gyndem amnem peruenisset, qui in Man-tienis ortus montibus, per Dardanos in Tygrum ela-bitur. Tygris Opim urbem præteriens, rubro mari infunditur, erat Gyndes nulla sui parte uadabilis, & ob id nauigio trajiciendus. Experiit interea Cyrus, siqua flumen tranari posset, quo accidit, ut ex sacra-tis Phœbo equis, unus uioletis uorticibus arreptus unā sit cum equite absorptus. Tulit eam rem Cyrus iniquo animo, expeditione que intermissa, totum exercitum ad fluum ipsium in riuos deducendum admouit, atque ita paucis diebus in centū octogin-ta alueos corruatum, mulieribus quod se facturum iurauerat, reddidit uadabilem, ipse in hunc modum fluminis iniuriam ultus, Babylonem progreditur. Nec Assyrij ad bellū imparati erant, ut qui iam mul-to antea Persarum accessum fuerant prætolari. Vbi primum igitur Cyrus circa urbem cōsedit, Assyrij mœnibus egressi, acie que confligere ausi, uicti cum multa strage sunt ad urbem fugati. Longa deinceps fuit ob sidio, quam Babylonij, ut in urbe munitissi-ma, omnique commeatuum genere referta, ferociter contemnere, futurum rati ut hostis longa obsidione fatigatus, & ad desperationem compulsus, sponte obsidionem solueret. Sed longe aliter euenit, ac illi persuasum habuere. Cyrus haud in ocio esse, sed mē-te & oculis inuestigare, qua potissimum uia, in urbe irrumperet. Demum, siue ipse sibi explorando, siue alius id monstrarit (parum enim id constat) in urbe expugnanda tali est consilio usus. Bipertito copias mœnibus admouit, & qua parte Euphrates urbi in-funditur, quaque inde egreditur. Edictumque est Per-sis, ut instructi parati que starent, occasione opperien-tes, ut quum fluij decremēta sensissent, atque circa riuos tranabilem factum, eum repete ingressi in ur-bem euaderent. Cyrus ipse cum multitudine minus ualida ad lacum contendit, in que olim Nitocris re-gina Euphratem corrigauit, cum fluitio pontem im-posuit. Huius itaque alueo cōfestim repurgato, repete omnem aquarum uim in eum derorsit. Agebant forte diem illum solennem Assyrij, erantque choreis & epulis intēti, omnium rerum secuti, quum alueo aquarum defectu exinanito, Persæ priusquam res ab-ullo animaduersa sit, urbē haud uno loco irrumperet.

Cyri clemētia.

Labynethus rex.

Gyndes à Cy-ro corruatur.

Assyrij in urbe compelluntur.

Herodotus autor est, potuisse eo die Cyri exercitum deleri, si Assyrius explorato hostium ingressu, portulis quæ ad fluuium ducunt, subito obseratis, riparum fastigia occupasset, unde Persas fluuii & ripa inclusos, & ob id ad omnem iniuriam obnoxios telis & lapidibus superne obtriuerit. Sed ciuili negligentia, quæ cum cæteris rebus, tum in bellis multis perniciofa fuit, factum est, ut prius sint Persæ oppido potiti, quam qui in urbe erant se expugnari senserint. Mira quidem & penè à fide abhorrentia sunt quæ Herodotus de Assyriorum regni opulentia tradidit, Artabum argenti plenam quotidie ab ijs, qui pro regibus tributum postea exegere, sisco inferri solitam, fuisseque id mensuræ genus Artico Medimno capacius, Medimnum tribus impleri Chœnicibus, Chœnicem octo & quadraginta cyathis, qua mensura colligitur, quantum argenti ponderis singulis diebus tributum nomine regibus pendere-tur. Nec illud minus memorabile, eisdem habuisse reges ad fœturam sexdecim equarum milia. Raro in Assyria (ut pauca de terra dicam) pluit, quicquid in ea frumenti protuenit fluminis irrigatione paratur, non sua sponte, ut in Ægypto, sed accolarum ingenio & labore diffusi, tanta alioqui ubertas, ut ducena uulgo, & ubi eximie ferax est, trecentena messe redundet tellus, quaternum digitorum latitudine tritici & hordei folia. Selami & Milij pcceritatem instar arborum attolli, quæ omnia sibi explorata, quum eam terram perlustrasset, cunctatius tamen Herodotus memoranda censuit, uelut parum credibilia ijs qui ea non uiderint, talia proderentur, palmis uescuntur, ex quibus mel & uinum conficiunt. Fluuialibus nauigijs utuntur, in speciem clypei orbicularis, non puppi, non prora discretis, quæ super Assyrios in Armenia salicibus rextantur, crudo corio exteriori parte obducto, duo plurimum illa dolijs palmacei uini onusta, secundo fluuii contis agunt, qui ubi Babylonem uenere, exposita merce nauim dissoluunt, coriaque complicita in asinum, quem ad hoc ipsum adu exere, imponunt, præ nimio enim imperu aduerso Euphrates fluuii nauigari non potest. Inde ubi in Armeniam rediere, recentiora conficiunt, eodem argumento superinducto, quo apparet coriorum magis quam lignorum præsidio Euphratem nauigari. Oritur fluuius in Periarde monte maioris Armeniæ haud procul à Tygridis fonte, per Assyriam inde & Babylonem lapsus, in rubrum mare euoluitur. Amiciuntur Assyrii (quando ad hoc uentum est, ut de eius gētis ritu & moribus loqueremur) duabus tunicis, linea una ad pedes demissa, altera lanea breui, candidaque stola his superiniecta, calceos pedibus inducunt, quales Thebanæ solæ fuerunt. Alit comas, mitraque redimiunt, unguentis delibuti, in publicum exeunt, annulum signatoriu singuli habent, & saprum affabre factum, cui malum, aut rosa, aut lilium, aut aliud simile sit impositum, sine insigni aliquo id gestare indecorum & turpe creditum. Ex legibus quibus ea gens usa dicitur, ea mihi res memorabilis uisa est, quod uirgines iam maturæ uiro, in publicu productæ, singulis annis ijs uenales proponebantur, qui uxores ducere uellent, dabanturque primo uennum formosissimæ quæque, quibus minus spectata erat forma, & quas nō modo non quifquam sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis quidem alioqui ducturus, ea pecunia quæ fuerat pulchrioribus uenditis in publicum redacta, conubio locabatur. Herodotus autor est, hunc olim morem in Venetis Illyrii co finitimis seruatum, idque fama se comperit habuisse. Ego tenuerit ne mos ille gentis aliquando, haud multo plus quam ille compertum habeo, tantu affirmare possim, Venetijs cuius urbis opes hodie terra, marique insigniter pollet, inter præclara ciuitatis instituta, uirgines furto conceptas, &

Expugnatur Babylon.

Artabus. Medimnus. Chœnix.

Assyria feraci.

Mira Euphratis nauigatio.

Euphratis oras. Assyriorum ritus.

Subendi modus.

Pius mos in Venetis.

ad limè pietatis expositas, ex publico ad nobiles usque annos, in opero, sub teretica disciplina institui, quæ sunt elegantiore forma, quoniam sint ingenue institutæ, aut sine dote matrimonio locari, ijs præsertim qui periculo aliquo, aut graui morbo seruari, uo totu damnati, eas sibi in uxores deposcunt. Alij pudicitiam secuti, aut formam, sine dote ipfas sibi uirgines iungunt, modo ij sunt, qui liberaliter quas duxerint habituri existimentur, aut si nihil horum sit, minus graui dote nubūt, quæ forma præstant, quam si facie fuerint parum liberali, et si pari disciplina institutæ. Altera Babylonioru lex, quo utilior, eo magis memorabilis, quum nullus ab initio in his esset Medicorum usus, lege ferunt comparatum, ut qui ægrotare cœpissent, eos de morbo consulere, qui idem languoris genus passu essent, medicamque ad id leuandum opem aliquam experti. Apud alios pondus primum reperio, in publicum ægros deferri solitos, legeque cautum, ut qui aliquando ægrotassent, male affectos circuiret, docerentque singulos, qua ipsi ope potissimū adiuui, aliquando morbo defuncti essent: Eoru sepulchra in melle, funebri luctus qui & Ægyptijs, qui cum uxore noctu cōgressus est, nihil prius uterque tangit, quam lotus fuerit. Fere in his familiæ quædam, nulla re alia, nisi piscibus uictitantes, quos ad solem arefactos, piscillisque, uos, ex eaque materia asseruata, undique resperla, offas conficiebant, torrebantque eas in utrumque panis ad ignem. Herodotus Babylonijs uictis in Massageras Cyrum mouisse ait, ubi cum uniuerso exercitu perijt. Trogus & alij in Cræsum Lydiæ regem, omnem belli impetum ex Assyria cōuerluno prodidere. Succesit Cræsum Aliati, cuius haud uno est loco mentio à nobis facta, tantæque uis opes contigere, quantæ regu omnium qui tum in terris essent nulli, quippe qui ex cōgestis oppibus adeo pepedit, ut Solonem à se inhonoratum dimiserit, quod mortalium felicitissimum non fuisset ab eo iudicatus. Sed post Solonis obitum experiri cōtigit, nullam in auro esse felicitatem, neque in terris esse mortalibus fidum quicquam, præter uirtutem, quæ per omnē uitā sola sit hominis stabilis & mansura. Fuerit Cræso filij duo, mutus quidem unus, & ob id ipsum porro inutilis, uocalis alter, atque inter æquales omni iure princeps, cui Atis erat nomen. Viderat pater quiete fore, ut is ferrea traiectus curspide occuberet, qua in somnij figura territus Cræsus, neque rem bellicā tractare passus est amplius, neque arma domi habere. Venit interim Sardis Adrastus Gordij regis filius, nepos Midæ ex Phrygia, qui quum imprudens fratrem occidisset, à patre eiectus paternam cum Cræso amicitiam secutus, in Lydiā extorris sese cōtulit. Hic fraterna cæde à rege expiatus, hospitio filijque cōtubernio est adhibitus. Nec ita multo post Mithijs opem à Cræso aduersus apu, qui circa Olympum Mysiæ omnia fœde populabatur, implorantibus, patre penè inuito ad eum perimentum Atys cum Adrasto est profectus, qui à rege curtos est illi & comes datus, ubi uero ad Olympum peruenere, pluresque simul belluā, indagine reperta, ferendi studio circūstetere, urgente fato ita accidit, ut telu quod Adrastus parum caute in aprum miserat, ex tergo feræ in Atym uiolenter excussum, medium tāsixerit. Adrastus ubi ad Cræsum uenit, post supplicem factionem sese regi uero supra filiu mandatum obtulit. Cæteru uenia dignus à Cræso iudicatus, seipsum supra Arys bustu ferro traiecit. Bionio quam hæc in Lydia euenerit, Astyages à Cyro est uictus, quæ res ingentem Cræso sollicitudinem iniecit Persiæ potentia, priusque nimium inualesceret occurrēdi. Sed affinitas quæ Cræso cū Astyage fuit, causa uidetur extitisse illi arma in Persas induendi. Veru quacunq; re impulsus, nihil temere mouendū ratus, de oru mētēs scicitari primo statuit, an feliciter sibi esset eneturu quod in Persas bellu mollires.

Medendi.

Piscium esu.

Cræsi diuina.

Atis.

Adrastus Gordij filius.

Aper Olympi.

Adrasti iniuria.

Miser.

Misit Cræsus uno tempore ad Hammonem Iouē in Aphricam, Delphos, Dodonam, Amphiarau, ac Trophoniu, & ad Branchidas Milefæ orę. Sed ut omnium fidè melius exploraret, seque rerum quod uerissimū omnium esset expertus, alijs alio dimissis, cæteris omnibus præcepit, ut obseruato die quem certum unum singulis constituit, quid ipse domi ageret, numen consulere, ferunt eo die quo Pythia Delphis consulendā censuit, restitutinè pariter & agnū cōciosos in aheno coxisse. Atque hoc inde carmen relatu: Noui ego quis numerus sabuli, mensuraque potu. Mutum percipio, fantis nihil audio uocem. Venit ad hos census nidor testudinis acris. Quæ simul agnina coquitur cū carne labete. Cui super est stratus stratum, cui desuper est aes. Hæc quu Cræsus legisset, parumque ex alijs locis uera essent respōla ad se delata, Delphicum oraculum omnium uerissimū iudicauit, facturusque inibi sacrificia, tria pecorum millia immolauit, tarum aureoru uasorum, & uestium in ignem coniecit, ut centu septemdecim lateres aurei conflati inde sint, & in templo repositi. Leo aureus x. talentorum inter cætera donaria dedicatus ab eo est, duæ pateræ, aurea una, ad dexteram repli locata: ad leuā altera ex argento sexcetarum amphorarum. Aquimnaria duo, & ipsa utraq; materia. Tale fuit tunc Cræsi in fauore numinum sibi conciliando studium. Cæteru quæ de bellieuentu accepit oracula, hoc ferè habuere, ut diceret, fore, ut si Cræsus bellum Persis intulisset, magnu regnum euerteret, quod ille exitu hostium, nō suum arbitratus, ingenti studio in Cyrum arma comparauit. Misit interim ad Athenienses & Lacedæmonios, hos Doricæ gentis in terra Græcia, illos Ionicæ longepincipes. Dores à Doro Hellenis filio fuerunt: etenim quū ab initio altera gēs Pelasgica diceretur, altera Hellenica, hæc nunquam solum mutauit, illa sub Deucalione Phthiotidis orā in Thessalia coluit, sub Doro, quæ ad Ollam & Olympum iacet, indeque à Cadmaeis eiecta, in Pindo locum tenuit, quæ Macedonum dixeret. Rursus in Dryopem migravit, atque ita Peloponnesum ingressa, Dorica est demum cognominata. Excebatque per id tēpus, quo Cræsus in Græciam legatos misit, Pisistratus Athenis tyrannidem, cuius pater quum forte in Olympia spectaret, tale illi prodigium accidit, ahenum cū carne foculo impositum, igni nondam accenso, tanto repente æstu feruit, ut aqua usque quaque efflueret, quod ostentum intuitus Lacedæmonius Chilon qui forte aderat suasisse dicitur, ne fecundam duceret uxorem, aut si quam duxisset, eijceret, filiumque si quem haberet, abdicaret. Hippocrates non persuasus Pisistratum tulit, qui Nisea ex Megarensibus capta, alijque præclaris operibus ciuitati insinuat us ea arte, quam supra memorauimus, ad populū usum arcem occupauit. Eiectusque est ille haud multo post à Megadis & Lycurgi principum aduersæ factionis uiris, priusquam tyrannidem stabilire potuisset, ortainde inter libertatis assertores discordia, Megades pactis cum Pisistrato filia nuptijs, eū in urbem restituit. Phya mulier prægrandi statura, nouo schemate ornata & in currum imposita, quæ per urbem circunuecta pro Minerua Pisistratum restituentem clamitabat, ludibrium uel Barbaris gentibus pudendum, non modo ciuitati sapientiæ studijs principiolim futuræ. Pisistratus in urbem reuersus, Megadis filiam uxorem duxit, cum qua quoniam parum legitime coiret, ne ex ea filios procrearet: erant illi adolescentes liberi ab Alcmeone oriundi, puella flagitium uiri ad matrem primo, moxque per eam ad patrem detulit, quæ domestica iniuria Megadem ad nouam discordiam in ciuitate serendam adiecit, eoque milites in Pisistratum concitante, ueritus tyrannus, ne aliquis subitus in se fieret impetus, urbe cum filijs excelsit, annoque penè circumactō, Theba-

Pythia uaticinium.

Cræsi donaria.

Pelasgi. Hellenes. Dores.

Prodigium.

Pisistratus sapiens eiectus.

Phya.

nis & Argiuis opem ferentibus, & cum his Ligdamo Naxio Marathonem Pisistratus occupauit. Mox Athenienses qui obuiam procefferant ex improuiso adortus, fugauitque, atque ita tertio post prosperam unam pugnam rerum potitus est Athenis. In hoc tum statu res Atheniensium erat, quum ad eos ex Lydia legati uenerunt. Erant Lacedæmonij & ipsi longo cum Tegeatis bello impliciti, etiam Horestis ossa, quod diuerso est loco significatu, oraculo adepti, in spe certa uictoriæ erant. Legati quod iussi fuerant, Lacedæmoniorum societatem ad bellum petiere, quam rex sibi adiungere oraculo erat monitus. Eam haud grauate Lacedæmonij cōcessere, cum propter regis celebritatem tum quia olim ab eo fuerant auro donati, ad quod emendum Sardis publico nomine miserant, thoracē ex ea materia Appollini dedicaturi. Addiderunt & donum, æneam regi pateram triginta amphorarum capacem, quam legati à Samijs capti, ad regem non tulerunt. Cræsus Lacedæmoniorum amicitia fretus, sed multo magis oraculo, exercitum in Cappadocas qui tum Cyri imperio parebant, summa ope comparat. Fertur Cræsus à Sandane Lydi generis homine, longeque in futurum prospiciente monitus, ne quid temere moueret in eam gentem, cui aqua potui esset, & uestis scortea, ex quibus uictis nulla expectari possent præmia (siquidem nihil ante Cræsum uictum fuit Persis in uita laurum aut elegans) contra uideret, ne si Lydorum gaza semel foret hostibus delibata, sibi suisque dirum festinaret exitiū. Audijt hæc Cræsus, cæterum belli cupiditate incensus securusque Pythium carmen pro uanis repudiavit, quasi igitur Astyages ultor (is enim fuit illi prætextus belli) ad Halim fluuium copias admouit. Dirimebat is Lydum imperium à Medico, qui in Armeniæ montibus orrus, per Phrygas & Mantynos, mox inter Cappadoces & Paphlagonas lapsus in Euxiuum deuoluitur. Cræsus Halim ponte copias traiecit. Fama est fuisse in illis castris Thaletem Milesiū, qui quum nusquam fluuius foret uadabilis, nec uisus adhuc esset pontis usus, quum sinistram amnem castra haberent, fossam à fluuiio militari opere in dexteram duxit, castra à tergo amplexus, in eamque fluuii repente immisso, medium alueum inter aditum foueæ & exitum penitus exaruisse. Alij adeo extenuatum ferunt, ut facile citro ultroque uel à pedibus uadari potuerit. Copijs igitur, siue ponte siue (ut alij ferunt) uado traiectis, Cræsus ad Pteriam Cappadociæ locum munitissimum, haud procul Sinope, castra fecit. Syri Cappadoces à Græcis dicebantur, fuerantque re uera Syri priusquam Persæ imperitarent. Sunt qui Cappadociam, quæ à Cappadoce flumine, ut Plinius scribit, nomen sortita est, minorem Armeniam uocent, in quibus uideretur mihi Ptolemæus esse. Alij Armeniæ partem arbitrati sunt. Cyrus & ipse cum ualido exercitu haud multo postea affuit, positisque in conspectu hostium castris, leuibus primo prælijs Lydorum uires explorare, inde utrinque in pugnam totis uiribus descensum, & ad extremum diei multahincinde cæde commissa, dubio est Marte dimicatum, prælium interuentu noctis diremptum. Cræsus dicitur à suis incusatus, quod cum multo maioribus copijs quam ipse haberet, conflagere esset auolim futuræ. Pisistratus in urbem reuersus, Megadis filiam uxorem duxit, cum qua quoniam parum legitime coiret, ne ex ea filios procrearet: erant illi adolescentes liberi ab Alcmeone oriundi, puella flagitium uiri ad matrem primo, moxque per eam ad patrem detulit, quæ domestica iniuria Megadem ad nouam discordiam in ciuitate serendam adiecit, eoque milites in Pisistratum concitante, ueritus tyrannus, ne aliquis subitus in se fieret impetus, urbe cum filijs excelsit, annoque penè circumactō, Theba-

Halim fluuius.

Cræsus Halim extenuat.

Cappadoces Syri.

Lydi & Persa cōgrediuntur.

bellum in Lydiam auerterint. Misit Cræsus & in Peloponnesum ad Lacedæmonios, inde quoque ut à socijs arma accersitum, quum interim uis colubrorum ingens, in Suburbanis Sardium locis repete exciit, eos equi i pasua dimissi pasu deuorant, quo prodigio rex commotus ad coniectores Thelmisses misit, qui de ea re sciscitaretur. Responsum est externum exercitum affuturum, qui indigenas subigoret. Terræ filium colubrum esse, equum hostem & aduenam. Cyrus post Cræsi digressum, ubi eum partitum ad tempus copias audiuit, & uelut in hyberna dimisisse, opportunum credidit, priuquam aliunde hosti auxilia mitterentur, copiasque in unum contrahi possent, improviso accessu Lydiam inuadere. Raptim itaque ad hostem duccens, tanta est celeritate usus, ut penè prius in conspectum uenerit, quam ab Pteria mouisse diceretur. Cræsus inopinato malo percussus, quia longum erat aliunde copias expectare, Lydos in prælium producit. Nulla gens ea tempestate tota Asia promptior ad pugnam fuit, neque equitanti hastæ tractandæ agilitate melior. Concursum est in campo, qui urbi præiacet, planitiem ipsam plures rigant amnes, atque maximus horum Hermus, qui ex monte Dindymenæ matri sacro decurrens, præter Phocæam oppidum marini funditur. Cyrus ubi hostem ad pugnam egressum uidit, Harpagi Medi consilio usus, aduersus Lydum equitatum, cui Persicus haud dubie impar erat, uim camelorum ingentem in fronte collocauit, his peditem subiecit, post pedites equitatum omnem stare iussit. Confluxere utrinque acies, primoque concursu penè decretum est. Nam Lydorum equi, in sueto camelorum odore aspectuque territi, confestim in fugam uersi sunt, quare animaduersa Lydi ad pedes desiliunt, impigreque uibrato ferro Persarum peditem cominus excipiunt, fraterque magis animo quam uiribus, dubiamque aliquandiu pedestrem pugnam fecere. Demum pluribus ab utraque parte cæsis, fusi fugatique paucitate Lydi intra mentia se trepidè recipiunt. Secundum hanc unam pugnam Cræsus iterum ad Lacedæmonios misit, qui etsi tum forte cum Argiuis de Tyriæ possessione certabant, ut ex Eusebij sententia diuerso est loco explicatū, censuerunt tamen ferèdam & amico & socio regi opem. Et iam copias studio instruebantur, quum Lacedæmone allatum est, regiam urbem à Cyro expugnatum, Cræsumque uiuum in hostium potestatem uenisse. Quartodecimo nanque die, ex quo Sardiani oppugnari ceperant, proposito à rege præmio huic, qui primus muros transcendisset, atque urbs interim capi nequiuisset, Mardus quidam cui Hyrocades nomen erat, à parte arcis, qua nullum fuit præsidium ob loci arduitatem, conspicatus forte militem ex arce descendentem, ut galeam inde deuolutam reciperet, cum plerisque per crepidines & abrupta saxa, urbi insinuatam arcem occupauit, urbs ipsa hostiliter direpta. Fama est Thelmisses olim prædixisse Sardis inexpugnabiles futuras, quacumque uersum Meles rex, qui primus in ea urbe regnauit, Leotem filium ex pelli ce genitum circumferret, ob idque puerum circumquaque ductum, præterquam circa arcem, qua urbs locorum difficultate insuperabilis, tū illi uisa est. Sardibus captis: Cræsi filius qui mutus, ut dixi, erat (alter in Olympij apri uenatione perierat) ex hostibus quendam media capte urbis trepidatione Cræsum à tergo inuadentem incuitus (ignotus hosti rex erat, nec ipse moriendi cupidus ferrum sciens declinasset) patris periculo motus, exclamasse dicitur: Homo ne Cræsum perimas, atque hæc ille primo effatus uocalis deinceps fuisse fertur. Herodotus autor est, Cræso olim de clade filij sollicito, quærentique per omnia remedium an illud naturæ uitium corrigi posset, ac de ea re oraculum consulenti, tale ei car-

Prodigium circa Sardis.

Subita Cyri in Cræsum expectatio.

Vincitur Cræsus.

Capitur Sardiana arx.

Cræsi filius ex mutuo fit uocalis.

men à Pythia redditum. Lyde genus rex multorum ualde in scie Cræse. Ne cura nati exoptatam audisse loquentis intra ædes uocem, sine qua potior tibi loque. Ille die quoniam primū infelice loquetur. Qua Pythia uoce nihil ambigue ea quæ postea in puero euenerunt, sunt regi demonstrata. Ipse ad Cyrium perductus, atque ingenti pyræ, ut uiuus cremaretur, impositus, ter alta uoce dicitur Solonem inuocasse. Subierat extremis rebus, animam, quod ille felicem in uita dixerat neminem. Tum Cyri iussu interrogatus, quid ea uox ter repetita sibi uellet, quæ ipse olim de fortunæ uariatione, ueracique felicitate, à Solone uiro sapientissimo audiuisset, exposuit. Per quas Cyrus humanæ imbecillitatis admonitus, iussit Cræsum igne ab suis seruari. Cæterum flamma uehemens pyram inuaserat, ut fatigentibus Persis, appareret prius regem periturum, quam humanam ope uincto succurri potuisset. Imber repente è caelo ignem, qui ad perniciem inualuerat, oppressit. Cræsus per hæc seruatus, ubi ante Cyri pedes est constitutus, rogatus ab eo, equiuquam hominem ei persuaasisset, ut sibi bellum inferret, respōdisse fertur: Ego, inquit, Cyre id feci tuo prospero, meo infelici fato, Græcorum deo autore, qui me ad bellum tibi inferendum impulit. Neque enim est quisquam tam demens, qui sine magno autore bellum paci audeat præferre, quum in pace filij parètes, in bello, parètes filios sepeliat. Cæterū ut hæc fierent dæmon in causa fuit. Cyrus hominis sermone constantiāq; demeratus, uincola illi adimi iussit, iuxta se locatū monēte audiuit, ne pateretur Persas Sardiana prædā nimium ditescere, fore, ut qui natura cōtumaces essent in lōge maiore insolentiā abirent, minusque obsequentes ad militaria munera obeunda fierent, quæ admonitione Cyrus cōmotus, ad omnes portas urbis præsidia apposuit, præfatus edicto, uelle se ex omni prædā decimā loti uoto seruari, quo nomine multi est illi manubiarū quæ sitū. Cræsus deinceps ab eo præcautus est, ut liceret sibi Delphos mittere, qui uincola quibus solutus esset Apollini suo nomine dedicaret, rogaretque; nume, an ij qui præcipua in deos essent ueneratione, talibus afficeretur præmijs. Pythia huic, qui cū uincolis est missus, respōdisse dicit, quod fatale foret, ne ipsi quidē deo effugere fas esse, Cræsum Gygis abauit sui, qui Candaulē ex Heraclidarū gēte occidit, crimen luere, ne quod ad oraculū attineret, habere eum cur Phœbum mēdaciū argueret, diserte illius uerbis fuisse expressum, euerfurū Lydiæ regē, si bellū Persis intulisset, magnū imperiū oportuisse Cræsum, nisi cæca regnādi cupiditate ductus, temere bellum facere occupassent: iterū sciscitari, utrum duorū regnorū, quæ in futuri belli alea itura essent, excidium maneret. Hæc Pythia: quibus palā est factū, falsa oraculi interpretatione, Cræsum sibi suoque regno exitiū peperisse, quū quatuordecim interim regnasset annos, fuitque deinceps ipse apud Cyrum in summo honore, cui in Massagetis caelo superfuit, nā siue priusquam hæc in Lydia gesta sunt, siue post ea est Babylon expugnata (erenim diuersè id auctores tradunt) satis constat, ampliandi regni cupiditate Cyrum ultro Massagetarum, Scythicam gentem, trans Araxem fluiuium ad ortum sitam bello petiisse. Est Araxes, ut prodiderunt quidā, maior Istro, sunt & qui minorem tradant. Insulæ in eo frequentes. Lesbo sua magnitudine pares, quæ eas accollit æstate radicibus uelentur, quas pasim effodiunt, arborū fructus in hybernum uitæ usum afferunt, sunt & his arbores, cuius fructus in ignem coniecti, ut uinū propius asidentes ebrios reddunt, quod amentia genus ad tripudium impellit ita affectos, & ad in tempestiuam cantilenā. Oritur Araxes in Mantienis: ubi & Gyndes, quem Cyrus Babylonicā expeditione in multas dissecuit partes, sexageno ore in paludes euokuitur. Accollit hæc loca, quæ crudis mēti

Cræsi Pythia.

Cræsi constantia.

Cræsi uincola.

Pythia respōsum.

Cræsus superstes Cyro.

Araxes.

tant

tant piscibus, marinorumque uitulorum pellibus amittuntur, paludibus deinceps Araxes emeris, perpetuo cursu in Caspiū mare elabitur. Caspiū per se late panditur, nec cum alio miscetur mari, eius lōgitudine quindecim diebus enauigatur, latitudo paulo plus dimidio. Hæc Herodotus, cui Græcorū plerique temere accedunt. Plinius cui ob Romana signa latius gesta exploratoria hæc omnia fuere, in lōge diuersa fuit sententia. Distat Caspius sinus Pōtico cccclxxv. millibus passuum. Nec de Araxis ortu, ut uideo, inter eos cōuenit, quos sequimur, ille in Mantienis nasci, nec procul à Cyndis fontibus prodidit. Hic in Eniochis montibus, quos alij Coraxios dixere, ortū habere opinatus est, sex millibus passuum ab Euphratis fontibus, Musi, uel ut alij tradūt, Cyro amne actum, in Caspiū pelagus elabi. Habet id mare, qua ad uesperum uergit. Caucasum motem prætentum summæ altitudinis, uariarum gentium incolatū celebrem, & in his quædam quæ pecorum ritu in propatulo coeant. Qua uero sinus ad auroram protenditur, planities illa inges præiacet, quam Massagetæ incolabant, cui tum genti Cyrus, siue deorū fretus fauore, quo per seruatū uideri uolebat siue specie in somnij bis per quietem auro obuierata, quæ Asiæ illi imperium portēdebat, prosperoque gestarum rerum cursu elatus, bellum infererebat. Erat per id tempus Massagetarum Thomyris regina, quæ cum filia à uiro relicta, late in eam gentē imperiū obtinebat. Misit Cyrus qui eam sibi in coniugē depolceret, illa nō se, sed regnum à Cyro peti interpretata, accessum propinquanti interdixit, quū ubi dolus nō processit, aperte bellum ostēdit, & iam ad Araxem uenerat, copiasque ponte trajicere parabat, cum his consilijs occupato, Caduceator à Thomyre superuenit, multa reginæ nomine obtestatus, ne pergeret nō lacescitus Massagetis bellum inferre, sineretque; sua fortuna Thomyrim ad utrunque, aut intra suos fines uenietem excipere, aut si ipse ira malit, se cum suis copijs Cyri fines transensuram, ut de summa belli uel uno prælio decerneretur, tantum uerbo significaret, utrum euenire mallet, pugnandi copiam, neque hic, neque illic defuturam. Eare in cōsultationem delata, cæteris hostē in pacato excipiendum consentibus, Cræsus uos omnium fortunæ uolubilitatem suo exemplo demonstans, regem adhortari, ut porro ire pergeret, alienam terram, potius quam suam belli sedem facturū, quoniam si quod nollet, intra regni fines uinci contigisset, nihil aliud uideretur eo consilio quæsitum, quam uictoribus Massagetis Persarū regnum per manus tradere, quod nullo modo accideret, si in hostico etiam parū prospere pugnetur, flumina, montes, saltus, uel modicis præsidijs retenti, satis ad omnes hostium conatus frangendos futuri essent, & quod omnium maxime spectari oporteret, turpe & ignominiosum uideri, inuictum regē mulieris pugnam detestare, iret proinde; ibique armis confingeret, ubi primum hostis uenisset obuia. Hæc Cræsus monere, inde consiliū adijcit, quo hostis sine maiore certamine uiceretur. Audio, inquit, Cyre Massagetes omnis lautioris uitæ esse expertes, quum castra trans Araxem feceris, fueritque; propinquus hostis, quasi subito metu percussus, castra cū omni commeatu imbellique; multitudinem relinque, ipse fugienti similis retro abi, tecumque; omne robur copiarum ad fluiuium, recurre. Video, nisi fallor, futurum, ut hostes in insuetam rerum opulentiam, ciborumque; copiam incidentes, paulo post uino crapulaque; sepulti, tibi ueluti pecora ad cædem dedantur. Cyrus Cræsi consilium amplexus, reginæ nunciari iubet, se illi breui affuturum, ipse secum reputans quæ dubij essent bellorum exitus, Cambysē filiū priusquam copias trajiceret complexus, in Persidē

Caspium mare.

Thomyris regina.

Cræsi sententia.

cum Cræso remisit, commendata filio siquid sibi accideret, captiui regis dignitate. Araxe deinde transmissio nocte, quæ proxime secuta est, Cyrus per qui etem imaginatus est, se Dariū Histaspis filium maximum natu cernere, duas in humeris alas habentem, quarum una Asiam, altera Europam inuibraret. Erat Histaspis Aristimenti filio ex liberis Darii natu maximus, qui tum uiginti annos natus, in Perside fuerat à patre relictus. Histaspem Cyrus somno experrectus, suspensusque; nocturna specie, remotis arbitris affatus, se certo deorum monitu comperit habere ait, à Dario ipsius filio sibi suoque; regno insidias parari. Iret ipse domum, daretque; enixè operam, ut quum Massagetis uictis in regnum rediuisset, sibi filium sisteret. Interim in officio contineret. Hæc ille fatorum ignarus. Cæterum imago illa periturum Cyrum ea expeditione monstrauit, regnumque; ad Dariū haud, multo post peruenturum, quod breuissimo Cambysis regno interiecto accidit. Progressus inde Cyrus diei unius itinere ab Araxe castra fecit, ibique; appropinquante hoste, omnibus ex composito paratis, cum expedita multitudine ad fluiuium fecessit. Affuit interim Thomyris filius cum tercia copiarum parte, quæ tentandas hostium uires missus. Is cæsa Persarum multitudine quæ in castris fuerat relicta, ingenti præda potitus, confestim in uinum & epulas conuersus, ad multam noctem traxit conuiuium, iam uino graues passim in somnum uertuntur Massagetæ. Cyrus interim struato agmine affuit, tetraque; hostium est cædes edita, quidam semisomnes capti, & in his Spargapises Thomyris filius. Illa uero cognito filij & aliorum casu missio ad Cyrum caduceatore, dolum illi exprobrauit, quod non bellica uirtute, sed ueneno filium uicisset, iret, & præsentis uictoria contentus restituro sibi filio Massagetarum finibus excederet, quæ nisi mature fierent, solem testari, futurum, ut uinum cruoris audidum ad satietatem in suorum uoluntaret sanguine. Cyrus mulieris uerba aspernatus, ni hilo seci in stare. Spargapises interim ebrietate experectus, à Cyro petijt, ut uincola adimi sibi iuberet satis fore, si se sub custodiam haberet. Concessit rex illi id haud grauatè, solutusque; ferox iuuenis, sibi ex improviso mortem consciauit. Trogus pugnando eum perijisse ait. Cæterum quocumque; casu mortem obiit, haud una deinceps fama secuta est. Trogus Thomyrim audita filij morte, simulata fuga Cyrum ad montium angustias traxisse ait, ibique; Persas suis artibus captos, ad unum cum rege trucidasse, ut miraculo sit datum, quod ex ducentis hominum millibus, nemo qui eam cladem nunciaret, sit repertus. Herodotus in aperto dimicatum scribit, commissumque; utrinque; tam acre prælium quantum inter Barbaros nunquam aliās, primoque; sagittis certatum, mox lanceis, nouissime collato pede pugionibus, magnamque; exercitus partē cū Cyrotelis occubuisse. Illud ambobus conuenit: Cyri caput in utrem humani cruoris plenum Thomyrim demisisse, inde si perbe insultantem identidem dixisse: Expleas te Cyre, qui cruorem tantopere sitiisti. Sunt Massagetæ, quoniam tam multa de ea gente diximus, uelutitū & uictū Scythijs perquā similes, quo fit ut Scythæ à plerisque credantur, ex equis pugnant, & pedibus utroque pugne genere penè inuicti sagittis, hasta, sangari, sic enim ferrum quo uulgo accincti sunt, dicitur. Auro in baltheis & capitis ornatu utuntur, aureos thoraces equorum pectoribus inducunt. Ex auro frena & phaleras conficiunt, aëreas cuspides hastis præfigunt, aëre pharetras muniunt. Ferri & argenti nullus apud eos usus, singuli uxorem ducunt, eaque communiter utuntur, idque Scytharum soli faciunt, si Scythæ habendi sunt. Quoties aliquis mulieris libidine capitur, suspensa ad cursum pharetra cum ea sine pudore concumbit,

Massagetarū strages.

Spargapises facinus.

Persarum strages.

Massagetarū ritus.

o 4

Terminus uitæ nulli gēti præfinitus. Vbi quis admodum conuenit, eum propinqui & necessarii, in unum coētutes, cum aliquot ouibus immolat, atq; ita humanis carnibus ouilla mixtis, uescitur. Id genus mortis apud eos beatissimum. Languore extinctos non edunt, damni loco id ducentes, sepeliunt. Nihil omnino ferunt, pecoribus uiscitant & piscibus, quos Araxes abunde suppeditat. Lac plurimum potant. Ex dijs unum solem uenerantur, soli equum mactant, perniciosissimo scilicet fideri animal uelocissimum. Et ipse quidem Cyrus sic perijt anno ex quo regnare cœperat trigesimo, uir cum per cœtera memorabilis, tum in uictoria, supra quàm dici possit, mitis. Quo magis mirum est, Thomyrin illi cruoris sicuti exprobrasse. Aftyagen auum uictor seruauit, sic Crœsum, sic Babylonis bello uictis dedit ueniam, sic Iudæis qui Babylonica tempestate seruibant, in Palæstinam abeundi potestatem fecit, quod in Danielis gratiam id genti datum uideri potest. Quem ob creditam sanctitatem, Babylone capta præcipuo apud se in honore habuit Cyrus. Iosephus & Eusebius autores sunt, haud multo prius quàm Cyrus Assyriorum opes fregit, prodigium in Baltasaris regia ingens apparuisse, uerterat is uasa Hierosolymitano templo sublata in prophanum usum, quod ceteri reges sacrilegium auersati, ea in sacro reposita erant. Tum uero accidisse, ut spectante rege, manus ex aduerso pariete sit orta, quæ hæc pauca exscripserit, Mane, Tethel, Phares, quæ ut Iosephus interpretatur, numerum, pondus, & fragmentum, significet. Hæc magi undiq; à rege accersiti, quum interpretati nequissent, unus omnium Daniel regis ac regni propinquum excidium, per ea uerba significasti demonstrauit. Quoniam cœli numen, cuius prouidentia omnia fierent, annos regis diuenerans, appendensq; illius uitam & regnum, Medis ac Persis frangens distribueret, quæ tristis denunciatio, etsi Assyrium uehementer affecit, haud propterea minus gratia ab eo ueridicus uates reportauit, sed regi cœterisq; multo uenerabilior est factus. Miror Iosephum per uasum habuisse, uno tempore à Cyro & Dario Babylone captam, & quod penè ridiculum est, Atyagis silium fuisse ait, de Medico genere ortum. Legerat credo, ab utroq; eam urbem obsidione expugnatam, quæ res eum in manifestum traxit errorem. Cæterum Trogus & Herodotus haud dubie demonstrat Darii Histaspis silium, qui uno Cælyse interiecto, Cyro successit, rerum in Perside positum, ipsumq; Persiam non Medum fuisse, neque Atyagem, aut Cyrum uinculo, necessitudinis ullo attingisse. Obsedit is quoque Babylone urbem, & expugnauit, sed tempore omnino diuerso, cui si uera Iosephus scribit, adeo Daniel familiaris fuit, ut uenit consilio nutuq; regij thesauri, ac pene tota regni moles ministraretur, sed sine Cyro ille, siue Dario amicus fuit, quod iam grandem natu sub altero fuisse oportet, tam aduersa Babyloniæ principum flagrauit inuidia, ut quum uirum perfecta sanctitate aliter criminari non possent, eius uitæ sint nouo calumniæ genere insidiant. Compertum his erat Danielem, tertio quoq; die, in secretum concedere, nec publico ullo priuatoque negotio ita interpellari, ut de pietissimo orandi instituto aliquid remitteret. Igitur ex composito ad regem deferunt, principibus & populo uideri, triginta dierum ferias uniuersæ genti debere indici, quibus neque humana, neque diuina curare liceret cuiquam, ac si quis eas minus diligenter obseruasset, is maiestatis reus, leonibus laniandus obijceretur. Rex ignarus eorum quæ parabantur, autor fuit feriarum populo indicendarum. Tum cæteris quiescentibus Daniel nihil fecius diuinis tertio post die operatur, ne que loco, neq; tempore, ut res occultari posset, immutato, Hæc aduersa Satrapum factio coorta, locum ad

Baltasaris uisio.

Danielis interpretatio.

criminandum nacti, Danielis contumaciam ad regem deferunt. Damnatur ergo, magiq; non repugnante quàm iubente rege trahitur ad supplicium. Iosephus impune eum per noctem fuisse in leonum cauea scripsit. Diuinæ literæ plurimum dierum spatium uersatum inter feras sine offensa, meminertunt. Fuit regi ea res admirationi, ascribatq; id diuinæ prouidentia, quod præter omnium opinionem leones fame saeuientes, uni hominum plures dies parissent. Cauillari interim æmuli, nec prouidentia id fieri dicitabant, sed quod leones sagina expleti hominem fastidirent. Polcere proinde, ut ieiunis iterum obijceretur. Tum rex, & hoc quidem periclitari uuat, modo uos prius experiamini, an illorum sarietas sit uobis similiter paritura, tum leonibus affatim exaturis, eorum quosdam in caueam obrudi imperat, quibus nihil propterea fuit mitior leonum feritas, sed fœde laniati, palam omnibus fecere Danielem miraculo seruatum. Atque ob eam rem mirabilior, quàm antea, chariorq; fuit regi. Huius opus uisite creditur, Mausoleum in Ecbatani Mediarum uersum, facie tamen ad posteros recenti, quo Medorum reges defuncti, ad Vespasiani usque tempora conditi consueuerunt. Inter cætera diuinationis eius monumenta, illud ab Iosepho proditur indubitato creditæ sanctitatis argumentum, & ob id certe memoratu dignissimum. Subito quodam horrendoque motu terræ, quum forte Susis esset, in publico deprehensus, in faciem concidit, cæterisq; diffugiens, uisus est sibi arca quadam ui in pedes statui, uocemq; audire qua iuberetur ea spectare, quæ multa humanarum rerum perturbatione essent in terris futura. Tunc cõspicatus dicitur arietem magnitudine immani, plurima cornua habentem, atq; omnium eminentissimum, quod extremo agnatum esset loco, inde ab occidente sole Hircum per aerem delatum sibi intueri uisus, qui arietem altero capitis impulsu prostratum conculcasset, mox ex Hirci fronte emines cornu productum, quatuorq; illi cornua agnata, in quatuor mundi plagas sua sponte obuersa, & in his unum perexiguum, quod dum oriretur reddita sit uox ex proximo, id olim Dei templum concrematurum, triennioq; sacra inhabiturum. Quæ omnia illi diuino impulsu spiritui, ita sit phasma illud interpretatus, ut per arietem Persarum regnum sibi figuratum diceret. Per cornua eos reges, qui ibi rerum potituri essent. Præcipuum illud uideri sibi eorum aliquem significatum iri, qui in ea terra latissimè esset regnaturus, amplissimasq; habiturus opes. Per Hircum ducem ex Græcia affuturum, qui potentissimum regnum duplici prælio frangeret. Procerum illud cornu, futuram potentiam portendere, quæ post uictoriam securata esset. Minora cornua in contrarias mundi partes spectantia, magni regis successores, qui questam bello terram quaque uersum inter se partiti, regnum habituri essent. Corniculumque illis agnarum ex posteris unum interpretatus, qui Hierosolymitanum uolaret templum, diuinæq; caerimonias in certum tollerent tempus. In qua figura explicanda, uideretur unum prophetæ defuisse, quod & regum nomina, quæ nondum in terris erant non dilertè posuit, cætera tam significanter representata, quàm si ad id tempus illa eadem facta essent. Figurauit Ariem Achemenidarum regnum, cornua reges, quorum Darius opulentissimus, præcelso cornu, eoq; extremo demòstratus. Hunc Macedo Alexander altero armorum concursu prostrauit. Erat Hircus ille, qui à Graio more barbaram alebat. Cornua in diuersum tendentia, successores qui imperium inter se diuisere, quibus prognatus Antiochus cognomento Epiphanes, instauraturum prophanauit templum. Id Iudæi à Cyro, ut dixi, in Syriam remisit primo suscitare conati sunt, altare ad tempus ibidem erecto. Iosephus

Parcitur leonibus Danieli.

Propheta laniantur à leonibus.

Danielis uisio.

Danielis interpretatio.

Esaiæ uaticinium.

Cyri literæ de templi instauracione.

Reditus Iudæorum in Palæstinam.

phus id primo Cyri anno contigisse memorat, qui septuagesimus ab eo fuerit, quo Hebræi ex Palæstina Babylone migrare coacti sunt. Eusebius primum Cyri annum trigessimum Hebræi capitiuitatis fuisse temporum supputatione demonstrat. Cyrus deinde uixit annos triginta. Cambyfes, qui illi succelsit, annos septem & menses quinque. Sic anni colliguntur ab tēpli excidio octo & sexaginta. Cambyse sublato Magi fratres septē sunt mensibus Persarum regno potiti. Quibus interfectis, Darius regnauit, cuius altero, ex quo regnare cepit, anno Zorobabelis ductu, ut suo postea loco est dicendum, opus quod sub Cyro fuerat inchoatum, diuque intermissum, tum demum repetitum est, ac productum. Inciderat forte Cyrus in Esaię libros, quos ille ducentesimo ante, & amplius anno scripserat. Fuitque in his: Volo Cyrum, quem multarū & magnarum gentium regem constitui, populum meum ad propria remittere, ibique mihi templum iterum suscitari. Quæ ille diuinatione commotus, per omnem Asiam scripsit, ita edito præfatus: Quoniã me maximus orbis terrarum deus regem cõstituit, credo hunc esse quem genus Israël adorat. Is enim meum multo antea quàm natus essem, per prophetã prædixit nomē, quoniam modo ipsius templum in Iudæa suscitaturus essem, tantum ille edito testatus, principibus gentis ad se uocatis pronuciãuit se potestatem illis facere, & Iudæis omnibus, qui in Assyria essent, cum liberis & uxoribus in Palæstinam redeundi, hortatur adhæc ut urbem & templum restituant, quod ut commodius fieret, ad Assyriæ Phœnicæq; præfides scribit, & ad circumiectas gentes mitti, qui illis præciperent, uti auro, argento, iumento, frumento, Hebræos ad id opus iuuaret, quæ ne uana aliquis existimet, Cyri epistolam, de ea re ad Assyriæ principes datam, quam Iosephus in historijs inseruit, breui subuit complexu explicare. Rex Cyrus Syfymo & Sathrabanæ salutem. Iudæos terram nostram habitantes, qui uoluerunt in patriam redire permisi, ciuitatem instaurare, & in ea dei templum iterum ædificare, nisi Mithridatem mearū pecunia rum custodem, & Zorobabelem Iudæorum principem, ut templum à fundamentis restituant, cuius altitudo cubitorum sit sexagenū, anni latitudine. Triplicem adhæc murum lapidea materia, eaq; perpolitam circumducant, ut unum lignea ex ipsius prouinciae arboribus. Erigant & altare in quo deo sacrificent. Restitui illis & uasa, quæ Nabuchodonosor inde olim sustulerat, numero tria milia & centum amplius, in quibus diferte apud Iosephum refrigeraria ponunt, & libatoria. Situlæ, pateræ aureæ argenteæq; & mille in super capaciora uasa, materia incõfessa. Concessi adhæc, inquit, eis honores, quibus eorū maiores usi sunt. Pro iumentis, uino, oleo, drachmas, quinque milia & quingentas. Triticæ similes Artabos uiginti quinque milia, & quingentos, quæ de Samariæ tributis iusti illis repræsentari. Ipsi Moisaico ritu pro regis salute, & Persici regni incolumitate faciant. Si qui hæc uiolare ausi fuerint, eorum bona publicari uolo, ipsos crucis patibulo affigi, & ille in hanc sententiam scripsit. In quo mecum reputando illud sub admiratione dignum, Zorobabelem utriusq; ex Assyria migrationis ductorem fieri cõtingisse, quum anni circiter quadraginta, à priore illa quæ sub Cyro facta est, ad Darianam recentiorē, cuius hic quoq; ductor fuisse traditur, interfuisent. In dei, quod ad priorem reditum attinet, insperatã redeundi occasionem nacti, studio in Palæstinam migrarunt. Duo & quadraginta milia quadringentis sexaginta in patriam sunt reuerfi, cætera multitudine locorum consuetudine capta, præcipua pars Babyloni ubi nata erat & coaueuerat, sub sidere maluit. Cethei, hærebat gens ipsa Palæstinæ finibus, erantq; à Medis oriundi, ut alio est loco significatū, & cum

his alij finitimi, multa apud prouinciarum præfides, tacita conspiratione criminando, & eos qui operibus præerant, ambiendo, tam diu rem ditulerunt, ut quum Cyrus in Massagetis perijt, templi fundamenta tantum iacta essent, tum eo sublato, enixe data est ab eis opera, ut prouincia & operum præfecti, ad Cambysem Cyri filium scriberent, seditionis esse genus hominum Iudæos, uicinis accolis infestis, ac dominandi cupidos, nimirum fore, ut urbe & templo instauratis, haud multo post rebellaturi essent, omnia loca Syriæ facturi, Persicis regibus infesta. His criminationibus Cambyfes impulsus, homo præter contemptum religionis, stulto & uesano ingenio, Iudæis opus rescripto interdixit. Atque ita contigit, ut ad Darij usque tempora interruptum opus manserit, tum uero cæteris quasi postliminio in Syriam reuersis, magnoque Darij fauore templū est ex integro restitutum. Clari interim prophetica uoce fuere in ea gente, Aggeus & Zacharias, & cū his Zorobabel regia stirpe ortus, & Salathiel, qui duo Hebraici nominis principes per id tempus fuere. Vixere cum his uiri ingenio illustres, Eugamon Cyreneus, qui Theogoniam scripsit, Anaximenes Milefius, Anaximandri & Parmenidis discipulus. Is primus aera initium rerum & infinitum arbitratu est, sideraque non supra terram, sed circa moueri dixit. Hunc Apollodorus eo anno natum prodidit, quo Crœsus regno excidit. Ipse dum noctu intentius sidera contemplantur, in subiectam foueam, quæ in atrio domus fuit, lapsus perijt. Fuit huic æqualis Zenophanes Colophonius Orthomenis filius, qui in Homerum & Hesiodum ob ea, quæ de dijs fabulati fuerant, iambos scripsit, quatuor opinatus est rerum omnium esse elementa, infinitos mundos, nec uariabiles, de deo ita statuit, ut simul in eo esset mens, prudentia & æternitas, primusq; omnium dixit, omne quod fieret corruptibile esse. In hunc quidam reijciunt illud Aesopicum, tyranno autem minime, aut suauissime congregiendū. Sunt qui Theficorum, Simonidem, & Chilonē Lacedæmonium, in hæc tempora reponant, Sorion Zenophanem Anaximandro credidit æqualē. Aesopus fabularis hystoriæ scriptor per hæc quoque tempora est Delphis præcipitatus, anno post (si Eusebius rectè colligit) quo Agon Gymnicus Panathenæus est primo Athenis celebratus, Delphicumq; templum iterum flagrauit. In hos annos reijciunt, & quæ nos rerum serie tracti, de Cræso & Cyro longiore sermone explicauimus. Miror Eusebium scribere per id tempus ab Harpago in Ionias bellatum, fuit is multi nominis apud Cyrum, quum eam gentem per caduceatores à Cyro sollicitatã, nõ bello petitam scripserit Herodotus, sed hæc quoque modo gesta sunt, in extrema Seruii Tulli tempora, ut dixi, inciderit, quo fœde sublato, Tarquinius cui Superbo deinceps cognomen fuit, uir regnum obtinuit. Is Romæ postremus regnauit, superbi appellationem inde adeptus, quod locerum in sepulchro abiecti, Romulum dicitans & ipsum sepulchro caruisse: cõuersus inde in cædem, quicumq; ex primoribus Tullilibus fauisse credebantur, ad unum est omnes crudeliter insectatus, alios ut eorum bonis potiretur in quodcunq; crimen deuocare, subornatis qui qualibet de causa reos faceret, quæ accusandi licetia multis causam præbuit, prius q̄ in periculū deuocarent, soli exilio uertedi, ordineq; amplissimo per hæc exinanito, alios in curiam legit, & eos in primis, quos satis obnoxios se habiturum intelligebat. Alij autores sunt, nullum in interfectorum locum surrogatum, ut curia insigni paucitate adhuc contēptior fieret. Ratus deinceps regnū eisdē quibus questit erat artibus obtinendū, corpus armorū circūdedit præsidio, sicque terribilior factus, omni instituto priorum regu sublato, capitalia iudicia solus exercebat, solum

Templi instauratio.

Anaximenes.

Zenophanes Colophonius.

Aesopus.

Tarquinius Superbus.

Tarquinius senectus.

solus que ex regni potius quam ciuitatis usi essent, decernebat. Difficiles ad eum aditus, implacabilis uultus, in audiendo & respondendo nihilo mitior, ut iam tyrannidem ex professo exerceret, fœdera, bellum, inducias, pacem, non ut cæteri reges publice sanciebat, sed domesticis consilijs iungere ac dirimere, & quo turior domi esset, externas sibi gentes studio & arte conciliabat, in primisq; Latinos, cum quibus non contentus societatem & hospitium iunxisset, filii Octauio Mamilio Tusculano, uiro ea tempestate Latini nominis longe principi, matrimonio locauit, quæ celebri affinitate multa illius regno toto Latio autoritas accessit. Erat Octauius cum opibus, tum uetustate generis præ cæteris insignis, ut qui à Telegono Vlysis & Circes filio putaretur oriundus. Bellum igitur Sabinis illaturus Tarquinius, quia fœdus, quod cum Tullo Seruio percusserant, post eius mortem fecerant irritum, principibus Latini nominis ad lucum Ferentinæ, ubi celebre forû erat, ut cum his de ratione belli consultaret, in certum diem conuentum indixit. Affuerunt frequenter illi prima luce, Tarquinius in mora fuit, nec prius eo uenit, quam sol iam propemodum occideret. Tulerat eam cunctationem satis ciuilitate alij, unus omnium Herdonius Aricinus, homo uehementi ingenio, & à Mamilio in re Latina administranda multum diffidentis, & ob generum ipsi regi parum amicus, locum ad criminandum nactus, multa de Tarquinij superbia, uelut in cõcione locutus, merito prædicabat eum à Romanis Superbû cognominari, hostippe qui nõ contentus ciues suos turpi seruitio adegisset, iam & Latinos focios unum in locum accersitos audeat ludificari. Tentari haud dubie totius gentis patientiam, ut si obnoxios iniuriæ habere ceperit, mox iugo premat. Sed satis, inquit, feliciter tristi Romanorum fortuna admonemur, quatenus eius amicitia sic credendum, qui cum inter suos legitime regnare possit, Tyrannus malit esse, omniq; iure sublato, mihi feros ciues exilijs, cæde, rapinis persequatur. Abitu ros secum si audiant, domum, neq; magis diem concilij seruaturus, q̄ is qui indixerat, seruasset. Hæc & alia Herdonio ferociter cõcionanti, superuenit Tarquinius, qui à suis monitus, ut se purgaret, quod tãdiu fuisset in mora, ubi in cõcione conspectu stetit, ægre se tulisse præfatus est, quod arbiter inter patrẽ & filium molesta disceptatione factus, dum studio nititur utrumq; alteri reconciliare, indigna mora focios & amicos, quorum cõmodis semper consultu noluisse, frustratus uideri posset, cæterum quando exacto iam die eo uentum esset, postidie acturu se, que cum ipsis agere constituisset, ferunt ne id quidã tacitum tulisse Herdoniu, sed regi piã causã excusanti, subiecisse, nullam esse breuiorem cognitionem, q̄ quæ inter patrẽ uerteretur & filium denunciari uno uerbo potuisset, parendum esse patri, quod ni fieret, infortunium esset filius habiturus: quæ cû ille coram iactasset, equius q̄ superbissima ipse natura pateret, Rex Romanus tulit. Cæterum confestim ad hominis necem animu adiecit, sub nocteq; ex Turni seruis unum per Aricinos homines aduersæ factionis corrupit, ut magnam uim gladioru, in domum, qua Herdonius diuersabatur, occulte inferre sineret, quã illata Tarquinius priusquã illucesceret, Latinoru principibus ad se uocatis, consternato uultu, quo facile omnis simulatio sustinet, diuina se ait prouidentia hesterna luce domi retardatu. Comperit se habere ab Turno sibi, & principibus Latinorum, capitales insidias imminere, ut Latinoru imperium solus teneat, cõsiliu fuisse heri me & uos, ubi de re agi ceptu esset, unã inuadendi, dilata tamẽ esse cædem, quia cõsiliu autor que maxime petebat, nõ affuisset. Inde inestatione illã in absentẽ ortam, q̄ inopinata mora ægre ferret tantã è manibus elabi occasione, haud dubie affuturu eum cum cõiurato-

Octauius Turculanus.

Herdonius Aricinus.

Tarquinius purgatio.

Tarquinius ars in perdendo Herdonio.

rum manu, ubi primu consiliu inijsent. Dici sibi ingentẽ gladioru numeru esse ad eum occulte congestu, quare facile sciri posse, uera ne illa, an falsa essent. Iturum se cõfestim eo si ipsi secum ire uelint, ut rem presentẽ speculent, ac si ita factu opus sit, uindicem affuturu. Facinorosum hominis ingeniu, hesternaq; illa uerboru intemperies effecit, ut res credita sit. Eunt igit, uana omnia nisi repertis armis habituri. Vbi uero ed uentũ est, circumstant Turnum somno excitatum, custodes, cõprehensiq; deinde seruis, qui uim parabant, gladij ex nõ una diuersorij parte in apertu proferunt, quibus cõspectis nulli res dubia uisa est. Turnus carenis iniectis, tumultuose in conciliu trahit, ibi armis in medio positis, tam atrox inuidia est illi orta, ut indicta causa damna, ad caput aquæ Ferentinæ crate superne iniecta, faxisq; cõgestis necatus sit. Dionysius autor est, in uirginem quandam, uiuumq; adhuc sub terra demissum. Talis fuit Herdonij exitus. Sed haud mihi una illa leuis concio, tam ei obfuisse uideretur, quam uetus similitas cû Octauio Tarquinij genero, quodq; eo stante apparebat Latinum nomen haud ita facile Tarquinij postulatis acquieturum. Verum quæ cum que fuit eius necis causa, satis constat eum iniuria damnatum. Tarquinius Latinis in consiliu reuocatis, collaudauit eos, quod hominẽ seditiosum, & res nouas molientem merito supplicio affecissent, inde dicere exorsus, potuisse se ait cum Latinis ueruto iure agere, ut ijs qui ab Albanis oriundi essent, omnes eo iudice tenerentur, quod inter Hostiliu regem, & Albanos olim fuit istum, quum tres Horatij cum tribus Curiatijs de principatu utriusq; urbis, inter se dimicauerunt, tum quod à maioribus discere potuissent, omnem rem Albanam, cum suis colonis Romani factã esse imperij: sed quia utriusq; expediret, ut uetus illud fœdus renouaretur, postulare, horatijq; Latinos, ut fortuna Romani populi magis sociam uellent, q̄ infestã experiri: id latius genti tutiusq; futurũ, q̄ agroru uastationes, & excidia urbiũ, q̄ Anco & Tarquinio auo regibus perpessi Latini essent, sapius uelle pati. Hæc ille, quibus facile obtinuit, ut in ea, q̄ petebant, fœdus recẽ feriret, quanq̄ confessio illa esset alterius iuris Latiu fieri, Mamilio cæterisq; principibus gentis, cum rege sentientib, haud quicquã ausus est se aperte inuidiæ dissentiendo obijcere. Admonebat singulos propriæ salutis recens Herdonij casus. Dionysius ait Tarquinu Latinorum duceẽ eo cõcilio creatu, eo iure quo Tarquinius eius auus olim fuerat: ipse priusquam conciliu dimitteretur edixit, ut certo die Latinorum iuuetus sibi ad Lucu Ferentinæ armis instructa, ex fœdere adesset. Misit Tarquini ad Hemicos, & Volscos, qui ab ipsis gentibus societatẽ Ro. Po. peteret. Omne Hemicum nomen in fœdus & amicitiam uenit. Ex Volscis Ecerani tantu, & Antiatum. Tum Tarquinius ut ea populorum concordia, aliquo sanctiore, perpetuoq; fœdere, stabilis & mansura esset, autor extitit, ut in Albano monte cõmune Ro. Po. socijsq; Iouis templum conderetur, quo annuæ feriæ omnibus populis indicerentur, ibiq; extorum partem singuli libarent, atq; ex immolata hostia singuli suam quisq; partem acciperent. Septẽ & quadraginta urbes tum primum eius sacri sunt participes factæ. Latina feriæ nuncupatæ. Dubium quia eas Latini celebraret, an quod Iuppiter ipse est Latialis dictus. Romanus penes quem rei principatus erat, taurum ibi pro omnibus sacrificabat: cuius cæsi, singuli populi, postq̄ libata erant extra, sibi partẽ deponere. Tot populorum societate fretus Tarquinius, Latinorum copias, ubi primum affuerunt, Romanis miscuit, dimidiatosque utriusque gentis manipulos, ita iunxit, ut ex uno duos faceret, ex duobus unum, quibus ita permixtis centuriones impofuit, sic Romanum Latinumque magis fidum habiturus,

Herdoniu deliter necatur.

Fœdus cum Latinis renouatur.

Latina feriæ.

Sabini bello uincuntur. turus, inde in Sabinos profectus, eoru agrum est late populatus, belloq; secunda una pugna, cum ea gente proffigato, in Pometinos duxit, qui tum Sueffam urbem incolebat, pollebat tum maxime diuitijs, hominumque multitudinis is populus inter finitimos, eratq; ob id circumiectis urbibus grauis. Obijciebat illis rapinæ & latrocinia quædam, repetitæque ab his res erant, qui nõ solum nõ postulata fecerat, sed probra etiam cõtumacissimo responso adiecerat. Tarquinius Pometinos obuia progressus prælio uicit, uictosq; cum cæde multa intra mœnia cõpulit, cõpulos fossa & uallo circũdedit. Tenuit aliquãdiu obsidio, cæteru ui capti qui in armis erant ad unum obruncati, urbs direpta, cccc. argenti talenta è manubijs collata in ædificatione templi, quod ab auro Ioui in Capitolio fundare animo cõceperat, Tarquinius se posuit, hæc argenti summa est operi decreta, si Dionysius uerus est autor, Liius xl. talenta fuisse scribit. Habebat adhuc Romanus castra ad Sueffam quum trepide eo affertur, Sabinos bipartito Romanum agrum ingressos prædas populabundos agere. Tarquinius præsidio ad Sueffam cû omni præda relicto, ipse cum expeditissimis copijs ad hosteire pergit: fecerant illi bina castra ad Fidenas, una propius Romã, altera ad Heretũ: ubi ad hostes uentum est, Tarquinius medio spatio q̄ inter ipsa castra fuit; metatus est, sed aliquanto propius eos qui ad Heretũ cõfederat. Sabinoru duces multitudinem freti cõsilia inter se conferunt, de prælio cum hoste cõmittendo, placuitq; per noctẽ ijs qui circa Fidenas erant significari, ut postidie de summa rei dimicaturi adessent. Romanus intercepto cum literis nuncio, bene gerendæ rei occasionem nactus, maiore copiarum partẽ mandat, uia quæ Fidenas ferebat, occulte insidere, ac quũ hoste pugna occupatu uidissent, subito incurru fatigatu adoriuntur, ipse ubi primum illuxit, cum cæteris copijs ad hostium uallum progressus, in eorum conspectu aciem explicat, pugnaq; copiam facit. Sabini cõtemptra Romanorum paucitate, rati ad hæc alterum exercitum medio certamini superuenturum, cõfestim in equum descendunt, pugnatu non nihil est ancipiti Marte, inde ubi qui à Tarquinio noctu misit fuerant à tergo circui uicti, se hostibus ex improuiso obrulerunt, cognitaq; sunt Romana arma, ferro repente abiecto Sabini fugam capessunt: uerum undiq; circumuenti, per paucis ægre dilapsis, cæteri in medio cæduntur, aut suppliciter sese dedentes ad uincula sunt referuati, capta deinde castra omnis opulentia plena. Tarquinius, re ex una parte prospere gesta, ad eos qui circa Fidenas erant, priusquam acceptæ ad Heretum cladis eo nuncio peruenirent, uictorem exercitum ducit, & iam illi uallum egressi ad altera suorum castra structis ordinibus cõtendebant, quum conspecto repente hoste, suorumq; capribus hastarum cupidibus affixis, collapsi animo, in preces & lachrymas uersi, pacem per legatos petunt his conditionibus, ut Romano imperio subiecti tributum penderent. Liius, quod miror, nullam Sabini huius belli mentionem fecit. Tarquinius Sueffam copias reduxit. Ex Sueffa Romam paulo post concessum. Multe deinceps fuere ipsius regis in Volscos expeditiones, sed illæ perbreues & tumultuariæ, sapiusq; prædæ ex hostico abductæ, cesserantq; illi omnia ex sententia, quum in diuturnu finitimæ urbis bellu incidit, urbs erat centu stadia ab Roma distas, uia qua Præneste itur, Gabios id oppidum dixere, ab Albanis ut pleraq; alia in Latio conditum. Gabini à profugis Pometia qui ibi erat Romanisq; exulibus impulsis, monstrantibus Tarquinium ob ciuium odia, si uno uictus esset prælio, facile posse regno detruidi, miserant eo & Volsci legatos ad fœdus & amicitiam aduersus Romanos iungendam, nulla ipsi iniuria laelsiti bellum Romanis indixere. Erant tum Gabi-

Bellum Pometinis infertur.

Deo Sabini exercitus uno die subacti.

Gabini bellum Romanis inferunt.

ni inter Latinos opibus & uiris secundum Romanos longe principes, quo contigit, ut Tarquinius Gabios obidere adortus, inde cum ignominia & cõde repulsus, sæpeq; tumultuarijs prælijs cum hoste congressus, ad urbem usq; turpiter sit fugatus, interdum, ut uariæ sunt bellorum uices, Gabios uictos Romanus intra muros clausit, eratq; id bellum uarijs casibus in septimum annum distractum, quum Tarquinius arte, haud quidem Romana, hostes adortus, quod ui & armis non quierat, fraude est eorum oppido potitus. Bello igitur uelut deposito, urbana opera multo studio celebrat, his die noctuq; sedulo incumbit, bellumq; per hæc depositum uideri uolebat, quum Sextus eius filius ex composito Gabios transfugit, ubi in concione patris superbia infestatus, multaq; de eius iniuria amarissime locutus, ab alijs in suos sæuitiam flexisse querebatur, natumq; iam dudum cedere eum cõpisse, ut quam in curia fecit solitudinem, domi quoque faceret, ne ex stirpe quidem aliquem post se incolumem relinqueret. Elapsu se inter ipsius tela & gladius, ut nusquam iam tutus sit sibi nisi apud hostes locus. Cæte rum quod ad ipsius regis consiliu attineret, scierit Gabini bellum sibi integrum superesse, quod ab eo depositum uideretur, arte eam esse, ut incautos postea per occasionem inuadat, q̄ si apud eos locus nõ sit, circuituru se omne Latium, Volscosq; deinceps & Etrusq; atq; Hemicos, donec ad eos ueniret, qui liberos ab impijs patrũ supplicijs possint & uelint tueri, unum illud adijcere, futurum se Gabinis si sua opera uti uelint ad res in Tarquinium gerendas momentum haud quidem exiguum. Quibus illi uerbis capti, iuuenem consolantes circumstant hortanturq; ut Gabijs malit esse, secumq; bellu in Ro. instaurare. Vetant adhæc mirari si qualis in ciues & socios fuisset Tarquinius, talis postremo & in filios esse ceperit, ac cõsidere omnes breui fore, ut ipsius ductu tota belli moles à suis mœnib, depulsa in Romani nominis Tarquinijq; regis exitium uerteret. Huiusmodi spe freti ad arma temere Gabini recurunt, Romanumq; deinceps agrum Sexti ductu ingressi, opulentam in de prædam auertunt, quam Sextus large partiendo, fero cõteritq; Romanis instando eo procelisit, ut magno Gabinorum consensu dux sit belli declaratus. Tum aliquot prælijs inter Gabios & urbem prospere cõmissis, quum omnia ex cõposito fierent, ut maior illi inter Gabinos fides haberetur, crederentq; uulgo, omniu quæ pararentur ignari, quia toties res prospere fluxisset, dono deum sibi Tarquinu missum, essetq; per hæc ille omnibus ita char, ut eius opes nihilo minores Gabijs essent, q̄ patris Romæ, iam satis uiru sibi ad omnes conatus adesse ratus, ex fidissimis unũ Romam ad patrẽ misit, qui ab eo sciscitaret, quando diu ita euenire uoluissent, ut iã omnia Gabijs posset, quid se iã uellet, facere, nihil ad ea Tarquinius respõdit, sed in horru q̄ in regia erat deliberati similis transijt. Ibi rex nuncio qui se qui iussus erat responsum expectate, tacitus in ambulans baculo papauerum capita decutiebat, atq; ita longiore mora fessum à se nunciu dimisit, qui ubi Gabios uenit, Sexto nunciat, quibus ipse uerbis ad regẽ usus esset, cæteru siue odio in filium, siue innata superbia nullum sibi responsum dedisset: Sed citro, inquit, ultroq; ocioso in ambulans hortensis herbe capita diuerberauit, meq; post longam moram fessum itando, sine uerbo à se dimisit. Sensit continuo iuuenis paternis artibus instructus, quid per ea rex fieri uellet. Gabinorum primores, alios ad populũ criminando, & in his Petrone Antistiu ciuitatis longe principẽ, alios sua ipsos inuidia obnoxios, interemit. Nonnulli palam occisi, occulte alij, in quibus minus speciosa fuit necis causa. Multi in exilium acti, quorum æque ac peremptorum bona multitudini data, ut omnis malorum sensus, prædæ

Gabinum bellum deponitur.

Tarquinius fraud.

Tarquinius ars.

prædæ dulcedine adimeretur, atque ita ciuitatis cō-
 filio sensim sublato, Res Gabina in Tarquinij pote-
 statem concessit. Scio mirum uideri, quæ tam præ-
 maturata fuerit in Sexto prudentia, ut eas patris am-
 bagas ad Gabinorum principum cædem pertinere
 senserit. Verumenimvero, uetus fuit illud, neque in
 Tarquinia gente ortum exemplum, & ut illo aliud
 uetustius, ita ipsi familiæ non ignotum, Corintho
 Tarquinij oriundi, ubi Periander tyrannidem exer-
 cuit, is quum Thrasibulum Milesium per fidum nun-
 cium consulisset, qua arte, qua ui, sibi principatum
 stabilire posset, nullum dicitur ab eo responsum da-
 tum, sed in agrum triticeæ segetis egressum, eminen-
 tiores spicas baculo decussisse, atque ita Periandrum
 tacite instructum, capitibus ciuitatis cæde & exilio
 sublati, tyrannidem obtinuisse. Corintho pulsus
 Demarathus Prisci Tarquinij pater, unde & exem-
 plum ipsum translaticium. Tarquinius Gabios per
 hunc modum adeptus, præter spem omnium, nihil
 ciuibus abstulit, nulla pecunia multauit, quin etiã,
 ut suis legibus uiuerent, permisit, lociosq; P. R. alcri
 pfit, opportunitatem urbis secutus, quæ rebus du-
 bjijs magno sibi & suis adiumento futura uideretur,
 his legibus quibus & Sabini iam antea recepti, Cly-
 peo ligneo cui bubulum fuit corium inductum, le-
 ges ipsæ priscis sunt literis conscriptæ, in temploq;
 Iouis Prisci iussu astatæ. Liuius Gabijs captis existi-
 mat cum Equorum gente fœdus à Tarquinio ictū,
 & cum Tulcis renouatum. Rebus igitur circa urbem
 pacatis, Romanus rex ad urbana opera conuersus,
 primum omnium, Iouis, Iunonis, & Mineruæ tem-
 plum Sabino bello ab auo uotum, in parte Tarpeij
 collis præcella & scopulosa, asperitate loci prius ca-
 stigata, fundare est adortus, sed quum de more arcem
 inaugurare statuisset, essetq; huius spatij ambitus,
 facella quædam uetustissimi operis cōplexus, quæ
 quia exauguranda erant, ut omni religionis metu
 sublato, opifices demoliri possent, ferit ut tunc ma-
 loram dæmonum erant illusiones, cætera numina
 Ioui, deabusq; augurio celsisse, solum terminū (ad-
 dunt quidam & Inuentam) sua sede moueri nequi-
 uisse. Atq; ipsa re in omen itabilis manserit; impe-
 rij accepta, sacellum media parte templi immortum
 postea mansisse. Sed siue tum primum, siue aliquan-
 to antea ceperunt fundamenta aperiri, maius quod-
 dam est operantibus prodigium oblatum. Humana-
 num caput recenti tabo ab ijs, qui in ima parte ope-
 rabantur, est inuētum. Tarquinius (nemo enim nō
 id prodigiosum putauit) domesticos uates consu-
 lit, hi omnem eius disciplinæ laudem ad Hetruscos
 referentes ad regem pertulerunt ut in Hetruria sci-
 ficatum mitteret, nec multum abfuit, ut qui ad id
 missi sunt, callida auguris percuntatione decepti,
 fatalem necessitatem per inscitiam alio auerterint.
 Sic enim, ut uideo, uanitatis illius cultores persua-
 sum habuere, ut nisi, qui à Tarquinio uenerant, ab
 auguris filio prius moniti fuissent, ut quoquo mo-
 do à patre interrogati essent, in Tarpeio, aut in Tar-
 peij parte prodigium factum semper responderent,
 futurum fuisse, ut principatus qui prodigio porten-
 deretur, alio callida senis stipulatione transferret.
 Sed ubi Romanos capi non posse Hetruscus uidit,
 tum sine alia ambage docuit, fore, ut ibi arx imperij,
 caputq; rerum esset, ubi id ostentum apparuisset, ac
 iam inde locus ex Tarpeio Capitolium est dici cœ-
 ptum. Liuius autor est tantam templi molem fuisse,
 ut Pometinæ manubiæ, quæ producendo ad cul-
 men operi fuerant destinatæ, fundamentis sint ia-
 ciendis consumptæ, uideriq; ob eam rem, propiora
 uero, quæ Fabius pictor, quàm quæ Calphurnius Pi-
 so, de ea argenti summa tradidit, quorum hic xl. mi-
 lium pondus, ille talentorū quadraginta fuit autor.
 Dionysius medium secutus, quadringenta, ut alio
 est loco significatū, talenta fuisse arbitratus est. Nec

A templo tantum instruendo ciuitatem exercuit Tar-
 quinius, sed & foros in Circo fecit & Cloacam ma-
 ximam purgamentorū receptaculum, qui dum his
 ualide intentus esset, Anus ignota facie ad eum, no-
 uem habens libros, uenit, rogauitq; an mercari eos
 uellet, diuina in his oracula esse dicitans. Verum ni-
 mis amplum precium deposcere uisa, tanquam æ-
 tate desipiens, à rege derisa est. Tum illa tris in pro-
 ximum ignem coniecit libros, rursum inde regē per-
 cunctatur an sex reliquos eodem uellet precio eme-
 re. Hic Tarquinio adhuc magis ridente, tris alios pa-
 ri ratione consumpsit. Postremo quum ad reliquos
 emendos nihilo minore summa inuitaret, hortareturq;
 regem ne tantā è manibus emitteret occasio-
 nem, demiratus ille mulierculæ constantiam, augu-
 ribus adhibitis, libros mercatus est. Anus ubi è con-
 spectu regis abiit, nulli hominum amplius uisa est,
 creditum uulgo Sibyllarum unam fuisse, & ob eam
 rem libri ipsi Sibyllini nuncupati, adhibitiq; uiri
 duo, qui eos inspicerent, quorum alter M. Atrilius,
 quoniam illos temere uulgasset, bubulo corio insu-
 tus, regis iussu est in mare proiectus. Aferuati sunt
 deinceps sub templo Capitolini Iouis, arca lapidea,
 nec aliter adiri inspicique consueere, quàm cum ciui-
 tas seditione iactaretur, aut tetra aliqua bellorum
 clades incidisset, prodigium ue inexpiable alioqui
 esset factum. Permanere Sibyllina illa oracula usq;
 ad bellum Maricum, per id tempus Capitolio, siue
 casti, siue humana fraude, ut creditur, incenso, libri
 unā cum templo deflagrarunt, qui deinceps in usu
 fuere, parum uera appellatione sunt Sibyllini nun-
 cupati, sed ex Italiae urbibus quædam publica cura
 conquisita, alia ex Etruriis cæterisq; Asiae urbibus
 quorum paucissima Sibyllarum fuere. Nec ita mul-
 to post accidit ut duo Tarquinij filij Delphos à
 patre missi, ob prodigium quod domi apparuerat:
 anguis lignea columna subito dilapsus ingentē fug-
 gam in regia domo fecerat. Dionysius ait Aquilas
 in palma, quæ regia incubabat, nidum habuisse, ubi
 illis ablentibus implumes pulli, subito uulturū in-
 cursu discerpi sint. Verum siue hoc, siue illud acci-
 dit, Rex futurorum sollicitus, filios ad Delphicū mi-
 sit oraculum, his Roma proficentibus, ludibrium
 potius quàm comes additus est Iunius Brutus, qui
 stupore & amentia ad tempus simulata, salutem si-
 bi patriæq; libertatem peperit. Nam quum nobili
 esset loco natus, attingeretq; regem confanguinitate.
 Erat enim Tarquinia filius, ut Dionysius scribit
 Prisco Tarquinio genitæ, alij eam superbi regis fo-
 rorem prodiiderunt, Bruti pater Iunius fuit, ab uno
 ex Æneæ comitibus oriundus. Is cum maiore filio
 claræ indolis à Tarquinio interfectus, Brutum ad-
 modum adolescentē reliquerat, qui domestica cla-
 de territus, longe diuersum ab eo quo erat, sibi finxe-
 rat ingenium, unde ille à stupore, quem efflexerat,
 Bruti cognomen adeptus. Is igitur quum regij iuue-
 nes sua Apollini dona attulissent, aurum corneo ba-
 culo, quem ad id affabre excauauerat, inclusum, ta-
 cita sui ingenij ambage deo obtulit, quum lignum
 interim dedisse crederetur, tum madata patris duo
 fratres executi, futurorum, ut sit, solliciti Pythiam
 consulunt, quis natorum post Tarquinium patrem
 esset Romæ regnaturus. Vox ex intimo specu reddi-
 ta est, eum qui primus osculum matri daret, Romæ
 imperium habiturum. Osculo decepti Tarquinij
 iuuenes inter se comparant, ut utri eorum, postquã
 domum uenissent, prius mater occurreret, is eam o-
 scularetur. Erant Tarquinio regi tres uirilii stirpis
 filij, Titus, Aruns, & Sextus, placuit duobus qui ade-
 rant rem silentio occultari, ut Sextus qui domi reli-
 ctus erat, expers imperij esset. Hęc illi. Brutus longe
 aliter rem interpretatus, uelut aliquid pede offen-
 disse, in faciem procidens osculo terram contigit.
 Mater omnium terra est. Sub id igitur tempus quo
 illi

Tarquinij
pera.

Sibyllini
tales libri.

Prodigium
dome Tar-
quinij.

Brutus.

Bruti donum
Apollini dāt

Brutus oscu-
lus terram.

Bellum Ar-
deate.

Certamē de re
uxoria.

Lucretia
stuprā.

Lucretia
ad suos.

illi Delphis sunt domum reuersi, bellum in Ardea-
 te Tarquinius parabat. Rutuli gens, ut tum res La-
 tij erant, opibus præpotens, diu in publicis operi-
 bus Romæ instruendis à rege habiti, fabrilis mini-
 sterium grauat, apertè ceperant imperium detre-
 ctare. Conatus est Tarquinij prædæ cupidus primo
 imperu, Ardeam capere, quo consilio destitutus, ur-
 bem obsidione cinxit, & quia bellū magis erat lon-
 gum quàm acre, faciles ex his castris dabantur com-
 meatus, sed primoribus faciliores, quàm militibus.
 Celebrabant inter se regij iuuenes cum æqualibus
 conuiuia, ociumq; mutuis comestationib. terebant.
 Accidit itaq; ut nobilium iuuentute apud Sextum
 Tarquinium cœnaret, & in his Collatino Egerij fi-
 lio, sermo de re uxoria sit illatus, hic uero quū quili-
 que suam studio uxorem probaret, sic enim compa-
 ratum est, ut hominum plurimi plus omnino defan-
 tum uxoribus quàm par est, minusq; de his malè su-
 spicentur, cōtra omnia in uiro sint illis suspecta. Cer-
 tamine accensi iuuenes quum nemo alij laude cede-
 ret, quid, inquit Collatinus, uerbis opus est, breuis
 uia ad urbem ducit, paucis horis, si periclitari inuat,
 constare poterit, quæ sit omnium optima, agite, ac ci-
 tatis equis Romam profecti, ipsi nostrarum ingenia
 qualia sint improuiso accessu oculis exploremus, id
 cuiq; spectatissimum erit uitæ argumentum in sua,
 q. inopinato occurrerit. Nec mora deinceps fuit, in-
 caluerant enim uiro, unā Romā iter intendunt, ubi
 regijs nutibus in conuiuio & luxu inter æquales re-
 pertis Collatiam primis sese tenebris intendentib.
 abeunt, ubi Lucretiam non epulis & choreis, sed la-
 næ deditam inter lucubrantes ancillas medijs ædi-
 bus sedentem inueniunt. Tum illa præ cunctis lau-
 data. Collatinus regios iuuenes comiter inuitat, mox
 inde digressi, in castra ad altam noctem se recipiūt.
 Ceperat interim Sextum Tarquinium libido Lucre-
 tiæ stuprandæ, cuius non minus spectata castitas,
 quàm forma accendebat. Paucis itaq; diebus interie-
 ctis, uno duntaxat comite Collatiam uenit, ubi à Lu-
 cretia & alijs, nihil tale suspicantibus, est benignè ac-
 ceptus, ac post cœnam in hospitale cubiculum addu-
 ctus, postea uero quàm intēpesta nocte omnia silen-
 tio plena erant, cæterosq; dormire Tarquinius sen-
 sit, ad Lucretiam stricto ferro ingreditur, tum læua
 manu eius pectori imposita, tace, inquit, Lucretia,
 Sextus Tarquinius sum, morieris si uocē emiseris,
 ferrum in manu est. Inde illam ut in re subita, som-
 noq; nuper excitatam, atq; omnia pauent leniter
 affatus, amorem fateri suum, orare miscereq; preci-
 bus minas. Cæterum ubi precibus septam pudici-
 tiam animumq; præfenti periculo expugnari non
 posse uidit, ad metum dedecus adiecit. Locabo, in-
 quit, apud te ferro traiectam iugularum serum, ut
 in fordido credaris adulterio necata. Quibus minis
 exterrita illa, ut infamiae suspicionem effugeret, ex-
 pugnari se passa est. Abijt inde Tarquinius ferrox, igna-
 rus qualem cladem uictrix libido mox sibi, & suis
 esset allatura. Lucretia ubi primum illuxit, nūcium
 ad patrem Tricipitinum Romam misit. Erat tum is
 præfectus urbis, mittit & in castra ad Collatinū, ut
 cum singulis amicis subito Collatiam ueniant, ma-
 turato opus esse, rem atrocem domi accidisse. Affuit
 Sp. Lucretius pater, & cum eo P. Valerius Volesi fi-
 lius, cum Collatino Iunius Brutus ex Ardea uenit.
 Mœsta solaq; sedebat in cubiculo Lucretia, quæ ue-
 nientes intruita, obortis repētē lachrymis, in stertum
 prorupit, ac querenti uiro, fatin ne salua res essent,
 minime, inquit, Collatine, quid enim salui profliga-
 ta pudicitia potest mulieri esse? alieni uiri uestigia
 tuum fedarunt lectum. Cæterum corpus uestigium
 est, animus culpa uacat. Vos quoq; date fidem, rem
 adultero haud impune futuram. Sextus Tarquinius
 est, qui hostis pro hospite, proxima nocte huc uenit,
 gaudiumq; hinc pestiferum mihi sibiq; si uiri estis,

A abstulit. Dant illi ordine dextram, consolanurque
 ægram, culpam in astorem iniuriæ ab ea auertente-
 res, mentem dicere non corpus peccare, nemini non
 liquere unde cōsiliū abfuerit, inde procul culpam
 abesse. Vos, inquit illa, uideritis quid huius sceleris
 autori debeat. Ego etsi sum mihi pudici animi con-
 scia, corpus tamen quia fuit iniuriæ obnoxium, sup-
 plicio non libero, nec Lucretiæ exemplo impudica
 uiuet ulla amplius, ac cum his cultro, quem in hunc
 usum sub ueste occultū habuit, repētē educto, prius-
 quã ab his qui aderant inhiberi potuisset, in cor desi-
 git, prolapsaq; in uulnus moribunda concidit. Con-
 clamant ad eius casum, uir Collatinus, & Tricipiti-
 nus pater. Brutus cultrum ex uulnere eductum tenens,
 per hunc, inquit, castissimum ante regiam inuit-
 riam sanguinem iuro, uosq; dij cœlestes testes facio,
 me L. Tarquinij cum filijs & scelerata coniuge, fer-
 ro, igni, ac quacunq; ui possim percuturū, nec eum
 aut alium quenquam Roma posthac regnare passu-
 rū. Collatinus deinceps & alij in actu repente in iram
 uerso, idem ordine iurant, mirati intra se unde nouū
 illud in Bruto ingenium repētē extitisset. Mox eum
 ad ultionem uocantem ducem secuti, Lucretiæ cor-
 pus ex domo in publicum deferunt, sit statim ex to-
 to oppido ad uidentem concursus, ibi uero quum
 quisq; pro se de nefaria ui & scelere Tarquinij quæ-
 reretur, et in primis Brutus castigatior lachrymarum
 circumfusam mouent multitudinem, hortari quod
 uiros quod Romanos deceret, arma secum in tyrannos
 talia aufos caperent. Cōcurrit ad arma ferrox iu-
 uentus, ultrā ad omnia parata, placuit portas præfi-
 dio teneri, ne quid in castra nunciari posset. Cætera
 multitudo duces est Romam secuta. Fecit armatorū
 agmen pauorem & tumultum in urbe, sub primum
 ingressum. Primores inde ciuitatis, primo in agmi-
 ne conspecti, spectatibus primo admirationi fuere,
 mox ubi res cognita est, haud minor Romæ, quàm
 Collatiæ morus securus est. Curritur ergo ex omni-
 bus ciuitatis locis, in forum, Preco populum ad Tri-
 bunum Celerum, quem magistratū tum fortè Bru-
 tus gerebat, uocauit. Ad quem ille uehementi est o-
 ratione usus, haud eo ingenio, quod ad id repus fue-
 rat simulatum, sed summo uiro digna, qui se ciuesq;
 suos cum ipsa patria in libertatem afferere tum pri-
 mum aggredere. Brutus pauca de se qui ad id tem-
 pus stulticiam simulasset, præfatus, primum de ui &
 libidine Tarquinij iuuenis, deq; infando Lucretiæ
 stupro, miserabiliq; cæde atq; Tricipitini patris orbi-
 tate questus, Tarquinij deinceps patris scelera exor-
 tus, cum multa omnium indignatione, Seruij regis
 optimi, bonorum cædem, fortunarum direptiones,
 exilia, diurnū plebis seruitium in Cloacis demer-
 sæ, aliq; publica & priuata incommoda, qualia ciui-
 tates sauisimo seruitio pressæ pati soleant, ordine
 explicat. Adjicit his impiæ Tullia curram, per cada-
 uer patris actum. Quibus multitudinem presentem
 rerum statum iam antea pertesam facile impulit, ut
 imperium regi abrogarit, ipsumq; Tarquinium cum
 uxore & liberis exulare iusserit, ipse cum lectis iuue-
 nibus, Tricipitino in urbe ad præsidij relicto, in ca-
 stra ad concitandum in Tarquinos exercitū est pro-
 fectus. Tullia medio tumultu, inter diras quacunq;
 iret execrationes, domo profugit. Hęc Liuius. Sed
 multo similia uero sunt, quæ Dionysius, antiquis-
 simum rerum Romanarum scriptorem Fabium se-
 cutus ait, Lucretiã uim à Sexto Tarquinio passam,
 ubi primum illuxit, ex Collatia curru in urbem ad pa-
 trem defectam, erat enim ille urbis præfectus, ibiq;
 ad eius pedes multis lachrymis obuoluta, uim Tar-
 quinij miserabili modo conquestam, plerisq; nobi-
 lium, qui officij causa fortè aderat, uel ad id uocatis,
 quod heri potuit, spectantibus, se ferro traiecit. Ad
 cuius casum atrox orta sit animorū indignatio. Su-
 peruenisse iam in de ea extincta Collatinū et Iunium

Lucretiæ inte-
ritus.

Eruti uerba
ad populū.

Tarquinio ab
rogatur impe-
rium.

Aliter res nar-
ratur.

Brutum à Lucretia per nūcium ab initio accersitos, qui circa portas P. Valerio missio ex urbe, ut Lucretia mortem uiro nunciaret, occurrerant, ac cum Brutum breui de se prae fatione usum, ad ultionem caeteros perpulisse, coniuuratumq; à paucis primo in Tyrannorum exitium, postisq; circa portas custodij, ne quid regi significari posset, cōsultatū inter eos de forma ciuitatis instituenda. Inde Tricipitino Interrege creato, Brutum longissima ad populū oratione usum, autorem fuisse, ut regnū Tarquinio adimeretur. Ego ut non libenter Lioio excedo, qui ait uno tempore Lucretiaē necessarios ex diuersis locis Colatiam uenisse, quā castra multo inde remotiora essent, quā Roma, quanquā haud scio an patri Tricipitino, quia praefectus urbis esset, licuerit priuata causa urbe abesse, ita à Dionysio dissentio, qui tot cōsultationes tam longā gerēdaē rei moram interposuit. Quin potius mira celeritate omnia acta crediderim, praesertim cum Bruti & aliorū consilia, si minimū in tempore fuisset offensum, facile regis interuentu operum potuissent. Verū quoquo modo res acta est, Brutus (q; inter omnes quoque res acta est, abrogato, cum paucis contendit in castra, unde quia iam nūcius eo de ijs quae Romae acta erant puenerat, percussus Tarquinius ad cōprimendū motum Romam profectus erat, declinavit Brurus regis occursum, acciditq; ut uno tempore hic Romā, ille ad exercitū tenerent. Sed multū dispari effectu, Tarquinio clausae sunt portae urbis, atq; exilium indictū, milites liberatorē suū studio summo & fauore exceperunt. Tarquinij filij ē castris electi, reliqui in Hetruriā patrem secuti sunt. Sextus patris iram ueritus Gabios, uelut in peculiare regnum, exul abiit.

ENNEADIS II. LIBER VII.

LXcidit Tarquinius regno, anno quinto & uigesimo, ex quo Romae fuerat rerum potitus. Fuitq; annus ille ab eo quo in urbe caeptum erat regnari, supra ducentesimo quarto & quadagesimo. Ab mūdi origine undecim milia sexcenta quatuordecim milia. Regnaruntq; cum Tarquinio in Macedonia Amintus Alcerae filius, q; ad eū ualidus fuit corpore, ut in Olympico stadio haud unū certaminis genus uo tempore obiuerit, in Aegypto Amasis, qui Aprij successit. Is ab Aprie missus ad cōprimendos Aegyptiorum motus, qui post pugnam in Cyreneos infeliciter cōmissam à rege defecerant, tumultuario rex est fauore declarat. Misit Apries qui eum ad se uinctū ducerent, quibus Amasis se iam dudū dare operā dixit, ut praesto regi adesset. Comparabat, enim aperte in eum bellū, nec longior deinde mora fuit, contractis utrinq; copijs, circa Memphim urbē castra conuulere, ibique ingenti praelio commissio Apries uictus in Amasis potestatem uiuus uenit, abductusq; in Sain urbem, ubi uictor Amasis sibi regiam oprauit sedem, in summo est honore ab eo habitus. Indignabantur interim Aegyptij, post adeptū regnum Amasis parere, quod nimis humili esset loco natus, & ob id indignus qui tot populis, tot gentibus simul imperaret. Ille ad haec nō ui, sed arte animos leniendos ratus, auream peluim quam habuit, qua; regij conuicij se lauare consueuerat, occulte in idoli speciem conlaui, eamq; in publico locatam rex ueneratus, & caetera multitudo regem secuta pari ueneratione dignata est. Et iam maior in dies religio erat circa id simulachrum, quum rex primoribus gentis caeteraque multitudine ad concionem uocata, Ecce ueneramini, inquit, uiri Aegyptij simulachrum, ex ea materia factum, ex qua nuper cōstitit peluis illa, quam ad fordidissimos usus nuper subiectam habuistis.

Animi mundi.
Amintus.
Amasis rex.



A Facies credo rei quae mutata est, in causa fuit, cur dignitas mutaretur: nam materia eadem est. Sic quae lo & in me facite. Fui fateor priuatus quadoq; nunc uero rex sum, reddite suos honores regiae personae, regale fastigium reddat me uobis uenerabilem, si priuata fortuna non potest, qui sum nunc, non qui fuerim spectate, stulte facit qui parum speciosa recordari mauult, quam formosa & pulchra intueri. Tali ille argumento usus, Aegyptios in sententiam adduxit, ut aequum censerent, praesenti imperio parere. Huius quoque est adagium illud, à suis aliquando monitus, parum regium sibi uideri, quod ad tam apertam descisceret nequitiam. Nam Amasis, ut faceret erat ingenio, scurram inter conuiuias imitabatur, ita occurrisse dicitur, frangi arcum aut porro inuicem fieri, si nunquam retenderetur, ita in se & alijs graui onera ferentibus euenturum, ut nisi animus iocis festiuatq; proccacitate remitteret, ad ea quae serio agenda essent, fieret inutilis. Inter uaria eius regni opera, ex solido saxo domum ante Mineruae templum, in Sai urbe constitutam reperio, cuius rectum exteriori parte unius & uiginti fuerit cubitorū, quatuordecim latitudo, octo sublimitas, in qua mole ex lapidicinis, quae iuxta Memphim fuere, in Saim usq; traducenda duodecim hominū milia triennium consumpsere. Mirum est, quod Herodotus scribit, uiginti milia urbium in Aegypto ab Amasi rege habitata. Huius lex illa fuit ut singuli hominū apud provinciarū praesides, suae uitae rationē cogere uiderentur reddere: unde uictus cuiq; quae reretur, ac qui id monstrare non potuissent, capitali afficeretur supplicio. Talis lex inter alias Solonis Athenis quoque diu obseruata. Idē Amasis primus omnium, Cyprum bello raptam tributariam fecit, qui quum tanta nominis celebritate felicitateq; rex degeret, quāta Aegyptiorum regum nullus antea, bello est à Cambyse Cyri filio petitus. Illati belli causam eam fuisse ferunt, quod filiam illi Aegyptius rex matrimonio iugere noluit. Ferē Cambyles ad eas nuptias petendas impulsus, ab Oculario medico, qui inuitus ab Amasi fuerat in Persas missus, quum praestantissimū medicorum ab Aegypto rege Cambyse requisiuisset. Videbat ille ita futurum, ut aut filia ab Amasi non daretur, bellumq; ex ea re illi ex Perside oriretur, aut si data esset, breui senex natae desiderio conficeretur. Amasis rem aliter interpretatus, quia futurum arbitrari, ut Cambyse filiam in pellicem potius quā in coniugem esset habiturus, aliam nubilem Aprij filia, elegantia facie puelam pro filia misit. Eratq; iam uana specie elusa caeca libido, nisi puella Amasis filia uocata, se non Amasi, sed Aprie rege natam confessa esset, quae Cambyse contumelia cōmotus, bellum Amasi intulit. Hic sermo inter Persas celebrior. Aegyptij Cambysem sui sanguinis arbitrari, ex Aprij filia cuius modo mentio facta est genitū praedicabant. Caeterum Persici ritus ignari Aegyptij temere acquiescebant uanae opinionioni, neq; enim apud Persas regnū obrinere poterat, qui non legitimo esset thoro natus, si non desit qui coniugio procreatus regnare possit, q; in Cambyse certe euenisset, quum haud unicus patri esset filius, sed frater Merges illi erat (alij Merdes habent) ex Cassandane genitus, quae Cyro legitime nupsit, patriq; superfuit. Sunt qui tradant Cambysem Cassandane matri assidentem, quum animaduertisset eam cum Perside quadam muliere familiariter queri, quod sibi pulchram Cyro prolem enixae Aegyptia ca ab eo in amore ancilla praeferebat, sponte ei pollicitum, si quando per aetate adoleuisset, se quae summa in Aegypto essent ima redditorum, idq; eum postea secutū, belli causam cum Amasi quae fuisse. Cambyse igitur in Aegyptū moturus, ad Arabiae regem misit, ut per eas terrae angustias, quae inter Aegyptiū sunt mare & Erithrūm, liceret pacatē exercitum in Aegyptum transmittere, cuius rei ille non solum potestatem

Amasis Apri phthegma.
Adagium eiusdem.
Quot milia urbium in Aegypto.
Lex Amasi.
Cur Cambyse bellum Amasi intulerit.

Federis ratio apud Arabas. testatem fecit, sed foedus quoque in idipsum cum Persarum legatis sanxit. Arabibus haec sancienti de foederis ratio fuit. Manum acuto lapide secus maiores digitos feriebant interiore parte, inde flocco ex eorū uestimento, qui id faciūt desumpto, septem lapides in medio constitutos cruore inungunt, Dionysium & Vraniam quos solos deos arbitrantur uocantes. Magna eius Arabici soli pars quae à Phoenice ad Gaudis Palaeinae urbis montes & ab Ienysio rursus quae est Arabum, ad Serbonitidis lacum Casio motū propinquum, trium circiter dierum itinere, siticulosa & arida est. Id Cambyse, quum exploratū habuisset, camelinis utribus aquam ad totius exercitus usum dedulit. Hoc propius uero est, quā quod quidam prodiderunt, Corim Arabiae flumē, ab Cambyse, tribus canalibus ex crudo corio factis duodecim dierum spatio (tantundē inde fluuius distat) in cisternas quas his locis effoderat corruatum. Et ille per hos labores exercitum in Aegyptum duxit: Samnietus Amasis filius (nam senex pater ante Cabyse accessum medio belli apparatus uita decesserat) castra ad Pelusium habebat, nec procul inde Persae confederunt, acie, si pugnae copia facta esset, continuo dimicaturi. Cares & Graeci auxiliares, quae in Samnietica stris erāt, Phani uiro illustri in senis, qui ab Amasi ad Cambysem trāsferat, perpuleratq; ad bellum maritandum, eius filios inter duas acies in prociūstantes, supra craterem, unum post alterū in uictimarum speciem mastant. Puerilem in de cruorem permixtum uino prius quā manus confereretur, circumferunt. Acre deinceps praelium cōmittitur, multisq; utrinq; cadentibus anceps aliquandiu mars fuit. Ad postremū fusi fugatiq; Aegyptij insignem Persis uictoriam reliquere. Herodotus autor est spectasse se his locis eorum ossa, qui acie illa occubuerunt, utraq; ab alteris discreta, animaduersamq; à se & ijs, qui se cum aderant, rem memoratu dignam, quod Persarum capita adeo fragilia essent, ut uel talitro perfringerentur, contra quae Aegyptiorū fuisse dicebantur, tam solida, ut ne lapides quidem ictu temere comminerentur, compertū ex his habuisse, Aegyptiorū caluarias quia ab initio quae gens raderetur, & ad solem obdureceret, diuicijs celestis iniuriā restitisse, contra in Persis euenire, qui pileis mitrisq; tegeant capita. Cambyse uictoriam secutus Memphim castra admouit, nec longior postea fuit obsidio, paucis diebus Persae urbem deditam cum rege tenuerunt. Cyrenaei, Parcae, & Aphri, Aegyptiorum opibus fractis, & ipsi Cambyse imperium acceperunt. Excidit regno Samnietus sexto mense ex quo illud à patre acceperat, quidam falso anno pro mensibus acceperunt. Caeterum illi nō libraria fide solum, sed autoritate quoque & ratione repelluntur. Herodotus autor est, Amasim qui illi regnum tradidit, sub id se ferē tempus, quo Cambyse in Aegypto mouerat fato defunctum, nec Aegyptijs uno aduerso praelio fractis, maiores ulli eius gentis conatus extitere, sed bellum Memphim compulsū breui obsidione profligatū. Et Aegyptij per hunc maximē modum regnum amiserunt. In quo reputatio illa subiit animū, quodam facto regibus inimico esse factum, ut paucissimis annis quatuor illustria sublata sint regna. Medi primo, mox & Lydi à Cyro uicti regnare desierunt, sic Tarquinij Roma eieci, sic Samnietus uictus regnum & libertatem amisit. Is Cambyse iussu cum omnibus eius gentis primoribus in suburbano loco constitutus, memorabile doloris edidit exemplū: missa est eius filia feruili habitu cum plerisque; nobilibus puellarum aquatū, ut in sordido ministerio à patre confecta, super caeteras calamitates maiore adhuc dolore conficeret, quae ubi in suorum conspectū uenere tuo aspectu miserabilis inter uirgines parentesq; orata est comploratio, unum omnium Samnietus filiam intuitus, immoto stetit uultu dicitur. Inde filius ad

A supplicium cum plerisque; aequaliū missus, caeterorū fletu & lamentatione, ex ipsius conspectu abstractus, pari uultus constantia dicitur profectus. Accidit interim ut in amicorum quendam oculos coniecerit, qui ex praecleara nuper fortuna, multisq; diuitijs penē nudus circuibat milites, cibum mendicans. Tum uero neq; à lachrymis teperauit amplius, neq; aperta lamentatione abstinnit. Has intemptiuas lachrymas Cambyse demiratus (aderat enim qui omnia illi quae fiebant nunciarent) misit qui ab Samnieto sciscitaretur, quid esset, q; quum liberorū calamitatem tam pulchrē pertulisset, ut ne lachrymam quidem in eorū malis emiserit, contra, ad unius mendici aspectū in fletū prorupisset. Cui autē ab eo responsum, ut diceret domestica mala multo maiora fuisse, quā se fieri possent, amici fortunā dignam sibi uisam, quā fletu & lachrymis, quādo aliter opem ferre non posset, prosequeretur. Cresus & alij primores, qui cum Cambyse erant, ad eam uocem propriae fortunae admoniti, nequiterunt & ipsi fletu abstinere, tergitq; subita cōmiseratio uictoris animū, ut confestim miserit, qui Samnietii filio parci iuberent, sed seruum fuit imperiū, perierat adolescens, quum nuncius à rege affuit. Ipsum regē, q; praestare potuit, nō solum seruatū uoluit, sed penes se quoque in honore habuit, donec res nouas molientē taurino sanguine epoto, ad mortem cōpulit. Fama est habuisse in animo Cambysem, prius quā hostilem in se animū gere cōperisset, eum Aegypto praeficere: nam & Inari, Aphri, & Paulisti Amythei filijs in deditonem receptis, regnū restituit, in Amasis cadauer inexplabilis odij dedit exemplū, id resossum, ac uerberibus cēsum, praeter patriū morem concremauit, quanquā haud Aegyptijs tantū id moris fuit, ut humana corpora non coburerent, quia ignem deum quendam arbitrant, eo idq; humana carne flammam uiolare nefas ducunt, sed Persis quoque, qui beluam quandā animatā ignem existimabant, quae quicquid adepta esset deuoraret, inde exaturata moreretur. Aegypto domita Cambyse triplex bellum animo destinauit. Nauale unum aduersus Carthagenenses. Pedestre alterū in Ammonios. Tertium in Macrobios Aethiops, qui Aphricā ad australe mare incolunt. Sed prius quā in hos aliquid moueret, statuit legatos ad eorū regem mittere, ut legationis specie itinerū rationē, & opes gentis specularent, quae Solis mēsa apud eos esse dicebatur. Ferunt prarū suburbanis fuisse locis, quo omnium quadrupedū carnes assae noctu magistratū cura inferrentur, eoq; ubi primū illuxit, uulgo ciues occurrere, hilariterq; epulari, persuasum indigenis fuisse aiunt, terrae felicitate ibi alimēta assidue reponi. Ad hos igitur legati cum muneribus, nisi, Isthio-phagis ducibus ex Elephantina urbe ascitis, qui Aethiopicam ob mutua utriusq; gentis cōmercia callebant linguā. Fuerunt dona quae regi tulerunt, purpureum amiculū, aureus torquis, armilla, alabastrū unguenti, & phoeniceo uini cadus. Sunt Aethiopes ipsi ad quos tum legati missi sunt, si uera Herodotus prodidit, omnium hominū maximū ac pulcherriam, diuersoque ritu à caeteris mortalibus uiuentes, tum id in alijs seruant, tum in creando rege, quem utiq; praecipua statuta, ualidoque corpore ex omni numero eligunt. Ad hūc igitur cum legati uenissent, exposuissentq; se à Cabyse Persarū rege missos, ut cū eo amicitia & hospitij iungeret, atulisse adhuc se ad eum dona quaedā, quae idcirco ille praeter caeteris mittenda existimasset, q; ipse eorum usu maximē caperet. Hęc illi. Caeterum legatorū accessus nihilo secius fuit regij & alijs suspectus. Responsum proinde his parum pacatē, liberēq; exprobratū, parum iuste facere Cambysem, quia nulla lacepsit iniuria, alienū regnum inuadere moliretur. Quod ut tutius fieret, legationis praetextu missis, qui uniuersam regionem explorarent. Verum feliciter Persis euenire, q; diu eam

Amasis Apri phthegma.
Adagium eiusdem.
Quot milia urbium in Aegypto.
Lex Amasi.
Cur Cambyse bellum Amasi intulerit.
Quatuor reges uicti.
Filia Samnietii.
Samnietii conspectu.

Samnietii responsum.
Samnietii intentus.
Cur Aegyptij Persae cadauera non comburunt.
Mensa solis.
Munera Cambyse ad Aethiopicum regem.
Aethiopiae ritus.

Aethiopes mentem non dederint, ut aliena appetent, quae si data esset, breui expertus fuisset, an Aethiopes ijunt, quibus temere sit bellum inferendum. Interim vero priusquam aliquid temere moueret, suas identidem metiret vires, & quum arcum quem a se intendi cernerent, utiliter tractasset, tum de uis Aethiopibus inferenda cogitare inciperet. Haecq; ille effatus, robustissimum arcum ualide curuauit, legatisq; Cambyfi deferendum obtulit. Inde purpureum amiculum tractans, quid esset rogauit, ac qua id ratione infectum, Ithiophagi purpurae rationem exponunt, idq; hominum comentum esse demonstrant. Dolosi, inquit, homines, dolosa & uestimenta. Mox de tortili auro, & armillis sciscitatus, ubi in regio ornata ea esse audiuit, risisse dicitur. Gloriatuq; est quod ex eadem materia apud se captiuorum essent uincula, nec ita multo post ad carcerem perduxit, ubi fontes aureis erant copedibus, & carenis ligati. Est enim in ea gente aes rarum ac maxime preciosum, nihil itaq; eorum quae attulerant praeter uinum laudatum, sed quum alia atque alia querendo, eo peruenisset Aethiops, ut a legatis praeter alia multa triticum panem Persis in ulu esse didicisset, cotinusq; gentis uitam anno octogesimo plurimum terminari, miratus dicitur cur tam diu uiuerent, qui stercore uescerentur. Viuunt Macrobij Aethiopes uulgo annos centum & uiginti. Plinius longioris est autor uitae, in uitreis uasis sepeliunt cadauera. Legatis in Aegyptum reuersis, Cambyfes haud multum deinceps moratur in Aethiopia mouit, Carthaginensium bello in aliud tempus dilato, Phoenicibus, qui ultrò in fidem uenerant, in progeniem suam bellare recusantibus. Omnis nauticae apparatus phoenicius ferme erat. Nec Rhodij & alij qui aderant tanti interrim esse, ut Tyrijs prouinciam detrectantibus punicum obire possent bellum, ipse sine maiore aliquo commeatu penè praecipit, cum omnibus copijs profectus, auxiliarijs Graecis Memphi ad praesidium relictis, Thebas processit. Nec multum distans a fabulari historia, quae de hac urbe Graeci scriptores, & Latinorum quidam scripsere, quod centum portas habuerit: id enim Homericum carmen testatur, qui dam pensile totum oppidum fuisse adiciunt, ita ut numerosi exercitus nihil ciuitate lentiente a regibus urbe educerentur, flumen mediam urbem intersecat. Diodorus Bulyridem autorem memorat. Ambitus urbis centum traditur & quadraginta stadiorum. Nec ea mihi uidentur exequenda, quae de Memnonis colosso ibi referuntur, etsi Strabo autor diligens uisus quae de eius crepitu, non contentu, ut uulgo est persuasum, coperta se habuisse memorat. Semel in ea urbe pluuisse dicitur, anno quo Samnietus ad Pelusium est a Cambyse uictus. Hinc Cambyfes quinquaginta milia lectorum peditum in Ammonios misit, ad sacra & prophana eius gentis diripienda, & ut Iouis oraculum apud eam gentem incenderent. Ipse parum mentis compos reliquit copiarum praiceps in hostem rapuit. Vix quintam partem itineris exercitus confecerat, quum commeatu defecere, & iam malignè terra pubulum praebat, pergere tamen porro ire demens imperator, ac quandiu miles potuit radicibus & herba uelci perferuerat, ubi uero ad fabulum peruenere, omnia tum simul desiderari coepit, diraque fames militum inuasit. Hic res infanda accidit, ut Persae inedia adacti, de cinum quemque sorte ductum uulgo mandere occiperint, quo atroci casu territus Cambyfes, magna militum iactura interim facta, per Thebas Memphim redijt. Et Aethiopia expedicio hunc exitum habuit. Qui in Ammonios misit fuerant, in septimo die quam Thebis profecti sunt, ad Oasim urbem peruenere. Inde per arenosam uasitatem repetito itinere, nusquam amplius in hominum conspectum uenere. Nam neque ad Ammonios peruentum est,

Aethiopus uires.

Aurea uincula captiuorum.

Longioris uisus Aethiopes.

Thebae Aegyptiacae.

Bellum in Ammonios.

Persarum famelicis ingens.

neq; ex tanto numero retro quisquam est reuersus. Ferunt ad Ammonijs postea celebratum sermonem peruenisse eos ad medium fore arenarum spatium. Tum illis prandentibus uolentem austrum repente coortum, ingentibusq; arenae cumulis superingessis, ad unum e conspectu sublatos. Cambyles duplici clade affectus, omnem male gestae reuerentiam in Aegyptios effudit, eius genis sacerdotibus interfectis, et Apiboue ferro uiolato. Erat Apis ex boue alio qui sterili genitus, persuasum habuit Aegyptiorum uanitas, eam fulgure istam fieri grauidam, eoq; coceptu Apim nasci, quem Epaphum dixere, erat illi candor quadratae figurae in fronte, in tergo aquilae effigies, insignis cantharus in palato, niger candidiq; uentus Cambyles fauere coepit: Merdimq; siue Mergidem (ut Trogius ait) primo occidit, erat is illi ex am bobus parentibus frater, qui quum arcum ex Aethiopia missum caeteris ualidius intendisset, liuore motus Cambyfes in Persas remisit, inde per quietem uisus est nuncijs adesse, qui diceret Mergidem solio sedere regio, qua ille uisione consternatus, confestim Prexaspem hominum fidissimum in Persidem ad eum interimendum misit. Quidam Susis interfectum prodidere. Alij media uenatione, nonnulli in rubrum mare praecipitatum. Nec uno patricidio contentus, aliud non minus saeculum continuè adiecit. Erant illi tres sorores, quarum natu maxima, primo illi nupsit, huius amore captus, quum palam pro uxore primo habere dubitasset, Persarum iudices rogauit, an lex ualida foret, quae permitteret sororem fratri nubere. Caeterum illi tam prudenter, quum uerè respondisse dicuntur, se legem nullam inuenire, quae fieri permitteret, ac scire se alteram esse legem, qua Persarum regnum licitum esset agere quicquid uellet, eoq; legis praetextu Cambyfes Atosiam sororem sibi matrimonio iunxit: Inde aliam duxit minorem natu Meroem, ut quidam aiunt nomine, nam qui ipsius Cambyfis matrem Meroem uocatam existimant, Herodoti auctoritate reselluntur, qui Cassabane ex Achemenidarum gente Cambysem, non Meroem, genitum prodidit. Nec uetus Aegyptiorum opinio illos a mendacij suspitione uindicat, qui Aegyptiaca eum femina natum credidere, quum ipsi quoque in manifesto fuerint errore. Enim uero si pellice ille ortus fuisset, quia apud Persas legitimo thoro nati imperium, si adfuerint, obtinere soleant, ad Mergidem Cyri regnum, non ad Cambysem peruenissent. Sed quocumque fuit nomine, quae secundo loco nupsit, eum in Aegyptum comitata est. Hanc Cambyfes, quia Mergidis fratris sibi patricidium exprobrasset, ictu calcis interemit. Tradunt quidam canis leonisque catulos ab eo commissos, aliquandiu inter se certasse, mox leunculo sitperante, alterum canem fratri auxilio accurrisse, atque ita duorum assultu leonem superati. Ad quod spectaculum puella fleuisse fertur, rogataque a Cambyse, unde illa intempertuè lachrymae, respondisse aiunt, Mergidis fratris memoriam subijisse animum, cui nullus in morte affuisset ultor, ob eam Graeci a Cambyse interfectam memorant, alij tamen apud Aegyptios (ut Herodotus scribit) de eius morte fuit sermo. In cena quum forte lactucam ederet, folia eam discerpisse aiunt, inde uirum rogasse, utrum densa ne an discerpta pulchrior lactuca uisa esset, quum densa ille respondisset, illud Meroem subiecerit (si Meroem fuit illi nomen) hanc tu imitatus es, qui Cyri domum patricidium conuulsam reddidisti. Ad quae Cambyfes ira percitus, eam praegnantem humi affixit, quauis abortu edito uita defuncta est. Per haec ille in suos debacchatus, quum indies amantior fieret (ferunt enim ab ineunte aetate sacro eum morbo conflictatum, nunquam postea satis animo conualuisse) Prexaspem quem maxime diligebat filium sagitta transfixit, & quod crudelius fuit, tam diro spectaculo patrem adhibuit, in cuius inuidiam adole-

Militet arcum summissi.

Apis bos.

Cambyfes fratrem interfecit.

Iudicij responsum ad Cambysem.

Cambyfes sororem occidit.

adulescentem occidit, quoniam ab ipso Prexaspes rogatus, qualis a Persis haberetur, per caetera optimus respondisset, nisi quod aliquanto auidius uino indulgeret. Nec ita multis interiectis diebus ex Persarum primoribus quosdam in caput humi defodit, est & Cræsum interficere conatus, quod leniter ab eo moneretur, ne in suos populares temere saeuiret. Sed quum ab his quibus caedes mandata erat Cræsum imperasset, ut tantisper ferro abstinere, donec regis ira deferuisset, tum si in consilio perstaret, peragerent mandata: Caeterum remittente ira, Cræsum seruatus est. Sed dum per haec ille in Aegypto insanit: Magi fratres, quorum alter a Cambyse curator rerum fuerat relictus, de occupando regno consilia ineunt, rescuerant hi de Mergidis nece, quae inter paucos adhuc erat uulgata. Magorum minor Mergidi erat aetate & liniamenti perquam similis, & quod ad res assimulandum non parum ualuit, fuit & Mago Mergidi nomen. Hunc maior frater regio folio pro Mergide Cyri iam mortuo collocat, mittitq; in omnes gentes praecipueq; in Aegyptum caduceatores, ad exercitum, quem Cambyfi sciebat infensum, ut abrogato illi imperio, Mergidi Cyri filio parentem, erat cum Cambyfes in Ecbaranis Syriae, qui ratus uera esse quae de fratre efferebantur, parum abfuit quin Prexaspem occideret, cui fratris caedem demandat, uelut minus dicto obediens fuisset. Caeterum sciscitando eo peruenit, ut Magorum fratrum eam intelligeret fraudem esse. Tum irarum aestu feruens, equum conscensurus ut in Persidem raptim duceret, uagina gladius excidit, strictaque ferri acie femur fauciauit: Fuerat ei in Buti urbe oraculum redidit, futurum ut in Ecbaranis moreretur. Caeterum quia & in Media Ecbarana erant, ubi omnis regis custodiaebatur gaza, ibi senio se confectum uita decessurum, ad id tempus persuasum habuit: Sed quum audiret Ecbaranos eam quoque Syriae gentem nominari, hoc, inquit, loco fatale est Cambysem Cyri filium mori. Moxque Persarum primoribus ad se uocatis in hunc modum eos allocutus. Cogor uiri Persae nunc demum uobis aperire, quod semper alioqui occultum habui, oblata est mihi per quietem, quum in Aegypto essemus, nocturna species quae me ad nefarium scelus impulit, uisus fuit mihi nuncijs astare, qui diceret regium solium a Mergide teneri. Ego domesticarum rerum sollicitus, nec ignarus quam res lubrica sit regnum, quod haud pauci mortales appetunt, nisi qui fratrem meum Mergidem interficeret, eum ratus mihi nec alium per quietem insidiatorem demonstrari. Paruit dicto Prexaspes, cui id patricidium patrandum dedi, ipse a me ex Aegypto in Persidem missus, ipse fraternae caedis minister fuit, ipse hominem suis manibus sepe liij, optimusque perpetratae caedis esse potest testis. Verum quisquis ille daemonum fuit, alij mihi Mergidem in somnis ostenderat, Magorum fratrum minorem natu, a quo comperit habeo regale solium teneri. O facinus indignum humanamque rerum caliginem, me ne fratrem amantissimum occidere, dum uanas uito insidias? aut regiam stirpem dum timeo, feruis ad regnum occupandum aditum facere oportuit? o me miserum & infelicem, qui Cyri domum suo praesidio spoliata, infimo cuique inuadendam reliqui. Sed quid ego uiri Persae haec queror, quum talia sint, ut mutari non possint? quin audite quae, ad quae ego uita exiens uos hortandos dixi, per solem & si quid in caelo sanctius est, uos oro, & obtestor uiri fortissimi, ne uestra discordia patiamini regnum tanta indole quaesitum, ad Medos relabi, ne iugum quod Cyrus pater meus Medis & alijs gentibus imposuit, in uestras recidat ceruices, iterumque alieno imperio subiiciamini, & Persae qui iam multos annos tributa a Medis, totaque ferè Asia exegerunt, seruitio adacti tributarij fiat. Satijs fuisset nun-

Magi fratres occupant Persarum regnum.

Cambyfes moriturus ad suos oratio.

quam imperandi dulcedinem degustasse, quam degustata turpiter priuari. Quin agite & regnum fraudè occupatum constanti conspiratione reposcite exercitus penes uos erit, uiribus, experientia, gratia longè Magos praestatis, intelligat scelerati fratres Cambyse etiam defuncto regnum turpiter questum, turpius relinqui oportere, quae uobis facientibus telus precor uberius pariat, foetura pecorum crescat, augetur soboles, perpetuaque maneat libertas. Contra, ultionem aspernauit, moriens omnia dira imprecor. Posteaquam Cambyfes ita perorauit, miserabilis comploratio est a circumstantibus orta, nec ipse multo post superfuit, dolore uulneris uictus, paucis diebus expirauit, quum octo propemodum annos regnasset. Tenuerunt deinceps regnum Magi fratres menses septem. Caeterum paucorum coniuratione oppressi perierunt. Enim uero haud res a principio facile credita est, ut Magus pro Mergide Cyri filio regnaret. Nec Prexaspes qui eum occiderat, post Cambyfis interitum libenter inuisum crimen uulgabat, ne tam nephariae caedis unus apud Persas inuidiam sustineret. Ambiguus igitur principum animis, ultio in id tempus diffracta est. Tum demum Othanes qui coniuratorum unus fuit, factus per Phaedimam filiam quae cum Mago cubabat, certior, (nam ad eum nulli alioqui patebat accessus) eum auribus carere, id ut exploraret pater illi per internuncium mandarat. Cyrus enim dum regnaret, Mago haud leui quadam de causa aures praeciderat. Sic Herodotus. Trogius id a Cambyse factum prodidit. Hoc itaque in dicio ille proditus. Othanes ubi exploratum habuit non esse Cyri filium, qui regnum occupasset, ueraque fuisse ratur, quae Cambyfes de caede fratris moriens fuerat confessus, re cum paucis communicata, consilium inter se conferunt, de Mago & fratre trucidandis. Nec rem aperte sunt tentare ausi, quum armorum praesidia ueriti, quibus illi erant septi, tum quod omni genere liberalitatis magna in se studia conciliarant. Sex igitur rem ab initio mouere ceperunt, quibus Darius ex Perside uir clarus opportunè superuenit, qui coniurationis focus assumpit, negare rem aliquo modo differendam, per praesidia ipsa in regia ad Magos pacatè penetrandum, certò scire se milites Persarum primoribus reuerentia cessuros, ac si quis circa cubiculi ianuam obstitere, eo obtruncato celeriter ad Magos irrumpendum. Et iam conueniebat inter omnes rem maturandam esse, cum allatum est Prexaspem se ex alta turri praecipitasse, qui magnis pollicitationibus, in dicio etiam metu nisi id faceret, fuerat a Magis inductus, ut ex alta turri populum alloqueretur, ibique Mergidem Cyri filium esse diceret qui regnaret, fuisse se a Cambyse iustum, ut de eius caede mentiretur, id quum ille se facturum recepisset, productusque est ad hoc ipsum in conspectum populi, a Cyri memoria eiusque meritis in Persas exorsus, ad Cambysem descendit, a quo sibi Mergidis fratris caedes fuisset iniuncta, inuitumque se Mergidem necasse testatus, non Cyri filium esse qui regnaret, sed Magorum alterum, ac quum haec alta uoce dixisset, se in caput ex summa turri praecipitauit. Haec fama coniuratos iam ad Magi caedem egressos ira turbauit, ut consilij inopes, eorum alij tantam facinus differendum dicerent, alij exequendam illico rem contenderent, interim augurio confirmari, septem enim accipitres duos uultures aperto caelo insectati disiecerant, porro ire perstiterunt. Per stationes igitur (facile enim euntibus multitudo cessit) ad intimam ianuam uenere, ibi cum nuchorum quosdam, uiliterius ire prohibentes, repente obtruncant, sentiunt id Magi, qui fortè inter se de Prexaspis casu consultabant, confestimq; tumultu excitati, hic arcum, ille lanceam adeptus, occurrunt: tum conlertis manibus, totaque ferè Asia exegerunt, seruitio adacti tributarij fiat. Satijs fuisset nun-

Cambyfis interitus.

Coniuratur in Magos.

Prexaspes e turri uolens praecipitatur.

Magi opprimuntur.

Gobrias.
Darius.

post congressum inutilis fuit, in proximum se proripuit baculum fores oculurus: Darius & Gobrias, qui ex coniuratis unus fuit, una cum eo locū irrumpunt. Tum Gobrias cum Mago complexus, speculante Darium qua potissimum parte Magum, sine Gobriæ clade, ferro traiceret, quid cunctaris exclamat, eius moram increpans, huic quum Darius respondisset, ne pro hoste amicum interimeret, uel per utrunque, inquit, ille gladium adige. Tum Darius vibrato ferro, Gobria incolumi, Magum prostravit. Interfectis capita adimunt, duobusque faucibus ad arcis presidium relicti, cæteri cum tumultu & uociferatione in publicum procedunt, fuit res ipsa æque omnibus grata: nam post Pexaspis casum, satis inter omnes constabat, Magum non Cyri filium imperare. Cæteri Magorum qui eo tumultu obui fuerunt, ad unum sunt omnes obturcati. Tumultuque deinceps sedato, principum cōsultatio aliquot dies tenuit, deberent ne popularem administrationem inducere, an regiam, ut antea. Qui Democratiā probauit, Cambysem insolentiam ante oculos ponebat, adijcere & illud, nihil mortalibus minus curam, quam unius libidini salutem & fortunam multorum subijcere, qui si sic natura optimus, licentia tamen & rerum omnium affluentia, uanaque persuasionē tyrannicos imbibeat spiritus, fiatque in dies insolentior, nec tantam singulis hominum, sed urbibus quoque & populis perniciōsus, & quod omnium esset maxime detestabile, inuidet rex, inquit, o primo cuique, nec inuidet solam, sed capitali interficitur odio, quum formidolosa sit regibus priuata uirtus, atque ob eam rem magnopere inuisa. Adijciebat, & alias regum iniurias, cædes, stupra, rapinas, exilia, quorum nihil bonis accidit, quum multitudo dominatur, quæ administrationis ratio, quum ob alia multa, tum ob id præcipue optabilis esset, quod ius æquissimum ciuitatis uinculum omnibus exqueretur. Hæc fuit Othanis sententia. Megabyzus contra nihil populari multitudinis insipientis dicere: quippe qui tyrannum fugerent, in plebis intemperiem incidere, in medio si quid rex tyrannus faciat, id intelligens facit: plebis autem proprium esse, nihil intelligere. Hæc & alia in eandem sententiam Megabyzus quum differauisset, laudaretque paucorum administrationem Darius tertio loco sententiam dixit, qui tribus statibus propositis, ut optime populus, optime pauci, optime unus imperaret, multo unius imperium præclarissimum iudicauit, nihil melius affirmans unius uiri imperio, qui optimus sit, cui multa in hanc sententiam afferenti, cæteri quatuor a se transferunt. Cæptū est igitur inter eos de regis creatione agitari, primo que priuilegia que dā Othani (sive Osthani ut Trogius ait) & eius familię decreta, qui in sortem regni ultro uenire noluit. Sex reliqui ita inter se comparat ut mane quis sedentes suburbanis adquirent, ac cuius equus primas ante solis ortum (nam id præcipuum est apud Persas nomen) hinnitum dedisset, rex à cæteris salutareretur. Trogius inter eos conuenisse ait, ut in regiam conuenirent, sed ubi que res acta est satis constat, Orbem equorum Darij domitorem, hominem callido ingenio, hic quo mane adquirentem fuit, equam noctu ad coitum herili equo subiecisse. Quo contigit, ut principibus eo appropinquantibus, confestim Darij equus ad amatæ equæ desiderium, hinnitum emisisset, Secutum & alterum à celo signū, quod illico (ut Herodotus scribit) superne tonauit, quibus signis cōmori, equis ad terram desiliunt: Dariumque uenerati regem conlatant. Populus principum electionem secutus, ratum illi regnum fauore & assensu fecere, atque in hunc maxime modū Darius Histaspis filius est Persarum regnum adeptus. Sed dū in Ægypto ea, quæ diximus, à Cambyse gererentur, Polycratis Samij

Democratia.

Monarchia
Creandi regis
ratio.

Darius fraude
rex creatus.

principatus res Græciæ uarie sollicitabat. Fuit is Eacis alius, qui Samum insulam occupatam, cum Pächagnoto & Silofone fratribus primo tenuit: mox horum uno interfecto, alteroque in exilium acto, solus tyrannidem exercuit. Res huius ta celeri cursu creuere, ut unius Polycratis felicitas, tota Græcia & Ionia celebri prædicatione extolleretur. Nihil ille tam arduum mouebatur, aut tam difficile, in quo non fortuna eius uotis responderet. Aderant Polycrati centum biremes, & in his sagittarij mille, quibus opibus fretus, utranque Ægei maris oram cum interiectis insulis suæ iniuriæ reddidit, obnoxiam, eo fiducia prouectus, ut uulgo prædicaret, se magis ijs gratificari, quibus adempta restitueret, quam quibus nihil ademisset. Vicit interrim & Lesbios nauali prælio, qui aduersus eum oppem Mileijs lacuri uenerat. Eos captos Polycrates fossam, quā Mileti mœnia cingere fuerat adortus fodere adiecit. Nō latuit Amasim regē hoc Polycratis luxuriosū icremētū, fuit ille rex, ut dixi Ægypti, & Sanieti pater, factusque sub id tēpus, quo Cabyles Ægypto bellum intulit, uita deceluit: eratque illi cū Tyranno uetus amicitia, quam mutuis inter se officijs numeribusque, nihil obscure celebrabat. Tum Amasim perpetua & inoffensa Polycratis felicitate commotus, ratusque ut in humano corpore ualeat dinem, sic fortunæ cursum nihil interruptum, periculosum esse mortalibus, ad Polycratem scripsit, non placere sibi illum prosperiæ fortunæ in principis amicisimi rebus perpetuum tenorem, nescio quam numinis inuidiam in posterum meruenti, optabilis sibi uideri, p uarias fortunæ uices mortalia traduci cæterum ad laxandum securandum rerum cursum, arbitrari se non ab re futurum, si Polycrates se re aliqua, ex ijs que charissime essent sponte spoliaret, cuius desiderio animi afficeret. Hæc quæ uera uita sunt, præterea ne amicisimi regis auctoritatem contemnere uideretur, biremi in altum euectus: Smaragdum, ut Herodotus scribit, ut Plinius, Sardonychem annulo inclusit in putans se ea iactura ab omni fortunæ inuida redimere, in medio fluctus deiecit, nec longa d. inceptus fuit mora, quinto post die ne diurnum illud desiderium esset, piscator prægrandem piscem Polycrati dono obtulit, in quo exenterando reperit coqui annulū cum læticia ad Polycratem deferunt, quod ille diuinitus fieri ratus, rem ut acta erat Amasim literis significauit. Tum rex secum reputans insidiantis fortunæ uices, ratus haud fieri posse, ut qui semper feliciter uiuisset, felicem sortiretur exitum, quasi exploratum haberet, fore, ut terribissima aliqua clades eum in posterum maneret, in Samum caduceatorē misit, qui cum eo iura ueteris amicitia solueret, testatus se id facere ne hospitii causa postmodum in aduersis doleret, quo nihil meo iudicio min⁹ humane potuit fieri, tanquam ex fortuna amici quærendi sint: humanior quidem uox illa Periandri, infelicibus: amicis is esto qui & felicibus: exhoruit Amasim alienum excidium, quum interim domesticum possibus hæreret. Haud enim multo post Polycratis rebus cui amicitiam remiserat, adhuc florentibus, Sanietus eius filius regno excidit. Potuisset ille pater na amicitia incolumi Polycratis opibus iuari, quas ille ultro Cambyse obtulit, quadraginta instructis ad bellum triremibus, sub id tempus quo in Ægyptum mouit, in auxilium missis, at neque in Sanietis odium, aut in Cambysem gratiam, ut Herodotus credidit, sed ut Samiorum multitudine, que suo erat principatui infesta, insulam leuaret. Senserunt Samij se procul domo de industria ablegari, progressi que in Carpathium usque mare, de summa rei consilio inter se inico, retro cursum flexere. Alij ex Ægypto aufugisse memorant, domumque reuersos Polycratem maritimo prælio superasse, inde in litus

Polycratis.

Propera fortune
cursum
riculosus.

Polycratis
tuna in annulo

Amasim remissi
amicitiam
Polycrati.

Samiorum
sectio.

Amasim
Thorax.

Inimicitia
inter Corinthios
& Samios.

Samios oppugnat.

Samios insula
descriptio.

Siphnos insula.

Samiorum
erores.

Pythagore
profectio.

litus egressos, pedestri que pugna una male habitos Lacedæmonem nauigasse. Fuerant Samij aliquando auxilio Lacedæmonijs aduersus Messenios, ac præter uetus Samiorum meritum, erant Spartiæ Polycrati infensi, quod craterem quem Creso per legatos destinauerant, & thoracem ab Amasim rege ad se missum, ille olim interceptisset, erat Thorax ille lineus, cæterum frequentibus animalium figuris, & auro lanaque uersicolore intextus, in eo uenationes multæ, quarum singulæ trecentas sexagenasque bestiolas haberent. Alter eius regis Thorax in Lyndo fuit, in templo Mineræ, cuius singula sila trecentis sexagenis silis constitisse, Mutianus ter consul tradidit. Concitarunt ad bellum Lacedæmonij Corinthios qui & ipsi Samios oderant, ob trecentos Corcyreos pueros qui à Periandro ad Aliatrem in Lydiam missi, à Samijs fuerant intercepti, Corcyrensis que restituti. Ablegandorum puorum causa Periandro ex Corcyrensi iniuria est orta, qui Lycophronem eius filium occidisset. Instruita igitur classe Lacedæmonij, cum Samiorum profugis, & Corinthiorum appendicibus, Samum obsedere, factaque ex oppido eruptione, aliquandiu anceps pugna fuit. Demum Samijs in urbem refugientibus, fuisse eo die captum oppidum, si cætera Archiam & Lycopem multitudinem secuta esset, duo illi hostibus commixti urbis mœnia irrupere, atque à suis exclusi mortem opperire. Lacedæmonij quæ dragesimo die, ex quo Samum uenerant, quum parum absidendo proficerent, soluta obsidione in Peloponesum abiere. Fuerunt qui crederent adulterina aureæ monetæ specie Lacedæmonios corruptos p mature bellum soluisse, eam Tyranni iussu percussam ferunt, ut plumbeus esset nummus, induta aurea superficie, & hæc prima Dorum in Asiam expeditionem fuit. Est Samos in ora Ionie inter Miletum & Chium, trecentos stadiorum ambitu circumnauigata. Plinius duplo & amplius maiorem prodidit, Parthenias olim dicta, dum Cares eam inhabitaret, mox Hydrusa, inde Anthemusa, Melamphylus, Cyparisia, uino parum felix, cætera tam ferax, ut lac Gallinaceum ferre Græco proterbio diceretur, tribus fluminibus irrigata, Imbrasio, Chesio, & Bette, fontibus Euparco & Leucothea, monte uno insigni Gergetio, bis Iones huc Coloniam deduxere, & ex Ithaca & Cephalenia aliquando cultores missi. Samij exules post infelicem unam expeditionem à Lacedæmonijs destituti, primo in Siphnum insulam nauigarunt, missaque triremium una ad Siphnos, postularum ut pecuniam sibi aliquam mutuo concederent. Erant Siphnij ea tempestate auro & argento finitimorum ditissimi, quæ duo inibi metalla uulgo fodiebantur, quod Samij non impetrantes Siphnum sunt agrum populati, mox & insularis prælio uictis centum talenta expressere. Fuerant Siphnij iam antea oraculo moniti, ut ruberem legatum cauerent, quod tum demum de Samia triremi quæ ad petendam pecuniam est missa, Pythiam sensisse est cognitum, quæ ut in cæteris nauibus olim mos fuit, rubrica oblita. Samij Cydoniam postea condiderunt in Creta, quum ad Zacynthios inde summouendos eo nauigassent. Eusebius autor est, Dicæarchiam in Tyrtheni maris ora à Samijs conditam, ab his de quibus nunc habetur sermo, an alij, haud facile dixerim, & his casibus iactari sunt, qui Polycratis tyrannide sunt Samo insula deiecti. Pari iniuria sed euentu meliore Pythagoras, relicta Samo, in Italiam nauigauit. Fuit is Mnesarchi anulorum sculptoris filius, ut Hermippus prodidit: circa Crotonem diuersatus, ibique uelut nouum sapientia dogma, quod Italicum est dictum, instituit sectatores ab autore ipso Pythagorici, id illi nomen Aristippus inditum prodidit à deo, quod nihilo minus Pythio uera loqueretur. Fabulosum putat eum

idcirco necari animalia uetuisse, quia nobiscum ius animæ commune habere arbitrareretur, sed ut mortales facilius cibis assuescerent, in quibus parandis igni alioue maiore apparatu non esset opus. Aquam ut biberent, uelut inde ualendo corporis maiusque existeret ingenij acumen. Sunt uulgo nota que de animalium erroribus solitus sit prædicare. Aristoxenus pondera & mensuras ab eo Græciæ inuestas prodidit. Gellius Palamedem horum autorem meminit. Phidonem alij, Hesperum & Luciferum idem esse fidus primus Pythagoras deprehendisse fertur. Nec unus de eius morte sermo est. Fuerunt qui eius domum à Crotoniatis ob tyrannidis suspitionem incensam crederent, ipsum cum quadraginta philosophiæ sectatoribus urbe egressum persequentibus iugulum nudasse, atque ita cum peris que suorum interfectum. Alij non publico consilio id factum meminerunt, sed discipuli fraudis, quia cum cæteris non fuisset à Pythagora admittus. Dicæarchus Metaponti in museo incensa domo se tenuisse ait: ibique inedia confectum. Hermippus bello peris tradidit, quod inter Agrigentinos & Syracusanos sit gestum. Ipse diu peregrinatus cum Chaldæis est congressus, & cum Epimenide Cretensi, Pherecidi historico adolescens operam dedit, quorum uterque si uera Eusebius colligit, superbi Tarquinij temporibus claruit. Ipse Polycrates, cuius Tyrannidem Pythagoras fugit, haud multo prius quam Cambyles proditioe perijt, ab Oretē Lydice præfecto fraude captus. Causa quæ Oretē ad Polycratis necem impulerit, uarie proditur. Mitrobatam scripserunt quidam, unum ex Cambylis ducibus eum in iurgio ut ignauum corripuisse, quod Samum insulam suæ prouinciæ finitimam, occupare ad id tempus nesciuisset, quam homo priuata antea fortunæ, paucissimis sepru latronibus iam pridem tyrannide pressam obtineret, hisque uocibus illum accensum ad eam sibi contumeliam demendam, Polycratē quoquo modo interficere statuisse. Fuerunt qui Cadaceatorem dicerent ab Oretē Samum missum, & à Polycrate maiore quodam negotio occupato negligenter auditum, ob id que barbare se contemnit ratum, de tyranno in suam potestatem redigendo consilium cepisse, quod ut commo dius perficeret, tali ferunt eum arte usum, ut occulte ad Polycratem miserit qui suo nomine illi significaret, compertum habere se Cambysem in suos crudeliter læuientem, se quoque interficere constituisse, & iam uereri se ne ex Ægypto profecti essent, qui de cæde sua mandata haberent. Statuisse proinde se cum magno regij auri pondere in Samū transfugere, modo illius partem ad uitam honeste ægredam sibi polliceretur, hortati proinde ut ipse ad id aurū accipendum iret, ad quod prius inspiciendum ex fidelissimis aliquem Magnesium mitteret, ut pecunię magnitudine cognita, ne tantā è manibus præmitteret occasionem. Erat Polycrates natura auri cupidissimus uerū usus aliquanto cupidior fecerat. Iam enim ad maris imperium obtinendū animū adiecerat: quippe qui post Minoem primis regum fuerat pelago potius. Nihil igitur fraudis inesse ratus, nullā enim à se iniuriam in Oretē profecti sciebat: quare in fidiis caueri oportuisset. Et iam omnibus Cambyse nota erat læuitia, quæ fidem in primis rei fecit. Misit itaque Mæandriū scribam suum, de cuius aduentu Oretes certior factus, octo scriinia minutis lapidibus plena superficie aureo adæquata Mæandrio spectanda subiecit. Tum uero res credita est, ipseque Polycrates cum paucis in quibus fuit Democedes Crotoniatis, medicus ea tempestate clarus, in cōtinentem traiecit. Fertur domo profectus, identidem à filia monitus ne iret, precibusque illius propemodum retentus. Fuarat puella sibi uisa in quiete sublimem patrem uidere, quæ lauaret Iuppiter, Sol uero unge-

Pythagore in
teritus.

Oretis ars in
Polycrate capi
piendo.

Polycratis fra
lie in somniis.

ret. Cæterum neque preces filia, neque lachrymæ imminens fatum rumpere potuerunt, quin auri cupiditate ductus Magnesium cõtendit. Est urbs ipsa ad Meandri caput, ut Herodotus scribit. Liuius id flumen in summa Celenari arce ortum habere credidit, inde media urbe dilapsum per Caras primo, deinde sonas inter Prienem & Miletum pelago infundi. Hic Orætes Polycratem in potestatem redactum patibulo affixit, atque ita uerissimum filia in somnium expertus, quippe cœlesti imbre perfusus à Ioue lotus est: & à sole exudante membris abdomine inunctus. Et Polycrates huc exitum habuit, quem Amasis ex nimio rerum successu fuerat diu antea suspicatus. Nec Orætes multo post Polycratis manibus meritis exoluit poenas: quippe post Cambysis mortem, quum in Magorum nouitatibus nihil rem Persicam inuisset. Mithrobatemque & filium, à Dario in prouinciam missos, interfecisset, iratus ille, ratusque ubi consilio locus sit, ibi nihil uiagi oportere, Bageum ex fidissimis unum misit, cum literis, ad milites qui erant in prouincia, ut præfectum obruncarent. Hi Darij imperium secuti Orætem ex improuiso adorti pro concione fœde trucidarunt. Fuit Polycratis æqualis multa que familiaritate iunctus Anacreon Teius Lyricorum auro, & Hippicus carminum scriptor, & in Hebraeis Iesus Iosedechi filius, & Zorobabel totius principis gentis: & cum his prophetarum nouissimi Zacharias, Aggeus, & Malachias: quibus diuinatione florentibus, Zorobabelis ductu templum est Hierosolymis inauratum: cuius inuestigati operis recens reparatio in secundum Darij regis annum incidit, quadrenioque est ad summum perductum. Darius Persarum regnum adeptus, primum omnium duas Cyri filias Atossam, que Cambysi nupsit & Aristonam uirginem sibi matrimonio iunxit, ne ex Cyri domo regium fastigium omnino sublatum uideretur. Duxit & Parmim Mergidis filiam & aliam in su per natam ex Osthanem, qui ex percussoribus unum fuit. Herodotus autor est, legibus, quæ sunt uiruro regi ab imperij assertoribus præscriptæ, illud diserte expressum, ut uxorem ex alia familia, quæ eorum qui in Magos coniurassent regi habere non liceret, ut his quoties uellent ad reges pateret aditus. His necessitudinibus Darius firmatus, omne regnū in quatuor & uingiti, partitus est prouincias, quibus tributum inscripsit, id ut nouū, ira regi inuidiosum fuit, ut uulgo Cyrus à Persis pater. Cambyses dominus, Darius in hunc uocaretur. Fuit summa annui tributum, ex tot gentibus exacti, si uera sunt que Herodotus scribit, xlii milium talentorum auri, argenti, quingentorum & sexaginta. Babylonica ea talenta fuere, quorū singula appendebant Euboicas libras septuaginta, quo facile potest intelligi, quantum id argenti pondus fuerit. Gentes que tributum pependerunt, octo circiter & sexaginta, quatuor & uingenti, ut supra est significatum, Satrapijs complexæ. Supra id auri & argenti pondus, dabant Æthiopes certū puerorum numerum, Arabes thura, Colchi & qui Caucasum incolunt, promiscue pueros & puellas. Hæc Darij opes que sitæ erant, quum secum consilia agitare cœpit, ad quod potissimū facinus animum adijceret, unde perpetuum sibi & suis bellicæ rei decus quereret. Et iam uariæ uoluntati, Atossæ coniugis consilium superuenit. Fuerat hæc ab Democede medico curata, qui cum Polycrate ab Oræte captus post illius cædem cum cætera familia fuerat in Persidem missus. Hic quum Darium pedis luxatione laboratē, septē ut cōtinuos dies, totidemque noctes in somnes egisset, feliciter dolore leuasset, aureis compedibus donatus, in multo honore haberi cœperat. Is Atossæ cum uiri tum propria corporis curatione infirmatus, regis coniugi p̄suasit, ut Dariū hortaret ad bellū Græciæ inferendū, ratus ita fore, ut si rex ad

id animum adiecisset, ut ipse ad eius terræ statū speculandū missus in patriā, cuius miro desiderio tenebatur, trās fugeret. Huius impulsu Atossam uirū aggressa. Darij aīn uarie uersatū eo populit, ut ad Græciam inuadendā mentē adiecerit, quāquā Scythicū bellū aīo moliret. Vt prius igit quā arma moueretur terræ sitū & mores gēis exploraret, statuit ex suis quosdā mittere, qui oīa prius diligēter specularent, quibus Democedes, Atossā adnitente, ut gentis & locorum peritissimus, Dux potius quā comes est datus. Democedes diu inter Græcos uersatus, primo ab Ægietis talento cōductus, mox ab Atheniēsisibus minis centū, nouissimē à Polycrate duobus talentis in Samū accersitus, cū eo in Persarū potestatem uenerat. Qui igitur à Dario missi sunt, primo in Phœniciam cum Democede uenerit: digressi inde duabus triremibus & oneraria una, oramque Græciæ circumuecti, Tarentū appulerunt: ibi Persæ pro exploratoribus aliquamdiu in custodia habitū, interim Democedes Crotonē ad suos abiit, quo Persæ haud multo post dimissi cū nauibus secuti, quū uī capere, & ad naues trahere conaretur, uiolari sunt, onerariæque nauē spoliati. Sed quū inde in Syriā nauigarent, circa Iapigiā capti, à Tarētino quodā Gillo redēpti, in Phœniā ad suos incolumes abierunt. Hiq; primi ex Asiā in Græciā speculandi causa traiecerūt. Inter hæc Græciā inuadendæ consilia, Darius Silofontem Polycratis fratrem, à quo, cum priuatus adhuc esset, cum Cambyl. amiculo uno fuerat donatus in Samū restituit, deiecit inde Menandro, qui Polycratis scriba fuerat, post quam Tyranni cædem, arcē occupauerat, Osthani qui unus coniuratorum fuit ea prouincia à rege iniuncta, sed quanto hic apud Danum in honore fuit, tātō peiore fortuna Inaphernes, quē in Magis opprimendis rex socium habuit, is à cubi culi custode ad regem ingredi prohibitus, quum ei nasum & aures abscidisset, cū tota familia & necessarijs est ad suppliciiū raptus. Inaphernis uxor ad regias fores cum lachrymis & euolatione prostrata, fidem & clementiā regis implorabat. Darius misericordia motus, ad eā misit, qui illi potestati faceret unius que ex charissimis uellet, sibi deposcēdi, pollicitus te ei uitā donaturū quē ex omnibus nominasset. Tum uero præter spē omnīū, quū sibi fratrem restitui poposcisset, iussa est à rege dicere, quid esset q. in tali discrimine uiro & filijs, fratris salutē prætulisset, respondisse fertur, posse se cōnubio spoliatam, si libeat, alteri in posterū nubere, & ex eo per ætatem adhuc parere, ita ut uirū & liberos esset breui habitura, recuperandi fratris, parentibus iā senio confectis, nullam spem sibi reliquam fieri. Qua uirili potius quam muliebri uoce rex permotus, non solum fratrem, sed ex filijs etiā maximū natu restituendū censuit. Sed dū circa regem hæc ita acta sunt, Babylonij interea, rebus omnibus prius ad bellū cōparatis, à Dario defecerūt, ex omni mulierum numero, unā sibi q̄sq; delegit maxime optatā: cæteras (ma tribus duntaxat electis) ne tam impio parricidio se polluerēt, in publicū productas, popularit̄ necarūt. Id aggressi facinus ne nimia multitudo tolerandæ obfidioni grauis esset, Darius copijs ad bellū mature instructis. Babylonem obsidione cingit. Assyrj omnes Persarum conatus aspernati, in ipsis murorum fastigijs tripodiam agentes probra in hostes iacere, futurum predicantes, ut tum Babylone potirētur, quū mula pullum enixa esset. Tenuit inde obsidio annum & menses circiter septem: octauo igitur mēse, Zopyri Megabyzi filij mula, ex ijs que frumentū in caltra cōuehebāt, forte enixa est. Nascit mulus ex equa & asino, cōtra qui asina & equo gignunt, huiusmodi ueteres dixerunt obseruatū ex duabus speciebus terciā p̄creari, neutri duarū similem: nec tale genus ad p̄creationē eē utile. In Romanis annalib; haud uno est loco proditum, mulam peperisse: & Theophras

Democedei, Dario missi, Democedes ad suos per fugi.

Darius Soli fontē in Samū restituit.

Zopyrus ad hostes transfugit.

Capitur Babylonia.

Mulier fratris uiro & filijs præfert.

Babylonij à Dario desiciunt.

Darius uouit templi restitutionem.

Mula parit.

Questio. Vini opera.

phrastus autor est, in Cappadocia uulgo id animal parere. Sed quia uulgo persuasum est, per eum modum generata, naturā uitio sterilia esse, res tum prodigij est loco accepta. Zopyrus re à domesticis ad se delata fœtum intueri uoluit. Subijt uox interim à Babylonij iactata, tū Persas urbem capturos, quū tale animal peperisset. Fatale igitur tēpus adesse ratus, ut præcipuam tanti operis à rege gratiam reportaret, nasum & aures, fœdum sibi in modum præcidi, comā resecurit, inscripsitque multis tergum uibibus: inde ad Darium ingressus, percussum ea uiri clade, autoremque & causam requirentem, docet eam non alienam iniuriam esse, sed manum semet sibi in tulisse, hortaturque simul ut suum audiret consilium, perpetrasse se id facinus, ut ueri transfugij fides hostibus fieret, iturum se in urbem, daturumque, operā ut Assyrj ad pugnam egredierentur: ipse interim inutiles copias de industria trucidadas circa mœnia obijceret, donec re sepius bene gesta esset ad se imperium delatum: tum emissis in pugnam hostibus auela parte urbis patefacturum suis portam, qua in urbem irrumpat: daret modo rex operam, ut res tota silentio reteretur, totumque mendaciam pro uero affingeret. Doluit Darius tanti uiri uicem: probauit tamen eius in se studium & consilium, pollicitusque est nullam se occasionem, ut negotium ad opus perducere exitum, prætermitturum. Zopyrus trūco corpore, cruoreque resperfus, in urbem abiit: significauitque, quis esset: multaque de Darij se iniuria questus, multa illi simul minitans, magno est studio ab hostibus acceptus: haud enim obscurum erat illius nomen inter Persas. Triplici deinceps prælio ex cōposito uictor quibus ad septem Darianorum milia occisione occisa sunt: dux & murorum custos magno omnium cōsensu declaratur: tum demum copijs haud uolo loco mœnibus ex composito admotis, cæteris in præsens certamen occupatis, prius Cissias Zopyrus portas suos in urbem accepit, atque in hunc modum Babylonem est à Persis iterum capta. Darius murus urbis magna est ex parte demolitus, portaque diruit: tribus, deinde milibus ciuitatis principibus, unde orta uideri potuit defectio, patibulo affixis, cæteram multitudinem ueniam dedit. Adiecit & foeminarum L. circiter milia, in supplementum sexus: has aliunde accersitas pro cuiusque dignitate & fortuna, ciuib; matrimonio locauit. Zopyrus regis & omnium iudicio Persarum post Cyrum præstantissimus iudicatus. Celebris inde fuit Darij uox sæpius ex eo audita, maluisse Zopyrum sibi in integrum restitui, quam uiginti Babylones bello questitas. Post hanc Darij uictoriam, Iudæi qui ad id tempus Babyloni fuerant, Zorobabelis ductu in Palæstinam sunt reuersi. Fertur Darius post magorum cædem qui V. mēsis, & non tribus annis, ut quidam scribunt, regnum tenuere, quum de futuri regis creatione inter imperij assertores agi cœptum esset, deo optimo uouisse, si regnum indispiceretur, futurum, ut eius templum Hierosolymis restitueret. Ceterum sub id tempus & Zorobabel ad Darium est in Assyrum profectus: cui iam inde à priuata fortuna fuerat admodum familiaris. Rex uenientem inter fidissimos cubiuli ministros habuit, Accidit interim ut omnes subditarum gentium præfectos, regio Darius conuiuio acceperit: centum, uiginti septem, prouinciarū magistratus uni cenæ adhibitos scribit Iosephus: hic frequenti accubitu illatam à rege quæstionem: quid horum maxime pollens crederetur: uinum, an rex, an mulier, an ueritas. Hic qui primus sententiam dixit, uinum sibi omnium potentissimum uideri censuit, quod uertat fallatque omnium mentes. Reges infantes effingat, seruos iuxta, ac liberos audentiores reddat, humiles æquet potētibus, animorum uertat habitus, grumnis cooperatos leuet, mœrorem excutiat, alieni

aris obliuionem inducat: ita eos animet, qui id debent, ut non miseriam comitem habere, sed omnium se beatissimos putent: nihil interim uise loquatur magistratus & reges contemnat, amicitia iura soluat, inimicos armet, sodalitia iura perumpat, & quod omnium maxime mirabile sit, eorum obliuionem inducat, quæ nuperrime homo egerit: sed illud adhuc mirabilius, mortem, quam omnes reformidant, qui uino incaluit, negligat, ac contemnat. Pro rege qui deinceps dixit, tali est sermone usus, ut diceret nihil esse in terris potestate acui regia maius: cuius imperio nobilissimum animal homo pareat: qui populos & ignotas gentes armis subigat: nec quicquam esse in terris sanctius, potentius, inuolabilius rege: hæc una potestatis alieno, quū uelit, periculo bella transigit, montes diruit, ualles equat, maria quo libet inducit, inducta expellit, flumina cursu detorquet, solo adæquat turres & mœnia, uictum perdat, seruet perituros, mors & uita hominum in unius potestate sit: huic serui, agrestes, oppidici, boni æque ac mali operantur: & quum uoluptatibus cunctis delictisque perfruantur reges, ut tutius dormiant, firmo custodiuntur præsidio: quod quum ita sit, nihil dicere in terris regio fastigio maius esse aut beatius. Hos pro uino & rege sic locutus, Zorobabel his uerbis excepisse traditur, falsus magnam uini uim esse, sed regis maiorem: uerum si quis recte singula metiretur, mulieris longe maximam: quippe que regis ipsos, quibus cæteri subiacent mortales, parit & educunt: hæc ipsum uini repertorem edidit: & ut ileam prima uitæ alimenta, que uni merito accepta referuntur: nonne illius immensa uis est, quod cum cæteris inuiti seruamus, huic uni satagimus seruire aurum & diuitias huic quærimus: hæc leges dat uiris, præscribit, iubet, uetat. Hæc uirorum oculos & mentis aspectum defigit: huic uni omnia ultro damus, ultro indulgemus, parentes & cæteras necessitudines ob hanc unam linquimus. An fando audita: est nunquam, summos reges & Heroas puellari forma captos, seruasse: legesque his à uirginibus datas, flagra intentata, muliebres habitus inductos, collum redimiculis ornatum? Vidi ego, inquit, quod fas sit dicere, Apamam Rabezaci filiam, regi tantarum opum domino alapas incutere, diadema illius capiti ademptum sibi imponere: contra regem ipsum mœrore angi, suppliciterque irate fatissacientem. Et hæc Zorobabel de muliebri uerissime executus, conuersis in se omnibus, pro uero pauca hæc subiecit. Habent se hæc, ut diximus, rex optime: cæterum si uero comparentur, frivola sunt, hæc quidem & mutila. Enimuero, terra maxima est, cælum immensum & mobile: suntque dei maximi hæc opera, is que uerus & iustus, immo ipsa ueritas, immortalis & æternus: huius nutu potestatemque omnia reguntur, quod æquum quodque pium est respicit, impietatem odit & scelera: ille æqua lance hæc omnia expendit, rependitque ut quisque meritis est, uel præmia uel supplicia. Ac per hunc modum sermone ad cæleste numen deflexo, suscepti uoti Darium admonuit. Laudata æque ab omnibus Zorobabelis prudentia, sed à rege maxime, qui surgens, hominem complexus, matre, inquit, esto Zorobabel, tua istarum rerū omnium prudentia, age nunc & quæ tibi fieri uelis postula, dignus sane, cui nihil quicquā negatum uelit. Tum ille neque argētū mihi rex, inquit, posco, neque aurū sed tēpli restitutionem abs te deo promissam, & uasa que Cyrus reddere destinauerat. Annuit Darius, Satrapisque & Toparchis scripsit, ut Zorobabelem deducerent, & ad Syriæ præfides mandata dedit, uti Iudæos, qui ex Babylone in Palæstinam reuersi essent, liberos esse sinerent, immunemque terrā haberēt, uicos qui à finitimis tenerentur restituendos curaret, ad tepli refectionē cedrinā ex libano materiam

Regis excellentia.

Mulieris uis.

Veri efficaelis.

Darij in Iudæos indulgentia.

riam subministrarent, & quod omnium maximum ac propemodum citra fidem Iosephus scribit, quod draginta talentorum milia in id opus contulit. Zorobabel a rege dimissus Babylonē uenit: hic quum tribules suos, qui ibi adhuc erant, docuisset, quæ à Dario impetrata forent, facile perpulit, ut populariter inde abscerent: uirorum numerum, qui tum demum in Palæstinam remigrarūt, apud Iosephum confutum reperio. Mulieres cum imbelli multitudine quadraginta milia fuisse traduntur. Ad Tybiam & Cymbalorum cantum, lætum agmen Zorobabele Salathielis duce ab Dauide oriundo in Syriam uenit, Iesu sacerdotum principe. Tum demum intermissum templi opus, iterum produci est cœptum: & quanquam Samaritis multa interim criminantibus querentibusque arcem finitimorū ceruicibus, non templum imponi, Sifimio que & Zarabacene Syriæ & Phœniçiæ præfectis apud Darium per literas opus interpolantibus, Darij tamen rescripto, septimo demum anno ab eo quo iterum cœptum erat ædificari, opus consummari conigit: in quo dedicando ueteri more multa populi læticia est sacrificatum. Non possum non mirari si quadraginta talentorum milia Darius restituendo operi impendit, recentem templi faciem, ab ea quæ olim fuerat tam diuersam fuisse, ut Iosephus scribit, qui diu sacerdotes ait cum lamentatione ueritiorum templi apparatus, desiderasse. Satis cōstat quarto circiter & quadagesimo anno ab eo, quo Cyri permisso templum à fundamentis instaurari cœperat, opus ad exitum perductum, qui annus sextus fuit Dariani regni, qui incidit in secundum annum sextæ & sexagesimæ Olympiadis. Darius anno quo Tarquinius ex urbe Romana eiectus est, aut certe eo qui est proxime secutus in Perside regnare cœpit, qui octogessimus fuit supra sexcentissimum ac quatermillesimum à prima mundi origine. Neque enim Eusebio accedo, qui Tarquinij regno annos quinque dedit & triginta, secutus credo Dionysium, qui octogesima Olympiade Tarquinium regno excidisse prodidit. Sed Liuius & ceteri, quos sequor, quinque duntaxat & uiginti annos illi dederunt: quo numero colligitur annos duccetos & quadraginta quatuor Romam sub regibus fuisse, quæ parta ut dixi libertate, mutata regiminis forma, pro regibus cōsules habere cœpit. Suntque primi omnium centuriatis comitijs L. Iunius Brutus & Tarquinius Collatinus creati. Id nomen uel ab eo, quod patres in curia de repub. consulerēt, ab initio ea potestas sortita est, aut q̄ maiores consulere dixerunt, quod posteri iudicare, ut per eam uocem magistratus potestas qualis esset intelligeretur. His omnia insignia retenta quæ fuerant & regum, præter coronæ togæq̄ palmatæ usum. Cæterum ueriti ne in noua libertate egre laturus esset populus, si ambo fasces retinuissent, per quos multiplicatus uideri poterat terror, inter se comparant ut alternis mensibus, hos duorum alter haberet. Brutus qui non acrior uindex libertatis fuit, quam deinceps custos, Collatino concedere prior id insigne est adeptus. Dionysius secures tantum alteri consuli adeptas scribit, alioqui xij. ministros eum præcedere solitos. Brutus ad stabilendam libertatem conuersus ciues sacramento adigit, ut neq̄ Tarquinius, neque mortaliū quempiam amplius Romæ regnare paterentur, & ut maiores adhuc opes curiæ accederent. Senatorum numerum Tarquinij iniuria extenuatum in trecentorum summâ expleuit, & ne in re ulla regis præsentia desideraretur, Manius Papirius rex sacrificulus est creatus, qui ea sacra pertraret, quæ reges facere consueverunt. Id sacerdotium pontifici subiecerit, ne quid regium nomen recetū libertati offerret. Exaudiri interim uoces, Collatini nomen insectantium, qui quoniā Tarquinij cognomen ferret, inuisus erat multitudini, nomen itaque non mores hominis perferri, neq̄ probare, neq̄ tutū libertati credere, Tarquinius nimium regno assuescere. Regnasse Priscum Tarquinium Romæ, mox uno Tullo interiecto superbi uī regnum occupasse, iam eo pulso ad hominem eius familiæ imperiū deuolutum, nescire Tarquinius priuatos agere. Quum eiusmodi tioces ad Brutum delatæ essent, plebem eiusmodi suspicionis sollicitatam, ad cōcionem uocat, ibiq̄ iureiurādo prius recitato, populum docet, nihil Romæ esse, unde libertati periculum immineret, & iam se enixe dare operā, ne quid relinquatur, quod illi formidolosum esse possit, inuitum se hominis causa dicere, quod ne dicturus quidē fuisset, nisi patriæ charitas pleris apud se ualeret, quam ceterę necessitudines. Persuasum esse P. R. libertatem haud sibi in tuto esse, si regium genus non solū imperio, sed si in urbe residuum cernat. Hunc tu Tarquini Collatine metum ciuitati adimas quæso, meminit P. R. fateturq̄; te reges eiecisse, cum uulā beneficium tuum in hanc urbem, nomen ipsum, quod unum in te animos offendit, hinc eijce, res tuas tibi libenter reddidit populus, ac si qua desunt me autore munifice augebit. Tu hinc amicus faceffe, ciuesque tuos uana forsitan suspitione libera, nemini non persuasum est, cum Tarquinia gente hinc regnum abiturum. Quum hæc Brutus dixisset, primores ciuitatis, & in his Sp. Lucretius Collatinum pro se dicere parantem circumfusi, uarijs hortationibus flexerunt, ut primo se magistratu abdicaret, inde rebus Lauinium translatis, ultro ciuitate excesserit. Brutus confestim ad populum tulit, ut omnes Tarquinij getis exules essent. Inde ex Seruij formula cēturiatis comitijs, sibi Valerium collegam creauit. Dionysius, quod uero est propius, ut ex ijs quæ postea secuta sunt suspensus Collatinus esse cœperit, aliquanto postea urbe excessisse existimat, quippe qui & de bonis Tarquinio restituendis supplicioque de coniuratis fumendo aperte à collega disenserit. Etenim Tarquinius Latinorū animos frustra ab initio periculatus Romam misit, qui à Senatu peterent, ut priuato sibi in urbem redire liceret, paratum esse se patribus & populo administrationis suæ rationem reddere, uel si id non daretur, postularent, ut sibi bona redderentur, ne cum liberis ex tanta nuper fortuna mendicare cogeretur. Auditi legati qui ab eo uenerant, omnemque spem reditus primo abijcere iussi sunt, neque eius rei, quando omnia frustra mouerentur, amplius mētionem facere, de bonorum restitutione certatum est sententijs inter consules, Bruto identidem reclamante, dari regibus ansam, immo instrumentum & neruos, ad populum Romanum bello insectādum. Corrupturos eos, si bona reciperēt principes populorum muneribus, ut suos ad bellū in Romanos concitent, contra Collatinus iniquum censebat priuatum Tarquinium priuatis rebus spoliatum in, uelut aliud in eo eijciendo ciuitas quæssisset, quam ut se in libertatem uindicaret: tanta animorū uarietate res ad populum delata est, ut uix uno plures fuerint, qui suffragio res reddendas censuerint. Sed dum hæc trāfiguntur, legati, ut ab iuuenibus Tarquinij iussi fuerant, nobilium adolescentium plerisque conuenerant. Cœperat illos presentis status penitere, quum liberius uiuere assuerit, equatum sibi ius cum infimo quoque iniquo animo ferrent. Facile igitur eo perducti, ut consilia cum legatis, qui alia atque alia assimulando in urbe de industria morabantur, de Tarquinij noctu per prodicionem recipiendis conferrent. Et iam apud Aquilios cœnati, legatis petentibus, literas ad regios iuuenes, ut certiora omnia essent, conscribunt. Erant eius coniurationis conscij duo Iunij T. & Tiberius Bruti consulis filij magno fortunæ ludibrio, ut unde nuper libertas Po. Rom. affulisset,

Consummatio templi.

Anni mundi.

Primi consules Rom.

Rex sacrorū.

men ferret, inuisus erat multitudini, nomen itaque non mores hominis perferri, neq̄ probare, neq̄ tutū libertati credere, Tarquinius nimium regno assuescere. Regnasse Priscum Tarquinium Romæ, mox uno Tullo interiecto superbi uī regnum occupasse, iam eo pulso ad hominem eius familiæ imperiū deuolutum, nescire Tarquinius priuatos agere. Quum eiusmodi tioces ad Brutum delatæ essent, plebem eiusmodi suspicionis sollicitatam, ad cōcionem uocat, ibiq̄ iureiurādo prius recitato, populum docet, nihil Romæ esse, unde libertati periculum immineret, & iam se enixe dare operā, ne quid relinquatur, quod illi formidolosum esse possit, inuitum se hominis causa dicere, quod ne dicturus quidē fuisset, nisi patriæ charitas pleris apud se ualeret, quam ceterę necessitudines. Persuasum esse P. R. libertatem haud sibi in tuto esse, si regium genus non solū imperio, sed si in urbe residuum cernat. Hunc tu Tarquini Collatine metum ciuitati adimas quæso, meminit P. R. fateturq̄; te reges eiecisse, cum uulā beneficium tuum in hanc urbem, nomen ipsum, quod unum in te animos offendit, hinc eijce, res tuas tibi libenter reddidit populus, ac si qua desunt me autore munifice augebit. Tu hinc amicus faceffe, ciuesque tuos uana forsitan suspitione libera, nemini non persuasum est, cum Tarquinia gente hinc regnum abiturum. Quum hæc Brutus dixisset, primores ciuitatis, & in his Sp. Lucretius Collatinum pro se dicere parantem circumfusi, uarijs hortationibus flexerunt, ut primo se magistratu abdicaret, inde rebus Lauinium translatis, ultro ciuitate excesserit. Brutus confestim ad populum tulit, ut omnes Tarquinij getis exules essent. Inde ex Seruij formula cēturiatis comitijs, sibi Valerium collegam creauit. Dionysius, quod uero est propius, ut ex ijs quæ postea secuta sunt suspensus Collatinus esse cœperit, aliquanto postea urbe excessisse existimat, quippe qui & de bonis Tarquinio restituendis supplicioque de coniuratis fumendo aperte à collega disenserit. Etenim Tarquinius Latinorū animos frustra ab initio periculatus Romam misit, qui à Senatu peterent, ut priuato sibi in urbem redire liceret, paratum esse se patribus & populo administrationis suæ rationem reddere, uel si id non daretur, postularent, ut sibi bona redderentur, ne cum liberis ex tanta nuper fortuna mendicare cogeretur. Auditi legati qui ab eo uenerant, omnemque spem reditus primo abijcere iussi sunt, neque eius rei, quando omnia frustra mouerentur, amplius mētionem facere, de bonorum restitutione certatum est sententijs inter consules, Bruto identidem reclamante, dari regibus ansam, immo instrumentum & neruos, ad populum Romanum bello insectādum. Corrupturos eos, si bona reciperēt principes populorum muneribus, ut suos ad bellū in Romanos concitent, contra Collatinus iniquum censebat priuatum Tarquinium priuatis rebus spoliatum in, uelut aliud in eo eijciendo ciuitas quæssisset, quam ut se in libertatem uindicaret: tanta animorū uarietate res ad populum delata est, ut uix uno plures fuerint, qui suffragio res reddendas censuerint. Sed dum hæc trāfiguntur, legati, ut ab iuuenibus Tarquinij iussi fuerant, nobilium adolescentium plerisque conuenerant. Cœperat illos presentis status penitere, quum liberius uiuere assuerit, equatum sibi ius cum infimo quoque iniquo animo ferrent. Facile igitur eo perducti, ut consilia cum legatis, qui alia atque alia assimulando in urbe de industria morabantur, de Tarquinij noctu per prodicionem recipiendis conferrent. Et iam apud Aquilios cœnati, legatis petentibus, literas ad regios iuuenes, ut certiora omnia essent, conscribunt. Erant eius coniurationis conscij duo Iunij T. & Tiberius Bruti consulis filij magno fortunæ ludibrio, ut unde nuper libertas Po. Rom. affulisset,

Bruti uulā Collatinum.

Collatinus in exilium abiit.

Tarquinijs postulat.

Vindictus.

Litteræ à Valerio interceptæ.

Insula Transiberina.

Brutus de filijs supplicij petit.

Collatinus pro Aquilijs intercedit.

Coniuratio bilium.

affulisset, in eadem domo reperti essent, qui eam euertere conarētur M. & Manlius Gellij, ex Bruti sorore geniti. Liuius Gelliorū nominibus suppressis, Vitellios subiicit, quorum soror Brutorum iuuenū esset mater: fuerunt & Aquilij duo, quibus Collatinus auunculus erat. Cōiurati submotis arbitris, hæc inter se moliebantur, quæ res effectit aut Aquiliorū seruus, nihil sani in esse suspicatus, quod adolescenteres principes ciuitatis, occulta traherent colloquia, post clausum ostium obseruandus stetit, atq̄ ibi quum de prodicione quædam auribus percepisset, maiora rei argumenta sunt oculis oblata, per rimas intuens, conspicatus est literas ad Tarquinius obfingentes. Tum illa omnia certa adesse ratus, non ad cōsules, ne illi ad domesticum scelus opprimendū, omne in se supplicium uerteret: sed P. Valerium & ipsum libertatis autorem, licet per id tempus priuatum, quasi aliud negocium secutus, rem omnem noctu derulit. Ille periculo rei commotus, data seruo fide futuræ securitatis, prima luce, cum magna clientum manu ad legatos & literas interceptiendas, in Aquiliorum aedes irrumpit: quibus non sine ingenti, ut Plurarchus scribit, contentione positus, re ad cōsules, qui iam in forum descenderant, affert. Hic resignatis literis, ubi proditio palam facta est, coniu-rati in uincula coniecti sunt: de legatis non nihil est dubitatum: plus tamen ualuit ius gentium, quā præfens criminis inuidia, bona regis diripiēda sunt populo data, ut omnem cum eo & filijs spem pacis in posterum amitteret. Tarquiniorum ager circa Tyberim Marti consecratus est. Defecta leges cum stramento (quia religiosum fuit in humanū usum uertere) in fluiuium deiecta, medio Tyberis alueo, uadofis obhæsit locis. Tenuis estiuo anni tempore fluebat amnis: accidit propter ea ut limo aliaq̄ materia eodem temere congesta, in insula paulatim sit facta, quæ nostra tempestate, uerulis operibus, nonnullis etiam recentibus conspicua, in Transyberinam regionem, duobus pontibus ex urbe transmittit. Alij quod fabulosum mihi uidetur, id postea accidisse arbitrari sunt, quum Tarquinia quædam uestalis agrum huic finitimum publice reliquisset. Direptis bonis, agroq̄ Marti dicato, fontes ad supplicij sunt perducti, at primi omnium consulis filij, quorū preces lachrymasq̄; sed magis fortunam patris populis miseratus, amborum uitam paratus erat patris merito condonare. Perstare Brutus nullo patris affectu in ore eminente, filiosq̄; ad palum deligatos de morte cædi iubet. Conuerterant illi multitudinis in se oculos, sed plures omnino consulis uultū, in medio filiorum cruciatu, uelut mente alienatum cum stupore intueri, & illi ita uirgis cæsi, securi percussis sunt. Iam nemini dubium erat, quin tali præuidicio cæteri quoq̄; securibus confestim subijciendi essent: uerum ubi Aquilij ad tribunal producti sunt, ad Collatini pedes procubuerunt. Tum Brutus eos ad supplicium arripi iubet, nisi causam uellent dicere. Et dicit Collatinus ut tantisper supplicium licet res differant, dum pauca cum Collega loqueretur. Tum ille summotis arbitris, Brutum rogare obrestriq̄; cœpit, uti sibi Aquiliorum supplicium remitteret, in nulla re alia se molestum futurum repromittens, admonere interdū ut uideret, ne dum de fontibus sumeret supplicium, aliquid in ciuitate motum cōcitaret: addit & pro sororis filijs lachrymas, quæ cum nihil Collegam de sententia mouissent, quando, inquit, Brute, neque Collegæ tui preces te mouent, neque admonitiones ullæ, iam ego potestate quæ mihi tecum communis est, Aquilios fratres supplicio eximo. Plurarchus sumpto de filijs supplicio, Brutum ex publico celsisse scribit: mox uero quum Aquilij auunculi fauore freti supplicium euaderent, Valerium in eos manum iniecisse, elamoreque multitudine Brutum ad tribunal re-

uocatum suffragio populi damnandos permisisse. Veriora tamen mihi uidentur, quæ Dionysius scribit, ut Collatino ultionem interpellante, Brutus excandescens, continuo populum ad concionem uocauerit: hicque primoribus patrum iuxta se locatis, huiusmodi sit in Collegam oratione usus. Vel lem equidem, Quirites, Tarquinium Collatinum, quem mihi Collegam in tuenda libertate dedistis, de omnibus quæ in usum reipublicæ essent, quod futurum ab initio speraui, mecum sentiret, tyrannosque quos ciuitate eiecistis, exules iudicastis, non sermone solum, sed opera etiam, ut par erat, insectaretur, bellumq̄; aduersus eos cum suis ciuibus gereret. Cæterum quando, ut uideo, non propinquitate solum sanguinis, sed studio & uoluntate Tarquinius coniunctissimus est: nam & de eorum reductione mentionem inferre est ausus, quasi parum peripicue liqueret quæ reipublicæ pestis pararetur, si in urbem receptus esset, qui crudelissimum in ciues exercuit imperium: nihil enim difficilium deducitur, quàm regem agere, transeo quod bellosum uos, pecuniam infestissimo hosti restituendam censuit: & quasi arma quibus Romanum imperiū persequeretur, quantū in se fuit, restituit. Nunc quoniam, si deo placet, impune licebit in libertatem, per tyrannos, coniurare, prodicionis conuictos supplicio subtrahit. Sed ne nō omnia uobis nota sint Quirites, dicam breuiter quid sit, cur Aquilios & coniurationis socios, ad supplicium deposcam, ut per ea, quæ dixero, intelligere possitis, in quod discrimen uestram libertatem paucorum temeritas adduxerit. Conuenerant in Aquiliorum domum sceleratissimi quidam ciues, in quibus filij mei ambo fuere: hi consilio cum tyrannorum legatis inito, de Tarquinij per bonorum cædem reducendis, literas ad tyrannos propria manu notatas, dederat: actum erat, quis non uideret de libertate uestra Quirites: actum de publica salute, nisi numinis cuiusdam, huic ciuitati proculdubio amici providentia factū esset, ut per Aquiliorum seruum, ad P. Valerium primo, inde per eum res ad nos mature delata esset. Literis publice recitatis, filios meos sceleris conuictos, duplici iure, extremo affeci supplicio: neq̄; passus sum meorū causa publicum decretum, uestrumq̄; iusurandum infirmari, uidebamq̄; q̄; indigne facerem, perniciosoq̄; exemplo peccare, si publice charitati, priuatam prætulissem. Nemo nō per me posthac leges & iura omnibus necessitudinib⁹ prætulit. Parabā, q̄; reliquum erat, de cæteris supplicij sumere, quū per Aquilios ad tribunal cōstitutis, bonus collega meus intercessit. Iam si Collatini cognatis ignoscit, ut ius omnibus æquet, alij quoq̄; ignoscatur necesse est: uos uidete Quirites, an iusurandum, cui se tota ciuitas astrinxit, an publicas leges, priuato consulis studio antiquari uelit. Illud certo scio, fore, ut Collatinus sui peritij dijs quos hominū consilia latere nō possunt, meritas quandoq̄; luat pœnas. Cæterū quando apertū ciuitatis hostem, nō cōsulem agit, uestro multandum suffragio subijciam. Etenim quorsum Quirites sententiā illam in curia ab eo dictā, quū pecuniā regibus restituendam censuit, tetendisse arbitramini? quo nunc præsentis eripendorum fontū conatus? nisi ut libertati, quā uobis inuidet, infidiatores plurimos, regibus in urbem reditū domesticis & externis opibus parat: Ego Collatine, qui meis libris nō peperci, sororis tuæ filijs parcā? qui corpus illud apud nos habes, apud hostes animū, qui patriæ proditores seruas ut libertatis custodē interficias? at tantū abest ut eorū, quæ petijsti, quicq̄ facturus sim, ut tibi magistratum istum abrogem, iubeamq̄; hinc faceffe, ne talia in posterū moliri possis, quæ an rata esse uelit, dabo uobis nunc calculos Quirites, ut continuo in suffragium mittam, unum illud præfatus, aut Collatinum uos hodie, aut Brutum

Oratio Bruti ad populum.

Pecunia neq̄ uis belli.

Iura omnibus necessitudinib⁹ præferēda.

Peroratio.

rum habituros. Quum ita Brutus perorasset, Collatinus, ira & dolore stimulantibus, collegæ proditorem insidiatorem Brutum appellat, quod se infon-tem nec tale quicquam meritum, iratae multitudini dignitate suam & fortunas criminando obieci-fer. Vociferari hæc ille, fortunamq; suam lamentari quum populo calculos petente Sp. Lucretius tempestina hortatione interfatus à Collatino obtinuit, ut quando immineret apta ignominia, priusq; popu-lus iret in suffragia, se magistratu abdicarit, rebusq; Lauinium translatis, urbe cesserit. Cui abeunti Brutus auctor extitit, ut xx. ex publico talenta sint data, ipseq; ex suo quinq; adiecit. Hæc Dionysius, qui ut libere dicam quod sentio, diligentius omnia de ori-gine urbis, quam Liuius & cæteri, explorata mihi habuisse uidetur. Brutus Collatino eiecto, ne solus regnare uelle crederetur, cõfessum P. Valerium, quẽ in afferenda libertate socium habuerat, centuriatis comitijs sibi collegã creauit, magistratq; ab eo in-ito, de cæteris coniuratis supplicium est sumptum. Indici libertas, & pecunia ex Ærario data, primusq; uindicta liberatus, ciuitate donatus est. Quidã uin-dictæ nomen ab illo ductum existimat, quia ei uin-dicta uel, ut alij tradunt, uindictio fuerit nomen, ipse, quod dicitur constat, Ceninensis fuit, mansitq; ex eo mos, ut quia ita liberati essent, in ciuitate accepti uiderentur. Tum Dionysius centum in fenatũ alicios existimat, numerumq; trecetorum expletum, bona regis direpta, Martiq; agrum, ut dixi, consecratũ, qui equis, iuuenibusq; se ad bellicas artes exercentibus stadij usum deinceps præbuit. Tarquinius, ubi hæc quæ Romæ acta erant cognouit, haud dolore tantũ spei ad irritum cadentis, sed ira etiam odioq; accen-sus, nihil amplius dissimulandum ratus, bellũ aper-te molitur in Romanos, urbes Hetruricẽ circũire, sup-plexq; obtestari, ne se Hetrusco sanguine oriũdum ex tanto nuper regno, cum tribus filijs uxore ac ro-ta domo extorrem esse pateretur, fuisse alios ex He-truria & Sabinia, Romam in regnum accersitos, se in ipsa urbe natũ, regnumq; augmentem, nefaria pau-corum conspiratione pulsũ, quorum, quia nemo unius satis regno dignus sit uisus, partitos esse inter se dignitatẽ, sua bona ne quis eius esset sceleris ex-pers, diripiẽda data esse populo, ferrẽ per deos sibi opem, patriam suamq; regnũ reposcenti, induerent arma, secum suas legiones toties à Romanis casas agrumq; olim ademptum ultum irẽt. Mouit Veien-tes uerus amisi agri dolor, Tarquinienses nomen & cognatio regis, pulchrum putabant, ut homines sui generis Romæ regnarent, duo itaq; populi Tar-quinium secuti, in Romanũ agrũ tumultuose irrum-punt. Consules audito hostium accessu, & ipsi non expectato ut Tyberim transirent, cũ lectissimo exer-citu ad Iunium pratũ illis obuiam procedunt. Li-uius ad Arsiam syluam, Plutarchus sacris utrosq; lu-cis conleddisse scribit. Quorum Arsius hic, ille Elnius sit dictus. Initum esse equestre prælium, quo quum neutra pars alteri celsisset, pedestris inde pugna gra-uior fuit, regebat dexterum Romanorum cornu P. Valerius, quod Veientibus erat oppositum, in sini-stro Brutus procurabat, cui ex aduerso steterat Tar-quinienium copia, & in his Tarquinij filij quorum Aruns manu promptissimus, non nihil aciem præ-gressus, probrohis uerbis Brutum compellã, ad sin-gulare certamen prouocat. Eam contumeliã Bru-tus haud ferendam ratus, ex aduerso equum concit-ã, quem uenientem Aruns intuitus, deos regũ ul-tiores inuocat, totisq; in hostem effertur uiribus. In-festis itaq; hastis congressi, uterq; alterum per scutũ & thoracẽ traiecit, equi grati repercussu auersi, tam-hic, quam ille moribundum equitem effudit. Tum demum clamore utrinque sublato, pedestris pugna secuta est. Liuius mutuo intuitu se duces conspicã-tos, temere aduersos utrinq; in fe equos concitasse

Collatinus abit in exilium.

Vindictij nomẽ uindicta.

Tarquinius bellũ Ro. in- fert. Arsiã sylua ad srox pugna.

Brutus & Aruns diuersi cõcidunt.

ait, quibus cadentibus, equestre sit prælium in- itum. Nouissimam pugnam pedicatum fuisse, tantoq; ani-morum ardore dimicatum, ut uaria sit uictoria cer-tamen diremptũ. Pulso Ro. cornu, post consulis ca-sum à Tarquiniensibus sinistra parte, Veientibus de-xtera Valerij ductu fugatis, ita ut utriq; læuo cornu sint uicti, dextero uicerint. Cæteri nocte quæ pro-xime secuta est tãtus terror hostes cepit, ut irritõ in-cæpto pro uictis Tarquiniensibus Veientesq; tacito agmine domum diuersi adierint. Fama est nocte il-la, quæ pugnae successit, ex proxima sylua (Liuius Arsiã, ut dixi, uocat.) Dionysius Herois Horatij sa-crum id nemus fuisse ait) ingentem nocem reddidã, siue huius fuerit siue Fauni, Syluanie, uno plus He-truscorum prælio occubuisse, Romanos acie uince-re: quo prodigio territi hostes pro uictis cesserint. Romani de summa rerum solliciti, præsentĩ omine firmati, ubi primum illuxit, spolia legunt. Valerius triumphant Romam redijt, primusque quadriungo curru est urbem, ut Plutarchus prodidit, inuectus. Collegẽ funis, quãto maximo potuit apparatũ extulit, laudatũque pro concione. Primusne & Valerius morem hunc funebris laudationis apud Romanos induxerit, haud facile dixerim. Atheniensibus, ut Dio-nysius credit, Medicis temporibus funebri primũ sunt laudatione usi: quæ tẽpora ijs, quibus hæc Ro-mæ contigerunt, aliquanto sunt recentiora. Anaxi-menes tamen ad Solonem id reulit institutum. Ma-tronẽ Brutum ut patrem per annum luxere. Per sua sum Ro. habuerunt, ut Plutarchus scribit, haud rem-tantam Romulum in condenda urbe gessisse, quã-tam in afferenda libertate Brutus in eaq; stabiliedã gesserat. Nullam ex eo uirilem stirpem relictam Dio-nysius credidit, eã coniectura ductus, quod quum Brutus patricius esset, qui longo deinceps tempore id cognomen Romæ tulerunt plebæi fuerint: sed Dionysij ratio in hoc, meo iudicio, leuis, quando ut in quibusdam alijs euenire potuerit, ut familia aut fortuna aut uoluntate ex patriciatu ad plebem trã-fierit. Valerio consuli post Collegæ mortem ingens est inuidia cũ atroci crimine orta, & quod sibi Col-legam non subito surrogasset, & quod in Velia edifi-care cõpisset. Erat is locus præruptus Romano im-minens foro: quasi ergo regnum affectaret, uulgo eum suspectum habere, odiditq; in fense omnes: quã populi suspitionem posteaquam Valerius per amicos rescinuit, multitudine ad concionem uocata: in-de ita exorsus est, ut Collegæ sui Bruti fortunã lau-daret, qui priusquam gloriam, quæ illi parta erat, in inuidiam uerteretur, pulchre mortem occubuisse, se infelicem appellare, qui ad inuidiã referuatus ex liberatore patriæ ad Aquilios & Vitellios recidisset. Nullane ergo Quirites, inquit, tã spectata apud uos fides erit unquam, quæ non suspitioni sit & in famie subiecta? Ergo Valerius ille infestissimus hostis re-gum, in ea urbe regnum affectare cõpuit: quam ut li-beram uideret, se cum paucis tantã inuidiæ obijce-re non dubitauit? Ego unquam, credere potuissẽm, si in arce habitare, ciuibus suspectus ut essem meis? Tam leui ne momento, mea apud uos pendet fides, ut ubi sim potiusquã qui sim spectari oporteat: Nõ obstant publicæ liberati Valerij ædes Quirites: tuta erit per me uobis Velia: nec ego parietes demo-liar solum, sed ipsa quoq; ædificia in imo colle sta-tuam: habitabunt in Velia illi quibus melius quã Valerio creditur libertas. Ita ille pro concione locu-tus, parietibus ad imum disiectis, in infimo cliuo, u-bi publicus postea uicus fuit, domus iterum est illi cõstruãta. Hæc Liuius. Leui amicorum admoniti-õne Valerius impulsus, ut Plutarchus ait, domũ quã inhabitabat diruit: ac interim dum aliam in imo lo-co statuit alienas inhabitauit ædes: domus illi à po-pule publice erecta est. Secundum hæc comitijs ha-bitis Sp. Lucretium sibi Collegam Valerius subro-gauit:

Oraculum.

Funeribus laudatio.

lunig gms.

Verba Valerij ad populum.

Verba Valerij ad Populum.

Publicolæ cognomen.

Sedentaria ars

Primi quæstores.

Capitolij consecratio.

P. Valerius T. Lucretius consules.

Verba Tarquinij ad Porfenã.

gauit: quo paucis diebus defuncto, populi suffragio M. Horatiũ illi substituit: his popularib; factis om-ni repente inuidia excussa, iucundus esse omnibus cõpuit: quam opinionem: ut omni erga ciues officio auget, summis populo fascibus in concionẽ ue-nit, qui mos postea apud Romanos tenuit. Ipse per hæc Publicolæ cognomẽ adeptus clx. quatuor prio-ri senatorũ numero adiecit. Alij uero à Bruto, ut me-minimus, id factum prodidere. Leges ad hæc pleraf-que tulit: quibus prouocatio à consulibus ad popu-lum est permilla, ut capitale esset huic qui iniussu po-puli magistratum caperet, ciuiũ uectigalia tollerentur, quo contigit, ut uulgo promptiores ad quæstus & opificia sint homines facti. Scio à Romulo ita ab initio sancitum, ut qui Rom. essent, sedentariam ar-tem nullam exererent: sed militiæ tantum & agri-culturæ omnem operam impenderent. Addidit & alio capite, ut qui tyrannidẽ affectasset, impune oc-cideretur: nefas deinceps ratus, pub. pecuniam pri-uatæ domui inferri, Saturni templum Ærarium cõ-suituit. Populo ut duos quæstores crearet, permisit. Creati P. Veturius & M. Minutius. Scio fuisse qui scriberet quæstores sub regib; esse cõpisse cxxx. mi-lia tum primum in ærarium illata tributo orphanis & uiduis remisso, & hæc Valerius, ut Plutarchus & Liuius scribit, priusquam Sp. Lucretium sibi Colle-gam subrogasset: in cuius demortui locum M. Hora-tius, ut dixi, est ei Collega datus. Is Capitolij dedica-tionem fortitus, ubi Idibus Septembris ante tem-plum dedicaturus stetit (etenim opus iam consecũ-erat) fraude, ut creditur, Collegæ qui eum quoque titulũ cæteris honorib; cumulari uoluisset à M. Va-lerio consulis fratre, quum iam potius teneret, mo-nitus est, ne pergeret funesta domo id agere, filiũ in castris perijisse. Tum ille, incertum, quia nõ credide-rit, an ea potius fuerit constantia, ut à primo tempo-re ne qui uerit auerti, ite, inquit, & cadauer efferre: nõ ego luctum istum & fletum non admitto: sicq; car-men quod ab initio orlus erat, executus, templum dedicauit. Id opus superbus Tarquinius, quum ab-auro Sabino fuisset bello uotum, extruxit, eoq; in exi-lium acto fors illius dedicandi Horatio consuli ob-tiguit. Bis postea consecrari contigit, à Catulo semel, quum priore ciuili bello incendio consumptũ Sylla instaurasset. Iterum à Domitiano principe, quũ Vi-tellianis temporibus incensum. Vespasianus pater primo suptrouissimẽ reparasset: inde pari clade ab-sumptum priusquam sacrari cõtingisset, tertio est re-fectum, annoque per hæc quæ diximus, circumacto P. Valerius iterum & T. Lucretius sunt consules fa-cti. Dionysius M. Horatium secundo assertæ liber-tatis anno Valerio collegam datum scribit, in eo à Liuiõ & alijs diuersus, quod hic tertio post exactos reges anno Romam à Porfena obsessã, illi altero non tertio existimant. Cæterum siue hoc siue illo, quod magis credo, id anno est gestum, Tarquinius, quod inter omnes conuenit, ubi ad Arsiã syluam parum prospere est ab Hetruscis pugnatum, ad Por-fenam Clusij regem supple se cõtulit. Hic multa de fortuna sua quæstus, quod ex opulentissimo regno nefaria coniuuratione eiectus, cum filijs inops & ex-tortis exularet, identidem precatus ne præsentẽ ini-uriam inultam esse pateretur, parũ quidem tutum ipsi, cæterisq; regibus futurum prædicans, si eijciẽ-dorum regum exemplum populorum animos infe-disset, esse liberatẽ naturã homini gratisimã, quẽ quum semel delibata sit, nisi cũ uita illi extorqueri nõ possit: peritura inter homines discrimina, regiũ-que fastigium, quo nihil sit in terris pulchrius, nisi quanta ut eam ciuitates experãt, tanta reges ipsi cõ-entione regna ruantur. Huiusmodi preces hortationesq; Porfena fecit, præterea pulchrũ ratus ho-minẽ Hetrusci sanguinis Romæ regnum obrinere, se uitorẽ promissit, fore pollicitus, ut si fieri nõ posset

ut in regnũ restitueretur, pro quo omnia esset factu-rus, daturus saltem operam, ut Romanos, si bona ue-nia non queat, ut ad res æqua estimatione reddẽdas compelleret: quorum cum neutrũ per legatos, ad id Romam missos, impetrasset, decreto bellum Roma-nis intulit. Communiuerant interim Romani in Iani-culo locum: imminet is collis urbi: et si Tyberi ab ea disertus, eumq; præsidio obtinere placuit, appare-bat primos hostiũ conatus ea parte irrupturos. Sub-ijt terroringẽs patres, ne Romana plebs belli metu percussa, Tarquinos in urbem acciperet: q; ne acci-deret, omnia illi blandimẽta per id tempus dedere, primum omnium annonẽ est cura habita. Alij in Vol-licos ad frumentum cõparandum missi, alij Cumas, salis quoq; uendẽdi arbitrium cuiq; datum, cũ ad id tẽpus publice cariusq; uenisset. Porro ijs tributõq; plebs liberata. Hæc patrum indulgentia per oportuna fuit ad multitudinem in officio continendam, ut incredibili conspiratione summi minimiq; ea tẽ-porũ nouitate, pari studio libertatẽ defenderent. Et iam hostes aderant, deiectõq; ex Ianiculo præsidio, parum abfuit quin improuiso accessu per sublicium pontẽ, qui tunc unus erat Tyberi impositus, in urbẽ euaserint. Horatius cui ex eo q; oculum iam antea in bello amiserat, Coclitis erat cognomen, pontẽ præsi-dio obtinebat, is hostẽ ex Ianiculo decurrentẽ, trepi-dãq; suorũ turbã arma ordinesq; relinquentẽ inui-tus, primo proximum quemq; prehensare, & à fuga cõuertere conatus est, alia uoce restatus, frustra eos in urbẽ abire, quã relicto põte hostis haud dubie es-set occupatur. Vociferari hæc ille, minasq; precib; miscere. Verum ubi parum se proficere sensit, remq; semel inclinãtam sisti uerbis non posse uidit, prima parte pontis in fessa, irruentem hostem fortiter exce-pit, duo uiri fortes cum eo mansere Sp. Lartius & T. Herminius. Ipse trucem oculi aciem circũferes, ob-iecto scuto Hetruscũ hostẽ tam diu sustinuit, quoad ponte pene rescisso, periculi socios in tutũ abire ius-sit. Tum fragor abrupti põtis à tergo exauditus, ala-critasq; perfecti operis iram hostibus accendit, obri-nere ille nihilo secius locũ semel in fessum, regumq; feruitia Hetruscos uocare, qui alienæ potestati addi-cti, alterius libertatem oppugnatam uenissent. Ea demum contumelia hostes adacti, plures uno tem-pore in Coclitem tela cõijciunt, ut ui loco deturba-tum, in subiectũ flumen præcipitarent. Tum ille sa-tis tuta omnia à tergo sciens, omneq; ab urbe pericu-lum abesse, fluminis geniũ precatus ut se propitio exciperet alueo, in Tyberim cum totis armis deli-siuit. Et ut plus admirationis fama hæc q; fidei esset ad posteros habitura, per densã hostium tela in ulterio-rem ripam incolumis euasit. Dionysius ultra flumẽ iusta acie dimicatum scribit: Valeriumq; consulem pluribus uulneribus affectum acie excessisse, ac tum demum rẽ Ro. aperte inclinãsse, Hetruscumq; mixto agmine in urbem irrupturum fuisse, nisi Co-clitis uirtus ferocissimos hostium conatus pertina-ci fregisset statu. Et hoc tũ facinus est à Coclitẽ edi-tum, cum altero lumine adempto Cycloperum dixere quidam, mox delapsã loquendi consuetudine Co-ctem dici contigit, quãquã Coclitẽ plures scripse-runt. Nec tantã ciuitas uirtutem reliquit in honora-tam. Statuam illi in foro posuit, tantumq; dedit agri possidendum quantum die uno circũarare potuit. Accessit huic publicæ gratitudini & priuata, quifq; sua se fraudans alimonia, ex domesticis copijs ali-quid ei, in summa inopia, cõtulit ad uictum: ipse in-cessu debilitatus ob uulnera eo prælio accepta, et si omnibus charissimus, omnis militaris ciuilib; mu-neris uixit inde immunis. Porfena ubi primi cona-tus irruerunt, ad obfendam urbem conuersus Ianiculum præsidij firmat: mox circa Tyberim ca-stra fecit: cuius alueum, nauibus undiq; accitis, cur-stodij placuit: nequid annonæ in urbẽ furto posset

Indulgẽtia patrum in plebem.

Coclitis facti-litas.

Romanorum gratitudo in Coclitẽ.

noctu subtehi, quam nauigiorum occasione Tuscus hostis ulus, omnem citra flumen regionem crebris excursionibus adeo reddidit ciuitari in festam, ut omne pecus intra menia compulsum, foetore & strage in media morientium grauiore redderet Romanis obfidionem: nec metu magis id accidere quam consilio, ut hostes licentiosius effusi quandoque insidijs caperentur, in quam unam Valerius occasionem erectus, pastoribus edicit, ut exquilina porta quae maxime erat hostibus aduersa, pecus in pascua propellant, rescuerunt id continuo hostes transfugarum, indicio, multique maioris spe praedae flumen transuere, qui eruptione pluribus locis ex urbe uno tempore facta in medio foede hostes caesi, haud temere amplius trans Tyberim euagari sunt ausi. Obsidio erat tamen, multique ob inualecentem famem ad hostes quotidie transfugiebant, nec dubitabat Porfena, quin sedendo, urbem uel fame esset expugnaturus, sed in graui annona multi, ut dixi, ex urbe ad hostes transibant, apparebatque haud dubie, si ciuitas non aliquo casu praesenti obfidione leuata esset, fore, ut fame domita, breui uellet nollet ad deditiorem compelleretur. Eratque res Romana in hoc statu, quum C. Mutius cui Cordo ab initio cognomen fuit: patricij generis adolescens, senatum adijt diciturque esse sibi in animo, in hostium castra transire, rem si deus praesenti uoto annuat, patriae & ciuibus non inutilem ausuro, noluisse de ea re eos celare, ne aut eundo pro transfuga in urbem retraheretur, aut si parum prospere id consilium fluxisset, ne deessent qui talis sui in patriam animi testimonium ad populum exhiberent. Haec ille, cunctisque probantibus, bonisque omnibus euntem prosequentiibus, curia est dimissus. Ipse habita Tusco sermoneque praeditus, quem puer a nutrice didicerat, ad hostes occulte transijt: ibi quum ad Regis tribunal uenisset, ut militum unum multitudini mixtus proxime constitit, regium scribam stipendium militibus numeratam ferro adortus, priusquam aliquis opem ferre potuerit, pro rege obrucat. Liuius Porfenam in eodem tribunali fuisse scribit. Dionysius solus scribam sedentem a Mutio conspectum, qui ex splendore cultus percussorem rerum omnium ignarum in errorem traxerit. Enimvero Mutius ne se proderet, quis rex esset, rogare non est ausus. Cruento igitur mucrone per mediam turbam uadens fugam motus est, multis tamen circumstantibus ad Porfenam conspectum captus metuendus magis quam metuens perducitur, tum rogatus quis esset, & qua impulsus causa tantum fuisset facinus adortus, Romanus sum, inquit, meque ciues Mutium uocant, hostis hostem occidere uolui, nec minus est animi ad mortem, quam ad caedem fuit: facere & pati fortia Romanum est, nec unus in te Porfena hunc animu gessi, magnus est quidem nostrae iuuentutis numerus, qui in tuum caput mecum coniuurarunt, eodem discrimine parati, aut te hostem patriae eximere, aut, ut ipse feci, frustrati euentu, mortem occumbere, unus post alium in te quoquo modo grassaturi aderunt, no acie tecum Romani dimicabunt, tua solius uita petitur, proinde ad hoc te discrimen si iuuat accingas, hostemque credas tibi ubique assuturum, cum singulis tibi uni res erit. His ille minis conterritus, simulque ira infensus ignem ad supplicium ad moueri iubet: continuo dicat que insidiarum essent ambages illae. Tum Mutius, ut scias, inquit, rex quam uile sit ijs corpus, qui se patrie deuouerunt, nihil inuitus hoc faciam, nam & manus, que ictu aberrauit, der penas necesse est. Haec ille. Simulque foculo ad sacrificium accerso, dexteram iniecit, quam quum, uelut nihil ea ad se clades pertineret, immoto ore concremaret, rei miraculo Porfena attonitus, sede sua exiit, iuuenemque ab altaribus amoueri iussit argumento uulturno alloquitur. Abi, inquit, hinc, in te magis hostilia,

quam in me ausus, maeste tua ista uirtute, si miles nunc meus, non hostis es. Caeterum sis licet ea ausus, quibus merito in te quilibet fauere, haud patriar tamen tantam indolem suo praemio fraudari, liberum te inuiolatumque abire permitto. Tum Mutius. Quando, inquit, Rex, tali in me clementia fuisti, estque apud te, ut uideo, uirtuti honos, iam beneficium a me ferens: quod neque minae neque cruciatus ulli exprimere potuissent, trecenti Romanae iuuentutis principes coniuuimus, ut in te occulte grassamur, ipse omnium primus sorte ductus affui, aderunt mox alij suo quisque tempore, quoad fortuna te ad eadem opportunum dederit. Haec fere Liuius. Dionysius arte usum ait Mutiu aliquato maiore, ut quasi mortem reformidans ad tribunal regis destitutus, ultro passus sit, Porfenam se occultam quaedam si uitam polliceretur dicturum, quae magnopere ad eius salutem pertineret, ac tum demum dicere iussit, specioso medacij genere ita hostis animum uersasse, ut continuo ille de bello cum Romanis soluendo consilium inuenerit. Videntur haec quae Liuius & caeteri Romanarum rerum scriptores de Mutio tradit, haud multum ab ijs diuersa, quae Agatharchides Samius de Agefilao Themistoclis fratre scripsit, qui Mardonium pro Xerxe in Persicis castris interfecit, melior tamen in Scaeuola euentus, quia pax secuta, de qua deliberante rege quum quaereretur interit ratio, qua rex iam inde tutus esse posset, alijque alia partim inepta, partim uana, in medium afferrent, Aruns Porfenae filius, non expectato ut sententiam rogeretur, aut unam dixit ad salutem uiam superesse, quam paucis esset demonstraturus, aut nullam monstrari posse aliam, si confestim ex hostibus Romanos sibi pater amicos faceret, qua uoce uelut oraculo quodam Porfena permotus, legatos continuo Romam miserit, qui haec a Romanis sunt postulare iussi, ut Tarquinium & filios reciperent, quanquam nemini dubium erat, id nullo modo impetratum iri. Inde si id non daretur, ut bona illis redderent, postremo, ut agro decederent, olim Hetruscis circa flumen adempto, quod unum ut bello se soluerent Romani, a se impetrari permiserunt. Iussi sunt deinde obfides dare in ea quae promitterentur, priusquam praesidium Ianiculo duceretur. Quidam autores sunt, legatos cum Mutio Romam uenisse. Alij eum iam antea dimissum castris, secutos. Inter omnes conuenit, Mutij uirtutem a patribus honoratam, datumque illi trans Tyberim agrum, quae Mutia sunt prae deinceps appellata, ipsi quoque ob cladem dexterae manus Scaeuolae est cognomen inditum: nam quum ferum illi restitueretur, leua accepisse manu dicitur. Graeci scaeuum sinistrum uocant. De obfidibus inde uaria fama est, dubium Claelia duce, an Valeria Publicolae filia deceptis custodibus, Romanae uirgines Tyberim transtulerint. Ferunt ab ijs impetrasse, quorum custodiae creditae erant, ut liceret ire ad flumen se lorum, rogasseque ut tantisper ab intentione oculorum abstinerent, dum positus uersibus se fluuiali aqua abluerent, ne nudae conspicerentur. Atque ita Claeliae hortatu in ulteriorem ripam nando euasisse. Cuius rei fides apud eos erit qui haec legerint. Nam quod ad rei magnitudinem attinet, uix crediderim, tantam uim fluminis puellarum agmen superare potuisse. Illud sin talibus coniectura uti fas est, a fide minus abhorrebit, incidisse eas in fluuiale. Aliquod nauigium, uicinam castris ripae alligatum, nam his uulgo, ut diximus, usi sunt hostes, ea obfidione ad excursiones in aduersam regionem faciendas, quam illae occasionem adeptae, ad suos occulte traiecerint. Enimvero quoquo modo res acta est. Claeliae equestis statua publice posita est, quod argumento uulturno quidam, equo eam fluuiio transectam, falso prodide-

Mutij Scaeuolae consilium.

Mutij facinus.

Mutij constia.

Tarquinij castris eijs castris.

Agefilai facinus.

Cur bona Porfene uendi dicentur.

Mutia praedae.

Scaeuola uulturno.

Claeliae equestis statua.

prodiderunt, nam si ita accidisset, una seruata esset, non omnis obfidium caeteris. Liuius Claeliae id datum credidit. Plinius & Plutarchus Valeriae P. Valerij, qui tum consul erat, filiae. Dionysius, qui rem ut caetera, latius exequitur, ad Claeliam & ipse inclinatur, repetitasque obfides scribit ab Hetruscis, sub noui belli denunciatione, nisi ab Romano consule in castra reducerentur. Atque ita Valerium consulem ad obfides reducendas, in castra profectum: Cuius aduentu explorato, Latinorum equitum aulam a Mamilio, Tarquinij impulsu, missam, qui uenientem consulem & uirgines antequam uenirent in castra, opprimerent, uelut certa ex eo pignora habiturus esset Tarquinus, eorum quae a Romanis peterentur. Sed aliquanto prius consul cum uirginibus affuit, qui uenturus putaretur. Eratque iam uentum ad ipsas Hetruscorum munitiones, quum equites qui ad insidias mittebantur, uenientibus occurrunt. Tum ibi quoque uis a Latinis intentata, fuissentque Valerius & comites uiolati, ni Aruns Porfenae filius, cum Hetruscorum equitum globo: praesto affuisset. Id facinus adeo iniquo animo tulisse Porfena dicitur, ut confestim Tarquinium, cum filijs, & genero auxilijsque Latinis, excedere iussit castris. Ipse Claeliae indolem miratus optionem uirgini dedit, ut ex maribus quos obfides acceperat, certum sibi deligeret numerum, fore, ut quos illa sibi dari poposcisset, cum ea domum remitteret, impubes adolefcetes petijisse dicitur, & quod aetas illa uirginali pudori conueniens esset, & alienae iniuriae magis obnoxia. Donata adhuc equo phaleris ornato, quod in causa esse potuit, ut equestris sit illi Romae statua constituta, in summa uia sacra fuit uirgo insidens equo. Porfena ciectis Tarquinij non pacem solum, sed amicitiam quoque cum Romanis inuicem, ut omni officij genere confirmaret, castra omni genere commearum referta, Romanis habenda reliquit. Miror Liuium dubitare, quid esset, quod bona Porfenae hostiliter uendi dicerentur, quae res a tam pacato digressu abhorre uideretur. Ego uetustae illius liberalitatis monumentum id fuisse crediderim, ut eo modo, quo ea a Quaeftoribus post regis discessum uendita sunt, grata apud posteros memoria, talis sit auctio inter caetera urbis solennia celebrata, tantum enim abest, ut Hetruscorum ab urbe discessus hostilis fuerit, quod statua sit deinceps Porfenae iuxta curiam publice constituta.

ENNEADIS II. LI.

BER VIII.



Vnc exitum habuit bellum, quod Porfena rex, libertate adhuc recenti Romanis minacissime intulerat. Nullo unquam tempore tot fortitudinis exempla uno bello extiterunt. Mansit libertas Romani populi incolumis, priuata magis quam publica uirtute. Eratque tum hic rerum Romanarum status, quum Darius bellum Scythis intulit. Hi quum olim Cimmericam gentem bello persequerentur, Asiam ingressi, terram Medicam multis affecere cladibus, dubium consilio an uia aberrantes. Tenuerunt Cimmerici loca circa Meotim, lateque olim eorum opes in his locis claruerunt, manifesto ueteris potentatus argumento, quod Cimmericus mons, & sinus qui Meotidis ostium continet, ab ipsa gente nomen sit sortitum. Ijdem Scythae, qui Cimmericos insectati, in Mediam peruenere, bellicae rei studio, octo & uiginti annos domo abfuere. Interim diuturna uirorum absentia, Scythicae mulieres cum seruis con-

Cimmerij.

Scytharum bellum in seruos.

Serui flagrite subdandi.

Serui Scytharum flagris seruantur.

Scytharum uetustas.

Agathyrus, Gelonus, Scythas.

Cimmeriorum monumenta.

Abenti ex cinis spidibus facti. Fons amarus.

Oebasi filioris caedes.

quo instruendo Oebazus, cui tres filij erant, Darij familiaritate fretus, ab eo petijt, ut ex tribus liberis unum sibi domi relinqueret, cui rex omen credo auersatus, sedato uultu, uelut nihil ea re offensus imo omnes inquit tibi Oebaze relinqua, simulq; in medium productos obrutari iussit in cōspectu patris. Inde Susis profectus, ad Thracium Bosphorum numerosum traxit exercitum. His os pontici maris in angustias quatuor stadiorum contractū, in Propontidem Euxinum exonerat, anguste fluens ceterum & uiginti stadiorum longitudine, Propontis ad quingenta patet stadia, lōgītudo eius penē triplo maior, tum demum mare iterū angustijs exceptū, in Ægeū transmittitur, hic quoq; septē stadiorū Euripus Europam ab Asia dirimit. Darius ex Bosphoro in Cyaneas transmissit insulas, Euxini maris uastitatem cōtemplaturus, cuius longissima nauigatio est à Bosphoro ad Phasidis ostia nouem dierum & octo noctium cursu. Conficit iusta uelificatione nauis lōgio re die milia passuum septuaginta, nocte decem minus, quæ mensura tria milia habet & treceta stadia, ut quamlongissima Pontici maris sit nauigatio, quæ quadraginta habet & duo decim milia passuum. Circuitus Ponti, ut Polybio placet, duo & uiginti stadiorum milia continet. Meotis palus, quæ circuitu octo milium stadiorum patet, dextera læuaq; fluminibus repletur, in Pontumq; per Cimmericum Bosphorum defluit. Polybius futurum credidit, ut alsidua fluminum exaggeratione, Meotis palus & Euxinum mare, quod & Ponticum dicitur, aliquando uadolum fieret, quod in Meoti sua tēpēstate propemodum euenisset, quum nullibi stagnantes aquæ, plus quinq; ulnis, aut ubi plurimum septē uado distarent, ob id que maiora nauigia paludem ipsam nō ferre, sed uadōrum incrementa minus in Ponto sentiri, ob aquarum multitudinē, esse tamen unius diei à terra arenarum tumulos, quos fluena Istru matēria in altū propulsa faciant, quatenus fluuialis aquæ impetus procul littorib⁹ durat indubitato exaggerationis, quam ille futuram dixit, argumēto. Adijcit illud quod ad institutam demonstrationē pertinet, quod quanto Meotis Pontico dulcor est, tanto Pōtus ipse nostro mari minus amarus. Fuit qđ ad Bosphori nomen attinet, circa Ponti hostiū, in ora Asiæ locus, quem incolæ bouem dixere, ibi primū Io Inachi filia constitisse traditur in fabulis. Omnī igitur primus, quod scīa, has maris angustias Darius Pontē iunxit, eum Mandrocles Samius posuit. Ipse Ionibus Istrum cum classe sexceterarum nauium annauigare, Pontemque fluuio imponere, ac se ibi præstolari iussit, terrestrem exercitū, in quo septingentam milia equitum peditumq; fuisse dicuntur, in Europā Ponte transiit. Iones interim Æoles & Hellespontij, qui classem ducebāt Cyaneas præteruēcti, ad Istru ostia nauigarunt, subuēctiq; aduerso fluuio, duorum dierum itinere ad eum locū, ubi primo amnis scinditur, incipitq; Istru appellari, nā super id diuortium Danubium accolæ uocant, ut fuerat eis imperatum, Pontē statuerunt, nauibus arctissimo nexu inter se cōpactis, rex & ipse tantisper aliquid terrarum emensus, ad Tearum fluuium cōfederat, ubi triduo statiuu habuit. Clarus mirabili ortu Tearus, fontibus duo de quadraginta ex eadem petra manantibus, cæterum salubribus aquis clarior, quæ scabiē uariosq; curare credantur morbos. Fluit Tearus in Contadestum, Contadestus in Agrianem, Agrianes in Hebrum, Hebrus in mare, iuxta urbem Anum. Erexit Cippum Darius ad Teari fontes, quæ ita inscripsit: Teari amnis capita, optima aquam, pulcherrimamque continet, ad ea reuēte exercitum ducens aduersus Scythas, uir optimus atq; pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hytaspis filius, Persarum cæteræq; continentis rex: mouit inde Darij castra ad Artificum amnem, qui per Odri

Bosphori Thracij angustie. Ponti descriptio.

Meotidis exaggeratio.

Pons Bosphoro insitus.

Danubius Istru.

Tearus fluuius.

Artificum fluuius.

fes fluit, ubi milites, eius edicto, singuli unum in locum lapides singulos congeserunt. Mansere in posterum ex eo facto acerui lapidum ingētes, quos militaris turba circa flumē statuit. Rex inde ad Istrum tendens Geras Thracum fortissimos subegit, iidem Thracas quem tonat, si uera Herodotus scribit, sagittas in cœlū excutiunt, superis minitātes. His imperio subactis, Persarum signa sunt ad Istrum fluuium admota, quo ubi uentum, confestim Ponte iadudum ad id parato, copię in hosticum sunt transmissæ. Pontem Iones obtinere iussi, quod ut fieret, Coes Mitileneorum præfectus Darij monuit, siquidem rex traductis copijs animo habuit, soluto Ponte naues dimittere. Statione igitur ad fluuium relicta, Scythicū est solum ingressus. Maritima Scytharum ora, ab Istru ad Boristhenem decē dierum patet, itinere, tantūdem à Boristhene ad Meotim paludem, à mari ad Melanchlænos, qui maxime sunt mediterranei uiginti dierum est iter, ut ducenta in singulos dies supputetur stadia. Habuit itaque Europa Scythia, quaque uersum quatuor stadiorum milia, peculiari appellatione Scythæ dicti & Tauri qui his circa Cherionnesum iunguntur, in ora sunt supra hos Agathyrsi, inde Neuri, mox Androphagi, postremiq; maximeque mari auersi Melanchlæni. Scythæ ad primos Persarum motus, ingēti hostium apparatu territi, de administrandi belli ratione inter se consilia conferunt, octo reges de summa rerum consultari, unum in locum cōiūere, hi ubi per nuncios facti sunt certiores, Bosphorum primo, mox Istrum à Persis superatum, qui Istru finitimi erant, eundem obuiam censere, nec periculo cedendum, nam perspicue patere, quo tenderent hostium consilia, decremur Persis esse, suo imperio Scythiam, & omnem Europam adiungere, posseq; id ex eo intelligi, quod Bosphoro superato omnes gētes quæ inde ad Istrum iacent, armis subegissent, quum pacati alioqui potuissent per eas terras ducere. Sed nihil non sui iuris post se relinqui passi sunt, omnibus terris imperare uolentes. Eruntque nihilo meliore cōditione, si qui nos relinquendos existiment, nec enim nobis, magis quam cæteris Scythis imminet Persia arma. Vniuersę genti uult Darij frenum imponere, aut hic resistendum est, fortiterque pro libertate dimicandum, aut quocunq; recessu deprehensis per partes pereundum. Nulli enim dubium est, plurium gentium uiribus in unum contractis, haud paruum ad res gerendas momētum affuturum. Contra solutis & in partes abeuntibus seruitutem aut mortem imminere. Sunt quidem Scythæ, uelut in eadem nauī, nec multum refert puppis ne an prora obruatur, uos uero decernite utrum satius arbitremini, hic nobiscum resistere, an tam diu periculo abesse, donec incendium hoc, quo ardere cœpimus, omnia latē corripiat. In ips quæ uitari non possunt, fortiora consilia cautis sunt, & timidis preferenda. Turpe est uinci, sed fugere, ut tardius uincaris, multo turpius. Hęc Scythæ maris accolæ, qui nominatim bello petebātur, Geloni, Budini, & Sauromathæ, alacri animo auxilia polliceri. Contra Agathyrsus, Neurus, Androphagus, & cum his Taurorum & Melanchlænorum reges, stultē se facturos fremere, si bellum quod sua iniuria alij in se citassent, ipsi cum periculo exciperent. Maiores eorum qui auxilia implorarent, nihil lacesitō Medicam terram longo bello uexatam, armis subegisse. Verum enim uero sua ipsos uictoria ufos, neq; prædæ, neque celebritatis illius cæteros Scythas fecisse participes: dignum arbitrantur ut soli imperarent, qui bellorum onera sustinuisent, recte quidem ubi labor, ibi præmium, potiti itaq; sunt imperio, quod ipsi sibi quaesiuere. Nunc quando Persas deus aliquis ad ultionem excitet, quid est, inquit, cur eos quos ulperij & honorum expertes fecere periculorum

Thracum insula.

Europæ Scythia.

Consultatio Scytharum.

Dissentio inter Scythas.

lorum socios habere uelint? aut qui ab inferendæ iniuriæ consilio abfuerunt, nunc ne illata uindictetur, sua corpora obijciant? Potuissent eos debuissentque auxilia impetrare, si Medi nulla prius iniuria lacesiti, Scythiam armis inuaderent, aut si non unum nominatim populū bello peterent. Verum quia neutrum fieret, irent, & qui confandi belli auctores fuissent, ipsi periculo suo constatū pro pulsaret, an quod ad se attineret, quieturos se tā diu professi sunt, donec Medicis armis lacesiti essent, tutius fore affirmātes bellum iuste propullare, quam ultro per iniurias inferre. Scythæ tot gentium societate destituti, quia acie congregi non audebant, multitudinem bifariam diuisā quam longissime ab hoste recesserunt pabulis prius corruptis obstruissentque passim puteis, unde locorum incolæ aquari erant soliti. Sauromathæ iussi sunt, si eo Persarum impetus inclinasset, secundum Meotim ad Tanaim flumen concedere, qui si eo iuste secuti essent, tum cæteri è uestigio instarent, carpēdoque ac lacescēdo omnia eunti redderent infesta. Inde Budini, & Geloni, per aduersa loca insinuati, unius diei itinere propius hostē accederent, cui sensim cedendo in eorum fines bellum traherent, qui repudiata societate se periculo subtraxerant, ut uel inuiti Persarum accessū arma induere cogerebantur, ipsiq; bello per hæc alibi incenso in suos fines deflecerent, nulla interim bene gerendæ rei occasio prætermisssa. Scythæ in hunc modum bellum partiti, curus, quibus filios & uxores extulerant, cum pecoribus iam antea procul ablegarant, dato pastoribus mandato, ut semper ad Aquilonem tenderent. Ipsi trium dierum itinere ab Istru Persis occurrunt, hic unius diei spatia ob hostium castris metati, omnia circum germina corrumpunt. Persæ ubi Scythicum equitatum in conspectu habuerunt, confestim in eum imperum facere. Cessit ille ex composito, Darianosque sequendi cupidus, à rectiore uia Tanaim detorquet. Tum cedendo instandoque plures sunt dies consumpti, demum Tanai ab utriusque superato, labitur is Ripheis montibus in Meotim, omnis Sauromatharum regio sine memorabili ullo prælio tumultuosus lustratur, in Budinorum inde agrum Scythæ hostem traxere, ubi aliquot Budinorum gentis oppida quæ utique lignea erant, combusta sunt à Persis. Ex Budinica regione in solitudinem septem dierum est uentum, supra quam Tyllagatæ Scythæ incolunt, quatuor inde flumina in Meotim decurrunt, Licus, Hoarus, Tanais, cuius modo mentio facta est, & Gyrges. Darij ubi in solitudinem est uentum cursum inhibuit, castraque ad Hoarum metatus, plures ibi dies statiuu habuit, octo interim urbes pari inter se spatio distantes condere adortus, imperfectas reliquit. Flexit inde ad occasum Medus. Scythæ & ipsi per solitudinem circumuecti in Melanchlænos primo, ut ab initio constituerant, mox in Androphagorum fines, ceu ui compulsi, hostem inducunt, duobusque populis per hæc turbatis, in Neuridem abeunt. Neuri & ipsi consternati fugam faciunt, & iam ad Agathyrsos Scythę de industria cursum intederant, quum caduceatore præmissō uetiti sunt ab Agathyrsis suos fines ingredi, futurum si porro ire tenderent, ut pro hostibus haberentur. Hęc simul nunciari iubent, simul & ipsi ad suos fines incedendos populariter occurrunt. Perox illa denunciatio effecit, ut Melanchlæni Androphagi, Neuri, & cæteri Scythæ Aquilonem uersus, in solitudinem concesserint. Tum Darij sequendi rædio, equitem ad Indunthysum regem Agathyrsorum milit, ut gentis illa ludificatione belli posthabita, eū ad acie dimicandum hortaretur, ut uel uno prælio decerni posset, quantum Persæ Scythæq; utrinque alteris uirtute præstarent, uel si bellica uirtute cederet, quia

Errores Scytharum & Meodorum.

Darij postulatam.

confligere non auderet, dona sibi ut uictori & domino mitteret, seque suo imperio subijceret. Ad ea Agathyrsus respondit, Scythas neque oppida, neque certa prælia habere, pro quibus pugnare cogentur, sepulchra se matrem religiole tueri, pro quibus, ne uiolarentur, nullum essent certamen detrectaturi. Quod uero se uictorem & dominum diceret, ut Darij fileret, edixit, nullum testatur se præter Iouem dominum habere. Fama legationis huius inter Scythas uulgata, cunctis seruitutem auersantibus, maiores solito iræ animis exarsere. Odio itaque reges incensi, ad Persicum nomen extingendum animum adijciunt. Mittunt primo qui in colloquium cum Ionibus Pontis custodibus uenirent, si qua eos inducere possent, ut soluta statione inde abirent, erantque ferē Scythæ equestribus prælijs superiores, com meatumque per occasionem læpe hostibus adimebant, sed Persicum peditatum non sustinebant. Erat res una Persis magno adiumento, quod Scythici equi, afinorum uoce & aspectu territi, ab incurfu auerrebantur. Scythica tellus neque afinum gignit ob frigora, neque mulum. Cœperant iam Darijæ copię rerum omnium inopiam sentire, successuque remittente magis in dies ac magis militum frangebantur animi, senserunt id hostes, multoque ferocius instare, & ut terrorem hosti auerent, caduceatorem ad Darij mittunt, qui illi sanam, murem, & auem, cum quinque sagittis dono attulit. Darij infueta munera miratus sciscitatus est ab eo qui uenerat, quid Scytharum reges sibi cum eiusmodi muneribus uellent. Mandatum sibi respondit tantum donū afferre, nec quicquam aliud fieri, aut responsū expectare. Interpretabatur Darij ea deditiōis argumēta esse. Gobryes unus exijs qui Magorum regnū sustulere, alio tendere sibi dona uideri dixit, quam rex & alij traherent. Viderent ne tacita cauillatio ea potius esset, obfcuraque denunciatio, quod nisi Persæ, ut mures subierint terram, aut ut uolucres, per aërem deferantur, uel ut ranæ subter aquas stagna & flumina tranarint, fore, ut paucissimis diebus, sagittis cōficiantur. Turbauit callida Gobryis interpretatio regis animum, cæterum ceu in possessione uictoriæ esset, spem & lætitiā simulare. Scythæ interim qui ad Pontem missi fuerant, eo monendo hortandoque Ionas impulere, ut ubi septuaginta dies præterissent, quibus in statione permanere iussi fuerat, confestim se inde abituros sint polliciti. Reges ipsi copijs in unum contractis, in Persarum conspectu instructa acie sterere. Profiliuit interim lepus in medium, quum Scythæ assequendi studio clamorē extulissent, rogauit Darij quid hostium ille sibi tumultus uellet, uerū ubi causam didicit, ad eos quos secretorū omniū participes facere consueuerat, conuersus: Iam nos, inquit, ut uideo contemptui hostibus sumus. Tum Gobryes gentis inopia Darij proposita, & quod iā Persæ Scythas uilescere cœperant, identidem monebat, ut priusquā aut hostes ad Istru tenderent, aut Iones dierum numero exacto Pontē soluerent, accensis de more ignibus imbelliq; multitudinem in speciem relicta, quam celerime se cū robore copiarū ad fluuium reciperet. Secutus id consilium Darij, ubi primum nox affuit, simulat se per noctem uelle cum hoste confligere, mandat itaq; ut infirmior multitudo castris præsidio sit, ignibus passim accensis, afinisq; tallo alligatis, qui abeuntium ut sit desiderio, clamore uocis & strepitu omnia cōpellerent, cum cæteris copijs silentio noctis profectus, Istrum uersus iter intēdit. Vbi uero illuxit, qui in castris relicti fuerant, postquam se proditos senserunt, manus in hostes tendere, ueniam precari, Scythæ Persarum fuga ex his cognita, per cōpēdia uiarum hostem secuti, quū utriq; ab alteris aberrassent multo prius Scythæ quam Darijani ad Istru peruenere

Scytharum respōsum. Sepulchra Scytharum.

Dona Scytharū Darij missa.

Gobryis callida interpretatio.

Darij consiliū retro abeundi.

Darius nocte Istrum uersus abire contentus.

nere. Tum Iones iterum hortati, ut quum dieru numerus exactus esset, qui eis fuerat a rege constitutus, ne pergerent in statione esse, abirent inde potius ad suos incolumes, Dijs pariter & Scythias salutem debituri, Darium quæstante eorum rex fuerat, ita à se affectum, ut in nullos hominum expeditionem facturus esset amplius. Milciades Atheniensis, qui in Thracia Chersoneso longe princeps erat, censebat soluendum esse Pontem, autorque erat Ionibus sese in libertatem vindicandi. Contra Histæus, Milesius Darij indulgentia, eos qui aderant longè opibus & autoritate, inter suos pollere affirmabat, eo autem sublato, futurum ut in ordinem redigerentur. Præsertim quum singulæ ciuitates, nullius postea principatum potentiamue latuæ essent amplius. Parum itaque prudenter eos facere aiebat, quod Darium seruatum non esset, se in ea sententia esse, ut Scythias ualere iussis, Darij reditu expectaret, stultum esse credere, tantum exercitum ita funditus deleri potuisse, ut non aliquis saltem fuga ad fluuium delatus, regis & aliorum interitum nunciasset, quin Scythiarum arma esse, qui Persarum cladem mentiti, se inde quia aperta uia non possent, uano excuterent terrore. Probarunt cæteri duces Histæi sententiam, unum Aristagoras Eleorum dux illius sententiæ adiecit, ut ad sagittæ iactu Pontem ab Scythica ripa soluerent, ne si hostes uim parassent, telorum multitudine obruti, Pontem amitterent, placuitque hæc quoque sententia. Tum Histæus uerba facere iussus, Pontem Iones rescissuros dixit, & iam sese operi accingere, ipsi interim darent operam, ut Persarum nullus per occasionem euaderet, ad unum que si fieri posset, obrutumarent. Hæc Histæus, Ponsque una cœptus est rescindi, quod intuari Scythæ Ionibus laudatis continuo inde abierunt. Fefellitque res una Scythas, quod Darius per obseruata retro uestigia ad Istrum conderat, quum longe aliter hostes euenturum arbitrantur, futurum rati, ut quia pabula passim corrupta essent, ut Darius a uera parte regionis, quæ iactata adhuc esset, fluuium repereret, quo contigit, ut Darij, sine aliqua maiore offensa, noctu ad naues uenerint, ibi rex quum præter spem Pontem solum offendisset, prorurs animo concidit, ueritatis ne Iones se relicto, procul abiissent. Erat tunc for apud Darium Ægyptius quidam, omnium qui ea tempestate fuerunt uocalissimus, hunc rex supra ripam fluminis stantem, Histæum Milesium uocare imperat, ad quam uocem illi & alij exciti, Darium cum exercitu adesse coniectantes, ilico naues ad tra iiciendas copias admouerunt, Pontemque iterum rescto sine maiore tumultu exercitus in pacatum abijt. Dicuntur Scythæ iam inde Iones hominū igna uisimos prædicare soliti, regumque mancipia appellare dominorum amatissima. Darius per Thraciam ducens ad Sestum Chersonesi peruenit, inde in Asiam. Nam transgressus non paruam copiarum partem in Europa cum Megabyzo uiro impigro reliquit. Tantum Darius Megabyzo huic tribuere est sollicitus, ut cum punicum malum forte aperiret, eiusque frater Artabanus rogasset, an tantum uirorum sibi dari uellet, quantum ibi acinorum esset, quin tot Megabyzos, inquit potius, quam totam Græciâ bello domuisse. Huius quoque memorabilis uox illa apud Hellespontios fertur, quæ Chalcedonios cæcos appellauit, quod sterili & importuno loco urbem condidissent, quum ante oculos opportunissimum habuissent, quem utique Bizanti post septemdecim annos muniere. Strabo, Apollinis eam fuisse uocem uno arce altero loco prodidit. Et memorabilis illa Darij regis in Scythas expeditio hunc habuit exitum. Nunc temporum ratio ad Cirenaiorum res deuocat stilum, quarum explicatio ut magis perspicua sit, quæ eius urbis origini fuerunt proxima, aliquanto

Milciades Atheniensis.

Histæus Milesius.

Darius Istri Pontem superat.

Megabyzus.

Chalcedonij cæci.

altius sunt nobis repetenda. Erat per id tempus, quo Terei ab oraculo iussi sunt in Aphricam nauigare, insulæ rex Grynus à Thera Polynicis abnepote, qui nomen insulæ dedit, oriundus. Tenuit hic aliquandiu Spartiarum ciuitatem, Euristhenis filijs Aristodemo & Proclo tutor relictus. Accidit per id tempus, ut Myniæ Argonautarum progenies, ex Lemno ab Achæis eieci, quia Atheniensium feminas ex Braurone prædatis essent: in Taygeto confederent, ibique accensis ignibus, missi ex Lacedæmone sunt qui ab eis scilicetarentur, qui hominum essent, aut qua fiducia in alieno solo tam ociose cõsedissent. Responsum hic est Argonautarum se progeniem esse. Lemno insula ab Achæis eieci, nouas sedes quaerere. Tum Spartiæ, quia Castor & Pollux ex Argonautis fuissent, per eosque cognatio quædam sibi cum ea gente intercederet, in ciuitatem Mynias accepere. Hic illi quum uxores duxissent, essetque adorti res nouas moliri, & aperte regnum affectare, in uincula coniecti digni sunt morte iudicati. Sed moris fuit apud Spartanos noctu fontes supplicio afficere. Tempus ad id idoneum expectabatur. Interim sub primas tenebras, eorum uxores per gratiam, qua plurimum poterat, erant enim fere principum ciuitatis filia, quæ illis nupserant, carcerem ingressæ, mutatis uestibus uiros è custodia pro mulieribus emiserunt. Ea manus, quum ad Taygetum iterum confedisset, essetque ob eam rem Spartani nihilo illis placatiore, Theras Euristhenis filijs iam adultis, quum regni consuetudine captus, nullius esset imperium laturus, à Lacedæmonijs impetravit, ut Mynias in coloniam abducere liceret, eos tribus inde auctos triremibus, in sex partes diuisit, in oppidaque à se condita, uelut in colonias distribuit, urbes quas ad hoc ipsum statuit, fuere, Lepreum, Macistum, Thrycæ, Pyrgus, Epium & Nudium. Ipse cum cætera multitudine in insulam nauigauit, quam à suo nomine Theream nominauit, ea olim Calista nuncupata est, tenebant tunc eam Phœnices, ab ijs oriundi, qui cum Cadmo ad Europam inuigendam, aliquot ante ætates missi fuerant. Vnam igitur duæ gentes insulam deinceps tenuerunt. Cæterum quod ad Cyrenarum uerultatem attinet, Græci qui oraculi monitu in Lybiem nauigarunt, cum domestica discordia, tum externis armis, multum diuque sunt iactati. Nam qui sub altero Batto in eam terram profecti sunt (fuit is primi Batti nepos & Arcefilai filius, alij tertium huc Batum dixere) quum Pœnos locorum accolæ (neque enim Cyrenæicus ager presentis multitudini suffecturus uidebatur) ueteri possessione expellerent, eorum plerique se Aprij Ægyptiorum regi dederunt, in quorum gratiam exercitum ille in Cyrenæos comparauit, pugnatum est utrinque atrox prælium ad Irastra locum, deletæque fere sunt Aprianæ copiae, quam ob cladem Ægyptij, ut alio est loco momoratum, ab Aprie defecerunt. Huius Batti filius fuit Arcefilai iunior, qui fratribus seditione pulsus, solus regnum tenuit. Illi extorres, oppidum in parte Aphricæ condiderunt. Barce nomen urbi fuit. Concitabantque interim Pœnos, ut à Cyrenæis deficerent. Arcefilai defectionis autoribus bellum intulit, eosque ad orientales Pœnos fugientes, ad Leuconem utique est persecutus. Hic prælio uictus, septem hominum milia amisit, ac post eam cladem, quò in morbum incidisset, à Learcho fratre medio languore necatus est. Necem uiri Erixo ultra est, quæ haud multo post Larchum interfecit. Successit itaque regno Battus pedibus claudicans, quo rege Cyrenæi Delphos sciscitatum miserunt, quid facto opus esset, ut domestica discordia defungeretur, iussi ex Mantinea oppido Demonaetem uirum suorum popularem optimum, domesticarum rerum arbitrum & moderato-

Grynus.

Myniæ ex Lemno ei ciuitatem.

Mynias Lacedæmonij accipiunt.

Mulierum se ciuitas.

Theream qui primo tenuerunt.

Barces conditio.

Demonax uero culo arbitrum constitutum.

moderato accersere, qui ad hoc ipsum quum in Aphricâ nauigasset, Cyrenæicum agrum in tris diuisit partes, mox uero Arcefilai, ex Batto natus, qui æger fuit pedibus, ubi regnum est adeptus, negauit se pro raris habiturum, ique Demonaetem Mantineus Cyrenis statuisset, seditioneque denuo orta, Arcefilai regno pulsus, in Samum aufugit. Mater eius Ferotima in Cyprum delata, ad Euelthonem Salaminium regem se contulit, quem quum mulier assiduis fatigaret precibus, ut se & filium in regnum restitueret, impetraretque omnia, præter exercitum, ad bellum opportuna, arma, frum etum uestes, aurum illa que, ut is quoque daretur minus uerecunde quæ feminam deceat efflagitaret. Eueltho fulum aureum ac colum aureo pensu inuolutam ei dono misit. Hic quoque Ferotima, quum exercitus mentionem intulisset, tum ille eius modi rebus melius quæ exercitum dixit feminas donari. Nec ita multo post Arcefilai Samiorum auxilijs fretus, regnum recuperauit: ibi cum cæteros ciues tum sui exilij autores atrociter infectatus, in Aglomati turre clausos, quo illi se tenebant, circumiecta undiq; materia concremauit. Subijt in de oraculi memoria, quo ueritus erat ne si quado fornacem amphorarum plenam inuenisset, ea incederet, quid si fieri contigisset, caueret ne circumfluu ingrederetur ueritus itaque, ne si Cyrenis esse perseueraret, à ciuib; obruncaretur, ad Alizirim Barceorum regem focerum suum se contulit. Eum Barcæi quidam Cirenæi exulibus mixti in foro adorti cum Aliziri focero obruncarunt. Ferotimæ quæ uicariam filij administrationem Cyrenis habebat, audita eius cede in Ægyptum aufugit, ad Ariandem ipsi terræ Cambyse primo, mox à Darij præfectum. Fuit is post Darij iussu interfectus, tunc uero quum Ferotima in Ægyptum extorris uenit, gratia & autoritate florebat. Is igitur per id tempus quo Darij in Scythas bellauit, Ferotimæ precibus fatigatus, terrestres naualesque copias aduersus Cyrenæos & Barceos instruxit, misso prius Barcen caduceatore questu, quis Arcefilai percussor fuisset, cui quum superbe responsum esset Barceos cõmuni consilio Arcefilai interfecisse, eam belli causam Ariandes adeptus, cum Ferotima exercitum in Aphricam misit. Hic gerendæ rei prætextus fuit. Cæterum exercitus, ut Herodotus suspicari uideretur, ad Pœnos perfici imperij contemptores, bello subigendos mittebatur (quæ Libycæ gentes, & qui earum mores, ritusque essent, alibi abunde est significatum) illud præter multorum opinionem Herodotus in rebus Lybicis scribit, Pœnos Aphricæ esse indigenas, quum à Phœnicibus, qui aduenæ haud dubie fuerunt, id nomen deductum plerique ueterum tradant. Qui ab Ariande missi fuerant, ubi Barcen uenere, in urbem ire iubent, qui Arcefilai interfectores ad supplicium deposceret, his ne ad colloquium quidem admissis, oppidum obsidione cingunt. Fuit expugnatio illa longior, quam Persæ ab initio putarant, nec magis longa fuit quam laboriosa. Multi uarijque obsidentium conatus, ijdemque omnes irriti. Iam & cuniculo mœnibus insinuat, in urbem Persæ euasissent, nisi ferrarij fabri opera, huic quoque Persarum conatu itum esset à Barceis obuiam. Fertur subterraneum opus ita ab eo deprehensum, circumtulit æreum scutum intra muros, identidem pauimento urbis admouens, nec sonitus quicquam interim edebatur, ubi uero ad telluris tumentum est inanitatem, tum scutum super ictum insonuit, ita Barcæi ediuerso fodientes Persas operi intentos facile oppressere. Tenuit nouem menses & amplius obsidio. Interea Amasis terrestrium copiarum præfectus, ubi se parum aperta uia proficere uidit: dolo Barce ad ortus, laram fossam nocturno opere depreffit, lignis que fragilibus superstratis humum ingessit, reddiditque solo cætero æquabilem: inde ubi primum illuxit, Barceos ad colloquium

Ferotima siso aureo & pensu donatur.

Attende oraculum.

Ariandes Ægypti præfectus.

Barces oppugnatio. Modus deprehendendi cuniculi.

Amasis præfecti dolus.

uocauit, nec illi grauate, que postulantur, audire, quippe qui honesta aliqua conditione, arcta se obsidione leuari mallebant, quam in horam periclitari. Tum ibi Amasis quasi moram persequens, in certas pacis leges descendit, quæ ut inuolabiles uiderentur, fædus ex composito supra fossam lanciri iussit, carmine in hanc sententiam composito, ut quam diu tellus illa qua ictum esset, fœdus steterit, neutri alteris uim inferrent. Barcæi nihil fraudis inesse suspicati, Persas portas aperuere, qui tantisper commorati, dum fossæ superficies dilijceretur, mox quasi fœdere soluti, in urbem hostiliter irrumpunt, qui consilij cædis Arcefilai fuerant, Pherotimæ iussu, circa murorum ambitum, subdibus affixi, crudeliter perire. Abscidit & eorum mulieribus mammillas, abscillas que in publico affixit. Cæteri Barcæi, præter Bartiadas, quibus urbs permilla est, hostibus prædæ fuerunt. Tentarunt Persæ duces Cyrenas opprimere, audissentque fortassis Cyrenæi improuiso bello territi, nihilo minorem quam Barcei cladem, nisi primæ oppugnationi Ariandis dictum superuenisset, exercitum in Ægyptum reuocantibus. Soluta itaque repente obsidione, multi à Pœnis latrocinio excepti, perierunt, Pherotima nec ipsa feliciter uita excessit, ut enim inexpectatæ existunt inuidiosæque deorum ultiones, ueniens uermibus computruit. Hicque dum rerum status erat alibi gentium, quum non multo prius posterius uic quæ hæc, quæ diximus, in Scythia Aphricæque gesta sunt, Postena Roma, bello omisso, ne non aliquid egisse uideretur, filium Aruntem cum dimidio copiarum, Ariciam oppugnatam misit. Perculit res subita Aricinos. Accersitis inde Antio ac Tusculoprius, mox & Cumis auxilijs, fociorum uiribus aucti, Aricini altero obsidionis anno, acie decertare sunt ausi. Nequiuert latini primam Hetruscorum oppresione ferre, solutisque ordinibus hoste uiolenter inuectum Cumanæ cohortes ferociter, exceperunt, exceptumque cum clamore & strepitu circumstunt, ad quem succellunt cæteri in pugnam redeuntes Hetruscum undique circumuentum, in medio pugnare cogunt. Cadente deinde Arunte regis filio Tusci fugam circumspicere incipiunt, secuta inde cædes ingens, multi in prælio cæsi, plures media strage dilapsi, Romam fuga delati sunt, ubi hospitaliter accepti, benigneque curati, domum Romanæ hospitalitatis nuncijs abierunt, quidam etiam Romæ hospitum charitate subsederunt, quibus locus urbe ad habitandum datus est, Tuscius uicus ab re ipsa postea est nuncupatus. Nec multo postquam hæc circa Ariciam sunt gesta, P. Valerio, & Sp. Lucretio Romæ consulis, legati, ut Liuius scribit, à Postena ad Patres uenerunt, petentes ut Tarquinij in urbem reciperentur, missique ob eam rem sunt in Hetruriam, qui regem ipsum publico nomine rogarent, ne pergeret à Po. Roma, qui nihil alioqui ei de negatum uellet, ea petere, quæ incolumi libertate præstari non possent, iam semel in animum Romanos induxisset in libertate non in regno esse, hospitibus potius quæ tyrannis urbem patefacere. Patretur proinde eius rei memoriam obliterari, ne in noua amicitia mutuaque liberalitate, ea una de causa sollicitarentur animi. Nam quod ad Ro. Po. attineret, decretum semel esse, idque omnium animis fixum manere, ut is dies qui finem in ea urbe libertati faceret, id est ciuib; testis que nouissimus futurus esset. Orare proinde ut si Romam saluam esse uellet, libertatem esse pateret. Sic illi. Rex tum demum uerecundia uictus, benigne respondit, se nihil iam inde eadem petendo Romanorum animos sollicitaturum quando constitutum haberent, reges non recipere, nec Tarquinius uana spe, quæ nulla in se esset diutius frustraturum. Alium sibi, siue bello, siue quieti locum

Barceorum clades.

Pherotima uermibus uiuens computruit. Bellum Aricinum.

Aruntes in præliis.

Tuscius uicus.

Verba legatorum Ro. ad Postenam.

quæreret Tarquinij, nec pacem suam cum Po. Ro. quæ magis in dies coalesceret, impedirent, hisque amicis dictis amiciora facta adiecit, Veierano agro obfidibusque Po. Ro. restitutis, actum demum Tarquinij senex ad Mamilium generum suum Tusculum abiit. Ita Lilius. Cæterum Dionysius ob infidias, quas Valerio consuli & uirginibus instruxerat, quum circa urbem Porfena adhuc esset, cum filiis & Mamilio genero castris Tarquinium abire iustum prodidit, quod eo uidetur uero propius, quod Tusculani, quorum inibi longe princeps Mamilius erat, enixe Aricinos aduersus Hetruscos iuuerunt. Quinto deinceps assertæ libertatis anno. M. Valerio, & P. Posthumio consulibus prospere in Sabini ad Anienem pugnatum est. Sustulerant hi animum ad recentem Romanorū contumeliam, quod Hetruscos opibus oppugnati, ut se obfidione soluerent, obfides dare coacti essent, Veientanoque agro celsissent, suarum itaque cladum oblitū, Romanum agrum atrocinijs Sabini infestare. Verum tantum abiit, ut res sollenni more repetitas reddiderint, ut maiore etiam audacia, ad Anienem animum progressi, aperte Romanum agrum uastare adorti sint. Valerius Romanis equitibus in prædatoribus missis, hostes cum multa cæde ultra flumen repulit. Secutus inde alter Consul cum robore copiarum. Erant utrorumque castra fluuio dirempta, qui tum modicis fluebant aquis, ut solet æstiuis mensibus, quo accidit, ut aluei tenuitate contempta, plera que tumultuaria prælia sint in ipso fluuio, inter equites commissa, cadebantque utrinque non pauci. Postremo Valerius anne superato, cum hoste continuo confligit, degrauiaturque Sabinorum multitudine sinistrum Romanorum cornu, quum Posthumius, quia cum cætero exercitu, non tam cito laborantibus adesse potuit, dum grauis armatura uadere traiecitur, Sp. Lucretium qui priore anno consul fuerat, cum equitibus dextrum Sabinorum cornu circumfistere iubet, quibus ex aduerso illatis, Sabinorum acies confestim inclinauit. Multi in acie perire, sed multo plures in fuga obruncati essent, nisi nox que opportune fugientibus superuenit, dispersatos texisset. Consules hostium castris potiti, ambo de Sabinis triumpharunt. Dionysius uerbo est lo cum in Palatio ad inhabitandum Valerio datum, domumque publico sumptu erectam, cuius fores solæ omnium Romæ in exteriorem partem aperirentur. Reparant aliquanto accuratius bellum in sequentem annum Sabini, uirorū paucitate rati ducis que defectu, parū prospere superiore anno ad Anienem pugnatum. Et ut Ro. omnia terribiliora essent, Sextum Tarquinij filium sibi ducem legūt, cuius muneribus ciuitatum principes corrupti, suis popularibus autores fuerunt, belli accuratius reparandi. In hoc Sabinorum res erant motu, quum ex Regillo eorum urbe Ap. siue T. ut Dionysius scribit, Clausius (Claudio ei postea cognomē fuit) cum magna clientum manu se Romam contulit. Viri qui arma ferre poterant ad quinque milia eum secuti, multum is diuque obstitit in publico Sabinorum consilio, ne in Ro. amplius bellaretur, quo certamine Sabini nominis principes accensi, prodicionis Clausium accersendum censuerunt, eo que periculo comotus homo ingenti spū, magna que inter suos auctoritate, cedere patria maluit, quā sui capitis iudicium ijs, quibus cum ex æquo uixerat, subijcere. Fuit perinde Claudij accessus omnibus Romæ gratus. Ciuitas omnibus qui cū eo uenerat, & ager trans Anienem datus. Ipse in patriciatus adductus, breui in principum dignatione uenit. Nec Sabini bellū diutius distulere, est que adeo festinat, ut prius quā consules urbe copias eduxerint, tumultuose circa Fidenas conseruerint, Sex. Tarq. penes que erat totius rei

Marcus Valerius Pub. Posthumius consules.

Sabini circa Anienem uincuntur.

Fores Valeriae.

Ap. clausus Romam uenit.

summa cū robore copiarum castra in aperto locat, quod reliquum uirium fuit sub recto Fidenis agere ut sedem ipsam & arcem belli præsidio obtineret. Nec ita multo post P. & Valerius & T. Lucretius, qui tum consules erant, urbe demum profecti, haud procul hostium castris diuersi confedere. Sextus diffusus Sabinorum uiribus, qui toties uicti à Ro. essent, quia in apertam dimicationē descendere non audebat, arte Romanum capere est adortus, Valerij castra quæ proximiora erant loco, noctu inuadere cōstituit, & iam scalas machinasque transgressorias occulte ad id parauerat, miseratque ad eos, qui Fidenis erant, ut in omnem occasionem extra urbē parati starent, ut si ex Lucretianis castris milites ad opem suis ferendam egredierentur, insidijs exciperent. Attulisset improuisa res aliquam omnino Rotrepidationem, sed ubi ex transfuga, quid ab hoste pararetur Valerius didicit, & pabulatores in agris excepti, faterentur uim scalarum ingentem apud suos parari. Consul Ceterionibus edicit, ut noctu instructi, parati que starent, hostem que uallum temere transgressum ferro exciperent. Monet & collegam, ut ipse quoque in armis sit, ac ubi clamor ex suis castris per noctem esset redditus, loca insideret, quæ Fidenas ducunt, hostem que in insidias lapsū, cæderet. Sextus ubi gerendæ rei tempus adesse credidit, silentio noctis ad Valerij castra ducit. Hic quum nullæ ex composito stationes essent circa uallū, repleta confestim fossa, haud uno loco Sabini in Roma. castra euadunt, opprimunt primos Romanos sine maiore ullo tumultu, ac quam diu res regi potuit, silentio exceptos, obruncant. Clamore deinde sublato percussos, uarięque turbatos, passim inuadunt. Sabini abiectis armis per æqua & ini qua ruunt, instat Romanus uictor, omnia que strage complet. Lucretius & ipse audito clamore fugientibus equitem obiecit, tredecim Sabinorum milia & quingenti ea nocte cæsi traduntur, quatuor milia & ducenti capti. Castris hostium consules potiti sunt. Fidenæ & ipsæ non multo post cum præsidio receptæ. Fidenarum, qui defectionis autores fuerant, uirgis cæsi, securique percussi sunt, cæteris uenia data, pars tantum agri his adempta, inter eos diuidenda, qui ad præsidium urbis relinquerentur. Consules Rom. reuerſi de Sabinis triumpharunt. Lilius fœdatum Sabinum agrum populatione scribit, Sabinos que prælio uictos, locum (quod miror) tempus consilium, euentum supprimit. Sequentia anno P. Valerius Romanę ciuitatis longe princeps, tam pauper decessit, ut quum funeri sumptus deesset, publica sit pecunia elatus. Luxere eum matronæ, ut Brutum, auro & purpura per annum abstinentes. Sabini hoc quoque anno in Romanum agrum infesto agmine irruerunt, ac quo minus eorum accessus expectabatur, ob superioris anni cladem ad Fidenas acceptam, eo maiorem attulit trepidationem, ad muros uique urbis cum multa agrestium & urbanorum cæde est hostis inuectus. Eo anno consules Agrippa Menenius, & P. Posthumius, quorum is eam contumeliam haud ferendam ratus cum incōpta multitudine ad arcendam populationē egressus, Sabinos ex composito cedentes, parum caute secutus, in insidias incidit. Magna ibi Romæ cædes edita, qui ex ea trepidatione in collē euasere, ab hoste sunt per noctem obfidione tentati. Acceptæ cladis nuntius tristitia & sollicitudinē attulit ciuitati. Totā nocte in urbe uigilati. Vbi uero dies illuxit, alter cōsul cum robore copiarum ad suos obfidione leuandos, propeperat occurrit. Sabini explorato consulibus accessu, subductis stationibus uantes ob rem bene gestam, multamque præse prædam agentes, in pacatū concessere. Prospera una ex

T. Lucretius P. Valerius consules.

Attende quid Sext. Tarquinij parat.

Sabinorum cedes.

Valerius publico sumptu funeratur.

Agrippa Menenius. P. Posthumius consules.

peditione elati Sabini, legatos Romam mittunt, qui de Tarquinij in urbem recipiendis primo agerent, iubentur deinde Romanos principatu, quem sibi impudent arrogassent, faceſſere, Accendit patrum animos supra dolorem acceptæ cladis tam in solens Sabinorum legatio. Responsum est, irent legati, hæc que domum referrent, nisi rei gestæ penitentia Sabini positis continuo armis Roma. populo satis facerent, breui futurum, ut non de agrorum uastatione, sed de retinendis urbibus propriaque salute anxij sollicitique essent. Vtrorūque animis per hæc ad bellum accensis, ad Heretum Sabinorum uicini, Romani consules confedere, ibi & Sabini eodem penē tempore uallum iaciunt, præstabantque aliquanto multitudine, que res nihil Rom. à pugna deterruit, quin ostento confirmatus, primus in acie processit. Ferunt militares hastas ad altam noctem pertinaciter ardere uisas, nec quum omnia consummat flamma, ex his tum quicquam esse deritum. Fuit ea res miraculo spectantibus, ac uulgo in prodigium uersa, ac uelut deorum aliquo uictoriam pollicente, consules signum pugne proposuerunt. Sabini quum recenti successu elati, tum uirorum freti multitudine, & ipsi in æquum descendunt. Posthumius, qui sinistrum cornu procurabat, ad abolendam infamiam cladis, illis ipsis diebus sua temeritate acceptæ, multa ui connixus, dextrum Sabinorum cornu perpulit, quod ubi ij qui cum Menenio in altera parte erant, senserunt, multo maiore ferocia inuecti ipsi qui quoque hostium fugam fecere. Tum eques mediam aciem lateribus nudatam inuadere iussus, abique ullo maiore negotio, indubitatam fecit uictoriam. Victor miles hostem secutus, priusquam à præfenti patore animum reciperet, castris exiit, locorum peritia & nox que iam instabat, Sabinis adiumento fuit, quo minus passim cæderetur. Consules postridie lectis hostium spolijs, Romam, sunt reuerſi, Patres Menenio triumphum decreuerunt, & ut Posthumius ouans in urbem ingrederetur. Fuit ouatio minor quidam triumphus, actum primum, ut Maicer Licinius scripsit, à patribus repertus, eo que à legirimo distabat triumpho, quod dux ipse non curtu sed pedibus, ut Dionysius ait, ut alij, equo urbem inuehebatur. Nec picta, aureiue clauis ueste aut trabea, sed peculiari consulum, ducum que insignibus instruebatur. Corona & sceptrum omnino diuersum, cætera, que & legitime triumphanti, omnia adesse. Prior lapsus in excursu magnus & pudendus, in causa fuit, ut Posthumio, quamquam præ cæteris ad Heretum strenue pugnasset, ouatio sit decreta, non triumphus ut Collegæ. Hæc que in Sabinos Menenio, & Posthumio consulibus gesta sunt. Lilius, quod merito aliquis miretur, id totum silentio prætermisit, qui autor est, hoc anno Pometiam & Coram latinis colonias, ad Auruncos defecisse, bellum que ob hoc ipsum cum ea gente in initum, fusoque Auruncorum exercitu, qui se consulis eorum fines scandentibus obrulerat, bellum Pometiam compulsum, ingentem que hic quoque hostium cædem editam. Sæuitum & in obfides ob gentis perfidiam, qui CCC. numero fuere. Secuti deinde consules. Sp. Calsius, & Opiter Verginius. Sp. in Sabinos profectus, ad Cyritorum urbem uno prælio X. milia hostium & trecentos cecidit, tribus milibus circiter captis, qua postremo clade Sabini percussi, legatos primum ad consules, mox ad senatum misere suppliciter pacem petentes, que his conditionibus est genti data, ut frumentum exercitui darent, quantum consul iussisset, & argenti certum pondus, quod prædæ nomine militibus diuideretur, iugerum adhæc confiti ager decem milia. Sp. triumphans, in urbem rediit. Vix credi possit, quam Lilius à Dionysio omnibus ferè locis abeat diuersus. Ille Sabini

Ad Heretū castra metata.

Ostentum.

Vicini Rom.

Ouatio qualis esset.

Pometia capitur.

Sp. Calsius & Opiter Verginius consules.

belli profus mentione suppressa, Sp. Calsium ait Pometiam obfidere adortū, subita hostium incursionem, uincis incensis, alijs que bellicis operibus distictis, cum cæde à menibus repulsum, ipsum que gra uiter uulneratum. Nec ita multis interiectis diebus, tantisper dum uulnera curarentur, accuratiore belli apparatu arma iterum Pometia illata, bellicis que operibus refectis, quum haud procul abesset, ut miles iam in urbem euaderet, factam esse ab hoste deditionem. Sæuitum nihilo minus in deditos, quam si ui capti essent: princeps defectionis securi percussos, colonos sub corona uenditos, oppidum dirutū, agrum uenui datum, triumphatum que ab utroque consule. Hæc Lilius. Cæterum Dionysius, Pometina oppugnatione silentio prætermisit, omni que Aurunci belli mentione, Verginium subita ui Cameriam, que à Rom. defecerat, adortum expugnasse ait, urbem que direptam, autores defectionis supplicio affectos, cæteram multitudinem uenditam, oppidū euerſum. Tanta in rebus unius anni explicadis, duorum est uarietas. Sequens annus Posthumium Comminium & T. Largium consules habuit. Comperitum est his consulibus quadraginta Latinorum populos, Mamilio Octauio concitante, in Rom. conuulsasse, & cum Sabinis parum certa pax erat, quod cū Sabinorum iuuetute, scorta per lasciuiam ludorum diebus sapiente, rixa ac prope prælium fuerat commissum. Ea res in causa fuit, ut creandi Dictatoris mentio sit primum illata. Erat itaque ciuitas de euentu noui belli sollicita, quum indicio est ad consules delatum, seruos quamplurimos in perniciem ciuitatis conuulsasse, ut urbe pluribus locis noctu incensa, ipsi altiora ciuitatis loca occuparent. Consules confestim portas urbis claudi iubet, præsidij que ad opportuna loca dispositis, quæstione que de coniuratis habita, conuictos sceleris, uarijs que cruciatibus affectos, ex Tarpeio saxo præcipitarunt. Lilius uerbo est, ex ueteribus scriptoribus quosdam prodidisse, hoc anno, ob nouos finitimorum motus, T. Largij Dictatorem creatum, & Sp. Calsium magistrum equitū, noui que magistratus metu Sabinos percussos, Romam legatos ad petendam pacem misisse, nec de pace conuenire potuisse, quia persoluerere recusassent Sabini, quod Rom. in nouo bello instruendo impen derant, tacitis tamen uelut inducijs quietum annū fuisse. Dionysius nulla Dictatoris potestatis mentione facta, precedentis anni consulibus, Sulpitium Camerinum, & M. Manlium consules statim subijcit. His nihil dignum memoria actū scribit Lilius. Contra ille Fidenates ait, accitis à Sexto Tarquinio militibus, Rom. præsidio, & qui cum Rom. sentiebant, ex improuiso oppressis, arcem occupasse, ac se cundum eam defectionem à Manlio consule Fidenatiū agrū uastatū, muris que Ro. castra ad mota, hinc porro auxilia à Latinis petita, agitaturque in publico cōuictu, de focierate & fœdere cū populo Ro. soluendo, quod ubi obtineri nō potuit, eo à Mamilio & alijs, qui Tarquinio fauebant, decursum, ut legati Romam de recipiendis Tarquinij mitterentur. Tum uero Tarquinium & Octauium generum ratos nullum per ea que acta essent, maius bellum in Rom. concitari, Latinorum principibus in suas urbes dilabentibus, multitudinem ad pacē potius quam ad arma inclinaturam, alia uia ingressos, pecunia & largitione sibi reditum in urbem conficere adortos, & quia constans fama erat Ro. ciues sceneratorum iniuria, in dies magis degrauiari multos que è numero ciuium consumptis bonis adiudicari creditoribus, alienari que; ob id indies magis studia uulgi à partibus, Latini generis quosdā à Tarquinio Ro. missos, qui parua primo pecunia ad quosdā scenore leuados oblata, multo maiore promissa, si Tarquinij Ro. reditus cōficeret, plures è plebe uiros sollicitationib. onera

Posthumius Comminius. T. Largius consules. Seruilis conuulsatio.

Sulpitius Camerinus. M. Manlius consules.

ros, eo uidelicet qui maxime obegrati erant, qui que nisi mutato ciuitatis statu, stare non poterant, per- pulerunt, ut coniuuratione inter se inira, altiora loca urbis noctu occuparent, editoque inde repente cla- more ferui (nā huius quoque fortunæ plurimi par- ticipes consiliorum facti erant) in priuato dominos obruncarent, ac secundum eam eodem, principum opibus direptis portas tyrannis aperirent. Huius rei indicio ad Sulpicium consulem, qui in urbe erat, delato, dato prius Latinis, qui per eos forte dies Ro. uenerant, responso, Tarquinius non recipi, tali ipse consilio in coniuuratione opprimenda, ne maior ali- quis in urbe motus oriretur, est usus, ad collegam misit, qui ad Fidenas castra habebat, ut cum parte copiarum proxima nocte Romam ueniret, Patricij cum clientibus loca supra forum occulte occupa- rent, obfiderentque ex equitibus plurimi armis ac- cincti, omnes fori aditus. Inde cum indicibus egit, erant hi ex urbe Laurento, P. & M. Tarquinij, hi cū capita coniuuratorum essent, terrificis deorum mi- nis sapius per quietem moniti, ut flagitioso ince- pro absisterent, rem ad consulem derulerunt, cum his itaque Sulpitius egit, ut principes coniuratio- nis, ac hidsimos quoque, per speciem colloquij, in forum noctu uocarent, quasi per solitudinem fori, & silentium noctis ad rem gerendam tutius inde si- gnium datur. Consules ubi primum illuxit, populo ad concionem uocato, in forum descendere, ibique productis coniuurationis indicibus, reos sceleris con- uictos eo quo steterant loco (nam ubi noctu forum fuerant ingressi, infelsis undique exitibus, ibi ad lu- cem permanere coacti fuerant) ultimo supplicio af- fecerunt, indices publico decreto ciuitate sunt do- nati, decem milia ad hæc drachmarum argenti, uici- naque publici agri iugera utriusque data, populo e- dicto, ne quod in temp. coniuuratum esset, cuiquam fraudi foret, satis habere rem publicam, quod con- iuraturum capitibus interfectis, in tuto libertas es- set. Locus deinceps cædis expiatus, sacraque & lu- di in triduum constituti, obseruata à periculo ciui- tatem, qua celebritate Manlius curru excussus, paucis diebus expirauit Sulpitius in reliquum anni temp. solus administrat. Hæc Matio Supplicioque consulibus gesta, Liuius silētio præterijt. Contra Dio- ny. longiore est sermone executus. C. Veturius dein de & T. Ebutius consules facti. Apud Dionysium P. Veturium pro C. Veturio, nec T. sed P. Ebutium scriptum reperio, Veturius siue Veturius ille fuit, ad Fidenas oblidendas egressus, hostilem agrum fode populatus, uallo & fossa urbem circumdedit. Fidenas res ijs auxilijs freti, que Sex. Tar. miserat, in aperto castra ponere sunt ausi. Inde acie congressi, uicti, ut sæpe alijs, cum multa cæde sunt intra mœnia deic- ti. Crustumeriam hoc anno captam Liuius scribit, Prænesteque ad Ro. desciuisse, & cum Latinis tum demum ad Regillum lacum, Aulo posthumio Di- ctatore, & T. Ebutio magistro equitum, prospero Marte dimicatum. Dio dicitur T. Largij, & Q. Clæ- lium Veturio & Ebutio subijcit, ut Largius cum par- te copiarum, ad Fidenarum oblidionem cōtinuan- dam accesserit, ac fame domitos, ad deditionem cō- pulerit, ibique defectionis autoribus capitali sup- plicio affectis, dimidium agri Fidenatibus adem- ptum, atque ijs diuisum, qui ad præsidij urbis sunt relicti, tum demum Fidenis captis, frequentissimo Latinorum conuentu proficillam illorum perfidiam qui quietem bello præferentes, dum Ro. amicitia- studerent Fidenates socios fortissimos, in miserabi- lem cladem coniecissent. Hic atroci inuidia pacis au- toribus orta, Tarquinio & Octauius cum tota factio ne adnitenibus, decretum aduersus Ro. bellum. Populi qui uno tempore in id conspirarunt fuere, Ardeates, Arcini, Bolani, Bubentani, Corani, Foren- tani, Gabini, Laurentes, Lauinij, Labicani, Lanuii-

Coniuuratio po- puli & seruo- rum in urbe.

Modus oppri- mende coniu- rationis.

C. Veturius. T. Ebutius cō- sules.

Defectio Lati- norum. xxiiii. Populi in Roma, coniu- rant.

ni, Nomentani, Norbani, Prænestini, Pedani, Quer- quetulani, Satricani, Scapteni, Setini, Tiburtini, Tu- scullani, Tolerini, Telini, & Veliterni, ut tantū ex his ad bellum instruendum legeretur, quantum uisum esset Sex. Tar. & Octauius Mamilio, quibus imperi- um copiarum, bellique administrandi summa publi- co decreto est delata. Cæterum ne non omnia rite fieri putarentur, legatos Ro. mittunt, qui senatui & populo denunciarent, Ro. in Latinorum concilio accusari, quod Hetrusco bello non solum Aricinos ut socios non iuuissent, sed hostes etiam in urbem acceptos hospitio, & opibus fouissent, nisi id crimē diluerent, Latinorumque se subijcerent iudicio, de- cretum esse, omni necessitudine Ro. nomini remis- sa, rem ipsam ultione persequi. Haud dubie appare- bat Ro. tam ignominiosam cognitionem non rece- pturos, quippe q omniū Latinorum principes diu- tissime fuissent, parum pristinae dignitatis memo- res credi potuissent, si in eo concilio, ubi plures ho- stes quam iudices essent habituri, cū Aricinis igno- bili popello, de dignitate disceptarent. Nec ea opi- nio fefellit Latinos. Ro. omni uerborum discepta- tione reiecta se ad bellum, quod haud dubie instab- at, summa ope comparant. Dionysius quia plebs alieno ære degrauiata militiam detrectabat, ingen- tem curam patrum animos incelsisse ait, qua ratio- ne militaris ætas, ea temporum nouitate in officio contineri posset, disceptatumque sententijs inter M. Valerium, & Appium Claudium in senatu de a- lieno ære remittendo, eo tandem decursum ut ad plebis terrorem, quando à consulibus ad populum prouocatio fieret, magistratus aliquis crearetur, ab cuius imperio nulla esset prouocatio, ac tum primū T. Largium Dictatorem creatum, nomenque id ei inditum à dictandi que ueller potestate, siue à dicen- do potius, quia non populi suffragio creati contigil- set, sed ab uno esset dictus, qui tum summum in ur- bem imperium haberet. Neque enim potestas, alio qui formidolosa, parumque à tyrannide distans, in- uidiōse fuit nomine oneranda. Hunc creandi Dicta- toris morem uideri possunt Ro. à Græcis accepisse, quibus ut Theophrastus tradidit in libris, quos de regno scripsit, in certum tempus sibi tyrānos, quos Elymnetas dixerunt, legere moris fuit, & Miryleni Pittacum aduersus exules simili potestate creasse traduntur. Macer Licinius ab Albanis & morem ip- sum, & nomen ad Ro. fluxisse arbitratus est, quippe qui regia stirpe post Numitorem sublata, sibi an- num magistratum creauerunt eximia potestate, que Dictatorem dixere. Dictator igitur Sp. Calsium ma- gistrum equitum dixit. Sumpsis deinde fascibus, ut in medium processit, unica nouaque magistratus species terribilis ciuitati uisa est, propositoque edi- cto, ut omnes sua liberorumque ac coniugum no- mina confestim darent c. quinquaingenta milia ciuiū capita ac septingenta promiscue, omnis sexus & æ- tatis in censum retulit. Inde mares, qui per ætatem militare poterant quadrisarum partibus, unam ex lectissimis militibus parte circa se esse uoluit, alteri Clæliū præfecit, quem habuit collegam in cōsulatu, tertiā Spurio Calsio ductandā dedit, que reliqua fu- it cum Sp. Largio fratre suo reliquit ad præsidij ur- bis. Mox urbe digressus, tripertito ea parte, qua ho- stes occurruri putabantur, est metatus. Erant Sextus Tarquinius & Octauius Tusculi federatarum urbi- um copias expectantes, præmissisque erant, qui Ro. agrum subita excursione infestarent, in hos Clæli- us cum parte equitum, expeditoque peditatu mis- sus, modico negotio fudit multis quidem interfe- ctis, alijs super hos non paucis captis, si qui uulnera- ti fuerant, obligatis uulneribus perhumaneque à Dictatore appellati, hospitaliterque habiti, Tuscu- lum sunt remissi, que res in causa fuit, ut solum ho- stium exercitu, in annum pactæ sint cum Latinis induciæ.

Quæ belli cau- se sit præterea

Primus dicta- tor.

Elymnetas.

Census ciuium

Evadunt. Latini.

Dictatura qui non abierint.

Sempronius Atratinus. M. Minutius consul.

Ro. genius. Aedes saturni dedicata.

T. Verginius. Mallius Post- humius consu- les Posthumius Dictator.

induciæ. Dictator Largius reductis copijs, magi- stratu se abdicauit, que uerecundia potestatis ulro deponendæ quadragesimo ferme annis, ulque ad L. Syllæ tempora, in posteris seruata est. Ille primus perpetuam induit dictaturam, nullo finendi hono- ris plicato tempore, sed ipse quoque, etsi sero, deposuit tamen C. Cæsar, dictaturam semel receptā, non nisi cum morte deposuit, quo accidit, ut salutaris magi- stratus, & in extremis reip. remedijs quæ situs, infam- is & execrabilis sit factus. Sic enim comparatum est, ut potestas & imperia, quibus pulchre utimur, pulchra & utilia credantur. Contra odio & derelt- atione digna, ubi in perniciē multorum, & exitium uertuntur. Secuti consules Sempronius Atratinus, & M. Minutius, quorum nominibus suppressis, Li- uius sine ullo horum, quæ Dionysius ordine execu- tus est mentione Auli posthumij dictaturam, à quo Latini ad Regillum lacum uicti sunt, cum T. Ebutij & C. Veturij consulari iunxit. Minutio igitur & A- tratio consulibus, etsi cum Latinis annuæ erant in- duciæ, quia haud dubie apparebat, illis exeuntibus, bellum atrocissimum utrinque futurum, publico decreto mulieribus permissum, ut que Latini gene- ris Ro. matrimonio locatæ essent, queque Quiritij sanguinis in Latio apud uiros agerent, si que suoru desiderio tenerentur, do tum remigandi, dubium, mutuo ne odio gentis, ut omnis è medio necessitu- do tolleretur, an ne commercia ulla, affinitatis spe- cie, dubiæ adhuc liberatæ, ea temporum nouitate obesse possent. Satis constat Latinarum duas tantū repertas, que Romæ belli tempore esse noluerunt, quom Ro. interim ferè omnes ad suos sint reuersæ, quo intelligi potest, quantum ab initio suauis fue- rit incolentibus ipsius uerbis genius. Aedes Saturni in eo diuo, qui ex foro in Capitolium ducit, eo an- no à Posthumio Comminio patrum decreto est de- dicata, eam Tarquinius qui regno excidit, locasse creditur. Alij T. Largio, qui superiore anno consul fuerat, locatam prodiderunt. Exeuntibus in ducijs, quum Latini studio arma cōparare dicerentur, quo acrius certamen instare putabatur, eo maior cura pa- trum animos incelsere, ut totis ciuitatis uiribus cō- nixi, tot populorum opes non sustineret solum, sed in perpetuum etiam frangerent. Cæterum quia in- tam ancipiti rerum motu dictatore opus esse uide- batur, T. Verginius, Mallium Posthumium colle- gam suum (hi enim consules eo anno erant) Dicta- torem dixit. Posthumius, T. Ebutium magistrum equitum sibi optauit. Et Latinorum duces cum ua- lido exercitu ad Regillum lacum munito loco con- sederant, eratque constans fama, frumento & armis Latinos ab Antiatibus, & à reliquis Volscis auxilia expectare. His rumoribus Dictator commotus, pri- usquam externis uiribus Latinorum opes, que per se satis erant Roma, formidolose augerentur, accu- ratissimo delectu habito, ad hostes contendit. Hic ubi Latinos in conspectu habuit, castra ex aduerso leuaque Romani sedentes, omnem occasionem in Romanum agrum irrumpendi, ab initio hosti ad- emerint, Ebutius interim cum parte equitum, Dicta- toris iussu, saltem à tergo, qua commeatus in castra hostium portabatur, noctu circumuectus occupat, unde quum à Sexto Tarquinio, qui eo occurrerat, depelli nequiuisset, constituit Dictator sedendo ui- res hostium frangere. Sed quum ex nuncijs hosti- um & literis, que interim fuerant interceptæ, Post- humius didicisset, Volscorum ualidissimas cohor- tes paucissimis diebus, Latinis auxilio affuturas, tum ueritus, ne cum longe maiore exercitu sibi di- micandum esset, prius quam Volsci adessent, statuit acie configere. Liuius omnia celerius acta scribit,

ut Latinoru agmen in Tusculano agro fuerit Rom. obuium, ibique uulgato rumore Tarquinius in eo exercitu esse, præ nimio odio sustinei Romanum militem nequiuisset, quin subito manum con e- ret. Latinorum acies in læuo cornu Sextum Tarqui- nium habuit, in dextro Octauium Mamilium, in medio T. alter Tarquinij filius, ubi Romani exules erant, procurabat. Equites & in cornibus, & in me- dia acie, tripertito instructi steterunt. Posthumius Ebutium magistrum equitum Mamilio obiecit, Sexto Tarquinio, Verginium consulem, ipse mediā tenuit aciem, T. Tarquinio & exulibus occursum. Romani qui in proinctu steterē, ad quatuor & uiginti milia peditum fuere, equites ad duo milia. La- tinorum peditum quadraginta ferme milia, tria e- quitum. Circuire Latini duces aciem, suosque ad pu- gnam fortiter capeffendam hortabantur, addere & preces, ut uincere in animum inducerent, neque ui- res, neque duces, neque fortia exempla in prelio de- futura. Posthumius paucitatem suorum intelligens maiore hortatione opus esse ratus, senatorij ordinis quicumque aderant, quique ordinem in castris du- cebant, iuxta se locatis, priusquam in aciem sit de- scensum, ita suos pro concione affatus dicitur. Dij immortales in quorum potestate sunt omnia, aulpi- cijs, extis, diuinatione, nobis uictoriam pollicentur uiri fortissimi, quamquam si nulla etiam signa adel- sent, quia pro patria pro penatibus pro templis, aris & libertate dimicamus felicem pugnae exitum ex- pectari oportebat. Norunt iam dudum Superi nos- tram & Latinorum causam, perfidi illi, iniusti, ingra- ti, qui contra fœdus & amicitiam nostrā oppugnat cognatum populum beneque de se meritum armis lacerant, que iniuria, quo maior est, eo maiores dijs ipsis, nobisque ut spero, dabunt pœnas. Differuntur interdum, ut maiora acerbioraque sint, debita sup- plicia. Cæterum oportet nos, uiri fortissimi, nihilo secius adniti, ut uictoriam ex hac acie reportemus. Fauent enim dij pietati, fauent iustitiæ, sed huic quæ non imbecillis, non ignaua sit, neque enim illi spon- te proiectum erigunt, cessantem tūc in ultione lu- scitant, sed in acie stantem, pia & honesta tuentem uiuant, suoque protegent numine. Habetis igitur dixi, quum deos propitios, tum multa alia, que uic- toriam sperare iubent, etenim omnes qui in acie stant, inter nos noti sumus, eisdem legibus, eisdem sacris alluati, idem mos, eadem disciplina. Nemo hic adest cuius uirtutis non ad sint testes, hic & laudatores plurimi. Contra, illi ignoti inuicem, ryrones nuper ad arma compulsi, non ipsi ducibus, non duces ipsis adhuc satis noti, ac si rei bellicæ non expertes, iisdem tamē uinci potius quam uincere alluati. Præterea commune periculum necessitatem nobis imponit strenue dimicandi, ut libertas, penates, liberi, coniu- ges, necessitudines omnes, sint nobis incolumes, ut nos ipsi salui esse possimus, quorum uita ex hac u- na pender pugna. Proponite quæso ante oculos, quali sit uictoria usurus, hic qui tyrannus maluit in- ter suos esse, quam rex. Qui ciuitatem in qua natus erat & educatus, tot cædibus, exilijs, incendijs, di- reptionibus, deformauit, presit, afflixit. Malo uos animo concipere hæc, quam fando ominari, que mala, luce illa, qua seruitutis iugum recipere coacta esset miseræ ciuitati euentura essent. Optandum tū quidem omnibus foret, ut terra subito hiatu ciues & mœnia unā cum ciuibus absorberet, aut cælesti flamma omnia cremarentur. Sed spero cum deorū præsidio, tum uirtute uestra, uiri fortissimi factum iri, ut talia non sint nobis timenda, quin læti potius atque hostium spolijs onusti, ex hac acie in urbem stabilita libertate abituri sitis. Nec postremo uos moueat, quod hostes numero præsent, audaciæ & uir

Latine acie dispositio.

Oratio Post- humij.

Sententia.

Articulus.

Sententia.

& uirtute, ad uictoriam, non numero opus est. Adde quod plures inuiti arma sunt capere coacti, scilicet que se non sibi, sed Tarquinio pugnare, quo credibile est omnes, non tam aciem hanc quam ex aduerso uident oppositam, quam fugam circumspicere, sed factudium quoque uincendi adesse, dicite que so an ne fando aliquando auditum est numerosos exercitus, à quàm paucissimis superari contigisse? uir rus ferrum in hostem uibrat, non dextera, hæc uim infert, hæc uulnerat, hæc ordines soluit, solutos in fugam uerit, si hanc in aciem comitem, si ducem habuerit, uiri fortes, uicimus. Ille igitur & spem pulchram, pulchrorum operum ducem in prælium ferre uestraq; dextera libertatem stabilite, patriam seruare, parentes, uxores, liberos protegit. Ad quod ipsum non tantum gloria, & emulatio, sed necessitas quoque ob periculum quod omnibus æque instat, uehementer hortatur & impellit. Hac ille oratione usus, cõcionem in suos ordines dimisit, necita multo post canentibus signis, utrinque est concursum, à leui armatura primo pugna inita, mox equites conflixere, Latinis, quia equitatum præstarent, ea parte prælio defungi festinantibus, contra Ro. summa oppenitentibus, ut audaci congressu hostium ferocia frangerent. Fit itaque acre prælium, hinc fiducia, inde necessitate, aduersas acies committentibus. Macer Licinius, & Liuius eum secutus Tarquinium superbū pugnae interfuisse prodiderunt, qui in Posthumium Dictatorem media acie uersantē temere inuectus, à latere ictus, ægre suorum occursum in tutū receptus. Dionysius quia rex iam nonagenarius esset, negat id fieri potuisse. At Ebutius, quod satis constat, leuo cornu in Mamiliū imperū dedit, nec ueniens ille hostem fefellit, sed euntem inuitus, in eū cõfestim Tusculanus dux equū concitat. Romanus Octauiū percussit, quē modice uulneratū, sui in mediū accepere, Ebutio brachiū est traiectū, cuius dolore eū te lum tenere nō posset, pugna excelsit. Octauius nihil uulnere deteritus, in pugna reuersus, ubi suos percussos uidit, Ro. exulū cohortem, cui T. Tarquinius præerat, accessit, Liuius L. non T. prenōmē usurpat. Is quia maiore pugnat ira, subito occursum ea parte pugna restituit, tum ibi M. Valerius Publicolæ frater, gloriæ cupiditate accensus, ut cuius familiæ eiectionis decus essent, eiusdem cæsi quoq; forent. Tarquinium iuuenē pugnam ferociter ciētē, in festo petit spiculo. Declinauit ille paululū Ro. temere inuectum, inde ex transuerso adortus, letali uulnere transigit. Defluxit ille corrente adhuc equo ad terram armis super corpus labentibus. Sensit Posthumius tantū uiri casum, cæterū inuitus ea parte gradum à suis referri, remq; ad fugā spectare, lectissimā cohortē, quam præsidij causā circa se habebat, eo statim iubet occurrere, imperatq; simul, ut quē suorum fugientē uiderint, pro hoste habeant. Ita ancipiti metu Ro. in pugna conuersi, aucti que cohorte una, quę tum primum nouis uiribus prælium inibat, exules cædunt. Hic quoq; recentior inter duces pugna orta, Octauius exulū cohortem à Dictatore circumuectā conspicatus, aliquot ex subsidiarijs manipulis secum in primam aciem traxerat, quem armis & ueste insignē T. Herminius legatus, fortiter adortus, multo maiore uī, quā nuper magister equitum feriens, uno ictu per latus traiectum peremit, ipse dum exanimem spoliat, ueruto, uel, ut Dionysius ait, gladio percussus, haud multo postquam uictoria relatus est in castra, media curatione expirauit. Cõperat iam pedestris acies haud uno loco laborare, quum Posthumius ad equites aduolat, iubetque ut fessam pedite, ad terram desiliētes, pugnam capeflant pariter illi confestim dicto, equique post se relictis in hostem procurrunt, parmaque pro antesignanis obijciunt. Horum accessu restitutum est pedestre prælium, tum multo ferocius pro se quisque pugnat

Peroratio.

Pugna acris.

Octauii & Ebutij cõgressus.

Marci ualerij casus.

Octauii Mamiliij interitum.

A ducesque utrinque instare, nunc hortando, nunc militaria munera obeūdo, suas partes iuuare. Tum ibi Sex. Terq. Rom. equitum globo circumuentus, fortiter, ut Dionysius ait dimicans, occubuit. Liuius Gabijs eum perijisse scribit. Tarquinio cadente, hostes percussis, cessere primo, mox inclinante fortuna, aperta fit fuga, equites receptis equis instant fugientibus, instat & tota peditum acies, passimque Latini cæsi, cum Ro. tergo hærentem, ad uallum traxissent, proposito à dictatore præmio huic, qui primus, secundumque hostium uallum transcendisset, priusquam Latini à panore & fuga se reciperent, castris exuti sunt, nec minor hic cædes, quā in fuga est edita, ex tribus, & quadraginta Latinorum milibus, uix quarta pars pugne superfuit. Miraculo fuit, quod medio certamine equites duo, forma & statura angustiore humana, Posthumij & aliorum oculis sint in acie obseruati, Latinorum equitatum propellentes, iidemq; post Latinorum fugam, inclinante iam die, Ro. uisi militari habitu, tanquā pugna nuper egressi, equorum sudorem abstergentes, abluentesque equos ad aquarum scaturiginem, secus ædem Vestæ lacum facientem, ex hisque primo auditum, Latinorum pubè ad Regillum lacum eo die cæsam. Inde quia ex oculis euanuissent, nec requisiti uspiam extarent, uulgo est creditū, Castorē & Pollucē eos fuisse, qui rē Ro. acie iuuissent. Cæterum siue species illa, quę in pugna conspecta est, in causa fuit, siue q; equitū opera præcipua in eo prælio enituit, satis cõstat, Posthumium prælio illius die castoribus ædē uouisse, que supra Ro. forū postea fuit extracta, iuxta fontē ipsum qui Iuturnæ est dictus, ubi Idibus quintilibus, quo die prospere in Latinos pugnatū cõgigit, publice iā inde quotānis est sacrificatū. Quo sacro perperato, transiectio equitum de more sequebatur, ut equites olearū ramis coronati, purpureisq; subtegminis puniceis togis amicti (Trabeas id uestimentū genus ueteres dixere) à templo Martis, quod extra pomerium fuit digressi, per forum ante ciuitatis ora multo fauore & læticia præteruehebantur. Sed institutum illud omnino recentius, adeoque populare, ut Maximi cognomen Fabiorum familię intulerit, ut quidam tradunt. Postridie quā pugnatū erat, quum Posthumius pro concione de præmijs agere cõpisset, ecce tumultuoso affertur nūcio, recentē hostiū exercitum aduentare. Erant hi Volsci, qui ut Latinis se iungerent, domo profecti, omnium adhuc rerū ignari in proximo cõfederant. Verum ubi ex ijs, qui cæde dilapsi fuerant, res Latinorum perditas audire, consultare cõeperunt, pergerent ne porro ire ad Ro. castra, ut recentes fessos, integri uulneratos adorirentur, an retro confestim abiret. Fuit & alia sententia, quæ tutior uisa est, & specie quidem honestior, re tamen fœdissima, ut in castra mitteret, qui Dictatori uictoriam gratularentur, dicerentq; Volscos auxilia Ro. ferentes, i proximo castra habere, ipsi interim omnia circumspicerent, ac si Romanorum res ex proxima dimicatione ita accisæ uiderentur, ut turo belli fortuna tentari posset, eundem esse in aciem, si minus, nouas ex domo copias accersendas. Volscorum legati, ubi in castra uenere, fraudis conuicti, parum abfuit, quin uiolati sint, iussu tamen Dictatoris dimissi, expediebaturque se Romanus ad pugnam in sequentem diem. Volsci nocte quæ diem legationis secuta est, quam maximo potuerunt silentio, in pacatum abierunt. Posthumius de fuga hostium certior factus, Romam uictorem exercitum reduxit. Triumphans urbē ingressus est, quinque milia hostium & quingentos, præter ceteram prædam præ se agens. Et hæc in Latino domi forisque à Ro. gesta post Hetruscum bellum ad Regillanā usque pugnam, quo temporis spatio, anniciter septem interfuerunt. Interim uero (nam in id tempus incidit Darij regis celebris illa in Scythas expedi-

Sextus Tarquinii interitum.

Getarum motus.

Thracum motus.

Crestonū motus.

Lacus Uturnus.

Castoris & Pollucis templū.

Quid trabea.

Aduentus Volscorum.

Volscorum.

Volscorum.

expeditio) Megabyzus, qui in Europa fuit, cum exercitu relictus, Perinthios ex Hellepontijs bello subegit, quanquam iam antea Perinthiorum opes fuerant à Pæonijs accisæ. Pæones ad Strimona Thraciæ fluium olim sedes habuere, fueratq; iam semel atque iterum inter eos ex prouocatione dimicatum, eratque uir uiro congressus, equus equo, canis cani, duobusque certaminibus Perinthij uictores, postremo ociofi, Pæanaque carmen canentes, subito hostium in cursu oppressi, penè ad unum perierunt. Tum quia inualide erant Perinthiorum uires, facile Perinthus est à Megabyzo subacta. Longe deinde ac late sunt Persica arma per Thraciam euagata, multaque interim gentes iugum accepere, siquidem iussus erat Megabyzus totam Thraciam armis subigere. Fuit gens ipsa secundum Indos omnium maxima, minimeque expugnabilis, ut Herodotus credit, si ipsi gentibus de summa rei conuenisset: uaria illis nomina: cæterum mores ferè iudè omnibus, præterq; Getis & Thrasis. Getæ se non mori persuasum habuere, sed ad Zamolxim dæmonem quendam, post fatum migrare. Horum fuit sagittas in cœlum mittere, quum tonitrua fierent, aut fulguraret. Thrasis circa suorum natalia id moris fuit, ut infantem in lucem editum propinqui circumfederent, complorarentque nascentis fortem, recensentes quibus periculis & ærumnis homo nasceretur. Contra fato defunctos, per lulum & læticiam sepulchro inferrent, omnibus eum miserijs liberatum arbitantes, & ob eam rem perpetuam felicitatem adeptum. Fuerunt præter hos Thracum quidam, supra Crestones habitantes, quorum propriū fuit plures habere uxores, ac quæ omnium maxime à uiro dilecta esset, eam supra defunctum iugulari, danteque id uulgo felicitati & honori. Contra quæ superstites fuissent, calamitatis & dedecoris loco uitam agitabant. Cæteri Thracæ filios ueteri instituto palam uendicare, nec uirgines à parentibus & propinquis auerari, facilis uiuorum cum his congressus. Uxorū pudicitiam sollicitius custodiunt, emuntque à parentibus fronte notis insignitas, generosum id iudicatur. Ignobilitatis argumentum sine his esse, ocia, ex rapto uiuere pro re honesta haberi. Contra agros colere pro despiciatissima. Atque hi olim Thracum mores præcipue insignes. Martem uulgo, Liberum, Dianam, & Mercurium religiose colere, perque eum solum iurare, sui generis autorem arbitrati. Eorum quidam maxime ad Aquilonē repositi Sigynnæ nomine pusillos dicuntur equos habere, hirsutos, curui magis, quā nō hominum gestationi idoneos. Sed dum Megabyzi ductu Darianæ copię Thraciam obtinent, Pigres & Martyes fratres Pæoniæ gentis, ad regem qui Sardibus in Lydia confederat, uenere, fororem elegantiam formam secum habentes. Erant hi tyrannidis cupidi, & ut uiam se Dario insinuandi inuenirent, obseruato regis in suburbana loca accessu, fororem mittunt a quatum. Trahebat puella equum brachio alligatum urnamque capite baiulans inter eisdem pensum ex collo trahebat. Miratus rex puellę formam, sed plus omnino peregrinum habitum, quippe qui neque Medicus esset, neq; Lydus, misit qui eam ad se ducerent, tum interroganti regi quænam mulier esset, & unde, fratres in eam occasionem iam dudum inrenti, fororem esse aiunt, se Pæones esse. Tum sciscitanti regi equinam hominum essent Pæones. Strymonis filii, qui haud procul Helleponto stueret, accolis eos esse responderunt, fuisseque Teucrorum coloniam: iussi deinde dicere an mulieres ibi omnes ita operosæ essent, quō sic rem habere dixissent, mandat Darius per literas Megabyzo, ut Pæonas armis subigeret, subactosque cum uxorijs, & liberis ad se in Asiam mittendos curaret. Senserunt Pæones Persica in se arma moueri, occurreruntque

Getarum motus.

Thracum motus.

Crestonū motus.

Lacus Uturnus.

Castoris & Pollucis templū.

Quid trabea.

Aduentus Volscorum.

Volscorum.

Volscorum.

A ferociter ad Hellepontum, ut locorum angustijs infelsis, cum Darianis ex loci opportunitate dimicarent. Megabyzus explorato hostium cõsilio, procul à mari per superiora loca ducens, in eorum oppida præsidijs spoliata, ex improuiso imperum fecit nulloque negotio occupat. Ea clade percussis Pæones (domo enim aberant) soluto exercitu, passim quisque ad sua dilapsi, iugum accepere. Ita Pæones dediti, Pæople, & qui ad Prasiadem paludem incolabant, sunt in Asiam traducti. Dicuntur mortales plurimi intra paludē agere, pensilia habitantes turguria, filiosque adhuc paruulos pede uno alligari, ne casu aliquo lapsi palustris uoragine periclitentur, uulgo piscibus uiscitant, quorum facilis ibi captura, Mirumque equis & subiugalibus pisces in pabulum præbere dicuntur. Misit deinde Megabyzus septem Persas in Macedoniam ad Amintam regem, qui terram & aquam Dario peteret, dedit eam Amyntas, hospitaliterq; legati ab eo inuitati. Vbi uero in multum uini prouecti sunt, laudarunt Persæ regis liberalitatem, magnificumque epularum apparatus, unum regali cœnæ deesse prædicantes, quod uulgo Persicę gentes faceret ut & femina cõiuijs interfuissent. Ibi Amyntas patrio more excusato, contra eos cõnantes ex domesticis forma & ætate eximias collocauit. Tum illi ut propius admouerentur postularunt. Vbi in eo quoque indultum est, impudenterque admotas attretere sunt ausi, ita simul & indignatio subiit senis animum, sed Darij potentiam ueritus, dolorem suum & dedecus dissimulauit. Contra furebat animo Alexander filius, iraque æstuare ferocis adolescens, fœdassetque continuo cede hospitales mentes, nisi patris ueritus præsentiam, quem ab eo flagitio abhorretere sciebat, iræ temperandum putasset. Demum ad multam noctem se ne in cubiculum ablegato, pollicitus Alexander legatis mulierum concubitus, petit ab eis ut tantisper darent illis ueniam, dum irent lotum corpora, interim, si ita uideretur subirent ipsi hospitalia cubicula, daturum se operam ut non multo post puellæ, cuique sua ordine adessent, quod quum illi iam uino graues fecissent, muliebri cultu adolescentes ferro iuccincti, ad eos ingressi, Alexander iussu Persas obruncant, nec maiori animo domesticam contumeliam Alexander ultus est, quàm postea prudentia & sagacitate parratam cædem occultauit, forore etiā Gygea Barbari matrimonio locata, qui ad inquirendum legatorum casum in Macedoniam uenerat. Megabyzus post Pæones uictos in Asiam ad regem profectus est, cuius cõsilio Histiam Milesium uirum prompto & sagaci ingenio, quia Myrcinum opportuno ad bellum loco ad Strymonem ædificaret, per speciem colloquij Sardis accessit inde penes se habuit, testatur rem preciosissimam esse, amicum solertem & bene consulentem. Nec ita multū deinceps moratus Histio secum abducto ex Lydia Susa Darius reuersus est Artapherne fratre præfecto Sardibus relicto, oræ autē maritimę Othane, cuius patrem Sysannē, quia pecunia corruptus parū integre iudicasset, Cabysses interemit interepto que corium detraxit, detractum in lora cõcidit, quibus tribunal quo ille sedens officio aberrauerat intendit, ibidemque Othanem filium federe imperaruit, identidem admonens, uti memoria teneret ex quo tribunali ius diceret. Is Othanes Byzantios & Chalcedonios cepit, & in Troade Antandrum: mox classe à Lesbij accepta Lemnum & Himbrum à Pelagis ea tempestate habitatas Dario subegit. Sed quum Othanes hæc gereret, Ionæ terræ Itatus, qui plures annos non ienserat externa arma, in atrocissimos belli casus, excidiumque miserabile incidit. Fuerant aliquanto prius Milesiorum res domestica seditione concussæ, erant Milesij & ipsi Iones. Postremo malorum quæ inuicem perpessi fuerant

Pæones bello subiguntur.

Darij legationem Macedoniam misit.

Legati Alexandri opera interficiuntur.

Othanis tribus.

Iones.

Milesij.

Pariorum sa-
piens iudiciū.

rant satietate capti, Parios domesticarum conten-
tionum arbitros Milesij fecerūt. Hi quum Mileturn
uenissent, omniaq; ruinis oppleta cernerent, campe-
stem regionem perlustrare se uelle pronunciarunt,
ibi si qua praediantidore cultu oculis occurrerant,
eorum qui possiderent nomina perscribere, mox in
urbem reuersi, populo que ad concionem uocato, ur-
bem his ministrandam commiserunt, quorum fundos
optimè cultos inuenissent, praefati uideri sibi eos ita
publica ut sua curaturos. Caeteri quorum res incul-
tae repertae sunt, quia seditionum studiosi propria
neglexissent, melioribus parent. Atq; in hunc mo-
dum Parij Milesiorum ciuitatem, utili ad ciuilem ui-
tam instituendam exemplo composuisse dicuntur.
Venerant igitur, quae ad primos Ioniae motus atti-
net, per id tempus Mileturn ex Naxo in insula ciuitatis
principes a plebe eiecti, hi que ab Aristagora Histiaei
qui Susis apud Darium agebat, confobrimo preci-
bus contendere tractabat, tunc is rem Milesiam pro
Histiaeo, ut se Milesiorum opibus in patriam resti-
tueret. Aristagoras futurum ratus, ut si suo bene-
ficio Naxios domum restitui contigisset, ipse Na-
xiorum opibus ad libitum potiretur, circumspice-
re cepit animo, qua potissimum ratione illis redi-
tum conficeret. Nec Milesiorum opes eas esse arbi-
trari, quae Naxijs tutò opponi possent, qui praeter
longas naues, quae multae numero essent, octo habe-
rent scutorum milia, ad Artaphernem Darij fra-
trem in Lydiā profectus, Cycladum insularū unam
Naxum pecunijs esse & seruitijs egregiè opulentam
doct. Addit insula ipsam esse Ioniae propinquam.
Videri proinde sibi quando Cycladum nulla adhuc
sub Dario esset, non ab re futurū, si ad eam subigen-
dam, reducendorum exilium praetextu naues mitte-
rentur. Certò scire se Parum & Andrum insulas, que
cum Naxijs sentirent, Persicis opibus simul conce-
luras, quae res ad Euboeam insula, haud Cypro mul-
to inferiorem occupandam, uiam patefaceret. Ma-
ius omnino id negotium Artapherni uisum, quam
quod iniussu regis mouere debuisset, caeterum Da-
rij literis confirmatus ad quem de noua expeditione
scripsit, ducentas naues Persico Ionicoque appa-
ratu, Megabate duce, ex Achemenidarum gente, Ar-
taphernes in Naxios instruxit. Is Aristagora expedi-
tionis duce accepto Chium applicuit uelut mox in-
de in Hellepontum facturus uela, sed re ipsa primis
aquilonibus in Naxum transmissurus. Hic conten-
tione inter Aristagoram & Megabatem de principa-
tu orta, quum dux Persa Scylacem Mindium ob na-
uim parum diligenter noctu in statione asseruatam,
uinxisset, uinculaque ei Aristagoras admississet, ira-
tus Megabates occultè misit qui Naxijs eorum que
pararentur consilium explicaret. Cuius periculi Na-
xij admoniti, confestim omnia ex agris in urbem com-
portarunt, oppidoque ad tempus ualidè communi-
to, quatuor mensium obfisione facile pertrulerunt.
Attulit uulgo ea res multum inuidiae Aristagorae, ut
uane expeditionis auctori, sed atrocius illi odium est
à militibus ortum, ubi promissum ab initio stipen-
dium non est eis redditum, eratque ille per hanc ue-
hementer de se Milesiaque procuratore sollicitus,
quum peropportune ab Histiaeo qui Susis erat, oc-
cultè est ad defectionem impulsus. Videbat ille omnè
sibi spem in Ioniam redeundi praesam, nisi ipsius
terrae statum mutari contigisset, ad quem compo-
nendum sua opera opus esset. Ut sibi igitur hac una,
qua patebat, uia reditum conficeret, seruorum sile-
ntissimo caput abrauit, pauca deinde uerba quibus ad
defectionem Aristagoram hortabatur, cuti signifi-
cantly impressit, habuitq; nunciū tamdiu penes se,
donec capillus altiusculè renatus, latentibus notis
tutò in uiam dari iussus est. Tum domestici negotij
praetextu ad Aristagoram mittit, tantum uerbis mo-
nitum, ut quum in Ioniam uenisset ab Aristagora pe-

Aristagoras
Naxij belli
conciliator.

Ducum discor-
dia perniciofa

serui
in scribit

teret, ut sibi capillum detonderet. Aristagoras cogni-
ta per hanc Histiaei uoluntate, nouandarū rerum oc-
casionem, uelut diuinitus oblatam, libens arripuit,
seditionis cuiusque coetu ad se uocato, cum his
primo de Milesiorum defectione egit: uariatum est
non nihil sententijs, at posteaquam res decreta est,
primum omnium placuit regiam classem occupari,
quae nuper ex Naxo reducta, Myunti adhuc erat.
Istagoras ed missus est à quo classarijs ducibus ino-
pinato accessu oppressis, facile Aristagoras caeteris
uidebatur, reipublicae formam Mileti primò consti-
tuit, ut a libertate studio Milesij operam sibi
diligentius nauarent. Auctor deinceps fuit caeteris Io-
niae ciuitatibus, ut tyrannis per partes eiectis, sese in
libertatem uindicarent, incredibile dictu est, quan-
to successu res breui acta sit: quicumque in tota Io-
nia tum tyranni erant, paucis diebus alij alio casu,
aut caesi, aut in exilium pulsati sunt, & in his Coes Mi-
tyleneus, qui multitudinis incurfu est lapidibus obru-
tus, reductaque per haec in singulas ciuitates rei-
publicae forma, annis que magistratibus creatis,
Aristagoras ratus magna aliqua opus esse societate,
Lacedaemonem nauigauit. Erat tum rex Cleome-
nes Anaxandridae filius, quoniam fratrum maxi-
mus natu esset, et si parum alioqui compos mentis
haberetur, regnabat tamè. Dorileus eius frater, qui
ingenio longè praestabat, agrè ferens stolidum fra-
tris ingenium sibi in administratione praelatum, La-
cedaemone excessit, colonis que secum ab ductis, in
Aphricam nauigauit, ubi apud amnem Cynipem lo-
cum totius Aphricae pulcherrimum communiuit.
Triennio post à Macis et Carthaginensibus eiectus,
in Peloponnesum nauigauit: hic Anticaris Eleonij
consilio usus, oraculi uoluntate prius explorata, in
Siciliam nauigauit, Italiæque oram legens Croto-
niatis auxilium tulit aduersus Telyem Sybaritarum
regem: in Siciliam deinde aucta classe delatus, con-
silio Heracleae apud Erycem condendae, quae regio
Heracidarum esse diceretur, uerum à Phoenicibus
& Egeftanis superatus, occubuit. Eurileon, qui se il-
li comitem in Italia dederat, qui que infelici illi pu-
gnae superfuit, Minoam Selinuntiorum coloniam
occupauit, Monarchiaque Pythagorae sublatam, ipse
Selinuntis tyrannidem inuasit. Aristagoras ubi Spar-
tam uenit Cleomenem allocuturus, aeream secum,
ut dicitur, habuit tabellam, in qua totius terrae erat
ambitus incisus, mare & flumina circūquaq; erran-
tia, ipse in hunc modum regem affatus dicitur. Mira-
beris fortasse Cleomenes, quo consilio uel neces-
sitate potius adductus, ex Ioniam, per tam uasta maria,
huc uenerim, sed haud ab re fuit id facere. Ionum
progeniem pro libera seruum esse quum nobis ipsi-
s dedecus dolorque maximus est, tum uero uobis La-
cedaemonijs, eo que maior, quod caeteros in terra
Graecia fama et uirtute antecellit. Quo d quum ita
sit, eripite nunc quæso Iones consanguineos uestros
à seruitute, quod praestare (ad sit modo uoluntas)
facile potestis. Neque enim Barbari, quibus seruire
cogimur, strenui sunt, quum uos contra uirtute rei
bellicae praecipuum sitis nomen adepti: habent il-
li quod ad bellum attinet, arcus, brenia spicula, lon-
gas brachas, longasque capitibus cristas, ac per hoc
captu faciliores. Arma, quis non uidet? si quis ue-
stratia respiciat, contempitu ac penè risu digna. Est
adhuc tantum ijs quibus illi imperant, diuiciarum,
quatum haud caeteris uniuersis. Aurum, argentum,
aes, uariae preciosaeque uestes, iumenta, mancipia,
quibus omnibus, uelitis modo, haud dubiè potiemini.
Sunt Ionibus affines Lydi, qui terram incolunt,
tum aliarum rerum, tum argenti & auri feracissi-
mam: his Phryges adiacent ad auroram, pecorum
copia, & terrae ubertate, omnium quos noui beatif-
simi: Vicini Cappadoces, quos nos Syros appella-
mus,

Coes.

Dorileus qui
bus sit casum
iacatus.

Aristagoras
Athenas pro-
ficiat.

Alcmeonide
Delphicū tem-
pli adificatur.

Tabula Arista-
gorae.

Oratio Arista-
gorae ad Cleo-
menem.

Laced. uincum
tur ab Athe-
nensibus.

mus, mox Cilices huius maris accolae, in quo Cy-
prus est quae annuum pedit Dario tributum. Attin-
gunt Cilices Armenij & ipsi rei pecuniae supra mo-
dum abundantes. Sequuntur Marieni, quorum ter-
ra Cysia est confinis, in qua Coaspes est fluiuius,
hic Susa sunt, ubi Darij regia, Persici thesauri, com-
monstrare que ille interim haec omnia ex tabellae fi-
guratione. Hanc uobis urbem capere si obtigerit,
iam cum ipso Ioue opibus uos Lacedaemonij cer-
tetis licet. Nec pro Messenij agri, quod saepe feci-
stis, angustia uobis est bellandum, neque pro Ar-
cadiae pascuis, Argiuique agri sterilitate, ubi ni-
hil auri est, nihil argenti, nihil praedae, periculi ue-
ro multum, merito Spartani posthac impruden-
tes haberi poterunt, si potiunda Asiae occasio o-
blata, aliud quippiam, quum nihil sit in terris opu-
lentius, optabunt. Quum Aristagoras haec di-
xisset, Cleomenes triduum petijt ad responden-
dum. Tertio deinceps die hospitem ad se uocatum
Cleomenes percontatur, quot dierum iter ab Ionio
mari esset ad Darij regiam. Tum ille, ut uere ita pa-
rum accurate trium mensium respondit. Tam pro-
cul ergo domo, Cleomenes ait Lacedaemonios ab-
ducendos putasti, Milesie hospes, ausus insuperatam
uictoriam facilem appellare, quae per tam longa ter-
rarum spatia sit quaerenda? tam procul terminan-
da, ut si in fidem recipienda? tot gentes essent, non
debellandae, uix aetas hominis tanto suffectura es-
set negotio? Quare abi hinc cum temerario isto cō-
silio, ac priusquam sol occidat procul hinc cæsse.
Nec alio Aristogoram uerbo Cleomenes dignatus
domum abiit. Ille cum grandi pecunia domi pro-
missa, precibus que insuper adhibitis, regis animum
fatigasset, nec flectere potuisset, ex Sparta in fecta re
Athenas nuper tyrannide liberatas nauigauit. Siqui-
dem Hipparcho Pisistrati filio & Hippiae tyranni
fratre in Panathenaica pompa, ab Aristogitone &
Harmodio apud Leucorium Fanū interfecto, Hip-
pias que aliquando infestus Alcmeonidas & alios
exules, qui per eam caedem reditum in urbem ten-
tarant, infectaretur. Alcmeonidae Lipsydrio super
Paeoniam communito, ab Amphictionibus, erat id
amplissimum Graeciae concilium, templum Del-
phis aedificandum conduxerunt, ut ex ea re uerior
sibi materia pararetur nouarum rerum in Pisistrati-
das molliendarum. Extruxerunt tum illi templum
multo que sumptuosius, quam pacti essent, ex pa-
rio lapide iuuentora templi contexerunt. Hoc itaque
praetextu Alcmeonidae circa Delphos sedentes, Py-
thiam pecunia corruerunt, ut quories uiri Spartia-
tae conuenerent, siue publicè, siue priuatim, oracu-
lum consultari, Athenas illis proponeret liberandas.
Qua demum uoce Lacedaemonij commoti Anchi-
molium Asteris cum exercitu mittunt ad Pisistrati-
das Athenas eiciendos, tæcti Spartani nominis ue-
teres hospites, antiquiora tamen habenda rati diui-
na iura quam humana. Anchimolius copias ad Pha-
lerum exposuit. Erat is locus haud procul Athenis,
inter Pyreum & Alimulium. Miserant interim The-
sali mille equites cum Cineia rege uiro Comae au-
xilium Pisistratidis, qui suis sociorumque uiribus fre-
ti, Phalereorum planitie in hunc usum purgata, e-
quitatu repente immisso, Spartiatas cum multa cæ-
de ad naues compulerunt, eorum duce Anchimo-
lio obruncato. Nec ita multo post Lacedaemonij
reparato exercitu, cum Cleomene Anaxandridae fi-
lio, terrestri itinere, in Atticam uenere, quibus qui
Thessalus equitatus fero ceter occurrisset, primo cō-
gressu disiectus est: pauci ex teterrima illa caede in
Thessaliam abierunt. Cleomenes ad urbem progres-
sus, una cum his, qui tyrannidem in fense oderant,
Pisistratidas intra Pelasgicum murum redactos ob-
sedit, neque Spartiatas eos omnino eiecere, quippe

qui cibo erant & potu optime instructi. Tenuit ita-
que obsidio aliquot dies, Sparranis inde ab eadē
interceptis que Pisistratidarum liberis, qui procul
domo occulte ablegabantur, ne quid crudelius in
suos statueretur, pacti sunt cum libertatis asserto-
ribus, ut filijs receptis, intra quinque dies ex Attica
excederent. Athenis igitur Pisistratidae digressi in
Sigaeum, quod est supra Scamandrum, concellerunt,
quum sex & triginta annos Athenis rerum potiti es-
sent, ipsi ex Pylo à Neleo oriundi. Et hoc quidem
modo tunc Athenae à tyrannis liberatae fuerant.
Caeterum quibus deinceps casibus ipsa iactata sit ci-
uitas, post Pisistratidarum tyrannidem sublatam,
ad Aristagorae aduentum haud quidem alienum e-
rit ab historia explicare. Sed motus illi rerum, ex
Clithenis & Istagorae in Republica administranda
aemulatione orti uideri possunt. Clithenes uir Alc-
meonides matrem auum habuit Clithenem Sy-
cionis tyannum, qui ob suum in Argiuos odiū qui-
buscum diurnum gessit bellum, ut Homeri car-
mina tolleret, quia Argiui ciuem suum praedicarunt,
omnia poematum certamina Sycione sustulit. Quin-
ad Adrastum cuius monumentum in ipso erat foro
constitutum, annuaque ueneratione consecratum,
inde pellere adortus (fuerat enim & ipse Argiuus)
quia oraculo id facere prohibebatur, Menalippi
Thebani corpus, qui Mecistem Adrafi fratrem occi-
dit, & Tydeum eius generū à Thebanis impetra-
tum, Sycioni intulit, eique Fanum & annua lacra
quae Adrafo reddi conuellerent, instituit, ita euen-
turum arbitratu, ut Adrafi genium Menalippi o-
dio ex Sycione migraret. Reliquos Clithenis in Ar-
giuos conatus, in tribuum mutatione extitit, quas
ne eadem nomina cum caeteris Dorienfibus habe-
rent, ridiculis appellationibus insigniuit, ut Hyar-
tae, Oneatae, Chireatae, à sue asino, & porco dice-
rentur. Hocque animo Sycionius Clithenes in Ar-
giuos fuit, quem Atheniensis Clithenes eius ne-
pos, in tribuum mutatione imitatus uidetur, qui
Athenis ex quatuor tribubus, tot enim tunc erant
numero, decem instituit, clausque cognominibus
quod unum fuit ab aucto instituto diuersum, in-
signes fecit, unde illi tanta cum populo gratia inita
est, ut multo iam Istagora potētior in Republica ha-
beretur. Ferre id Istagoras in quo animo, studioque
emulationis accensus, ad Clithenis opes euerten-
das, ad Cleomenem Lacedaemonium milit, qui iam
inde ex quo Pisistratidas obsedit, ad eius uxorem
uentitasse dicebatur, ab eo que multis precibus con-
tendit, ut Clithenem Athenis eijceret, quando A-
theniensis, ob recens eius in Pisistratidis expugna-
dis meritum nihil illi denegatum uellent. Paucis ita-
que diebus Clithenes urbe pellitur, affuitque ni-
hilo fecius Cleomenes cum Spartiatarum manu, rū
ibi senatum soluere aggressus, tumultu ab eare in ci-
uitate orto, cum suis trepide est in arcem compul-
sus. Fide deinde data & accepta, triduo postquā ob-
sideri coeperant, Spartiatas ignominiosè ex Attica
cum Cleomene abcefferunt. Qui cum Istagora Cleo-
menem secuti, arcem occuparant, partim in ea reci-
pienda interfecti sunt, partim ad supplicium serua-
ti, ultro mortem opperire. Atheniensis Clithe-
ne in urbem reuocato, cum septingētis familijs mi-
litaribus quas Cleomenes & Istagoras urbe ablega-
uerant, Lacedaemonum opes ueriti, ad Artapher-
nem Darij fratrem, in Lydiam mittit, qui Persarum
societatem publico Atheniensium nomine peteret.
Percontatus Artaphernes, qui hominum Athenien-
ses essent, & quam terram incolerent, ubi, & unde
essent audiuit, ea conditione societatem illis de-
tulit, si terram & aquam Dario tradidissent. Artapher-
nis postulata quum legati, iungendae societa-
tis studio, non reculassent, ubi Athenas reuersi sunt,

Pisistratidae A-
thenis eijciun-
tur.

Clithenis Sy-
cionij odium
in Argiuos.

Clithenes Ar-
theniensis ur-
be pellitur.

Terram ex
quam trahere.

Cleomenes Atheniensis bello repetit.

grauiter sunt increpiti, quando uulgo interpretatur terram & aquam tradere haud aliud esse, quam alienae ditiois fieri. Nec cleomenes multo postquam legati reuerſi sunt, cum nouo exercitu Atticam in- gressus Eleufinem inuaſit, uim ſibi ab Athenienſibus intentata uindicturus, quamquam iam antea eius animum cupido inceſſerat Iſagoram Athenis tyran- num conſtituendi. Pobulabantur interim Chalcide- ſes & ipſi Atticæ fines, qua iniuria in aliud tēpus di- lata, Athenienſes omnem imperum belli in Spartia- ras uertere, egreſſique ad Eleufinem, quum aduerſe acies iam in prociūto ſtarēt, Corinthij qui cum La- cedæmonijs erant, ſubita eorū que fierent peniten- tia adducti, in pugnam ſe nollet ire profeſſi ſunt. I- dem & Demaratus Ariſtonis filius fecit, Spartiata- rum & ipſe rex, tum cæteri ſocij ubi Corinthios cō- militium detreſtare uiderunt, nec regibus inter ip- ſos de ſumma rei ſatis conuenire, ex Eleufine in pa- catū abierunt. Cleomenes & ipſe in ſecta re ex hoſti- co ceſſit. Lacedæmonij in tempeſtiua Cleomenis et Demarati diſſenſione offeſſi, ne talis poſtea diſcor- dia reip. officeret, lege ſanxere ne poſt id tēpus am- bo reges ad unum proficiſcerentur bellum. Nec A- then. hoſtibus Attica digreſſis quierunt: ſed Bœotios & Chalcidenſes adorti: qui medio ardore belli Atti- cos fines fuerant populati, Bœotios circa Euripum, Chalcidenſes ultra uno die prelio ſuperat, tum qua- tuor colonorum milibus in inſula conſtitutis, pluri- mos utriuſque gentis captiuos Athenas perduxer- re. Si quidem Athenienſes quamdiu ſub tyrānis fue- re, Græcorum omnium ignauiffimi ſtatim habatur, mox in libertatem aſſerti multo omnium preſtantif- ſimi extitere, manifeſto documēto, fortius ſibi quā cæteris ipſos mortales dimicare. Thebani Bœotiorū cladem uindicare uolentes, oraculum de ratione belli conſultunt, iuſſi que proximis in ſocietate uo- care, non deſiuit qui Æginitas ab oraculo ſocios de- monſtrari interpretaretur, quia Ægina & Thebe A- ſiopi filie fuiſſe dice- entur. Erant ad hæc Æginitis ueteres cum Athenienſibus inimicitie, quod quū Epidaurij Oleagi nam ab Athenienſibus materiam petiſſent ad duo ſimulacra, quæ ab oraculo ob agri fertilitatem conſecrare iuſſi fuerant erigenda (in ſo- la Attica tum olea fuiſſe traditur) ob eam rem, ne- ſcio quid annui tributū, cum Athenienſibus pacti. Verum quia procedente tempore ab Æginitis dilu- bra illa furto fuerant ablata, ſublata penſionis cauſa tributum haud reddendum amplius cenſuerūt. A- thenienſes eam iniuriam minime ferendam rati, ſi- mulacra ab Æginitis repetunt. Sunt qui tradant na- uim ad id unam publice miſſam, cui Æginitæ facile ceſſerint, cæterum adortos qui eo uenerant ſtatuas inde atuellere, ſubito furore percuſſos, mutuis ſe uul- neribus conſeciſſe. Æginitæ plures Athenienſium naues ob id ipſum ad ſe miſſas memorabant, Argi- uorumque interuentu, qui ſibi auxilio ueniſſent de- leris Athenienſibus, unum cladi ſuperſuiſſe. Verū ſiue unius ſiue plurimum nauium claſſis hoſtiliter ibi conſumpta eſt, qui acceptæ cladis nunciū Athe- nas uenit, ob ſæminarum incurſum, de ſuorum caſu ſciſcitari contendentiū, ueſtimentorum ſibulis conſauciatuſ perijt, ob idque Doricæ ueſtis uſus mulieribus iam inde publico decreto ademprus, permiſſumque ut lineam tantum geſtarent, quæ nullis eſſet ſibulis prædita. Æginitæ igitur ueteris adhuc odij memores, haud grauate Thebanorum ſocietatem ſecuti, in Athenienſes arma induerunt, iunctiſque una copijs Atticos ſunt fines populati, nec fortaiſis eam iniuria impune tuſiſſent, niſi mo- niti Athenienſes oraculo, ut triginta annos ab Ægi- nitis abſtinerent, in aliud tempus ultionem diſtuliſ-

Lacedæmonio- rum decretū.

In ſola Attica oliu Olea.

Nunciū à mu- lieribus op- preſſus.

ſent, quāquā ſic quoque uix iræ temperatum eſſet, niſi noui Lacedæmoniorū motus interueniſſent. Si quidem hi Pythiæ fraude deprehenſa, Hippiam Pi- ſiſtrati filium, quem Athenis deiecerant, ex Sigæo Helleſponti reuocaffe dicebantur, ut in priſtinum reſtituerent principatum. Cæterum ubi res frequen- ti ſociorum conuentu Lacedæmone conſultari cœ- pta eſt, Pythiæque fraude accidiſſe diceretur, ut Pi- ſiſtrati de Lacedæmoniorum opibus principatu exci- diſſent, æquum uideri, ut qui hoſpites & amici, ni- hilque tali meriti, ea clade aſſecti eſſent, per quos id uulnus accepiſſent, per eodem ſanarentur. Verū e- nim uero ſociorū conſenſu ad eam rem auxilijs que opus eſſe diſcitabant, ut omnia ea dignitate fierent. Neque clamor ullus ad ea quæ poſtulabantur, ne- que aſſenſus eſt ſecutus, ſed meſtium potius ſilen- tiū, donec Sociades, quidam Corinthijs rei indigni- tate motus, omnia prius fieri poſſe præfatus eſt, quā ut Spartani Peloponeſiacis perſuaderent, tyrannos in liberis urbibus conſtituendos eſſe, oppugandam ue alienam libertatem, ut unius libidini populus ſeruiret. Quod ſi rem pulchram ueniamque tyran- nidem arbitrarentur, oportuiſſe Spartanos prius e- xemplum id inducere, ut ueteri forma rei publicæ ſublata, ſuis ultro ceruicibus ſeruitutis iugum im- ponerent, inde alios ad ipſum hortari: tum uero in- humane agere, ut quum ipſi præ cæteris mortalibus ſuam libertatem ſtudioſe tueantur, alienam gratis cōnentur euertere, ob id fortaiſe uenia digni, quod quam peſtilens res eſſet ſeruitus, non eſſent adhuc experti, at Corinthios, qui utriuſque ſtatū haud ig- nari eſſent, longe aliter ſentire. Inde à duplicis o- raculi monitu, quo omnia mala, que ex Eetionis ſtirpe paſſuri erant Corinthij, exorſus, ut malo ciui- tatis ſato paucorum ſtultitia Cipeſus infans ſerua- tus eſſet, unde etiam puero nomen inditum fuerit, quia in Cipeſa frumentaria menſura infans lau- ſer. Executus inde qua ui ille patriam inuaſiſſet, qui bus rapinis & ſcleribus deformate, quæ mox ſub Perianthro eius filio ciuitas paſſa eſt, qui Traſibu- li conſilium ſecutus crudelior patre extiſſet, expe- rientiam rerum omnium magiſtram eam eſſe dicti- tans, que Corinthios ab eo conſilio non ſolum de- rereret, ſed cogeret etiam à Spartiatis precibus & obſtinatione cōtendere, ne pergerent alienæ liberta- ti inſultare, ut tyranno iter ad principatum facerent quo nihil eſſet miſeris mortalib⁹ inſeſtius, nihil ma- gis inimicum, uel ſi in conſilio præſtarent, ſcirent Corinthios eius ſcleris expertere futuros, qui ſi tue ri nobiliſſimæ ciuitatis libertatem nequirent, ſaltē ne impie opugnate dicerentur. Multis ſociorum ſocietate conuentus ille impune eſt ſolutus, Hippasque omni recuperandæ tyrannidis ſpe deie- ctus, in Aſiam reuerſus, ad Artaphernem ſe contulit apud quem Athenienſes aſidue criminando, eo Bar- barum impulit, ut Athenas miſerit, qui publice de tyrannis in urbem recipiendis ſuo nomine agerent ſi in Darij amicitia permanere uellent. Athenienſes omnia prius ſepati malle reſponderunt, quam ty- rannidis iugum ſemel excuſſum recipere erant que ad hæc res ipſius ciuitatis parum quietæ, quum Mi- leſius Ariſtagoras ex Lacedæmone in Atticam nauī gavit, qui eadem quæ & apud Cleomenem de Aſia Perſicoque bello memoras, uno etiā adreſto quod Mileſij Athenienſium coloni eſſent, digni que ob id ut ab omni externa iniuria eorum præſidio tegeſerent, cotriginta Athenienſium milia perpulit, quum unum Cleomenem nequi- uiſſet, ut uiginti nauium claſ- ſis ſi Ionibus auxilio decreta.

Concio Soc- cles Corinthij.

Ariſtagoras Athenienſis in belli ſocietate trahit.

ENNEADIS II. LL BER IX.



Pæones in pri- ſtinis ſedes per- fugiunt.

Caïſter fluminis

Iones Sardis oc- cupant.

Vincuntur Iones ad Epheſum.

Eualcides Epheſiorū ge- ſta.

Thenienſium ſocietatem adeptus Ariſtagoras, continuo ex Attica in Ioniam traſmiſit, qui ubi Mileſium uenit, Pæones, qui in Phrygiam e- rant Darij iuſſu traducti, ad tranſ- fugium ſollicitauit, pollicitus fore, ut Ionibus iuuantibus in priſtinis ſedes reſtitueretur. Tanti uiri autoritatem Pæones ſecuti, popula- riter ad mare primo, mox in Chium tranſmiſere. Medicus equitatus ad eos retrahendos miſſus, quū fugientiū ueſtigia ad mare tenuiſſet, edoctus Pæo- nas in Chium tranſiſſe, eo miſit qui tranſugas in Phrygiam Artaphernem iuſſu reuocaret. Illi uero omne Perſarum imperiū aſpernati, ex Chio in Leſ- bum traiecere. Mox inde à Leſbijs Doricum de- portati, terreſtri ſe itinere in Pæoniam receperunt. Nec ita multo poſt Athenienſes cum uiginti nauib⁹ ad Ariſtagoram uenere, & cum his quinq; Ere- triorum triremes. Fuerant olim Eretrienſes à Mile- ſijs aduerſus Chalcidenſes adiuti, cuius rei memo- re, ut par eſt, in bello gratiam, à ſe ueterib⁹ ſocijs re- latam uoluerunt. Ariſtagoras ubi eiuſmodi copiæ à ſocijs aſſue, Charapinum fratrem, & Hermo- phatum Mileſium, cum claſſariorum manu in Ly- diam miſit, hi præter Caïſtrum amnem iter ingreſſi, qua Epheſij locorum gnari ducebant, per Tmolū Sardis peruenere. Oritur Caïſter in cuius mentione ſermo incidit, in Cilbianis montibus, pluribus que ſu- minibus autus, ſub Pionio monte Epheſum aluit. Improuiſa res eſſecit, ut penè prius Iones & ſocij op- pidū occuparint, quā a deſe dicerentur. Artapher- nes ſubito tumultu conſternatus, cum metu & tre- pidatione ſeſe in arcem recepit. Iones iniecta domi- bus flamma, quæ plurimū arundinacea materia cō- ſtabant, totam urbem incendio cōſumpſerunt. Per- ſæ oppidanis mixti, forū occupant, id Paſtolus am- nis interfluebat, quæ manus non ſolum ſe tueri, ſed in hoſtem quoque erumpere auſa, metum Ionibus in- iecit ibi diutius commorandi. Et ex ſinitimis pluri- mi mortales Sardis Artaphernis edicto conſluebāt, quare ueriti ne ab hoſtibus intercepti, temerarij in- cepti pœnas lucent, in Tmolū primo, mox inde in pacatum conſeſſerunt. Vix inde Iones profeſſi e- rant, quum qui citra Halim fluum incolūt, Sardiana clade trepide nunciata, ſubſidio aſſuerit, abeun- tem que hoſtem eſt ueſtigio ſecuti, prius Epheſum uen- tū eſt, quā præcepta ſemel fuga aſſequi poterint, ibi que conſerto prælio, Iones & locij uicti, cum mul- ta ſunt cæde in urbē coniecti. Conſiderant in ea pu- gna plerique uiri fortes, & in his Eualcides Eretriorū dux, Simoniſis carmine celebratus. Et tum quidem ita eſt apud Epheſum dimicatum. Athenienſes poſt unam aduerſam pugnam, quamquam Ariſtagore & ſocijs multa hortatione & lachrymis fruſtra retine- re conantibus, in Atticam profeſſi ſunt. Iones præ- ter ſpem ab Athenienſibus deſtituti, eſt multum ad eam defectionem animi conciderant, deſperatione adacti, bellum ſumma ope comparant, Helleſpon- tum que hoſtiliter ingreſſi, Bizantium, alias que circun- iectas urbes in ſuam poteſtatem redigunt, inde ad læuam conuerſi, magnam Cariæ partem in ſocieta- tem belli aſciſcunt. Cyprij deinceps omnes, præter Amathuſios, à Perſis deſecere, quos Oneſilus deſec- tionis autor, & Cyprij iam obſidione fatigabant, quum Sardianæ cladis nunciū eſt Suſa ad Dariū perlatus: tum fremens ille frenedens que, quod ab Io- nib⁹ & Athenienſibus urbs Lydiæ nobiliſſima la- trocinio ualſtata eſt. Ecquānam hominum Athe- nienſes eſſent rogauit, uerum ubi & qui illi eſſent, & quam terræ regionem colerent, audiuit, ſagitta in cœlum excuſſa, Iuppiter, inquit, da mihi precor, ut

Athenienſes unde profeſſa eſt in me iniuria, aliqua- do ulciſcar: atque hæc ſatus, miniſtro qui forte a de- rat, præcepit, ut quotidie appoſita ſibi cœna, ter illud diceret: Dari ſis Athenienſium memor, inde Hiſti- æum ad ſe acceſſitū, quæ in Lydia & Ionia facta eſ- ſent, ordine edocer, mirari ſe uehementer diſcitas, quod Ariſtagoras ipſius procurator, defectionis au- tor diceretur, nec perſuaderi ſibi poſſe Ariſtagoram ſua ſponte tantum facinus eſſe auſum, uideret ipſe quid ſibi ſuſpicandum relinqueretur. Nam quod ad ipſam belli molem attineret, nemini dubium eſ- ſe, quin res tanta multo maiore indiguerit impul- ſore, quā ut ab Ariſtagora moueretur. Hic Hiſti- æus ut præſenti erat conſilio, ita accurate conſtan- terque ſe purgauit, ut non modo ab ea culpa abeſſe crederetur, ſed ſua etiam abſentia motum illum ac- cidiffe perſuaſerit, pollicitus ſi in Ioniam mitteretur, fore, ut non prius ueſtem exueret, quā to- tam gentem ad imperium retraheret. Darij homi- nis autoritatem ſecutus, erat enim Hiſtiæus nō Mi- leſiorum ſolum, ſed totius etiam Ionie longe prin- ceptus, accepta ab eo fide, ut compoſitis in provincia rebus conſeſſum ad ſe rediret, poteſtatem illi fecit in Ioniam abeundi. Sed dum is à rege dimittitur, Ar- tybius Perſarum dux, cum Phœnicia claſſe, ex Ci- licia in Cyprum, ad Amathuſios obſidione leuan- dos tranſijt. Cyprij audito hoſtium aduentu, in Io- niam miſerant, ad auxilia inde accerſenda, quibus benigne impetratis, auxiliareſ Ionum naues Cy- prij Phœnicibus oppoſuerunt, ipſi in Salaminis cæ- pis aduerſus Perſas in aciem deſcendere. Erat Arty- bio equus bellaciſſimus, quippe qui primo pugnæ congreſſu, in hoſtium laniatum aſſurgeret, morſu, calcibus, impulſu, late ſtragem facere aſſueſus. Id quum Oneſilus reſciuiſſet, ad ſatellitum unum cui⁹ opera in pugna, quia militaris rei peritiſſimus eſſet, ualde que manu promptus, præcipue uteba- tur: aut Artybium, inquit, petas, neceſſe eſt ad pri- mum eius occurſum, aut equum hunc quem ita in prælio ſæuire aiunt: partiamur opus eſt inter nos pugnæ huius laborem, ut prælio feliciter deſungamur, tu uide ſerum an hominē petere malis, utram partem mihi reliqueris, eam fortiter capeſſam, nam quod ad præſens conſilium attinet, conſtitui cum Artybio manu conſerere. Rex cū rege potius con- currat, ille ait, ac famulus famulo, ut ſiue uictor, ſi- ue quod nolim uictus, Oneſilus fuerit, alterutram fortunam honeſtius experiat, nec equi ferociam pertimeſcas, inquit, dabo ipſe operam ut non mo- do regi, ſed ne mortalium cuiquam obeſſe poſſit amplius. Nec magna deinceps mora fuit, ſignis canentibus utrinque ferociter eſt concurſum. Iones nauali certamine egregie uicerunt, in qua pu- gna obeunda, Samiorum præcipua fuit uirtus. Di- ſpari in terra eſt euentu dimicatum, nam ubi pri- mum aduerſæ conſlixerunt acies, ipſique duces ob- uij manu conſeruere, Oneſili miniſter ualide, ut fuerat pollicitus, Artybij equo anteriores pedes, in regis ſcutum proiectos, falcis iſtu recidit, ſupra quem cadentem cum totis armis Artybius corruit, eratque Cypria res ſine dubio ſuperior, quum ſubi- ta Stelenoris Cariorum tyranni, & Salaminiorum defectione concidit. Deſtituti Cyprij ſuis ipſorum uiribus, ſuſi primo ſunt, mox ſtrage multa paſſim diſiecti. Perijt itaque Oneſilus, & Soliorum rex A- riſto Cyprius Philocypri filius, eius qui cum Solo- ne hoſpitiū iunxit, ab eo que eſt carmine cele- bratus. Oneſili caput amathuſij ſupra portam ur- bis ſuſpenderunt, in quod demum exinanitum a- pum examen ingreſſum fauis referſit, ob eamque rem loci incolæ oraculo moniti, ſepeliuerunt, One- ſiloque quotannis ut Heroi ſacra inſtituerunt. Cypriarum urbium Sole omnium nouiſſima à Per- ſis recepta eſt. Inſulani quum per annum liberi fuiſ- ſent,

Darij præce- ptum.

Hiſtiæus in Io- niā reuertitur.

Artybij equus bellaciſſimus.

Oneſili caput.

sent, denuo in seruitutem relabuntur. Iones sociorum opibus in insula affictis, cursum subito in patriam auertunt, ubi nihilo illis melior erat fortuna. Osthanes & alij Persarum duces, ubi Iones, qui Sardis incenderant, in Ephesum compulerant, urbium oppugnationes inter se partiti. Daurises Hellepontum fortitus (erat is Darij gener) Dardanum cepit, Abydum, Lampfacum, & Pefon, singulas singulis diebus. Cui a Pefo ad urbem Parion contendenti, nuncijs allatus est, Cares a Persis ad Ionas defecisse conuerso que ab Helleponto in Cariam ductu, ad Marfiam annem primo castra fecit. Fluuit ex Hidria de regione, Mecandro immixtus nomen amittit, nec ita multo post eodem loco cum hostibus conflixit, pugnarunt eo die Cares fortissime, sed paucitate magis quam hostium uirtute superati, ad decem milia hominum amiserunt, nec Persis incruenta uictoria obtigit, duobus milibus in pugna amissis. Receperunt se Cares ad Labrydem in militaris Iouis templum, consultants, dederunt ne se Persis, an Asiam penitus relinquerent. Caeterum haec agitantibus, Milesij & socij subsidio superuenere, ibi omni consultatione reiecta, iterum se praelio accingunt, fuitque pugna haec nihilo Ionibus felicior, quam prior illa ad Marfiam fuisset, multisque Milesiorum cadentibus, caeteri fuga dilapsi, alij alio abierunt. Nec Cares, quam bis acie uicti, minus ferociter in armis esse perseverauerunt, quippe qui ubi urbes suas a Persis inuasum iri, per exploratores cognouerunt, uia quae in Milassa ferebat, in insidijs confederunt, in quas noctu Persae imprudenter delapsi (nihil enim minus quam insidias ab eo hoste timere, quem semel atque iterum paucis diebus uicissent, sed nulla res in bello perniciosior, quam nimia securitas) obruncati sunt, cum Daurise duce & Myrse Gygis filio. Hymeas qui & ipse aliam Darij filiam in uxorem duxerat, in Propontide conuersus, Cion cepit & Myfiam, mox Dauris & exercitus expeditione in Cares cognita, ex Propontide in Hellepontum transijt, subegitque Aeoles omnes qui Iliadem oram incolebant. Subegit & Gergithas qui a prificis Teucris relictus fuerant in ea terra, quam ad id tempus incolebant, hisque rebus prospere gestis, morbo in Troade perijt. Artaphernes & Osthanes omnem uim belli in Ionas uerterant, eius generis Clazomenas primo, moxque ex Aeolibus Cumam ui ceperunt, turbatoque per haec concursuque etiam Ionae statu, Aristagoras, qui fax effus fuerat belli, ubi omnia in peius ruere uidit, nec fortunam sibi posse amplius, cum Milesiorum principibus de fuga agitare cepit, ut relicta urbe in Thraciam populariter abirent, in patriam remigraturi, si malorum procella illa, quae tunc omnia quatuebat, aliquando remississet. Variatum non nihil est sententij inter eos, qui de colonia consulabant, alij alio eam deducendam suadentibus, perualuitque Aristagorae uotum, ut Mircinum Thraciae, quod a Dario Histiaeus dono acceperat, occuparent, Pythagora igitur uiro inter Milesios consilio & strenuitate claro ad urbis custodiam cum robore iuuentutis relicto, ipse cum uoluntarijs in Thraciam nauigauit, ubi haud multo post cum suis est a Thracibus interfectus, talisque Aristagoras fortitus est exitu. Receperat se interim Sardis Artaphernes, uenitque eo Histiaeus, qui magnis itineribus ex Suis in Ioniam festinabat tum ibi ab Arthapeme interrogatus: Ecquis hominum Ionas ad defectionem impulsisset, negaretque Histiaeus se id scire, sic habet, inquit; Arthapemes (Iam enim compertum habebat noui illius motus eum auctorem fuisse) hunc tu calceum confuisti: Aristagorasque sibi induit. Negare id factu Histiaeus, caeterum timens sibi ab Artapherne proxima nocte fuga ad mare se proripuit, in Chiumque

Ioniae urbes bello affliguntur. Marfias flu. Cares praelio superantur.

Persae insidijs excepti caeduntur.

Aristagoras in Thraciam transijt Aristagorae exitus. Histiaei mendacium.

primo transmisit, ubi in unculis tamdiu est asseruatus, quoad satis compertum Chijs est, a Dario eum per fugisse. Ibi quoque familiariter rogatus, cur Ionae statum in apertum delirimen coniecisset, compertum se habuisse respondit, Darium in animo habere, Phoenicas totam Ioniam quasi in colonias habitatum traducere, ipsosque totius orae accolas, ad illorum sedes obtinendas mittere, quod mendacium satis ualuit ad inuidiam in praesentia leniendam. Inde Chio profecturus dat Histiaeus Hermippo cuidam literas ad Persas, qui Sardibus erant, cum quibus fuerat de prodicione locutus. Hermippus ad Artaphernem eas detulit, ille omnibus quae agebantur cognitis, iubet Hermippum eas reddere, quibus Histiaeus mandauerat, & quae uicissim illi respondissent, ad se deferre. Ita rebus palam factis. Artaphernes Persarum plurimos supplicio affecit. Histiaeus a Milesijs non receptus (coeperant enim iam libertatem gustare) in Lesbum nauigauit, a quibus octo triremibus sumptis. Bizantium concessit, ibi locorum opportunitate fretus, nauigia e ponto per Bosphorum prodeuntia, partim opprimere, partim uoluntaria sibi adiungere. Sed dum Histiaeus suas circa Bizantium firmat opes, Persae terra marique Miletum obsidione cingunt, uisum est socijs opem milesijs ferre, omissoque omni terrestri auxilij apparatu, qua belli parte plurimum Persicae opes pollebant, trecentarum sexaginta trium nauium classem ornant, quae penes duplo maior esset hostibus. Erant Phoenices q Persis militabant, Cyprij, Cilices & Aegyptij, Milesiorum auxiliares erant Prieneses, Chij, Erithraei. Phocenses, Lesbij qui Aeoles erant, & Samij, ad Ladam insulam, quae Mileto obiacet, est concursum, Milesijs cornu quod ad auroram erat obuersum, claudentibus: alterum Samijs cum nauibus sexaginta. Barbari ducesque ueriti, ne si classes concurrissent, aliqua insignis clades sibi adeunda esset, pugna in praesentia abstinerunt, per tyrannos inde, qui ab Aristagora fuerant eiecti, singulorum animos, ad eam populorum conspirationem soluendam, tentare incipiunt, proposita omnium, quae gesta essent, impunitate & obliuione, contra uirginum raptus, natorum stupra seruitutem, caedes in armis perseverantibus, denunciantes. Siue igitur minacissima haec denuntiatio fuerit, siue Dionysij Phocensis superbum in socijs imperium (haud enim id facile quisquam dixerit) ita accidit, ut conspiratione illa paucis diebus soluta, nullius imperium exaudiretur amplius. Tu Samij lucrifaciendam impunitatem rati, persuaderi sibi passi sunt, ut a socijs desicerent. Itaque ubi Phoenices in hostes ad nauigare coeperunt, Ionaeque & ipsi naues in cornua digestas, produxere. Vix bene praelium confertum est, quum Samij sublatis uelis in altum abiere, decem eorum naues, quorum Trierachi haud passim Samium nomen tali perfidiae nota perpetuo insigniri, in pugna perstitere, quibus postea publico Samiorum decreto datum est, ut ipsorum nomina ac maiorum lapide inscriberentur, Lesbij & ipsi Samiorum defectione animaduersa, ea parte fugam capefunt, inde alij atque alij turpiter dilabuntur, soli omnium Chij locum fortiter retinere, qui ab hostium multitudine circumuenti, uagam potius, quam statariam pugnam sustinere. Demum captis ex hoste nauibus, & ex suis plurimum amissis, Chium uerfus fugam intendunt. Horum quidam, quum semilaceras haberent naues, sequente euestigio hoste, ad Michalen fugientes littoribus sponte impacti, in terram egrediuntur. Inde quum pedestri itinere domum irent, ab Ephesijs qui latrones eos arbitrati, hostiliter inuasert prius oppressi sunt, quam agniti. Dionysius Phocensis in Siciliam nauigauit, ubi aliquandiu pyratum cam ex-

Miletos obsiditur. Ionum manum opes.

Soluitur Ionum conspiratio.

Soluntur mirrimae Ionum opes.

parietos capias

Sybarite in gratia Milesios.

Zancla.

Crecei Zancla potantur.

Uires cruci affigitur.

Euerricatio

cam exercuit. Per se Ionum opibus per mare disiectis, ad Milerum oppugnanda totis uiribus uertuntur, omnique tormentorum genere muris admoto, sexto post primum Aristagorae motum anno: Darij ab arce oppidum tenuerunt, urbs direpta est, qui caedi superauerunt, Susa perducti sunt. Hos Darius nullo maiore supplicio affectos, in Anipa urbe collocauit, quae ad Tygrum posita est, qua fluuius in rubrum mare labitur. Athenienses tam molestae Milesiorum cladem tulerunt, ut uniuersum theatrum illachrymasse dicatur, quum Milesia Phrinici direptio acta est, ob idque autor ipse mille drachmis, ut Callisthenes prodidit, est multatus, quia uelut domesticum uulnus refricuisset. Contra Sybaritae, qui Laon & Cydrion incolebat, haud parem Milesijs excidium passis, gratiam retulerunt, qui Sybari a Crononiatibus direpta, quum Milesij puberes in argumentum doloris, ob mutuum hospitium sibi capita rasillem, ipsi in tanto Milesiorum malo, nullum tristitiae iudicium praebuerunt. Samij (nam uulgo displicebant quae Aeaces dux classis fecerat) & cum his Milesij, qui cadente patria effugere potuerunt, in Sicilia cursum tenuerunt. Hi quum Locros appulissent, ab Anaxilao Rhegynorum tyranno persuasi, Zanclam bellatoribus uacua occuparunt. Obsidebat tunc Zanclae cum Scythe monarcha suo Siculorum urbem, qui inopinato patriae casu percussus, Hippocratem Gele tyrannum, in auxilium uocant. Urbem inde Samijs adimere conati, perseverantia & studio uicissent, nisi medio gerendarum rerum cursu a tyranno proditi, non modo uictoria excidissent Zanclae, sed eorum etiam principibus in uincula coniectis, obsidionem soluere coacti essent. Graeci dimidio praedae (sic enim cum eo pacti fuerant) Hippocrati dato, urbe potiti sunt. Histiaeus Milesiorum cladem denunciata, cum his nauibus, quas habuit, ex Byzantio Chium nauigauit, insulanosque uim primo parantes, mox & praelio congressos uicit, cladesque haec recens priori cladi adiecta est. Ex nullis Ionum nauali pugna ad Milerum commissa, plures quam ex Chijs praelio, alijsque casibus perierunt. Fuerant ea mala illis aliquanto antea euidentioribus quibusdam signis demonstrata. Ex centum iuuenibus, quos Delphos ex choro miserat, duo incolumes in insulam reuerfi fuerant, caeteris pestilentia consumptis. Et literarum iudi testum repente collapsum, centum uiginti pueros, subita ruina oppressit, uno dumtaxat eo casu seruato. Histiaeus ex Chio Thalamum transmisit, quum quum obsidere coepisset, audita hostium ex Mileto profectio, ad reliquas Ionae urbes expugnandas, in Lesbum transijt: Lesbij ipsius copias formidantibus, in prouinciam Arthanis transijt, ut ex Mylorum agro frumenta raperet. Hic cum suis in terram egressus, cum Harpago uiro Persa, qui his locis opulentum ductabat exercitum, apud Malina (id enim eius terrae nomen erat) praelio commisso, magna exercitus parte caesa uiuus in hostium potestate uenit. Fama est uitae cupiditate Histiaeum adductum, quum ignotus a Persa quodam media acie confodiendus esset, Histiaeum se esse alta uoce proclamasse, atque ita seruatus, ubi Sardis perductus est, ab Artapherne est in crucem sublatum, capite illi prius adempto, quod Susa ad Darium missum, rex honorifice sepeluit. Quo facto multi perusalum habuerunt fuisse Darium ob uetus in se meritum ei ueniam daturum, si uiuus eo perductus esset. Sicque Histiaeus quoque perijt. Nauales Persarum copiae, quae circa Milerum in statione erant, sequenti anno omnes ferè insulas Ionae adiacentes, partim ui, partim uoluntate Darij subegere: Chium, Lesbum, Tenedum ui captas euerricularunt. Euerricatio talis fuit. Viri manus sibi mutuo tenentes: quasi restem unam texuere, qua ab Aquilonari litto-

re ad meridianum extensa, totam latentes incolas uenando insulam peragrauere. Sunt Persae & Ladum urbibus quibusdam potiti: in easque nihil fecius quam in caeteras saeuitum. Nam quod ad Ionas attinet, mares exciti sunt, lectissimae uirgines ad regem missae. Tempora subiecto igni concremata. Atque in hunc maximè modum tertio Iones in seruitutem sunt redacti: bis olim a Lydis, mox ob defectionem a Dario factam. Maritimae copiae ex Ioniam cum nauibus profectae, quia dextra ora iam antea Persicis fuerat armis subacta, omnem bellorum uim in laeum latus deflexere. Erant in eo tractu, Perinthus, Selymbria, & Byzantium, loca praeter caeteris illustria: horum Byzantij Phoeniciae classis appulsu non expectato, in interiora Euxini concessere, ubi Messambriam condiderunt. Phoenices maritimis urbibus incensis, Proconesum & Artacem capium, caeteraque pari clade afficiunt: inde in Chersonesum reuerfi, caeteras urbes, quibus primo accessu abstinerant, subuertunt, soli Cyziceni, qui iam antea sub Persis erant, eius cladis expertes fite, & Cardiani qui subigi nequiere. Horum per id tempus tyrannus erat Milciades Cimonis filius, nepos Stesagorae, qui a Milciade Cipseli filio, eius terrae imperium acceperat. Milciades ille maior a Dolonchis Thracibus inuitatus ut in Chersonesum duceret coloniam, peraeus Pisistrati tyrannidem, cum uoluntaria suorum manu Athenis profectus, quem Dolonchi locum ad inhabitandum dedere, tenuit: quod illi facere fuerat oraculo iussi, quum de euentu belli, quod cum Abinthijs habebant, solliciti Delphos consultum misissent. Pythia ita Dolonchos monuit, ut domum abeuntes inde sibi coloniam in suam terram ducendae autorem sumerent, ubi primo hospitaliter inuitati essent. Accidit igitur ut Athenis peregre transeuntes, a Milciade in hospitium adducti sint. Vbi ergo in eam terram uenit, ad arcendos Abinthiorum aliarumque gentium incurfus, Thraciam Chersonesum, ab extrema Isthmi ora, ad alteram, sex & triginta stadiorum spatio, menibus communiuit. Is quum forte Lampfacenis bellum intruisset, insidijs captus, terribili Crecei regis ad Lampfacenos denunciatione est dimissus. Caduceator qui a Crefo uenerat, ubi Lampfacum uenit, his dicitur uerbis usus (erat Milciades ipsi regi charissimus) Nisi Milciadem Lampfaceni uiri missum feceritis, denuncio uobis futurum, ut a Crefo in morem pini exteramini. Hic quum Lampfaceni inter se quaererent, & quid esset quod rex se ut pinum diceret exterritum, uix tandem quidam grandis natu doctus, naturam eius arboris esse, ut semel excisa, nulla amplius subnascatur soboles, sed radicibus intreat, quod illi excidium ueriti, confestim Milciadi uincta ademere: atque ita ille Crecei est beneficio seruatus. Reliquit hic moriens Stesagorae filio Cimonis germani fratris e matre regnum: durante deinceps cum Lampfacenis bello, Stesagoras apud curiam, a quodam qui transfuge nomine ad eum uenerat, securi percussus perijt. Successit huic Milciades frater, quem Pisistratidae ex Athenis cum triremi miserant in Chersonesum ad res fratris repetendas. Ad hunc magnus est Chersonesitarum concursus factus ad Stesagorae casum cum eo deplorandum, quibus in uincula coniectis, ipse tota Chersoneso potitus est, conductisque auxiliarijs filiam Oloris Thraciae regis duxit uxorem. At nihilo fecius ipse quoque grauibus est casibus iactatus, tertio anno ex quo Chersonesum occupauerat, Scytharum metu, qui Dariano bello irritati, hucusque processerat, ex ea terra profugit, Scythisque digressis a Dolonchis triennio priusquam caeteris curis implicaret, fuerat reductus. Is quia eius sententiae autor fuit, ut Iones pottem qui Iltro fuerat impositus, Dario excluso distol-

I ades.

Ionum seruitutes.

Byzantij Messambriam condunt.

Milciades.

Dolonchi.

Exterere ut pinum.

Milciades Athenas profugit.

Regillus lacus

Latinorum legati ad Ro. populum.

T. Largij uerba ad senat.

uerent, Persicas opes ueritus, ubi Phœnices Tenedum uenisse sensit, cum quinque triremibus, quas preciosissimis rebus refererat, ex Cardia Athenas cursum intendit, sed dum Nigrum sinum transmissa Chersoneso nauigaret, à Phœnicia classe circumuentus ægrè cum quatuor triremibus in Imbrum, ex Imbro Athenas euasit, quinta in qua erat Metiochus filius Maximus natus, non ex Oloris filia, sed a lia uxore procreatus, capta est, quem ad Darii milsum tantum abfuit ut ob patris perfidiam rex aliquo malo affecerit, ut domo etiam & fortunis amplissimis in Persis collocarit. Sed quanquam in Dario mite, ut apparet, fuerit, ingenium, uix tamen tam in eo ornando naturam secutum crediderim, quam ut in bello, quod in Athenienses animo moliebatur, tam iuuenis animum quam patris, ad rem opportunius gerendum, beneficio occuparet. Atque hæcenus per hæc in Ionas est fauor, quorum qui tantis cladi bus superfuere, uectigales facti ad tempus quieuerunt. Sed dum hæc à Persis in Ionia & Hellefpono gesta sunt, aut certe non multo prius, nam ex instituta rerum explicatioe, Romana plurimum externis sunt à nobis præferenda, triennio postquam ad Regillum lacum pugnatum est, neque pax certa, neque bellum, ut Liuius scribit, cum Latinis fuit. Dionysius post cladem ibi acceptam, cum adhuc Posthumius dictator esset, legatos ait ex toto Latio Romam uenisse, ueniam implorantes, suppliciterque in curia petunt, ne senatus populusque Romanus, ob unum defectuosis crimen, cuius causa penes ciuitatum principes esset, qui suos populares inuitos ad arma compulsi, Latinum nomē ad internicionē delerent, quin cognationis originisque suæ memores, in societatem & amicitiam deditos reciperent. Aut si cum uicta gente tam æquis conditionibus non uideretur agendum, darent ipsi quas uellent leges, nullas quidem tam duras, & difficiles daturi, quas non Latini libenter bello prælati essent. Hæcque illos cum flecta, ad pedes Dictatoris obuolutos, multum diuque precatos, quibus emollita senatus ira, plerique patrū præ nimia misericordia lachrymas dederunt. Tum uero haud unam in curia sententiam dictam, T. Largij, qui priori anno Dictator fuerat, pacis uenique, dan dæ autorem fuisse, & ut parçæ præfenti fortuna Pop. Rom. ueretur, ut unius uiri, sic ciuitatis ornamentum esse dicitantem, non corrupti rebus prosperis, sed moderatè suos ferre successus, felicitates hominum per se inuidiosas esse, sed tum multo magis, si miseris & afflictis acerbæ sint, & contumeliosæ. Meminisse adhæc oportere nil minus tutum esse uolentibus imperare, quam arma adhuc tenentem in extremam necessitatē & desperationem adducere, instandum uestigijs maiorum, qui magnam uictoriæ fructum in clementia posuerunt: Id argumentum esse quod hostium quos uicissent, alios ciuitate donassent, fœdere alios, & hospitio sibi publicè & priuatim iunxissent, idque non in Latinis modo, quos sæpius uicerunt, sed Hetruscis quoque, & Sabinis sedulo factitassent: Debere adhæc imperium quod stabile mansurumque sit, beneuolentia potius, quam ui & armis muniri, cuius ratio tota in fide & consensu parere uolentium sita esset, non in terrore & sæuitia. Stultum esse ab eo fidem expectare cui libertatem, qua nihil est homini natura charius, ademeris: quare beneficio nõ sæuitia, societate non seruitio, studio non metu censere Latinos ad officium reuocados, quando nulla re homo homini facilius, quam æquitate copuletur, qua sublata neque fœdus, neque societates ulla diuturna esse possent. Accesserunt huic sententiæ plurimi patrum. Seruius tamen Sulpitius unum adijciebat, ut in fœdere renouando dimidium agri Latinis adimeretur, in quem Romani coloni mitterentur, indigenis mixti, uelut in unum corpus Latini Romanique coalescerent,

A sic pax Romano firmior certiorque futura. Secuta Spurijs Calsij sententia longè atrocissima, quæ censabat urbes funditus euerendas, autores defectio nis ad supplicium deposcendos, cæteram multitudinem Romam tradendam, imitandos conditores urbis, qui ne Albæ quidē, unde se oriundos sciebant, quia insanabili esset in se animo, peperissent, esse inuidiam uitium incurabile, & quod plus omnino, quam tolerari possit, suis affectibus indulgeat, augeri que cum alieno successu, nec nisi clade alterius luctu ueremitti, nec ullo modo expectandum, ut Latini desinant Romanis inuidere, quibus quo magis res urbis huius florebut, inquit, eo ualidius illis suspectæ erunt & inuisæ: Bellaque bellis ferendo, si aliter non queant, uanis bellorum terroribus Romanum nomen semper sollicitum, suspensumque inter bellum & pacem habebunt. Hæc Spurio fremente, Dictator & maior pars senatus mitissimam uiam ingressi, legatos in curia reuocatos perhumanè benigneque affati, pacem se daturos polliciti sunt: si quam primum captiuus, & transfugis Romam missis, Romanos exules suis finibus pellerent. Quod quum sedulo illi fecissent, ex ueteri formula fœdus est cum ipsa gente renouatum, anno quartodecimo, ex quo reges habere Romani desierant, tum demum Tarquinius Latio eiectus, quum iam nonagenarius esset, Cumas ad Aristo demum tyrannum se contulit: ubi regno, patria, opibus, priuatus necessitudinum omnium inops, paucis diebus fato decessit. Liuius triennio, ut dixi, postquam ad Regillum lacum cum Latinis est pugnatum, neque bellum, neque pacem, cum ipsa gente fuisse scribit, quo temporis spatio, Aulo Sempronio & M. Minutio consulibus, ædes sit Saturno dedicata, trahitque in dubium tempora, annalium scriptoribus parum perspicua ea digerentibus, illud interim pro certo ponere ausus Appio Claudio & Pub. Seruilio consulibus, qui annus, ut ipse colligit, quartus à Regillana fuit pugna Tarquinius Cumis mortuum, haud inficiatus fuisse quosdam qui Aulo Posthumio & Tito Virginio, quorum anno cum Latinis sit pugnatum, Appium Claudium & Seruiliū subiecessent, quibus consulibus Tarquinius mors Romam sit nunciata. Eodem anno Signia colonia, quam Tarquinius deduxerat, suppleto colonorum numero, iterum deducta est. Romæ tribus uia & triginta factæ. Idibus Maij ædes Mercurij dedicata. Volscicum quibus Latino bello nec pax fuerat, nec armis disceptatum, quia tamen ex confesso in Romanorum exercitum comparauerat, bello sunt à consulibus petiti. Cæterum inopinata re percussis, trecentorum principum filios, à Cora & Pometia obsides consulibus dederunt, quibus Romam reuersis, uix paucis interiectis diebus, bellum occultè reparant. Hetruscis in societatem assumptis, legatos ad sollicitandos Latinorum animos passim dimittunt. Latini post cladem ad Regillum lacum acceptam non solum arma, sed eos quoque, qui se ad ea recipienda hortarentur, uehementer odisse, eaque ira effecit, ut Volscorum legatos iniectis uinculis Romam cum iudicio eorum quæ à Volscis pararentur, ad consules & Senatum miserint. Id aded fuit patribus gratum, ut captiuorum sex milia ad Regillum lacum capta, Latini nominis urbibus remiserint, ac tum demum de fœdere cū ipsa gente renouando, quod ad id tempus fuerat negatum, ut Liuius ait, ad magistratus reiecerint. Gaudere tum Latini facti, coronasque auream dono Ioui in Capitolium miserunt. Venit cum legatis multitudo ingens eorum qui Romæ seruiuerat, gratulatorijs, apud quos fuerant, quod liberaliter habitū ab his essent, humaneque in sua calamitate culti, iunguntque ob eam rem hospitium inter se & amicitiam: factum que his mutuis officijs, ut nunquam Latinū nomē fuerit Ro. imperio cōiunctus. Instabatque

Sp. Calsij sententia atrocissima.

Fœdus cū Latinis renouatum.

Tarquinius interitum.

Ædes Mercurij.

Latinū fœdus renouatum.

Discordia ciuili ob æs alienum.

Seditio ciuili.

App. Claudius P. Seruilius consules.

Instabatque nihil secius Volscum bellum, quum grauis Romæ ob æs alienum orta est inter ciues discordia. Fremebat plebs, quod ipsa foris pro libertate dimicaret, domi feneratorum iniuria circumuentura, fortunæ & libertate spoliaretur, tutam se magis inter hostes, quam inter ciues in suum tergum saeuientes, esse multos sui ordinis creditoribus addictos, indies que plures addici, apud quos nexis multo inferior sit uita, quam si in hostium manus incidissent. Actum de libertate plebis esse, nisi præfenti iniuriæ iretur obuiam. Hanc inuidia sua sponte gliscentem, miserabilis unius fortuna maiorem in modum auxit, magno natu quidam, squalida ueste, fœdèque habitu, corporis pallore & macie insigni, se repente in forum proiecit, ad hunc uisendum multorum factus est concursus. Efferauerat prolixior barba & capilli, oris effigiem, uerum quia ordinem duxerat, aduersasque cicatrices honestorum aliquot præliorum testes ostentaret, pluribus noscitantibus, unde habitus ille tetraque deformitas, circumfusa multitudo sciscitabarur. Tum ille duo se de triginta stipendia fecisse restarus, multaque pro publicâ libertate pericula adiuisse, quorum plurimè toto corpore cicatrices testes esset. Sabino bello fructibus, & pecore ab hoste direptis uillaque incensa, ob tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse, id que semel conflatum perpetuis usus paterno se agro primum exuisse, mox & auito, inde fortunis alijs, postremo ad corpus uelut tabe quandam peruenisse, ductum se à creditore cum duobus filijs, non in seruitutem, sed in ergastulum & carnicinam sæuissimam. Ostentare tergum recentibus uerberibus fœdum, multisque cum lachrymis Quiritium fidem, aduersus ea quæ indignè pateretur, implorabat. Ad hæc uisa auditaque, tanta animorum indignatio orta est, ut toto foro primum tumultuatum sit, clamor inde & trepidatio totam urbem per uasit, uincti soluti que in publicum se proripiunt, nullo deest loco uoluntarius seditiois comes, discurretur passim totis uijs, nec sine periculo patrum, qui tum forte in foro erant, à quibus uiolandis concita multitudo haud abstinuit, ni prope consules Appius Claudius & Pub. Seruilius opportunè ad seditioem opprimendam occurrissent. Tum in eos multitudo omnis conuersa, uincula & fordes corporis ostentare, ibique suam quisque militiam exprobrantes quærere an miseris id ciues meriti essent. Irent & senatum in curiam uocarent, se consilij arbitros moderatoresque futuros. Pauci admoudum patrum, qui tum forte in foro erant, in curiam coituerunt, cæteri metu se in priuato tenebant. Verum quum nihil per infrequentiam tangi posset, obstrepere multitudo, de industriaque id fieri, impediendæ rei causa, patres non adesse, miserias suas ludibrio senatu esse. Iam & consules haud dubie tergierant, ut ea actio ingrata patribus, longè que odiosa interiecta mora discuteretur. Saenire itaque multitudo nec procul abesse, quin consularis potestas uiolaretur: tum demum periculo rei, ne discordia ad cædem prorumperet, frequentior curia facta est. Hic non modo inter patres, sed inter consules ipsos parum conueniebat. Appius homo uiolento ingenio motum illum uanissimum comprimere oportere arbitrabatur, uno atque altero ad supplicium arrepto, cæteram multitudinem quieturam. Seruilius iratos animos, lenibus remedijs flecti, magis quam ui frangi tutius putabat. Afferunt interim tumultuoso nuncio Latini equites Volscos in fesso exercitu ad urbem uenire. Is nuncius longè aliter patres, ac plebem affecit, gaudebat hæc præfenti terrore, deosque superbiæ patrum ulcores adesse clamitabat. Hortabaturque alium alium, ne darent nomina, satis cum cæteris, quam solos pericuros. Patres contra ancipiti malo detenti, de salute sua, de quæ sum

A ma rei uehementer esse solliciti, aded seditio ex una ciuitate duas fecerat. Hic quum nihil præ nimia trepidatione expediri posset, Seruilius cui ingenij mitius, magisque populare fuit, hortatu patrum in concionem prodijt, ostenditque circumfusa multitudini causam plebis curæ patribus esse, iam dudum de eius commodis deliberabundos sedere, cæterum in teruenisse præfenti consultationi, quæ ad partem ciuium pertineret, maiorem alteram de uniuersa Republica. nec quæ hostes haud procul à mœnibus essent, negocium bello præuerti ullum debere, nec si res dilationem patiatur, honestum plebi esse, nisi mercede prius accepta, nolle pro patria militare, neque patribus decorum uideri, metu & necessitate fortis ciuium fortunis, non uoluntate consuluisse, concioni deinde addidit fidem edicto, quo ne quis ciuem Romanum uinctum, aut clauisum teneret, imperauit, quo minus edendi nominis apud consulem potestas fieret. Ne quis bona militis, dum in castris esset, possideret, aut uenderet, nec liberos nepotesue eius moraretur. Ad id nouum edictum ex tota urbe factus est ad consulem concursus, uis nexorū ingens ex priuato se proripientium in publicum processit, magnoque omnium studio consul legiones in hostem duxit. Tentarunt Volsci Romana castra, an ob seditioem nuper motam, transitio aliqua ad se fieret. (Enimuero Romanæ discordiæ fiducia bellū ea gens reparauerat, satis constanti fama priusquam ulla aperta seditio erupisset, plebem à patribus alienatam) miserunt uigiles hostium accessum, concla matumque est in castris ad arma. Volsci ubi id sibi inceptum irritum cecidit, reliqua partem noctis quieti dederunt, postero die, ubi primum illuxit, Romanum uallum ferociter inuadunt. Continuit parumper suos Seruilius, ubi uero sensit signum ab omnibus efflagitari, militem auidū certaminis in hostem emisit, Volsci ad primū congressum fusi, fugati que, se trepidè in castra receperunt, quibus postea metu relicto cum omni præda Romanæ potius est, inde ad Sueslam Pometia Romana castra admota, quæ paucis diebus capta, prædæ militibus cecidit. Cæterum dum foris hæc à Seruilio geruntur, Appius consul, ut Volscorum supplicium alijs documento esset, ne datis obsidibus fœdera uiolare amplius auderent, trecentos eius gentis obfides in foro securi percussit. Mecetrani Volsci Pometina clade territi Seruiliū Romam decedentē adeunt, pacem implorant, pax illis ex senatus consulto data, ager tamen ademptus. Sabini & ipsi non nihil terroris iniicere, subita in Romanum agrum incurfione. Tumultus fuit is uerius quam bellum, nam noctu trepidè nūciatum est Sabinos per Romanum agrum ingressos, latè omnia uastare circa Anienem: simulque Aulus Posthumius (Liuius Aureliū pro Aulo scribit, fuerat is Latino bello Dictator) cū toto equitatu est in hostem missus. Secutus Seruilius consul, cum robore copiarum. Sabinorum perquam pauci sunt in agris reperi, plures quidē cibo & uino graues in uillis oppressi, cæteri Romanorum occurtum ueriti in pacatum trepidè abierunt. Res tanta est celeritate confecta, ut nocte una auditum sit & finitum bellum Sabinum. Dionysius maiore quadam ui & quasi iusta acie in Sabinos dimicatum scribit. Postridie, ne belli aliquando materia deesset, legati Arunci senatum adire, bellum ni agro Mecetranis adempto decederetur, indicturi. Auruncus exercitus cum legatis domo profectus, circa Ariciam eodem die conspectus, tantam ciuitati trepidationem incussit, ut ne legatis quidem pacatè responderi poterit. In fesso itaque agmine in Auruncos itum, nec procul Aricia collatis signis, prospera pugna debellatum est. Ciues paucis diebus uictores consulibus promissa expectabant. Appius cum infusa superbia, tum gloriâ bello partâ inuidens collegæ, primo ne triumphus

Seditio discordia autoritate Seruilij.

Volsci acie uincuntur.

Obsidibus CCC. caedes. Diuersi bellorum motus.

Appij Claudij in collegam inuidia.

triumphus ei decerneretur autor fuit, inde ut eius si dem irritam faceret, ius asperimè de creditis pecunijs dicere. Et iam qui nexi fuerant reddebantur creditoribus, ne scelerantur alij, tum uero undique ad Seruiliū concursus fieri, ab eo que auxilium implorabat ciuitas, rogare obtestari que, ne ciues suæ fidei creditos feneratorum crudelitati proderet, sed fidem plebi datam exolueret. Audire ille preces, ceterum patrum conspirationem ueritus, tergieruari, ita medijs inter utrunque ordinem agens neutrius gratiam reportauit. Patres mollem consulem & ambitiosum, plebs perfidum arbitrari, eo que odij ciuitas euecta est (Appium enim iam antea oderat) ut orta inter consules ipsos contentione, uter Mercurij eodem dedicaret (siquidem hoc anno secundū quosdam dedicata est) patresque ad plebem id decretū reiecissent, additumque esset, ut cui populus eam dedicationem demandasset, is urbi cæ annonæ præesset, mercatorumque collegium institueret. Populus consulibus posthabitis M. Lætorio primipili centurioni, ad utriusque consulis ignominiam, honorem demandarit. Per hæcque iam anno circumactio Appius & Seruilius magistratu abiere. Secuti consules Aulus Verginius & T. Vetusius. Principio huius anni plebs uno cum patribus certamine ferocior facta, incerta quales habitura esset cõsules, pars in Exquilij, pars in Auentino, nocturnos celebrat cœtus, de ea re quum consules ad patres retulissent, totus ordo in eos inuectus, ipsorum culpa id accidere uociferatur, solum esse deiectumque corpus reipublice consulū ignauia, unum uirum plusquam consulem in Repub. superiore anno fuisse, Appium Claudium, qui eiusmodi cœtus momento temporis diffusurus fuerit. His uocibus malè habiti consules, quum quæsiuissent, quid patres fieri uellent, decernunt, quãdo perspicue appareret multitudinem ocio lasciuires, ut quãmacerbissimum habeant delectum. Dimisso senatu consules tribunal ascendunt, citantque nominatim iuniores, quum ad nomen nemo responderet, negaretque circumfusa multitudo plebem decipi posse amplius, nunquam militem unum habituros nisi ciuibus promissa soluerentur, quia haud dubium si uis tentata esset, scedum certamen mouebatur, priusquam ultima consules experirentur, in curiam reuersi, iterum consulunt patres, identidem testati ingentem seditionem excitari, si uis agendum sit. Tum ferocissimus quisque patrum ad eorum sellas progressi, magistratu abire iubent, si imperio uti nescirent, aut metu nõ auerent. Tum illi, quando uobis ita euenire placet, parati sumus omnia experiri patres, quanquam æquum esset, ut qui intra parietes curiæ tam ferociter loquuntur, adessent, præsentis inuidiæ aut socij aut spectatores. Cum hisque in forum reuersi, quandam de industria qui fortè in proximo steterat, citari iubent, qui quum tacitus staret, eique ne uiolari posset plurimi circumfisterent. Licetorem consules ad eum mittunt, quo repulso indignum facinus fieri clamitantes, qui patrum fortè aderant, ex superiore loco deuolant, ut licetori auxilio essent. Tum impetu à licetore in eos uerso, discerpti à multitudine fuissent, nisi cõsulum intercursum sedata fuisset rixa. Consulibus iterum in curiam reuersis, senatus tumultuose uocatur, postulantibusque ijs, qui pulsati erant, quæstionem, ibi consules tumultum & uociferationem senatui exprobrantes, quod nihil plus sanitatis in curia, quam in foro esset, sententiam ordine rogare cœperunt. P. Verginius primus sententiam dixit. Censuit is eorum habendam rationem, qui Publij Serulij fidem secuti, Volco, Sabino, & Arunco bello Rempublicam iuuissent. T. Largius haud tempus adesse dicebat, quo merita tantum exoluerentur, totam plebem alieno ære laborare, haud enim discordiam semel motam sisti posse, nisi unà omnibus consulatur,

Seruilius patrum et plebis odium incurrit.

A. Verginius, T. Vetusius cõsules.

Scedum certamen.

Tres sententiæ dictæ in senatu.

quia si alia sit aliorum futura conditio, accendatur magis seditio. Ap. Claudius immitis, & semper plebi maximè infestus, lasciuires magis multitudinem quam scire præfatus, ex prouocatione id malum natum dicere, ridere plebem minas consulum, uerius quam imperium. Irent & Dictatorem crearent, à quo prouocatio non esset, tum huius si quis periclitari uelit licetorem uiolare audeat, quum, sciat ius de tergo uitæque sua esse penes, eum cuius maiestatem uiolarit. In hac sententiarum uarietate et si ferrox nimis & horrida Apij sententia uidebatur, quæ omnia in ui reponebat, uerum quia Volsci & Equi in armis erant, ut Latini nunciabant & Sabini iam bellum erant illaturi, quod ex Crustumeria nunciabatur, tot tantisque difficultatibus circumuenti patres, consulibus mandant, ut Dictatorem creent, populari, mansuetoque ingenio, ne in subita terribilis per se magistratus creatione aliquis maior motus oriretur. Consules, M. Valerium Publicolæ fratrem Dictatorem dixere. Is proposito edicto, nihil ferè à Seruiliano illo superiorum anni diuerso (erat adhæc Valeriorum nomen, & ob eiectos tyrannos, primumque consulum satis populare, plebi que minime formidolosum) iuniores citati, omni omisso certamine, nomen confestim dedere, decem legiones conscripserat, quantus ad id tempus nullus antea exercitus, nec bellum dilationem patiebatur : iam Latini nunciantes suum ab Equis agrum uastari, petebant à senatu, ut aut ipsi legiones mitterent, aut permitterent Latinos per se suos fines tueri. Vetusius (nam non placebat Latinos arma retractare) cum parte copiarum in hostes primo missus, qui suo accessu populationem inhiuit, cessare. Equi in altiora montium, magis locorum natura quam armis freti, Verginius in Volscos profectus uastatione agrorum hostes in aciem exciuit. Qui cum multitudine abundarent, contemptim iniuere pugnam: Consul defixis pilis iussit suos immotos stare, ubi uero hostis ad manus uenisset, uibrarent gladios. Intulerunt se igitur Volsci Romanis, uelut metu stupentibus, mox uero impressioe ex aduerso facta, gladijsque circa ora micantibus terri, tanquam in insidias præcipitati, terga uertunt, ubi ne ad fugam quidem satis uires suppetebant, quum temerario procursum nuper inuecti, corpora fatigassent. Fusos igitur Romanus agit, ægreq; fugam molientes facile adeptus, in eorum castra agmine penè mixto irrumpit. Quibus potitus, pergit abeuntis agminis terga carpere, multaque fugientium agentiumque pertinacia. Velitras utrunque agmen uno tempore peruenit, quo contigit ut Volsci Romanique simul urbem sint ingressi. Tum cædes ibi promiscue omnis sexus & ætatis edita, pauci seruati, qui abiectis armis ueniam petiere. Hæc in Volscis gerebantur, quum Valerius Dictator Sabinos acie uicit. Equite repente immisso, turbauit primò hostium aciem, inde cornua latè producetes, priusquam à pauore animos reciperent, pedites mediam aciem, ordinibus parum ibi aptè cõsuntibus, inuadunt, inde facilis uictoria secuta, fusis hostibus. Dictator castris positus est. Romam deinceps reuersus de Sabinis iterū triumphauit. Locus ipsi ac posteris in circo ad spectandū publicè datus. Veliternus ager Volscis ademptus est. Colonique Velitras missi. Bellum cum Equis qui se montibus tenebant adhuc integrum erat, fuitque ea mora militi suspecta, uelut de industria bellum traheret, ut priusquam Romam iret, Dictator se potestate abdicaret, eiusque promissa irrita ut prior anno Serulij consulis, caderent. Perpulerunt itaque consules huiusmodi querelis, ut nõ sine periculo in aduersos mōtes agmen temerè direxerit. Hostium ignauia effecit, ut res stultè nimis et præcipitater mota, feliciter cesserit. Terri Romanorum audacia Equi castris que arduo munitissimisque loco habebant turpiter relictis, in subiectas ualles pro uictis abierunt. Fuit

M. Valerius Dictator.

Volsci aciem cunierunt.

Capiuntur Velitras.

Sabini à Dictatore prælio superantur.

Equi uincuntur.

Fuit uictoria eo lætior, quo minus expectata prædæque affatum in castris quæsitum, sicque triplici bello ciuitas defuncta, tota in domesticorum certaminum euentum sese erexit. Verum enim uero feneratorum gratia ad eum præualuit, ut quum Valerius in curia de nexis retulisset, quæ prima post reditum fuit illi actio, ostendissetque quid sibi fieri placeret, reijcien te eam senatu relationem, se magistratu abdicauerit, testatus se ciues, qui ex sua fide ad eam diem pependissent, haud spe uana frustraturum amplius, uideret tamen, se uelut ea quæ oculis uidentur, fore, ut nõ multo post optarent patres, ut tales plebs Romana haberet patronos, qualem ipsi concordia autorum in curia repudiaissent. Nam quæ ad se attineret, pace foris parta non esse cur in Dictatura amplius permaneret, priuatus potiusquam Dictator seditioni interfuturus. Eum curia egressum freques plebs fauore est & laudibus domum profecta. Satis constabat, quia fidem publicam exoluere non posset, se dictatura abdicasse. Vix crediderim pro cõsione eum, quod Dionysius scribit, accusasse patrum perfidia, quæstumque multum de eo ordine, quia septuagenarius esset, excusata corporis imbecillitate, magistratu abijisse. Fuisse id quidem imminenti seditioni, ut citius in apertum erumperet, gradum facere, subdereque plebeio furori facas. Verecundior abdicatio illa, quam Lilius celebrat, multoque ad multitudinem in officio continendam, salubrior. Patres ueritine demisso exercitu, occulta rursum consilia, coniuuratione aliqua ferent, consulibus mandant, in quorum uerba miles iurauerat, ut per causam renouati in Equis belli, legiones urbe educant. Nec plebem latuit quorum tenderent senatus consilia. Confestim ad uim conuersi animi, primoque inter milites agitatum, de consulum cæde ut sacramento milites soluerentur, tantum tunc apud omnes ualebat sacramenti metus. Docta deinde multitudo religionem non solui scelere, Sicinio duce, uiro ad id tempus ignobili, iniussu consulum in montem tria milia passuum ab urbe, qui fuit postea sacer dictus frequentiam agmine fecerit. Dionysius cui libenter accedo autor est, legionibus extra urbem (ut iussu erant consules) ductis, castrisque bifariam factis, secessio nem utrinque Sicinij ductu facta. Fuit hic annus ab urbe condita ducentesimus ac sexagesimus, ab eo uero quo libertas parta erat sexagesimus. Hic igitur communito ad tempus loco, pacatæ legiones, nihil præter quæ ad uictum erant necessaria ex proximo fumentes, plures sese dies tenuerunt. Mutuus interim pauor ciuitatem agitabat. Timebant patres residem in urbe multitudinem, contra inermis turba à suis destituta, iratum ordinem uehementer formidabat, omnia incerti mutuique terroris plena, nec facile senatus expedire poterat, qua potissimum uia ingressus, præsentis malo iret obuiam, eratque suspectior longior mora, ne si ciuili seditioni hostes interuenissent, de summa rei periclitandum esset, nam & Volsci & Hernici in armis esse dicebantur, & Sabini, ne quis terror deesset, ipsi quoque minaciter bellum ostentabant. Nulla igitur, nisi in ciuium concordia, reliqua spes erat. Eam per æqua & iniqua in ciuitatem reuocandam patres rati, Menenium Agrippam siue Memmiam, ut Plutarchus scribit uirum multa facundia, & quia plebeijs ortum natalibus, multitudini non mediocriter charum, in castra, de reconciliatione acturum, mittunt. Is ubi eum uenit, stetitque in medio dicturus, fabulari narratione, eaque perbreui, ita multitudinis animos uersauit, ut cõtinuo ad pacem inclinauerit. Sermonis illius summa hæc fuisse traditur. Conspirasse olim in uentrem cætera membra corporis, quum non omnia in unum ut postea consentirent. Enim uero ocium illi & uoluptatem inuidebant, indignumque arbitrari, se omnia uitæ ministeria obire, eum solum in medio

Valerij in senatu oratio.

Valerius se Dictatura abdicat.

Novam populis seditio.

Secedit plebs in sacrum montem.

Menenius.

Menenij fabulam exemplum.

quiescere, ciborumque uoluptate perfrui, ambulare pedes, operari manus, audire aures, oculos uidere, olfacere nares, linguam loqui, dentes cibum subigere, unum uentrem esse in toto corpore, qui nihil nisi uoluptatem sentiret, conspiratum ob id à cæteris partibus in hunc unum, ne ipsius desiderijs occurrerent, ne manus cibum darent, ne os datum acciperet dentesue conficerent, factumque hac ira, ut dum uentrem inedia domare contendunt, membra ipsa sint cum eo extrema tæbe consumpta : ac tum demum apparuisse, uentris quoque haud segne in alendo corpore esse ministerium, quippe qui suggerens uitalem in omnes uenas sanguinem, alacrius potius cætera membra, quam ab eis alatur. Atque huiusmodi illum similitudine usum, plebis iram in patres, qui domi residerent, præsentemque seditionem, fabulose illi comparando, ita multitudinem flexisse fertur, ut facilis secuta sit reconciliatio : tum primum plebi datum est, ut suum haberet magistratum, qui sacrosanctus esset, cui auxilij latio aduersus consules foret. Disertusque expressum, ne patrum cuiquam eum magistratum capere liceret. Ita Tribuni duo primum creati. C. Licinius & L. Albinus, qui tribus sibi collegas cooptarunt, quorum unus Sicinius seditionis autor fuit, qui duo reliqui fuerint parum conuenit. Et hæc breuiter Lilius ut cætera. Dionysius uarijs inter patres sententijs certatum scribit, esset ne plebs ad concordiam reuocanda, an qui fecissent pro exilibus habendi, atque ex Latio & oppidis circuniectis accersendi qui urbem incolerent, seruique libertate donandi, quibus in bello uterentur, quod fieri oportere Appium Claudium in primis censuisset, homo uehemens, & qui cum M. Valerio, non solum sententia, sed conuicio etiam in senatu disceptauit, hoc superbiam Appio factionemque exprobrante, Valeriae genti illo ambitionem tyrannicamque studium. Dictam & à Menenio ait primo loco sententiam, quam cum ferociores patrum (erat enim pacis autor) minus probarent, Sp. Cassij & Posthumij Cominij consulum, qui per secessionem magistratum iniuere : denunciatione terri tantum quieuerunt. Si quidem consules interfecti, in summo Reipub. periculo, quando plures in feneratorum gratiam turbatores pacis essent, appellatos se de Reipub. seniores tantum, in eorumque sententiam passuros senatusconsultum fieri. Atque ita quiescentibus ceteris Menenij sententiam tenuisse, missos in castra, ipsum sententiæ autorem Menenium, M. Valerium, P. Seruilium, Q. Posthumium Tubercum, T. Ebutium, Seruium Sulpi. Aul. Posthumium & Aul. Verginium, omnes præter unum consulares, ubi cum legati leniter audax facinus multitudini exprobrarent, contra, qui plebis causam tueri, omnem discordiæ culpam in patrum superbia, & saeuitiam reijcerent, Menenij fabula tepestiue adhibita, animos ad pacem inclinasse, nec duos tum primū Tribunos, sed quinque numero creatos, L. Luniū cognomento Brutum, C. Siciniū Bellutum, C. & P. Licinios & C. Iustilium Riuganiū, ac sacra lege magistratum inuolabilem factū. Legis formula talis ad posteros est tradita. Tribunū inuitum tanquam unum è multis nemo uolum cogito agere, neque uerberato, neque alteri ut uerberet imperato, neque occidito, neque occidi iubeto. Si quis horum aliquid fecerit, impius execrabilisque esto, bonaque eius publicantur ad sacra Cereris, & qui aliquem hæc agentium occiderit, cædis expiatus esto. Iuratum inde in præscriptum legis, araque ubi castra fuerunt Ioui metum soluenti erecta, ibique sacra peracta sunt, quæ res loco postea nomen dedit, ut mons sacer diceretur. Hæc Dionysius tanto longiore quam Lilius sermone, ut si uerbo sum unius stilum mihi sequendum proposuisset, nunquam uel serò institutum opus ad exitum perduceretur. Ciuitatis statu in hunc modum pacato, delecta à consulibus

C. Licinius, L. Albinus primus Trib. plebs.

Sp. Cassius, Posthumius, Cominius consules.

Sacra lex.

Quare sacer mons.

habito, Posthumius, collega ad urbis praesidium relicto, in Volscos legiones duxit, Antiatibusq; Volscis leui praelio fugatis, Longulamq; compulsis, oppido breui positus est. Mox Mucianus (Dionysius Polum scribit) ex eadem gente uicinitate, tum Coriolos Consul magna uis est oppugnare adortus, erat in his castris Cn. Martius patricio genere iuuenis, ualideq; manu promptus, cui Coriolano, ab praeclearo facinore in oppugnatione illa edito, postea cognomen fuit. Eratq; is forte eo die in statione, quum Volscarum legiones ex improviso conspiceret, tumultum in castris exciuit. Is caetero exercitu ad excipiendum hostem conuerso, cum ijs, quos secum in statione habuit, non solum eruptionem ex oppido factam sustinuit, sed pullos etiam uis hostes, porroq; ad urbem fugatos, persecutus, per patentem portam ferociter intra moenia irrupit, caedeq; in proximo edita, ignem temere arreptum, in tecta pomerio contigua contorsit, quae res hostibus terrorem, Romanis fiducia auxit. Fumus procul conspectus, clamorq; ex urbe rediit, speciem socijs praebuit, capti ab Romano oppidi, ita uno tempore Antiates & Volsci percussis animo, fugati sunt, atque oppidum captum. Dionysius Martij operam non minus claram in acie eo die, quam in expugnando oppido fuisse ait, quippe qui Coriolis captus, ipse ad consulem gestae rei nuncios aduolauit, petieritq; eum sibi locum dari, qua maxime hostes impressionem facturi uideretur, factumq; ut in mediam hostium legionem perumpens, circumuentusq; magna suorum strage, maiore hostium, tam diu in orbem pugnauerit, quoad milites partim pudore, partim minus consulis uicti, in hostem ruentes, refractis cuneo ordinibus, sese Martio iunxerint, ac tum demum hostes, non solum gradu summos, sed multa caede strageq; passim edita fugatos. Consul postmodum Martium pro concione laudatum, salerato equo donauit, & ex captiuis, quos ipse legisset, decem numero adiecit, & magnum argenti pondus, lectasq; ex omni praeda primitias, & haec consul illi magno circumfusa multitudinis fauore et consensu demisit, cui Martius quum gratias egisset, equum in usum belli accipere se dixit, et ex captiuis unum priuatum hospitem, ut liberum dimitteret ad suos, caeteris muneribus abstinuit. Conciliauit ea liberalitas apud milites maiorem adhuc fauorem Martio. Volsci bis acie uicti, aliquot oppidis eo bello amissis, quiete: foedus deinceps cum Latinis iactum est, ut Liuius & Dionysius scribunt: nec mihi excidit, q; loco haud multum hinc diuerso scripsimus, post pugnam ad Regillum lacum commissam, foedus cum Latinis renouatum, cuius rei est Dionysius autor, Liuius huius tantum meminit, ille utrumq; posuit. Cuius foederis forma haec fuerit. Romanis atq; omnibus Latinis urbis inter se pax esto, donec caelum terraq; eundem habeant statum, neq; bellum inferentibus ullis tuos transitus praebent, bellumq; gerentibus opem ipsi, ferunt totis uiribus, spoliisq; & praedae de hostibus communibus utrinq; equam fortiantur partem, priuatorumq; contractuum iudicia intra decem dies conficiuntur. His foederibus nihil addi adimiq; liceat, nisi Romanis omnibus Latinisq; aliquid addendum adimendumq; uidebitur. Haecq; foedera Romani Latiniq; tunc inter se sanxerunt. Alter consul Calsius, dum foris haec geruntur, aedem Cereris, Liberi, & Proserpinae, quae supra circum constituta est, dedicauit. Eam aedem Dionysius, qui est huius dedicationis autor, a Posthumio Latino bello memoriae prodidit, nec ita multo post adiecit Latinis ferijs diem unum, in plebeae recconciliationis memoriam addidit, quum duo antea omnino fuissent. Quorum unum Priscus Tarquinius sacrum sanxit, ob Hetruscos a se bello uictos. Alterum ipse populus regibus ciuitate eiectis, ob assertam libertatem. Menenius Agrippa qui publice recconciliationis autor fuit,

Coriolanus unde dicitur.

Corioli caput uentur.

Martij liberatus.

Foedus cum Latinis renouatum.

Foederis forma.

Cereris, Liberi, & Proserpinae aedes.

Menenij mors.

hoc quoq; anno mortuus est, re domestica tam re, ut sumptus funeri deesset, extulit eum plebs sextantibus in capita collatis. Miror Dionysium scribere eum consulem uita decessisse, triumpho nuper de Sabinis acto. Liuius Calsio & Cominio consulibus T. Geganium & P. Minutium statim subiicit, omni interim Sabini belli mentione suppressa, nec q; eam fidem adhuc magis eleuat, ipse qui rei huius est autor, quis illi fuerit collega expedit: & ne non semper idem aliqd a Liuiio diuersum proderet, quod ad plebis stitem in Menenij funus collatam attinet, autor est, patrum decreto, Menenianas exequias publica impensa instructas, plebem uero, eam pecunia, quam in hoc ipsum contulerat, non recepisse, sed Menenij filijs in patris memoriam dono datam uoluisse. Habuit, quod satis constat, sequens annus T. Geganium & T. Minutium consules, secutaq; est horum fasces annonae inopia ingens, quia per secessum in plebis, quae in aequinoctium autumnum incidit, agri minus culti fuerat, frumentum primo ex Hetruria aduectum aliqua ex parte urbi eam leuauit famem. Misi erant qui & in ora Capanae, & in Opicis circa Cumas frumentum coemere, Chalcidenses et Cumei urbem ipsam condiderunt, ut diuerso est a nobis loco proditum. Dionysius Eretrienfes conditores tradidit, quippe qui precedente tempore sint a Gallis & Cumeis eieci. Mirum est, quod idem autor scribit, sub id ferè tempus, quo Tarquinius regno excidit, Cumas a Daunijs, Umbris, & alijs circueiectis gentibus, tantis opibus oppugnatas, ut quingenta pedum milia duodecim equum uno tempore barbari in armis habuerint accidisseq; interim prodigium memorabile, quod Vulturinus et Clanis amnes hostium castra praeterlabentes, retrò flexerint cursum: eoq; miraculo Cumanos in spem bene gerendae rei erectos, in pugnam egredi ausos, fretosq; locorum opportunitate immensum profligasse exercitum. Nec ita multo post Aristodemus Aristocratis filius cum duobus milibus Cumanorum in Latium, ut ille ait, ad Aricorum subsidium, qui ab Arunte Porcena filio obsidebantur, publico Cumanorum decreto uenit, praelioq; circa Ariciam cum Hetruscis conferto, Aruntem interfecit, disiectisq; Tuscorum copijs, posteaquam domum uenit, primoribus ciuitatis, in quorum manibus erat res Cumana, in curia obruncatis dominatum occupauit, multitudinedq; duabus tyrannicis largitionibus, agri alienique eris diuisione, delinita, nobiliu liberos in agros relegauit, ciuibus arma ademit, corruptaq; muliebrib, illecebris iuuentute, stabilitam his artibus tyrannidem plures annos obtinuit. Nouissimè ab optimatum sobole, quae in agris adoleuerat, nocteq; una cum tota domo oppressus perijt. Sed haec postea. Anno eius principatus quarto decimo, quum fama & opibus floreret, Romani frumentatores Cumas uenere. Ibi ab Roma exules qui eò Tarquinius secuti fuerant, ad iniuriam coorti, probris primo legatos incessunt, inde quum Aristodemus appellaretur, negarentq; Romani, se in mandatis habere, ut de publico negotio uspiam disceptaret, posteaquam tyrannum rem ad exiles trahere apparuit, nec rem procul ab iniuria abesse, nauibus cum pecunia relictis, noctu quum iam nihil obscure custodiri cepissent, in pacatum concessere. Liuius frumentum, quod ibi fuerat coemptum, ab Aristodemo, pro Tarquinij bonis quorum ipse haeres esset, retentum scribit. Nec qui in Pomentinum agrum frumentatum iuerant, hospitalius sunt a Volscis accepti, parum absunt quin exploratoribus sint capti. Fuerant & in Siciliam missi P. Valerius & L. Geganius, qui triticum inde emerent, hi tempestate iactati in insula hyemauerunt, eratq; tum Gelo Siciliae tyrannus, & non Dionysius maior, ut Macer Licinius prodidit. Enimvero Dionysius octogesimo post anno Syracusis regnauit, Gelo nis permisso Romano liberè in Sicilia frumentati,

T. Geganium & P. Minutium consules.

Cumanorum conditores.

Prodigium.

Aristodemus Cumis tyrannidem occupauit.

Interitus Aristodemi.

Gelo tyrannus.

Coriolani sententia aduersus Trib. potestatem.

Coriolano dicitur.

Coriolanus in exilium abiit. Quae Dionysius de Martij iudicio.

mentati, ad quinquaginta milia modiorum tritici, cuius partem haud modicam dono a tyranno acceperant, quum iam T. Geganius & M. Minutius consulatum iniuissent, Romam adduxerunt. Nec fames rimenda erat amplius, si benignè patres annonam populo remisissent. Ceterum deliberante senatu, quantum ex eo plebi dari oporteret, plerique parum, & in his Coriolanus, uenisse tempus censebant, quo Tribunatus necessitate patricijs expressus, aliquanto maiore uia a plebe repeteretur. Fame domanda multitudo, quam ipsa sua stultitia fecisset, nisi tribunitiam potestatem patribus remitteret: cur ego, inquit Martius, plebeios in urbe magistratus uideo? ego qui Tarquiniom non tuli, Siciniam feram? sed cedat nunc, auocet plebem, patet in sacrum motem uia, rapiant si possunt ex agris frumenta, quos steriles & incultos reddidere, utantur annona, quam ipsi suo fauore fecerunt. Potuisset fortasse in tanta fame plebs adigi, ut relaxadae annonae conditionibus prius se magistratu spoliaret, sed ferocis nimis ea patribus sententia est uisa, & ut ferocita ad ciuitatis concordiam parum idonea. Verum enim uero ipsa rei mentio ita multitudinem offendit, ut uulgo fremerent, se uelut hostes fame peti, fraudarique peregrina annona, nisi Cnaeo Martio & supbissimo cuique patrum Trib. Plae. dedantur, nouum plebi carnicem ortum, nouum tyrannum, cui aut feruendum sit, aut inedia pereundum. Fecisset impetum multitudo in eum curia exeuntem, ni per opportune Tribuni plebis ei diem dixissent, tum uero suppressa omnium ira, ubi apparuit factam esse multitudinem eius uirè & mortis dominam. Parui faciebatur Martius Tribunorum minas, auxilij non poenae ius Tribunitiae potestati datum praedicabat, plebis cum magistratum esse non patriciorum. Hec ille. Verum adeo in fense in id iudicium plebs est coorta, ut perspicue appareret, patres fortissimi unius uiri poena defungi oportere. Resisterunt igitur aliquandiu aduersè inuidie, totius ordinis opibus in discutiendo consilio usi, quod ubi parum processit, in preces uersi, a plebe suppliciter petere, ut unius uiri sibi uitam condonarent. Ipse quum nihilominus saeuientem uideret plebem, ad diem non affuit, absensque damnatus, Antium in Volscos abiit exulatus. Haecque de Martij exilio Liuius. Caeterum odium Martij in plebe inde Dionysius exordium habuisse scribit q; in petitione consularis uirgentis spiritus passus fuerat repulsam, secundumque eam in annonae causa insectationem uim a tribunis illi curia egresso in tentatam, egreque patriciorum incursum ab eo uia-torem repulsum. Longus deinceps sermo de Martij damnatione trahitur Tribunitijs Senatorijsque contentioibus refertus, Tribunis patres ad populum criminantibus, quod Velitras (nam Velitrae & Orba coloniae eo anno patrum decreto ductae fuerant) plebis partem ablegassent, ut Veliterno caelo, cuius pestilens aura eo ipso anno omnes fere loci indigenas extinxisset, miserum ciues illum missi, extinguerentur, & quod populum annona fraudaret, ut multitudinem fame adactam, Tribunitia potestate sublata, in pristinum seruitutem redigerent, Martium praeter ceteris insectando, quod in Tribunitiam potestatem, uniuersamq; plebem superbe fuisset inuectus, consulibus aduersa inuidia resistentibus, mitissimisque actionibus iratam plebem lenientibus, recriminantibusq; Tribunos, ut superbos & insolentes, qui non patenter integrum esse patriam, in curia quod de republica sentirent loqui, negantibus senatusconsultum ullum factum, ut horrea populo clauderentur, rem ipsam tantum in consultationem uenisse. Caeterum quia liberius sententiae ceptae dici essent in curia Tribunitio furere discussam, paratum esse senatum omnia plebi, qui honesta & uilia essent, ultro exhibere, modo beneficij

loco collata, non uia Tribunitia expressa credi uelent. Perseuerasse deinceps ait Tribunos nihilo se-cius Coriolanum ad populum uexare ibique pro concione aliquanto contumacius quam antea in plebem & Tribunos Martium coortum, eorum iussu ad supplicium arreptum, consulum tamen interuentu iterum seruatum, sed post Trinundinum, diem illi dictam, certatumque inter patres sententijs, utrum patricij capitis iudicium plebi permitterent, Ap-pio Claudio reclamante, seruitutis iugum per speciem Tribunitiae potestatis haud accipiendum: contra M. Valerio ad concordiam retinendam, & liberam eius iudicij potestatem populo permittendam censente, identidemque illud affirmante, uel ob id ipsum unum, quod sibi alieni capitis potestas facta esset, plebem suae irae moderaturam: Martij praeter ea ornamenta omnibus nota, pudorem haud dubie multitudini impositura, quicquam de eo uiro durius statuendi. Atque ita demum re populo permissa ubi iudicij dies affuit, multitudine in urbe coeunte, Martij intrepida oratione usq; suaq; in Populum Romanum merita simul & uulnera, quae pro patria accepisset, militariaque ornamenta, uario animorum motu pro concione ostendisse, secundumque eam actionem a Tribunis accusatum, nec solum quia in plebem fuisset inuectus, atque in plebis magistratum, quod ad inuidiam illi faciendam Tribunitijs actionibus saepe fuerat iactatum, sed quod tyrannidem quoque affectasset, quod ex eo intelligi posset, quia praedam ex Antiat agro ipsius ductu captam, non in aerarium retulisset, sed inter eius expeditionis socios partitus esset, ut eiusmodi illecebris, scellitum sibi manu conciliata, commodius ad nefarium scelus aspiraret, atque ea re, quia credita est, magis multitudine iram accensam, tum non centuriatis comitijs, quae ex Seruij Tulli praescripto fiebat, in quibus prima classis, quae ex ditissimo quoque costabat, plurimum suffragia ualebat, sed tributus comitijs, quae ne fierent diu multumque consules obstitissent, ex una & uiginti Tribubus, quibus tum dati sunt calculi, nouem praesentem Martium absoluisse, caeterarum suffragijs perpetuo exilio damnatum. Hec Dionysius & Plutarchus, quo magis miror Liuium tradidisse Martium, quia ad diem iudicij non affuisset, absente damnari contigisse. Nec satis intelligo, quid Dionysius autor alio qui grauissimus secutus, crediderit, hoc primum iudicium ex prouocatione ad populum delatum, quod si post partam libertate adiecisset accederem illi haud grauate, sed excidit illi credo (nam non legisse quod scripserat absurdum est dicere) Hostilio rege Marcu Horatium perduellionis reum a duumuiris ad populum prouocatione certasse, ab eoque absolutum. Martij damnatio uehementi dolore patres affectit, cum ob tanti uiri exiliu tum quia gradum Tribunitiae potestati factum uidebant, ad uexandam deinceps tristibus iudicij nobilitatem. Ipse Martius domum reuersus uxorem & matrem muliebriter lamentantes consolatur. inde ambas ad liberos & domum concordiam animo tuendam hortatus, nemine salutato, Antium in Volscos exulatum abiit, ubi Actij (eratis Volsci nominis longe princeps) hospitium adeptus, breui illi ob hostilem animum, quem in patriam gerebat, insinuatus est Martius. Conferunt itaque inter se consilia de bello in Romanos excitando. Verum quia fieri non poterat, ut uulgus temere arma toties infeliciter tentata assumeret, arte opus esse rati, ut quae sua sponte multitudo factura non uidebatur, iniuria & uia aliqua externa faceret, sedulo belli feminarum queritabant, in quo reperiendo, haud multum necesse fuit elaborare, breuis facilisque uia est quae ducit ad flagitium & scelus. Parabantur ex instauracione tum forte Romae magni ludj. Valerius nunc Plebeios, nunc Circeses eos uarie nominauit. La-

Martius & Actius Tullius bellum quarerant.

Ludi Plebeij. Ludi Circeses.

Etantius Circeses fuisse prodidit. Dionysius eos ab Aulo Posthumio Latino bello uotos autor est. Ludorum pompa ex Capitolio per forum in circū maximum mittebatur. Rerū apparatus talis fuisse traditur: Equitum filij, quibus ætas apta esset pompæ, equis sedentes, qui que pedibus stipendia facturi erant, suis alis centurijsq; discreti præcedebat, ut exteris gentibus ostenderetur, qualis quantaq; iuuentutis indoles in spem ciuitatis interim subolesceret, hos aurigæ sequebantur, quadrigæ, bigæq; & e qui defultorij. Mox Athletæ leuiorum grauiumque certaminum, pudenda tantum uelati, cæterum corpus nudi, curru, palæstra, cæstibus certaturi. Saltatorum deinceps chori, uirorū primus, alter pubescere incipientium, postremus puerorū. Ordine deinde tibicines subsèque, utres & tibiolas inflates, Citharædiq; lyras septichordes eburneas, & que Barbata nūcupata sunt habetes. Saltatorū cultus, tunicæ puniceæ cingulis greis strictæ, enses lateribus pēdentes. Tela breuiora uiris. Galeæ æreæ, cristis insignes pennisq; excultæ. Præbāt choris uiri singuli saltationis & tripudij modū præmonstrantes, bellicosus motus, atq; uehementes proceleumaticis & rythmis imitantes. Enoplia saltatio in his usurpata, quæ & Pyrrhica nuncupata est à Pallade, ut creditur, reperta. Alij cures eius saltationis auctores arbitrati sunt. Enoplios choros, Satyriscorum cœtus est uestigio sequebatur. Erant hi in Sylenos & Saryros figurati, ca uillabundo motu, ridicula in magnis imitates. Atq; hunc demum ordinem Tibicines alij & Citharædi, uario sequebantur concentu. Ibant inde qui palsim thura & aromata thuribulis adolebant, multa que odorum fragrantia. Deorū simulachra auro argētoq; cæjata, uirorū humeris ferebantur. Tū demū Thensam, summi urbis magistratus, magna omnium ordinum caterua religiose sequebantur. Talis Circesium ludorum fuit pompa, quos tū instaurari contigit, quidam è plebe homo T. Latinus siue Tyberius Atinius, ut alij scribunt, per quietē à Ioue erat monitus ut cōsulib⁹ nunciaret, non placuisse sibi proximorū Cercēsium præfultorē, instare urbi periculū ingens, nisi darent operam, ut sibi ludi ex integro fierent. Id ille imperium, quum forte detrectasset, ueritūne si fidem non fecisset, pro ludibrio abiret in ora hominum, ita accidit, ut paucis diebus quib⁹ species illa fuerat homini noctu oblata, filium nulla euidētiore morbi causa amiserit. Ac tum iterum simili oraculo interrogatus, an satis magnam haberet spreti numinis mercedem, cæterum quū rem adhuc in occulto haberet, subita est corporis debilitate afflictus. Tū demum propinquorum consilio usus lætica primo in forum ad consules, mox per illos in curiā delatus ubi quæ per quietē fuerat iustus dicere ordine expo sedit, miraculo accidisse aiunt, ut in pedes erectus, domum incolumis abierit. Sed malorū demum aliquis Atinio in somnis affuit, qui futurū intelligēs, ut paucis diebus ille filij amitteret, ipseq; aliquanto breuius graui esset morbo defūcturus, ubi scilicet à se affigi desisset hanc fallendi ansam nactus, ut Ro. Pop. in maiores adhuc tenebras conijceret, ridiculū illud ludorum schema, oculis cæcæ multitudinis of fudit: Potuit & Atinius lāguorem corporis ad tempus simulare, ut fidem magistratib⁹ faceret. Verum quoquo modo id accidit (res enim dæmonica, aut humana fraude nō caruit) præfultorem, quod satis constat, interpretati sunt feruū, qui ab Antronio cognomento maximo, Circesium die, priusquam pōpa mitteretur, fuerat per eiulatus, & dira omnia sub furca cæsus. Hoc itaq; prætextu, quum ludi Romæ ex instauratiōe fierent, multi mortalium ex circūiectis oppidis, totoq; Latio (omnia enim tum pacata erant) in urbem spectandi studio cōuenerant, & in his Volscorum plurimi, Tullum Actium siue Amphidū, ut Plutarchus prodidit, secuti, hic ille, ut do

Pyrrhica siue Enoplia saltatio.

Satyrisci.

T. Latinus Tyberius Atinius cons.

Demoni præfultor.

Præfultor.

mi conuenerat, priusquam ludi committerentur ad cōiules uenit (Dionysius subornatum ab eo ait, qui secreti fide à cōsulibus accepta, fallum indicem detulerit) Tullius cōsulibus aditis, esse ait quod secretum cum eis de republica agere uelit. Erant tum consules C. Iulius & P. Pinari⁹, uiri magis urbano ocio, quàm reipublicæ tractandæ idonei, hos ille remotis arbitris docet, ingentem Volscorum manum spectandi studio Romam confluisse, uereri se, quando mobilia nimis essent ipsius gētis ingenia, ne ciuitate spectaculo occupata, aliquid indignū facinus, ut Sabini paucis ante annis, qui scorta rapere conati essent, perpetrare aggredierentur. Non igitur quod ali quid sciret admittitum criminatū se suos uenisse, sed cautū ne admitti possit. Nam quod ad se attineret, statuisse ut procul ab omni culpa abesset, confestim se domum abire, cætera ipsi prospicerent, atque hæc locutus cōtinuo urbe excessit. Dionysius per alium ut dixi, rem delatam prodidit, quasi cōiuratū à Volscis esse, ut noctu urbem inuaderent, monitos consules ait, ut periculum caueret, quod indicium, quo atrocius uideri, maioremq; ob id necessitatem Romanis imponebat, quæstionis in Volscos, ne tātum scelus impune abiret, exercendæ, eo mihi ueriora uidentur, quæ Liuius sequitur, qui leuioris est iudicij autor. Cæterum siue hoc indicio, siue alio res est ad consules delata, decreto patrum in publicum missi sunt, qui Volscos iuberent ante noctem urbe excedere, ingens turbatio primo Volscis incidit, audita præconis uoce, multaq; trepidatione ad res suas ex hospitij repetendas, discurrunt. Inde urbem egressis, cōfestim indignatio etiam animis orta est, quod ueluti impij spectaculo summoti essent, auxitq; multitudinis iram Actius, qui suos longo agmine abeuntes, ad caput Ferentinū excipiens, multa de presentis Romanorum iniuria questus, nulla dixit Volscū nomen maiore contumelia affici potuisse, quàm q; uelut impij sacro hominum cœtu eieci, omnibus ciuib⁹ finitimisq; populis, trepida tumultuosaq; profectiōne, spectaculo fuissent. Cōiuges & liberos per ora hominū præcipiti festinatione traductos. Quid eos suspicari oportuit, quibus præconis uox audita sit, aut qui agmine proficiscentes uiderint, aut profectis obuui fuerint? an aliud existimaturus, quàm nos in fando aliquo pollutos esse scelere, qui si spectaculo interfuissemus, ludi pure committi nequiuissent? ob idq; piorum sede cœtuque summos? Triumphatum, quis non uidet? hodie de nobis Romæ est, sed quantacunq; est hæc iniuria (est enim omnino ingens) in illius auctores, si uiri estis, recideret, & in eam urbem, in qua si uno mansissemus die per eundum omnibus fuisset: iam aperte illi nobis per hæc bellum indixerunt, bellum, ut spero, ipsis funestum & calamitosum, si tam fortiter hanc iniuriā ulcifici uolueritis, q̄ iniuste contumeliose que illata est. His Actij uerbis multitudine adhuc magis incensa iratis animis, in suos quisq; populos, digressi, ingentem animorum motū fecerunt, nec adeo multis interiectis diebus, magno totius gentis conuentu de iniuria relatum, ad quam ulciscendam quū animi inclinarent, quia in biennium factæ fuerant cū Romanis induciæ, erant qui tantisper expectandum putarent, quoad earum tempus exisset, alij satis iustam dicere sibi materiam rebellandi ab Romano datam tū in uarijs sententijs autore Tullio uisum est, Martium consilio admoueri, qui ubi in conspectu stetit, iustusq; de ratione belli dicere quid sentiret, multa prius cum præfatione ueniens, de suo exilio, de iniuria inimicorum, de patriæ erga se ingratitudine questus, ubi iustam in Ro. odij & iræ quam præ se ferebat causam adesse ostendit, præclare testatus est, nō eam sibi patriā uideri amplius, quæ se dignitate repulsum, domo, liberis, uxore, omnibusq; necessitudinibus priuatū extorret eiecisset, sed quæ eiectum ut ciuem

C. Iulius & P. Pinari⁹, uiri magis urbano ocio, quàm reipublicæ tractandæ idonei, hos ille remotis arbitris docet, ingentem Volscorum manum spectandi studio Romam confluisse, uereri se, quando mobilia nimis essent ipsius gētis ingenia, ne ciuitate spectaculo occupata, aliquid indignū facinus, ut Sabini paucis ante annis, qui scorta rapere conati essent, perpetrare aggredierentur.

Volsci urbe ieiunant.

Actij uerbis Volsci accenduntur.

Martij uerbis in Volscorum consilio.

ut ciuem complexa esset, gratoque hospitio foueret. Hæc primo effatus, cætera in eum est modum executus, ut diceret, nihil in bellicis consultationibus tam sibi necessarium uideri, quàm ut qui de re bellica consulent, quum suas, tum eorum, quos futuros sibi hostes destinent, priusquam arma induant uires diligenter pensitent, quum ex utraque reputatione, certa ac testata orientur consilia, in agendis rebus cautior administratio, addere etiam fiduciam ijs qui sunt suarum uirum conscij, mox illud admonere, nullius gentis opes magis quàm Volscorum Romano formidolosus esse, si in unum cōspirarent, connixique populi omnes bellum indicerent, de quo inferendo, quando quid sentiret coram dicere iustus esset, eam sibi esse sententiam, ut primum omnium bellum rite indiceretur, quando bella parum iuste illata, raro feliciter administrarentur, quare ut nō solum uiribus, sed causa etiam præstarent: illud eisdem admonere, hortariq; ut pie arma induerent, quod ipsum qua ratione fieri oporteret, se demonstraturum pollicitus subiunxit, obtinere Romanos urbes Volscorum, & oppida quædam, quæ Volsci iuris fuissent, ea per caduceatorem reperenda, tum si res non redderentur, bellum legitime indicendum, quod ut feliciter gereretur, nullam dicebat Volscō nomini occasionem maiorem à dijs dari potuisse, quando Romæ eo anno cōsules essent rei militaris expertes, magis urbano ocio, quàm cornibus & lituis affueti, & quod indubitata polliceretur uictoriam, rem Romanam intestina laborare discordia, qua nulla efficacior esset pestis, ad populorum opes soluendas: Odisse plebem patres, odio contra haberi, adesse malorum omnium faces Tribunus Pleb. qui militarem ætate assiduis concionibus in optimates irritarent, qui ocium pro labore, contumaciam pro militia suaderent, ut in tanta nuper ciuitate nihil sane esset, quod hostes ipsi formidare possent. Non imperium, non ordinem, non ueterem disciplinam. Disiectam fractamque iacere rempublicam sine consilio, sine præsidio ullo, magis fama nominis quàm uiribus fulta. Sumerent igitur arma, eam temporis opportunitatem complexi, bellum capefferent, hostem desiderem tribunitijs que actionibus uacantem, ferro, flamma, cæde, persequerentur, occasione ipsam bene gerendarum rerum matrem secuti, cætera ducibus dijsq; permitterent. Hæc quum Martius dixisset, uniuersum cōcilium probauit, missiq; sunt legati Romam ad res repetendas, & quia haud dubie apparebat, nihil impetratum iri, occulte interim Volsci bellum, quàm maxima ui possunt, comparant: quod ubi renuntiatiq; esset, postulata non præstari, cōtinuo ostenderunt: summa rei totius Martio & Tullio permissa est. Hic Martius ut priusquam Romæ legiones con scriberentur, præclarum aliquod ederet facinus, interitum dum Volsci cætera ad bellum expediunt, cum subitariorum manu, qui spe prædæ nondum in auctorati duces ipsam secuti sunt, in Roman. agrū ex improviso erupit, Tullius cum altera manu in Latinos mittitur, ut ab omni auxilio Romanis ferendo fociorū studia auerteret. Quo res minus prouisa fuit eo plures sunt in agris oppressi, uille & stabula incensa, fruges corruptæ, suntq; plebei orū prædia eiulmo di clade affecta, patriciorum prædia ad mouendam, ut Liuius ait, inter ordines discordiā, ne aliquo modo miles uiolaret, in primis edixit Martius. Ego priuatim in eo affectum duces ipsam secutum ciuium crediderunt, et si hostium excursionem in urbem nunciata, ubi compertū est patriciorum res ab hosti non uiolari, pene recens orta sit seditio, plebe criminante ortum sibi bellum consilio patrum, quia utiq; alter suam in plebe iram nequirent effunderent. Duces suarum partium, cum extero exercitu, in suos agros immisissent. Negabat itaq; tueri se uelle, si quid Rom.

Martij hortatio ad Volcos.

Volsci comparant.

Primi motus Coriolani.

Discordia ciuium.

ab hostium iniuria reliquum adhuc esset, detrectabantq; ob id uulgo militiā, qua discordia usus Martius, præda per ocium abducta, Romanis finibus excessit. Tullius & ipse, sub id tempus, grauem ex Latinis prædam reportauit. Nec multū inde Martius cunctatus, collega ad præsidium urbium cum parte copiarum relicto, ipse cum reliquo exercitu profectus, Circeios cepit, ubi Romani coloni erant ueteribus incolis permixti. Liuius Romanos inde Colonos eiectos ait. Dionysius retentos uidetur, significare. Id ubi Romam Latini nunciarunt, permissum est eis ut arma caperent, & noui consules, S. P. Nautius & Sextus Furius, ipsi quoque Romæ exercitum conscribere, præmissis qui nocturnis luminibus, interdiu fumo ex altis speculis futuros hostium motus significarent. Martius Circeis profectus, in Latinam uiam transuersis tramitibus transfessus, Saticum de Latinis cepit, Longulam, mox Polustiam, Coriolos & Nouellam, Launium deinceps, Corbionem, Vitelliam, Trebium, Labicos Pedum, postremo Romam à Pado ducens, ad Cluilas follas, quinque milia passuum ab urbe castra posuit, unde populorib⁹ in circūiectos agros missis, quicquid priore incurfu fuerat intactū, tum deum fœde populatus est. Dionysius q̄ omnia lōgiora exequitur sermone, secundum Circeios Tolerinos ex Latinis ui captos prodidit, ac direptos, mox & Bolanos, qui bis Volscos Martio absente à mœnibus cum cæde repulerant. Hos insidijs exceptos, cum strage & trepidatione multa ad urbem insecutus, priusquam portæ claudi possent, mixto agmine oppidum irrupit. Bolani in feruiturem acti. Præda omnium militi concessa est. Labicani & ipsi obsidione fatigati deditioē fecerunt: pari successu Pedani quoque subacti. Secuta deinde Corbionem & Coriolanorum uoluntaria deditio, postremo Bolis & Lauinio deditis, castra ad quintum lapidem Romam admota, ad locum cui Cluillæ follæ erat nomen. Librariorum credo inscitia accidit, ut Cluillam follam apud plures sit legere, quum Ciuiliam Liuium & alios scripsisse si mihi uero sit. Satis constat, locum pari ab urbe intercapedine, à C. Ciuilio Albanorum dictatore olim munitum, qui quod ibi prima aduersus Romanorum castra fecisset, Ciuiliam follæ nomen aliquot ætates tenuit. Castris igitur propius ad moris, ingens est in urbe tumultus secutus. Concitabant tribuni multitudinem in patres, uelut presentium malorum auctores, uix que temperatum fuisset iræ, nisi communis excidij metus, cōcitatos animos cōtinuisset, instare patres, ut præter delectum, quem consules habuerant, ex tota ciuitate omnis generis, & ætatis miles cōscriberetur, plebs omnia malle quàm bellum. His senatus difficultatibus constitutus, legatos ad Martium de pace misit, quinque ex primoribus patrum in castra uere, & in his M. Minutius, qui ubi ad Martij conspectum uentum est, cæterorum consensu in hunc modum ad eum uerba fecit. Nemo Coriolane Tribunorum & Romanæ plebis in te iniuriā nouit, qui tuo in eum ordinem stomacho, iræque non facile ignoscatur: natura omnibus insitum est, ut huic à quo sis insigniter læsus, quum possis quoquo modo eidem nocere. Cæterum illud uulgo mirantur omnes, tuūque factum criminantur, quod nimia ulciscendi cupiditate, amicos iuxta & inimicos, eodem loco habendos duxeris, nec minus hostiliter petas quibus semper charissimus fuisti, quàm qui te iniuriā & clade affecerunt, diuina & humana confundens. Quæso Marti patienter audias, si quid de te liberius dicam, meus in te priuatus amor, & legati nomē, quo fungor, faciunt ut audacius agam, quàm locus hic aut tempus postulet, sed tu uide quæso, quàm ingrata ne impie dicam, egeris, qui ab uno ciuitatis ordine eiectus, ac toto quidem, uniuersam patriam sis

Coriolani ex-peditio.

Coriolani succisissio.

Ciulia an Cluilla fossa.

Oratio M. Minutij ad Martium.

oppugnare adortus, nam ut de alijs fileam quibus tua dignitas, tua salus semper fuit curae, quid pro te senatus, tua illa temporum nouitate non fecit? A te uim tribunitiam bis repulit, tecum ueltem mutauit, in iudicium descendit, suffragijs interfuit, pro te humiliter supplicauit, uicit tribunitius furor, et si non multo plures reperti sunt, qui te eijcerent, quam qui in ciuitate retinerent: mœrore & tristitia affecti sumus, non aliter quam si uniuersus ordo tecum damnatus esset, damnatum uero Romae retinere, ne maior in ciuitate discordia moueretur nō sumus ausi. Tu uero quasi omnis ordo, sexus, ætas in te perendo conspirasset, urbem hostiliter adortus muros, recta, lares, sacra omnia & prophana crudeliter oppugnans, non deos, non homines ueritus, nō matrem, uxorem, liberos, ac totam domū respiciens non ceteros necessarios, qui per te in perpetuo sunt luctu & mœrore, qui siue uiceris, siue uictus sis omnino miseri futuri sunt. An non in mentem uenit, quum huc copias admouisti quam terrā oppugnatum uenires? quæ te genuit, aluit, educauit, in qua tot sacra templa, tot aræ, tanta pietas, tanta religio, quod si non senatus, non patrum reuerentia, nō tot tribus, quot pro te steterunt, suo que suffragio seruare conatae sunt, ac deorum saltem maiestas, & ultio mouere debuit, que quo tardior est, eo ad supplicium uehementior inferendum: quanquam per deum quæso, qua spe fretus Coriolane, quo consilio, qua ope Roman. nominis excidium animo propo fuisti? an quia Volscis & Equis legionibus imperes? Quid si non compertum haberes, quoties Roman. longe minore numero hos ipsos fuderint, fugarint? occidioni dederint? eorum agros populati sint? oppida ui ceperint? diripuerint? incenderent? Cesserunt tibi Orcei, Corioli, ergo & urbs Roma cessura est? Labicani superati sunt & Tolerini, ergo martius ille populus, & ad hunc diem inuictus superabitur? Sed cæca ira est, ira mentem præcipitat, non sic profecto non sic eueniet, domestica discordia fretus, quia nūquam Rom. tibi obuius fuit. Volscorum signa tuto adhuc circumtulisti, iam plebs uniuersusq; populus, præsentis cladis indignitate que rei motus, domesticorum certaminum oblitus, ad arma respicit, in aciem educi postulat. Hoc ipso loco haud multo post acie erit tibi decertandum: qualis sit pugnae exitus futurus, uel ex hoc quod dicam, potes intelligere. Stabit inuicta acies aduersus sæpe uictos, plurimi in paucos, hinc Romanus, inde Volscus, pro penatibus hic, pro liberis, pro patria dimicans, ille prædæ & populationibus studio, læsus hinc animus & irarum plenus, timidus inde, & iniuriarum conscientia fluctuans. Habebit Volscæ acies Martium unum duceor egregiū, habebit Romana Valerios, Appios, Posthumios, Sulpitios, & alios, consilio & prudentia nihil inferiores. Sed fac omnia æquatam iri, dubium que esse pugnae exitum, utrum uincere, an uinci sit tibi minus optabile haud facile dixerim. Si uictus acie excefferis, omnem male gestæ rei in te culpam Volsci rejicient, te pacis siue que ocij turbatorem, sparsi sanguinis, afflictarumq; fortunarum autorem dicent, omnem acceptæ cladis iram in te unum effundent, distrahent, laniabunt, aut certe componedi belli studio, te tuis ad supplicium dabunt. Nec tui interim tutiore loco erunt, repositos illos Popul. Roman. ad pœnam & supplicium, extinguet matrem, uxorem, liberos cum tota domo, ut unius familiæ calamitas, sit posteris documento, ne quis temere amplius in patriam arma induat. Nec uictoria (ut omnia prospere in acie eueniant) minus tibi funesta erit, minus exitiosa & detestabilis, quando cadente patria, qui tibi charissimi sunt stare nō possint, nec tu magis tutus apud hostes futurus sis, quippe cui si non uerbis, animo quidē plurimi infesti erunt, inuidebunt primores laudem, cri-

Articulus.

Sententia.

Antihetor.

Dilemma.

minabuntur etiam apud suos, ut suspectū & tyrannidis cupidum, dabis nihilominus pœnas, quanquā si hoc quoque periculo longe ab sis, odium & inuidiam uitare non poteris, quacunque ibis tacitis execrationibus, te patriæ hostem, te tuorum carnificem uocabunt, uiri simul ac sceminae insectabuntur, oderint ut impium & sceleratum fugient, occurrunt animo furia tuorum scelerum, terreat patriæ imago, peremptorum umbræ, quæ non die, non noctu te quiescere sinent. Iuxta mors, uitaq; grauis, quando superis inferisque inuisus, nec finire uitam, ut cuperes, dabitur, nec uiuere, ut uoles. Sed tu Marti mala hæc longius prospice, & dum potes effuge, potes enim modo uelis, senatus nos ad te misit, ut te in urbem reuocemus, quo te omnes ciuitatis ordines, omnis sexus, omnis ætas reuocat, te patriæ, parenti, uxori, liberis restituant. Derulisse tibi plebiscitum, cum senatus consulto, quo tibi in posterum caueretur, ne fraudi sit tibi eorum quicquam quæ exulgessisti, adduntur & præmia, pudor obstitit quo minus ea declararentur, ne metu potius quam gratia decreta uiderentur. Tu Marti caue ne tantam prætermitras occasionem, ne agas quicquam pertinaciter. Est enim huius uitij, ut dicitur, comes, sollicitudo. Memineris præterea esse humanarum rerum uitam, nullis que minus quam prosperis diuini stare datum, quare dum fortuna adhuc tecum est, dum te patria reuocat, in suum que gremium recipere parata est, dum te uniuersus populus suis humanis reportat, pristinae dignitati restituit, noua ornamenta, adijcit, uince te ipsum, iram frenata, hostilem animum exue, patere te ex hoste ciuem fieri, ex exule senatorem, ex hostium duce ciuitatis principem, te ipsum dum potes hostibus subtraha, hanc unam illis fiduciam adime, & ut breuiter dicam, dum tibi integrū est, pacem amplectere, ne si non respuas, postea oportam frustra requiras. Hanc Minutij orationem ita Marius excepit, ut diceret se & Minutio præsentem, & collegis uiris ornatissimis quam amicissimum esse, quippe qui suis rebus aduersis, ex omni patrio senatorioque ordine, consilio, sententia, intercessione, sibi præcipue opitulati essent, debere itaque se in tales uiros eum esse, qui nisi ingratus sit, omnia illorum causa sit facturus. Cæterum post illos, neque ordinem ullum, neque ciuem esse, cui quicquam præter odium deberet. Nam tantum, inquit, Minuti abest ut fortunam meam, aliquo modo à patribus defensam existimem, ut quicquid mali mihi in hoc exilio accidit, uni ordini pene acceptum referam, qui me optimatum partes pertinaciter tuentem, dum senatus totiusque nobilitatis inuidiam sustinerem, stultæ multitudini, furorisque tribunitio uexandum obiecere, obiectum in exiliū agi passus sint, uelut unius perniciosi ciuis exilio, ciuitatis discordia defuncturi: nec est credo, qui possit mihi crimen ullum obijcere, quo merito uidear hac clade & ignominia affectus, uos que optimi testes adestis, meorum in patriam meritorum iam inde ab eo tempore, quo iuuenis aduersus electos nuper Tarquinos pro libertate est dimicatum qua acie quoniam ciuem seruauit, hostem peremi, locum obtinui, ciuica sum corona donatus. Trans eo quæ secuta sunt, quæ quo maiora fuerunt, omnium que iudicio plura æstimata, eo iustior ira hæc uidetur, iustior que causa, talia in ingratisimorum ciues audendi. Nec conditiones quæ à uobis deferuntur hæc sunt, quæ tutiorem mihi uitam apud uos in posterum polliceantur: haud enim uideo, quo pacto, is qui ex professo hostis fuerit, in ea urbe tutus futurus sit, in qua ciuis, miles, senator, optimatum libertatis que acerrimus defensor, omnia infesta & inimica habuit. At uos honestum nomen impio factis astruentes, non me patriæ, parentibus, cæteris que necessitudinibus restituitis, sed plebi hostiam

Amplificati.

Peroratio.

Verba Corio-

lani ad lega-

tos.

Coriolani pro cessus. Sacerdotum legatio.

Valeria Publica soror.

hostiam adducitis, ut meo unius sanguine tota belli huius expietur inuidia. Quanquam si omnia mihi in tuto sint, adsit deus aliquis mihi futuræ uitæ sponsor, qua fronte, quibus uerbis, quo præteritu Volscum nomen de me optime meritum, nedio belli cursu desitiam? tam me Hercule perfidus impius que essem, quam si patriam, quum ciuis eram tam hostiliter ut nunc petijsem. Illa me ex ciue hostem fecit, ex senatore exulem. Volsci ex hoste ciuem, ex exule imperatorem: ab ijs igitur, quibus omnia debeo, pacem postulate, cum his inducias pacificimini, in quorū potestate & tutela, Martius est. Bellorum onera pro amplissimis ipsorum in me meritis libens, ut imperator, obeunda suscepi cæterarum rerum arbitrium penes esse uolui, contentus per hæc quæ geruntur, illis eorum quæ in me contuler beneficicia, aliquam referre gratiam. Nec speciosum patriæ nomen, quod identidem iactatis, plus me quam res ipsa mouerit. Nam si recta æstimatione hæc pensanda sunt, dicite utra potius patriam habenda est, quæ eiecit & abdicauit, an quæ eiecitur & abdicatum complexa est? quæ pro præmijis pericula intulit, an quæ pro iniurijs ornauit, & ad imperij fastigium extulit. Colunt me Volsci, nec colunt tantum, sed imperio etiam meo acquiescunt. Pro his nisi ingratus sim, me stare oportet, pro his bellare, morique etiam si opus sit. Horum terra mihi patria, hi ciues, hic domus mihi, hic mater, uxor, liberi, penates, ubi salus, ubi hominum gratia, ubi uelut tutissimum portu quiescere datum est: hæc que non grate solum, sed pie etiam à me prædicari arbitror, dijsq; iniuriarum ultoribus, me ad hoc bellum impulsum. Scio ego, ac plane fateor, quibus auspiciis planeq; iuuantibus omnia adhuc nobis, Volscisq; nomini prospera euenere, nec quæ futura sunt minus feliciter calura spero. Nihil enim sit non feliciter, quod deo auspice fit. Verum ne uobis omnem spem pacis præcisam arbitremini, una ad præsens bellum soluendum uobis uia relicta est, si urbibus, & agro quem Volscis ademistis ultro Romanus celsent, ad quod ipsum consultandum, triginta uobis dies statuo, quibus submotis hinc castis per Latinorum fines circumagamus copias, mox nisi res fuerint Volscis restituta: maiore uirium apparatu urbem arctius oppugnaturus adero. Atque huiusmodi minaci denunciatione legatis à se dimissis, Martius sublatis signis, ad cæteras Latinorū urbes oppugnandas conuersus, tum demum Pugulam, Satricum, ut Dionysius scribit, inde Ecetram, Cotiam, Tusculum, & Albieras cepit: domitiq; cum his Mutgilani, & Coriolani. Per hæc triginta diebus consumptis Romam reuersus, castra ad quartum lapidem, uia, qua Tusculum itur, est metatus. Quo decem ab urbe legati illo præsto affuerunt. Cæterum quum hi nullum pacatius à Martio responsum accepissent, pontifices & omnes qui sacros honores in urbe gerebant, cum suis insignibus supplicatum in castra uenerunt, adeo uigor ille Martius omnium animis exciderat, aut quod Dionysius credit, uero que similis est, quia Sibyllino carmine, alioue oraculo. Populus Romanus sit ueritus acie configere. Sed intestina discordia in primis obstitit, quo minus Romani eam iniurias sint armis ultri. Legatorum sanctitas religio que Martij oculis obuersata, nihilo quam ciuium dignitas fuit ad pacē efficacior. Erat proinde ciuitas in luctu & mœrore; mulieres præsentis periculo percussæ templa agminibus complerant: Deorumque simulachris cum lachrymis obuolutæ, pacem precabantur, ceperatque interim Capitolini Iouis templum maiestate loci, præcipuaque amplitudine cœtum muliebrem, multo quam cætera templa ampliore, erat que ibi Valeria Publicola: femina singulari prudentia, hæc cæteras matronas hortata est, ut Veruriam Coriolani

Antihetor.

matrem, & Volumniam uxorem unā omnes adiret (Plutarchus Virgineam pro Volumnia scripsit) eaque precibus compellerent, ut in castra ad Martium confederent, urbis excidium deprecaturæ, id quum facile persuasisset, confestim eius ductu est ad Coriolani aedes itum. Valeria pro cunctis dicere exorsa, sermone ad præsentem fortunam accommodato, multis lachrymis utramque precata est, ut ueterum Sabinarum exemplum secutæ in castra ad Martium irent, flexisse tum filias parentes in acie stantes, & coniuges armatos uiros, nimirum si & Volumnia femina pudicissima, illi chara sit, filij charissimi, accessuras his maternas preces, quas certo sciret plus apud filium, quam omnes necessitudines ualituras. Darent hoc patriæ ciuibusque suis, nequid in publica clade auertenda humanæ opis prætermisum uideretur. Assensa his Veruria miserabilem adiecit sermonem, multum de publica & priuata fortuna conuicta, inde cum nuru & duobus nepotibus, quorum maior undecim erat annos natus, alter crepundijs nuper egressus, paucisque ex omni matronarum numero secum assumptis, in Volscorum castra est profecta. Vix cætus ille cœperat uallo appropinquare, quū Coriolano nunciatur frequens mulierum agmen adesse, mox ex familiaribus quidam, nisi me oculi, inquit, frustrantur, mater tibi Coriolane adest, & cum ea uxor Volumnia ac liberi. Tum ille amens ab sede consternatus pergit matrem obuiam, iussis licetoribus, ubi ad conspectum uenissent, falcem submittere (peculiare fuit Romanorum magistratuum, ut falcem ad eorum occursum demitterent, qui dignitate ante irent) ubi itaque illa cominus stetit, Martius parum imperij memorem, cum lachrymis in maternos se complexus effudit. Veruria uero iam grandis natu, longo que mœrore confecta, inter prima filij oscula desiciens ad terram defluxit, quæ dum muliebri opera reficitor, conuersus ad uxorem Martius, eius dextra apprehensa, ipius pudicitiam & fidem laudauit, quod iam quartum annum se exule, apud matrem & liberos constantem esse perseuerasset. Ad motis deinde ad oscula filijs perfusus lachrymis, matrem repetit, eam que iam refectam humo que alleuatam, ad quid uenisset coram sari iubet. Linius autor est, Veruriam sub primum congressum, filium ad oscula & complexum non admisisse: sed quasi illi, iratam quæsiuisset, materne ad filium, an captiua ad hostem producta esset, inde in lamentationem & miserabilem querellam egressa. In hoc ergo, inquit, infelix mater tantum diu uitam traxit, ut filium primo exulem, mox & patriæ hostem uiderem? Tu ne hanc terram fili que te genuit, aluit, insituit, tam crudeliter uexare potuisti? nec quum patrios fines hostiliter transcendebas illud animo, quamuis infesto, protinus occurrit, ibi mater mea, ibi coniunx, ibi liberi sunt, ibi domus & penates, totque necessitudinum imago omnem continuo fregit iram? te que impio consilio auertit? Ergo nisi peperissem Romanon hodie oppugnaretur? nisi filium haberem in libera ciuitate mori contigisset? Sed ego nec quod tibi turpius sit, aut mihi miserius pati possum amplius, nec diu sum in his malis futura, de ijs uideris qui ex te procreati sunt, quos si pergis hostilia agere, aut immatura mors, aut longa seruitus manet. His paucis tam in tanta consternatione usam, libentius crediderim, quam longissimos utrinque sermones habitos, oratione que inter Martium & matrem, ut Dionysius autor est, disceptatum. Sed siue hoc, siue illo modo lenita fuerit eius ira, Martius matris dextram tenens. Vicisti, inquit, mater, uictoria tua est, patriæ quidem felix, mihi uero funesta. Inde paululum cum suis foris locutus, eos in urbem dimisit. Ipse postridie Romanis finibus copias abduxit, nec ira multo post Antij ob soluti belli inuidiam, multitudinis incursum lapidi-

Veturia & Volumnia in castra proficiscuntur.

Coriolani & matris congressus.

Coriolani & ga matre pietas & mors.

lapidibus est obrutus, alij ferro trucidatum scribunt. Fabius pictor Romanarum rerum autor longe antiquissimus, eum in exilio consensisse prodidit, hancque sepe exacta iam aetate ab eo uocem usurpatam, multo miserius sibi seni exilium esse, quam iuueni fuisset, sed utcumque perijt, fuit Martius rei bellicae omnium, qui sua tempestate fuerunt, peritissimus, ab omni uiciorum foeditate abhorrens, uerum quia non uni omnia natura dedit, nec mortali semine perfectus gignitur quisquam, pertinaci nimis fuit ingenio, minimoque exorabili, quod naturae uicium eo hominem indomita contentione traxit, ut exul primo, inde patriae hostis fuerit. Fuit alioqui, praeter ceteras uirtutes, plus aequo iustitiae tenax, est enim in medio citrate uirtus, non in extremo & quasi fastigio quodam sita, quae quo magis a medio recedit, eo

Coriolani in
doles.

opinionem hominum sit uicio propior. Quae res summorum interdum uiuorum fortunas ut Martij euerit. Sed fama ingens illum post mortem secuta est, domesticumque & externum in eius memoria ordinanda studium. Volsci honorificentissime funerarunt. Matronae ut Brutum & Publicolam Romae per annum luxerunt, nec mulieribus suis honor defuit, templum muliebri fortunae patrum decreto, ut rei gestae monumentum esset, erectum, ubi matronae calendis Decembribus, quo die bellum fuerat solutum, rite sacrificarent. Valeria quae muliebri legationis autor fuerat, prima sacerdotum templi adepta est. Scio uulgo peruersum semel atque iterum simulachrum deae foemineum coetum allocutum, sed quae nobis sit de huiusmodi daemonum praestigij sententia, haud uno Rapsodiae huius est loco memoratum.

Muliebri
tuae templum
& alloquimur

ENNEADIS SECUNDAE FINIS.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIAE PRAEFATIO.



H usque nostra haec historiarum processit series, ut non res gestae unius alterius uel gentis, ut antea, sed totius orbis, uno sint tempore explicandae. Nam praeter Romanorum gesta, passim deinceps memoranda, quae per se satis superque stilum onerare potuerunt, ecce iam et quae Medii in terra Graecia, quae Graeci rursus aduersus illos, hac postea ipsi inter se gesserunt, uno propemodum complexu, sunt nobis referenda. His haerebunt res Macedonum in Europa prius gestae, mox maiore parte Asiae, et in Lybia etiam quaedam ualido armorum conatu, sed fortuna et successu multo ualidiore. Quae materia tam late patet, quam eius olim regni fines patuerunt: tam uaria est et multiplex, quam opes illae tanta indole quaesitae, in multos abiere principatus et regna. Nec punicae res interim, Palaestinaeque aut crebri Gallorum motus modicae erunt instituti operis appendices, ut dubium sit, ne tam ingens humanarum rerum congeries stilum obruat, aut stilo, quod non minus timeri oporteat tenebras nimia uarietate inducat, quod uitium ne sequatur, dabo enixe operam, ut optimos uidear pictores imitatus, qui dum diuersos rerum actus, quibusdam uelut interuallis figurant, quum imaginum paucitas patitur, integra reddunt corpora. Contra sicubi turba laboratur, praeter ea quae in fronte statuuntur, in caeteris satis habent, si caput, humeri, pedes, aliaque pateant extrema, plura alioqui, ut in conferto agmine, uel arte, uel necessitate, occultantes. Sic nos in densissima historiarum sylua, quae maxime uisa fuerint relatu digna, ut omni sint ex parte insignia, curabimus: caetera breuiore stilo complexi, ita exequemur, ut si non omnia consilia, tamen personarum, fortunae uarietates, et rerum exitus omnino intelligi possint. Quod ipsum tantum abest, ut nouo a nobis exemplo factum uideri possit, ut clarissimi etiam rerum scriptores, in unius populi gentisque uel historia occupati, idem haud uno loco fecerint. Caeterum illi rationem secuti uideri possunt, nos non rationem solum, uerum et necessitatem, cui nemo, nisi stultus, repugnat, et ob id fortasse maiore excusatione digni. Nunc ad ea redeo, quae deinceps dicenda sunt. Offeruntque se in primis res in ora Ioniae et apud Marathonem in Graecia, sub id tempus gestae, quo urbs est Roma a Coriolano obfessa.

Similitudo pi-
ctoris.

ENNEADIS

ENNEADIS TERTIAE, LI

BER I.



Mardonius

Mardonij tra-
situs in Euro-
pam.

Naufragium.

Abscissus A-
thos a conti-
nenti.

Perfarum cae-
da.

Thasus.

MARDONIUS Gobryae filius, erat huic nupta Darij filia, & ob id regi charissimum, altero ab eo anno, quo Ioniae status omnibus circa domitis, fuerat ab Artapherne pacatus, in Cilicia sub uernum tempus cum ualidissimo uenit exercitu:

hinc terrestribus copijs sub duce in Hellepontum missis, ipse classe ad tempus instructa, Asiae oram praeteruectus, in Ioniam peruenit, ex Ioniam in Hellepontum, qua exercitu in Europam transmissa, Eretrienibus bellum Atheniensibusque nominatim intulit. Hi enim sub primos Ioniae motus, Sardas in Lydia captas cum Milesijs cremarunt: hic gerenda rei praetextus illi fuit, quum decreto uniuersae Graeciae bellum inferret, siquidem Thasios Barbarus classe adortus, a terra Macedonas, utroque ab initio subegit, quo gerendarum rerum principio nulli dubium fuit, Mardonium in animo habuisse, quascunque posset Graecarum urbium, bello subigere. Ex Thaso classis ad Acanthum processit. Unde mox profecta uiolento Aquilonis flatu disiecta est, circaque Athon montem, in Macedoniae ora, qua mare maxime est importuosum, foede confictata, trecentae naues ui maris assumptae suat, & cum his supra uiginti hominum milia, quorum plures medijs fluctibus narandi inscitia sunt absorpti, alios cautibus & scopulis alidens unda, circa littora extinxit, siqui montem tenere, a feris laniati sunt. Excurrit Athos a planitie in mare septuagintaquinque milia passuum, radicis ambitus centum quinquaginta milia colligit. Oppidum in eius uertice fuit Achroton. Xerxes non multo post, atrocissimi huius casus memoria territus, montem continenti terrae ademit, mille & quingentorum passuum Isthmo militari opere effosso, per quem postea est Athos enauigatus. Stasicles qui fuit magni Alexandri temporibus, monstrasse illi dicitur posse montem ipsum in humanam effigiem figurari, fuitque ad id operam suam pollicitus, ut laeua Myriandron teneret urbem, dexteram milium uidelicet hominum capacem, dextra redundantissimos fluminis spargeret latices. Plutarchus, quod miror, ad Thraciam non Macedoniae Athon pertinere credidit, & Mardonius hac est clade ab initio affectus. Est & altera clades haud multo post secuta: nam dum Macedonas armis infectatur, subito hostium incurfu, ingens est Persarum caedes edita, & ipse dux grauius uulneratus. Sed ferox iuuenis non prius desistit incepto, quam omnem Macedoniae oram ad dedicationem compulit. Ipse ob duplicem cladem una expeditione acceptam, omnibus propemodum inuisus, exercitum in Asiam reportauit. Darius sequenti anno Thasios, quia res nouas moliri dicerentur, naues ademit, nudauitque eo urbem moenibus. Phoenices Thasum condiderunt, unusque ex conditoribus dedit urbi nomen. Erant Thasij, ob metallorum diuitias, quae apud illos passim effodiuntur, inter insulas nihil obscuri. Darius inde in Graeciam misit, qui sibi pererent terram & aquam, ab ijs qui insulas & omnem continentis oram tenebant. Pauci omnino postulata fecere, in his Aeginiae, quam criminandi occasionem Athe-

nienfes naeti, Lacedaemonem mittunt, qui apud Cleomenem regem Aeginitas accusarent. Rex Aeginam nauigauit, in autores defectionis animaduertens, quos capere prohibitus, plures ibi dies altercando frustra consumpsit. Demaratus interea (erat & ipse Lacedaemoniorum rex) absentem Cleomenem (parum enim ambobus conueniebat in re publica administranda) assiduis concionibus, ut reum nouarum cupidum ad populum criminatur, quae res Cleomenem ueteris iniuriae memorem adhuc magis ad ultionem accendit. Sic & in Attica expeditione Demarati discordia omnem ipsius in Athenienses conatum reddidit irritum. Leutychedem igitur occulte Cleomenes instruit, ut Demaratum ad populum insimulet, quod non Aristonis, a quo tanquam a patre regnum acceperat, esset filius, productisque in medium testibus, qui olim, quum Ephori essent, ex Aristone rege audiuisse se aiebant, puerum quem dudum uxor enixa diceretur, quia ante decimum mensem natus uideretur, non esse ex se genitum. Placuit, etsi satis constat septimo quoque mense mulieres parere, publice oraculum de ea resciscitari. Qui delphos ob id publice missi fuerant, conueniens testimonio oraculum retulere, continuo que est regnum Demarato abrogatum. Ille praesentis ignominia offensus, ad Darium in Asiam nauigauit, ubi benigne acceptus, urbibus & agro est a rege donatus. Leutychedes in eius locum est surrogatus, qui meritis absentis exoluit poenas, Pharsalica expeditione hostium pecunia corruptus, atque in iudicium arreptus, a Sparta Tegeam profugit, ubi procedente tempore mortem obiit. Cleomenes Demarato eiectione, cum Leutychede bellum in Aeginitas instruxit, sed eo nondum illato, insulani decem nobilissimos defectionis autores uinctos Cleomeni dedere, qui apud Athenienses Aeginitarum inimicissimos in custodia sunt habiti. Cleomenes quum ob Demaratum eiectionem, populi odium incurrisset, confitans fama erat Periallam uirginum quae Delphis fatidicae erant antistitem ab eo corruptam. Spartanofque ea fraude deceptos regnum Demarato abrogasse, multitudinem ueritus in Arcadiam concessit, ubi quum rebus nouis studere diceretur, publico decreto Lacedaemonem reuocatus, in pristinam est dignitatem restitutus. Nec ita multo post in apertam euasit insaniam, obuios quae passim uerberare regio sceptro ob eamque rem a domesticis in lignas soleas coniectus, quum a seruo gladium impetrasset, se totum a furis incipiens ad uentrem dissecuit, & ille infelicem hunc uitae exitum est adeptus, quem multi ad ipsius impietatem referebant, quod Pythiam aduersus Demaratum corrupisset. Alij quod Attico bello Eleusinae Cereris templum populatus esset. Quidam quod Argiuos ad Sepiam uictos, in luco haud procul Tiryntho, quo se receperant (erat locus Argo sacer) arida materia circumiecta concremasse. Lacedaemonij arbitrati sunt eam insaniam ab uini temulentia ortam, quam ille ex Scytharum consuetudine traxisset. Scythae post bellum a Dario illatum, Spartam legatos misere, ut foedere inter se inito, illi per Pontum ingressi, hi ab Ephesocopias in Darium & Medos iungerent. Aeginitae post Cleomenis interitum a Lacedaemonis petierunt, ut uiros quos ultro dedissent, essentque apud Athenienses depositi, aut sibi restituerent, aut ex Atheniensium custodia, qui Aeginiticum nomen infense oderant, eximerent. Eam depositionem a rege factam ab initio Spartiatae iniquo animo tulerant, & iam erant qui Leutychedem ipsum Aeginitis dedendum censerent. Caeterum ita demum comparatum est, ut Leutychedes Athenas iret, Aeginitas ab Atheniensibus recepturus, quos illi reddituros se negantibus, quia quos duo reges de-

Demaratus.

Demarato re-
gnum abroga-
tur.

Perialla.

Cleomenis in-
felix exitus.

Leutychedes.

Cur Glaucus cum tota domo perierit.

posuissent, haud æquū esset uni restituere, tum Leu- tychides Glauci Eupycidis filij Spartiarum opti- mi, ut fama fuit, exemplo illato, qui quum ingentē pecuniā à Milesio hospite depositi nomine accepisset, eamq; an filijs restitueret Apollinem Delphis rogasset, cū tota domo breui extinctus esset, unius familiae insigni clade, Athenienses ad depositum resti- tuendum adducere conatus est, Verū quū hac quo- que uia parū profecisset, infecta re Leutychides & Aeginitæ diuersi abierunt. Tum uero Aeginitæ ira adacti, biremem quam Athenienses à memorabili il- la Thefei in Cretam expeditione quorannis De- lum mittebant, circa Suniū promontorium interci- piunt, Atheniensium que primores, in suorum ultio- nem in uincula coniungunt. Athenienses supra ue- tus odium recenti adacti iniuria, nihil differendū ra- ti, cum Lxx nauibus, quarū xx Corinthij dederāt, qui tum amici erant, Aeginiam bello petunt. Iuuat rē Articam Nicodromi transfugium. Erat is inter Aegini- tas homo multi nominis, urbemq; Atheniēsiū pro- dere fuerat pollicitus. Et iam ueteris urbis par- tem cū hominibus suæ factionis occuparat. Quod si Athenienses ad præstitutum diē affuissent, sine ul- lo maiore negotio potuit Aegina capi. Ceterū Nico- dromus sociorum accessu desitutus, cum modica suorum manu, ex insula transfugit. Septingenti eius factionis uiri in Aeginitarum potestate redacti, extremo sunt supplicio affecti, & in his unus, qui cū sacros Cereris postes teneret, ab incisis manibus tra- ctus est ad supplicium, quo scelere, ut creditum est, Ae- ginitæ polluti confternatiq; nulla prius expiatione adhibita, pari nauium numero cū Atheniensibus cō- gressi, prælio fusi sunt. Nec ad eam cladem illi ani- mū demisere, sed ad reparandā classem studio con- uersi, repente ab Argiuis, à quibus ante fuerant ad- iuti, desituntur. Suis itaque uiribus freti, Atheniē- ses incōpositos adoriuntur, prælioq; superat quatuor eorum nauibus, cum suis turmis in potestate redac- tis. Erat per hæc bellū iam antea inter Aeginitas & Athenienses contractū, quum Darius Hippia, alio- rumq; Pisistratidarum hortatu, multo maiore, quā antea conatu, bellū in Atheniēses instruxit, abroga- toq; ob rē superiore anno male gestam Mardonio copiarū imperio, Datim Medū & Artaphernē Arta- phernis fratris filiū bello præfecit. Hi in Ciliciā pri- mo duxere, ex Cilicia Hippagogis, ceterisq; nauigio rū generibus in quibus triremes sexcetera numero fuere, exercitus Ionie oram præteruectus, Samum tenuit. Inde inter Icarij insulas, ut Athon declinaret clasis circumacta, Naxū insulam metu à cultoribus relictam occupat. Delij & ipsi relicta insula in Tenū perferat, sed rātum abfuit, quod natalem Apollin- is terrā uiolari passus sit Datis, ut Delijs per cadu- ceatorē domū redire iussis, ipse, ccc. thuris libras, su- perat Phæbo sacrā adoleuerit. Est Delos Cycladū media, Apollinis templo, mercatuq; olim insignis. Aristoteles quoniā repete medijs fluctib; emerisset id ei nomen datū existimauit, Eglosthene Cynthiā dixit. Alij Ortygiā, Asteriam, Lagiam, Certham, My- diam, Cynethum, quidā & Pyripilē, quia ibi prius sit ignis repertus. Quinque milium passuum ambitū patet Cyntho monte assurgens. Nefas ibi olim ca- nes alere, aut mortuos humare. In Rheena, que illi ad quatuor stadia adiacet, Deliorum sepulchra fue- re. Naxus duo de uinginti milia passuum inde abest nam huius quoque mentio nuper facta est. Eā Strō- gilen dixerunt. Dion Dionysiada à uinearum fertilita- te. Callipolim nonnulli & Siciliam minorem dixe- re. Eius circuitus quinque habet & septuaginta mi- lia passuum. Medis igitur Delo proficiscentibus, in- sula subito motu terræ concussa est, quod ad id tem- us (ut Herodotus scribit) nunquā antea acciderat. Quo magis mirari possis Plinium autorem esse, ad

Athenienses bellum Aegy- nitis inferunt.

Darius repa- rat bellum in Græcos.

Delos insula.

Naxus.

A Marci Varronis usq; ætatem, eam insulam immotā mansisse. Per eum motum mala, quæ Græci impen- debant, uideri possunt demonstrata, quando plures quidem sub Dario, Xerxe, & Artaxerxe regibus, sit terra ipsa clades experta, quā x. alijs ante eos æta- tibus fuisset. Erant ipsa regum nomina satis per se formidolosa. Est enim Darius coercitor interpreta- tus, bellator Xerxes, Artaxerxes non bellator solū, sed magnus bellator. Datis itaque & Artaphernes reliquas circumuecti insulas partim ui, partim metu subegere, & iā in Eretrienfes cursum intēderāt, quū illi eorū que ab initio egissent conscientia, despera- ta uenia, parant sese tueri, quatuor milibus auxilia- riorum ab Atheniensibus acceptis. Fuit Eretria in Eubœa insula olim Melanis uocitata, & Arotia, ut Strabo significat, Veteres Eretrienfium opes colum- na, quæ in Dianæ Amarinthiæ templo fuit, testata est. Andrij, Tenij, Chij, aliique insulari circumuecti, eorum ditionis fuere. Post Chalcidē, quæ cum ori- ginitis ueritate tū oportunitate loci, ab initio fu- it insula Metropolis, Eretria semper in secundis ha- bita. Eius conditores uarie traduntur, sunt qui ab Eretria, que è Mactylo Triphilliaca descendit, pro- fecit arbitrentur. Alij ex Atheniensibus orē Erethria quæ deinceps forum fuit. Eubœa insula, quando ad eius partes explicandas uenimus, Bœotia obuerfa iacet. Ab Attica in Thessaliam modico euripo di- screta, nusquam amplius Lx. milibus passuum pan- dens latera, nec minus uiginti cōtrahens, Patet am- bitu, ccc. lxxv. milium passuum. Multæ præter iam di- ctas fuerunt in ea insula urbes, & in his Carystos marmore insignis. Insula olim Chalceditis dicta est, ut Ephorus & Aristides meminerūt, ut Callidemus Chalcis, ære ibi primum reperto. Dicta & Abantia & uulgo à poetis Afopis. Eubœa ab heroiæ indo- lis matrona, uel ut Strabo suspicatus est, ab antro in littore Aula bouis dicto, ubi Io Epaphum enixa cre- ditur. Eretrienfes erant auxilia ab Atheniensibus im- plorauerant, terribili hostium fama perculli, de ur- be relinquentia priusquam obsidione cingerentur, consilia agitare ceperunt. Quod ubi Athenienses re- sciuerunt, confestim in Oropum transfregi, salutem sibi quesierunt. Nec ita multo post Persæ in Eubœa delati, Eretriam obsidione cingunt. Eretrienfes, quia consilium à principio initum de relinquenda urbe non placuit, ad sese tuendos totis uiribus uer- tuntur, septem dies sine intermissione oppugnati, multiq; mortales interim intra extraq; occubuerūt. Septima demū luce, Euphabi & Philagri Eretrienfium prodicione urbs capta, direpta, & incensa est, omni- multitudine in seruitutem abducta. Nec multo post Eretriam captam, Medi in Articam Hippia ductu transfregi, in Marathonij campis confedere. Eo- dem Athenienses & ipsi ad uim arcendam processerunt x. sibi ducibus constitutis, in quibus Milcia- des fuit Cymonis filius, qui ex Chersoneso, eo tri-ennio per hostes elapsus, Athenas uenerat. Miserant & Philippidem quendam ad Lacedæmonios auxilia imploratum, cui per Arcadiam tendenti, De- mon quidam obuius fuit, Pan fuisse creditur, hor- tatus que est ut iuberet Athenienses forti animo esse, affuturum illis in bello deorum unum aliquem, proponerent sibi omnia secunda. Philippidæ fides habita est, eo que oraculo Atheniensium animi sunt non medio critere ad res gerendas confirmati ita ut ne expectatis quidem Lacedæmonijs, qui se paucis diebus affuturos promiserāt, acie sint cum hoste cō- gressi. Hic priusquā prælium iniretur, Plateenses quos Atheniēses olim aduersus Thebanos defende- rant, in fidēq; receperāt, ueteris beneficij memores, per opportune auxilio uenerunt. Variæ interim erāt ducum sententiæ, pars hostium multitudinem ue- riti, plū abstinentiū cēsebat. Milciades & alij cū eo

Darius Xerxes Artaxerxes quid significet Eretrienfium opes.

Eubœa circū- tus. Vnde Eubœa.

Eretria capi- tur à Persis Marathonij campi.

Milciades uis- tus ad Mar- thonem.

pleriq; fortunam rērandam arbitrat. Cæterum quum sententiarum diuersitate nihil decerni posset, Callimachus Polemarchum Milciades adortus est erat is tum belli princeps. Hūc hortatur ne bellum trahi patiatur, cernere se haud dubie, futurum, ut in tanta ducum discordia, paulo post non deessent, qui rem Atticam hostibus proderent, dijs autoribus ui- storiamq; portendentibus præsentem gerendæ rei arriperet occasionem. Nulli dubium esse quin si Athenienses ea acie uincerent, fore, ut iam, inde Græ- ciæ principatum obtinerent. His ille alijs que horta- tionibus, quum Callimachus in sententiam traxisset, suffragijs superior factus, ubi sui imperij dies af- fuit, nam in orbem imperabant, copias in acie edu- xit, quæ ab eo ita instructæ sunt, ut Polemarchus dextrum cornu teneret, sinistrum Plateenses, omne robur in cornibus fuit, media acies paucis conferta stetit ordinibus inter Græci ita instructi, in hostem decurrunt, erant inter utranque aciem octo nec am- plius stadia. Mirari primo barbari Græcorum auda- ciam, in sanire arbitrabantur, qui tam pauci cum im- menso exercitu concurrere audent, nam ad sexce- ta hominum milia, ut Trogus scribit, aduersa acie in- de stabant, quum x. milia Athenienses essent, Plate- enses auxiliare mille, fuitq; sic quoq; pugna aliqua diu anceps, hinc uirtutē, inde numero luperant, uice- runtque Barbari media acie, ut Herodotus memi- nit, qua Persæ & Sacæ eam perumpētes in medi- tæanea sulum hostem egere. Contra utroque cor- nu Athenienses Plateensesq; prospere dimicantur Medi que utrinque pulsus cornua contrahunt. Tum omnis impetus in Persas Sacasq; qui mediā acie a- uerterant cōuersus est. Hi Græcis utrinq; urgētibus cum multa cede sunt ad naues cōpuli, cc. milia bar- barorū eo prælio cesa Trogus, q; miror, scribit, quū Herodotus sex milia & ccc. occubuisse memoret, ex Atheniensibus duos & nonaginta supra centū nec amplius. Occubuit in eo Persarū numero Hippas Pisistrati filius, eius belli cōcitor. Is nocte que diē pugna præcesserat, per quietē sibi uisus fuerat cum matre cōsternere, & ubi dies pugnae illuxit, dens il- li in littore flanti uehementiore tulsit excussus (erat enim iam grandis natus) quum in arenā decidisset, diligenti cura requisitus inueniri non poruit. Tam strenue prælio ab omnibus est dimicatum, ut qui pri- mam ex ea acie laudem reportarit, difficile fuerit iu- dicare. Gestæ tamen rei gloria penes Milciadē fuit. Themistoclem quoq; adhuc adolescentē illius diē pugna strenue obita cepit illustrare. Perijt Callima- chus Polemarchus, & ex ducibus Stefleus & Cine- girus Euphorionis filius, qui quum Medos ad ma- re egisset, nauim hostibus onustam intuirus ut e- am ad cede remortaretur, dexteram manum iniecit, qua bipennis icu recisa, sinistra eam apprehendit, ea quoque stanti clade amissa, mordicu x. triremes te- nuit. Tanta in uno tum uirtus fuit, ut non cede mul- ta fatigatus, non utriusq; manus clade uictus, in mo- rem rabidæ feræ dentibus dimicare sit conatus. At- que hoc quidem euentu est ad Marathonem pugna- tum. Barbari nauibus inde subductis, Sunium pro- montorium & Phalerum, ubi Atheniensium nauale erat circumuecti in Asiam abierunt. Mirum, est qd de Epizelo Caphagoræ filio, uiro Atheniensi, me- moria est proditi. Is quum in Marathoniam acie sta- ret, sine ullius humanæ iniuriæ interuentu, repente luminibus est captus, memorare solitus dicitur, ui- rum proceri corpore cuius mentum omnē sibi cly- peum innumbraret, media pugna occubisse, mox eam laruam se prætergressam esse prostratumq; à se hostē qui proxime steterat, ac secundū eam cede cōtinuo luminibus priuari contigisse. Incidit memorabilis hæc pugna in alterum annum Olympiadis Lxxi. qui quater millesimus fuit ac septingentesimus no- nus à mundi origine, post quā Roma condita est bis

Græci per pau- ci cum Persis confligunt.

Persarū cædes

Hippia uisum

Milciadis glo- ria. Cynegiri faci- mus.

Epizeli cæci- tas.

Aminurdi.

A centesimus ac sexagesimus quintus, quo triennio Coriolanus & Hippas Pisistrati filius patriā uterq; suā externis oppugnavit armis. Obtinebatq; interi- Macedoniæ regnū Alexander Amyntæ filius, præ- celsit hic aliquot ætates alterum Alexam, qui in ea- dem gente magnus est cognominatus. Inciditq; in hæc tēpora Hellenicus historiariū scriptor, Hera- clitus Ephesius cognomento Scotinus, cuius libros Crates dixisse ferrur Delio aliquo indigere natatore ne illis obrueretur. Librum Theologicū in Ephesiæ Dianæ templo posuit, obscurus, ut creditur, de in- dustria conscriptum, ut soli eruditi legerent. Cūcta ex igne fieri arbitratus est, & in idem elementū om- nia resoluti. Mundum animatū esse demonumq; om- nia plena. Xenophanis fuit auditor ut Sociō memo- riæ prodidit. Quidam autores sunt, ab ineunte æta- te inuestigatæ naturæ dædium, sua ipsius industria profecisse. Laertius autor est, Hesiodum ab eo insti- tutum, Zenophanem, & Hecateum, que si uera sunt aut retrahi in hæc tēpora oportet, que de Pythagora & Zenophane alio loco, Liuuium & Dionysium secu- ti exposuimus, aut hæc omnino sunt illis præferen- da, quāquam non uideo qua ratione Heraclitus his potuerit æqualis esse, quum Pythagoras, quem iu- niorē credi oportet, quia eius fuit auditor, uix ad hæc tēpora quæ posuit Eusebius, peruenerit. Sed ut- cunq; se res habent, Eusebius Democritum & Ana- xagoram Heraclito credidit æquales, quorum hic Clazomenius hostem primus omnium materiam adiecit, animantium procreationem ad humorem & calorem referens. Huius uox illa, audito filiorum obitu, sciebam me eos mortales genuisse. Ab Heres alter, est quidam Milesium fecere, cum Anaxagora congressus, quāquam ætate minor, Leucippi, cui de- dit operam, dogma secutus, ad atomorum concre- tionē omnia reuoluit. Constans fama est semetipsum

Hellenicus Heraclitus Ephesius.

Democritus. Anaxagoras.

Aeschylus.

Puteus mirabi- lis.

Creffi liberali- tas in Alceoa- nem.

Alceonē. auaritia.

Luimibus priuatis, ut omnia altius cōtemplaretur. Laberius aliam subiecit causam, radijs, inquit, solis aciem effodit luminis, malis bene esse ne uideret ci- uibus. Fuit his æqualis Aeschylus, qui primus apud Græcos Tragœdiam illustrauit, & hi tum uiri illu- stres in terra Græcia fuere. Datis & Arthaphernes ubi Asiam tenuere, Eretrienfes captiuos Sula ad Da- rium perduxere, quos nullo maiore incommodo affectos, in Cilisiæ regionis stagno collocauit, stad- circiter cc. à Sufis. Haud procul inde puteus natura supra quam credi possit mirabilis, si uera tradit Hero- dotus. Dimidiato utre ac situlæ loco ad ciconiam alligato, liquor inde haustus in oleum, bitumen, & salem concreuit. Post Persarum digressum Alceo- nida Athenis sunt prodicionis accersiti, quod par- mam, hostibus adhuc in proximo agentibus procul ostendissent, uelut id signum ex composito esset da- tum, sed id crimē eo est facilius discitulum, quod ea familia semper fuerat tyrannis infesta. Alceon qui primus eam illustrauit familiam. Creffi liberali- tate ditior est factus. Consueuerat is sponte sua re- gis legatos, qui Delphos cum donarijs mitteban- tur, comiter accipere, acceptosque magnifice tra- ctare, qua hominis hospitalitate permotus Cre- sus, eum in Lydiam accersit. Hic facta illi potesta- te ut tantum auri ex suis thesauris sibi fumeret, quā- tum uno fere posset complexu, pregrandem tuni- cam induit, ea que in sinum complicata, laxioribus- que cothurnis calceatus, ubi ad thesauros est ingres- sus, in aceruum auri procumbens, cothurnos primo inde sinum diuicijs referit, coma deinceps ramento obuoluta faucibus que auro refertis, uix sese tradu- cens, in apertum cuiuscunque rei similior quam homi- ni processit. Eū Creffus intuitus, hilari uultu cachin- noq; ad se receptū, omnia habere pmisit. Milciades post Marathoniam pugnam, ab Atheniensibus pe- tijt ut sibi Lxx. naues darent, futurum pollicitus ut quicumque in eam expeditionem exirent, breui

B

multa

Milciades Paros oppugnat multa onusti preda domū reuerterentur. Classe igitur publice iustructa Paros subita est oppugnatione adortus. Causa belli Parijs illati ea pretēsa est, q. nauī una cum Medis ad Marathonem militassent, sed priuatum odium Milciades secutus creditur, q. à Lylagora Pario, sub id tempus, quo Medica arma circa Cherfonnesum uagabantur, ex ea terra pulsus est. Est Paros Cycladum una inter Delum & Naxū marmore nobilis. Platea olim, postea Minois nunc pata. Tenuit obsidio sex & uiginti dies, Parijs muro se tenētibz. Milciades noctu maceriem muro proximam transcendens, segifera Cereris septum ingressus, subitoq; religionis horrore percussus, quū in prophanum recurret, femur concussit. Ea que clade affectus spe potiundæ insulæ delectus Athenas redijt. Eratque tum ille in ore omnium multeq; inuidæ obnoxius, ab Xatippoq; Antiphonis ad populum accusatus, q. ciuitatē Paria expeditione circumscriptisset, uerum femore magis indices tabescens, causam per se dicere non potuit, per amicos defensus, quibus & Lemnū Pelasgis ademptā, & Marathoniam pugnam allegantibus, impetratum est ne capitis damnaretur. Quinquaginta talētis ea culpa aestimata, ipse paucis diebus, putrescente femore uita decessit. Multam Cimō filij exsoluit. Lemnū q. ad Milciadis meritū attinet, Achæi ex Attica ab Atheniensibus eiekti occuparunt, qua illi iniuria adacti, ex Baurone Atheniensium mulieres Dianæ sacra patrio ritu celebrantes plurimas rapuere, quarum concubitu, frequens soboles orta, que quū adolere coepisset, materna nobilitate superbiētes quum ijs qui legitimo nati essent thoro auderent insultare, appareretq; ita futurū, ut quū primū per ætatē licuisset insula potiret, Achæi ueriti ne legitime nati quādoq; spurij seruirent, Atticas mulieres cū omni uirili stirpe obruncant, qua infanda cæde ueritq; Lēniadū memoria que uiros omnes una nocte cū Thoaē, ut Herodotus ait, iustulerūt, prouerbio est receptū, ut scelera Lemniaca. Lemniaca dicerētur. Achæi ob id facinus pestilentia, terræq; sterilitate diu uexati, Delphico sunt oraculo moniti, ut ad deorum pacē impetrandā, satis facerēt Atheniensibus. Qui quū ad hoc ipsum Athenas misissent, Lēniūq; illi sibi dari postulassent, id se facturos Achæi recusarunt. Post aliquot deinceps annos Milciades ex Cherfonneso Erthesijs in Lemnum delatus Achæos inde migrare coegit. Hephæstineses ultro paruere. Alyrinæi pri mo recusantes, quum obsidionem non nihil tulissent, ueriti ne maiorem aliquam adirent belli cladem, deditioem fecere. Atq; ita contigit, ut Milciadis ductū, quod in damnatione illi profuit. Atheniensēs Lēno sint potiti. Darius postquā ad Marathonē à suis infeliciter est pugnatū, multo Atheniensibus quā antea infestior factus, totius Asiæ uiribus bellum instaurabat, nauibus, equis, militibus, frumēto imperatis. Et iam trienniū in eo ornando cōsumpsit, quū Ægyptij, qui à Cābyse fuerāt subacti, ab eo defecere super ueterē Atheniensis belli curam & alteram Ægyptiacæ defecionis recentē, maiore quādam filiorū discordia iniecit. Erāt Dario liberi tres ex priore cōiuge Gobryis filia, quos priusquā regna re coepisset, ex ea tulerat, horumque maximus natus erat Artabazanes, ex Atoffa Cyri filia, quam regnū adeptus sibi matrimonio iunxit, quatuor, eratque Xerxes primo loco natus. Quum igitur appareret eum regno successurum, qui ad bellum mitteretur. Xerxes & Artabazanes ambire coeperunt, & de regni prerogatiua inter se disceptare. Hoc patriū morem celebrante, quia primo natus esset loco, & ob eam rem successorem regni ad se trahente. Atoffam matrem altero Cyro procreatam, & quod Dario iam rege non priuato, ut Artabazanes fuisse natus, umbra auti nominis populareq; matris nomē, & quia regia fortuna esset ortus, quod ut pro se alle

garet Demararus Lacedæmonius mouisse dicitur hæc Xerxis causam iuerunt, ut à patre successor sit regni declaratus. Cæterum quum iam fere omnia essent ad bellum comparata, altero Ægyptiacæ defecionis anno Darius uita decessit. Anno sui regni sexto ac trigesimo. Trogo id de regno certamē post Darij obitum inter fratres ortū arbitrat, totiusq; rei arbitrium ad Artaphernē patruū ab utroq; delatum, atq; ita domestico iudicio Xerxē Arthemēni, ut ille scribit, non Artabazani prelatum, tantaq; amborum moderatione disceptatum, ut nec uictor insultauerit fratri, nec uictus oderit, quū adhuc iudicio inuicem sibi munera miserint, iucundaque inter se conuiuia celebrarint, tanto moderatius tunc fratres amplissima inter se regna diuidebant, quam nunc exigua patrimonia partiantur. Nunc, priusquam Xerxis gesta exequamur, que apud cæteras gentes interim domi forisque gesta sunt, ordi ne sunt referenda. Estque relatio prima Romanarum rerum, que Coriolano hoste sublato, confestim meliores esse coeperunt. Volscos paucis diebus, post Coriolani interitum, in Romanum agrum reuersos, grauis est seditio adorta. Equis haud amplius Actij Tullij imperium ferentibus, ex altercatione funestum prelium est inter eos ortum, quam occasione Romani consules qui in proximo castra habebant adepti, nam Martio abeunte confestim bina castra in aperto fecerāt, binos hostium exercitus pernicio so certamine occupatos deleuere. Hæc Liuius. Dionysius delere potuisset affirmat, sed consulum negligentia hostes mutua clade affectos, sine maiore offensa diuersos abijisse. Secuti deinde consules, C. Aquilius, & T. Sicinius, uiri bellicoso ingenio, & ad res gerendas magis quam superioris anni consules idoneo. Initio huius anni res ab Hernicis per legatos repetita, quod Volscis bello Romanos fines, contra scædus cū Tarquinio rege ictum, latrocinij infestassent, ad ea Hernici quū negarēt, regibz sublatis, sibi illum fuisse cū Romano po. scædus priuatoque cōsilio, nō publico dicerent homines suæ gētis Ro. agrū uiolasse, nec ob id res redderentur, fortiti consules inter se prouincias, Aquilius in Hernicos profectus est cū tertia parte copiarū (nam gens ipsa in armis erat) Sicinio Volsci euenere, cui par exercitus est dat⁹, reliqua iuētus T. Largo prefecto Urbis relicta est, ut suburbana regione abentibz cōsiliibus ab incurſu hostiū tueret. Aquilius in prenestino agro Hernicos occurrit, iustoq; prelio utrinq; est cōcursum. Ferētarij lapidibus, sagittis, iaculis, preliū iniuere, inde turmati equites equitibus cōcurrerūt: pedestris deinceps pugna fuit, atq; anceps diu certamen, & iā dextro cornu coeperat Romana acies laborare, quū Aquilius ex subsidiarijs militibus lectissimos in primam acie eduxit, inde paulatim saucios intra ordines recepit, quod fieri Hernicus conspicatus, ratus id fugæ initium esse, multo acrius cōnixus Romanū urgebat cornu. Verū ubi preter spē resistere animaduertit, segnius ciebat pugna, faciebat tamen nihilominus Romanis negociū ingēs, quū consul equites cohortatus in hostē imisit, horū incurſu dextera hostium acies pulsa est, nec ita multo post & sinistrū latus fugatū, cætera multitudo lateribus nudata, & ipsa fugam fecit. Romani fugientes hostes ad castra cum multa sunt cæde perſecuti. Iam & hostium uallum erant oppugnare adorti, quū consul ueritus ne subita hostium eruptione fortuna uictoriam uariaret, cani insit receptui. Castra noctu ab hoste relicta post die Romani diripere. Progressus inde consul in Hemicum agrum, omnia scæda populatione uastauit, & hæc Aquilius, quod minor Liuium uno duntaxat uerbo, Hernicos acie uictos significasse, sed magis mirum quod ab altero consule Sicinio æquo ait Marte cum Volscis dimicatum. Dionysius autor est, in Veliterno agro cum

Filiorum rij laudat certamen.

Volscorum Equorum scio.

C. Aquilius Sicinius consules.

Aere prelium

Hernici acie uincuntur.

Alterum in Veliterno prelium.

Tullio actio iusto cunctoque prelio concursum. Sed quum ob collium asperitatem, parum locus equeſtri pugnae esset habitus, Romanos equites se eius pugnae spectatores haud fieri passos à consule petijisse, ut relictis equis liceret sibi pedestrem pugnam capeſſere, qui à Sicinio laudati, per ardua collium à latere & à tergo dexterum hostium cornu adorti, pene totum trucidarunt, inde facta ab hoste fuga circa uallum castrorum atrocis certamen inritum, Ibiq; Actium Tullium fortiter dimicantē, pluribus uulneribus acceptis, mortem occubuisse. Ac tum demum paucis fuga dilapsis, qui cædi supererant, abiectis armis suppliciter ueniam petijisse. Ob rem utrobique bene gestam supplicatum est Romæ, Siciniusque triumphans urbem est ingressus. Aquilio, quia uictoriam minoris momēti reportasset, minor est triumphus decretus qui idem fuit & ouatio Sequens annus. Sp. Calsium & Proculum Verginium consules habuit. Verginius in Equos duxit, qui mœnibus inclusi agros incurſari passi sunt. Romanus consul haud preda contentus, agros scæda populatione uastauit. Calsius cui Hernici cum Volscis sorte euenere, Volscorum fines ingressus, quæcū que sunt in agris reperta multiplici clade afflixit, gētem ipsam ad deditioem compulsi. Hernici & ipsi à Volscis destruit pacem petiere. Legati qui ad Senatum uenere iussi sunt ad Calsium consulem ire, ipse uideret, quo iure ex dignitate Populi Romani Hernici in fidem recipiendi essent. Calsius triumphum petijt quasi preclaram obtinisset prouinciā, impetratumque non sine inuidia egit. Inde quia scædus cum Hernicis eo iure, in quo cum Latinis fuerat olim ictum percussit, parta est illi adhuc maior apud patres inuidia. Nec tantum quia æquatum ius amicitiaē Hernicis uidebant cum Latinis Romanorum cognatis, quam quod ager, qui in fœdere Hernicis ademptus erat, plebi & Latinis diuidere se uel se pronunciauit, adijcere se huic munerī aliquantum publici agri, quem priuatum ipsi sideri crimine batur. Sollicitabat patrum animos ea consulis largitio, nec tantū priuato incommode mouebatur, quā quod aperte apparebat immoderate Calsium multitudini indulgere, nihilque obscure illi per hæc gradū fieri ad tyrannidē occupandā. Promulgauit nihilominus agrariā legē Calsius, multas deinceps ætates magnis Ro. ciuitatis certaminibus agitātā. Restitit Verginius pernicioſe legi, nec tota quidem plebe, aduersante, que sua sponte fastidiri coeperat munus in socios uulgatū. Iactari interim uoces ab ipso consule, inuidia plenæ pestilens collegæ munus esse, laturos agros ijs qui acciperent seruitutis iugum, fieri eo munere uiam ad tyrannidem, quid attinisset agrorum diuisionem in Latinos uulgari, Hernicis tertiam adempti agri partē restitui, nisi ut hæc gentes pro Coriolano, Sp. Calsium ducem haberent? Hæc illi palam prædicabat, tanto audientū assensu, ut iam popularior ipse diffusor legis, quam autor haberet. Vterq; diuerso studio plebi indulgebatur, profitebatur Verginius passurum se assignari agros, dum Romano tantum cui assignarentur. Calsius in Agraria diuisione ambitiosus, ut alio sibi munere plebem reconciliaret, iubebat pro Siculo frumento pecuniam acceptam ciuibz restitui, id quod que plebs non minus quā certā regni mercedē auerfabatur. Senatus interim de ea re in curia cōsulebat. Nam Calsius, ubi Roboleius Tri. ple. publicè est preſatus, paratum se plebi demonstrare, quid fraudis in re esset, ipsasq; cōsuli altercationes tepelstua iter cessione diremit, simulato corporis languore publico abstinebat. Duæ itaq; sententiæ in lenatu dictæ. Appij Claudij una, q. cenſebat cognosci quātū publici agri à priuatis teneret, atq; id ipsum iterū publicari, cōsignari neq; ciuibz neq; locijs agrū placebat. Altera fuit Aulij Sëpronij, is ciuibz ad concordia in

Minor triumphus. Sp. Calsius. Proculus Verginius Conf.

agrariæ lex.

Consulatus altercatio.

Variæ patrum sententiæ.

ciuitate retinēda agrū diuidēdū celsuit. Latinis, Herniciusue eam largitionē fieri haud equidē placebat, se cūdumq; hanc sententiam x. uiri creati, qui publicū agrū recognosceret, ciuibzq; recognitiū assignaret. Annoque per hæc circū acto Fabius Cæſo & L. Valerij questores, Sp. Calsio magistraru abeūri, die perduellionis dixere. Dānatus populi iudicio ex Tarpeia est rupe, ut Dionysius scribit, precipitatus. Ea enim eratum Ro. morti dānatorū patrio more animaduersio. Sūt qui patrē eius supplicij autorem ferant, qui cognita domi causa filium de more uerberatum necarit. Eius peculū quo quo modo petijt, Cereri est cōsecratū, signumq; ex eo aere factū cum huiusmodi inscriptione, Ex calsia familia datū. Moris fuit statuis æneis inscribi, cuius pecuniæ essent primitiæ, quæ deq; consecrarent. Erāt qui Calsij liberos itersicidōs celerēt, que sententiā atrox nimis & in futurū suo exēplo patri ciuitati utilis, reiecta ē: quin liberari placuit adoleſcētes, neq; exilio, neque ulla in signi nota multatū iri, qui mos dein ceptus est Romæ seruatus, ut liberi nullis parētum sceleribus tenerentur, siue tyranni patres essent, siue paricidij proditiōisue conuicti. Cornelius Sylla eum more primus sustulit proſcriptorū filijs perēdorum honorū facultate adempta. Contra Græci, uelut neq; probos ex improbis gigni, neq; ex probis improbos natura paterecur, tyrānis genitos cū parētibus tollendos celsuere: & Sp. Calsius uir cōsularis sic petijt. Ceterū penituit populū haud multo post Calsiani iudici j, subibat multitudinis animum agrariæ legis dulcedo, cuius spes uidebatur, cum morte uiri adēpta, criminari Tribunum, qui causa actionē impediisset. Criminari consules qui X. uiros ad agorum assignationem non creassent. Patres ut multitudinis animum à præſenti cogitatione auerterent, iubent, consules in Veientes, Volscos & Equos copias cōscribere, nec delectus haberi potuisset phibentibus Tribunis, nisi iniecta mētio esset creati dictatoris. Celsere tū Tribuni, habitoq; delectu, Q. Fabius in Volscos & equos duxit. Sergius Corn. nā hi duo eo ano cōsules fuere, in Veietes Cornelij Veietanū agrū pdatus captiuos inde abductos, Veietibus pacē petētibz restituit, induciasq; in anū dedit. Fabius Equorū fines populatus in Volscos trasgressus, quū hic quoq; effuse Ro. arma uagarētur, uisum est Volscis incautos aggredi, ab Antioq; auxilia accersunt. Fabius exploratis hostium consilijs, confestim militē ad signa reuocat, quo accidit, ut egressi ad pugnā Volsci, ubi hostē præſenti dimicationi intentū, sub signis stare uiderūt, priusquā signa canerēt, fugā occupauerint, Romani fugientes inſecuti, alios capiunt, quosdam in fuga obruncant. Pleſique præcipiti cursu in arduū collem abierunt, qui paucis inde diebus quum iam inedia conficerentur, dederunt sese. Prædam Fabius consul uendidit, in publicūq; redegit, quæ res inuisum nomē Fabij multitudinī fecit. Patres sequenti anno obtinuerunt, ut Cæſo Fabius cum L. Æmylio cōsul crearetur. Equi & Volsci in armis erant, fortitiq; ob id consules inter se prouincias. Fabius Latinis Hernicis que cum suo exercitu præsidio fuit. Æmylius in Volscos profectus, haud procul Antio cum hoste acie dimicauit. Fuit ea pugna Ro. scæda. Volscos acie fufos i castra cōpulis, unde repēte eruptione facta, nō solum est à uallo reiectus, sed aliquato etiā maiore cæde, quā i tulerat, affectus, suos trepide in castra recepit. Dirisus inde ob acceptā cladē loco quē tenebat, noctu solatio profectus, ad Iōgula castra cōmuniuit, quo hostes progressi, quum Romanos in pugna elicere nequirent, aliquandiu obſidione fatigarūt, donec cohortibus ab altero consule in auxilium missis, Volscos uallum subire aufos, Romani in subiectos campos præcipites egere. Atque inde factum ut iam Æmyliani milites, non minus quā hostes in aperto pa

Sp. Calsius dō natur.

Liberorū impunitas.

Q. Fabius Sergius, Corneli consules.

bulas

Castoris aedes dedicatur.

Oppia uestalis damnatur.

Cæso Fabius, & Sp. Furius consules.

bularentur. Et hæc ad id tempus foris gesta. Romæ eo anno Castoris aedes Idibus quintilibus dedicata est à P. Posthumio Latino bello uota. Eius filius diuiri ad id creatus dedicauit. Apperebat iam comitiorum tempus. Æmylius ob rem male gestam Romam ad comitia habenda ire noluit. Fabius alter consul est ad id reuersus, creatique sunt consules M. Fabius Cæsonis frater, & L. Valerius Marci filius, is qui Calsium ter consulem accusauit. Eo anno Oppia uestalis incesti damnata est. Tribunis delectum impediens, consules extra urbem fellas posuere, ubi nulla erat Tribunis potestas. Ibi que si qui ad nomina non respondissent, cõfestim captis rerum agrestium pignoribus, multabant, quo factum, ut Tribunis opitulanti nequeuntibus, conscriptæ sint legiones. Fabius, ut superiore anno frater, socijs Romano populo, præsidio est relictus. Valerius in Volcos & Equos profectus. Post aliquot leuia certamina, nam & ipsi castra in aperto habebant, totis uiribus est utrinque concursum. Atrox pugna fuit, fortunaque neutro adhuc inclinante, prælium est diremptum. Parum alioqui pugna ad posteros memorabilis fuit. Percrebuit rumor Romanum militem de industria segnius congressum, quod nollet patribus, quos ob agrariam legem oderat, gratificari. C. Tullius, ut Dionysius ait, & Q. Fabius sequenti anno consules facti, ab his nihil dignum memoria gestum, nisi quod ex Veientano agro quo copias eduxere, post effusam populationem aliquid prædæ reportarunt. Sed bello foris in dies inualecente, Cæso Fabius & Sp. Furius Consules sunt. Equi Artonam Latinum urbem ualide oppugnabant, & Veientes cum agrorum populatione uagati, se urbem oppugnatos minaciter iactabant. P. Licinius Tribu. ple. uenisse tempus ratus agrariæ legis præsentis necessitate patribus exprimendæ, delectum impedire est adortus. Fuerunt illi impedimento collegæ, quo minus in suscepto negotio pseuerauerit. Appius Claudius primus omnium patres admonuit, posse tribunitiam potestatem suis uiribus labefactari, darent deinceps operam, ut semper è collegio aliquem ordini amicum redderent: satis futuram unius intercessionem ad omnes Tribunitios motus coercendos. Scriptis itaque legionibus Fabius in Veientes duxit, in Equos Spurius, cui omnia felicitas in prouincia euenere, hostibus nihil pugnandi ausis. Contra Fabio maius cum ciuibus negocium, quam cum Hetruscis fuit. Nam quum ita consul suos instruxisset, ut equite traherent in hostes misso aduersam acie sudisset, sulum territumque Hetruscum miles sequi noluit, nec precibus consulis, neque minis cõpelli potuit, ut gradum acceleraret, quum periculû immineret, ne fuscus in equitem conuersus fortunam uariaret. Mœsto itaque silentio uultuq; contumaciæ pleno signa referunt, ipsum consulem & equites, qui strenuam illi operam nauauerant, tacite execrantes. Erat miles Cæsoni in primis iratus ob Calsij damnationem cuius ille autor fuerat. Nec cõsul cuiuspiam supplicio id flagitium uindicauit, ut documentum posteris esset Reipu. nunquã tali diserimine deserenda. Adeo claro ingenio uiris citius ars desuit, qua ciuem regeret, quam qua hostes superaret. Haud igitur tam belli gloria aucta, quã militum odio exacerbato Romam redijt. Hoc anno quo militum perfidia est in Veientes parum prospere bellatum, Xerxes ut Dionysius colligit, in Græciam uenit, de cuius memorabili expeditione sequenti uolumine dicam. Idem autor est exercitum noctu iniussu consulis Romam redijisse, que res inogenem ciuitati trepidationem inculsit. Patres totius ordinis uiribus connixi, proximis comitijs obtinuerunt, ut in gente Fabia cõsulatus maneret, M. Fabio, Cneio Mallio in sequentem annum consulibus creatis, his quoque in delectu habendo, T. Pontificius Trib.

plebis ab initio impedimento fuit, sed unius actio facile collegarum intercessione est discussa. Patres omni genere comitatis Tribunos appellando (quã uiam ad soluendos eius potestatis conatus Appius Claudius, ut supra memoratum est, primus omnium monstrauerat) facile obtinuerunt, ut contra unum publici commodi remoratorẽ, reliqui Tribuni sentirent, quorum ille cõsensu fractus, actione destitit. Conscriptrae itaque à consulibus legiones ad Hetruscum bellum. Concitauerant enim Viètes Hetrurij populos ad arma, apud omnes testari inuictas Po. Ro. uires futuras fuisse, nisi discordiam que magna rum urbium opibus quo minus æternę sint, semper obfuit, illis interuenisset: laboratum iater eos prius domestica seditione, iam odia in pernecione totius populi in apertum erupisse, itum læpe obuiam glificenti malo, nunc patrum modestia, nunc patientia plebis. Iam ex una duas factas esse ciuitates, alios magistratus plebi, alios patricijs esse, quod extremum Ro. nomini excidium esset allaturum, desuisse militem signa in acie obseruare. Ducibus parere, iã enim i Equis prius, mox ea pugna, quam secum extremum loco pugnaissent, rem Romanam ab ipso milite ex confesso proditam. Horari igitur monereq; ne eam occasionem desererent, ostenderunt tantum bellum, cætera sponte sua fata deosq; gesturos. Cõciuit ea spes Hetruscorum multos, ut iunctis copijs cû Veiete in aperto castra fecerint. Iam Ro. Cõsules & ipsi haud procul ab hoste cõfederant, recentiam militum perfidia territi, suos intra uallum continebant, nec hostem præteribat quid in mora esset, cur Ro. in aciem non descenderent, eo que ferocius cunctantibus instabat, & nouitatem generis exprobrans & domesticum furorem. Minari etiam se uallum rescissurum nisi sibi pugna copia fieret. Audire ea miles, non sine tacto pudore, accendebatur quod tidiano conuicio ad ultionem animi, gliscebatque eo magis pugnae libido, quo impensius consules à prælio abhorrebat. Id enim illi præ se ferebant, fore rati, ut tempus militum iras leniret, animosq; ad sanitatem retraheret: credebant ad hæc, ut quo minus fieret militibus pugnandi copia, eo maius dimicandi desiderium in alsiduo conuicio oriretur. Nec spes eos fefellit: nam quum hostes superbe insolenterq; circa uallum in dies magis obstreperent, milites in prætorij frequentes cõuenere, poscunt pugnam, postulat ut signum detur. Consules ut maiore adhuc adderent animis cupiditatẽ, rem de industria aliud atq; aliud causantes traherent. Donec Tulci iam uallo occurrentes, maioraq; adhuc probra ingerentes, adeo acerbos ultionis animis subdidit stimulos ut nisi continuo signum pugnae propositum esset, si ne imperio milites fuerint in hostes erupturi. Perijt tamen Fabius consul à militibus, ut in se singuli iurarent, non nisi uictores ex acie redituros. Iurati atque omniũ primus M. Flauoleius centurio, arma capiunt, eunt in pugna irarũ spei q; pleni, nec Hetrusci certamen detrectant. Concursum est ingentibus utrinq; animis, sed Romanis multo maiore ira & indignatione. Pepulit sinistram hostium cornu Manlius, qui dextrum Romanorũ procurabat, haud multo postquã pugnari est ceptum. Maius omnino fuit negociũ in sinistra parte in qua erat Fabius consulis frater, legatorũ unus, hac parte miles hostium multitudine degrauatus, cum multa cæde circumuetus est. Fabius fortiter dimicans lancea, ut Dionysius, ut Liuius gladio traiectus occubuit. Ad tã clari strenuique uiri casum ingens terror Romanis incidit. Et iam res ad fugam spectare cõperat, quum Fabius consul, qui mediam aciem tenebat, eo trepide excitus occurrit. Tum milites in pugnam reuocans, ante Fabij iacentis corpus obiecto clypeo uociferari. Hoc est, inquit, milites, quod omnes ad unũ iurastis nõ nisi uictores in castra uos hodie redituros? adeo igna-

Vientianum ba in pñia Consilio.

Tuscorum cõ uicia in Ro.

Consulis fratris interitus

Consules.

ignauissimum hostem magis timeris, quam Iouem & Martem, per quos iurati estis? Aderat Cæso Fabius qui priore anno consul fuerat. Is totis uiribus connixus in hostem consulis operam iuuabat, ita ut eo die gens Fabia, reconciliato militum fauore, ingentem ex ea acie gloriam reportarit. Consul praesentia pugna ibi non solum instaurata est, sed pulsi etiam sunt cum cæde & strage hostes. Erat que res Romana hac parte superior, quum subito auctur, Manlius alterum consulem hostes agentem, graui uulnere accepto pugna excelsisse, cepisse que ob eam rem metum & torporem milites, ut iam res non procul à fuga abisset. Consul Fabius cum cohortibus aliquot laborantibus auxilio affuit cuius horatu uehementiq; castigatione acies restituta est, hostisq; suo impetu auersus. Superuenit & Manlius qui obligato uulnere se suis conspicendum reddidit, quo contigit, ut ab utroque cornu de mum pulsus sit hostis. Miserant interim Hetrusci, ut pore qui multitudine abundarent, Romana castra oppugnatum. Sustinuerunt uim ex improuiso illatam aliquam diu Triarii, qui ad castrorum praesidiũ remanserant, hostibus tamẽ undiq; irumpentibus, circa praetorium cõglobati, acrem pugnam ciebat. Tum manlius, hostium acie profligata, ad opem suis ferendam castra repetit, obiectoq; ad omnes portas milite, hostibus uiam clauserat. Varij fuerunt illorum procurfus, hac atq; illac erumpere conantij. Verum ubi omnia irita uiderunt, desperatione adacti, consulem ipsum in prima acie stantem cuneo in uadunt, hic ille iterum ictus in uulnus abijt, eo cadente magnus terror Romanos inuasit, totisq; castris pro uictis ab Hetrusco aguntur, forerq; ad extrema uentum, nisi legatus exanime corpus agnulis tolli iussisset, atq; ita uia ad erumpendum hostibus data, consternatum agmen castris egressum, in alterum consulem incidit, ibique Tusci fusi fugatiq; sunt & ad unum ferẽ in medio caesi. Dionysius Romanum uallum ait non prius ab hoste transensum, quam Manlius multis uulnerebus confossus concidisset, retentq; in aduentum alterius consulis castra ab Hetrusco, nec antea recipi contigisse, q; de industria in unum duntaxat latus omni Romano ui inclinante, datus sit hostibus exitus, inde periculo castris depulso, in aciem cõsulem redijisse, atq; iam in ferum diei praelium diremptum, nec re alia Romanum superiorem fuisse, nisi quia nocte que proxime secuta est, Hetrusci relictis castris in tutum cõcessere. Habuit eo die Romana acies, si idem autor uera tradidit, cum Latinorum & Hemicorum apud dicibus bellatorum xl. milia: fuit omnino uictoria nobilis, sed duobus illustribus uiris amissis, parum Romanis læta. Fabius quod omni triumpho fuit pulchrius, ob collegæ & fratris interitum triumphare noluit utrunq; extulit honorificentissime, publiceque laudauit. Anno deinde nondum exacto, magistratu se abdicauit, ne in reliquũ anni solus consulatum gereret. Proximis comitijs consules creati Cn. Fabius, & T. Verginius. Fabius in curia retulit, quãdo spes concordia inter ordines, præter spẽ omniũ nuper affulsisset, dandam esse operam, ut in dies magis coalesceret, recte proinde patres facturos, si suum munus facere occuparent, ut agrum ex hoste captũ populo diuidendum darent. Reiecta est Fabij relatio, ut ambitiosa nimis. Erant qui interpretarentur nimia gloria familiae Fabium luxuriare. Vterq; consul inde ad bellũ profectus. Fabius Cæso in Equos duxit qui tum Latinorum fines infestabant. Ibi late per hosticum euagatus, onustum agrestij præda militem Romam reduxit. Veientes & ipsi intra muros post cladem eo anno acceptam, se tenebant. Hetruriam regionem Verginius ingressus, quum militẽ temere prædatum misisset, subita hostium eruptione deleratus fuisset exercitus, nisi Sicinius legatus cum glo-

bo peditum, quos circa se habuit, hostium uim ad uesperum sustinuerat: mox inclinante die in proximum collem Romanus cõcessit, ubi est per aliquot dies ab hoste obsessus. Et iam longa inedia miles cõfectus, de honesta morte obeunda deliberabat: cæterum Cæsonis alterius consulis interuentu, obsidio discussa est. Consules castris in æquum delatis, per ocium omnem Veietanum agrum prædati sunt nec multis deinceps diebus interiectis Romam cũ exercitibus abiere. Veietes ubi Romanas legiones suis sinibus digressas uidere, sumptis armis Romanum agrum incurstant, & quoniã apertis uiribus nõ audebant, latrocinantium more per occasionem re gerere sunt adorti. Quoties Romanæ legiones adesse dicerentur tenebant sese mœnibus, rursus illis abeuntibus, Romanum agrum tumultuose inuadebant. Veneratque res iam in formam latrocinij, eo que difficilior uideri prouincia, quia in cæterorum bellorum occupatione, neque tuto omitti poterat, neque hostibus de summa rei certare reculantibus decerni, alsiduumque Veies hostis magis quã grauis, contumeliosque sepius quam periculo insultans, ciuitatem sollicitam habebat. Tum uero gens Fabia senatum adijt. Consul pro tota gente loquitur. Alsiduo magis, inquit, P. Conscripi, ut scitis, quam magno Veientanum bellum indiget praesidio, uos, si placet, alia bella obeunda suscipite, Veietem hostem Fabijs sustinendum date. Id bellum domesticis opibus priuato sumptu gerendum depositum, autores sumus, tutam ibi Romani nominis maiestatem futuram. Vacet ciuitas hac una belli parte tributo, uacet militia, Gratia ingentes consuli actæ, bellumque cum Veiente uni familiae decernitur. Ipse curia egressus, comitante Fabiorum agmine, quod in uestibulo steterat Senatusconsultum expectans, ubi domum uenit, omnibus edixit, ut postero die armati adessent. Peruasit statim, ut fit, totam urbem rumor, Fabios totius ciuitatis onus in se uertisse. Veiens bellum in priuatam curam in priuata arma uersum, si altera ab ea sit in urbe familia, eo robore ea que uiuorum indole, facile & ipsi sibi Volscum depolcant bellum, posseque Romano populo, pacem agere, finitimas domari gentes. Post die Fabij, ut imperatum erat, circa consulem frequentes conuenere. Paludatus ille in uestibulo domus stans, suæ gentis instructum agmen lætus inspicit. Inde motis signis per preces & pia uota ciuium urbe egrediuntur. Ire fortes, ire felices iubent, consulatus cæterosque honores pro ea in Remp. pietate in futurum expectare. Hæc Liuius. Sed nemo est ita rerum humanarum ignarus, qui non à fide abhorre sentiat trecenta, & sex uiros, tot enim ut inter omnes constat, Fabij fuere, temere Veientibus obiectos, quos Romanæ legiones ægre nuper sustinebant. Veriora igitur sunt que Dionysius prodidit, quaternum milium hominum agmen, ex amicis & clientibus, à Fabia gente constatum, nec Cæsonis consulis ductu ad Cremeram irum, sed M. Fabij qui superiore anno consul fuerat, Consulem ipsum, quod uero propius est, publico exercitu Fabiorum agmen secutum, nec prius ab Cremera abscelsisse, quam ibi præsidium extrema ripa fluminis duplici fossa & uallo, ut receptaculũ Fabijs esset, militari fit opere munitum, ipsi loco Cremeræ quod & fluitio fuit nomen, atq; spe omnium celerius perfecto, consul in auersam Veientani agri partem legionibus repente abductis, multam inde prædam Romam egit. Fabij suam legionem ita sunt partiti, ut quarta pars castello præsidio esset, uarie & ex occasione Veientanum agrum populari adorti, breui omnia hosti ita infesta reddiderunt, ut non procul ab obsidione res Hetrusca esse uideretur. Secuti interim consules L. Æmilius, & C. Seruilius, hyemeque per hæc circumacta sub principium ueris, quoniam constants fama

Veientes bellum in latrocinium uertunt.

Fabia gens. Veiens sibi bellum deposcit.

Fabij ecc. sex ad bellum exeunt.

Cremera.

tuissent. Sed si tales fuere, ut non magis inferre possent, quam accipere uulnera, quid mihi eorum cædes magis quam ipsorum sorti ascribitur? præsertim qui tam ipse medio sim prælio uersatus, quam quis eorum, qui in prælio occubuerunt. Sed inuidia simul & odiū in me Tribunos armarunt, hi duo affectus non patiuntur eos & qua discernere, aut si discernunt omnino dissimulant: inuidia cæca est, nec aliud nouit quam felicitatem insectari, improbant, accusant, criminantur, quæ si facta non sint ob hoc ipsum quia facta non essent, diem alicui dicendum existimarent. Sed uos Quirites non decet uestros duces paucorum arbitrio uexare: nam si eos, qui rempubl. feliciter administrant, supplicio dignos arbitramini, quid ijs fieri oportebit, qui sua ignauia, aut stultitia clade aliqua affecerint? Nunc quia non magis Tribunorum inuidia, quam odium mihi obstat, pauca de illorum in me ira Quirites dicam, ne origo & fons accusationis huius lateat quenquam. Quia in agraria largitione uestris commodis in meo consulatione aduersatus uideor, ingens est mihi odium apud uos conflatum, at ipse hic coram libere dicam, quod in curia dicere soleo, nec nobis multum expectat aliter loquentem aut dire: parum modeste facitis Quirites, qui alienum furorem secuti, à senatu & optimatibus, quorum est suo arbitrio uniuersæ ciuitati consulere, per insectationem & fœdum certamen, beneficium obtinere contenditis, quasi beneficia non uoluntaria esse oporteat, quum quæ ultrodantur, huic qui dat dulciora sint, & accipientibus firmiora, quam si fuerint ui aut metu expressa. Id uos minime aduertetes, uelut mare alienis flatibus agitati, nullum in ciuitate ocium, nullam quietem esse finitis, quo sit ut non tã pax rebus nostris, quam bella expediant, bellando enim crescant ciuitatis opes, pace, & ocio, & domestica discordia soluant. Quod si cætera senatus decreta salubria ducitis reipublicæque necessaria, cur non & hoc ipsum, ut alia arbitramini? Sin ipsum ordinem nihil oportune sentire putatis, cur id consilium nõ tandem ex urbe tollitis, ac uos ipsi consulitis, decernitis, imperatis, omniaque ad libitum geritis? Sed paulatim uideo ipsum ordinem dissoluitis, modo unum ex illustrissimis, modo alium tribunitiæ iniuriæ subijcientes. Quanto satius fuisset in uniuersum semel ordinem inuehi: ut quod iam pridem uester animus parturit, aliquando pareret? Nec uos horum malorum causa estis, sed illi qui uos suo furore agunt, impellunt, præcipiant, quippe qui neque alios norunt regere, neque ipsi regi uolunt, quorum temeritate nauis hæc, in qua omnes sumus, diu antea naufragium fecisset, nisi aliorum prudentia iam latus acclinans erigi cõtigisset. Hæc uobis Quirites, siue auditu iucunda sint, siue molesta, tam audacter, quam uere à me dicenda existimaui, satius ratus in libertate mori, quam ad alienam uoluptatem loquentem salutem adipsi. Profuit libera oratio innocentiae testis, & fiducia. Cæterum Verginius collega in iudicio produtus, omnem uictoriæ laudem cum reo participas, quicquid adhuc minarum à Tribunis impendebat, suo testimonio discussit. Tribus in suffragium uocata, ad unam omnes absolute. Post certamen hoc domesticum, continuo aliud recens est à Veijs exortum. Sabini ob ea, quæ nuper Veientibus feliciter euenerant, cum Hetrusco arma iunxerant. P. Valerius ad id bellum missus, noctu copijs ad hostem perductis, Sabinorum castra, quæ in conspectu sociæ ciuitatis erant, primo aggreditur: pugnatumque nonnihil in ipso munitionum aditu, per paucos Romano manipulis temere occurrantibus. Obtrinerunt nihilominus Romani uallum, cedesque ingens totis castris edita est. Multi præcipiti fugam Veientium castra profugerunt, quæ haud procul inde erant, uno fere tempore Sabinus Romanusque illorum portis

Inuidia cæca est.

Peroratio.

Abfoluitur Scruilius.

incidere. Hic maior omnino labor: nam & qui in illis castris erant, cum Sabinis iuncti, non solum uallum tueri adorti sunt, sed in apertum erumpentes, ferociter manum conserunt. Aderat ex proxima urbe altera manus, clamoribus in auxilium excitata: iustoque prælio pugnabatur, quum Rom. eques à consule in Hetruscum missus, apertam fecit fugam: ita duo exercitus, duæque potentissimæ gentes, eadem hora (ut Liuius scribit) debellatæ sunt. Dionysius autor est, per reliquum diei, & sequentem noctem Hetrusca fuisse castra oppugnata, postridieque sub luce à Veientibus relicta, Romanum occupasse. Consul benigne prædam militibus partitus, ubi hostem intra mœnia se tenere uidit, nec spes ulla interim fieret pugnandi amplius in Sabinos transgressus, late omnem eorum regionem prædatus est. Ita cum uictore exercitu prædaque onusto Romam reuersus, decreto patrum triumphauit. Erant tum Volsci quoque & Equi in armis, castraque in Latino fuerant agro metati, quem magna etiam ex parte populatione fœdarant. Eos Latini assumptis Hernicis, sine Romano aut duce, aut exercitu castris exue re, castrensi que præda potiti sunt. Dionysius per id tempus ait, utriusque gentis copias cum P. Valerio cõtra Sabinos & Veientes sterile. C. Nautius, quod satis constat, in Volcos missus, omnem eorum regionem segete iam in agris flauescente passim corrupta terrore & populatione compleuit. Habuit sequens annus C. Manilium & L. Furium consules. Manilio Veientes prouincia euenere, qui bello inclusi, ubi à cæteris Hetrusiæ populis auxilia impetrare nequiuissent, pacem suppliciter petiere: in quadraginta annos induciæ petentibus datæ, frumento in exercitus alimoniam, & stipendio imperato. Manilio Romam ueniēti, pro curuli triumpho, quæ petebat, ouatio, qui pedestris fuit ut Dionysius interpretatur triumphus, à patribus est decretus. His consulibus censa sunt Romæ centum tria milia ciuium. Consules proximo loco fuerunt. L. Aemilius Mamercus, & T. Iulius Vopiscus, siue Opiter Virginius, ut Liuius scribit. Hoc anno Genutius Trib. pleb. quum de lege agraria, consulibus impediētib. nihil obtinere potuisset, Manilio, & Furio, prioris anni cõsulibus, diem dixit. Crimini illis datum, quod decemuiros ad agros diuidendos patrum decreto non creassent. Certi erant patres, rei indignitate moti, pro duorum consularium dignitate, aduersus tribunalium unum, totius ordinis opibus certare, & iam frequens patriciorum manus in forum descenderat, tribunitiam actionem impeditura, quæ repente in forum affertur, Genutium domi mortuum inuentum. Perculit inopinatus casus multitudinem, ita ut momento temporis dilapsa sit foro, sed Tribunos præcipuus pavor inuasit, collegæ exitu admoniti quam parum præsidij sacris legibus inesset. Habetur igitur à consulibus delectus: Tribunis nihil impediētib. Ferre id iniquo animo plebs, tribunitiamque potestatem cum Genutio seipulsum fremere. Eundem obuiam præsentis iniuriæ, nec ad nomen cuiquam respondendum: mutuis itaque hortationibus accensi, stat nomen nolle dare, mittitur interim in Volerone manendam, qui in conspectu stans ad nomen non responderat, licet. Negare is se militem fieri oportere, quoniam ordinem aduisset. Hic tribuni appellati cum nihil auxilio adessent, prouoco, inquit, Volero ad populum. Cæterum quum nihilo secius à licitoribus traheretur, uirgasque in se expediri cerneret, præualens ipse corpore, adiutusque ab ijs, qui proxime steterant, licitores à se repulsi: tum uero consules ad uim cohibendam à tribunali decurrentes, concitata multitudinem, facile experti sunt, parum tutam esse sine uiribus maiestatem. Violatis licitoribus, fascibus dilectis, è foro in curiam compelluntur, incerti, quatenus

Veientes cõsuli uincit.

C. Manilius, Furius cõsules.

L. Aemilius Mamercus, T. Iulius Vopiscus cõsules.

Genutius Tribu. domi interfectus.

Volero noue seditionis autor.

tenus Volero esset uictoriam exerciturus. Consulitur super ea consternatione senatus, questique sunt consules suam iniuriam. Multæ ferociter sententiæ efferente ira dictæ, uicere tamen seniores patrum, qui ab omni certamine abhorrebant. Hi sedandam quoquo modo discordiam, non ultione augendam censuere. L. interim Pinarius, & P. Furius consulatione iniuere. Eo anno matronæ plurimæ abortum enixæ confestim exanimatæ sunt: Vrbiniaque uestalis incesti conuicta, uiua est desossa. Plebs Volerone complexa Tribunum proximis comitijs creauit. Tulit ille ciuilitate priuatam iniuriâ, nec (quod omnium erat expectatio) quicquam grauius statuit in prioris anni consules, quod prouocationi non celsissent. Rogationem tulit ad populum, ut plebeij magistratus Tribus comitijs crearentur, rem specie minime atrocem, sed quæ patricijs potestate per clientum suffragia quem uellent tribunalium creandi, adimebat. Gellius autor est, Lælium Felicem eo libro quem ad Q. Mutium scripsit, tria comitorum genera Romæ olim usurpata prodidisse, Curia quæ ex generibus hominum suffragium ferretur, nomenque ideo rei datum, quod curiam per licitorem calarentur. Centuriata, quum ex censu & ætate fieret, quorum ratio abunde alio est loco relata, cæterum ut illa per licitorem, ita hæc per cornicinē calari solita. Tributa reliquum genus appellatum, ex regionibus & locis confata. Restiterunt summa ope patres, eam actionem per cæteros tribunos impediētes. Plebs & ipsa, haud suorum commodorum oblita, Volerone sequenti anno tribunalium refecit, apparebatque extremum certamen cum plebe insitare, quod ueriti patres ipsi quoque, uolentium infestumque multitudini consulem Ap. Claudium dedere, cui T. Quintius est collega datus. De turbu lenta horum administratione, suo postea loco memorabitur. Proximus liber ea quæ Xerxes rex Persarum in Athenienses, & totam pene Græciam gessit (in hæc enim tempora incidere) ordine explicabit.

L. Pinarius P. Furius consules.

Vrbinia.

Tributa.

Comitia.

Curia.

Centuriata.

Tributa.

ENNEADIS III. LIBER II.

BER II.

Xerxes bella.



Vplex bellum uelut hæreditarium Xerxes à patre accepit. Ægyptiacum, quod tanta celeritate confecit, ut de eo nihil ab ijs rerum scriptoribus, quos sequimur sit proditum memoria. Europeum aduersus Athenienses, & magnam Græciæ partem, tam diuerso euentu ab ipso illo administratum, ut dubium sit utrum maior in eo inferendo terror fuerit, an in illato ludibrium. Bellum ipsum etsi magna ex parte fuerat à patre instructum summa ope ornare persequerant, multis ad id exequendū ambitiosum sua sponte regem impellentibus, & in his Mardonio iuuenē impigro, rerumque nouarum cupido, ex Gobrye & Darij sorore genito. Sollicitabant & Alebadæ Thessaliæ reges Persarum in Europam accessum, & Pisistratidæ Atheniensium exules. His ille stimulis enixius aliquanto bellum inferre adortus, quum altero à Darij morte anno Ægyptium inchoasset, miraque celeritate confecisset, confestim illi Europeum subiecit, quanquã in eo comparando quadriennium consumpserit. Cæterum ne temere à se initium uideretur, frequenti suorum consilio multa de se magnifice præfatus, quid in animo haberet ostendit: cæteris uero assentientibus, ab Artabano patris monitus dicitur, ne Mardonij & aliorum uanitatem secutus, Græcos fortissimum genus hominum, ut imbelles contemneret, monuisse olim se

Græcij belli impulsores.

Artabani consilium.

Darium patrem eius, ne Scythis bellum infereret, quando ex ea gente maius periculum immineret, quam futuræ prædæ spes ulla sperari posset. Euentum expeditionis illius plane ostendisse, conductibilis regi fuisse, fratrem audire, quam temerarium aliorum consilium. Quod ne ipsum quoque Xerxes talis postea penitentia subiret, identidem monebat, ut iterum atque iterum seipsum rex confunderet, quando recta consultiatio maximum deliberranti esset lucrum. Quod si fortuna etiam consilium superasset, quia bene consultum esset, leuiora fieret aduersa. Vides, inquit, ut prægrandia animalia emittentioraque loca sæpius quam humilia è cælo feriuntur, Deusque sublimia & ardua deprimat, nec quicquã patitur in terris diutius insolescere, res haud dubie properando errorem pariunt. Nec quia innumeris imperes gentibus, alienas opes contemnas: sæpe immensi etiam exercitus ab exiguis copijs superati sunt, quod his paucis annis ad Marathonem accidit, ubi sexcenta hominum milia unius populi uiribus cessere. Nolim in tanta re inchoanda fando mali aliquod ominari: uerum paratus sum cum Mardonio sponione atrocissima certare, ut ducat ipse quantas uelit copias in Græciam, ac si inde uictor redierit, tum ego cum filijs extremo affici supplicio non recusabo: si uictus, ipse cum suis capite puniatur. Ita fore, ut Mardonius suo periculo sentiat, aduersus quales uiros Xerxi bellum persequere contenderit. Iniquo animo tulit Xerxes ominolam Artabani sententiam, fuissetque eius iussu continuo ad supplicium raptus, nisi necessitudo & maiestas homini obsticisset. Fuerat is Darij frater, notauitque tum illum ignominia ut futuræ expeditionis comitem repudiauerit, præfatus fore, ut sine tali comite, destinatum bellum conficeret, stare sententiam eos ulcisci, à quibus Persæ primū iniuria affecti essent, propositum esse aut agendi certamen, aut patiendi, aut omnia Persarum sub Græcis, aut quæ eorum essent sub Persis futura. Nullum esse inimiciorum medium, nec de euentu belli se nimium sollicitari, quando se in eos bellaturum sciret, quos Pelops Phryx Persarum seruus ita olim subegisset, ut ad sua usque tempora, & regio ipsorum non parua, & regionis incolæ cognomen ab eo tulerint. Sic Xerxes in Artabanum patrum stomachatus, ubi se domum recepit, alia atque alia pensitando, eo propemodum peruenit, ut Artabani sententia non amplius displiceret, & iam de belli cura deponenda secum agitabat, quum somno pressus, per quietem moneri sibi uisus est, esse bellum exequendum, & rursus altero insomnio oleagina corona præcinctum sibi caput uideri, cuius oleæ ramis uniuersa occuparetur terra. Iam & Artabanus quoque multis minis pernoctem ab incerto dæmone territus, ne pergeret destinatum bellum impedire, regi reconciliatus bellandum censebat. Per hæc Xerxes adhuc magis in bellum incensus, ratus numen etiam propitium ad id gerendum sibi assuturum. Athon montem à copijs naualibus, quæ ad Eleuntem Chersonnesi in statione erant, in Isthmo à continente præcidi imperat, opus maioris ostentationis quam usus. Quinq; turbes cum suo monte sunt à continenti ora rescissæ. Dion, Olophyxos, Acrothoon, Thyllus, Cleone, Euripus Clasiariorum opera factus duarum triremium capax: commeatibus præterea ad mare paristuduo deportatis, ipse à Critallis Cappadociæ (hæc enim edictum erat, ut uniuersæ copię conuenirent) Sardis uersus mouit. Haly deinceps fluuiio transmissus per Phrygiam Celenas duxit, ubi Maandri fontes oriuntur. Fabulari uideretur mihi Herodotus, qui hic Sileni Mariæ pellem, in utris speciem suspensam sua ait tempestate fuisse, quæ ab Apolline illi detracta diceretur. Nec minus mirum, etsi uero propius, quod de Pythio Argyis filio memorat. Hab-

In celeritate error.

Xerxis indignatio in Artabanum.

Pelops Persarum seruus.

Xerxis somnia.

Athos à continente abscinditur.

Maandri fontes.

Mariæ pellis. Pythij Celenij diuitiæ.

rabat is homo Celenis. Xerxem & omnem eius exercitum ob diuitiarum affluentiam hospitio accepit. Miratus rex hominis liberalitatem, sciscitatus est, ecquis hic Pythius esset? ubi Celenium esse, mortaliūq; omnium secundum se ditiosissimum haberi cognouit, pro magno habuit negotio, talem uirum appellare, erat enim iam inde à Dariana illa in Scythiam expeditione pluribus notus. Dederatq; tunc ille regi auream platanum dono, & uitam auream. Xerxes hominem ad se accersitum, ecquantum pecuniarum possideret interrogauit. Cui ille, haud te, inquit, celabo regum maxime, neq; dissimulare fas est. Posteaquam accepit te celerrime ad mare uenturum, uolens tibi ad bellum pecuniam dare, subducta mearum pecuniarum, ratione, comperi mihi esse argenti bis mille talenta, auri uero quadragies centum milia, nummum daricorum septē milibus minus, quæ omnia ad usum belli huius tibi Xerxes dono: nam mihi uictus ex mancipijs & agricolis abunde suppetit. Hæc ille. Cui hilari uultu Xerxes: Ego (inquit) Lyde hospes, ex quo Persidem egressus sum, neminem adhuc sum nactus, qui in meum exercitum tali sit hospitalitate usus, tantūq; auri uel tro dono obtulerit. Ob quæ uicissim ego te meum facio hospitem, & ne ad ista quadragies centena milia aliquid desit, septem milia aureorum nummum tibi ex meo numerari iubeo. Tu hæc & cætera quæ ad hunc diem possedisti, libere habeto, talem que te semper geras hortor, neq; enim unquam pœnitebit te, tuæ in regem liberalitatis. Celenis inde Xerxes digressus, Colossas uenit, ubi Lycus amnis hiarum terræ subiens occulitur, rursusq; post quinque stadia in apertum euadens Mæandro infunditur. Inde ad Cydra oppidum promoti sunt castra, ubi Cippus à Cræso erectus Lydiae Phrygiæq; fines disternit. Hinc per Lydiam ducens, Callatabum prætergressus, ubi ex myrica & tritico conficiendi mellis ratio tenebatur, Sardis uersus ad dextram fiectens, in pulcherrimam Platanum incidit, cuius specie delectatus, aureo monili donauit, eamq; perpetuo tuendā iussit. Sequenti deinde die Sardis uenit: unde caduceatores in Græciam misit, qui terram sibi & aqua peterent ab omnibus eius gentis ciuitatibus, præterquam à Lacedæmonijs, & Atheniensibus, à quibus caduceatores olim ad hoc ipsum missi, in puteos proiecti fuerant. Mandat adhæc circa Abydam & Seston, qua utrunque litus ab altero septem distat stadia, ut pons Euripo imponeretur, quem iam iunctum subita dissoluit uis pelagi. Quod quū Xerxi nunciatum esset, indigne ferens, trecenta Hellepontum iussit uerbera infligi, compedesq; in imum uadum demitti. Fama est missum ab eo qui & stigmata Hellepontum inureret. Satis constat eiusdē imperio colaphos mari incussos, barbaraq; uoce increpitum, quod Xerxem nihil de eo male meritum læsisset, uerum fore uellet nollet, ut ab rege ipso pedibus transiretur, merito ei ut doloso & amaro flumini à nullo sacrificari. Et Xerxes in hunc modum sæuijt in Hellepontum, manifeste barbaræ uanitatis argumento. Qui pontem fabricati fuerant, extremo sunt supplicio affecti. Pons duplex inde mari impositus, sexcentis septuaginta quatuor triremibus biremibusque tenaci modo connexis, codices inde lignorum in latitudinem ratis adæquati, nauibusque instrati sunt superneque connexi, mox & materia congesta munitis utrinque lateribus, ne iumenta & equi maris aspectu exterrerentur, hymeque per hæc exacta ineunte uere, cum toto exercitu ad mare descensurus, magno est ostento territus. Sol sereno cælo sese repente subtraxit, noxque terris induta est. Sciscitatus rex Magos de prodigij ratione, ad Græcos pertinere responderunt, quorum id numen esset, ut Luna Persarum, defecturum haud dubie Græciæ terræ statum. His rex confir-

Lycus amnis.

Platanus aureo monili ornatur.

Xerxes uerbera infligit Hellepontum.

Pons mari imponitur.

Ediphs solis.

matus, quum iam ex Lydia moturus esset, Pythius hospes ab eo precatus est, ut ex quinque liberis qui Medica signa sequerentur, maximum natu sibi relinqueret, qui se iam grauem ætate in re domestica administranda iuaret. Tulit id Xerxes in quo animo, omen, ut credere par est, auersatus: Pythioque amarissimis uerbis increpito, quod extra tot mortaliū fortem, filium sibi ponere esset ausus, præsertim quum rex & regis liberi præsentem bello affuturi, quem sibi pater depoposcerat, in duas partes dissectum, dimidium hoc ad dexteram uicæ, reliquum ad læuam statui iussit, exercitumq; per hominem ita dimidiatum tradidit. Sardibus digressum duplex Persarum equitum, ordo duplex & peditum sequebatur, ipse curru sedebat, cui Nilij equi erant iuncti. Est Mediciæ regionis campus ingens, ubi prægrandes alebantur equi. Præibatq; regium curru uenerabilior alter Ioui sacer, quem octo equi candore insigni trahebāt. Post Perficos ordines reliquos promiscue exercitus agebatur. Primo ad Caicum flumen uentum, inde per Thebæum campum, & Antandrum in Iliensem terram descendit, ubi sub Idæ radicibus exercitum pernoctantē grauis è cælo tempestas est adorta, ita crebro fulminū casu, ut pleriq; exanimati sint, inde ad Scamandrum rex processit qui impares potantibus Medis aquas habuit. Est Scamander qui & Xanthus, ut Plato de monitrat, ex Ida oritur, Iliumq; præterlapsus Hellepontum apud Sigæum infunditur, nec Simoenti miscetur, ut quidam falso arbitrantur. Xerxes Ilium ascendit, ut Priami urbem inuiseret, immolauitque Iliacæ Mineruæ boues mille: Ilio digressus, præter Rhetion iter ad mare intendit. Inde per Ophryniū & Dardanum in Abydeno descendit campos. Excærant illi Abydeni aliquanto antea prætorium, ex candido lapide, loco paulo editiore. Vnde & mare nauibus cooperatum, totamq; planitiem bellatorū multitudinem oppletam rex contemplant, & se felicem testatus est, & lachrymas in tam lætum spectaculum dedit. Aderat tum forte illi Artabanus patruus, qui ubi & ipse est belli autor factus, pristina ignominia nota abolita, Graiæ expeditionis comes à rege ductus. Is intempestiuas Xerxis miratus lachrymas, duos (inquit) rex diuersos animi affectus præ se fers uno tempore, gaudium quum te uere beatissimum prædicas, tristitiamq; & mororem illachrymans, nisi lachrymæ illæ præ nimio, ut sit, gaudio manāt. Reputabam (rex inquit) mecum, quàm breue sit humanæ uitæ spatium, subijtq; nostræ sortis miseratio, quod tot hominum milia, quot subiecta oculis habemus, ante centesimum annum sint ad unum interitura. At miserabiliora his in uita patimur (inquit Artabanus) quod in tam breui etiam uita, nemo adeo felix extitit, cui non sæpius subiecit animo moriendi uoluntas. Calamitates & morbi crebro uitam perturbant, efficiuntque ut quum breuis sit, nimis tamen longa multis uideatur: estq; ob id mors optatissimum tristioris uitæ perflugium, sed quia dulci quodam rerum gustu hanc naturam reseruit, sit certe ut minus illa homini uideatur optabilis. Hic Xerxes, uera sunt ista quæ prædicat Artabane, sed age nunc, & quia iucunda in manibus habemus, nulla tristium fiat mentio. Illud potius dicas uelim, nisi nocturna te species illa à proposito reuocasset, pœniteret te hodie suscepti belli, quum tantum rerum apparatus haberes oculis subiectum? Pœniteret, inquit, ac nescio quonam modo indies magis pertimesco, ne grauem aliquem hoc bello læuientis fortunæ experiamur imperum, duod; me magnopere terrent, & quod scio nullum esse portum, qui tam numerosè classis sit capax, quod si sit in anchoris standum, cælum & aquæ formidandæ sint, nec terra ulla nobis petenda, quæ tam ualidum possit alere exercitum, quo sit ut præter bellorum

Pythij filij dissectus.

Ordo copiarum. Curru Ioui sacer.

Scamander epotus.

Mille boues immolat Xerxes.

Xerxis lachryme.

Artabani sermo.

lorum casus qui incerti & uarij sunt, fames magnorum exercituum teterima pestis sit timenda. Ac uita demum optima est, qui deliberando, quæ accideret possunt, præuidet, præuisa pōderat & metitur, ac quàm in his solers sit, tam in illis gerendis audax & inuictus. Secundum eum sermone plura Xerxes subiecit, quæ meti eleuabant: summa tamen ea fuit ut diceret fatius esse omnia alacriter aggressū, dimidium ærumnarum pati, quā omnia prælumpro metu, etiam si prospera sint, sollicitudine corrumpere. Nec illud Artabanus obtrinit, ut Ionum opera Xerxes eo bello nollet uti: quippe qui ob ueterem cum Græcis cognationem, merito suspecti essent. Nec ita multo post exercitum Hellepontū duplici Ponte superauit. Eo qui in Bosphorum spectabat, equites & peditatus omnis traductus: altero ad meridiē uerolumenta cum impedimentis. Verum priusquā Hellepontus sit superari ceptus, mane Xerxes Soli sacrificas uota suscepit, si sine aliqua maiore clade Europam subigere contigisset. Peracto sacro aureū craterem in mare proiecit, & cum eo Acinacem (est is Perficus ensis) dubium, Soli an Helleponto, quod pristini facti pœniteret. Septem dies & totidem noctes sine intermissione in transmittendo exercitu cōsumpti. Tetrum regi & qui cum eo in Europam sunt transgressi confessum est prodigium oblatū, quod recte coniectantibus prospici potuit, qualis futurus esset eius belli exitus. Equa leporem est enixa, animal fugacissimū, & quum Sardibus adhuc esset Xerxes, muta est mutum enixa ambiguis genitalibus præditum, utrunq; ostentum Xerxes iuxta asperratus, pergit exercitū porro agere, ducebaturq; terrestres copias per Thraciā Chersonesum, ubi Melane flu. qui & Niger dici potuit, aquantibus non sufficit copijs, transfusio amne, ad sinū cui id flumen dedit nomē, Medus iter flexit, ubi uero in Dorici campum uentū est, locus haud inhabilis uisus est ad recensendas copias. Exercitū itaq; per partes recensit, habuit terrestribus apparatus Myriades centum septuaginta, qui numerus habet decies septies centū armatorū milia estq; summe autor Herodotus, Trog^o decies cetera milia fuisse prodidit. Erant sub signis Persæ, Cephænes olim à Græcis dicti, à se ipsis Aræi, Perseus Danaes filius, siue Perles Perseo & Andromeda genitus, ut quidam scribunt, ipsi genti postea nomē dedit. Erāt & Medi, Hircani, Assyrij, quos Græci Syros dixerunt, & cum his Chaldæi Baçtrij, Sacæ, Scythicum genus, Indi, Arij, Parthi, Chorasmij, Sogdij, Dardicæ, Paçtyes, Vrij, Myci, Paricani, Arabes, Aethiopes, Pœni, Paphlagones, Lygiæ, Macieni, Mariadyni olim: mox à Lydo Arjy filio nomen adepti, Mysi, Bithyni ex Thracia profecti, Strymonijq; Capadoces, Phryges olim quum Europei Macedonum accolæ fuere, Bryges dicti, Lydi & ipsi Meones olim à flu. nuncupati Minye, Moschi, Tibareni, Macrones, Molsyneci, Colchi, Alarodij, Alpires, & cum his Insulanæ gentes, ex rubro mari, & hi terrestria sequebantur signa, erantque singulis gentibus sui duces. Copiarum tamē omnium imperum penes Macedonium fuit Gobryæ filium, & duos Xerxis patruales Tritantechmen Artabani, qui bellum ab initio inhi buerat, & Smerdomenē Othani filium. Triremes fuere mille ccc. & amplius. In quibus Phœnices erant, Cyprij, Cilices, Pamphilij, Lycij, à Lyco Pædionis filio: Dares Asiaticus, Cares, Iones, Aëoles, & Hellepontij. Nauium imperiū habuit Prexaspes, Aspathemis, Megabizus, Megabatis, Achemenes, & Arabignes Danj filij: Aderant & sui duces singulis classibus, qui horū imperiū parebant, & in his Artemisia Lygdamis filia. Paternū illi genus ex Alycarnasuso, ex Creta maternū. Mausolo nupit, quo uita decessit, quum pupillari filium ætate ex eo aleret, ne accersita quidem, quinque naues ad bellū optime instruxit. Nullius ducum, neq; consiliū, neq; in prælio

Traijcitur exercitus.

Prodigia regis oblati.

Melane epotus.

Xerxis copias.

Gentiu & duorum nomina.

Triremes.

Artemisia.

opera fuit illustrior. Xerxes ubi terra mariq; copias recognouit, immensa rerum opulentia exultas. Demaratum regem, qui Lacedæmone eiectus exul ad Dariū uenerat, percontractus est, an rota Græcia esset tati, ut tuto eam uim hominum expectaret. Ille medio belli apparatu Lacedæmonem ad magistratus literas dederat, quibus significabat, quanta belli moles Græciæ immineret. Ceterum Demaratus ut occultius res tanta ad suos perferretur, tabellæ Græcis literis notatæ cæra superinduxit, à Xerxe igitur rogatus, ut uerè fortassis ita parum opportune de suo rum uirtute locutus, uehementer regis animum offendit. Summa eius sermonis hoc de Græcis ad regē habuit, ut diceret Græciā semper paupertatis fuisse alumnā, hospitēq; uirtutis, quam à seuera disciplina sibi ab initio asciuisset. Consiçtuos, ut de suis ciuibus loqueretur, Spartiatis mille, si non sint plures, aduersus omnem Medorum exercitum, atq; id patria lege facturos, quibus uerè aut uincere, aut mortem occumbere. Ex Dorisco Xerxes profectus: Sarmothraces prætergressus muros, ad Lysum amnem uenit, cuius aque & ipsæ frequenti aquatione defecerunt. Post Lylum præter Maroneam & Abderam ad Pyrium Medus processit, hic iumentis dūtaxat potatibus, sexaginta stadiorum stagnū exaruit. Per Thraciam inde progressus, post Piores dextrū Pangæum habēs, ad Strymonem fluuiū peruenit, ubi albis equis magi patrio ritu litauerunt. Mox ad locū est uictum ubi Strymon erat Pōtibus iunctus. Erat hic locus quem nouem Hedonorum uias accolæ dixerunt, totidem ibi pueros uirginesq; indigenas uiuos magi defodere, dirum ritum & execrabilem, cæterū Persarum genti peculiare uiuos humare. A Strymone per Bisaliciam ductus ad Acāthum confedit exercitus, ubi Xerxes Artacheem amisit uirū genere Achemenidam, cui quatuor digiti fuere ad quinque; regiorum cubitorum lōgitudine. Vniuersus defuncto exercitus tumulū cōgessit. Ex Dorisco ad hæc loca instructus processerat exercitus, inde locorum difficultatib; tripartito ductari ceptis. Mardonio & Malisec secūdū mare claisē secuti sunt. Techaes & Geris mortuissimū à mari iter ingressi, iter utrosq; Xerxes suū egit agmē. Naualis exercitus postq; a rege discessit, per fossam ad Athon nauigauit, præuectusq; Ampelon & Toroneū promōtrona ex Sitrniæ ora, & mox ex Pallena q; & Phlegra olim dicta est, cōmittiū accepit. Croseā orā Thermeo sinu cōterminā pstringēs, qua Axius mari infunditur: cōstitit hic clais illa regē expectare. Ipse ex Acantho profectus, p Peneium agrum & Crestonicū iter facies, super Chidodum amnem Leones, nullō alioqui homine aut iumento uiolato, in Camelos qui comneatum portabant impetum dedere. Sunt his locis Leones multi, sunt & agrestes boues uastis cornibus. Leonum terminus est Nestus fluuius, & Achelotis, qui per Acarnaniam fluit, si uera scribit Herodotus, ultra Achelotum ad occasum in Europa indigenam leonem uidit nemo, neque ultra Nestum ad ortum. Xerxes ubi Thermam uenit, unde & Thermæus sinus, subsistit inter Bottiridem & Macedonicum agrum. In his quoque locis Echidorus amnis Xerxianis copijs impar fuit aquantibus, Rex à Therma Sidonia sedens nauis ad Penei ostium uisendum nauigauit. Labitur Peneus in mari inter Olympum & Ossam montes angusto meatu: Tempe eam intercapedinem uocant. Tradunt Thessaliam, quia continuis sit montibus circumdata lacum fuisse olim, priusquam Peneus exitum sit adeptus. Sed uehementi ne aliquo motu terræ id acciderit, quod ipsi indigenæ persuasum habuisse uideri possunt, qui duorum montium dissidium ad Neptunum motorem terræ referebant; an Herculis (quod quidam scribunt) alteriusue mortalis id opus credi oporteat, nō habeo dicere. Xerxes locum

Demarati uerba ad Xerxē.

Lycus amnis defecit ut Scythia mader Pyriū stagnum.

Artachees.

Tripartito ductus Xerxes.

Pallena.

Vbi leones in Europa.

Echidorus ea potus.

Tempe. Thessaliæ fluitus.

contemplatus retro ad exercitum abiit. Vbi praesto illi affuerunt legati, quos à principio miserat in Græciam, populi qui per terram & aquam legatis deditam imperium acceperunt fuerunt Thesali, Dolopes, Aenienfes, Perhebi, Locri, Magneres, Melienfes, Achæi, Phthiotæ. Thebani, cæteri que Bœotij præter Thespienfes & Plateenfes, qui cum Græcis aduersus barbaros percusserant fœdus. In fœdere ita erat expreffum, ut quicumque Græci nulla necessitate adacti, sese Medis dedidissent, eorum decimus quilibet, rebus Græciæ bene constitutis, sacer deo esset. Athenas & Spartam non miserat Xerxes, quoniam à Dario patre olim missos in profundissimum puteum præcipites egerant, iubentes inde eos terram Regi & aquam quaerere. Spartani quum post legatorum necem deorum iram incurrisent, nec aliquo modo lætiora exta obuenirent, publico decreto statuerunt, suorum sanguine barbaro satisfacere, reperitque sunt duo Spartanis & Bulis, qui se pro patria ultro morti deuouerunt. Mirum est quod de amorum constantia Herodotus scribit, in maritimam Asiæ oram appullos, ut in de Susa ad regem irent, pœnas pro Spartanis omnibus & supplicium expensuram, quum ab Hydarne regis præfecto, hospitio accepti, ad Persarum imperium recipiendum hortarentur, respondisse dicuntur, Hydarnem non intelligere, quid suauitatis haberet libertas, quam si aliquando delibasset, suasurum Spartanis fuisse, ut non solû hasta, quod faceret, sed securi etiam pro ea dimicerent: inde in Persidem profecti, ne adigi quidem potuerunt, ut regem Persico more adorarent: quin ambo contumaciæ & fiducia pleni ad eius conspectum constituti, se ad supplicium & pœnas, pro legatis Lacedæmone peremptis, publice exolendas, uenisse testati sunt. Digni quorum memoria ad posteros dureret, sitque æuis omnibus mansura. Negauit Barbarus se Spartiatarum exemplum imitaturum, per quos ius esset gentium uiolatum atque ita eos intactos se dimisit. Nec Græcia tantam bellorum procelam clausis, ut dici solet, excepit oculis, quin Athenienses qui præ cæteris proximi inuidiæ erant, fama eorum quæ pararentur ab initio percussi, Delphos de futuro statu ciuitatis cõsultum miserant. Minacissimum oraculum primo loco reddidit, adeo ciuitatem exterruit, ut rursus legati sint Delphos missi, cû olearum palmis ueniam imploraturi. His Aristonice Pythia pluribus carminibus respõdit, in quibus hæc fuisse. Iupiter è ligno muris tritonida donat. Qui soli inuicti tibi sint natisque saluti. Id oraculum, quum alij aliter interpretaretur, Themistocles Neoclis filius, numen significare ostendit, salutem ciuium in nauibus esse. Ommandû pro mœnibus classem, in ea Athenensium salutem cõtineri. Tenuit ille huiusmodi interpretatione, ut omnes naues quæ ad Æginiticû erant bellum decretæ, in hos casus instruerentur. Placuit interea mittere, qui in Medorum castra penetrarent (uenerat iam in Lydiam Xerxes) hostiû copias exploraturi. Hi deprehensi, non modo non supplicio sunt aliquo affecti, sed oia oculis lustrare in se sunt, incolumesque dimissi. Adeo Xerxes suis opibus confusus, in certa spe uictoriæ erat, ut ne hostes quidem eas latere uoluerit. Miserunt Athenienses Argos, miserunt & in Siciliam ad Gelonem tyrannum Dinomenis filium, in Cretam quoque & in Corcyram missi sunt legati. Argini odium suum in Lacedæmonios prætendentes, cum quibus uetus erat certamen cõstatum, publice confessi sunt male se à Barbaro sibi imperari, quàm Lacedæmonijs cedere, quamquam iam antea haud obscuri rumores erant, Arginos cû Xerxe fœdus occulte istum habere, ueteres cû Persis consanguinitatem secutos, quum à Persæ oriundi dicerentur, qui Persei Danaes & Andromedæ Cephei fuit filius. Gelon, ad quem legati in Sicilia uenerat, satellites fuit Hippocratis, qui Cleãdri Patarei fuit fra-

Populi qui terram & aquam hostibus dederunt.

Spartanis & Bulis.

Verba pro libertate.

Xerxes deditos nõ recepit.

Oraculum Pythie.

Exploratores dimissi.

Argini Persarum consanguinei.

Gelon.

ter, septem annos Cleander Gelæ tryannidem exercuit. Hic igitur bellis quibus Hippocrates, post mortem fratris, Zancleus & Leontinos superauit, magnumque cum Syracusanis bellum gessit, Gelon quia strenuum tyranno ubique operam nauasset, præfectum ram equitum primo adeptus, in qua administranda adeo Hippocratis opes auxit, ut præter Syracusanos quos ad Elorum amne prælio superatos Corinthij, Corcyrei que, ea conditione liberarunt, ut Camerina, quæ ipsorum fuit, Hippocrati traderent, ceteras circuncitatas urbes uel & armis tyrano subegerint. Sed Hippocrate ante Hiblam cadere, huius liberis turor relictus ad se Gelon principatum traxit. Nec ita multo post, per Syracusanos exules à plebe eiectos, ab eo que restitutos, Syracusis est positus. Tum uero Gelæ principatum Hieroni fratri permisso, ipse iam inde Syracusis fuit, quam urbem magnopere auctam reddidit. Geloos & Camerinos eueris eorum urbibus, Syraculas traduxit. Megarensum deinceps locupletrissimos quosque, qui ultro ei bellum intulerant, ad deditorem compulit. Ad hunc Gelonem Lacedæmoniorum & Atheniensium legati uenere, societatem & auxilia aduersus Xerxem petaturi. Gelon etsi eo bello, quod haud multum antea in Egeanos & Carthaginenses gesserat, nulla à Græcis auxilia impetrarat, ea tamen conditione ducentas trientes, cum uiginti milibus armatorum est ad bellum pollicitus, si sibi maritimi uel terrestres exercitus imperium derulissent, idque legatis aduersantibus, prædicantibusque milite nouo duce Græcos indigere: renites Gelon, uos, inquit, Græci habetis qui apud uos imperent, at qui imperantibus pareant non habetis. Ite igitur hinc retro uestris ciuitatibus renunciatu, uer ex anno illis exaruisse, & ex Sicilia hæc à Gelone relata. Putarunt quidam negata à Gelone auxilia, ob bellum, quod ei cum Carthaginensibus, & alijs plerisque populis instabat, à Terillio Himerensi constatum. Qui tyrannide eiectus à Terore Agrigentinorum principe ex Phenicijs, & Pœnis, & alia gentium colluione, ad trecentû hominum milia contraxerat, duce Amilchare Annonis filio Carthaginensium, ut Herodotus ait, rege, fuisseque Gelonem eo die uictorem in Sicilia uicto Amilchare, quo & Græci ad Salaminè aduersus Xerxem dimicauerunt. Erat Amilchare Carthaginensium patre natus, matre Syracusana. Mirum quod de eorum scriptores memoriæ prodiderunt, eum acie uictum, è conspectu ablatum, nec usquam gentium uiuum, aut mortuum extitisse amplius. Carthaginenses memorare soliti dicuntur, prælio à prima luce ad crepusculum noctis extracto, quum Amilchare tum forte sacrificaret, accessit Pyra, ubi suorum fugam inclinare uidit, se uiuum in eam iniectisse. Corcyrei se opem Græciæ laturos polliciti lxx. triremes ad bellum instruxere, quæ circa Tænaron sedentes, Salaminia pugna non interfuerunt, noluerit ne adesse. Xerxianas opes ueriti, an per Ethesias, ut ipsi postea prædicare soliti sunt, nequiuissent, haud quispian in re tã uerusta facile dixerit. Nec Creteses auxilio fuere, exprobrata illis ab oraculo uelut ignauia que ceteras gentes tueri aggredere: Minorem regem suum ulcisci nequiuissent. Obsedere enim Cretenses Camicû quinquennio in Sicilia, unde quum infecta re abscessissent: Itali que; ora nauigarent, tẽpẽstate disiecti, ubi fractis nauibus spe in Cretam abundi sibi omnino ademptã uiderunt, mutato nomine se pro Cretibus Iapyges & Mesapios uocitantes, Hyriam condiderunt. Thesali quia non uulgo probaretur quæ Alenadæ per se non publico consilio mouissent, p Græcia ab initio sentire crediti, ad decem hominû milia, duce Themistocle Neoclis filio, ad præsidium Thesaliæ impetrarunt. Infederantque angustias inter Ofam & Olympum, quum ab Alexandro Amyntæ filio certiores facti, cum numerofo, & ob id inuictio exercitu

Hippocratis.

Gelon adeptus Tyrannidem.

Gelonis adagium in Ath. & Lacedæm. Siculorum opes. Amilchare.

Cretenses qui in Italia sedebant.

Thermopylarum descriptio.

Græcorum nauum fuga.

Xerxis copiae.

Xerxes pulcherrius.

Tempestat.

Pagalæ Hercules relictus.

Aphete.

XV.

exercitu Xerxem ad Hellefporum uenisse, ueriti ne hostium multitudine proculcarentur Græci, ad naues reuerfi ad Isthmum Corinthiacum, sese receperunt. Horum discessus fecit, ut & Thesali aperte ad Medos defecerint. Græcis ex Thesalia in Isthmum reuerfis, magno ibi conuentu consultatum, decretumque, ut Thermopylarum angustias præsidio obtineret, classis que; ad Artemisium stationem haberet. Est is locus haud procul Chalcidico freto, inter Sciarthum insulam & continentem Magnesiæ oram. Breuis ibi traiectus, Thermopylas que uicinus. Quod ad Thermopylas attinet, aditus in Græciam arctissimus, ut quibusdam in locis uix ad uehiculum agendum sufficiat. Quod motis ad Hesperum uergit, inaccessum, & præalti præcipitij usque; ad Oetha montem. Quod uia ad auroram uergit uadoso mari excipitur, in eo ingressu fuerunt calida lauacra, ollas locorum indigenæ uocitabant, ab aquarû feruore, de super ara Herculi extructa. Ad hos ingressus murum Phocenses Thesalorum metu exædificauerunt. Super quem Pylæ, id est, portæ erant, quæ res nomen loco attulit, ut ab aquarum ibi scarentium repore, & Phocæis portis sint Thermopylæ nuncupatæ. Murum uerultate collapsum Græci ad tempus relaserunt. Ad hunc igitur locum insidendum, ex Isthmo digressi sunt Græci, ibi Xerxem in Pieria esse comperit habuere, & classis eodem tempore est Artemisium adorta. Ex Therma decem uelocissimæ regis naues Sciathû uersum cursum tenuerunt. Has plenis uelis ad se uenientes procul conspicatæ, tres speculatoriæ Græcorum naues confestum fugam fecere. Has Barbari insecuti Æginiticâ primo oppreserunt, mox & Trœceniam. Attica circa Penei ostium littoribus impacta per tẽpe, qui in ea erant & Thesaliam dilapsi in Articam se receperunt. Hostium accessus ex Sciatho nocturna flamma ijs qui ad Artemisium stabant, significatus, tatum illis terrorem iniicit, ut continuo relicta statione ad Euboicum Euripum sese receperint. Nec ita multo post cætera classis in ora Magnesiæ uenit, manseruntque; Barbaro huc usque; nauales terrestresque; copias in columes, quû ducenta quadraginta hominû milia in nauibus essent, sed terrestribus signis decies septies centum milia. Mox alia Herodotus supputatione usus, ex omni genere hominum, qui Xerxem ad Sæpiadem & Thermopylas secuti sunt, colligit Myriades quingentas uiginti octo, & amplius, quæ ratio habet bis ac quin quagies centum octoginta tria milia hominum. Mirum est quod idem autor prodidit, in tanto mortali numero, Xerxe cuius in tot centena milia hominum uis imperium præstantiore forma, prociore ue statuta fuisse neminè. Nauales regis copias pristina statione digressæ, terræ Magnesiæ oram tenuerunt. Primæ nauium littoribus applicitæ, aliæ in anchoris steterè ad octauum usque; ordinem in altum progressæ, quieteque; ibi pernoctatum, sub diluculum ex sereno cœlo, & tranquillo quû mare effereuere cœpisset, atrox est tẽpẽsta naues adorta, secutus inde uiolentus subfolani flatus, qui à matutino æquinoctio spirans, præter naues que subductis subito anchoris in altû abierunt, ceteras atroci consitatione uexas, mutuo primo concursu propinquas mox scopulis disiectas fœde lacerauit. Amissarum nauium numerum qui minimû posuere, haud quadringentis pauciores fuisse meminerunt, uirorum supra quam dici possit uis ingès absumpta, triiduum tempestat tenuit, quarto demum die, quum remittente uento, strati iacuisent fluctus, Magnesiæ promontorium circunuecta classis, in sinum qui ad Pagalen pertinet, rectum tenuit cursum. In ea ora Hercules, quum ex Argo nau aquatum exiuisset, ab Iafone & Minyis relictus creditur. Aphete locus ex ipsa re dictus. Hæc Herodotus: Strabo non, quia Hercules ibi fuerit relictus, sed quod Argonautæ ex

eo littore in Pontum dimissi sunt, nomen loco indi Xerxes naues interceptur. tum prodidit, Herculem que plures in Bithynia, ob casum Hylæ, subleuisse memorant. In eo appulsi quindecim Xerxianæ naues à Græcis captæ, quas Sandonices præfectus Æolidis agebat. Is quû à cætera classe procul aberrasset, Græcos ad Artemisium stantes conspicatus, nam eo Græci, post hostiû classem tẽpẽstate disiectam, ex freto Euboico redierant suos rarus Sandonices se uidere, in Graias naues temere cursum deflexit. Ad Aphetâ Medica erat classis. Xerxes per Thesaliam iter faciens, magnitudi ne exercitus Honocum amnem ad uadium excicauit. Per Achaiam inde in Melienfes uenit, in Trachinijsque campis confedit, Thermopylis proximus. Græci qui locorum angustias infederat ad quatuor milia fuere & octoginta, præeratque his Leonides Spartanus, qui uigilissimus erat ab Hercule. Et iã aduentante Xerxe, cæteri metu percussi, ab eudum inde censebant Isthmumque præsidio obtinendum, solus Leonides in statione permanendum contendeat. Græciæ salutem in eo unico præsidio sitam esse affirmans. Accessit interim Medus eques ad Thermopylas explorandas, & quo præsidio locus teneretur ex proximo cognoscendum: Accidit forte ut Spartani, qui tum in statione stabant, sint ab eo tantum conspecti, cæteris intra murum agentibus, qui in aperto stabant, pars gymnasticum ludum exercebant, pars sibi capillos comebant. Hæc ille speculatus contempta paucitate, quæ oculis occurrebat, nunciat regi quæ uiderit. Mirari Xerxes hominum audaciam, nec coniectare poterat quam spem tam pauci alerent. Tum Demaratus, hæc sunt inquit, rex, quæ circa Hellefporum de hominum uirtute prædicauit, nuncque iterum prædico, longe grauius, quàm pro numero hominum credi possit, uideo his locorum angustijs tibi & tuis instare certamen. Nam quod capillû sibi comunt, non ea generis mollietis est, ut cultû in re seria querat, sed Spartiatarum peculiare, ut quum animæ periculum adturi sint, tum sibi capillum componant. Ridere Xerxes Demaratu, ut uanum, ac rarus fore, ut Græci inde sua sponte facerent, quatuor dies pugna abstinent. Cæterum quinto die haud ultra expectandum ratus, Medos & Cilios in eos immisit. Hi consero prælio quû nihil proficerent, nec Græcos gradu submouerent, quin caderent ex ipsis quam plurimi, nec procul abesset quin in fugâ uerterentur: Persæ prælium iniuerunt. Clara erat Græcorum pugna, sed Lacedæmoniorum multo clarior, qui perite inter imperitos insigniter pugnabant conferti cedere, inde repente aduersis pectoribus hostium agmina excipientes, proximos prosternebat. Fertur Xerxes quû pugne spectator adesset, ter è folio resiliuisse suorum periculo commotus. Die itaque uno per irritum certamen cruentum alioqui Barbaris ualdeque funestum consumpto, post die Perse iterum prælium initari ad sunt, rari fore, ut Græci, labore fessi, uulneribusque graues, pugna abstinerent. Verum ubi compositus aliquanto, ac ferocius quàm antea ad pugnam sese expedire uisi sunt, appareretque nil ibi præter ignominiam, lucris fieri, sine maiore ullo certamine Persæ castra repetunt. Obtinebant ualide locum Græci, nisi Epialtes Trachinius regem consilij inopem docuisset, occultum esse tramitem qui periuga montium Thermopylas duceret. Quæ res omnem Græcorum spem, consiliumque propulsandi hostis haud dubie fregit. Is se Perlas per montes circumducturum pollicitus, cum Hidarne & ijs quos à rege Hidarnes accepit Afopum amnem transgressus, iter tota nocte fecit, à dextra Oetosos montes, læuâque Trachiniorum terram habens. Sub exortum solis in cacumen môtis euasit, ubi mille Phocensium erant, ad præsidium locati. Subitus hostium accessus (nam arborum densitate prægredi non

Thermopyla rum præsidium.

Lacedæm. capillum cõunt.

Biduo ad Thermopylas dimissatum.

Epialtes indicium.

Thermopyla
rū præsidium
circuuenitur.

Leonidæ faci-
mus.

Oraculum.

Leonidæ inte-
ritus.
Thermopyla
expugnantur.

Spartani dictū

Lacedæmonio
rum uirtus.

non potuerunt) perculit Phocenses, ita ut ne tenta-
to quidem certamine præsidio cesserint. Iam Persæ
ex summo montis uertice rapidi decurrebāt, quum
Magistias uates extis de more inspectis, indicauit
mortem ijs qui ad Thermopylas erant imminere:
transfugæ etiam norum fecere, Persas montes cir-
cuire, iā & speculatores tertio loco id significabant:
ceteris itaq; metu dilabētibus, Leonidas cum Sparta-
nis, Thespensibus & Thebanis, quos obsidum
loco retinuit, præsidio locū obtinere perseuerauit.
Fertur dux ipse de aliorū salute sollicitus, alios hor-
tatus, ut dum liceret, in pacatum abirent, sibi non li-
cere creditam ab omni Græcia stationem turpiter
deserere, quin aut retento loco sibi deinceps hone-
ste uiuendum esse, aut in uestigio cadendum pro sa-
lute patriæ. Scio quibusdam persuasum fuisse, cum
certo moriendi consilio præsidium retinuisse, ut suo
periculo interitum qui patriæ imminerebat, depelle-
ret. Fuerat sub initium belli ex Delphis oraculū La-
cedæmonem allatum, aut urbem ipsam aut regem
proximo bello interiturum. Pythium carmen fuit:

Vobis ampliagæ colitis qui menia Spartæ,
Aut urbs clara dabit Persa uictore ruinam,
Aut si non erit hoc oriundus ab Hercule quidam:
Flebitur extinctus rex in Lacedæmonis ora.

Xerxes sub exortum solis, tempore quo Epialtes di-
xerat, obseruato, in hostem mouit. Leonidas & qui
cum eo erāt in apertum egressi, pugnam capessunt.
Atrox ibi certamen in initum, Persis sese præ nimio di-
micandi studio urgētibus, adeo ut nonnulli in sub-
iectum mare præcipitati sint. Spartani læcis primo,
mox his fractis hostem gladijs excipiunt. Fit cædes
ingens, multis utrinq; cadētibus. Tantum ab fuit ut
Spartani eo die ob paucitatem remissius dimicarent
ut longius quàm antea à muro uenientem hostē ex-
ceperint. Leonidas igitur fortiter dimicans, qua ma-
xime prælio exarferat, mortem occubuit. Perierunt
& ex Persis inibi pleriq; uiri illustres, & in his duo
Xerxis fratres, Abrocomes & Hiperantes, qui super
Leonidæ cadaver dimicantes, alius super alium cō-
cidere, adeo uehementi Lacedæmoniorū Persarumq;
conflictū, ut ter hostibus in fugam uersis, Spartani
Leonidæ corpus subtraxerint. Feceruntq; deinceps
tam diu ambiguum certamē, quo ad Epialtes & alij
à tergo affuerunt. Tum intra murum recepti, tumu-
lū, qui in proximo forte fuit, occupāt. Hic Thebani
priusquam instauratum sit prælium, testati se The-
banos esse, inuitosq; militare, transactionem fecere.
Cæteri ad ultimum dimicantes, eo quo circumuenti
sunt loco, occubuerunt, quorum deinceps Spartanos
maxime celebratur. Is quum à Trachiniæ quodā au-
diuisset, tantam uim sagittarum spargi à Barbanis in
prælio, ut solis conspectus adimeretur, nec illud, in-
quit, inutile erit, sub umbra, nō in sole, pugnamus.
Trogus auctor est Leonidam post aliorum digressum
suos hortatū, ut ea postremo uirtute pugnarent, quæ
maxime Spartano esset digna nomine, ne fortis mā-
sisset, quàm dimicasse uiderentur, nec expectandū ut
ab hoste circumuenirentur, sed in castra hostiū erum-
pendum, atq; ita quando nihil facilius quàm hone-
stū persuadereat, morti, quæ instabat, deuoti ad ho-
stium castra contenderint. Sicq; uasta cæde à princi-
pio noctis usq; ad magnam partē sequentis diei, ue-
lut inter inertia pecora euagatos, interq; ingētes cę-
torum aceros Leonidam, & alios pulchre mortem
occubuisse. Sed mihi propiora uero uidetur ea quæ
priore sunt loco relata, quorū est Herodotus auctor,
Amphictyones Græciæ hoc carmine memoriā corū
q; ad Thermopylas dimicarūt, insigniendā curarūt,
Terdecies centum hic certarunt milibus olim
E Peloponneso bis modo mille uiri.

Ex omni Spartanorum numero Eurystus & Aristod-
emus feruntur, ob extremam lippitudinē è castris
à Leonida remissi, sed de Aristodemo nō unus fuit

A sermo, quo modo sit domū reuersus. Tertius qui cla-
dis nuncius redijt, tanto fuit apud suos opprobrio,
ut ignominiarum impatiens sibi uim intulerit. Xer-
xes Thermopylis potitus, Demarati cōsiliū in Sparta
subigenda requisitū, fuisse q; eo usus, nisi Ache-
menes Xerxis frater à proposito auertisset, identidē
prædicans perfidos esse Græcos, & qui aut fortuna-
to inuideat, aut meliorem oderint, nullam proinde
fidem genti habendam, accedere se Achemenis con-
silio Xerxes dixit, cæterum non esse cur Demarato
eo nomine conuicium fieri deberet, solere ciuem ci-
ui inuidere, hospite uero erga hospite prospera for-
tuna utentē nihil beneuolentius esse, rectiusq; con-
sultare: abstinentidum proinde ab eiusmodi inestatio-
ne esse, nec Demaratum fidem hospitem in perfidie
crimen deuo candum. Hæc ille: Verum Achemenes
haud interrim uana prædicabat, iam enim Demara-
tus, ut dixi, occultrioribus tabulis superinducta cæ-
ra, quæ in Perside parabatū Ephoris significauerat:
Ambiguum tabularum rationem Gorgo Leonidæ
uxor magistratibus noua specie hærentibus demon-
strauit. Et hæc quidem sic ad Thermopylas gesta di-
cuntur. Græcorum naues quæ c. numero unaq; &
septuaginta, & cum his nouem penticonteri ad Ar-
temisium interim stabant, eratq; omnium impe-
perium penes Euribadem Lacedæmonium. Atheni-
enses etsi numero nauium peritiq; rei maritimæ
piores sibi partes alioqui uendicabant, quia tamen
spes omnis retinendæ libertatis in concordia sita
erat (etenim intestina seditio tanto deterior est bel-
lo, quāto bellum ipsum deterius est) nequa di-
scordia ob eam rem moueretur, passi sunt clasissim
perium apud externum hominē manere. Medo igitur
ad Aphetas appellente, consultatū est inter Græ-
cos de fuga. Chalcidenses Euribadem obserant ne
classem subduceret, priusquam uxores & liberos pe-
riculo subtraxissent: Scire se confestim ipis abeun-
tibus, totam Euboicam barbaro prædæ concessurā.
Id illi ab Euribade quū imperrare nequiuissent, The-
mistocli Atheniensis octoginta occulte talenta polli-
cerur, si ibi Græcos in certum tempus remoraretur.
Præerat Themistocles Atticæ classis, etsi omnia alio-
qui erāt, ut dixi, sub Euribade. Chalcidensi pecunia
Euribade & Adimante Corinthiorum duce à The-
mistocle corruptis, in eadem statione est perseuera-
tum. Barbari ubi Aphetas uenere, audito quam pro-
ximo loco essent hostiū naues (ad octoginta stadia
Artemisium inde aberat) ut Græcos interciperet cē.
triremes ex omni numero delectas, extra Scythum
circūagunt, iuxta Capharea & Gerestum promonto-
ria, ad Euripum, ne Euboicam hostes circumuecti ab
hoste cernerentur. His nauibus dimissis, quia inter-
cluso Euripo, omnis spes fugæ Græcis uidebatur a-
dempta, in sequentem diem signum ab ijs, qui missi
fuerant, expectabat cætera classis quæ ad Aphetas
stabat, erantq; interim recedentis nauibus occupati
classium præfecti, quum Scyllis Scionæus qui inter
hostium classarios erat, omnium qui ea tempestate
fuerunt urinator optimus, ad Græcos trās fugit. Ab
Aphetis ad Artemisium octoginta stadia sub aquis
natasse traditur, res fabulæ quam fidei propior. He-
rodotus, quod minus à uero abhorret, nauigio eum
delatum existimat. Sed fiducia arbitror sub aquis in-
tutum euadendi, si necessitas coegisset. Is quæ apud
hostes pararentur ordine exposuit, quor naues cir-
cumagi iussæ essent: Euripiq; angustias insidere, &
quam ualide concussa fuisset nuper hostium clasissim
placuit, priusquā illæ quæ circummissæ fuerant, ad-
fessent, fortunam experiri, aggrediq; classem ad Aphet-
tas stantem, dum nihil minus quàm hostem expe-
ctaret. Barbari Græcarum nauium paucitatem as-
pernati, patefacto aditu, Græcos temere inuectos
in medium accipiunt, illi puppibus repente ob-
ueris pugnam intrepide capessunt triginta, quæ
Xerxianas

Achemen-
tū
filium.

Demarati
tū
bulæ.

Consilium ad
interimendos
Græcos.

Scyllis urina-
tor.

Naualis pugna

Biduo Græci
a quo marte di-
micant.

Themistocles
ars.

Xerxes consti-
tum in tegēda
suarum clade.

Xerxianas naues à fronte excipiunt. Fuit certamen
hostibus grauius omnino, quā animo conceperant,
cæterum prælio in plures horas extenso, quum nūc
hi, nuncilli superiores essent, interuentu noctis pu-
gna dirempta est. Denus imber, cū magno cœli fra-
gore, crebrisq; fulminibus nocte, quæ lecuta est, u-
tranq; classem sollicitam habuit. Triremes interim,
quæ insulam circuiebāt, eadem tempestate disiectæ,
in curuis Eubœæ petris allisq; noctu perierūt. Postri-
die quàm ad Aphetas nauale prælium fuerat com-
missum, quinquaginta Atticæ naues seruauerunt,
quibus aucti Græcorum animi, iam & speculatiuæ
naues nunciabant cœ. illas hostium quæ ut Euripum
insiderent ab Aphetis soluerant, circa Eubœæ litto-
ra proxima tēpestate absumptas, in Cilicum naues
ex improuiso impetū dedere, quib; corruptis prius-
quam maius præliū confereretur, nox utranq; cla-
ssim ab altera diremit. Tertio deinceps die Xerxia-
næ clasissim duces iniquo animo ferētes, tot milia na-
uium à tam paucis uexari, nō expectato, ut à Græcis
quicquam moueretur, ipsi sua sponte in altū euecti,
patefactis cornibus, quū lunata specie clasissim in
procinctu staret, ex aduerso Græci in pugna processerūt
magnis utrinque animis aduersæ naues conflixere,
fuitq; pugna atrox per reliquam diei, barbaris mul-
titudine in prælio stantibus, nam ubi primū pugna
inieccta est, ijs qui principes manum conseruerāt ce-
dendi facultas adempta est, multitudine à tergo in-
gruente. Multi interim Græcorū cadebant, sed Bar-
barorum multo plures: certamine itaq; in ferū diei
distraçto, neutroq; adhuc fortuna inclinante diuersi
in suam utriq; stationē abierunt, fuit tamen res Per-
sica eo die melior, quod quinq; Græcæ triremes ab
Egyptiaca classē circuientē cum suis turmis in ho-
stium manus uenēre: Atticæ naues adhuc plus dimi-
dio concussæ, multisq; hominum uulneribus male
affectæ, quæ res in causa fuit, ut cōtinuo ceptum sit
agitari de classe in interiora Græciæ reducenda. Su-
peruenit his incommodis & alius atrocior nuncius,
Leonidam & Spartanos ad Thermopylas cæcos, ho-
stem uiarū angustijs potiri. Tum uero Græci nil am-
plius cōstantiū rati, è uestigio ex Artemisio soluūt,
Themistocles in litus egressus, in his locis unde ho-
stem, si ad Artemisium uenisset, aquaturū certo scie-
bat, hæc in lapidibus scripsit. Viri Iones haud iuste
faciatisq; aduersus patres uectros militaris, & Græciā
in seruitutem redigitis, sed quod præcipitum fuerit,
stare à nobis, sin hoc facere nō potestis, saltem nunc
sitis in medio, quod & facite, & Cares ut ipsi idē fa-
ciant obsecrate. Quod si horum neutrum licet agere
ut maiore sitis necessitate obstricti, quā ut nobis in-
tegrum sit commilitium mutare, in re saltē gerenda
dum pugnam conserimus imbellius agite, memo-
res uos à nobis oriundos esse, & inimicitiarū nobis
cum barbaro à uobis principium exitisse. Videtur
mihi Themistocles ambiguo hæc consilio scripsisse,
ut si litere barbarum laterent, misericordia flecteret
Ionas, traheretq; in partes: si minus, suspecti fierent
regi, ac propterea minus illi utiles in pugna, quo-
rum non esset opera usus. Xerxes ubi Thermopy-
larum est angustijs potitus, primum omnium eos qui
in pugna ceciderant sepeliendos curauit, qui ad xx.
milia uuisse dicuntur. Horū mille ferme insepultos,
uti casu occubuerant iacere permisit, cæteros in al-
tissimam foueam ad hunc usum occulte excauatam
demitti imperat, terramq; studio cōplanari, classia-
rijs deinceps per præconem potestatem fecit loci a-
deundi, ut icini posset quem exitum habuisset teme-
rarijs Græcorum conatus. Leonidæ regis cadaver
capite prius adempto cruci præ nimio odio affixit,
frequenter ex Histiaæ (nam eo clasissim processerat,
postquā ex Artemisio Græci profecti sunt) ad Ther-
mopylas iterum, uisendæ rei studio. Interim regi nū-
ciatur Græciam occupatā esse in Olympiaco Agone

A spectando. Hic quum Xerxis filius Tritantechines
interrogasset, equod id præmium esset, quo Græci
tam alieno tempore alleçti, sacris certaminibus ua-
carent, ubi oleaginam coronam, uictorem præmium
ferre didicit, in Mardonium conuersus exclamauit.
Proh quibus uiris Mardonios nos bellum inferre uo-
luisti, qui non certamen pecuniarum agitant, sed uir-
tutis. Thessali interim irā in Phocenses accēsi, ob ua-
rias clades, quibus haud uno tempore fuerāt ab his
affecti, nam & tria milia Thessalorū circa Parnasum,
sexcenti Phocensium gypsati nocte una confecerāt,
& rursus eiusdem gentis equitarum insidijs exce-
ptum male perdididerunt, postremo cum tota Thes-
salia ad barbaros defecisset, soli ipsi Græciæ studium
secuti, ij partibus mansere, his irarum stimulis agi-
tati Thessali auctores Xerxi fuerūt, ut per Doridem,
quæ media inter Phocenses iacet & Melienfes, du-
ceret, futurum rati, ut illorum res, Barbarorū mul-
titudine, breui obruerentur. Abstinent Perla ab om-
ni Doriensium iniuria: enim uero occulte cum rege-
sentiebāt. Phocensium pauci capti, quippe qui ante
hostium accessum, partim Parnasi iuga insederant,
partim ad Ozolas Locros profugere. Eorum ager
incurtus, fœdæq; uastatione affectus. Vrbes Thes-
saliæ hortantibus direptæ & incensæ, ita ut ne sacris
quidem ædibus sit temperatum. Drimonem, Cha-
radram, Grochum, Tethronium, Ampluceam, Neo-
nem, Triteas, aliasq; plerasque urbes hostilis flam-
ma consumpsit. Phocensium quosdam per monta-
na insecuti hostes ceperunt, & cum his mulieres e-
tiam aliquot, quæ itupro supra modum uexatæ pe-
rierunt. Vbi ad Panopeas est uentum, bipartito Bar-
barus ducēdum ratus, ipse cum dimidio copiarum
Athenas uersus flexit. Cæteræ copiæ sub ducibus
Parnasum dexterum habentes, ad templum quod
Delphis erat diripiendum, processerunt, Panopeo-
rum oppido Dauilorumque & alijs quibusdam
Phocensium locis obiter incensis: horum expeditio
eo tendebat, ut direpto quod Delphis erat templo,
omnem regi pecuniam repræsenterent. Delphij ad
famam appropinquatis hostis territi, sacros thesau-
ros, siue oraculo moniti sunt ne quid mutarent,
quum ab initio in animo habuissent, eos humi con-
dere, siue religione freti, cuius barbari postremo ad-
moniti futurum sperabant, ut nefario sacrilegio ab-
stinerent, fugam molientes in aperto relinquunt.
Ipsi Parnasi uertices transgressi, ad Corycum antrū
quidam, alij ad Amphissam Locridem contendere,
plures cum liberis & uxoribus in Achaia concesserant
sexaginta circiter uiri cum uate in oppido re-
mansere. Vbi eo barbari peruenerunt, magna tum
rerum miracula sunt eorum oculis oblata. Nun-
quam mali dæmones, quorum haud dubie fuit do-
micilium illud, maiorem hominum capturam sibi
oblatam uidere, quàm quum ea tēpestate, Xerxem
& totum orbem quem ille secum trahebat, nouæ
licebat superstitioni addicere. Duo igitur Icopuli ex
Parnasi uertice repente concussi, in subiectos ho-
stes deuoluti, multos subeuntium obtriuere. Ful-
mina adhuc de cælo cum fragore deieçta, & sacra
arma sua sponge è penetralibus mota, uociferatio-
que ex proximo Mineruæ templo exaudita, sub-
tam Barbaris consternationem iniecit, ut præcipi-
tes se inde quasi furore perciti per decliua montis
eiecerint, in quos Delphij saxa & tela torquētes, fra-
gem ediderunt insigne. Hisq; phasmatū ambagibus
templum inuiolatum māsit. Trogus quatuor milia
hominū Delphos uenisse ait, quæ manus tota sit ful-
minibus fœdæq; tempestate consumpta, ac tum de-
mum palam factum, quāto maior offensa est deorū
quàm hominum, tanto presentiore penā grauiorē
remq; sequi oportere. Sed dum hæc circa Parnasum
geruntur, Græci qui non parū spem in Peloponne-
tiacis armis repositam habebant, ubi eos Isthmum
munire

Phocensium sa-
cinus.

Vrbes Phocē-
sum dirute.

Miracula etre-
ca Delphos.

munire audire, ut caetera Graecia exclusa sua dumtaxat terram tuerentur, consiliorum dubij, tantisper Atheniesium rogatu ad Salaminem subistere, dum illi rebus suis confulerent. Proposito itaque edicto, ut quo quisque possit uxores & liberos emitteret, Troezenem quidam, alij Aeginam, nonnulli Salaminem nauibus auexerunt. Plutarchus autor est, canem Xanthippi qui Periclis fuit pater, in littore relicto, quum abeuntis domini desiderium ferre non posset, triremem secutum Salaminem usque; nando peruenisse, ibique longa maris iactatione confectum, expirasse. Caeterum his ita se habentibus, tantus Graecarum nauium numerus Salaminem confluit, ut trecentarum quinquaginta octo sit paucis diebus ibi classis expleta. Aeschylus centum octoginta Atticas naues in ijs fuisse, perdidit, Xerxianas mille, nec amplius. Plutarchus, quod miror a tota Graecia Athenienses destitutos ad Salaminem suis dumtaxat uiribus stetit significat. Sed nos Herodoti libentius sequimur. Euribades igitur & alij consulti, quo potissimum loco cum hoste nauale praedium conferrent. Erant qui dicerent, circa Isthmum potius quam apud Salaminem, quia si hic uincerentur, nulla spes subsidij adesset Salamine obfessis, ibi uero ob Peloponnesi situm omnia tutiora. Tenebat adhuc ea consultatio, quum trepide nunciatur, Barbarum Atticam terram ingressum, omnia circa Athenas ferro & igni uastare. Xerxes castris Athenas admotis urbem multitudine exhaustam occupauit. Arcis oppugnatio aliquandiu uictoriam remorata est. Praeterea infirmi ordinis, qui ob inopiam effugere non potuerunt ligneo uallo eam munierunt, oraculum quod Delphis fuerat relatum secuti, breui tamen Xerxes ea uipotius, quicumque intus fuere obrutis, templum cum ipsa arce diripuit, & incendit. Et haec quarto circiter mense euenere, ex quo Xerxes Hellepontico copias traiecit. Quibus Salaminem nunciatis, conster nati duces fugam perse quisque moliri, tempestiua tamen Themistoclis ad Euribadem hortatione factum, ut illic hostem expectare sint ausi. Ferunt Themistoclem multa in eam sententiam differrentem, ut si classis inde proficere uideretur, actum uideri de totius Graeciae salute, ab Adimanto Corinthiorum duce interpellatum, qui indignum diceret, ut in tanto negotio is audiretur, qui sine patria esset, alludens scilicet ad praesentem Athenarum fortunam. In quem Themistocles ferociter inuectus, & solum & urbem multo firmiore Atheniensibus quam Corinthijs esse restatus est, quum duceret ferme naues instructas stare, quas Graecorum nemo posset propellere. Sequenti igitur die sub ortum solis mare & terra horrede mota est. Iam & ad Phalerum Barbari classis erat, ibi rex per Mardonium classiariorum ducum sententiam de futuro certamine sciscitatus, caeteris conflegendum esse censentibus, sola Artemisia regina in hunc modum dicitur locuta. Ego, inquit, Mardonij, neque praesentis, neque minima ab initio ad bellum contuli, quae cum sim talis, aequum existimaui ea quae in rem Persarum esse sentio, hic coram fari. Itaque hoc primum suadeo, ut rex nauale praedium depugnet, qui tanto caeteris uiris in mari praestant quatum uos uiri praestatis nobis mulieribus. Enimvero quid quaeque armet uenire in discrimen naualis pugnae. Athenae Medorum sunt, quarum gratia bellum hoc ortum uideri potest, nonne & reliqui Graeci (nemo enim regi obstitabat) qui illius sese opibus opposuere, tam celeriter obricti sunt quae temere arma induerunt? Perfica res in possessione est uictoriae, nunc audi in quo res hostium statu sint. Si nostra hic classis esse perseuera bit: Rexque terrestribus copijs in Peloponnesum ire perget, consensus hic Graecorum soluat necesse est, si uno tempore Athenienses hic & Peloponnesi illic

Canis Xanthippi.

Athen. naues.

Xerxes Athenas capit.

Terra motus.

Artemisia uirilis oratio.

rebus consultum uolentibus suis, caeteri auxiliares in suas quisque urbes, ne liberis & fortunis domi periclitentur, dilapsi abibunt. Addo quod ne commeatus quidem affatum hostibus adsunt, quibus diutius classem alere, possint. Quare nisi res precipiter, plura quidem indubitata pollicetur uictoriam, contra qui rei maritimae fortunam experiri malunt, uideant ne res naualis male gesta, terrestribus sit copijs exitio. Metuo & illud, quod saepe euenire solet, ne bonis quidem dominis mali sint serui, ut malis boni, & nunc quidem inquit, quum Xerxes regum omnium sit optimus, serui sint mali: quippe qui quum plurimum simus, uel ignauia, uel perfidia sit, ut hac belli parte, non magis Xerxes timendus sit, quam eum timere oporteat. Tam libera oratio ciuilius quam consueuerat, est a Xerxe Mardonio referente excepta, laudatque reginae indoles, aliorum tamen consensum secutus signum pugnae proposuit, ipseque spectator adesse constituit. Procedebant interim Isthmum uersus terrestres regis copiae: Infederantque has Peloponnesi angustias, quae inter Ionium sunt & Aegaeum, Lacedaemonij, ac praeterea alij, eius terrae populi, duce Cleombroto, Leonidae, qui ad Thermopylas perijt, fratre: ualido muro a mari ad mare, irrequiro opere deducto. Etiam certi erant ut inde hostem arceret, quamquam Peloponnesum quidam cum Medis sentire crederentur, nec enim ges una terram ipsam ea tepestate incolebat, sed septem in ea censebantur gentes. Indigenae duae Arcades & Cyaurij. Et una Achaica, quae nunquam Peloponneso excessit, quamquam sedem quandoque mutauerit. Aduenae quattuor, Corienses, Aetoli, Dryopes, & Lemnij. Haec gentium uarietas, uaria alebat studia, ut non una tu uoluntas esset in Graeciae libertate tuenda. Nec his quoque multum conueniebat, qui ad Salaminem stabant, de statione asseruanda. Corinthijs & alijs plerisque ubi auditum est Persas Isthmum uersus ire, reclamantibus indignam rem ab Euribade fieri, qui dum Athenienses audiatur: Peloponnesum pariat sine praesidio esse. Noua igitur disceptatio inter Graecos orta est, iterumque de re consultari ceptum, ibi Peloponnesiacis obtinentibus, ut loco decederetur, Themistocles per Sicinium filiorum paedagogum, hostibus consilium Graecorum noctu deferendum curat, ac uelut rebus Graeciae iam perditis Xerxi gratificari uellet, suo nomine iubet barbarum monere, ut priusquam inde Graeci dilaberentur, pugnae locum occuparet, futurum haud dubie, ut quicquid Graecorum adhuc in partibus esset, paruo negotio opprimeret. Propertio opus esse, ne si quae sua sponte sese offerret, occasio negligere, mox paulo quam frustra id fieret requirenda esset. Haec Sicinius Themistoclis nomine ad hostem detulit, quibus eo maior fides est habita, quo in maiore res Graeciae discrimine sitae erant. Pylaeam igitur insulam & Ceon Cynosuram & quicquid freti interiacer Munichia tenus, & alia circa Salaminam loca, noctu hostes occupant, nequa Graecis pateret effugium, & haec occulte multoque silentio, ueriti ne si hostis se circumueniri sensisset, priusquam il lucefceret, noctis umbra usus fugam occuparet. Sed haec omnia aliquanto priusquam facta sint, oraculo fuerant praedicta, haud obicura significatione eorum, quae in pugna erant euentura. Carmen Delphis relatum hoc habuit. Auricomae postquam Diana littora iungent Nauales pontes cum littoribus Cynosuram Spe stolidas fortes & Athenas Marte subegit. Compescet iuuenem meritisima poena superbium, Isthinc tum furij sibi cedere cuncta putante. Nam miscebitur aether, Mars sanguine Pontum inficiet: Graijs tum libera tempora reddet. Saturno genitus, simul & uictoria polles. Et haec sub initium belli ex Delphico illo daemone factario fuerant Atheniensibus relata. Aristides, interim, qui Atheniensium optimus habebatur, ex Salamine, quo per

Que gentes Peloponnesum colebant.

Themistoclis consilium.

Persarum conditus circa Salaminem.

Oraculum Delphicum.

Aristides.

Themistocles

Themistoclem, & alios eius factionis uiros Athenis eiecit, ad Themistoclem uenit, ratus tali tempore Reipub. priuatas inimicitias publicae salutis posthabendas. Themistocli nunciat circumuentos esse a Xerxianis Graecos, dimicandum esse fortiter, aut si Graeci non uiri sint, turpiter moriendum. Probat Themistocles Aristidis officium, hortaturque, ut quae de hostium consilijs ad se derulisset, Euribadi & caeteris ducibus nunciaret, maiorem, inquit, illi fidem tibi habebunt haec dicenti, quam mihi, qui iam dudum hic manendi sum autor, quod quum Aristides fecisset pugnandi necessitate imposita omnes a fuga ad praedium animum conuertunt. Dubius ad hoc consensus erat, non omnibus Atheniensibus uero fidem habentibus, quum Teniorum nauis transuaga eadem nunciante, nulli amplius dubium fuit, quin ubi primum illuxisset, de summa rei, de qua uita esset cum hoste dimicandum. Themistocles uehementi oratione usus, suos ad uirtutem hortatur. Fama est Euphrantide uare iubente tris Barbaros adulescentes Sandanes regis sororis filios, Omefta Dionysio immolasse. Inde animis ad pugnam deuotis, naues Graeci solunt, trecentas & octoginta numero fuisse dicuntur. In hos mouentes continuo Barbari, ex aduerso cursum intendunt, Atheniensibus Phoenices occurrunt, Iones contra Lacedaemonios sterere, quid id cornu tenebat, quod ad auroram erat obuersum, Atheniensium triremis initium pugnae fecit: Aeginiae se ortum postea memorare sunt soliti. Graeci gratum seruantes, praediumque non minore ratione, quam animo capeffentes, magnum ab initio Barbaris, temere inconsultaque ruentibus, negotium iniecte. Nec utrisque idem animus, nec par studium. Graeci fortunae, libertatem, uiam ipsam, in aperto discrimine sitam uidebant. Nullum erat medium, aut uincendum sibi esse arbitrari, aut cadendum. Contra Barbari de aliena gloria, & imperio dimicantes, magis numero quam uiribus freti, confuse & inconstanter praedium ciebant: quo accidit, ut primo concursu res Graia superior esse ceperit. Eorum qui a Xerxe eodit iterum Arthemisia regina neque fortius, neque constantius pugnauit quisquam. Regis uox post obitam pugnam audita est, fuisse eo die sibi uiros foeminas, foeminas uiros. Satis constat medio ardore pugnae, Calyndensem triremem ab Arthemisia depressam, dubium casu in consilio, feliciter illi cecidit, quod nemo Calyndensem seruatum est qui ad regem accusator extiterit, quo igitur longius extrahebat praedium, eo plures regiarum nauium corrumpi a Graecis aut capi. Et iam multae aut captae, aut depressae erant quum fuga cepra est fieri. Tum multo maior clades regiae classis incidit, dum Barbarae naues sese obruunt, seque mutuo affigunt concursu. Quibus de praesentibus nulla superesse Barbaris salus nandi imperitis. Contra Graeci aut ad proximas suorum naues, aut ad littora euadebant brachiorum crurumque solerti iactatione. Inclinatam iam, ut dixi, res Persica, quum Phoenices corruptis nauibus ad regem contendunt, Ionas proditionis insimulant. Caeterum ita accidit, ut tantisper dum illi genti inuidiam faciunt, Ionica triremis Atticam unam insigni certamine uicerit, quo spectaculo rex ira in Phoenices accessus (erat enim supra modum mersus) extremo eos affecit supplicio, haec adiciens, Sic perire oportere imbelles, qui meliores insimulat. Et ipsi quidem Phoenices ita regis iussu interfecti sunt. Trogus autor est, Iones, ut moniti fuerant, ab Atheniensibus se praedio subtraxisse, quorum defectione regia sit classis uicta. Barbaris acie dilabentibus ad Phalerum fuga inclinauit. Aeginiae Salamini freto in fessio, fugientes excipiebant. Plures tamen Phalerum unde soluerant peruenerunt, & in his Arthemisia, cui fugienti in fessio cursu insitit Atheniensium Trierarchus: in digno se rebant Athenienses foeminas, quoque in se arma in-

Graeci se ad pugnam expedunt.

Quo ordine classes instruitur.

Arthemisia uirtus.

Persarum clades.

Iones proditionis insimulantur.

duisse, decemque milia dragmarum praemium proposuere, qui eam uiuam cepisset. Aristides, qui ante initam pugnam Salaminem se receperat, ipse ea parte rem Graiam pro uiribus iunxit. Praeterea Atheniensium qui ad Salaminem stabant secum assumptis, in Pysyrtaleam transijt, subitoque accessu Barbaros oppressit, qui in statione ibi erant. Atque in hunc maxime modum constat ad Salaminem a Graecis in Medos nauali praedio dimicatum. Xerxes ubi res suas mari afflictas uidit, ueritus ne Ionum aliquis a Graecis subornatus, ad soluendos pontes in Hellepontum nauigaret, ipseque in Europa deprehensus uita periclitaretur fugam meditatus, turpissimo consilio nouum schema astruxit, aggeredque aggreditur in Salaminem deducere, in quem usum mandat Phoenicum onerarias connecti, constantiam eam alij credere, caeterum Mardonius que non latebat regis ignauia, ad fugam re spectare arbitratus, regi suadere est adortus quod ille sua erat sponte facturus, ut trecetis milibus lectoctorum hominum secum relicto, ipse ne quos regni motus aduersi belli fama concitaret, ex Europa cum caeteris copijs in Asiam transiret. Sciebat Mardonius ingens odium sibi apud regem & alios constatum, quod eius belli autor fuisset, satis ducens aut Graeciam subigere, aut magni opus aggressus, si minus conficeret, hoste morte occumbere, Xerxem in Perfidem misit, qui aduersam pugnam nunciaret, tanta pernicitate Persae usi dicuntur in rebus subitum nunciandis, ut nihil in humanis trascurreret celerius: id negotium ita est ab ipsis excogitatum, ut quor dieum itinere uia constaret, tot uiri ad cursum exercitati, paribus interuallis, locati starer, hique per manus alius alij, literas tradentes, irrequiro cursu situm concitabant spatium. Apud Graecos facem cursores per uices ferre perseuerabant. Herodotus autor est eam equorum apud Persas cursitationem, Antigartion uocatam. Prior nuncijs quo significabatur Athenas a rege captas Susa perlatus, tantum laetitiae omnibus attulit, ut uiae myrto stratae, odoramenta nauis passim adolerent. Salaminae cladis recentior nuncijs aded omnium animos affecit, ut uulgo uices laniant, uociferationeque & eiulatu irrequieto publicum testarentur dolore, Mardonium uulgo execrantes, qui eius belli fuisset autor, non tam de classe, quam de rege solliciti. Xerxes Mardonij consilium cupide complexus, atque eo cupidius quae Artemisia praesenti consultationi admota id sentire uisa est. Eam rex Epheum dimisit, cum liberis suis, & Hermotimo Perdufensi eunuchorum sibi gratissimo. Hic Penium Chium mangonem, a quo puer ipse fuerat excusus, in ultionem iniuriarum quatuor liberos coegit testibus priuare, atque ipsum iam grandem natu filijs castrandum dedit, aded interdum ultio, etsi sera, multo tamen grauior acerbiorque iniuriam sequitur. Nocte quae diem pugnae secuta est, praefecti nauium ex Phalero soluere sunt iussi, celerique cursu in Hellepontum ire, ut in aduentu usque regis praesidio pontibus essent, neque Graecorum opera interim soluerentur: Graeci abeuntem classem Andro tenus secuti. Themistocles in Hellepontum eundem censebat, pontesque abruptendos subita ui. Euribades contra, satis in praesentia Graecos habere aiebat, si praesenti bello seruentur, nec inuitum hostem retinendum, quippe qui cum pugnandi necessitate ferocior factus esset, periculum esse, ne Graeciam magna ex parte afflictam ad interitum perduceret. Assentiri huic sententiae Peloponnesiaci duces, Athenienses contra continuandum cursum arbitrari, ac si socij ire recularer, suis uiribus egregium facinus tentandum. Hic Themistocles humanarum uitae casus secum reputas, ut suum dum liceret apud Xerxem meritum collocaret, ad quem tutum sibi pateret effugium, si se casus aliquis praesertimque ciuium inuidia, quandoque patria eiecisset, quod non multo post praesaga mens futurum pra-

Xerxes fugam meditatur.

Cursorum pernicitas.

Nuncijs diuersitas.

Eunuchi ultio.

Themistoclis nuncijs ad Xerxem.

Themistocles

uiderat, auctor Atheniensibus fuit haud ulterius sequendi. Scintillum deinde ad regem occultè mittit, qui eum doceret quæ Athenienses, de persequenda classe, pontibusq; soluendis, consilia agerent. Igitur quam maximo posset silentio properandum ad pontem, si incolumis cuperet in regnum abire. Hic non unus de Xerxis in Asiam reditu celebratur sermo: quidam in quibus est Trogus, accepto Themistoclis nuncio, cõfestim sese fugè expediuisse aiunt, relictoq; ducib; exercitu, ipsum magnis itineribus ad Hellepontu contendisse, ubi quum marinis tempestatibus solutos pontes offendisset, piscatoria scapha Hellepontum traiecerit, magno fortunæ ludibrio, ut is paruo sordidoq; lateret nauigio, quem nuper uix totum mare ceperat, omniq; seriorum careret ministerio, cuius exercitus propter multitudinem terræ & aquis graues essent, fluminaq; aquantibus nõ sufficerent. Herodorus Mardoniu ait cum leuissimâ parte copiarum in Thessalia relictum, inde regem ægrè trahere cepisse reliquum exercitum, laboratumq; interea tanta commæatuum inopia, ut ne ab herbarum quidem radicibus, folijsq; arborum, ac corticibus miles abstineret. Ex inedia, ut asolet, pestilentia exercitum inuasit, corporaq; duplici clade affecta, passim efflabant animam, bestiis uolucrisq; cadauerum saginam sequentibus. Ad postremum quia pontes soluti essent, aiunt exercitum nauibus Helleponto traiectum. Est & alius de ea re sermo. Xerxem Athenis cum exercitu profectum, ad oram usque super Strymona peruenisse, ibi uero copijs Hidarni relictis quas ad Hellepontum perduceret, ipsum Phoenissa exceptum nauis, cursum in Asiam terendisse, ac tum fœda tempestate coortain discrimen uitæ adductum, qui cum à rectore nauis quæsiuisset, an spes salutis superesset ulla uectorib;, nullam præter unam, ab eo responsum, si uictorum multitudine leuaretur nauis. Erant plurimi nobiles cum eo uiri, tum rex suos hortatus est, ut siquam sui curam haberent, suo in mare desultu nauem exonerarent, quæ quum dixisset, illos rege adorato confestim è nauis in fluctus desiliisse. Idem quum alij non pauci fecissent, leuata nauis rex incolumis Asiam tenuit. Tum ibi gubernatore nauis, quia regis animam seruasset, aurea corona donauit, donatumque ob eorum iacturam qui in subiectum mare sese nauis deiecerant, capere multauit. Sed postrema hæc fama minus celebris. Verum quoquo modo ille in Asiam reuersus est, fugienti similis Græciam reliquit. Fuitque hic annus, quo est ad Salaminè pugnatum, quintæ & septuagesimæ Olympiadis primus, si rectè tempora digere Eusebius, idem uigesimus primus supra quatermillesimū ac septingentesimum à mundi origine, ab Roma cõdita ducentesimus sextus, siue quintus, ut alij colligunt, ac septuagesimus, quo magis miror Eusebium tradidisse, decem ferme annos post Fabiorum cædem à Xerxe in Græciam descensum. Quum Dionysius auctor sit illam Fabiorum cladè in eos annos incidisse, quibus Medi Xerxis ductu Græciam bello inuasunt. Nepos Cornelius quarto anno, postquã ad Salaminem nauali prælio est dimicatum, Fabios ad Cremeram cæsos prodidit. Græci post Xerxis discessum. Andrum insulam obsedere. Primi ex insularis Andrij recularunt poscenti Themistocli pecunias in stipendiũ dare. Cui alleganti Athenienses ire illuc duobus magnis numinibus impulsos, suadela & necessitate, alij uero dicunt & necessitate, duo apud se quoque magna esse numina Andrij respondisse dicuntur. Inopia & impossibilitatem, quibus dijs obnoxij pecuniam dari non possent. Fuit in Themistocle ingenium supra quam dici possit, uersatile, & ad Apophthegmata illa quæ in ciuilibus uitæ partem reponuntur extremopole, quod à pueris præceptorem non latuit, cuius uox memoriæ prodita est, nihil paruum se cernere

Xerxis reditus.

Discrimen Xerxis & comitū.

Anni mundi.

Duo Andriorum dii. Themistoclis ingenium.

in puero, sed eum magnum aliquid, siue bonum, siue malum futurum augurari. Stesimbrotus eum Anaxagoræ studiosum prodidit. Fertur & Melisso Samio operam dedisse. Mnesiphilus eum Phrearij auditorem fuisse arbitratus est, qui neque orator fuit, neque physicus, sed quandam rerum gerendarum prudentiam & cognitionem docuit. Fuit Themistocles splendoris et gloriæ supra ceteros mortales cupidissimus. Huius uox illa, quã Pindarus est in Artemisij prælio securus, initium uincendi esse fiduciam. Neq; illud minus urbanè colligebat, anteire filium suum ceteros Cræcos potentia. Græcis Athenienses imperare, se Atheniensibus, sibi coniugem, coniugi filiu. Filias matrimonio locare uolentibus, magis uiri sine pecunijs, quam pecunias sine uiro quæri oportere præcipiebat. Andrij ex contumacissimo responso aliquandiu sunt obsidione fatigati. Est Andrus Cycladũ una, trium & nonaginta milium passuum circuitu. Mirsilus Cauron primo, mox & Andranon dixit. Callimachus Laasiã. Alij Nonagrã, Hydralam, Epagrim. Græci ubi Andrum expugnare nequeunt, Carystio agro populato (nam hi quoque ad Medos defecerant) Salaminem rediere. Hic uotis ritè solutis Isthmum nauigarunt, præcipuum ibi præmium daturu Græcorũ meritisimo, qui rem præsentis bello omnium optimè gessissent. Ibi quum primo loco singuli principes singulos calculos haberent, in secũdo Themistocles multo superior fuit. Obstitit haud dubiè liuor, quo minus id iudicium sequeretur. Themistocles ex eo conuentu Spartam uenit, ubi honorificentissimè est acceptus, inde proficiscentem, quod nulli hospitium ad id tempus fuerat datum, multi ad Tegeaticos usque fines persecuti sunt. Identidè Athenas reuersus ab ignobili quodam iurgio exceptus, quod non ipsi sed Atheniensibus eum honore Spartani exhibuissent, ita occurrisse fertur, res sic habet ut ais, neque ego si Belbilitanus forem, sic à Spartanis honoratus essem, neque tu si etiam Atheniensis. Sic Herodotus què in his libens sequor. Plutarchus Scriphium eum hominem fuisse ait, à quo conuicio iactatus, quod cum Athenarum celebritas, non uirtus illustrasset ita responderit, uera sunt hæc inquit hospes, at si ego Scriphi essem natus, neque ignobilis forem, neq; si tu Athenis, clarus fuisses unquam. Hæc Græci post regis fugam. Artabazus cum sexaginta milibus hominum quos à Mardonio accepit, Potideam & Olynthum obsedit, tenebat eam urbem Bottici è sinu Thermeo à Macedonibus eieci. Hos obsidione captos ac in paludem deiectos Artabaz; trucidauit. Trogus Olynthum ait à Mardonio captam, non ab Artabazo, ut scribit Herodorus. Potideam quum tris menses obsedissent Barbari postremo maris æstu inde depulsi, in Pallenem concesserunt, plus dimidio copiarum amisso, qui maris alluioni superfluere, à Potideatis ferro excepti, ad unum interfecti sunt. Artabazus secundum hanc suorum cladem in Thessaliam ad Mardonium qui in ea terra hibernabat, se recepit. Classis regia ex Helleponto in Samum transiit, ibique hibernauit. Erant trecentæ numero naues contentæ si Ioniam à defectione continerent. Græcorum triremes centum ac decem in Æginam sub initium ueris conuenerant. Ceterum iuxta Græci Barbariq; ex Mardonij motibus pendebant. Quæ illius fortuna in administrando bello futura esset, talia & rerum in mari gerendaru consilia utrinque emeritura. Erat Æginæ græcæ cassis, Dux Leutychnides ab Hercule oriundus. Atheniensium dux erat Xantillus Ariphronis filius. Hic illis sedecibus, legati ex Ioniam superuenere, rogantes, ut Ionas progeniem suam seruitute liberarent. Vix multis precibus tenuerunt, ut Delum usque classis processerit, ulteriore nauigatione abstinerunt, cætera rati ad Ioniam oram uergentia hostium præsidij teneri. Sed iuxta

Initium uincendi fiducia.

Andrus.

Præcipuum honor Themistoclis.

Themistocles et Scriphium in iurgio.

Barbarorum dicitur.

Mutatus Græcorum & Barbarorum metus.

Macedonũ regum oritur.

Perdica omne.

Macedonũ regum successio.

Responsum Athen. ad Alexandrum.

Athena iterũ à Barbaris occupantur.

iuxta Græci Barbaros, Barbari Græcos formidabāt, neutri nisi per occasionem sua statione moturi. Sic mutuus timor utroque rebus gerendis aliquandiu abstinuit. Mardonius interea Alexandrum Amyntæ filium, cuius forem Gigeam sibi matrimonio iunxerat, Athenas misit, si fieri posset Athenienses traheret in Medorum partes, ita futurum ratus, ut si societatis spem à cætera Græcia Athenienses abduxisset, haud multo post terra mariq; uictor existeret. Fuerunt Macedonũ reges à Perdica oriundi. Is cum Æropo & Gauane fratribus ex Argis profugus, cæterum à Temeno oriundus in Illyncum primo, inde in Macedoniam transfregit, mercenariam operam eius terræ regi locauere, alendis equis unus, & bobus alter, tertius pecoribus pascedis. Accidit autem, ut dum panis à Perdica coqueretur, duplex fieret, id quum semel atq; iterũ esset animaduertum, rex prodigium auerfat; domo fratres expulsi, quibus emeritam mercedem poscentibus, radios solis per fumarium insertos, se illis mercedis loco dare respondit, ibi solem ense circūscriptum se Perdicas accipere dixit, haustuq; paternis sinus uelut complexum se ferre prædicans abijt, ut is fratrum minimus. Rex secum reputans quorsum omen illud tenderet, equites in eos abeuntes immisit, ut aspectu obrunccarent. Verum sic accidit, ut amne ab eis transmissio, subito pleno alueo fluxerit, ita ut qui uestigio hærebant, tumidum nequiuerint amnem transire, per hæc; illi periculo seruari, in diuersam Macedoniæ plagam transfregit, prope hortos habitauerunt, qui Mida Gordio geniti fuisse dicebatur. Genuit Perdicas qui regnum condidit, de cuius successu alio est à me loco memoratum, Argeum. Argeus Philippum. Philippus Æropum. Æropus Alceram. Alceras Amyntam. Amyntas Alexandrum, qui Athenas est à Mardonio missus. Is ob uetus cum Atheniensibus hospitium, multis hortationibus egit, uehementerq; est adnixus eos in regis societatem & amicitiam trahere. Aderant forte Lacedæmoniorum legati, hi multum diuq; sunt Athenienses hortati, ne se totamque Græciam funesta societate perditum irent, meminisse eos oportere bellũ quod uniuersam Græciam peruaserit ipsorum causa susceptũ, nec Barbaris esse fidem ullam habendam, quibus neque fidem, neq; sanctum esse quicquam. Nec multo plus Alexandro, quia Atheniensium sit hospes, credendũ, qui tyrannus tyranno operam nauatam uelit. Athenienses deinde sunt locuti, summa omnium qui renunciaru uoluerunt fuit hæc, ut dicerent quandiu sol eodem itinere mearet, neq; amicitia, neq; societatem sibi cum Barbaro futuram. Postremo & ipse monitus, ne deinceps talia suasturus Athenas ueniret, ne hospes ab hospita ciuitate, quæ nollet, alieno odio pareretur. Cum his Alexandro dimisso, Lacedæmonios hortati sunt, ut quãdo iam uer appeteret, nec dubium esset, quin post Alexandri reditum confestim Mardonius in Atticam moueret, ut cõtractis copijs secum in Bæotiam irent, ubi ad hostem præcõc distendũ primas belli partes in aliena terra occuparent. Id Atheniensium consilium tunc erat, quum Mardonius auditis, quæ Alexander ex Athenis tulerat, nihil amplius moratus, cum omnibus copijs per Bæotiã Atticos fines ingressus Athenas iterum occupauit, decimo mense ab eo quo Xerxes eas ceperat. Ex Athenis Barbarus Salaminè misit ad Athenienses, qui eo populariter migrauerat, Murichidem quendam Hellepontium, cum his ferè mandatis, quæ nuper Alexander Athenas tulerat, ratus quoniam armis subacta esset Attica Atheniensiu ferociam magna ex parte remississe, eoq; rerum omnium desperatione adductos, ut iam de pace cogitare inciperent. Is ubi in fenatru exposuit, quæ essent Mardonij postulata, Lycidasq; unus è senatoribus sententiam dixisset, uideri sibi de ea re esse ad populũ referendum, corruptus

Athen. ultio in Lycidam.

Querela Ath. ad Lacedæmones.

Athenæ diruntur & cremantur.

Audi præsentium Medi cuiusdam.

Phocensium scimus.

Græci ad Citheronem castra faciunt. Massiti casus.

Salamine traicientes, iunctis copijs ad Erythras in Bœotia confederunt. Hi certiores facti Mardonium ad Alopum castra habere, confestim & ipsi eò progressi, in conspectu hostium sub Citheronis radicibus muniuit castra. Persicus equitatus in eos statim est missus, Græci ab initio pugna abstinerunt, in quos quanquã probra multa à barbaris iacerentur, abstinere tamen congressu. Adequitabat in fronte Massitus uir apud Perlas inclytus Nisæo equo sedes, habebantq; Megareses ea parte, qua Medicus equitatus imperu dederat, stationem. Hi cum aliquadiu fortiter restitissent, hostiu tamen impressione degrauiati, ad Pausania mittit, sustinere se adhuc hostem, uerum nisi recens miles subsidio adsit, fore, ut nò multo post uicti statione decederent. Trecentos Athenienses Megaresibus iam felsis successere, sagittariorum manu secum assumpta: tum pugna ibide instaurata, Massiti equus insigni arduitate sagitta percussus, uehementi calcitratu se forem excussit. Circumsistunt Massiti cadentem Græci, multisq; uulneribus petitus ob aureum thoracem aliquandiu uolarino potuit. Oculo demum percussio collapsus interijt. Atrox ibi pugna orta supra iacentis corpus, cruentumq; utrinq; prælium uictoria aliquadiu anticipem fecit. Postremo Græci Massiti corpore potiti sunt. Tanti uiri interitus adeò fuit barbaris luctuosus, ut se, equos, iumenta, more patrio toronderint. Græci secundum hanc pugnam audaciores facti, ex Erithris ad Plateas ut comodus inde aquarentur, castra transferunt, inibiq; ad Gargaphium fontem uallum proferunt. Lacedæmonij dextrum latus tenuere, læuum Athenienses. Summa copiarum omnium tam leuis quam grauis armaturæ, centum & octo milia ac ducetos habuit. Mardonius Perlas Lacedæmonijs obiecit, Atheniensibus Bœotios, Locros, Melienses, Thestalos, & mille Phocenses. Barbarorum copie cum Græcorum appendicibus, numerum trecentorum quinquaginta milium expleuere. Fuisse à principio concurlum nisi Egefristratus Eleus aruspex Mardonium monuisset, nihil se læra exta inspicere. Erat Egefristratus Lacedæmonijs infensus, q, ab eis olim captus coniectusq; in ligneas soleas, sibi ut euaderet calcaneum amputare eit coactus, sed exercitiu in Lacedæmonios odium ei in exitium uertit. Enimuero mox in Zacintho captu Lacedæmonij extremo supplicio affecerunt. Decem igitur dies sine ullo memorabili prælio transiere, ubi uero undecimus illuxit, Mardonius cum Artabazo de summa rerum in colloquium uenit. Ibi Artabazis sententia erat, ut copijs Thebas reducis, quado frumento & pecunijs abundarent, prælio abstinerent, dareturq; interim opera, ut cõsensu ille Græcorum solueretur, ciuitatu principibus pecunia corruptis. Id sentire & Thebanorum pleriq; qui rei consultandæ fuerat admoti. Audire Artabazu & alios Mardonius, longioris tamen moræ impatiens, persuasum enim habebat, se exercitum longè meliorem quam Græcos habere. Cernebat præterea suas opes in dies deteriores fieri, Græcorum transfugijs: productis itaq; Græcis & alijs in concionem, rogauit an esset qui sciret oraculum ullum extare, quo significaretur Perlas in Græcia perituros, ad quam uocem quum partim rerum ignoratione, partim metu silentiu tenuissent, at nihil est, ut uideo, inquit, quod uereri de beamus, nam quòd in fati esse aiunt si à Persis delphicum templum diriperetur, tum fore ut gens ipsa in Græcia periret, enixè est à nobis cautum, ne huic fato essemus obnoxij. Id ille. Herodotus tale oraculum non Persis redditum fuisse ait, sed Illyrijs & Etheleorum copijs. Signu itaq; Mardonius dari iussit, ut sequenti die sub lucis exortu sese prælio expedirent. Alexander silentio noctis Atheniensem stationem adequitans, certamen de summa rei instare ducibus occultè significauit. Hortatusq; est, ut forti

Copiarum numerus.

Egefristratus.

Persarum consultiatio.

ter dimicarent, scirentq; Mardoniu contra auspicia dimicaturu. Athenienses duces rem ad Pausania deserunt, ab eis petijt, ut quando Athenienses iam inde à Marathoniam pugna Persicis essent uirib; affueri, in dextru cornu tanhret, ipse aduersus Thestalos, & cætera hostiu auxilia operam nauaturus. Id Athenienses nihil grauatè prestiterunt, quippe qui nisi pudor obstitisset, sua sponte fuissent id à Pausania petitori. Bæotij sub lucem conspicari cornua ab hoste mutata, statim id Mardonio significauit, tum Perla & ipse conatus est ordines mutare, sed quu rursus apud hostes id fieri uidisset, caduceatorè Mardonius ad Pausaniam misit, ipsi duci Spartanisq; ignatiam exprobrans, qui quum Græcorum fortissimi haberi uellent, periculo in Athenien. ablegato, ipsi, non nisi extutior loco, essent manum conseruati. Cæteru egregiè Pausaniam facturū, si pari bellatoru numero de summa rei secum uelit pugnam decernere. Caduceatori nullum est redditu responsum, quo Mardonius ferocior factus, subitò equitem in hostem misit, uter batur barbarus sagittarijs equitibus, qui incredibili telorum multitudine in Spartanos missa, continuò Gargaphiu fontem, ad quem illi statione habebant, cõfundere, obstruxeruntq; ex eo fonte uniuersus penè exercitus aquabatur. Ex Alope amne ob sagittiferos equites non licebat, Græci huiusmodi difficultate detenti, inter se consilia agitabant, de castris in Alope insulã transferendis, si eo die Mardonius pugnae copiam non fecisset. Labitur Alopus ex Cithेरone, atq; in subiectos campos egressus, diuortia facit, rursusq; intercapedine trium stadorum, iterum in unum coit, huic insulæ nomen est Oenoe, quam Alope filiam indigenæ fuisse aiunt, hunc locum castris occupare secunda noctis uigilia Græci in animo habebant, atq; inde partem copiarum ad seruitia ex Cithेरone recipienda mittere, quæ frumentatu terant, infestiq; erant ab hostium equitatu. Prælio itaque sub nocte remisso Lacedæmonij, ut quam longissimè equitè effugeret, ad Citheronis radices concessere. Athenienses secuti humiliora loca tenuere. Sociorum plurimi ordinibus desertis, alij alio diuersi abierunt. Attulit ea res Pausaniae multum sollicitudinis. Mardonius ubi primum illuxit, hostium fuga animaduersa, Perlas Alope flumine transmissis, Græcoru uestigijs iubet insilire, reliquæ copie sub latis signis sine ordine, sine imperio uiam ingressæ, ducem sequuntur. Pausanias ubi Persicu equitatum cum fremitu aduentare uidit, ad Athenienses mittit, qui nunciaret ultimū instare certamen, eam lucè aut perpetuam Græciæ libertatè, aut seruitutem allaturam, proditos esse se à socijs, duoru proinde populo rum uiribus standu, properarent secum copias iungere, quado iam aduersus se equestre præliu initum esset, aut si ipsi diuerso certamine occupati, subsidio adesse non possent, saltem ad uim equitu arcendam sagittarios ad se mitteret. Enimuero tanta sagittariu uis in Spartanos primo hostiu accessu est inmissa, ut præter alios multos, qui dum pugnae se expediunt consauciati sunt. Callicrates quo præstantior ad id bellu ex tota Græcia uenerat nemo, Pausaniae sacrifi canti altans sagitta ictus cõcidit. Fertur moriens dixisse, non dolere sibi, quòd pro Græciæ libertate periret, sed quòd nihil manu usus, nullaq; eo prælio ad huc nauata opera, deficeret. Athenienses parati erant ad socios euadere, quum subito & ipsi prælio deprehensi, in uestigio pugnare coacti sunt. Diremptæ erant Græcoru acies, nec locorum iniquitate inter se cõspiciæ, ita Lacedæmonij tria & quinquaginta milia numero cum Tegeatibus ad præliu cõuersi, cum equite manum conserunt, pugnantiq; pericia, Medicum equitatu lanceis proferunt. Mardonius ea parte qua pugna ciebat, magnum Lacedæmonijs negocium attulit, qui quadiu superstit, per se non solum restitit, sed Lacedæmonioru etiã plurimos acie prostrauit.

Athen. factus

Mardonij conciliu in Lacedæmonia.

Gargaphiu font. Alopus flu.

Græci ad Citheronem concidunt.

Instant Græci Persæ.

Callicrates interitus. Acris pugna.

Mardonij interitus. Persaru fuga.

Castrensis caedes.

Sophones.

Pretiosa Persarum spolia.

Euchida celebritas.

Cena Persica.

Caput sine sutura.

Thebani supplicio afficiuntur.

strauit. Postea uero quam dux ipse, ab Arimnesto Lacedæmonie saxo caput faucibus concidit, & mille lektorum equitu qui circa illum strenuè dimicabat, labore, & uulneribus occubuerunt, cætera multitudo subito terga uertit, sed quo illis fuga impeditior, locorum difficultate fuit, eo maior fugientiu est cædes edita. Et hæc circa Lacedæmonios acciderunt, cum Bæotijs & cæteris auxiliarijs acre certamen Atheniensibus fuit, cruentoq; Marte, & aliquandiu accipiti est utrinq; pugnatu, cæterum hac quoque parte fortuna belli nihilo fuit hostibus felicior. Fuis fugatiq; Bæotij, Thestaliq;, & alij qui à barbaris steterat, Thebas uersus fugam inclinant, castra quæ Mardonius operose muniuerat, aliquandiu sunt à barbaris retenta. Omnis ferè multitudo, ubi res perditas uiderat, eò flexerat cursum. Postremo hæc quoque capta, omnisq; opulentia referta Græcis ad prædam concessere. Terribilissimè hominū cædes edita, tantaq; cupiditate ferrum in hostes euagatum, ut ex triginta myriadibus, exceptis ijs cū quibus Artabazus aufugit, ne tria quidem milia hominū superuerint. Trogus quod quidem est ab ijs, quæ Herodotus scribit, Mardonium ait uiuum ex acie excessisse, castrisq; uictores Græcos sine certamine potitos. Plurimum opera est eo bello celebrata. Lacedæmonioru tamen prima fuit laus, qui hostilem equitatu fuderant. Atheniensiu uirtus secundo loco celebrata est. Et in his Sophones Eutyichidis maximè illustratus. Is ferream anchoram in acie circumtulit, qua in hostes proiecta plurimos à fuga remoratus est, ut stabi lior esset pugna, omnis præda Pausaniae iussu est unum in locum coaceruata. Crateres, phialæ, lebetes, mensæ, torques, acinaces, lecti, & alia ornamenta ex auro & argento supori fuerunt spectantibus. Decimæ, sepelitæ, ex qua pecunia tripodis sunt Delphico Apollini dati, Iupiter æreus decem cubitorum in Olympia dedicatus, et ex eadem materia Neptunus in Isthmo septenarium cubitoru. Cætera præda ex æquo diuisa. Secundū eam uictoriam Græci cõmuni nomine Ioui sacrificaturi Pythij monitu ut purum ignem sacris adhiberent, Delphos Euchida Plateen sem misere, ut inde ignem ad peragèda sacra deportaret, mirum est quod de eius celeritate Plutarchus & Plinius tradunt, uno die eum ne in mora esset, ignem ex Delphis Plateas attulisse, mille stadia emensum, atq; Græcis salutatis igniq; reddito ad terram concidisse, nec ita multo post nimia lassitudine expirasse. Ferunt peractis sacris Pausaniam iussisse Persarum pistores & coquos sibi cenam ut Mardonio affluerant opiparè instructam parare, cuius splendore insuetuq; luxu permotū cõfestum iussisse et Laconicam cenam inferri, Græcorumq; ducibus eò accersitis, uidetis ne uiri fortes dixisse, quam manifesta Medi laborent amentia, qui quum tam lautè cenent, Græcos parcissimè uictantes subigere conati sint? Herodotus memoriæ prodidit procedente tempore ex Plateensi agro ubi fuerant hostium castra, humanum caput relatum nullam habens suturam, sed ex uno solidum osse, maxilla adhæc inuentam indifcretis dentibus, sed os unū fuisse pro dentibus. Sunt qui & quintum cubitoru eidem locis ossa quædam reperta. Thebani deinde bello petiti, qui cum Medis in acie steterant, eorum ager populatione uastatus. Eminebant inter suos populares præcipua inuidia Timageides & Attaginus. Thebanorum longè principes, fueratq; hi ab initio ad supplicium requisiti, cæterum procedente obsidione, Timageides autor fuit ad populum, ut ipse & cæteri qui ad supplicium depolcebantur, Græcis dederentur, modo ciuitas presentis solueretur bello, ratus fore, ut nulla atrocior pena, sed pecunia duxtaxat multarentur. Thebani defectionis autorib. deditis, belu soluuntur. Attaginus priuquã deditio ulla fieret, solum uoluntario exilio uertit. Eius liberi ad Pausa

niæ conspectum constituti, ut pro patre pœnas luerent eos Spartanus dux dimisit incolumes, negans pueros Medicaru partium, sed puerorum parentes adiutores fuisse. Qui dediti fuerant Corinthi Pausanias securi percussit. Artabazus cum his copijs quibus acie exceperat magnis itinerib; per Thestalias & Macedoniã in Thraciam peruenit, nauigijsq; Byzantij paratis in Asiam traiecit, passim socios quum fugeret iudicatus, quasi à Mardonio qui cum reliquis copijs paulopost affuturus esset, ipse ad negocium in Thracia obeundū prepararet. Eodè die quo est ad Plateas dimicatu, ad Mycalem quoq; in ora Ionie ingens uictoria à Græcis parata est: confederat Græcorum classis Lentychida Lacedæmonio duce in Delo. Samioru legati inde Græcos occultè accersunt, polliciti fore, ut regiam classem quæ erat Sami, si eò annauigarent, nullo maiore negotio opprimerent. Cæterum nihil æquè dux Lacedæmonius secutus creditur quam Eutyichidis qui inter legatos erat nomen. Barbari audito Græcoru accessu quia à prælio abhorrebant ad continentè oram quæ Mycalæ prætenta est, naues contraxere, ualido præsidio freti quod ad oram Ionie tuendam his erat locis sub Tigrae omniū Persarum specie & statura eminentissimo sexaginta peditu milia naues huc subductas uallo muniunt. Græci ubi Samu uenerè, hoste illi non reperto inter se cõsultant, petant ne Hellespontu, an retro pacato mari abiret. Neutrum placuit, sed rectè uisum est Mycalã procedere, quo naues hostiu concesserant. Omnibus itaq; ad pugnam diligenter instructis, classeq; infesto littori appulsa, ubi Barbaru terrestri pugnae paratum uidere, Eutyichidis hortatu Græci in littus desiliunt, Persæ priuquã prælium iniretur, Samios srum cõmilitium secutos armis exuunt, rati id quod erat Græcos ab eis ex Delo ad ea loca accersitos. Milesios per speciem insidendorum à tergo itinerum procul inde ablegant. Nam & ipsi in defectionis suspitionem ac prodicionis uenerat. Mox testudine ex Gerris facta sese stipat: Græci contra animorum robore connixi, in hostem ita instructum imperu faciunt, quibus ad pugnam euntibus, per uniuersum exercitu lubitò manauit rumor, quia caduceum supra fluctum apperuisse Mardonij exercitum cum ipso duce ad Plateas deletum. Ea fama quoquo modo illuc delata est (meritò enim miracu li locum obtinet, quanquam Plateis diluculo sit pugnatum ad Mycalam uesperu) multo ad id certamè capeffendum Græcos ferocios reddidit. Fuit & illud memorabile, quòd utrobiqu; apud Cereris templum est eo die dimicatum, duplexq; uictoria parata. Plateensi agro, & apud Mycalã eius deæ erat templum. Athenienses per littus & planiciem alteru cornu tenebant, per confragosa loca & montes Lacedæmonij. Qui dum circūaguntur Athenienses, interim acre prælium ciebat. Persæ quoad sibi Gerra mansere, pulchrè se tuentes, nihilo erant hoste inferiores. Athenienses autem cuneo mutuaq; hortatione innixi, testudinem infringunt. Restiterunt quoq; aliquandiu Persæ, demum solutis ordinibus conati sunt se intra munitiones recipere. Quibus Athenienses Corinthij & Sicyonij mixto agmine unã irrumpunt. Vbi igitur murus captus est, tum demu Barbari pugnae immemores fugam capeffunt. Persæ soli omnium pugna extrahere, etu ad paucos redacti, cum Lacedæmoniorum manus per montes circumacta pugnam ægrè sustinentibus superuenit. Tum in medio Persæ trucidantur, caduntq; Mardontes uir clarus, & Tigranes dux pedestrium copiarum. Nec uictoria Græcis incrueta obtiguit, multi acie perierunt, & in his Sicyoniorum dux Perilaus. Samij ubi prælium initum uidere, continuò arreptis armis temerè iacentibus Græcis suppetias tulere. Sequuntur cæteri Iones & in primis Milesij, qui ad montanos trames insidendos missi, Persas ex acie fugientes, ue-

Pugna terrestris ad Mycalam.

Græcorum uictoria.

Persæ Ionia desiciuntur.

Int insidijs exceptos passim obruncant. Atque per hæc quæ dixi Ionia iterû à Persis defecit. Græci plurimis Barbarorû partim in acie, partim in fuga cæsis, hostium naues igni cõsumpsere, prædaq; in suas congesta retrò Samum abierunt. Inde in Hellepontum uela faciunt soluendorû pontium cõsilio, quos ubi dissectos uiderunt, Lacedæmonijs in Peloponesum abeuntibus, Athenienses Xantippo duce Sextum in Cherfonneso oppugnât, obsidio illa tam diu tenuit, ut qui obsidione tenebantur, lectorû funibus elixis uescerentur, omniû demum rerum inopia adacti de serro Cherfonnesi muro Perfa noctu cum Artaycle & Oebazaro ducibus fugâ capessunt, ubi uero dies illuxit, Cherfonnesitæ è turribus rem Atheniënsibus indicant portasq; patefaciunt. Oebazarum in Thraciam fuga delatû, Absynthij Plestoro indigenæ Deoritu suo immolarunt. Artaycles cum filio super Egos fluentia captus, Sexton est retractus, ubi circa Hellepontum qua Xerxes ponte copias traiecerat, filio ante oculos lapidib; obruto ipsum Xantippus dux tribus tigillis humi defixis suspendit. Nec aliud memoria dignum gestum est foris eo anno. Athenienses in Atticam reuersi sunt, quos alias secum pecunias portantes, tum uero Hellepontiacorum pontium instrumenta, quæ Sexti erant, ut rei gestæ ad posteros monumentû essent deorum templis illaturæ.

Athenienses.

Cherfonneso potuntur. Perfarum supplicia.

ENNEADIS III. LIBER III.



Rat Græcia graui defuncta bello quâ Romæ intellinæ discordiæ faces maxime, ut si quando aliâs, inter patres et plebem exarserat, hinc consulibus, inde Tribunis Reipub. corpus in partes distrahentibus, erantq; hoc anno quod id malum ualidius incubuit, Appius Claudius & T. Quintius consules. His magistratum ineuntibus, Volero & C. Lectorius Volerone uehementior, militari gloria præferoces, legem de Tributis comitijs assiduis concionibus celebrantes ciuitatem in apertum certamen traxere. Sed maius omnino fuit consulibus negocium cum Lectorio, qui quum de nulla re frequentius, quàm de lege loqueretur, nihil interim à consuli insectatione abstinebat, Appium superbissimamq; eius filiam criminando, eum non consulem à patribus, sed carnificem ad uexandam plebem datum clamitabat. Erat in eo rudis lingua, nec publicis disceptationibus assueta. Deficiente itaque oratione, quoniam, inquit, Quirites haud facile loquor quæ uellem, paucis uos moneo ut crastina die aditis, aut enim hic in conspectu uestro moriar, aut legem perferam. Occupant Tribuni templum postero die, circumstant consules eorum actus impedituri cum nobilium caterua. Hic consulibus petentibus, ut sibi pauca de Republica ante legis lætionem pro concione loqui liceret, facta à Tribunis & populo dicendi potestate. Quintius molli populariq; oratione ita flexerat plebeiurum animos, ut multo plures legem abrogaturi si continuo itum esset in suffragia, quam probaturi uiderentur. Secutus inde Appij sermo tam à Quintij concione diuersus, ut uix ille tantum fauoris nobilium causæ conciliarit, quantum hic odij & inuidiæ quippe qui à plebis ignobilitate exorsus è descendit, ut tribunatû rem perniciosam ciuitati diceret, solere affirmans ex bonis feminibus felicem uberemq; prouenire frugem, ex malis autem malam & pestiferam, tribunatibus ex secessione plebis & discordia ortum, præter temeritatem & uiolentiam eum magistratû habere non posse. Verum illud multo iniquius ferendum, ut ijs quibus neque aræ essent neque foci, leges ciuitati præscriberent. Quæ auditu grauius ad eum tribunos ir-

urbana seditio.

inuisa Appij concio.

ritarunt, ut Lectorius confestim Appium iusserit è concione abire, qui quum minus pareret, missus est in eum tribunus minister, quem quum lictores contemptim repulissent, Lectorius cum parata hominum manu eo uiolenter occurrit, maiestatem uindictaturus, restitit tamen Appius nobilium globo stipatus. Liuius in priuatos quosdam uiaorem à tribuno missum scribit, qui iussi templo faceflare non paruissent. Verum negante Appio ius ullum tribuno esse in patricos, ministrum à Lectorio in ipsum consulem missum, cõtrâ, à consule licitorem in tribunû. Qui haud dubiè uiolatus esset nisi tota cõcio atrociter pro suo esset magistratû coorta. Etiam ex tota ciuitate fiebat cõcurus in forû, fuissetq; non sine cruore certatum, nisi Quintius dato cõsularibus uiris negocio, ut collegam è foro abducerent, ipse nunc facientem plebem leniendo, nunc tribunos rogando, ut cõcilium dimitterent, darentq; iræ spatium, non ius suum illis tempus adempturum, sed gerendæ rei additurum consilium, futuros patres in populi potestate, consules in patrum, funestam ciuitati presitit ditionem. Aegrè lenita est à Quintio multitudine, sed multo ægrius consul alter à patribus. Dionysius autor est, Quintio suadente concessisse Lectorium ut delatione legis senatus arbitrio staretur. At tum P. Valerij sententia ad tollendam discordiam permisum, ut tribus in suffragia mitterentur reclamante Appio, deos hominesq; testante per metum prodii tempu. ac deserit. nõ consulem senatus, sed senatum consuli deesse. Grauiores accipi leges quàm in sacro monte paucis ante annis acceptæ fuissent. Cæterum patribus à certamine abhorrentibus, petentibusq; ab eo ut rãtam consularè maiestatem esse uellet, quantam in cõcordia ciuitate esse posset, ne dum tribunus consulesque omnia ad se traherent, nihil publici iuris in medio relinqueretur. Appius consensu patrû uictus quieuit. Lexq; sine ulla maiore altercatione perlata est. Cæperuntq; tum primum Tribuni & Aediles sine auspicijs, sine religione tribunitijs comitijs creari. Calphurni Pilo tres priorî numero tribunos tû additos prodidit, ac quinque tantum creatos scripsit, quo apparet duos à principio Tribunos creati solitos. Quod Dionysij opinioni repugnat. Liuius Pisoni astipulatur. Volsci & Equi discordia ciuitatis freti, in Romano agro castra fecerant, quem latè populati expectabant an ulla fieret à plebe secessio. Cæterum sublata discordia continuo hostes retrò abierunt. Consules delectu habito Appius in Volscos, in Equos Quintius duxere, dispari fortuna usi, uterque suo ingenio similia expertus. Oderat Appius exercitum suum, residuoque ciuili certaminis odio militè uexabat, odere qui in exercitu erant ducem, segniterque, ociose, contumaciter omnia agere, non metus cuiquam, non pudor obstabat. Si agmen consulis properare iussisset, tardè ncedebat, si operis spectator adesset, rem sponte motam remittebant, ex-crabantur abeuntem, irascebatur inuictus ille animus, nec cum militib; aliquid agebat amplius. Corruptum à centurionibus exercitum distitans, eosq; cauillans Tribunos plebis & Volerones appellabat. Volsci qui horum nihil ignorabant, uehementer pugnare cupiebant, rati Appium acie congressum, nihilo utiliore habiturum militem quàm in Hetruria Fabius habuisset. Sed multo ille infestior fuit Appio q; Fabio olim. Haud enim hic ut in Veijs uincere noluit, sed quod atrocius uiolentiusq; fuit, se uinci est passus. In aciem productus uictio fusoque similis, turpiter castra repetens, non prius restitit quàm hostium signa castrorum munitionibus in ferri uidit. Dionysius autor est, potuisse eo die Romanum exercitum delecti, nisi hostis ueritus esset, ne in insidias præcipitaretur: nam ueram esse eam fugam credebat nemo, quando penè priusquàm manus confereret, inclinasset. Necessitas uim militi expref-

Prima comitia tribunitia.

Superbia Claudij in exercitu uexando.

Exercitus contumacia in Claud. consulem.

fit hostem à uallo repellendi, apparuitq; tantum eodie castra capi noluisse, cætera de indultria in consulis odium acta. Fremebat Appius, desertoresq; patrio more punire adortus, concionem aduocari iubet. Legati Tribuniq; circumfusi orant, ne imperium cuius uis in obedientium cõsensu sita esset, tam alieno tempore experiri uellet. Negabat miles se ad concionem iturum, postulabatq; palam, ut ex Volscis agro castra mouerentur, magnam cladem acceptam, sed maiorem omnino instare, nisi fusus fugatusq; exercitus in pacatum abduceretur. Appius insequentem diem iter pronunciarî iubet. Postridie prima luce signo profectioem edito, agmen castris egressum porro ire cæperat, quum repete hostis extremos adortus trepidationem & tumultum iniecit. Qui terror ad primos perlatus signa & ordines turbauit, mox & fuga orta, tum urgente hoste per corporum armorumq; stragem milites elapsi, non prius fugiendi finem fecere, quàm hostes insequendi. Collectis demum ex dissipato cursu militibus consul in pacato castra posuit. Ibi atrociter in desertores inuectus, ubi signa, ubi arma essent fremens requirebat. Nec ultionem distulit, signiferos centuriones & duplarios uirgis cæcos secuni percussit. Ex cætera multitudine decimum quemq; pari affecit supplicio. Contra in Equis beneficijs est inter ducem & exercitum certatum. Quintius natura mitis, exemploq; collegæ adhuc mitior factus, benigno moderatoq; imperio sibi militem ad omnia deuotissimum reddidit. Qua ducis exercitusq; concordia percussus hostis, agrum uastari passus est. Præda ingens in agris parta, militiq; data, ob quæ tum duci, tum propter ducem patribus placatior redijt exercitus, sibi parentem, alteri exercitui dominum non ducem à senatu datum distitans. Turbulentior inde annus secutus L. Valerio & Tito Æmylio consulis. Publium pro Lucio & pro Tito Tyberium apud Dionysium legere est. Lex agraria reuocauit ordines in certamen. Appij iudicium ciuitatem in diuersa studia accendit. Stabat Appius priuatus pro possessoribus contra agrariam legem non minus Tribunitios conatus infringens, quàm si tum consul esset. Quam hominis audaciam M. Duillius & C. Siccius Tribunus plebis iniquo animo ferentes, ei diè dixerunt. Capita accusationis fuere, quòd plebem ludibrio haberet, excitaretq; in urbe seditionem. Et quòd contra sacras leges Tribuno manu intulisset, essetq; ipsius culpa in Volscis male dimicatum. Nullus inquam reus magis tribunos & plebem contempnit: adeo ut ne patrum quidem hortationibus perPELLI potuerit, ut reus uestem de more mutaret, aut rogando præhensaret quemquam. Semel omnino causam dixit, non timido ut reus, sed accusatorio spiritu, tantaque constantia ut non minus plebi formidabilis tunc esset, quàm quum consul fuit. Ipse priusquam iudicij dies adesset, morbo decessit. Defuncti laudationem quam frustra impedire tribuni adorti fuerant, multitudo tam libenter audiuit quàm uiui accusationem, exequiasque frequens celebrauit. Dionysius autor est à filio adolescente pro rostris eum laudatum, Appiumque sibi mortem consciuisse credidit, quanquam necessarij eum morbo extinctum dicerent, ut minus esset eius exitus infamis. Post hæc Valerius ad Equicum bellum profectus, Æmylius in Sabinos, nam & hi ciuili Romanorum discordia freti, in Romanum agrum hostiliter irruerant. Tenebant se Sabinii in oppidis, estq; liberè eorum ager à consule igni & ferro fœdatus. Traxit clades illa Sabinos in apertum, ut prædatoribus occurrantes prælium ex occasione committere sint ausi, ancipitiq; prælio digressi, postridie in tutum abierant. Id satis uisum consuli, atque pro uicto relinquens hostem, Romam decessit. Valerius in Equis aliquot leniora prælia cum hoste fe-

Claudius in milites animaduerit.

Motum ducis et exercitus studium.

Valerius et Æmylius consules.

Appij Claudij contumacia et mors.

cit, compulsusque intra uallum quum oppugnare adortus esset, fœda tempestas celo deiecta ab opere deterruit. Est res prodigij loco accepta, quòd reductis in castra legionibus serena & tranquilla dies ex obscura & turbulenta subito est facta. Castra igitur uelut aliquo numine defensa, iterum oppugnare consul non est ausus. Reliqua uis belli in agrorû populatione fuit. Secuti deinde consules T. Numitius & Au. Verginius. Principio huius anni grauis ob legem Agrariam impendebat seditio, haud multo post in perniciè ciuitatis eruptura, quum ex uillarum fumo & agrestium fuga hostes appropinquare est cognitum. Erant hi Volsci, qui consulum accessu non expectato, in pacatum confestim abierunt. Nec ita multis interiectis diebus Numitius Antium aduersus Volscos est profectus, Verginius in Equos, qui non ausi apertè congregi, insidias circa syluas qua consul ducturus uidebatur, occultè disponunt. Nec latuit Romanos hostium consilium, paratusque & instructus pugnae subijt consul syluas. Ibi Equorum cæde edita, incolumis miles in apertum euasit. Liuius rem ait in discrimen temeritate consulis adductam, militisq; uirtute restitutam. Equi quod satis constat ea clade fracti, pro uictis iam inde prælio abstinerunt. In Volscis fuit primo congressu hostes, in Antium urbem compulsi, id oppidum in Volscis opulentissimum Numitius oppugnare non est ausus, Ager populatione uastatus, & Cœno oppidum ex Antiaribus captum. Sed dum hæc in Volscis geruntur, Sabinii consulum exercitumque absentiam nacti ad urbem usque populabundi processerunt. In hos ambo Consules omnem uim belli ulciscendi studio uertunt, paucisq; diebus multo maiorem Sabinii quàm intulissent, cladem acceperunt. Reliqua parte anni ab externis armis quies fuit. Creati in sequentem annum consules, P. Quintius, & Q. Seruilius. Sabinii in Crustuminos campos subita populatione effusi, uillis circa Anienem incensis ad urbem usque Romanum agrum incurserunt, prædam hominum pecudumq; ingentem ex ipsis prope mœnibus egerunt. Quos Seruilius infesto exercitu insecutus, æquis locis adipisci non potuit, iram acceptæ cladis in agros uertit, in quibus, nihil bello reliquit intactum, prædaque multiplici capta Romam redijt. Nec minus prospere in Volscis Quintius bellum administrauit. Primo collatis signis cum hoste confligit, qui Volscis auxiliariis in locietatem belli assumptis multitudine abundabat, ad meridiem usque æquo Marte dimicatum, consul adductis in dextrum cornu, ubi suos hostium multitudine degrauari sensit, subsidiarijs equitibus, ibi ad terram desiliens, ut cæteri idem facerent hortatur. Felici deinde mendacio alterum cornu hostium fusum fugatumque in clamat, iurarent ipsi altera parte uictoriam, & cum his impressione facta, confestim hostem loco submouit. In quos haud dubie turbatos equites resumptis equis immisit. In de celeri cursu ueræque fugæ nuncius in alterum laetus deuolat, ubi sua præsentia nuncioque inchoatæ uictoriæ suos ita erexit, ut momento temporis hac quoque parte percussis hostes fugam fecerint. Nec consul cedentibus nimium instandum putauit, uerius ne si redintegratum fuisset prælium, sui uulneribus & labore fessi uincerentur. Paucis inde diebus uelut in ductæ utrinque fuerunt. Interim hostis supplementis ex utraque gente accersitis, suas opes studio auxit, ferociorq; ex eo factus, tertia noctis uigilia, Romana est castra oppugnare adortus. Quintius sedato tumultu, qui sub primum hostium accessum inciderat, cohortem iubet ante uallum instructam stare, ibique cornicines tibicinesque equis sedentes, per reliquum noctis canere. Id tempus in castris quieti datur. Inter-

T. Numit. Au. Verginius consules.

Res in Volscis gesta.

P. Quintius, Q. Seruilius consules.

Acie funduntur Equi.

Quintij stratagemata.

rim uero equorum hinnitus concentusq; tubarum & lituorum tanquam Rom. iamiam in praelium erupturo hostem sollicitum habuit. Vbi autem illuxit, Quintius militem faciatum somno in praelium mittit, missus fessum hoste stando, per uigilioq; noctis affectum primo impetu fudit. Collis erat quidam medio fere spatio inter bina castra, huc se percussis hostes trepidè receperunt. Quintius suorum impetum sistit, ne si fortuna uictoriam uariasset, temere fecisse crederetur, quòd iniquo loco paucos aduersus plures pugnare coëgisset. Militibus tamen reclamantibus instandumq; percusso hosti discedantibus, quum & equites affirmarent se ante signa uiros redintegrato clamore pilisq; humi defixis, ut leuiores essent ascensus in aduersum collem subeunt. Hostes effusis ad primum impetu missilibus, laxa pedibus obiacentia in Ro. subeuntes deuoluunt. Obrutum est ruina quadam sinistrum cornu Quintio, & iam præceps perniciosaq; fuga instabat, quum consul temeritatem & ignauiam militi exprobrando, metum pudore excussit. Resistunt itaq; obstinatis animis, inde auti in ferre gradum sublato clamore commouent aciem, conuixiq; unà exuperant loci iniquitatem. Euaserant propemodum primi in summū cliui iugum, quum hostes fuga dilapsi, per ipsa collis decliua præcipientes abeunt. Plurium fuga ad castra inclinuit, uictor Romanus uestigio hærens, cædebat fugientum terga, ita ut uno pene agmine fugientes, sequentesq; castris inciderint. Captaq; sunt eo pauore castra, qui ex acie effugerat. Antium sunt fuga delati, ad quod haud multo post sunt Romana signa admota. Oppido consul paucis diebus uoluntaria deditioe est peritus. Ob præclare gesta, senatus illi obuiam processit, triumphumq; detulit. Erres Rom. in hoc erat statu, in Palæstina nil Dario rege præter ea quæ sunt alio loco memorata, relatu dignum accidit. Septimo Xerxis anno si recte Iosephus digerit repora, Esdras inter homines Hebraici sanguinis adhuc in Assyria ageres incensissimus, quippe qui Moisaicas leges uel hominum incuria, uel iniuria temporum propemodum deperditas, quia omnia memoria teneret, literarum monumentis restituit. Ob celebrem sapientiae & sanctitatis famam regi non ignotus, facile ab eo impetravit, ut ex Babylone populares suos secum migrare uolentes in Palæstinam deduceret, literarum quas Xerxes ad illum dedit, hæc fuit forma: Rex regum Xerxes, Esdræ sacerdoti diuinæq; legis interpreti salutem. Ad nostram clementiam attinere credidi, ut si qui Iudæorum qui adhuc in Assyria agunt Hierosolyma inuisere uelint, his uisendi potestatem facerem, sic mihi septemq; meis conciliaris uisum, ut ire uolentes ritu gentis & ex lege dona Israëlitarum deo ferant, quæ ego & amici uouimus, quicquid prætere auri & argenti in terra Assyria deo dicatum in uisum niri potest, id omne Hierosolymam ad sacrorum ministeria deportent, ac quicquid ipse ex utraque materia conflare uolueris, id tibi tuisq; fratribus liceat. Sacra uasa quæ tibi tradita sunt, illic stauas ac si quid in mentem uenerit, quod fieri oportere credas, in id pecuniam ex regis thesauris tibi dari iussimus, scripsiq; custodibus pecuniarum Syriæ & Phœniciae, ut diligentiam adhibeant ad omnia Esdræ sacerdotis diuinarumq; legum interpretis desideria. Nequa insuper me nepotes que meos celsis ultio sequatur, Centum tritici modios deo ex lege dari præcipio. Nec a sacerdotibus, Leuitis, cantoribus, ministris, ianitoribus, scribis sacri templi, tributum exigimolo. Tuque Esdras da operam, ut diuinæ leges per eos, quos tu ad hoc ipsum constitueris, tota Syria & Phœnicia uulgentur, discendæque ignaris tradantur, ut si quis tuæ gentis sui dei legem fuerit transgressus, rite puniatur, tuoque cognoscentis arbitrio, aut morte aut pecunia ple-

Esdræ memoria.

Xerxis epistola ad Esdram.

statatur. Vale. Hæc tum Xerxes, Esdras regis epistola inter suos uulgata multos Hebraici generis ad Hierosolymam uisendam pellexit. Secuti sunt cum sacerdotibus & Leuitæ plurimi, ipse cum magna manu Euphrate transiit in Palæstinam uenit, temploque intulit uasa argentea talentorum centum, Aurea talentorum uiginti, Aerea duodecim. Et hæc cum regis tum Hebræorum Babylonem incolentium donaria fuere: post Esdræ reditum delata sunt sacerdotum quorundam & Leuitarum nomina, qui ex uxoribus alienigenis contra leges præscriptum liberos procreassent. Vulgo igitur ad expiandum scelus secuta sunt diuortia. Cautumque ne deinceps quispiam tali se flagitio obstringeret. Nec Esdras diu superstes fuit. Quo Neemias nihilo pietate in suos fuit inferior. Is quum Xerxis pinerna esset, miserando suorum situ commotus, qui ludibrio finitimis esse dicerentur, quoniam urbem mœnibus nudam incoherent, essentq; ob eam rem omnium iniurijs obnoxij, eximia pietate a rege contendit, facileque impetrauit, ut non modo liceret sibi urbem Hierosolymam muris cingere, sed pecuniam etiam ex regis thesauris quanta ad id opus satis esset, accipere. Cum his a rege dimissus Babylonem uenit, inde non parua suorum populorum manu stipatus, Hierosolymam petiit, populoq; ad concionem uocato, docuit primo quæ a Xerxe Perfarum rege impetrasset. Multitudinem inde ad murorum ædificationem hortatus, ubi commune studium esse uidit, dimenso murorum spatio, æquis portionibus concionem opus, uicacim populo regionatimque diuisit. Affuitque incepto operi festim finitimorum liuor. Sed quum metu regis destinato operi ire obuiam nequirent, occultè in cœmentarios opifices cæteramque multitudinem operibus intentam, latrocinantium more grassari. Obtruncare improuiso accessu alios, alios uulnerare, rapere instrumenta, cætera disturbare, tantusq; ex ea re metus cæterorum animos incenserat, ut haud procul abesset, quin opus desperatione intermitteretur. Percrebuerat ad hæc rumor subornatos à finitimis esse, qui Neemiam ex occasione obtruncarent. Quibus ille insidijs instinctus, latus custodibus munuit, autorque fuit suis ut ferro accincti muros molirentur. Dispositis præterea circa urbem ad quingentos passus, speculas unde latronum accessus classico significaretur. Et ille per hos labores duodecim annorum spatio urbem ualido muro cinctam reddidit. Inciditque operis consummatio in annum, ut Iosephus ait, uigesimum octauum, Xerxiani regni. Sed duo faciunt, ut Iosepho qui horum est autor, non temere accedam, & quòd Xerxes uiginti non amplius regnauit annos, ut Eusebius colligit, & hæc quæ ille de Esdra & Neemia prodidit, Eusebius idem autor in Artaxerxis, qui Perfarum regnum post Xerxem tenuit, reponenda credidit. Sed siue hoc siue illo rege hæc acta sunt, nam autores quos sequimur in diuersum trahunt, Neemias post murorum ædificationem enixè dedit operam, ut multitudine quæ in agris uicacim agebat, in urbem traducta, frequentius Hierosolyma colerentur. Et hæc tum in Palæstina, in Græcia uero posteaquam mari teraque feliciter est à Græcis in Medos bellatum, cessatumque ab armis, Athenienses præmij belli rerumque gestarum gloria acti, urbem à Medis dirutam instaurare aggressi sunt. Qui murorum circuitum multo ampliorem eo qui antea fuerat complexi, suspecti esse cœperunt Lacedæmonijs, succurrebat illud animis, quo processura esset munita ciuitas, & cui tale incrementum excidium & ruina dedisset. Venerunt itaque eo Lacedæmoniorum legati publico nomine nunciantes, nihil operæ precium fieri, quòd Athenienses munimenta hostibus rece-

Templi pellex.

Neemias.

Hierosolyma instauratur.

Duodecim annorum opus.

Athene instaurantur.

receptaculumq; futuri rursus belli extruerent. Sensit Themistocles, senserunt alij Ipei urbis inuideri, responsum est ituros ex Athenis Lacedæmonè qui cum ipsis de re consultarent. Sicq; Spartanis dimissis hortatur suos Themistocles, ut maturarent opus perficere. Ipse deinde aliquot interiectis diebus in legationem proficiscitur, inter eundemq; nunc ualitudine simulata, nunc collegarum cunctatione excusans spatium perficiendo operi quærebat. Nunciatur interim Spartanis opus ab Atheniensibus studio maturari. Mittunturque ob eam rem iterum legati an uera essent, quæ dicerentur coram inspecturæ. Themistocles magistratibus scribit, ut legatos secundo loco missos uincirer, & uelut pignus nequid in se grauius statueretur in custodia haberent, pro cõcione deinde aperuit quod actum esset, Athenas docet ualide munitas esse, posse iam Athenienses non solum armis, sed mœnibus etiam illatum bellum sustinere. Castigat deinceps ipsorum ambitionem qui sociorum imbecillitate potentiam sibi quærerent. Hæc ille audacius effatus, nec enim iniuriam ab his uereri, quorum sciebat legatos iam dudum in suorum potestate esse. Mox incolumis dimissus uelut Lacedæmone triumphata, multo honore à suis est ciuibus acceptus. Sed quum per hæc Themistocles maior esset factus, quam libera ciuitas diuirsu latura esset, Ostracismo est Athenis eiectus. Moris fuit Atheniensibus eorum aliquem, qui opibus & potentia superbiunt, essentq; ob aliquod in signe animi uitium ciuibus graues, multitudinis suffragio in decem annos procul Athenis ablegare. Tulit eam ignominiam parū ciuilerit Themistocles, qui quæ Argis esset consilia agitare cœpit de Græcia Barbaris prodenda. Inde reces occasio hominibus aduersæ factionis data ipsius ad populum criminandi, facile obtinuerunt, ut publice Argos irent qui eum capeperent, ad suppliciumq; Athenas deportarent. Præsentit se ad penam requiri Themistocles, aufugitq; primo in Corcyram, mox inde ad Admetum Molossorum regem, postremo in Asiam nauis delatus ad Xerxem se contulit, ut Ephorus Diuon & Clitarchus scripsere, ut Thucydides & Charon Lampfacenus ad Artaxerxem eius filium. Cum rege igitur congressus, iustusque de rebus Græciæ disserere respondisse fertur, peristomatibus esse hominum sermones perquam similes, quæ quum collecta sunt & conuoluta, nullam rerum perfectam expriment formam: quum uero extensa & explicita omnia fiant conspicua. Rex eiusmodi adagio delectatus, ab eo quæsiuit quantum temporis spatium sibi posceret ad rem ipsam sermone demonstrandam, annum sibi dari petiit, id ille tempus credidit, ut quidam arbitrantur satis sibi ad Persicum sermonem condiscendum. Tum Xerxes siue eius filius ille fuit, in panem, uinum & obsonium treis dono urbes ei detulit, Magnesium, Lampfacum & Myrem. Neanthes & Phanius duas alias adijciunt Percorum & Palæscipsum ad uestitum & suppellectilem. Huiusmodi regis liberalitate, quum iam opibus & gratia Themistocles floreret, essetque laute structa sibi & suis cena, accubarentque cum eo uxor & liberi, ad eos conuersus, perieram us, inquit, filij, nisi perissemus. Vexabat interim Atheniensium clasis Ciliciæ oram & Cypron Cimonis ductu, lateque patebat toto mari ipsius urbis imperium, & iam Ægyptus Atticis opibus freta ad perficitionem spectabat, Rex his hostium successibus motus, ad Themistoclem mittit, qui suo nomine eum moneret, ut quâdo ingentes copias in Græcos armasset, sese præsentem ad expeditionem accingeret, promissaque de bello Græciæ inferendo exolueret. Eo nuncio accepto dubium charitate patriæ, ne suo ductu Græcia uiolaretur, an quia promissa præstare non posset, taurino sanguine Magnesiæ epoto anno quinto & sexagesi-

Arx Themistoclis in fallen/ dis Lacedæmonijs.

Exilium Themistoclis. Ostracismus.

Themistoclis uerba de sermone natura.

Tres urbes Themistocli datae.

mo perijt. Nec Pausaniæ exitus multo felicior fuit. Quem Græcia Medico defuncta bello ducem ad Persicas opes mari infestandas delegit. Is pro ducatu regnum affectans, proditiõnis præmium cum hoste regiae puellæ nuptias pacificatur. Cui ut aliquo modo ab initio gratificatus uideretur, captiuorum uim ingentem gratis restituit. Scripsit præterea ad ipsum Xerxem ut quoscunque deinceps in Persidem misisset eos interficeret, ne cuiusquam indicio amborum secreta prodiderentur. Præerat tunc Atheniensium clasi Aristides belli socius, is Pausaniæ conatibus obuiam eundo maturiusque consulendo, nefaria eius proditiõnis consilia discussit. Inuisa erat ad id uulgo Pausaniæ superbia, simul & auaritia, quæ summi alioqui ducis uitia uehementer Græcorum studia à Lacedæmonijs alienarunt. Iracundè, alperè, & contumeliose rogare respondereque. Contra æquitatem in Aristide, & in Cimone facilitatem socij complexi, mirifice Atheniensibus fauebant. Demum eo processere studia, ut Chij, Samij, Lesbij, cum Aristide egerint, ut sociorum causam suscipere, Secuti deinceps alij quorum cõsensu imperium est ad Athenienses delatum, Pausanias ut Trogius scribit, à suis capitali est supplicio damnatus. Mira uideri possunt quæ de Aristidis æquitate memoriæ sunt prodita. Laudare solitus dicitur eum reipublicæ statum, in qua primus optimatum esset locus. Fuerunt in eo constantia, modestia, & æquitas, quæ uirtutes Themistoclis uitijs haud mediocriter repugnabant. Erat ille callidus, leuis, & temerarius, qua animorum dissimilitudine, grauissimæ inter eos contentiones in republica extiterunt. Sitque Aristides ipse quandoque testatur, Atheniensium ciuitatem nunquam quieturam, nisi se & Themistocle sublati. Videtur mihi ille uirtutem (quod unum homo potest) in deo studio imitatus. Nam quum maiestas illa æterna immortalitate, potestate, & uirtute, omnibus longe præstet, pars una nobis in eo imitabilis relicta est. Virtutem itaque studio tantum profecit, ut iustus sit uulgo cognominatus, ob eam causam ab Atheniensibus in exilium actus, quia non posset æquis auribus ambiciosa ciuitas audire eum ubique in publico prædicari. Ferunt publicè dixisse, posse se honestius ueriusque sua inopia gloriari, quam immensis opibus quas possideret, Calliam Atheniensium ditissimum. Complures inueniri, qui fortunas suas in turpes usus collocarent, qui paupertatem generosè ferrent, perquam paucos esse, nec paupertatem cuiquam nisi inuitis esse indecoram. Perijt itaque tam pauper, ut domestico sumptu funerari nequiverit. Eius filia paternæ uirtutis causa publico ære sunt matrimonio locatæ. Cimon, qui cū Aristide Atticæ clasi præfuit, Milciadis cuius nomen Marathonis est pugna illustratū, fuit filius, à pueris stultus & insolens, cæterum procedente tempore, cum pater in uinculis exspirasset, ut corpus sepulturæ redderetur, se defuncti loco uinciri est passus. Accessit huic pietatis facilitas uitæ, & liberalitas tanta, ut agros & pomaria amicis communia peregrinisque fecerit, mandaueritq; affectatoribus suis sumptuosius cultis, ut quilibet cuius grandis natu ac uestis indigus sibi obuius fuisset, ad commutandam uestem comiter inuitarent. Vnde ea liberalitatis est ei fama conciliata, ut Critias, qui unus postea ex triginta tyrannis fuit, scopadum diuitias sibi optare solitus, uictorias Agefilai, & Cimonis liberalitatem. Atque ille, quum talis esset moribus, imperio sociorum consensu circa Byzantium recepto, in Persas qui Eronem circa Strymonem fluuium tenebant, primo nauigauit. Infestabant Barbari uicinas Græcorum colonias, classe in Thraciam appulsa, hostem in praelio uictum in urbem compulit, circumiectâ inde regionem adeo populationibus uastauit, ut Butes p̄sidij præf-

Themistoclis exitus. Pausania proditio.

Aristidis æquitas. Cimonis sanctitas.

Vitia Themistoclis.

Aristidis uirtutes & exilium.

Cimon.

Cimonis munificentia.

præfectus fame inopiaque rerum omnium adactus urbem incendit, opibusque rogo impositis, sese cum amicorum plerisque superiniecit. Eronem Athenienses novos colonos misere. Scyrum deinde infulam Dolopibus loco eiecit. Cimon quibegit, unde Thefei ossa sepulchro multa cura inquisito tri remi unâ Athenas deportavit, in cuius rei memoriam tum primum constitutum est Poëticum certamen, in quo Æschylus à Sophocle uictus ex Athenis in Siciliam nauigauit, uoluntarij exilij causa, ibique uita defunctus apud Gelam situs est. Cimon ex Atticis turmis triremes suppleuit, eo que breui contigit, ut assiduâ rei maritimæ exercitatione, cæteris domestico ocio deditis, soli Athenienses Græcorum fortissimè maximeque opulenti euaserint, ita ut non admirationi solû, sed terrori etiam finitimis essent. Acciditque ut plerique eorum qui socij fuerant Atheniensium uectigales sint facti. Ipse opes regis terra marique proximo bello fractas opportune adortus, omnem Asiam ab Ionia usque ad Pamphyliam Persicis præsidij liberauit. Nec ita multo post Gnidum ubi Cimon classem habebat, affertur, magno regis exercitu ingenti que classe Pamphyliam obsideri. Quod ubi ille compertum habuit, cupiens maritimæ aditum oræ, quæ intra Chelidonias iacet, hostibus præcludere, cum ducentis triremibus ad celerritatem & cursum affabre constructis, in Phaselitis primo nauigauit, horum agri etji Græci erant, uerum, quia ad defectionem perpelli nequuerant, primo uasati sunt, deinde signa sunt ad urbem admotâ. Chij qui cum Atheniensibus militabant, ueterem cum Phaselitis amicitiam fecuti, Cimonem leniendo, literasque sagittis alligatas ad hostes iaciendo, ea uictos conditione in partes traxerunt, ut decem talenta Cimoni darent, & in barbaros commilitium facerent. Pergit inde Cimon in hostes ire, cû quo Tirraustes regiæ classis præfectus, ut Ephorus prodidit, prælio congredi non ausus, ad Eurimedontem fluium fecelsit, pugnam dilaturus in Cypricæ Phœnicicæque classis aduentum, quas in horam expectabat. Nec hostium consilium latuit Atticum ducem, qui ut auxiliares naues cætera classe excluderet, ad Eurimedontis ostiû contendit. Hic barbarus ne inuitus manum conferere cogeretur, intra flumen naues adigit, quibus cedentibus quum Atticæ naues pertinacius instarent, in dignitate rei commotus Tirraustes, confestim ex fuga pugnam cepit. Phano demus sexcetas naues Persis affuisse prodidit: trecentas Ephorus & quin quaginta. Cæterum nil tantis opibus dignum est in eo prælio gestum, pugna uix bene conferta, Barbarus pro uicto classem proximis ripis impexit, ac qua cuique proximum fuit in amica castra, quæ haud procul aberat à flumine, turpi se fuga proripuit. Præerat terrestribus copijs Ferendates, ut Ephorus prodidit, ut Callisthenes Ariomandes Gobriæ filius. Ducentæ naues cum ingenti hominum multitudine à Cimone captæ, præter alias multas quæ partim suppressæ sunt, partim dextra læuaque ripa allisæ. Qui in castris erant suorum rebus iam perditis ad naues descendunt. Cimon aciem in prociectu stantem intuitus, aliquandiu deliberabundus stetit, an terrestri pugne classiariorum nauali prælio fessos crederet: Ad quod facinus cum sua ipsius audacia, tum militum alacritate impulsus, statim dat signum ad erumpendum, hic celerius quam credi possit ordinibus explicitis, clamorem Græci tollunt, simulque in hoste decurrunt. Nec barbari pugnam detrectauere. Fit atrox prælium, multi Græcorum atque ijdem fortissimi primo congressu perierunt. Cæterum uirtute & audacia hostem ad extremum fundunt, fufumque castris multa opulentia refertis exuunt. Duplex his locis erectum est à Cimone trophæum, Salaminio & Plateensi neutrum inferius. Conuer-

Thefei ossa.

Quibus rebus eruerint.

Phaselitis.

Eurimedon flui.

Cimonis naua lis uictoria.

Terrestres eius dem successus.

sus inde dux ad octoginta Phœnicum naues opprimendas, quæ barbaro affuturæ dicebantur, ad Hydriopem quo eas appulisse cognouerat, priusquam res Persicas accisas cognosceret, celeri cursu ire pergit, his ex Hydriopem altum tenentibus, atque ignaris eorum, quæ ad Eurimedontem facta fuerunt, uictrix classis ex improuiso obuiam facta tantum terrorem iniecit, ut momento temporis hostis cû multa cæde in Græcorum potestatem uenerit. Multiplex hæc clades tantum Persarum regno terrorem inculsit, ut rex in uulgatissimas pacis condiciones descenderit, quibus diserte expressum est, ut ad eum cursum intra Cyaneas & Chelidoneas fines Medus se Graio mari abstineret, ne longa nauis rostrataue nauigaret. Graium mare idcirco (ut arbitror) est in fœdere positum, quia à Thracio Bosphoro cui proximi sunt Cyanei scopuli, in Pamphyliam, totam maris oram plurimum Græcicæ accolebant gentes, Æoles, Iones, Dores. Quod uero ad equi cursum attinet, parum, ut ingenue dicam, mihi constat, quantum nos spatij per eum cursum accipere oporteat, nisi ad stadij mensuram totum hoc aliquis referat. Callisthenes non illa pacis fœdera ait fuisse, sed regem tot cladibus percussum haud ausum esse amplius latius uagari. Craterus in conditionibus pacis ea diserte credidit expressa. Satis constat pacis aram ob id ipsum Athenis postea dedicatam. Cimon in Atticam reuerlus partem urbi ci muri quandam proprio sumptu extruxit. Academiam quæ ad id tempus fuerat aquarum indiga, fontibus irriguam reddidit. Interea Persæ qui Cherfonnesium adhuc tenebant. Thraci auxilio freti terra decedere noluerunt, Cimon cum paucis triremibus huc missus haud multo postquâ in prouinciam uenit, cum hoste maritimo prælio congressus, quatuor Atticis fretus, tredecim eorum naues cepit, barbaris que tota Cherfonneso pulsus, omnem eam terrâ cum Crissea & Thasia ora Atheniensibus subiecit. Inde tot rebus terra marique gestis, Athenas reuerlus inuidiam felicium rerum alumnam uitare nõ potuit. Periculis diuersum in rebus, studium primo offendit, mox & uetus fororis incestum probro esse cepit. Sic enim comparatum est, ut hominum uitia cum ipsa laude illustrentur. Cû sorore Elpinica adolefcens ille stuprum fecisse credebatur. Quod tum demum fuit in ore omnium. Habebatur ad hæc Lacedæmoniorum studiosus, q. illud usurpare esset solitus: At Spartani non tales. Postremo exilij quo damnatus est, causa inde illi orta est, quod quum motus terræ ingens Spartæ accidisset, quem Anaximander Milesius futurum Lacedæmonijs prædixerat, conuulsusq; Taygeti montis lateribus atq; in subiectam urbem effusus, quinq; duntaxat domibus exceptis, cætera ædificia publica & priuata subita fuissent ruina depreffa, magnus rapiendarum rerum studio ex propinquis urbibus eo factus est mortaliû concursus fore arbitrantiu, ut in tanta animorum cõsternatione impune omnia rapere liceret. Cimon Atheniensibus autõr extitit præsidij Lacedæmonie mittendi cõtra finitimorû rapinas, ipseque præsidij dux est in Laconiâ missus. Procedente deinde tempore, quum Athenienses supplicias eisde aduersus Messenios tulissent, soli omnium sociorum tanquã nouarum rerum cupidi, à Spartanis militia abdicati sunt, qui illi ignominia instructi, omnem iram suam in Cimonem Lacedæmoniorum amicum flexere, Ostracismoq; damnati in decem annos de more relegarunt. Messenij quando in eorum mentionem incidimus, logo bello domiti, de quo alio est à me loco memoratû, octoginta circiter annos sub Lacedæmonijs fuere. Sub quibus omnia mala passi quæ captæ ciuitates perpeti solent desperatione melioris fortunæ à Lacedæmonijs defecerant. Hi oraculo moniti, ut ex Atheniensibus ad id bellû ducẽ sibi quæreret, Tyrtæus poëta claudus

Recens Cimone uictoria.

Inuidia felicium reru alumna.

Terræ motus Lacedæmonie diruit.

Cimonis exilium.

Tyrtæus poëta claudus

claudus ipfis per legatos id perentibus est in contemptum datus. Lacedæmonij huius ductu triplici prælio à Messenijs fusi, in eam desperationem uenere, ut in supplementum copiarum seruos militiæ ascriserint, interfectorum matrimonia uictoribus polliciti, ut quum se non solum ciuium numero, sed dignitati etiam successuros scirent, fortius bellicam ciuitati operam nauarent. Iam eo sedendo processerat desperatio, ut de exercitu Lacedæmonem reducendo, reges ipsi inter se consilia agerent, ne si super cæteras clades recentior aliqua accidisset, rem Spartanam pertinacius bellando perditum esse. Sol uissent illi obsidionẽ, ni Tyrtæus interuenisset, qui composita à se carmina pro concione recitasset. Quibus ille hortamenta uirtutis, Damnorum solatia, Belli consilia complexus, tantum militibus ardore iniiecit, ut non tam de salute quam de sepultura solliciti, restrelulis brachio alligatis, quibus sua parentumq; nomina continerentur, ut hunc quoque infelicitate dimicatum, omnesq; extremus belli casus absumpsisset, confusus alio qui facerem liniamentis ea inter se ratione discreti iacerent. Reges ipsi ubi animatum uidere exercitum in pugnam procedunt. Nec Messenij prælium detrectant, tantaque animorum ferocia est utrinque, cõcursum, ut raro unquam crudelius fuerit prælium, fuit tamen apud Lacedæmonios uictoria. Sed hæc aliquanto antea gesta fuerant, mox temporis interuallo, Messenij tertio in Athenienses bellû reparauere, ad quod transigendum Lacedæmonij inter cæteros auxiliares ex Attica quoque copias accersiuere. Athenienses qui in castris uelut parum fidi socij dimissi fuerant, eam in Cimone iniuriam Ostracismo, ut dixi, ulti sunt. Aberat is exilij causa quum Lacedæmonij Delphos à Phocensibus liberaturi in Tanagra merati sunt, quibus Athenienses dimicationi instructi occurrunt, uenit eo Cimon Atticæ opes adiuturus, tum ibi ab hominibus diuersæ factionis in suspicionem prodicionis adductus, iussusq; castris abire, arma quibus in pugna uti consueuerat suis tribulibus reliquit, eosq; ut fortiter pro patria dimicaret, discedes hortatus est. Eius sermo tanti fuit, ut quum centum ex una tribu essent, nemo ex acie uiuus discesserit. Visti ibi Athenienses, quum sub uernum tempus Lacedæmoniorum exercitus in Atticam uenturus diceretur, Cimonem ab exilio reuocarunt. Fama eius reditus omnes belli minas discessit, ueritus in de ne iuuentus Attica bellis affueta domestico ocio lasciuens, bellum aliquod ciuile concitaret. cc. instruxit naues aduersus Phœnices & Cyprios qui in fide regis adhuc erant, prodigium illi paulo prius quam è portu solueret, tale est oblatum, per quietem imago natus est se canem cernere sibi allatrantem, quæ cõfusa id carmen uoce ederet. I mihi teq; meis catulis facturus amicum: alterum, quum Libero sacrificaret, sacerdos uictimæ extra sine capite illi ostendit, formicarum concursus est ad sanguinem uictimæ concretum repente factus, ad pedes ducis tabe congerentium, & si haud ambigue constabat utrunque ad uitæ discrimen pertinere, ueritus ne recens ciuium odium incurreret, quod in tanto rei bellicæ apparatus, erectam expectatione ciuitatem destitueret, in altum soluit, primum itaque omnium lx. nauibus in Ægyptum transmisis, ipse cursum in hostes intendit, quibus obuius factus regiâ classem in qua Phœnicis & Ciliciæ naues erant ualidæ profugauit. Inde maritimas urbes uictor adortus, haud magno negotio subegit. Victoriæ deinceps cursum secutus in Ægyptum uerit omnem belli molem. Nihil humile amplius inuictus ille agitabat animus, sed in spes amplissimas sese attollens, semifracto Persarum imperio moliebatur exitium. Subibant adhæc acriores stimuli ducis animû, quod fama erat Themistoclem tantum apud regem gratia & autoritate

Tyrtæi poëta carmen. Audi quid Tyrtæi carmẽ pro fecerit.

Cimonis modo stia.

Cimon ab exilio reuocatur.

Prodigia.

florere, ut bellum quod tum ille in Græcos summa ope reparabat, Themistocli ut imperatori optimo administrandum destinasse diceretur. Quidam per suasum habuere, eâ Themistocli fuisse causam mortis sibi consciscendæ, quod insuperabilem Cimonis uirtutem crederit, nec ob eam rem præstiturum se regi, quæ ab initio receperat: cæterum sine sub id tempus quo ad Eurimedontem Cimon maritimo terrestrique prælio Persas uicit, iussus est Themistocles se bello accingere, siue quum hæc circa Phœniciam & Cyprû gesta sunt, satis constat, taurini quod diximus sanguinis haustu ultro uitam finiuisse. Cimon post tot res feliciter gestas classe in Cyprum delatus ad Hammonis Iouis oraculum misit, nescio quid scilicetatum. Sed qui missi eo fuerant ab ipso templi aditu repulsi, retro abire iussi sunt, moniti non esse cur de Cimone qui apud se ageret, solliciti essent amplius: in Cyprum igitur reuersi, ubi eum extinctum audiuerunt, diem obitus cum oraculi prædictione conferentes, haud dubie senserunt eum tum uita defunctum, quum id responsum ab Hamnone accepissent. Perijt Cimon quum Cyprum obsideret, mortis causa haud una traditur, morbo eum absumptum quidam prodiderunt, alij uulnere dolore quod circa oppidum acceperat, aut extinctum: eius interitus tam diu in occulto fuit, donec clasis cum nauali exercitu domum sit rediit. Et hæc procul domo ab Atheniensibus iam inde ex quo ad Plateas & Mychalen prospere est in Persas dimicatum ad Themistocles usq; & Cimonis interitum. Hæc etsi aliquot post annos gesta sunt, quum ut in hunc locum omnia reponi debuissent, ut tamẽ in uniuersum de Cimone sermo haberetur, in arcu coniecimus, tantum alibi admonituri, quo quæque loco memorari debuissent. Claruerunt his temporibus Diagoras physicus, cognomento impius. Sustulit is prouidentiam, ac quum in Samoethraciam uenisset, ibiq; imperitiæ à quodâ appellatus, quod deos esse inficiaretur, tollereturque non minus inficite quam impie prouidentiam, quum tot uno loco notuæ tabellæ testarentur hominum uota extremis rebus à dijs exaudita, renitens ille respondisse dicitur. Sic est ut ais, sed qui uotis iam nuncupata naufragium fecerint, in albo non referuntur. Fuit & Sophocles Atheniensis tragediarum scriptor hœrum æqualis, qui ad centesimum usque annum uiuit. Euripides & ipse Tragicus cothurno clarus, ac tam uterque alteri par, ut in dispari dicendi uita uer sit melior adhuc inter plures quærat. Fuit his Herodotus Halicarnassensis interiectus, qui quum historiam quam candido teretique filo scripsit Athenis recitasset, publice sunt ei honores habiti. Vixit cum his Pindarus Cadmeis Thebis natus, Lyrici carminis autor, quem Flaccus nemini credidit imitabilem. Eius memoriæ Alexander Macedonum rex, qui Magnus est cognominatus, Thebas direpturus ædiûm & familiæ incolumitatem donauit. Zeûs Heracleotes pictor eadem tempestate claruit, qui cum uuas tam ueris similes expressisset, ut aues deceptæ ad puerum eas tenentem aduolassent, ueluti operi iratus tabulam deleuit tantum caustus, quod non tam in fruge explicanda naturam esset imitatus, quam in deliniendo puero procul aberrasset, argumento haud inepto, quod nisi ita haberet, aues hominis imagine deterritæ, temerario incurfu abstinuissent. Per hæc quoque tempora decidit ingens è cœlo saxum, cuius adsum Anaxagoras Clazomenius cœlestium rerum scientia prædixerat. Cecidit interdiu ad Ægos Thraciæ fluium ueteris magnitudine, colore adusto. Est id prodigium factum altero, ut Plinius scribit anno, ut Eusebius ultimo octauæ & septuagesimæ Olympiadis, qui à mundi origine supra quater millesimum ac septingentesimum, sexus & trigessimus fuit, Urbis Romæ

Recens Cimone uictoria.

Oraculum.

Cimonis interitus.

Diagoras.

Sophocles.

Euripides.

Herodotus.

Pindarus.

Zeûs pictor.

Saxi casum Anaxagoras prædixit.

Anni mundi. Xerxis exitus.

Romæ

Romæ ducentisimus ac nonagesimus, Xerxiani regni nouissimus. Trogus autor est eū, ob res in Græcia infeliciter gestas, adeo inter suos euiluisse, ut Artabanus spem nactus occupandi regni septem filiis stipatus eum in regia trucidauerit. Sed haud mihi multum euiluisse uidetur, qui dignus tor percussoribus est habitus. Obstatat Xerxis filij Artabani conaribus, hos ut cōpos uoti fieret, dolo perdere adortus: securiorq; de Artaxerxe puero Xerxem patrem (nam autores cedis adhuc in occulto erant) à Dario maiore natu, ut maturius regnaret, interfectum persuadet, armatq; per hæc Artaxerxem in fratrem, eoque media quiete interfecto, Artabanus timens Artaxerxis, qui unus supererat, apertum certamen, capitales illi molitur insidias. Assumit itaq; in consilij societatem Baccaballum quendam, qui presentium rerum statū contentus, rem omnem ad Artaxerxe defert, docetq; insuper patrem ab Artabano & filijs interfectum, fratremq; falsa cedis suspitione peremptum. Postremo quæ ab ipso cedis autore pararentur, ordine explicat. Artaxerxes natorum Artabani gregem ueritus, noui belli inferendi specie ingentem contrahit exercitum. Tum ibi, tanquam copias recogniturus, armis reclus in medium processit, Artabanumq; familiariter compellans, seq; breuiorem habere lorica quam ut sine tædio gestari posset, questus, uellem, inquit, tuam mecum cōmutare. Paruit Artabanus, confestimq; suam ibi corā exiit, rex hominem iniuriæ opportunum ferro transfigit, filiosq; simul uinciri imperat, sicq; strenuus adolescens paternam eadem fratrisq; parricidiū, & capitales Artabani insidias ultus est uno tempore. Idem autor significare uidetur, occupatū fuisse ab Artabano regnum, ac septem menses possessum. In Artaxerxis tēpora Eusebius reponit, quæ ego de Esdra & Neemia Iosephum secutus haud multum diuerso loco scripsi, cui si quis inconsideratus accedat, ea quæ ad Eumimedontem à Cimone sunt in Persas gesta, haud in Xerxianum regnum, sed in hoc potius quod illi fuit proximum, incidisse fateatur necesse est. Et res humanæ sic alibi gentium habebant, quum Romæ post Antium captum T. Aemilius & Q. Fabius consulatum iniuere, eratq; is Fabius ille qui unus extinctæ ad Cæmeram superfuerat genti. Aemilius qui priore cōsulatu summa ope Agrariæ legi fauerat, in spem maximam adduxit tribunos & plebem, legis eo anno exequendæ, instabatq; certamen ingens, nisi Fabij alterius cōsulis autoritate ita comparatū esset ut in Antium nuper captū coloni scriberentur, ibiq; agrum uolentibus trium uiri ad id creati metirerent. Peperit ut sit fastidium copia, pauciq; omnino nomina dedere, quo contigit, ut & Volci nominis coloni numerum expleuerint. Fabius in Equos duxit, quibus pacem petentibus reddidit, eā ipsi haud multa excursionē facta in Latinum agrum. In Sabinis quo Aemilius cum exercitu exierat nihil memoria dignū fieri contigit. Habuit sequens annus Sp. Posthumiū & Q. Seruiliū cōsules. Seruilius in Equos missus, exercitum morbo implicatum, quia inutilis bello esset, in Latinorum finibus sine expeditione ulla memorabili tenuit. Dionysius parum eam manū fuisse scribit, & ad sociorum præsidium non in Equos comparatam, nec ullum eo anno exercitum Romæ conscripsum, incertum, religione aliqua, an morbo prohibente. Sp. Posthumiū templum fidei in Capitolio dedicauit. T. Fabius & T. Quintius consules fecuti. Fabio Equorum provincia data: Quintio ut regioni hostibus propinquæ præsidio esset. Fabius legatos ad Equos misit, qui in eo cōsilio dicerent se armata dextera bellum afferre, quam pacatū illis ante præbuerat, quorum perfidia id fieret deos testes esse, mox & ultores fore, uerum si Equos facti pœniteret, malletq; Rom. pacatos quàm hostes habere,

Artaxerxis facinus.

T. Aemilius. Q. Fabius consules.

Sp. Posthumiū. Q. Seruiliū consules.

T. Fabius, T. Quintius consules.

re, fore ut tutus illis ad Rom. clementiam toties expertam pateret receptus. Sin periuorio gauderet, dijs ultoribus gesturum se bellum, quod Rom. Pop. sibi administrandum dedisset. Parum abfuit quin legati in Equorum cōsilio uiolati sint. Dionysius autor est: Fabium nondum consulem publico nomine ad Equos missum, qui uiolasse fœdera dicebantur. Et quod latrocinia Equorum quidā in Ro. exercebant, quodq; Antiates exules receperunt. Alter cōsul, ubi legati retulerunt nihil eorum fieri quæ postularentur, ex urbe Roma ad id bellum profectus, iunctis cum Fabio copijs autor fuit ut structa acie cōfestim ad hostem irent. Cœperat iam dies inclinare, quum Rom. ante hostium uallum stetit, facturus illis pugnandi copiam. Tum Equorum unus in clamans, ostentare hoc est, inquit, Rom. non pugnam ciere, in eminentem noctem struitis aciem, longiore spatio opus est, ut prælium quod instat decernamus. Itē, & ubi crastinus dies illuxit, in planum descendit. Fiet uobis ne timete pugnandi copia. His uocibus irritatus miles, in castra redijt, longam uenire noctem arbitratus, quæ moram pugnae factura esset. Postero die aliquanto prius Romana acies in apertum processit, nec Equi prælium detrectauere. Ferox fuit uirorumq; congressus, diuq; accipiti est Marte dimicatum. Liuius, post longum certamen hostem acie uictum in suos fines dilapsū scribit: Dionysius fortuna adhuc neutro inclinante, signum hinc inde receptui datū, aliquotq; deinceps tumultuaria prælia, per alterius partis occasionem commissa. Postremo partem hostium occulte per mōtes in Romanū agrum irrupisse, prædaq; haud mediocri inde abducta, incolumem in castra reuersam, idq; cum semel atq; iterum hostis impune fecisset, ferēbant eā ignominiam egerime cōsules. Exploratis itaq; hostium itineribus, agmen præda onustū insidijs excepit Fabius, exceptumq; nō solum præda exiit, sed magna etiam ex parte castrum multifariam disiecit. Ad eum clades in causa fuit, ut relictis castris Equi in suos fines pro uictis abierint. Nec inde aduersus eā gentem eo anno est memorabile aliquid gestum. Romanus uictor in hostico euagatus, ubi nusquam obuium hostem habuit, multa præda secum abducta, prouincia decessit. Lustrum Quintius cōsul cōdidit, censaq; sunt ciuium capita c. uiginti quatuor milia, c. c. quatuordecim præter orbos & orbas. Anno qui deinceps secutus est, cōsules fuere Sp. Furius Fuscus, & Aulus Posthumiū, apud quosdā Posthumiū Album scriptum reperio. Etiam Equi in armis erant, auxiliariibusq; ab Ecerrano copijs acceptis, bellum summa ope instruebāt. Venerat & Antium colonia in suspitionem tanquam à Rom. defectura. Antiarum principes Romam accersiti, rogati in curiā à consulibus, ita ambigue ad omnia responderunt, ut suspēctiores quàm uenerant, abierint. Bello itaq; haud dubie impēdente Sp. Furius in Equos legiones ducere est iussus. Hostes i Hernicorū agro inuenit, late omnia incurstantes. Ignarus cōsul quātum copiarum apud hostes esset, longe numero inferior pugnam temere commisit, primo itaq; congressu pulsus se trepide in castra recepit, nec ea pugna est Romanus periculo defunctus, quin sequenti nocte & die qui proxime secutus est, castra circūfessa sunt ab hoste, atque acriter oppugnata, Hernici Romam nunciarunt consulem prælio uictum, cum suo exercitu ab hoste circūfederi. Dionysius leuiora quædam prælia ait ab initio commissa, mox uero castris à Rom. consule munitione loco factis, quia sub id tēpus auxilia non parua hostibus superuenissent, ita accidisse, ut Furius consul hostium sit multitudine circumfessus. Nec ab Hernicis, sed equitibus, nisi forte illi quoq; Hernici fuerint, quos Furius consul per hostium stationes miserit, ut in quo statu res essent Romam nunciarent. Ingentē ciuitati terrorem inculsit

Equorum serua.

Equi insidias excipiuntur.

Sp. Furius Fuscus, Aulus Posthumiū cōsules.

Victus acie Furius ab hoste obsidatur.

T. Quintij P. consularis potestatem.

Furij consulis frater interfertur.

Hostes castrum.

Prodigia.

L. Ebutius, P. Seruilius consules.

Volscorum cōspiratio.

incussit clades prælio accepta, sed longe maius periculum quod obfessis imminerebat. Patres T. Quintium proconsulari potestate cum subitario milite quem Latini & Hernici darent, ira enim tum repentina appellabant auxilia, subsidio consuli ire iubent, alterum consulem nouas interim legiones Romæ conscribere. Equi & si castra oppugnabant, multitudine tamen freti, miserat, qui Ro. agrū incurfarēt, eo credo consilio, ut recētī terrore iniecto, Romanū, à subsidio suis ferēdo distinerēt. Consul P. Valerio ad præsidium urbis relicto, ipse ad arcendam populationem occurrit. Vigiliæ circa portas stationesq; dispositæ. Nihil itaq; curæ & sollicitudinis ad urbem remittebatur, quum Furius cōsul, quia principio se in castris tenuerat, Decumana porta in hostes uallo hærentes ex improuiso eruptione facta, turbatur fuditq; quum fusos persequi posset abstinuit, ueritus nequa interim ab hoste qui multitudine abundabat fieret in castra impetrus. P. Furius consulis frater qui legatus erat in castris successu exultans, studioq; lequendi nimium à suis digressus, cum duabus cohortibus quæ cum illo circumuolutæ sunt, pugnando occubuit. Liuius solius Furij cadentis meminit. Circūuenti fratris nūcio consul in pugna reuocatus, amēriti similis in hostem irruit, ibi pugna parum feliciter instaurata, graui uulnere accepto ægre est suorum occursum seruatus. Recens consulis calus addidit hostibus audaciam, Rom. ademit, adeo ut uix castra tuerentur: assuit interim Quintius, Equosq; uallum ferociter oppugnates improuiso accessu turbauit, nec qui in castris erant ubi subsidij clamor est exauditus, in ocio fuere, sed eruptione repente facta, uictoriam magna ex parte iuuerūt. Multi quidem hostiū in medio occisione occisi sunt, multo adhuc plures casuri, nisi maturè fugā occupassent. Interea & Posthumius manum illam, quæ in Rom. agrum irruerat, opportuno loco adortus, fœda fuga dissiipauit. Cæterum hostes in unum coeuntes, quum consternato agmine abirēt, in Quintium ab leuata obsidione redeuntem incidunt, à quo subita pugna excepti longe maiorem quàm intulerant cladem accepere. Valerius Antias mille & c. c. Rom. in Hernicis desideratos prodidit, Hostiū ad quatuor milia & sexcentos cum ijs qui à Posthumiū fuerant in Ro. agris oppressi. Cælum hoc anno uisum est ardere, sunt & alia portenta oculis hominum obseruata, quibus auertēdis in triuuium fuit feræ in dictæ. Comicia indè habita. Creati cōsules L. Ebutius, & P. Seruilius. Horum annus pestilens fuit à calendis septēbris, tetra uis morbi primo bouum equarumque armenta corripuit, inde ouium caprarumq; greges, pastores deinceps & cæteros agrestes attingit. Postremo urbem ingressa, Liuius pecus populationis terrore intra mœnia compulsus, multamq; stabulantium quadrupedum colluuiem prodidit humana corpora infolito fœtore infecisse, ac præter cæteram multitudinem, quæ tanta fuit, ut uulgo cadauera in Tyberim proiecerentur, quartam Senatorum partem morbo consumptam, & cum his consules ipsos. Domestica hæc clades in certam spem Volscos & Equos traxit Romanorum principatus per occasionem euerendi, isto itaq; inter se fœdere, sociorum opes affligere sunt primo loco adorti, ut his fractis commo dius rem Romanam, satis per se accisam, funditus perderent. Primo igitur omnium Hernicum & Latinum agrum ferro & igni populantur. Hernici Legati eam cladem Romam nunciarunt, auxilium implorantes, responsum est Romanam ciuitatem morbo affectam iacere, ipsi Hernici cum Latinis in præsentia res suas tuerentur. Quod si quies ulla ab deorum ira ciuitati daretur, tum fore, ut sociorum fortuna, Pop. Roma. curæ essent ut antea. Dimissi legati pro tristis nuncio, tristiores referunt, nec facile succurrebat, quibus uiribus eū hostē sustinere possent

quem Rom. præsidio fulti uix superiore anno ferre potuissent. Nec Equi Volsciq; diu in Hernico morati, Romanos fines inuadunt, inde p omnia cultu desolata ad tertium lapidem confedere. Iam Ebutius consul diem obiuerat. Seruilius eius collega exigua spe trahebat animā. Iuuentus militaris morbo confecta iacebat, uigiliarum munus, qui per ætatem & inoffensam ualitudinem poterant, per se obibant. Circuitio Aedilium plebis erat, ad eos cōsularis maiestas uenerat. Omnia humano præsidio deserta: unū affectæ ciuitati profuit, quod prædonum mens magis quàm hostium, tum Equis & Volscis fuit, qui potius urbis spe abiecta, à ducibus postularūt, ut ex ea uastitate se confestim in ea loca abducerent, unde prædæ aliquid agi posset. Sublatis itaq; signis in Labicanos Tusculanosq; colles transiere. Hernici interea Latiniq; non misericordia tantum, sed pudore etiam commoti, si nullam obfessis socijs ea temporum iniquitate tulissent opem, cunctis copijs Romam usq; processere, hosteq; non reperto ebeuntiu uestigijs insistant. Accidit ut ex Tusculano in Albanum uallem descendentes Latinus Hernicusque fuerit hostibus obuius, ibi prælio confestim inito, parum felix sua fides socijs fuit, uicti magna; cum cæde proffigati in sua quisque oppida abierunt. Seruilius interim moritur. Dionysius quū urbs adhuc obsideretur extrinsum eum prodidit. Defuncti cū eo & alij plerique illustres. Supplicatum est omnibus templis, matres passim strætæ crinibus templa uerebant, coelestium irarum ueniam pacemque exposcentes. Interea grauiore anni tēpore acto, corpora morbis defuncta, salubriora esse cepuerunt. Redijt cum salubritate ipsa reipub. cura. P. Valerius interrex, L. Lucretius & T. Veturius consules creati. Iam satis ualida ciuitate, ut non solum arcere posset bellum, sed ultro etiam inferre, nunciat Hernici suū ab hostibus agrum infestari, responsum est non defuturum auxilium. Veturius in Volscos missus ad bellum ultro inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis ex sociorum finibus est oppositus. Veturius sub accessum cum hoste prospere pugnauit. Volscorum manus ingens Lucretium in Hernicis sedentem fessellit, per Prenestinos montes in Sabinum agrum transgressa. Sabinos latè deprædati, in Tusculanum agrum deflexere. Terror hostium ad urbem usque peruenit. Ipsi late peruagati, quū præda graues soluto agmine abirent, in Lucretium incidunt, qui eorum itineribus exploratis, prælio intentus, ex improuiso sese illis obtulit, ibi fusi fugatiq; hostes, & in arctissimam uallem deiecti, ad unum fere occisione occisi sunt decē milia cccclxxx. In pugna fugaque cecidisse dicuntur mille ccl. capri. Liuius etiā tanto numero non omnino accedit, cædem tamen adeo insignem à Romanis eo die editam existimat, ut Volscorum sit nomen ibi prope modum deletum. Ambo deinceps consules Equorum Volscorumque agros ferro & igni uastarunt. Quibus cladibus utraque gens affecta, iterum in apertum certamen descendunt. Hic pari fortuna hostes uoluntate funduntur, fusi que ac fugati exuuntur castris. Sed dum hæc fortis gerebantur, C. Terentillus Tribun. ple. legem promulgauit de quinque uiris creandis, qui certis legibus consularem potestatem (uidebatur enim uulgo multis immodica) cōhiberent. Dionysius ut decem uiri crearentur scripsit, qui leges de publico & priuato iure conscriptas in foro ponerēt, nimis libera, ut dixi, habebatur consulum maiestas, regioq; iuri quàm populari potestati propior. Quintus Fabius præfectus urbis acerbe in eam actionem inuectus, Terentillū apertè criminari, quod præsidio cōsulum spoliata rempub. uastasset, appellareq; Tribunorū collegiū, atq; identidem admonere, ut cogitarent potestatem illam in singulorum auxilium, non in totius ciuitatis perniciem ab

Roma obsidetur.

Latini & Hernici re Romanam tuentur.

L. Lucretius, T. Veturius cōsules.

Volsci uincuntur.

Tribunus Terentilli actio.

ciem ab initio quaesitam, sedque plebis Tribunos, non hostes patrum creatos. Orare proinde obtestarique, ne desertam remp. a collega uexari paterentur, agerent cum eo, ut rem integram in aduentum consulum differret, ne mitius Volsci Equique perpetui Romanominis hostes egisse, quam tribunus plebis uiderentur. Pepercisse illos affecta ciuitati superiore anno, quam magistratum praesidio destitutam tribunorum unus hostiliter uexaret. Egerit tribuni cum Terentillo, ut eam actionem in consulum reditum differret, quibus haud multo post domum reuersis, Lucretius de Volscis & Equis triumphauit. Collegae datum ut ouans sine militibus urbe intraret, P. Volumnii, & Seruius Sulpitius sequenti anno consules fuere. Caeli ardere uisum, & terra horrende est mota. Bouem ad id locutam, & carne pluuisse proditum est, eam uis auis uolitando diripuit, quod ex eo imbre intercidit, per aliquot dies ita iacuisse ferunt, ut nihil odor colorum mutauerit. Sibyllini libri a diuuis aditi, periculum ciuitati ex alienigenarum conuentu instare dixerunt, nequis in summa loca impetuset fieret, caedesque inde sequerentur, fugienda ob id seditionem quae imminenti mali origo & causa futura esset. Fremebant tribuni, ac fraude patrum uanam fingi religionem a diuuis, quo minus lex perferri posset. Iam asiduis eorum criminationibus res haud procul seditione aberat, quum ut idem bellorum orbis in singulos annos uolueretur ab Hernicis nunciatur, Volscos & Aequos bellum accuratius solito instruere, Antium caput belli esse, cuius coloni ad apertam defectionem spectarent. Cauillabantur tribuni, fabulantesque eam esse dicitabant, ut plebs quoque modo urbe ablegaretur, fingi novos hostes, & praesertim ex his geribus quarum opes superiore anno penes in perpetuum concidissent, Antiatas colonos, fidelissimos in defectionis crimen deuocari. Autores igitur erant singulis, ne nomen consulibus delectum habere parantibus darent, & iam totius collegij consensu plebs detrectabat militiam, patres contra legem impediabant, eorumque iuniores his fere certaminibus intrerant. Consules & maiores natum, ne in tanta collusione rerum maiestatem suam temere contumeliosis offerrent, consulto abstinebant. Sed omnium quia patribus itabant Caeso Quintij Cincinnati filius maxime erat plebi & tribunis in festus, iuuenis praeter nobilitatem generis, magnitudine etiam corporis & uiribus pollens. Adiecerat his multa bellorum decora, par uiribus facundia, ut nemo lingua manumue promptior in tota ciuitate haberetur. Talis igitur omnes plebis impetus tribunitiasque procellas unus sustinebat. Hoc duce saepe tribuni pulsi foro, alij quibus obuius fuisset, partim disceptis uestibus feminudi domum abiibant, partim seruiliter mulstabatur. Huic tam ferociter insultanti Au. Virginius trib. pl. capitis diem dixit. Tantum abfuit ut futuro iudicio terretus, incepto destiterit, ubi legi, siquando alias, tum maxime aduersaretur plebedque & tribunos ferocius exagitaret. Patiebatur Virginius reum ruere, ut maiores plebis iram in eum exardesceret: Tum demum tribunus, ecquid, inquit, sentitis Quirites, Caesonem ciuem & legem quam cupitis uos habere non posse? Sed quid legem queror? communi ille libertati obstat iam superbissimos reges fastu & arrogatia superat, non uobis expectandum, ut is consul fiat, quem priuatum ferre non potestis? Haec ille. Aderantque iam multi qui se pullatos ab eo dicerent: tribunumque ad rem peragendam incitabant. Apparebat plebem cupidem Caesonem damnaturam, quum iudicij die appropinquante Quintius pater, & cum eo propinqui multi & necessarii principes ciuitatis, paucos singulos prehensabat, orabantque ne tantam ex ciuitate indolem extorret eiicerent. Memorabant hi Quintiae gentis merita in remp. ipsiusque Caesonis egregia facinora, partim in expeditionibus, partim in praelio edita: Excum

P. Volumnii, Seruius Sulpitius consules. Prodigia.

Caeso Quintij filius.

Dies Caesoni dicitur.

fabat feruorem & audaciam, aetatem dicere illi omnia ademptura, quae in eo uulgo displiceret, uitijque; senescens uerum cum annis maturitate. Haec alij: Quintius pater ter consul, filij duntaxat culpam deprecari, parca filij laudabat, ne inuidia cumularer quin illud orare, ut siquid in quempiam Caeso iuueniliter deliquisset, eam sibi offensam condonaret, ne se iam senio confectum suauissimi filij praesidio spoliaret, Quintij preces uarie affecterunt ciuium animos alij eas auerfari, uel uerecundia, uel metu, alij audire quidem, sed queri ac minitari, quod aut ipsi aut propinquo rum aliqui a Caesone pulsati essent, aliaue contumelia affecti. Sed nihil eque reo obfuit, ac Marci Volscij accusatio. Fuerat is aliquot ante annos trib. ple. qui testimonium detulit, paulo postquam pestilentia Romana remississet, incidisse se in iuuentutem noctu circa suburram grassantem, ibi rixa ex illorum iniuria orta, fratrem suum maiorem natum, qui nondum recte a morbo conualuisset, pugno ictum a Caesone, semianimum concidisse, interque manus domum relatum, cui hominis offensa paucis fuisset diebus superstes, nec sibi rem per superiorum annorum consules exequi licuisse. Id facinus adeo atrox multitudini uisum ut concitatis animis aegre temperatum sit, quin impetu populi fuerit reus pro concione disceptus. Estque Linius horum auctor. Dionysius Volscio non Volscio illi nomen fuisse prodidit, eumque tribunum plebis, non priuatum fuisse significare uidetur, quum testimonium in Caesone dixit, in foroque non in suburra. Volscij fratrem a Caesone percussum, nec tantum fratrem mortuum, sed se quoque pro mortuo relictum. Eaque P. Seruius uisio, & L. Eburio consulibus, pestilentia tum late in ciuitate grassante, accidisse. Adeo duo clarissimi scriptores in re minime obscura diuersi abeunt. Adijcit Dionysius, accusationem ad id tempus dilatam, quia apud Eburium & Seruilium, qui non multo postquam haec acciderant, morbo uita decesserant: Caeso reus fieri non potuisset, nec apud Verurium & Lucretium qui exteris bellis occupati in urbe non fuissent. Verginus Volscij testimonio adhuc magis irritatus, iubet Caesonem arripere, & ad iudicium in uinculis feruari, ibi magna altercatio orta, ac post longam disputationem patrum interuentu decem uades tribunum dati, qui pro eo, nisi ad diem iudicij reu fissent, certam soluerent aere summam, interim Caeso liber esset, ipse uadibus datis sequenti nocte iussu consulum in Tuscos exulatum abiit. Iudicij die, etsi reus non adisset, tribus in suffragium a Verginio nihilo secius missa, cupidem ad sententiam damnarunt. Linius appellatis tribunis, nullum de ea re suffragium latum scribit. Pecunia a patre acerbe exacta, ut omnibus bonis diuenditis, aliquandiu Quintius trans Tyberim tenui contentus praedio uixerit. Nec cum Caesone sublata sunt patrum & plebis certamina, quin quoties tribuni de lege agerent, toties nobilium manus facto impetu concionem disturbare, iidem illi legis remoratores quiescentibus tribunis blandem plebem appellare, comitatemque eximiam praese ferre in singulos, per haecque anno circumacto consules facti sunt Appius Claudius Appij filius, & P. Valerius Publicola. Perseuerabant interim suo studio patricij, plebem omni comitate affectantes, ut tribunitijs ea concionibus auerterent. Contra tribuni illos ad plebem criminando uarie suspectos reddere. Illata ab eisdem in curiam literae, quibus significabatur coniurationem inter patricos aduersus plebem & tribunos inuicem, Caesonem Coriolani exemplo hostium copias ad urbem admoturum, patriciorum manum in tribunos & principes plebis noctu grassaturam, negare quaestionem super ea re decerni posse, quando eorum, qui in curia essent, plerique eius coniurationis participes essent, & ob eam rem nullam in se quaestionem decreturi, nec ut sibi suspectis fidem haberi, poscere tamen, ut praesenti malo quam

Quintij patris modestia.

Volscij accusatio.

Historiae uariatio.

Damnaturus suis Caeso.

Consules.

Tribunorum querela.

primum ab ijs, qui possent, iretur obuiam, celeritate opus esse, uelox periculum instare, dilationemque securitatis in subitis rebus semper fuisse intemptuam. Linius nihil literarum meminit, nec ait tribunos haec in curia, sed in concione questos. Dionysius, qui prioris est opinionis auctor, hos tribunitios sermones a Claudio consule exceptos prodidit, qui ita praefatus sit, ut dixerit rerum omnium de quibus sermo habendus est, originem primasque causas spectari oportere, quales eas esse contingat, tales de his sermones haberi necesse esse. Neminem Quiritium esse, qui sciret quo animo tribuni plebis tulerint omnes actiones suas superiore anno in cassum susceptas, qui non idem intelligat omnia eos molituros, qui plebem armare in senatum & patricos possint. Inde quaesitum a Verginio & alijs equis eas literas attulisset, aut a quo reddita dicerentur, per quae ridiculum tribunorum mendacium insectatus, omnem ordinem intentatum calumniam, ut uanam discussit. Erant nihilominus ordinum animi ad certamen accensi. Volsci interea & Equi, quod unum per se discordiam sedare potuit, in armis esse dicebantur. Accessit repente & alius timor. Exules seruique ad quatuor milia Appio Herdonio duce Capitolium & arcem noctu occupauere. Erat is Sabini generis, nec obscurus ortus natalibus, dubium, ut ipse tyrannidem exercebat, an ut Romano principatu sublato, in Sabinos caput & arcem imperij transferri uellet. Caedes in arce per noctem edita, & ad arma repente conclamatum. Consternata multitudo regi non poterat: hostes in arce esse dicebantur. Caeterum qui essent & quantus numerus sciri non poterat. Sollicita ciuitas reliquum noctis in stationibus disponendis, opportunisque locis praesidio firmandis egit. Vbi uero illuxit, qui hominum arcem, & quo duce occupassent, uulgo conseruit. Herdonius ex Capitolio seruitia ad libertatem uocabat, qui ut ipse clare praedicabat, miserissimi cuiusque causam susceperat, ut exules iniuria pulsos in patriam reduceret. Serui igitur domi, & hostes foris timebantur, ne Volsci & Equi, quorum in Romanos odia nulli ad id tempus ignota erant, aut ceteri finitimi, qui & ipsi Romanos in senem oderant, praesentem occasionem nacti, magno reipublice periculo, parte ciuitatis capta, legiones porris admouerent. Haecque tunc erant hominum cogitationes, hi metus animos exagitabant. Interea tantus furor tribunos tenuit, ut non id bellum esse contenderent, sed uanam belli imaginem ad auertendos a legislatione plebis animos, patriciorum hospites clientesque arcem insedis, quippe qui per lata lege, sua sponte essent inde abituri, concilium inde perferenda legi cogebat, plebe ab armis auersa. Quod ubi in curiam est perlatum, tribunorum suauis deponi arma, relictis que stationibus in concilium ire. P. Valerius, collega senatum habente, ex curia se proripuit, in templum que deuolat ad tribunos: ubi uero in conspectum uenit: Quid hoc est tribuni? procul exclamat, estis ne Appij Herdonij ductu hanc rempublicam uersuri? Tam felix ille fuit in uobis corrupendis, qui seruitia ex arce clamans corrumpere non potuit? Hostes ceruicibus uestris imminet, & uos ab armis ad ferendas leges plebem auocatis. Inde ad multitudinem conuersus, si uos neque urbis huius Quirites, neque uestri cura tangit ulla, at deos uestros ab hostibus captos respicite: Dij praesides huius urbis obidentur, seruorum arma publicos premunt penates. Vos concionibus tribunis ociose uelut omnia pacata sint alsideris, & haec sane ciuitatis forma dicenda est? ingens uis hostium non solum in urbe est, sed in arce que foro imminet, uos comitia celebratis, senatus ut in re dubia in curia sententiam dicit, hic ciues suffragium ineunt. Nonne statim oportuit quicquid patrum, plebis, hominumque in tota urbe

Capitolium occupatum.

Hostium urbis metus.

Tribunorum proteruitas.

Valerij uehemens actio.

est, in Capitolium currere, angustissimumque ciuitatis templum ab sceleris armis uindicare? Tu, inquit, Romule parens urbis eam precor da tuae stirpimentem, qua tu olim hunc ipsum locum auro Sabinis proditum recepisti, ut nos progenies tua eadem uia qua tuus olim exercitus ingressi locum obtineamus. En ego consul, quantum mortali licet, tua secutus uestigia, ibo obuiam periculo, ac quantum humana uirtus ualebit, ne diutius hostis arce potiarur, efficiam. Summa eius orationis fuit ut diceret se arma capere, uocare ad auxilium patriae ferendum, quicumque rempublicam saluam esse uellet. Ac si quis rem impediret se consularis imperij, tribunitiae potestatis, sacrarum legum oblitum, eum in Capitolio, in foro, in sacro & prophano pro hoste habiturum, auferum se in tribunos, si tribuni in mora essent, quod princeps suae familiae in reges ausus diceretur. Nec multum profuit tam uehemens oratio, tenuit per diem certamen, ita ut neque lex sit lata, neque consul ire potuerit in Capitolium. Cessere sub noctem tribuni consulum arma ueriti, nec patres praesentem occasionem omisere, qui se circulis inferendo, per noctem conati sunt plebis animos flectere, praesentis periculi, pietatisque in deos identidem admonentes. Interim Tusculum affertur Romanam arcem, & Capitolium ab hostibus teneri, ciuitateque, intestina seditione laborare. Erat tum ibi L. Manilius Dictator, is suis auctor fuit, ne expectaret dum ab urbe Roma auxilium legati petutum uenirent, nunquam maiorem occasionem Romani nominis demerendi Tusculano affuturam. Placuit auxilium mitti, conscribitur iuentus, arma dantur, Romam prima luce itur. Praebuit agmen procul conspectum hostium speciem, Volsci Equique uenire primo crediti sunt: ubi uero qui essent cognitum est, in urbem accepti in forum sub signis descendere. Valerius collega ad portarum praedia relicto, ipse in foro aciem intruit, pollicitus Capitolio recuperato, ubi demonstrasset quid fraudis in lege esset, se consilium plebis non impediturum. Tum tribunis nequaquam reclamantibus multitudo consulem secuta est. In Capitolium clium acies dirigitur, adiungit Tusculana lege, certare inter se ciues, locique utris recuperatae arcis laus deberetur, trepidare qui in arce erant, nec tam uiribus quam loco confidere. In hos signa inferri iubet Valerius, & iam qui primo loco pugnabant in uestibulum templi irruerant, quum consul ipse inter primos praedium ciens superne ictus concidit. P. Volumnii uir consularis cadentem conspiciat, dat suis negocium, ut corpus & mortem consulis obregant. Ipse in eius locum succedens suos ad pugnam hortatur, tanto ardore impetuque, res gesta est, ut prius miles uicerit, quam se sine duce pugnare senserit. Plerique exulum sua ipsi caede templum foedauerunt, quidam uiui capti. Herdonius telorum multitudine obrutus, fortiter pugnamdo occubuit. Atque in hunc maxime modum Capitolium recuperari cōgigit. De captiuis sumptus est supplicium. Tusculani ut socij fidelissimi laudati, Capitolium primo purgatum est, inde ob caede in eo commissam lustratum. In P. Valerij locum L. Quintius Cincinnatus Caesonis pater est surrogatus. Dionysius auctor est, agresti operi intentum ab ijs qui dignitatem nunciatum uenerant, repertum, eo que purpuram caeteraque consularia insignia delata. Consul salutat paululum se tenuisse dicitur, mox pauca haec locutus: Ergo, inquit, agellus hic non feritur a me hoc anno, uehementer uereor annuus uictus defuturus sit nobis. Linius tum id accidisse ait, quum Dictator creatus est. Sed quocumque tempore id contigit, satis constat uirtutem ea repectate hominibus ornamento fuisse, non diuitias: nec paupertas tunc fuit cuiquam dedecori, nisi huic qui eam fortiter ferre non posset. Pertulit Cincinnati dignitas plebem suarum iniuriarum conciam, nam praeter quod iratum se

Valerij precatio.

Tusculanorum auxilia.

Valerius consiliarius cadit.

Cincinnatus sit consul.

consulem habiturâ uidebat, hominis uirtus uulgo formidolosa erat multitudini. Accedebat & patrū fauor tresq; liberi quorū nemo magnitudine animi erat Cæsone inferior. Ille uero ut magistratum iniit, primis cōcionibus nihilo acerbior est uisus in plebe coercenda, quàm in castigâdo senatu, qui plures annos passus esset, tribunos immōdica lingua uanisq; criminibus in foro regnare. Inde in Aulū Verginiū inuectus eum non minus hostem patriæ quàm Herdonium fuisse prædicabat, castigabatq; consuli patientiam, qui non prius in eum quàm in exules qui Capitolium tenebat, impetum fecissent. Pudere ad hæc quòd quum exules seruiq; Capitolium augustissimum urbis templum teneret, prius Tusculi quàm Romæ essent sumpta arma. At si plebeiorum aliquis domum suam ab armata familia obsessam nunciasset, continuo Aulus Verginius subueniendum censuisset: at quæ cella Iouis seruilibus teneretur armis, nō cōstitit. Et quum ille cæteri q; tribuni tales essent, ut sacrosancti haberi uellent, per quos Dij neque sacri, neq; sancti haberentur, & quod indignius adhuc esset, diuinis humanisq; sceleribus polluti, legem selaturos prædicarent, quæ si se consule perferretur, tū omnibus uideri uellet, eo peius die cum repub. actū quo ipse consul creatus esset, quàm quo Valerius in uestibulo Capitolij perisset. Sed iam, inquit, in animo habeo Quirites in Volscos legiones, & in Equos ducere: nescio enim quonam fato bellando magis: quàm quū pacati sumus propitios habemus deos. Edico igitur ut qui in Valerij uerba pro Capitolio recipiendo iurastis, cras ad Regillum lacum mihi aditis omnes. Conati sunt primum tribuni soluere militem religione, identidem prædicantes Quintium tum priuatum fuisse, quum milites in Valerij uerba iurassent, eòq; mortuo exercitum non teneri sacramento. Hæc illi: sed milites haud se propterea soluebant: haud enim tunc erat, quæ postea secuta est religio sine negligentia. Terrebat præter cætera populum ferocis Quintij denunciatio, fore, ut quâdiu ipse cōsul esset, procul domo habiturus esset exercitum. Nec se populum ad comiria uocaturum, creâdorū consulum causa. Dictatore opus esse, ut aliquando resp. domesticis seditionibus concussa sisti posset. Huiusmodi minç adeo tribunos fregere, ut polliciti sint se in autoritate patrum futuros, modo ne exercitus domo abduceretur. Est itaq; inter senatum & tribunos ipsos comparatum, ut eo anno neq; de lege ageretur, neq; consules legiones aliquo educeret. Ocium ab omni urbeico externoq; certamine in reliquum anni fuit. Plebs eosdem tribunos reficit, quo exemplo patres irritati, Quintium parabant consulem reficere, nisi grauisima ipsius castigatione moniti, alienum ab eius ordinis dignitate esse, peccare alterius exemplo, præsentis consilio abstinent. Cōsules itaque creati Q. Fabius iterum, & L. Cornelius Maluginensis. Cœperant tribuni sollicitare plebem quum Romam allatum est, Volscorum legiones circa Antium esse. Cœperat ea colonia iam antea Romanis suspecta esse. Agre à tribunis obtineri potuit ut bellum præuerti parerentur. Conscriptæ ad bellum legiones Latini Hernicq; duas militum partes de more ad bellum dederunt. Volscorum prouincia Fabio data, Cornelius ad præsidium urbis remansit. Hostis ab Romano ut in pugnam descenderet, compelli non potuit. Tum consul tripartito castra adortus hostem uallo deturbat, Castris inde exutum ac dipalatum. aperto cecidit capo: deletus foret exercitus si fugientes proxima sylua peropportunè texisset. Sed dum hæc ad Antium geruntur, Equi inter præmissa iuueturis robore, noctu Tusculanam arce occupant. Reliquus exercitus haud procul oppido cōstitit, ut subsidio suis esset. Tusculanæ arcis occupata, trid aliter Romanos affecti, quâ si iterum

ab hoste captum esset Capitolium. Adeo Tusculanorum in Romana arce recuperâda recēs uigebat meritum. Et quia relata gratia opus erat, confestim consul legiones Tusculum admouit. Dionysius Fabium scribit urbem egressum huc primū uenisse, hostemque procul Romanas legiones conspiciatū, sponte priusquam signa admouerentur, deseruisse arcem. Non deserunt qui hostium præsidium aliquandiu obsessum scriberent, hiq; in columitatem pacti arce postremo abscesserint. Liuius plures hic menses belatum existimat parte copiarum à consule Tusculanis data, ut ea parte qua oppidum spectat arcem oppugnarent, ipsum interim consulem hostium castra oppugnasse, nec prius Equum arce depulsum quàm famas ad deditionem compulisset. Atq; ita deditos sub iugum missos, quos domum abeires Romanos ad Algidū consecutus obruncauerit. Dionysius reperta arce ait, Fabium exploratis hostium itineribus noctu raptō agmine in Algedonem, sic ipse Algidū uocat, uenisse, ibiq; improuiso accessu hoste fultum, multaq; cum cæde disiectum, ac secundum eam uictoriam ad Ecetranam urbem Volcorū ea tēpeitate illustrissimâ, ibiq; aliquot dies prouocatus hostis quum ad pugnam exiri nequiuisset, agrū fœdē populatum, prædamq; in eo partam begnine militibus diuisam: Alterum cōsulem, quia apertè Antium defecisset, in Volcos qui erant circa Coloniam inuectum, quibus obuiam prouentibus, atrox sit prælium cum Romano commillum: ad ultimum uictos hostes, in Antium compulso, quos cum aggere & fossâ Cornelius claudere esset adortus, iterum congregari uictos nihilō meliore euctu dimicasse, quin fuisset, seq; intra mœnia recipientes Romanum è uestigio secutum, ad mortis que muro scalis uel oppidum captum, omne aurum, argentum, & cæs, aliamq; preciosam prædam à consule in publicum relata, principes Colonie cæcos securiue percussos, atq; his gestis utrunque consulem Romam reuersum. Liuius autor est, post Equos qui præsidio Tusculanæ arcis decesserant in Algidō cæcos, Cornelium cum exercitu eo ab Roma uenisse, atq; ita consules ambo Equorum fines & Volcorum ingressi, utraq; regione latè incursarint, nec præterit Liuium fuisse quosdam ex ipso scriptorum numero, qui in hunc annum, quod & ipse Dionysium fecerit, Antium defectionē reiecerint. Cæterum absentibus cōsilibus Au. Cornelius, & Seruilius questores. M. Volscio q. haud dubie fallus in Cæsone fuisse restis, diē dixere, cōstita bar enim neq; Volscij fratre, ubi semel morbo decubisset, cōualuisse amplius, nec per id tēpus id quod testis crimē reiecerat, Cæsone Romæ fuisse, sed circa signa frequentem, & sine commeatu ullo mansisse. Tribuni in mora erant, qui prius populū in suffragia ire uetabant, quàm lex lata esset, in consulum aduentum utraque res extracta, quibus reuersis quia tributa cōmitia instabant, tribuni nō rā de lege solliciti, q̄ ut quarto reficeretur, Volscianū iudicium de industria omiserunt. Cōsules summa ope resistebat, ne iisdem tribuni fieret in sequentem annū, uictoria tamen apud plebem & tribunos fuit. Eodem annō pax petentibus Equis est data, iustrumq; decimum conditum, censa ciuium capita c. triginta duo milia ccccxix. Sequens annus cōsules habuit L. Minutium & C. Nautium. Apud quosdam L. pro C. legere est. Impediabant consules legem, tribuni ex aduerso Volscianum iudiciū, eratq; maior omnino autoritas in nouis questoribus M. Valerio Valerij filio, & Quintio Capitolino, qui ter cōsul fuerat. Verginius & cæteri tribuni duos menses consilibus assignarunt ad legem inspiciendam, ut populum docerent, quid in ea occultæ esset fraudis. Et res domi in hoc statu erant, quum ab Equis renatum est bellum, cōfederant hi Graccho duce in Latinorum finibus primo, agrum inde Tusculanum cum præda & populatōne

Quintij denuntatio.

Quintij denuntatio.

Consules.

Audi superbū responsum.

Tusculanæ arce occupata.

Equi in Algidō cœduntur.

Dies Volscio cœditur.

Consules.

Quintij editum.

Quintij strata gena.

lacione incurrarunt, & iam prædacea opulencia onusti in Algidō castra fecerant, uenerunt eo ex urbe legati sociorum iniuriam querentes repetentes que res ex fœdere nuper icto, Gracchus successu rerum elatus, indignè inquit, facitis uos Romani iustam uisionem prohibitori, quasi nefas sit Equos à Tusculanis, à quibus prius læsi sunt, iniuriarum pœnas exigere, præsertim quum nihil diserte sit socijs in fœdere cautum. Si quid igitur uos læsi estis reddentur res Romano ut postularis, sin aliorum causa pœnas exacturi uenistis nullus de his erit uobis mecum sermo: Sed ista ad hanc arborem loquimini. Imminēbat fagus, siue, ut Liuius ait, quercus prætorio. Tum ex legatis unus, & hæc quidem sacra arbor adit, ac quicquid deorum ubique hominum que est uiolata à uobis iura quæ nos iusta ultione exequemur. Post legatorum reditum Patres Minutium ad hostes in Algidum ire iubent, alterum consulem Equorum fines populari. Impedissent tum quoque, ut sæpe alias, Tribuni delectum, nisi Equico bello alius recens ex Sabinis superuenisset terror. Sabini ad urbem uelque prædabundi uenere, qua clade & ignominia plebs consternata Tribunis frustra retinentibus arma induit. Duo exercitus conscripti, Nautius in Sabinis est missus, Castris ad Eretum positus: fuitis Sabinorū uicis Tyberi propinquus, crebris incurfionibus, hisque plurimum nocturnis tantam in Sabino agro fecit uastitatem, ut præ cladis huius magnitudine, Romani agri uiderentur intacti. Alteri consuli in gerendo bello, neque uirtus, neque fortuna affuit. Nam ubi in hostium conspectu fecit castra, nulla adhuc clade accepta sese ut uictus castrorum munitionibus tenebat, qui uanus metus ubi est ab hoste animaduersus, ferocius instare cœpit, nocteque castra oppugnare aggressus, quæ quia capere non potuit, uallo postero die circumfedit, Dionysius in conuale quadam Romano ab hoste clausum autor est. Cæterum siue metu & ignauia, siue locorum iniquitate fuit exercitus obsidione cinctus, tanta ciuitatem trepidatio inuasit, obsidionis nuncio Romam perlato, quanta si urbem ipsam hostes obsiderent. Alterum consulem confestim Romam uenire iubent, in quo quum in tanto discrimine parum præsidij fore crederetur, Dictatoreque opus esse qui rem propemodum lapsam restitueret, L. Quintius Cincinnatus Dictator omnium consensu dicitur. Colebat is trans Tyberim quaternum iugerum prata. Quintia decinceps nunc cupata. Huc cum mandatis patrum legati ut eum in urbem deducerent, uenere. Cōstata agresti operi inrento sub primum legatorū accessum, à Racilia coniuge togam ex proximo tugurio depromptam, absterisumque toto corpore puluerem. Nautius illi publice parata, Tyberique transuectum tres filij uenientē primo, mox propinqui & necessarii, inde patres cæteraque multitudo gratulabūda excipit. Vigilatum sequenti nocte in urbe, postridie quum ante lucem in forum uenisset, L. Tarquinius magistrum equitum dixit, cum quo in concionem progressus iustitiam induxit, uetuit que priuatæ rei quicquam in urbe agi, edicit inde ut quicumque per aratem & ualitudinem militare possent, cum cibarijs quinq; dieum, uallisque duodenis sibi ante noctem in campo Martio adessent. Ibi sub noctem composito agmine Dictator legiones, Tarquinius equitatum urbe educunt, multa ubique alacritas, alius alium hortari, ut gradum adderet, celeraret, dum nox esset, ut ante lucem ad hostem ueniri posset, tertium iam diem consulem & legiones obsideri. Quid nox, quid dies ferat, haud plane sciri posse, partio temporis momento maximarum rerum momenta uerti, media ferme nocte ad hostes uertum. Dictator equo eorum castra circunuectus circuitum & formam contempletur. Hicque per Tribunos sarcinas unum in locum à mi-

litibus conijci imperat, inde silentio in suos ordines omnes rediere, tum agmen circūquaque extensum hostes circūcedit, mox ubi signum audiuere, omnes clamore subito uti iussi fuerant, uallum iaciunt. Voces undiq; aures ferientes hostes terriat, Romanis spem & audaciam afferunt. Negat consul morandum esse, iam enim clamore ipso nō modo suorum aduertum sed prælium quoq; ab altera parte initum significari, q̄ igitur in castris erant sumptis armis hostem pugna laceflunt. Equi exteriore parte opus prohibere cœperant, quum eruptione ab Romanis repete facta, ueriti ne per media castra obsessi ad suos euaderēt, introrsum cōuersi, pugnam cum Minutio in lucem extrahere. Fossa interim & uallo circūdati à Quintianis inuaduntur copijs. Hic ancipiti malo deprehensi, ab armis ad preces uerfi, nunc Dictatorē nunc consulem orāt, ne in cæde & strage hominum uictoriam reponerent. Necessitate igit coacti in has condiciones descendunt, ut Gracchum Clælium ducem, principesq; gentis, Dictatori uinctos traderēt, Corbione oppido decederent, ipsiq; inermes sub iugum missi abirent. Tribus hastis iugum febat, duabus humi defixis, superq; eas una transuersa deligata. Huiusmodi ignominia hostes à Dictatore dimissi. Prædam Quintius castris suo dedit militi habendam, uetuitq; consulem exercitum ex ea quicquam attingere, indignum prædicans, ut præda ex eo hoste potiretur, cuius ipse propemodum præda fuisset. Inde consulem affatus: tu, inquit, Minuti donec consulem animum habere incipias, legatus in castris eris. Tantum abfuit, ut Minutius aut milites ignominia notati id egrius tulerint, ut & ab euntem Romam patronū salutarint, coronamq; ex auro dono decreuerint. Ipse triumphans Romam ingressus est, egitq; Equorum principes ante currum, signaque militaria hostibus adempta. Epulæ militibus currum sequentibus passim tota urbe apposite, multaq; hilaritate discumbentium eius diei pompa traducta est. Abdicasset se Quintius cōfestim magistratum, nisi M. Volscij comitia tenuissent, ne Tribuni impedire id iudiciū possent, in dictatura perseuerauit. Damnatus Volscius Lanuuium exulatum abiit, tū & ipse sponte sese magistratu abdicauit xvj. Dictaturæ die, quum in sex menses tum magistratum accepisset. Q. Fabius Minutius successor in Algidum missus. Mirum est quod de Quintij continentia Dionysius prodidit, selecta ex omni præda quedam manubiarum nomine, haud quidem attigit. Et quum necessarii & propinqui plura pollicerentur, ut in urbe permaneret, continuo ubi potestate abiit, in agrum; quem colebat, sese recepit, paupertate magis quàm diuitijs contentus. Nautius consul & ipse in Sabinis ad Eretum cum hoste feliciter pugnauit, hostilem agrū aliquanto antea ferro & igni fuerat populatus.

Sub iugū mittuntur Equi.

Quintij triumphus.

Dictaturæ Volscius.

Quintij temperantia.

ENNEADIS III. LIBER III.



Consules secuti Quint. Minutius, & M. Horatius, quidam C. pro Marco scripsere. Incidit horum administratio in annum primum octogesimo prime Olympiadis, qui quintus fuit & quadragesimus, supra septingentesimum, ac quater millesimum ab mundi origine, à Roma condita nonagesimus septimus ac ducentesimus. Tribuni principio anni huius, ob legem sæpius tentatam, cœperant domestica oia turbare, quum agrestes fuga in urbem delati, multa trepidatione nunciant, intra Fidenas & Crustumariam à Sabinis omnia obtineri. Decernunt patres ut exercitum Consules ad bellum conscribāt. Tribuni de-

Anni mundi.

lectum impediunt, negotium nullum bellicum passuri, nisi lex Terentilla de iure ciuibus æquando, prius lata esset, attingi, uincebaturque consulare imperium consensu Tribunorum, quum recentioribus nuncijs affertur Romano præsidio ad Corbionem cæso, E quos in armis esse. Liuius ab Equis priuquam à Sabinis, rem hoc anno motam prodidit. Tribuni recentioris belli terrore percussi delectum remittunt, prius tamen pacti, ut decem deinceps Tribuni crearentur, rati suam paucitatem ludibrio patribus esse, ac rum primum decem creati cœpti, anno à primis Tribunis sexto ac trigesimo. Consules delectu habito in hostes profecti sunt. Dionysius (nam eorum quæ adhuc diximus, Liuius est autor) Tribunis delectum impediens impetum ait cepisse patres, belli per se silentibus & amicis fretos. excipiendi, cuius sententiæ erat L. Quintius autor, ac tum priuquam hæc extrema remedia quærentur C. Horatium cõsulem cum senioribus patrum ante suggestum locatis, Tribunos & multitudinẽ sic ait affatum. Pulchrum Vergini opus, longeq; laudabile, tu tuiq; collegæ ad hunc diem peregritis, plebẽ à Senatu, & quasi discepto corpore mebra à capite auulsi sitis, ac quatum in uobis est perditu itis omnia hæc bona, quæ partim à maiorib; sunt nobis relicta, partim nos ipsi bellando quæsiuimus. Cæteru nos non sine dimicatione hæc dimittere certi sumus, sed una cum patria feruare uolentibus, decreuimus arma capere. Ibi inus igitur in certame nos patricij spē bonam securi ducem, honestius ibi, si uincere non contingat perituri, quam si hic sededo patriam, liberos, penates, nos ipsos proderimus. Enim uero, si quis deus pie facta respicit, si fortuna urbis huius nondum hæc mœnia reliquit, certe est aliquid quod sperem? sin aliquod inimicum numen Romanę urbi aduersabitur, sitq; tacita quædam inuidia quæ nihil in terris diu felix esse patiat, si nulla res alia, certe una cadentes solabitur, quod in patria tuenda, neq; uoluntas nobis, neq; studium defuit, eritq; exitus ipse omnium pulcherrimus, quia pro patria, pro libertate, pro penatibus, pro liberis, pro ijs quæ hominibus charissima sunt, mortẽ oppetiuerimus. Vos interea fidi generosiq; urbis præsidēs, hic concionabundi sedebitis, fœminarũ more uerbis altercates, quibus neq; uita si uicerimus honesta, nisi uicti sumus tura esse poterit, nisi forte spem illam frigidam alitis, fore ut patricio ordine extincto, hostes mitiores habituri sitis. Quippe qui omni certamine omisso, uobis principatum, ceteraq; habenda relinquunt, quæ uos cũ recte sentiebatis, ipsi bellando ademistis, adimendo que trophæa & monumenta perpetua inimicitiarum stant. Sed quid ego plebẽ obiurgo, quæ sua sponte nunquam fuit mala? Cur non te potius & alios Vergini? Quorum quum nihil sit humile in rep, eã tamẽ hostibus præsidia auferedo proditis, pro quibus ultricem pœnam à dijs expectare, illi qui dem puniunt quæ homines nequeunt, & si ab hominibus est etiam ultio expectanda, quorum manus in patriam armatis. Vestra enim discordia freti hostes, tam licentiose hodie Romano nomini insultat. Aderunt illi post patriciorum cladem, hancq; urbem aut fame domitam, aut ui captam diripient, mares fœminasq; promiscuẽ trucidabunt, non sexu, non ætate ulla abstinebunt, nõ Romanorum quorum imperare propriu est, sed barbarorum crudelissima exempla securi, ne uestigia quidem urbis huius ulla in terris relinquẽt, ut Romanum nil ad posteros sit nisi fama, rotis uiribus curabunt. Vtinam sim falsus uates. Video excidium ingens patriæ imminere, uos qui hæc non uidetis, siue potius uidere dissimularis, pergit ut cœpistis, concionem aduocare, nouas inferre leges, dum Patricij, dum Senatus, deuorum se eunt pro patria, cui tu Vergini, & alij Tribuni, magis inimici estis, quàm Sabini & Equi, qui nunc nostra popu-

Decem Tribuni.

C. Horat. oratio.

Amara exprobratio.

lantur, ac nescio amplius etiam magisque perniciosi. Illi utiq; ex professo hostes, uos nomine ciues, & ciuium custodes, re autem plusquam hostes qui sitis inimici undiq; in perniciem urbis huius rudentibus, ciuibus arma adimitis. Tota multitudo mota est huimodi Consulibus oratione, sed maior omnino animorum motus inde ortus, quod maiores natu patricij ordinis qui in conspectu stabant, tacite ad ea, quæ dicebantur, collachrymarunt, tum ciuium inclinationem ueritus Verginius mitiore sermone usus, precatus est, ut si in præsentia de lege transigi nolent, hoc saltẽ darent plebi, ut Tribuni comitijs decem Tribuni crearentur, quod uno Appio Claudio repugnante, est à patribus necessitate magis, quàm uoluntate, expressum. Verum ea condicione, ut eorum qui tunc essent in sequentem annum nullus reciperetur. Post tributa comitia Minutius est in Sabinos profectus, hostemq; nusquam in agris adeptus, regionem populatus est. Horatius cui Equi prouincia euenerat, nõ solum Corbione, sed Hortana quoque, siue, ut Dionysius ait, Britone de Latinis capta, in Algido hoste inuenit. Ibi prælio commisso Equi uicti sunt. Corbionis mœnia Romanus uictor à fundamentis diruit. Et hæc domi militiæque eo anno gesta. Qui proxime secutus est Consules habuit M. Valerium, & Sp. Verginium. Ab externis armis otium fuit ciuitati. Lex de Auentino publicanda lata est, quum plæriq; furto multibus in eo occupassent. Data omnibus aræ in eo ædificare uolentibus. Fuerat prius modica sui parte culta, patet collis ambitu duodecim stadiorum. Sed quum de lege huiusmodi ageretur, Icilius & cæteri Tribuni ad Consules ministrum miserunt, petentes ut de Auentino referrent ad patres, impulsus Tribunitius uiator ab uno eorum, qui consuli apparebant cui reiectus, ira percitus Icilius licetorem arripuit è rupe præcipitatus, ultusque esset illico maiestatem, nisi Tribuni hominis uitam precibus patrum cõdonassent. Tentatum præterea à Tribunorum collegio ut Senatum sibi in curiam uocare liceret, quum cõsulum ad eam diem potestas fuisset, illi duntaxat patres accersere, nec è curia abire licebat, nisi consulum alter pronunciasset, abire si placet, non amplius uos moramur patres conscripti. Et ut cõsularis fuit potestatis patres morari, ita Tribunitiæ concionẽ populi tenere, quã diu uoluerit, ac quum libitum esset uoce soluere. Resecti deinceps ijdem Tribuni T. Romilio & C. Verurio consulibus, qui quum præter cætera, legem celebrarent, opportunẽ nunciatum est, Tusculanum agrũ ab Equis uastari. Pergrata ea res fuit patribus qui uelut in orbem statum reipublice uariari non ignorabant, ut bello concurs ciuitas esset, in pace seditiosa, augeri que reipublicam armis, ocio deteriorẽ fieri. Recens Tusculanorum meritum efficit, ut Tribuni auxilium remorari non sint ausi. Ambo itaque Consules ad id bellum exiuerunt, hostemq; in Tusculano adepti, & ad pugnam extractum, cum magna cæde fuderunt fugaruntque, quattuor milia Equorũ & amplius desiderata. Præda ingens quæsita est, ac uendita, prædaceæ pecuniæ ob inopiam in ærarium reposita. Quæ materia criminandorum ad plebem consulum Tribunitis est oblata. Nec ita multo post Sp. Tarpeio & Aulo Eternio siue Termenio consulibus dies Romilio dicta à C. Claudio Cicerone, & Verurio ab L. Alieno Ædile. Romilio decem milibus æris, & Verurius duodecim sunt damnati. Dionysius significare uidetur à Siccio Tribun. pleb. diem Romilio dictam, & à L. Ædile Verurio, quia Equico bello Siccius cum tota cohorte in apertum mortis discrimen ire iniquo imperio iussus esset. Datum præterea crimini, quod ijdem consules cum nobilibus manu in Tribunos impetum fecissent, per eosque magistratum qui sacrolanctus esset, uiolari contigisset, Tarpeius &

Peroratio.

Concordia uinum.

Consules.

Lex de Auentino.

Consulum fuit uocare Senatium.

Consules.

& Termenius consules damnare aiebant posse consulares uiros, & principes Senatus, legem tamẽ Tribunos ferre non posse. Tum Tribuni, Terentilla legem abiecit: quæ iam consenuerat (Dionysius eam latam existimare uidetur, æstimatamq; per eam multæ summam, binis bobus siue ouibus triginta, & quod nõ solis cõsulibus, ut antea, sed cæteris quoq; magistratibus, aduersus suam potestatem delinquentes punire liceret) cum patribus agunt, ut ueteribus certaminibus positis, si plebeia leges displicerent, ex patribus & plebe creati paterentur, qui leges & ea quæ ad æquandam libertatem attinerent, ciuitati conscriberent. Romilius qui haud multo antea damnatus fuerat, sententiam in senatu dixit, æquissima sibi uideri Tribunorum postulari, habuitq; super ea re popularẽ orationem, quapropter non solũ laudatus est à Tribunis, sed à Siccio & collegis remissa est ei multa, quam homo constanti ingenio à se nihilo secius solutam uoluit, nequid dicendo ambiuisse crederetur. Ita de legibus populo æquandis inter ordines conuenit. Mihi in Græciam, qui præclaras Solonis leges, aliarumq; illustrium ciuitatum mores & instituta cõscriberet. Legati ad hoc ipsum mihi, Sp. Posthumius Albus, & P. Sulpitius Camerinus, & Aulus Manlius. Pro P. apud Dionysium Seruium reperio. Fuitq; reliquum anni tempus ab externis armis, & omni domestica seditione quietu. Sed annus qui secutus est aliquanto quietior, P. Curatio & Sexto Quintilio consulibus. Cæterum duo grandia mala urbem inuasert, fames & pestilentia omnium memoriæ ad id tempus traditarũ maxima, urbs funeribus exhausta, & agri hominum peccorumq; strage penè desolati. Quintilius cõsul mortuus est, cui Sp. Furius est furrogatus, mortuus Augur unus, & tres Tribuni plebis, Flamen unus Quirinalis. Interim legatis ex Græcia reuerfis, Consulibus L. Menenio & P. Siccio noua scribendarum legum cura ciuitatem inuasit. Placuit Decemuiros sine prouocatione creati, nec alium eo anno esse in urbe magistratum, aliquandiu controuersa tenuit, de berent ne ex utroq; ordine legi, an ex patricio tantum, postremo concessum, ut ex patribus duntaxat crearentur. Centuriatis comitijs creati sunt Appius Claudius & T. Genutius, qui fuerant aliquando cõsules designati, P. Sestius, Sp. Posthumius, P. Sulpitius, siue (ut alij habent) Seruius, & Aulus Manlius, qui leges ex Græcia detulerant, T. Romilius, C. Iulius, T. Verurius, & P. Horatius. Sicq; publicæ administrationis ratio à consulibus ad Decemuiros translata est, ut olim à regibus ad Consules. Fuitq; hic annus trecentisimus secundus ab urbe condita, qui primus fuit octogesimæ secundæ Olympiadis, in quæ tempora Anaxagoræ interitum reijcit Cælariensis Eusebius, Ephesij Heracliti studia, & Eisdrae acta, quorum supra meminimus. Fuerunt præter hos ea tempestate illustres, Empedocles Agrigentinus, & Parmenides Eleates Physicæ uterq; disciplinæ sctator. Hic Zenophanis, & ut alij tradunt Anaximandri, ille Anaxagoræ primum, mox & Pythagoræ auiditor. Parmenides primus omnium globosam esse terram dixit, & in medio sitam, duoque elementa, ignem & humum, hunc opificis, illam materiæ ferre uicem. Hominum generationem ex sole ortam, inter animam & mentem nullum esse discrimen. Idem primus animaduertisse fertur luciferum & uesperum eundem esse. Et si alij ad Pythagoram id referunt, fuit & Empedocles medicus & orator, ut Sartyrus scripsit. Varia & miranda de eius interitu traduntur. Hippoborus Ætnam eum conscendisse scripsit, naturam, ut arbitror, loci exploratorem, ac sese in craterem ipsum coniecisse, argumento alterius crepidæ ductus, quam ferream fuisse memoriam proditum est, & in supercilio crateris repertam. Sed Paulianus huic famæ non accedit. Solem igne-

Lex Terentilla.

Solonis leges.

Consules. Pestilentia & fames.

Decemuiros ad conscribendas leges.

Empedocles Agrigentinus. Parmenides Eleates.

am massam dixit, Lunam habere dissimilitudinem. Et ut Pythagoræ discipulum agnoscas se aliquando puellam fuisse affirmabat, arborem, auem, atq; piscem. Fuit his æqualis Zeno Citrius, Stoicæ disciplinæ longe princeps. Duo posuit principia, deum & materiam, unumque deum non plures. Eiusdem illud, non si magnus, eris continuo & bonus: sed si bonus, & magnus quidem. Idem satius labi pedibus quàm lingua. Octauo & nonagesimo ætatis anno, quum forte schola egressus digitum offendet, sibi manum intulit. Fuit & Zeno Eleates Diælecticæ repertor. Is ut Sartyrus in Epitome prodidit, Nearchum tyrannum deijcere adortus, in coniuratione deprehensus, quum quæstioni fuisset adhibitus, omnes tyranni amicos ut coniurationis socios nominauit. Quibus supplicio affectis, à Nearcho interrogatus quæstionem exercente: an plures supplicio afficiendi essent, tu solus, inquit, patriæ pernicius. Simulans inde se uelle quædam secreto dicere, aurem illi dentibus, ut alij dicunt, nasum lacerauit. Mox abscissa sibi dentibus, lingua in eius finem conspuit. Vixere cum his Pherecides Syrus historiæ scriptor. Cratinus & Plato ueteris comediæ autores, Aristarchus Tragicus. Et hi quidem per id tempus, quo Decemuiros leges Romanis scripsere, ingenij laude claruerunt. Incidit duodecimus Artaxerxis annus in hæc tempora, quo ut Iosephus scribit, ille Vasthim uxorem quia ad conuiuium uocata, adesse nolisset, patrio more repudiavit, superducta illi Hestere puella Hebraicæ sanguinis, quam ex Babylone accersitam, inter quadringentas pellices ab initio adamauerat. Erat per id tempus regi charissimus Aman Amalechita genere, interciderat ea gens Hebraicis armis, obtuleratque Amanem secundum se uulgo adorandum. Omnes itaque illum æquẽ ac regem uenerari, uo duntaxat dempto Mardocheo Hesteres auunculo. Is gentili inflicto unum deum adorandum prædicabat, nec ullam Aman, aut mortalium cuiquam uenerationem exhibendam. Erat Mardocheus in Artaxerxis familiaribus, iam inde ex quo Eunucho rum quorundam coniurationem per Hesteren regi detulit. Cæterum magis ualuit Amanis odium recens, Mardochei gratia. In cuius inuidiam multa milia talentorum Aman regi pollicitus, multisque criminibus omnem Hebraicam gentem infectatus, quod contumax hominum esset genus, susperditio sum, cæteris que mortalibus inimicum, facile obtinuit, ut ad omnes prouinciarum præsidēs ab India ad Æthiopiam regis nomine literæ de Iudæorum cæde darentur. Nec latuit edictum regis Mardocheum, qui sacco indutus, squaloreque coopertus regis aulam, nulli tamen exauditus, ambibat. Peruenit auunculi luctus ad Hesteren haud multo post. Quæ quum doloris causam per Eunucho relictisset, ad regem ausa est duabus comitatibus ancillis præuenire, quum capitale esset aliqui siquis eum nisi accersitus adiret. Periculo tamen quod uniuersæ genti instabat commota Hestere, propriæ salutis oblita intempestiue sese obtulit, quam ille uenientem quum parum familiaris uultu procul esset intuitus, confestim illa tam pudore quàm metu confusa, ad eius pedes iacuit inter mortua. Commotus puellæ casu Artaxerxes, humo iacentem subleuat, atque in gremio receptam, iubet bono animo esse: dicebat, si quid esset quod magnopere à se impetratum uelleret: tum puella uix sibi satis reddita, maior est, inquit, rex dolor meus, quàm ut paucis à me uerbis explicari posset, suppliciter oro, ut cum isto Amane uiro clarissimo apud me cras prandere uelis. Annuit ille, seque cum amico ex condicto asuturum est pollicitus. Noste uero quæ media fuit, quod deo credas cordi fuisse, Rex mandat sibi ratiocinarium regio-

Zeno Citrius.

Zeno Eleates.

Constancia exemplum.

Pherecides Syrus.

Cratinus comicus.

Aristarchus tragicus.

Artaxerxis.

Hester.

Hesteres facinus.

rum actuum afferri, ac quum forte alia quaedam requirerent, ecce illud occurrit quo Mardochei indicio rex capitalibus fuerat infidijs seruatus. Tum rex ad dispensatores conuersus: Ecquid fuerit ne Mardocheo cōiurationis indici pro regia benefactia aliquid datum, requirit. Quum nihil præter conuictum illi respondissent, iubet Artaxerxes Amanem ad se per noctem accersiri, ut cum eo cōsultaret, quo potissimum præmio prosequendus is esset, cui salus sua in discrimine curæ fuisset. Aman sententiam dicere iussus censuit (neq; enim cui hominum ea cōsultatio expediret, exploratum habuit) uirum insigni equo sedentem purpura & aureo torque ornatum, per urbem ab uno ex regijs purpuratis circumuehi oportere, qui præcedens clara uoce testaretur, tale decus eos manere, quos Rex publice honoratos uellet. Tum ille, recte ais, inquit, tuq; quo nemo est mihi amicior Mardocheum sub ista pompa quâ propofuisti, ubi primum illuxerit. Susianis conspicuum ostendit. Nihil minus expectatum & quod magis ipsius animam afficeret audire potuit. Amā, quippe qui crucem domi paratam habebat ad Mardochei supplicium. Verum quia regis imperiū detrectare non est ausus, Mardocheum in publicū insigni ornatu protrahit. Ludibrio ille se esse Aman ab initio arbitratus est. Cæterum ubi omnia serio agi animaduertit, audiuitq; Artaxerxis iussu fieri, omni iqualore absterfo bene sperare incipit. Erat tamen nihilo secius de suorum salute uehementer sollicitus. Quanta in Mardocheo læritia erat, tantus in Amane dolor & mœsticia. Qui ita animo affectus quū se domum recepisset, haud multo post per Eunuchum ab Hestere ex condicō ad conuiuium accersitur, tum qui ad eius domum uenerat subitum crucem intuirus, ab domestico seruo sciscitatus, in cuius supplicium id insigne patibulum esset fabricatum: Mardocheum, inquit, herus noster fuit huic cruci affixurus, nisi rex aliter de eo statuisset. Hoc Amanis consilio Hestere instructa, cæterum iussa à rege in conuiuium petere siquid uellet, fidens iam illa suæ est gentis interitum deprecata, inde in Amane inuecta crudeliter eum fecisse testata est, qui gentē pio cultui addictam, nulli nocuam, nulli infestam, in apertum uitæ discrimen conatus esset adducere. Turbatus Artaxerxes Hesteres postulat, in proximos hortos concesserat: interim Aman haud ignarus quantum inuidiæ apud Hesterem sustineret, reginæ insinuat ut eorum quæ in Iudæos molitus erat, ueniam precaretur, uim Hestere inferre parantis potius quam supplicare uolentis, speciem regiterum conclaue subeunt præbuit, confestimq; ob id ad supplicium raptus, cum tota domo extremo est supplicio affectus. Ipse eadem cruce quam Mardocheo parauerat, pependit. Tum rex Amane sublato tempestiuus Hesteres & Mardochei precibus fatigatus, edictum in Iudæos propositum reuocari iussit. Literæ ad prouinciarum præsidēs (nam dies cædi destinatus nondum aderat) ex Hesteres sententia datæ, quæ præter alia multa quibus rex salutem gentis Dinastis, & prouinciarum præsidibus magnopere commendauit, insertum habuere. Nos autem à pessimo mortalium (quum interim de Amane loqueretur) Iudæos neci destinatos in nulla penitus culpa deprehendimus, contra iustis utentes legibus, filios altissimi, maximi semperq; uiuentis dei esse, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & ad hunc diem ab omni offensa seruatum. Quare literas quas ille nostro nomine ad uos dederat, nullum habere pondus scitote. Cætera Iosephus suis est commentarijs completus. Dies qui Iudæorum fuerat neci destinatus, xij. fuit mensis duodecimi, qui ab Hebræis Adar, Distrios à Macedonibus dicebatur. Fuit lux illa iam inde Iudæis in monumentum rei omni tempore ce-

Amanis sententia.

Mardocheus.

Hesteres precibus. Seruantur iudæi Hesteres precibus. Aman crucifigitur.

lebris. Fuit & Artaxerxis edicto cæteris gentibus, sub Persarum imperio tunc agentibus. Iosephus autor est Amanis liberos ab Hestere ad supplicium reuocatos, cuius que iussu cruci affixos, quingentos prætere eorum qui ex confesso Iudæis aduersati fuerant, & in prouincijs supra sex & septuaginta milia à Iudæis cæsa. Præter hæc quæ adhuc scripsimus in Iudæis rebus nihil relatu dignum reperio, usq; ad iunioris Artaxerxis regnum, qui ex huius sorore est natus. Eusebius autor est ad hæc usque tempora Hebraicam historiam ex gentis annalibus sua serie depromptam. Cætera quæ Bibliacis non continentur libris ex Iosepho Aphricano & Machabæorum uolumine ait excerpta. Quod eo mihi uerius uidetur, quia & Iosephus quoque secundum hæc quæ de Hestere prodidit ad magni usque Alexandri tempora in breuissimum caput contrahit historiam. Fuitque talis per id tempus Iudæorum status. Decemuiri qui ad condendas leges Romæ creati fuerant, decimo die ius singuli in orbem dicebant, xij. falces præcedebant eum cuius erat iurisdicō, cæteris singuli accensi, mira in iudicando æquitas, moderatio adhæc tanta, ut quum sine prouocatione creati essent, accidissetque interim ut in domo P. Sestij fuerit cadauer resolsum. C. Iulius Decemuir in re tam atroci quàm manifesta, Sestio collegæ suo diem dixerit, decelsitque ille suo iure, in re cuius ipse alioqui legitimus erat iudex. Qui quantum de ui magistratus abstulit, tantum Rom. populi adiecit libertati, esse in ore omnium id iuris exemplū, nec minus uulgo probatū, quàm si ex oraculo fuerit aliquo depromptum. Summa interim expectatio erat legum, quas Decemuir promulgaturi decem tabulis æneis complexas, in apertum reuolere. Populumq; ad concionem uocatum, quod factū felixq; ciuibus ipsis, Romanoq; nomini esse, ire iubent, singulaq; legum capita per ocium scrutari, se quantum hominum ingenia præstare potuissent, credere satis æquatum ius omnibus. Cæterum plura uniuersam ciuitatē quàm paucos uidere, cognoscere ipsi conferrentq; simul omnia, si qua addenda minuendæ essent, eas demum Popu. Rom. leges habiturum, quas ipse suo suffragio latas uoluisset. Nec ita multis interiectis diebus quum uulgo omnia probarentur, Centuriatis comitijs Decem tabularum leges sunt perlatæ. Inde quum annui imperij exiguum quid temporis ad comitia superesset, uocato super ea re Senatu, placuit quando aliqua etiam desideraretur ad Romani iuris corpus explendum, ut in sequentem annum idem magistratus crearetur. Præter eius potestatis in urbe retinendæ hic fuit, cæterum uidentur mihi patres aliud omnino secuti, quod & Dionysius præclare est suspicatus, ut Tribunitia potestas, si fieri posset, ex urbe in perpetuum tolleretur, magna hominum ambitio sub ipsum comitiorum tempus extitit. Principes ciuitatis sine pudore obuios prehensare, monere, precari, sed omnium maxime Appius Claudius multitudinem ambibat, nec satis discerni poterat, an inter Decemuiros qui comitia habituri erant, an inter candidatos esset, propior interdum petendo magistratū quàm gerendo, patres criminari, inter Duillios & Icilios uiros Tribunitios uoluitabat, per quos plebi insinuabatur. Nec collegæ interim ea clausis oculis spectare, nihil synceri in Appio arbitantes, nemo erat qui tantam comitatem in tam nota superbia gratuitam existimaret, & quod sponte se in ordinem redigeret, non tam magistratu abire prope rantis, q̄ ad eum continuadum uiam quærentis uulgo arbitrabant. Ut perditam igitur in homine ambitionē mollirent, habendorū comitiorum illi munus iniungunt. Dionysius nullo modo eum ausurū fuisse ait in sequentem annum petere, nisi plebs ad id eum hortata esset, ac pene inuitum impulisset. Sed quo

Hebraice historiæ descriptum

Exemplum in Decemuiris.

Leges decem tabularum.

Patrum consilium ad tollendos tribunos.

Appij ambitio

quocunq; studio ad petendum uenit, Decemuir magno omnium consensu primo est loco relatus. Creati inde M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vibulanus, M. Rabuleius, T. Antonius, & tres plebeij, Q. siue ut alij habent, T. Petilius, Cæso Duillius & Sp. Oppius. Appius deposita quam ad id tempus sinxerat persona, alterius anni magistratum auspicatus, idibus Maij mensis sacrificaturus cum collegis foedus percussit, ut in nulla sibi re Decemuir aduersarentur, obtinerentq; perpetuum imperium, neminemq; ad illud admitterent. Quotidie igitur remotis arbitris coibant, ibi prauis Appij consilijs instructi, quæ secreto inter se destinassent in occulto habebant. Rari ad eos aditus patebant, difficiles in sermone, nec in decernendo mitis, aderantq; iam Maiæ idus, is enim dies foennis erat incundis magistratibus, tum quando prius singuli in orbem falces habere consuessent, ingenti liætorum turba, ut singulis xij. apparerent in publicū processere, centum uiginti lictores forum impleuerunt, quo magis infueta res est ciuium oculis oblata, eo formidolosior fuit, magisq; terrificæ. Siquid eiectis regibus Valerius cui Publicolæ fuit postea cognomen, autor extitit, ut sine securibus falces essent consulibus præterquam ad bellum aut in prouinciam profecturis, quum sub regibus uno cum uirgis falce complexæ essent. Cepit metus ingens ciuitatem, deploratamq; uulgo credere libertatem. Decem reges pro uno quæ maiores sui expulsi sibi ortos musitabant. Paulatim terror à patricijs in humiliores uersus. Nam nobilium multi eius cōspirationis ob eā causam, quā alio loco retuli, haud inscij fuere. Connuere itaq; nobilitas illis in plebē seuentibus. In hanc crudeliter libidinoseq; consulebatur, pleriq; interfecti, alij in exilium acti, nec in uiros tantum læuire, sed matronarum etiam pudicitia, uirginibusq; uis intendebatur. Eiusmodi contumelias plæriq; declinantes, in Latinos, & Hernicos cum tota domo migrauerat, & quod maiori terrore acciderat, nō solum omnis prouocatio sublata erat, sed ne intermissio quidem ulla in prouocantis auxilium aderat, ob Decemuirorum consensum, si libera uox cuiq; incidisset, confestim in eius tergum & ceruicem uirgæ & securis expediebantur. Anno per hæc circumactio, plebes proxima comitia optare. Iam enim duæ reliquæ tabulæ conscriptæ dicebatur. Exijt interim opinio sine autore, istum inter Decemuiros foedus, ne comitia in sequentem annū haberent, quin Decemuiratum ipsi obtineret perpetuum, quæ fama eo maiorem intulit terrore, quod nulla interim quum iam tempus appareret, comitiorum mentio fiebat, & iam Decemuir qui Tribunitios uiros (quia id populare habebatur) circa se ab initio ostentauerant, patriciorum iuuenibus septē ius dicebant. Multi partim uirgis, partim securibus cædebant, & ne gratuita esset crudelitas, bonorum direptio damnatorum supplicij sequebatur. Quo fido quæstu nobilium iuuentum corrupta, hi enim Decemuirorum latera stipabant, non solū presentium iniuriæ nō ire obuiam, sed apertè etiam fateri, malle se præsentem paucorum licentiam, quàm omnium libertatē. Præterierat Maiæ idus, nec magistratu ullo surrogato, & Decemuiri patrio iure priuati, cæterum neq; animis neq; insignibus ad magistratum inhibendum imminuti, consueto licetorum strepitu in publicum prodeunt. Oritur interim bellum à Sabinis, facta in Romanum agrum excursionē, fretiq; Romana discordia castra ad Eretum muniunt. Dionysius ad Regillum urbem scribit xviij. milibus passuum ab urbe prope Tyberim sitam. Decemuir inter plebes & patrum odia destituti consilia confertunt, quid fieri oporteat, nec satis adhuc liquebat quid factū opus esset. Magna dubitatio incidērat utrum arma darent inimicæ plebi, an tyrannica fieret

Coniuratio de Decemuirorum.

Terror in Decemuiris.

Populi metus.

Priuati Decemuiri pergunt temp. admistrare.

conscriptio: Patres, an plebes, an neutri fierent futuri delectus autores. In his corū consultatio difficilioribus hærebat, quū diuersa parte nūciatur Equos Tusculano agro foedè populato, castra ad Algidum urbē habere. Tum uero necessitate coacti citare iubent patres in curiam, de ratione duplicis belli consultaturi, haud ignari quanta sibi inuidiæ immineret procella, q̄ sua culpa agri ab hoste per ocium uasta renē. Certo igitur cōsilio resistendi, siquis imperiū sibi abrogare conaret, atq; ad aliorū terrore grauitèr uindictam dicandi, senatum accersunt. Vox præconis patres ad Decemuiros citantis in foro audita admirationē attulit. Desierant illi diu antea Senatū uocare, suo arbitrio omnia administrantes. Gratias hostibus habendas uulgo prædicabant, qui in causa fuissent ut pristinae administrationis uestigium aliquid in urbe resideret. Insignis Senatorū paucitas in curia conspecta turbauit uehementer Decemuiros, sui odio arbitantes eos in curiā nō tenuisse. Dimissi qui domesticatim eos citaret, caperentq; pignora nisi præsto sibi adessent, sciscitarenturq; cōsultō ne publico abstinerent, an maiore aliquo negotio impediti cōuenire nō possent. Verum ubi renunciatū est multo maximam Senatus partem in agris esse, lætius id accipere q̄ si dicti essent imperiū detrectare. Ex agris ergo accersiti ubi frequentes in curiam coiuere, post Appij Claudij relationem patres iussi dicere sententiam, M. Horatius Barbatus, & L. Valerius Publicolæ nepos, filius eius Valerij qui in Capitolio recuperando consul perijt, tumultum excitasse dicuntur, qui petentes ut de rep. liberè liceret dicere, prohibiti à Decemuiris ad populum se prodituros denunciarunt, nunc Tarquinius, nunc seuisimos tyrannos Appium & collegas appellantes, identidem monendo uiderent ne prohibendo Senatores quominus quæ de rep. sentiant libere in curia diceret, experirentur quanto fortior dolor sit in propria libertate uindicanda, q̄ in iniusta dominatione contra libertatis assertores retinenda, de Sabino eos bello referre tanquam non maius domi Po. Ro. bellū sustineret, quod qui æquandi iuris essent creati, nullū non iuris modo, sed ne libertatis quidē reliquissent in ciuitate uestigium. Hæc & alia multo atrociora tunc Horatio nunc Valerio in Decemuiros proclamantibus, cum nec illi interim modum iræ inuenirent, C. Claudius Appij Decemuiri patruus multis precibus eum Appium obtestatus, ut Romanæ libertatis societatis que ciuiliis potius q̄ fœderis cum collegis nefariè icti, uellet esse memor. Multo magis id se ipsius causa q̄ reip. orare. Quippe quæ si à uolentibus nequeat, ab inuitis sit ius suum reperitura. Nemini dubiū esse, inuitis ciuibus uelle dominari, rem tyrannicā esse, ijsdē uolentibus Aristocraticā. Reijceret ergo discrimē cōtinuandi magistratus in discussione populi, ceteriatisq; comitijs experiret, uellet ne populus ita euenire, ut præsentis potestate Appius & eius collegæ diutius fungerent. Nec si qd̄ illicitum foedus cum collegis istum haberet, de eo ui & armis retinendo se teneri arbitraretur, quando seruare sit impium & crudele, quia cōtra patriam, idem uero soluere pium & salubre. Fauere deos iustis cōspirationibus, turpibus & nefarijs iratos esse. Quare tantisper dum liceret erratum corrigeret, fatereturq; siquid deliquisset, quando natura ita comparatum esset, ut confelsis & deprecantibus irati animi facile misereret. Sæpe se Appium ipsum admonere uoluisse, semperq; ab eius ianna ut ignotū & sordidum contumeliose excluderent, cæterum tempus & locū ferre omnia pulchra & utilia loqui, quæ & si sero fortasse dicerent, satius tamen ducere se eorum demum dici ac coram denunciarī q̄ nunq. Summa eius orationis fuit, ut diceret se plura dicturū fuisse, sed satis illa esse, si deus aliquis eius metē in meliora flecteret consilia. Contra si in mala & pernicio-

Bellū duplex oritur Roma.

Accersitur Senatus in curiā

Discordia in curia.

C. Claudij ad monitio.

sa, tam ea quæ dicta essent quam quæ adhuc dici poterant superuacua fore, & inutilia. Adiecit & illud, ex magno certamine magnas iras excitari, horrere se ne ex tam fœda altercatione fœdior sequeretur exitus. Enimvero Appio & cæteris prohibentibus quenquam loqui nisi de eo quod ad præsentem relationem attineret, uideri sibi nullum Senatûconsultum fieri oportere. His Appij uerbis quibus postremo est loco usus, nulli dubium fuit eiusmodi sententia priuatos eos iudicari. Cui facile accedere Quintius Cincinnatus, & T. Quintius Capitolinus, L. Lucretius, atque alij patrum ætate principes & autoritate. Dicta & alia sententia, quæ iubebat patres coire ad procedendum interregem: labenteque iam aperte Decemuirorum causa, L. Cornelius Maluginensis, Cornelij Decemuiri frater, belli curam simulans, hinc patres castigabat, qui alieno tempore sererent discordias, inde Decemuiros admonerat, futurum, ut pacata foris repub. rationem redditi essent, an donec leges quas scripsissent perlatæ forent, interea placere sibi pronunciauit, præsentem belli curam cæteris rebus præuerti, quando non rebus tempora, sed res temporibus seruirent. Quum pars patrum pedibus in eam sententiam iret, Valerius & Horatius ferocius coorti aperte uociferari, nisi liceat sibi libere de repub. dicere, dicturos se ad populum quæ in curia fieri prohiberentur. Contra Appius ferociter minitans satis eis futurum aiebat, nullam nisi de eo quod in consultationem uenisset uocem emittere, in Valerium negantem priuatos senatori obstare posse, quo minus sententiam diceret, iratus listorem misit. Tum illo Quiritium fidem è limine curiæ implorante, L. Cornelius Appium complexus obtestatus est, ut Valerio dicendi potestatem faceret, qua concessa quum ille nullam amplius uocem misisset, Decemuiri propositum tenuere. Dionysius autor est post tumultum Appium satis popularem orationem habuisse, se & collegas noluisse cohibere Senatorum quenquam quo minus libere loquerentur, quæ uellent, sed Valerij & quorundam petulantiam, qui prius ad sententiam dicendam processissent, quam dicere rogati essent. Quod ad magistratus continuationem attineret, paratum se & collegas fore, populo rationem reddere eorum quæ acta essent, quando non in annum eam potestatem accepissent à populo, sed donec omnem constituisent legumlationem. Igitur quæ mente concepissent perrectis, futurum, ut ipse & alij sponte, potestate abituri essent. Multi Senatorij ordinis Tribunitiæ potestatis odio malebant Decemuiros sponte magistratu abire, quam inuidiose ad id deponendum compelli. Haud enim tanto consularis imperij desiderio tenebantur, in quam plebei magistratus quem in fense oderant, abolendi studio & cupiditate. Silentio igitur patrum Decemuiri delectum habuere. Cæterum quia maius propemodum certamen domi quam foris instare uidebatur, Appiû uolento ingenio uirum, & ob id ad urbanos motus comprimendos magis accommodatum, in urbe relinquendum statuere. Bellum in Sabinos gerendû, M. Rabuleius & Q. Petilius cum totidem collegis suscipiunt. Marcus Cornelius cum L. Minutio & Cæione Duillio, & L. Sergio in Algidum aduersus Equos duxit exercitum. Sp. Oppius Claudio ad urbem præsidio obrinendam adiutor datus. Domi foris que res Decemuiris infeliciter cessere, militibus quod ad bellum attinet utrobique fugatis, ipsis ne quid ductu auspicijs uie eorum quos oderant, prospere fieret, ita euenire uolētibus. Fusi Romani exercitus & à Sabinis ad Eretum & in Algidio ab Equis, ab Ereto noctu fugam milites moliti inter Fidenas & Crustumeriam edito loco castra munire, natura loci ualioque magis quam uirtute freti, ab hoste qui fuerat è uestigio secutus se tutabantur, in Algi-

do non solum se uinci acie passi sunt, sed castris etiam exiit Tusculum concessere: fama rei in utraq; prouincia male gestæ tantum ciuitati terrorem attulit, ut patres Decemuiralis odij obliuim urbem attente custodiendam censerent, quique per ætatem at ma ferre possent, frequentes circa muros excubarent, pro portisq; stationes haberent. Supplementum Tusculum mitti placuit, ut inde Decemuiri digressi militem sub dio haberent, qui circa Fidenas erant supplemento ex urbe accepto castra in hosticum promouerent. Ad hanc duplicem cladem duo nefanda scelera à Decemuiris addita, L. Siccio uiro fortissimo in Sabinis interfecto, qui legati nomine in ea castra missus ab Appio fuerat: depugnauerat is prælia centum uiginti, si Dionysius uera prodidit, quum annos quadraginta militasset. Quinque & quadraginta acceperat uulnera, omniaq; aduerso pectore, à tergo nulli, quatuordecim coronis querenis donatus, obfidionalibus tribus, octo castrensiibus, octoginta torquibus aureis, armillis centum sexaginta, duo de uiginti hastis, Phaleris quinque & uiginti, quaru nouem ex prouocatione fuerat adeptus: talis itaque existens quum in urbe prius, inde in castris, quo specie honoris ab Appio non multo prius fuerat missus, ad hoc ipsum ut à collegis quoquo modo tolleretur, colloquia haberet de secessione faciendâ, filiis ne hic fuerit eius Siccij, qui autor fuit primæ secessions in sacrum montem à plebe factæ, haud pro certo ausim affirmare. Nec illum ipsum & si tempora constare possint, fuisse dixerim, quum diuerso hic fuerit prænomine ab illo. Cæterum quisquis fuit is suspectus Appio & collegis speculationis prætextu castris ablegatus, negocio ijs qui cum eo missi sunt occultè dato, centum eos fuisse Dionysius scribit, ut eum opportunò loco adorti obrutarent, peregerunt & illi facinus. Sed acer bellicusq; casibus assuetus, haud inultus periit, quippe qui ubi in se impetum fieri uidit, ex equo desiliens, ualide se tuendo aliquandiu resistit. Postremo quindecim circa se peremptis relorum multitudine obrutus concidit, qui supererat tumultuose in castra nuntians Siccium cum suis in insidiis præcipitatum, eumq; cum quibusdam ab hoste circumuentum perijisse. Credita primo res est, uerum ubi ij, qui ad locum insidiarum missi sunt, ad eos qui ceciderant sepeliendos, Siccium iacentè intuiti, haud quidem ab hoste spoliatum, cæterisq; ex aduerso prostratis hostium neque cadauer ullum neque abuentium uestigia extarent, à suis eum interfectum prædicantes in castra retulere, Romam cadauer relaturi, nisi Decemuiri publica impensa castrensi funere extulissent. Sepultus igitur ingenti militum mœstitia, pessima Decemuirorum in uulgus fama. Alterum ab Appio flagitium Romæ editum, unde maior secutus est motus. Cœperat eum libido plebeie uirginis uitia dæ, erat puellæ pater, L. Verginius qui honestum in his castris ordinem ducebat, quæ Equis circa Algidum fuerant opposita, homo seuerioris uitæ, rectiq; exempli, & qui uxore suis moribus instituta, dabat operam, ut & liberi sanctè instituerent. Desponderat ille filiam, L. Icilio uiro Tribunitio, hanc Appius precio corrumpere adortus, postq; pudore pudicitiaq; omnia uidit suæ libidini occulsa, animû ad nouâ adiecit fraudem, negotio redigendæ in seruitutem puellæ, M. Claudio clieri suo dato quem ab initio monuit, ne ijs in iudicio cederet, qui postularêt sibi ius dari puellæ in libertatè uindicandæ. Persuasum habuit Appius locum sibi, quia abeset pater ad iniuriâ relictu. Claudius alienè libidinis minister puellæ in forum uenienti, ibi enim luditerarû in tabernis erât, manû inijcit, seruæq; suæ filiâ ipsamq; seruâ appellans, se domû sequi iubet. Obstupuit primo puella, inde clamitans nutriticis lateri hærebat, quam cunctatè minaciter ille obiurgat, uiq;

Siccij sedes.

Funeratur in castris Siccij.

Nesarium Appij consilium.

Vis Verginiæ intenditur.

niq; abstrahatur uidebatur. Fit eo concursus ad uocem anus, Quiritum fidem implorantis. Confestim Verginij patris, & sponi Iciliij popularia nomina circuntantis turbæ fauorem puellæ cõciliant. Etiam à uirtuta erat, quæ ille ad eos, qui pro puella stabant, turbato uultu conuersus, iure hic, inquit, Quirites opus est non altercatione, puellam in ius uoco, quæ euntem autoribus ijs qui aderant illa secuta est, ubi ad Appij tribunal uentum est, tum assertor fabulam iudicij non ignotam ex composito peragit, puellam apud se ex serua natam, furtoq; translata inde in Verginij domum, illiq; pro filia à Numitoria coniungete suppositam. Id se manifesto iudicio compertum habere, probaturumq; uel ipso Verginio iudice, ad quem maior pars eius cognitionis attineret, interim æquum esse, ut ancilla dominum sequatur. Contra puellæ aduocati, quando pater reipub. causa abeset, iniquum arbitrari uirginem auxilio patris destitutam periclitari. Postulare igitur ius & potestatem retinendæ puellæ in libertate quoad res cognosceretur, ne si uindiciæ contra libertatem darentur, adulta uirgo prius fama quam libertate periclitaretur. Appius placere sibi patrem accessit pronunciat, interea assertorem iuris sui iacturam facere non oportere, quin eam continuo abduceret, siteretque rursus in aduentum eius, qui pater esse diceretur. Nemo non eorum qui aderant, iniquitatem sensit decreti. Quod legi quam ipse tulerat, haud dubie erat contrarium. Per oportune priuilegium inde abduceretur, P. Numitorius puellæ auuculus, & sponus Icilius superueniunt. Datur ambobus uia in conuerta multitudine ad Appij tribunal, fecitq; suo aduentu spem Icilius iniuriæ resisti posse, recentè adhuc tribunarum spirans. Licetor decreuisse ait Decemuirum, Iciliumq; uociferatè submouet. Tum animus per se ferax iniuriæ atrocitate accensus uocem continere non potuit, ferro hinc ait submouendus sum Appi, ut tacitum feras quod celari optas. Virginem ego hanc mihi nuptam ducturus sum habiturusq; pudicam, conuoca proinde quicquid listorum tibi & collegis appareret, uirgas & secures in me expediri iube, Iciliij sponsa extra patrium limen non manebit. Nec si duo Romanæ libertatis profugia uocacionem, & Tribunitiam potestatem euerteris, est iccirco in coniuges & liberos nostros regnum uestræ libidini datum. Sæuere in tergum & ceruices nostras, pudicitia saltem in tuto sit. Si huic que mihi desponsa est uim afferri uidero, ego fidem Quiritum qui adsunt pro coniuge, Verginius militum pro filia implorabimus. Nec tu decretum istud unquam sine cæde nostra tecum feres. Tu Appi tecum cõsidera quousq; progrediar. Verginius multam Romæ uenerit, ipse de filia uidebit, me quod ad istas uindicias attinet, sponsæ libertatem tueri parantem, citius uita deseret quam fides. Appius quando haud dubium concitata multitudine instabat certamen, enimvero listores Icilium circumstant, haud ultra minas progressus, non sponsam ab Icilio defendi testatus est, sed locum seditioni ab eo queri, uerum se illi omnem discordiæ materiem eodie adempturum, nec tunc dicturum ius, modo sciret Icilius non id sibi dari, sed libertati, & Verginio absentis, qui puellæ pater diceretur. Inde à Claudio coram periit, ut decederet iure suo uindicariq; puellam in posterum diem pateretur. Quod nisi Verginius mature iudicio occurreret, haud sibi constantiam in decernendo defuturam. Puellæ necessarij tã breui tempore ad iniuriam concessio, Verginium ex castris per impigros iuuenes, fratrem Iciliij & Numitorij filium acceperunt. Hi citatis equis in quo discrimine filiæ libertas esset in castra illi nuntiatum abire, plebs suam Icilio operam despondit, quum adhuc freques esset forum, quibus ille obortis lachrymis, pergratum est, inquit, mihi Quirites studiû ue-

Appij decreti

Iciliij sponsæ uocia.

Recens Appij decretum.

strum, cras quæso adesce, tum si opus fuerit, utar ego uestra opera: propinqui pro puella despondentes eam domum reduxerunt. Appius parumper immoratus ne eius rei causa sedisse uideretur, domum se recepit, inde ad collegas scribit ne Verginio darè cõmeatum, quin ne quid in castris moliri possit custodiri iubeat. Ille uero uenia domum abeundi sub primam facem impetrata, auersis itineribus ne retrahi possent multum uic confecerat, quum Appij litteræ sunt in castra delatæ. Vbi igitur Romam uenit prima luce quum frequens ciuitas in iudicij euentum erecta in foro staret, Verginius fordida ueste reorum more amictus, cum filia & aliquot matronis eam comitantibus, magnaque ciuium aduocatione in publicum uenit. Ibi ille singulos circuire, præhenfareq; atq; orare ut sibi pro patria, pro ciuibus assidue in aciem stanti in unice filiæ periculo adessent. Quid sibi quid alijs profuturum, qui circa signa frequentes essent, patriamq; armis tuerentur, si in columi urbe liberi sui ea domi patiantur, quæ ciuitatè uic capta patiendâ essent? Hæc ille concionabundus forum circuibat. Nec multû his diuersa Icilius, muliebres ad id comitatus tacito fletu plus omnino quæ uirilis uox multitudinem mouebat. Conscendit interim Appius tribunal, ibiq; pauca Verginiæ assertore querente, quod pridie per ambitionem sibi ius dictum non esset, iterum prioris diei postulata decurrès: Est, inquit, mihi ancilla paterna, cui prægnanti & familiaritate notæ Numitoria uxor Verginij persuasit, ut infantem cuiuscumq; sexus enixa esset, sibi occulte traderet, seq; abortum emisisse mentiretur, quod cum illa sine pretio, siue gratia fecisset, puellam subditiciam à quinto decimo inde anno apud Verginium pro filia educatam. Verginius non à serua, sed ab ingenua potius fuisse uxorem suâ prolem suscepturam, si ita factio opus fuisset dicere. Nec fœminam sed marem, & quod maiora adhuc essent ueræ stirpis argumenta, plerisque adesse mulieres quæ grauidam per id tempus uidisse Numitoriam suam meminerunt, affuissetq; illi medio puerperio. Et quod omnium maxime indubitabile esset, aluisse eam non nihil suis uberibus puellam, quod euenire nequiuisset, nisi nuper fuisset enixa. Hæc ille, quando uxore defuncta aliud uerius afferri non potuit. Appius uero sua natura parum ualens sensu, præsentiq; potestate amentior factus, tumido animo & impotentibus stimulis amoris exagitatus, nec quæ dicerentur aduertens, nec dicendâ multum considerans, repente interfatus, Ego, inquit, Vergini, & uos Quintes qui adesce, haud nunc primum uti res hæc habeat audio, sed longe antea quam hinc magistratum adijstem, pater Claudij huius, qui maiorum uestigia secutus, quam diu uixit in familiæ nostræ patrocinio mansit, moriens hunc puerum mihi tuendum reliquit, dum igitur sub nostra adhuc tutela esset, iudicio comperi quemadmodum Numitoria Verginij coniunx puellam hanc à Claudij adhuc pueri serua occulte acceptam sibi subdidisset, uerum id negotium me tunc attingere non putauit necessarium, satis fore ratus, ut hic postquam per ætatem adoluisset ipse suo in hacre arbitrio ueretur, abducere ne ancillam uellet suam, an altoribus, uel pretio uel gratia condonare. Nunc nihil minus, quam rei eius procuranti Claudius ipse puellam ad Tribunal statuere, sibi iudicio compertum dicès, hanc ex domestica serua natam. Ego nequid temere fecisse uiderer, expectandum duxi tantisper dum res inter ipsos aliquo modo componeretur. Cæterum quia nihil, ut uideo, illis conuenit, testor ego & decerno Claudium esse puellæ dominum, fuitq; tale Appij Decemuiri decretum, si Dionysius uerus est autor. Liuius quale fuerit uelut uarie traditum, non posuit. Post decretum submoueri turbam iubet Appius, minaciter denunciâs, expedire ijs quorum

Verginij reditus ad urbem. Preces Verginij ex Iciliij.

Claudij mendacium.

Verginij desensio.

Flagitiosa caelum.

Appij decreti ferrox Appij denunciatio.

Cornelij Maluginensis sententia.

Appij ex collegarum purgatio

Decemuir delectum habent. Decemuir belu inter se parantur.

Ro. in utraque prouincia uincuntur.

rum res illa nihil intererat: aut domum abire, aut patrum forum reddere. Conuersusq; ad Claudium, tu inquit tutus, uel per mediam concionem mancipium abducito, secures duodecim ne quam uim reformides erunt tibi comites. Fletus & comploratio ingens ad tam crudelem uocem exorta est. Multi sibi pectora, & frontem pulsabant præ nimio dolore, stupore alij metuq; defixi uestigio hærebant. Tum Verginius in tanto malo desitutus, consilium inijt, sibi quidem ærumposum, sed præclarum alioqui, & forti uiro dignum, ad Appium mitiore uultu cõuerfus, ignosce, inquit, precor Appi, si patrio dolori indulgens intemperantius aliquid dixi, ac finas quæso priusquam puella abducatur, me eam alloqui, ut solus cum sola congressus aliquid dicam aut audia, quod & meum & illius dolorē leniat. Lilius quasi nutricem percontaturus secretum petijisse Verginium scribit. Data ab Appio uenia, seducit ille filiã ad tabernas, quibus postea Nouis nomen fuit. Ibi puellam paterno affectu cõplexam lachrymis perfundens, sortemq; cum miseri patris, tum filiaë questus, supremo osculo complexuq; à se solutam arrepto ex Lanonia mensa cultro, hoc uno, inquit, quo possum modo, filia te in libertatem uindico, ferruq; deinde per puellæ pectus exegit. Conuersusque ad Appium, te, inquit, Appi, tuumq; caput hoc cruce consecro. Clamore ad rem tam atrocem exorto, excussus folio Appius Verginium capi iubet, ille ferro sibi uiam faciens iuuenum multitudine stipatus ad portas contendit, ibiq; equo ad id parato, cum Iciliij fratre, & Numitorio iuvene, à quibus fuerat prioridie accessus irrequieto cursu abiit in castra, quo aparet Verginium ab initio habuisse in animo id agere, si per Appij inclementiam non licuisset filiam in libertate retinere. Icilius & Numitorius Verginię corpus sublatum circumfusæ multitudini ostentat, Appij iniuriam, infelicem puellæ sortem, patris necessitatem deplorant, exaudiri etiam matronarum quæ puellam in forum comitatæ fuerant, miserabiles querelæ, quod tam iniqua conditio procreandum liberorum esset, tam indigna muliebris pudicitiaë præmia: sed Iciliij uox plena Tribunitiaë potestatis erat, patriæq; libertatis memor. Appius Icilium arripit iuber. Cæterum quum licitoribus uia ad eum non daretur, per confertam multitudinem ipse furens, ad eum capiendum ire pergit. Erant circa Icilium Horatius & Valerius, qui audito Verginiæ casu spe eorum, quæsecuta sunt, in forum tanquam ad signum aliquod bellicum deuolarunt. Hi repulis licitoribus priuatum Appium esse distabant, non oportere inuitum ciuem priuati dicto obedientem esse. Tum ibi Icilio dimisso, Valerium & Horatium Decemuirum iussu lictores inuadunt. Atrox rixa oritur. Frangitur à multitudine fasces. Appius in Vulcani templum compulsus, populum ad concionem uocabat. Erat id templum in parte Romani fori, eo Valerius & Horatius intrepide decurrunt. Ibi cum rota concio populares uiros audiret, Decemuiro fari uolenti obstreperet, Appius propria salutis sollicitus, in propinquam domum, obuoluto capite, sese recepit. Dionysius, quod non multum diuersum est, in diuersam fori partem Valerium & Horatium totam secum concionem traxisse ait, ueritatisq; Appium multitudinis consensum, ex publico cessisse. Oppius, ut collegæ auxilio esset, in forum tumultuose irrupit. Verum ubi fractum imperium uidit, trepidus patres in curiam uocari iubet. Ibi spe si niendæ potestatis per senatum facta: seditio compressa est. Misi in castra nunciij, quæ in Vecilio monte erant, ex patricio ordine iuniores, qui mature Decemuiros monerent, ut à militari seditione castra cuitodirent, in quibus Verginię accessus iam omnia turbauerat, ille ubi eo uenit, mœsto uultu cruentum habens cultrum, quo filiam transfixerat, mœsticiam

Verginius filiam cultro transfigit.

Verginię reditus in castra.

Valerij & Horatii in decemuiros motus.

Appij fuga.

& lachrymas uiri, habitumq; insuetum mirati, qui eum transeuntem uiderant, partim sciscitandi studio, quid nouæ rei accidisset, partim ab eo uocati è uestigio in concionem secuti sunt, tum ibi ille lachrymans, quid actum Romę esset, ordine exponit, multa de Appij in se crudelitate questus, deq; eius in filiam libidine, percurrit inde exilia, rapinas, cædes, & alia infanda Decemuiratus in miseros ciues flagitia. Quæ quo feodiura essent, eo maiori ope milites niti oportere, ne diutius ea uelut uenalia mancipia paterentur, postremo eo flexit orationis impetum, ut diceret rem indignam fieri pro gloria & imperio, Romanam iuuenturem foris dimicare, domi decem priuatis hominibus turpiter seruire. Exegisse patres suos ex urbe Roma Tarquinius, quia filij iuuenis libido in Lucretiam immoderatio fuerat, at non satis ijs qui regnum furati essent, lasciuire in libera corpora, nisi in seruitutem quoq; redigerent. Nec petere se, ut suam iniuriam ultum irent, quam etsi parum humanè, fortiter tamen ipse per se esset ultus. Nec se domi habere amplius, quod tali esset periculo obnoxium, ipsi uxoribus liberisq; suis prospicerent, quam quam si non aliud ad nefariam tyrannidem tollendam animos incitaret, libertatem tanti sibi uideri, ut si ij essent, qui uideri uellent, digniq; suis maioribus, tum quum arma in manibus essent, eam ui repererent, ab ijs qui neq; modum, neq; mensuram suæ dominantis libidini facerent consensu opus esse: consilium & uires se uindicare uolentibus non defuturas. Hæc Verginio dicenti, à circumfusa multitudine succlamatum, nec illius dolori, nec suę libertati se defuturos, & iam superuenerant, qui ex urbe nunciabant, Appium penè disceptum à multitudine, ex urbe in exilium abiisse, quo nuncio multitudine ferocior facta, ad defectionem aperte inclinabat. Tentantur per noctem Decemuirum Verginium in prætorium accersitum in uincula conijcere, statimq; ad seditionem opprimendam in hostes mouere. Centuriones qui circa illum ob id ipsum credo ne uiolaretur, pernoctarunt, haud ire permiserunt. Vbi uero illuxit paululum inter milites ad dubitatum, an sacra signa reuellerent, saluaq; religione duces, in quorum uerba iurassent, liceret deserere. Sed Verginio demonstrante Decemuiros post annum tempus priuatos fuisse, nullaq; lege comparatum, ut qui priuati forent quempiam sacramento adigerent, discusso metu confestim reuellerent, Decemuiris alijs alio occurrantibus, blandeq; appellantis singulos, nullo respõso reddito, castris profecti, Romam uersus iter intendunt, tacitoq; agmine urbem ingressi Auentinum occupant. Hic sine cuiusquã iniuria tenetes, plebem ad repetendam libertatem inuitant. Appius sibi sui sceleris conscius domi se tenebat. Sp. Oppius ubi legiones pacatè Auentinum infedere, senatum in curiam uocauit, ibi uariæ sententiæ in utranq; partem dictæ, nam non deerant qui in desertores ultimam pœnam statuerent. Sed rectius consulentes tres legatos ad exercitum decernunt, qui à multitudine quærerent, cuius iussu signa deseruissent, aut quid sibi uolentes, auerso ab hostibus bello, patriam obsedissent. Tres consulares missi, C. Iulius, P. Sulpitius, Sp. Tarpeius, quibus quia non tam deerat, quid responderi posset, quam qui respondere uellet, se præcipuè inuidia offerere nemine, tantum succlamatum est, ut L. Valerius & M. Horatius ad se mitterentur. His se daturis responsum. Dimissis legatis admonet Verginius, aliquo capite opus esse enim uero in re parua paulo ante hęc fitatum dicebat, quid in maiori negotio esset futurum: Placere sibi Decemuiros creati qui summæ rei præessent, militariq; honore Tribunos militum appellari. Assensum est ab omnibus Verginio. Cæterum quum talis honor ei in primis deferretur. Vestris, inquit, meisq; melioribus rebus, ista de me iudicia com-

Verginię cõs ad milites.

Peroratio.

Milites decemuiros deserunt.

Auentinum occupant.

Decem tribuni à militibus creantur. commilitones reseruate, acerbus filiaë casus haud patitur quicquam mihi hoc tempore iucundum esse. Nec uobis expedit in hac re ueritatis perturbacione ducere habere, qui proximus sit inuidia, si quis usus mei est, capietur is nihilominus ex me priuato. Tum uero x. Tribuni creati. Nec qui in Sabinis erant, duce Icilio qui eo se cõtulerat, minus sunt interea tumultuati, in quibus castris ille non minores motus exciuerat, quam Verginius in altero exercitu. Idem igitur ubi audiuit quæ in Auentino acta essent, autor suis exiit, ut & ipsi priusquam copia iungerentur, x. Tribunos crearent, nec ita multo post, hæc quoq; legiones in Auentinum uenere. Duobus ibi exercitiibus iunctis, datum. xx. Tribunos negotium, ut ex suo numero duos crearent, qui totius rei summæ præessent. M. Oppius & Sextus Manilius creati. Patres interea, quum de summa rerum solliciti essent, quotidie in curiam, tempusque magis altercationibus tererent quam decretis, patrum plerisq; Appij libidinem, cædem Sicij, dedecora militiæ Decemuiris exprobrantibus, censentibusque Valerium & Horatium in Auentinum mittendos, illis se futuros negantibus, nisi Decemuirum potestate abiissent, Decemuiris querentibus se in ordinem redigi, priusquam leges, quarum causa creati essent, perferrent. Qui in Auentino erant per M. Duillium, qui Tribunus plebis fuerat, certiores facti irrisit altercationibus tenatum quotidie transigi, eoq; affirmante non prius patres animum ad rem pub. pacandam aduersuros, quam urbem desertam uiderent, continuo ex Auentino Nomentana uia profecti, in sacro monte castra locauere, suorum patrum modestiam imitanti, qui ueteri secessione haud cuiquam iniurij fuissent. Secuta cætera plebs exercitum, nemo qui per ætatem ire poterat retretrans. Secuta coniuges, liberiq; miserabiliter querentes, cui miser relinquerentur in ea urbe in qua neq; pudicitia cuiusq; neq; libertas tuta esset. Reddidit frequens secessio urbe insigni uasitate desolatam. Nemo in foro erat præter paucos seniores. Horatius & Valerius in curia clamitantes: Ecquid ultra expectatis patres consciri pti aiebant, an nisi Decemuirum sua sponte cesserint, passuri essis omnia huius urbis ruere, & ad excidium perduci? Vbi autem est istud imperium Decemuirum, quod amplexum teneris, an parietibus urbis iura dicturi estis? Non pudet maiorem propemodum licitorum numerum quam togatorum, in foro conspici? quid quæso facturi sitis, si hostis ad urbem ueniat? aut si plebs rata se uobis ludibrio esse, armis sua iura reperat? occasu ne urbis hoc finituri estis imperium? Atqui aut plebs tollenda est, aut Tribuni plebis habendi. Citius nos patricijs magistratibus carituri sumus, quam plebs suis. Nec mirum si ipsi sunt magistratus tam cupidi, nos in causa sumus, qui imperijs temperare nequimus, quo minus illi auxiliij egeant. Quum hæc magno senatus assensu in curia iactarentur, Decemuirum pronunciant se in patrum potestate futuros. Illud orant ut sibi ab irata plebe caueretur, ne suo sanguine patriciorum supplicij afflueret. Tum Valerius & Horatius in sacrum montem missi ad plebem, quibus eis uideretur conditionibus reuocandam, tantum iussi ab ira multitudinis ut Decemuiris præcauerent. Magna ambo lætitia sunt in castra accepti. Nam hi omnium soli Decemuiris pro plebe aduersa inuidia ab initio restiterant, ob idq; uenientibus gratia acta. Quærentibus legatis ecquænam essent plebis postulata, Icilius publicis actionibus ob Tribunatum antea gestum affuerat, pro uniuersa multitudine iussus est uerba facere. Summa eorum quæ perebantur, hæc fuit: ut Tribunitia potestas & prouocatio quæ ante Decemuiros creatos fuerat, plebi restitueretur, ut nulli præterea fraudi esset, quod milites iniussu ducum castris abscisissent, conspirassentq; ad repeten-

Secedunt legiones in montem sacrum.

Decemuirum in ordinem rediguntur.

Plebs postulata.

dam libertatem. Postremo, ut Decemuirum sibi ad supplicium dederetur, quos uiuos seigni imposituros minabatur. Quod ad Tribunos & prouocacionem spectat, æqua (inquiunt legatis) postularis Quiritibus, & quæ ultro deferenda fuerint, etiam non petentibus, libertati enim præsidia petitis, sed quam hoc mirè & moderatum, tam atrox postulatam illud de Decemuiris fuit. Cæterum ueltrae iræ ignoscendum magis, quam indulgendum ducimus. Quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis, ac pene priusquam in pristinam libertatē restituti sitis, superbe & imperiose seuire uultis. Verumenim uero, si odio & uindictæ studeatur, à supplicij Romana ciuitas quiescet nunquam, nunc patribus in plebe se uenientibus, nunc in patres plebe. Sed nunc uobis Quiritibus scuto magis opus est, quam gladio. Satis quod ad Decemuiros attinet humiliatur, qui in ordinem redactus æquo iure in ciuitate uiuit. Quum magistratibus uestris & legibus recuperatis, penes uos erunt iudicia, de capite & fortunis cuiusq; ut quæq; causa erit, statueris, nunc restituta libertas satis uideri debet. Permissum legatis est, ut agerent quæ uellent, qui Romam reuerfi in curia exponunt, quæ à plebe peterentur, tunc cæteris Decemuiris quum præter opinionem nulla sui supplicij fieret mentio, potestate abire nihil abnuentibus. Appius qui præcipua inter alios flagrabat inuidia, quantum mihi & collegis imminet mali, tam aperte uideo, inquit, quam ea quæ oculis uidentur, tam diu aduersus nos certamen differretur, donec arma aduersarijs traduntur, sed quicquid est euenturum, id euenire necesse est: dandum est inuidiaë sanguis, quod & si futurum uideo, nihil tamen moror, quin magistratu abeam. Factum senatusconsultum, ut Decemuirum primo quoque tempore potestate abirent, nec fraudi esset cuiquam militum plebis secessio. Nec ita multo post dimisso senatu, Decemuirum prodeunt in concionem, seq; abdicant magistratu, ingenti læticia populi. Plurimi ciuium concordia ciuitatis læti legatos id nunciantes in castra comitati sunt, ubi mutua gratulationes & magnæ fuere, quod libertas & concordia ciuibus restituta esset. Ibi legatis pro concione, quod bonum factum & felix ipsis & reip. esset, transire inde multitudinem in Auentinum iubent, illicque Tribunos creare, affuturum ibi præsto Pontificem Maximum, qui felici loco, & ubi initia libertatis inchoata essent, comitia haberet. Assensu unâ omnes, mira alacritate signa conuellunt, urbemq; ingressi longo agmine in Auentinum uenere. Ibi pontifice comitia habente Aulum Verginium, L. Icilium, P. Numitorium Verginiæ auunculum, C. Scinnum, M. Duillium, C. Aponium, M. Titinium, Ap. Iulium, M. Pomponium, & C. Oppium Tribunos creant. Quorum magistratu inuito, L. Icilius plebem rogauit, & plebs rogata iussit, ut nulli fraudi esset secessio per eos dies facta. M. Duillius & ipse rogationem tulit de consulibus creandis, à quibus prouocatio esset, ut antea, ad populum. In pratis Flaminijs ea omnia acta, postea circo Flaminio loco nomen mansit. Per interregem inde creati consules, L. Valerius & M. Horatius, qui consulatum iniuere. Horum prima actio popularis, nec sine offensa patrum fuit, legem Centuriatis comitijs tulere, ut quod plebs iussisset, uniuersus populus teneretur, quasi ad id tempus parum liqueret, tenerentur ne patres plebiscitis, quæ lege acerrimum est telum Tribunitijs rogationibus datum. Altera lege sanxerunt, ut qui Tribunis plebis, ædilibus, iudicibus non cõfisset, eius caput Ioui esset sacrum, familia ad ædem Cereris liberi liberæc; uenderentur. Dubitatum est consulibus quoque & prætoribus, qui eisdem auspicijs quibus consules crearentur, cautum ea lege esset, nec ne. Iudicem consulem appellari interpretabatur quidam: siquidem consulere idem olim fuit, quod & iudicare. Quæ facta

Legatorum uerba ad exercitiu.

Decemuirum ab eunt magistratu.

Legiones Auentinum repetunt.

Consules. Leges plures.

nè interpretatio, ideo non uulgo probata est, quia consul, ut Lilius scribit, ea tempestate prætor est appellatus, non iudex, M. Duilius Tribunus plebem inde rogauit, atque id ipsum plebs sciuit, ut capitale esset huic qui plebè sine Tribunis reliquisset, quiq; magistratum sine prouocatione creasset. His rogationibus legibusque ut inuitis, ita non aduersantibus patricijs, plebe aduersus omnem nobilium iniuriam munita, Tribuni tutum maturumque rati, Appium & collegas in iudicium rapere. Verginius primus diem Appio Claudio dixit, qui nobilium caetera stipatus quum in forum uenisset, redintegrata est statim inuila potestatis memoria. Tum Verginius, Oratio, inquit, rebus dubijs Quirites inuenta est, nunc crimen quod Appio obijcitur, nullo indiget uerborum apparatu. Omnia tibi Appi quæ impie nefarieque per biennium gessisti, sponte remitto, ab uno nisi te crimine uindices, quod contra leges, quas tu ipse tulisti, in iudicio filia meæ à seruitute contra libertatem uindicias dederis, in uincula duci te iubeo. Hic flagitij conuictus Appius Tribunos appellat, & si nullam in eorum auxilio spem repositam habebat: nullo itaque moram faciente, arreptus à uiatore, prouoco, inquit, ad populum, caeterum uox libertatis ex eius ore audita, qui contra libertatem ipsam illis ipsis diebus uindicias dederat, mouit neminem. Implorabat nihilo secius Appius fidem populi Romani maiorum merita domi militiæque memorans, suum infelix in coguandis Po. Rom. legibus studium, quibus manentibus contra illarum præscriptum in carcerem truderetur. Posce te ut iudicium populi Romani liceret experiri, nõ ita inuidiam se extrinsecere, ut in clementia & æquitate suorum ciuium nihil spei repositum haberet. Quod si causa nondum dicta in uincula raperetur, iterum se Tribunos appellare monereque, ne quos mores oderint, imitentur, quod si Tribuni conspiratione inter se inita appellati, auxilio esse nollent, ad populum se prouocare, legesque de prouocatione nuper latas implorare. Cui plebeio & humili præsidium in legibus fore si Appio non adsit? se caeteris documento futurum, utrum dominatio an libertas sit nouis legibus firmata, an inani literarum notatione prouocatio aduersus magistratum iniuriam ostentata. Et hæc ille. Contra Verginius Appij scelerata in Romanam plebem ordine decurrens, infandum filia iudicium ante oculos ciuium ponere, quæ ex amplexu patris raptam Claudio cubiculi sui ministro condonasset, armaissetque patris dexteram, quia aliter occurrere iniuriæ nõ potuit, in filiam ipsam uirginis & auunculum magis interpellato stupro, quam cæde motus in carcerem duci iusserit, quem ipse Romanæ plebis domicilium appellare esset solitus. Prouocaret deinde iterum ac sapius, quod ipse totidem ac sapius iudicem ei daret, quod contra libertatem à seruitute uindicias dedisset. Per hæc Appius non sine magno animorũ motu, ob uiri celebritatem, in carcerem coniectus est, ita ut sua plebi libertas iam nimia uideretur. Interea ab Hernicis & Latinis legati Romam uenere, publicè gratulatum, quod plebs cum patribus in gratiam redijisset, tuleruntque eo nomine in Capitolium coronam Ioui auream dono. Ex eisdem cognitum Volscos & Equos studio bellum instruere, iam & Sabini quoque in armis erant. Iussi itaque consules inter se prouincias fortiri. Horatio Sabini sorte obrigerunt, Volsci & Equi Valerio. Nullus unquam delectus in urbe tam uoluntarius fuit. Enimvero haud inuiores tantum, ut moris erat, sed emeriti quoque ultro in utriusque consulis gratiam nomina dedere. Appius priusquam dies iudicij adesset, omni auxiliij spe præcisa, sibi mortem consciciuit. Plerique opinati sunt Tribunos iustum eum in carcere laqueo necatum, Secundum Appij interitum

Verginius die Appio dicit.

Appij prouocatio ad populum.

Conijcitur Appius in carcerem.

Appius se interfecit.

Sp. Oppius à P. Numitorio est reus factus. Crimini datum, quod in urbe fuisset dum uindiciæ iniustæ à collega dicerentur, nec præsentis iniuriæ isser obuiam. Plus tamen facta iniuria quam non prohibita reo obfuit, testis affuit qui septem & uiginti fecerat stipendia, octiesque extra ordinem donatus militariibus donis, in conspectu populi stetit, inde ueste scissa tergum uirgis lacerum ostendit, nullum recusare supplicium distitans, si reus ipse causam afferre posset, cur Romanum ciuem ea iniuria affecerit. Oppius & ipse in uincula ductus, ante iudicij diem uita decessit. Claudij Oppijque bona in publicum redacta. Horum exemplo territi collegæ ultro exilij causa solum uerterunt. Bona ipsorum publicata. M. Claudius assertor Verginiæ damnatus, ultimam Verginio remittente penam, Tybur in exilium abiit. Tot illustrium uirorum supplicia metum patribus ingentem iniecerunt. Eratque iam Tribunitium nomen illis non minus formidolosum, quam nuper plebi decemuirale fuerat, quum M. Duilius nec diem dici cuiquam, nec quenquam eo anno amplius in carcerem duci se passurum pronunciauit. Ea Tribuni moderatio metum patribus dempsit, eademque consulum inuidiam auxit, quod prius penarum satietas inimicos cepisset, quam consules, nec patricijs magistratus eorum licentiæ uisisset obuiam. Et reipublicæ statum in hunc modum placari contigit. Valerius consul ad bellum profectus in Algidio Equos & Volscos exercitibus iunctis castra habentes inuenit. Nisi Romanus à principio pugna abstinuisset, periculum fuit, ne prælio succumberet, quum multo plures hostes essent, & in Romanos ea nouitate temporum infelicibusque Decemuirorum expeditionibus fortiores facti. Metatus igitur Valerius mille passus ab hoste, quum Equi Volscique in conspectu stantes, pugnae copiam fecissent, consulto pugna abstinuit, nec quum multa ab hoste iacerentur in Romanos probra, ulla est à castris uox reddita. Mox ubi ex utroque genere hostium maiorem partem prædarum missam Valerius sensit, ad eorum uallum progressus, parem illis terrorem reddidit, instructaque acie hostem ad pugnam prouocauit, qui in castris erant absentium uirum conscientia dimicare non sunt ausi, creuitque ex ea re Romanis animus. Verum quum per totum diem in acie steterissent, nocti demum cessere. Qui inter diu obfessi fuerant, trepidissimis nuncijs undique prædatores ad signa reuocant. Recursum igitur ex proximis locis in castra, qui longius abierant inueniri nõ potuerunt. Vbi postero die illuxit, Valerius copijs in procinctu stantibus sese hosti ostentat, ubi uero nihil inde moueri uidit, signa uallo inferri iubet. Hostes indignitate rei commoti, quod duo nuper uictores exercitus, à uictis oppugnarentur, plusque in uallo spei, quam in uirtute & armis reponerent, & ipsi accepto à ducibus signo, in apertum euadere nituntur. Valerius, priusquam integra illis acies constaret, signa intulit, sicque nondum omnes castris egressos adortus facile turbauit. Cessere itaque ad primum clamorem, nondum explicitis ordinibus. Increpabant suorum ignauiam duces, Algidensisque uictoriae admonerant, & quod illis ipsis diebus Romanum quem fugerent, intra uallum obsessum, ad pugnam elicere nequiuissent. Huiusmodi castigatione redintegrata pugna, consul diuersa parte uictos suos memores esse, illo primum die Romanum militem liberum, pro libera patria pugnare. Sibi tamen demum uincere, non Decemuiris, non Appio duce, sed Valerio consule dimicari, ostenderent per duces non per militem stetit, quod eodem anno nõ esset, ut sæpe aliàs, feliciter in Equos & Volscos pugnatum. Non ab Appio & collegis seruitutem intentari, sed ab multis milibus hostium, quibus uiincerentur, multo maiore indignitate, quam illis

Oppij iustus.

Consul pugna abstinet.

Pugnatur in Equos.

Instruuntur pugna.

Equi in fugam uertuntur.

Horatij uerba ad milites.

Victoria Romanorum.

seruiendum esset. His ille hortationibus inter pedites ulsus, celeri inde cursu ad equites deuectus, agere iuuenes, inquit, & ut ordine & dignitate, ita uirtute quoque peditem præstare. Fudit pedes hostem primo congressu, uos fufum tota planicie agite, & nuncilli magis cunctantur quod resistunt, concitatus eques quum potentia, tum tempeftiua hortatione, in hostem iam pedestri pugna turbatum, effuso equorum cursu inuehitur, à fronte à lateribus inuecti partem longè maximam fuga auertunt, ceteri in castra sunt compulsi, quos Romanus oppugnare adortus, paruo negotio, cum ipsis castris in potestatem redigit. Prospera huius pugnae fama, non Romanam solum, sed in Sabiniam quoque ad exercitum perlata, uehementer militum animos ad extremum accendit certamen, quippe qui iam antea ab hoste lacesiti, uel quia numero pauciores essent, aut recentissimæ cladis memoria territi, ad eam diem confugere nõ fuerant ausi, iidem ultro ab duce signum deposcunt, queruntur præterea quod sine prælio tempus tereretur. Horatius ubi militem sua sponte satis ad pugnam incitatum uidit, concione aduocata, militem ad uictoriam per paucos hortatur. Sermonis quem ad exercitum habuit summa hæc fuit, ut compertum se habere præfatus sit Valerium collegam feliciter ad Algidum pugnae, fuisse ad eum ibi exercitum Romanum, qualem esse oportuit, quod ad futuram pugnam attineret, tale se consilium habiturum, talem animum testatus est, quum milites fecissent. Cernere se iuxta bellum saluare trahi, idem & mature posse perfici. Quod tamen animi haberent ad pugnam, decernique placere, iam ore id sibi significarent, eum in dicem uoluntatis uirtutis que militum habiturum. Ingens est clamor secutus, idem que alacritatis plenus. Tum ille, Ite, inquit, uiri fortes, armaque & corpora curate, crastina luce, quod uobis Populoque Romano bene uentat, prælium cum hoste decreturi. Postero die ubi Romana acies stetit, pugnae instructa, nullam in fine dimicandi moram fecere. Fuit prælium quale inter duos exercitus fiduciae plenus esse oportuit, hanc perpetua gloria, illum recenti successu elatum. Sabini nouo stratagemate uires iuuare sunt conati, qui duo milia post subsidia extra ordinem habebant, ut medio certamine in sinistram Romanorum cornu impetum facerent, qua imprefione haud mediocriter Romana est acies impulsa. Fecisset & fugam, nisi duarum legionum equites, ad terram deficientes fortunarum propemodum inclinatum, sua uirtute erexissent, Pedites equitum opera prælio restituti, non solum quem o miserant locum recipiunt, sed hostem quoque egregie fundunt, fugantque. Tum receptis equis in alterum cornu inchoatæ uictoriae nuncijs equites deuolant, simul & in pauidi hostem impetum faciunt, nullorum uirtus magis eo prælio enituit. Inuit uictoriam & consulis præsentia qui laudator uirtutis omnium signioris que pugnae castigatorem aderat. Redintegrato itaque clamore, undique Horatiani connixi, hostem auertunt, nec deinceps Romana uirtus sustineri potuit amplius. Sabini late fusi, castra ad prædam Romano reliquere. Duplici uictoria parta malignè patres in unum diem supplicationem decreuere. Populus sua sponte alteri diem adiecit. Quo aliquanto frequentius est circa templa supplicatum. Consules ad urbem reuersi, quum in campum Martium senatui uocassent, ut de rebus à se in prouincia gestis differerent, malignè quidam patrum interpretati, ad terrorem id fieri querebantur, ut senatus castrensis armis septus, metu cogeretur quæ ipsi uellent decernere, quam calumniam consules discussuri, in prata Flaminia senatum auocauerunt, ab Apollinis æde Apollinari fuit loco nomen. Quibus quum à patribus triumphus negaretur, Icilius Tribunus plebis

ad populum tulit, de amborum consulum triumpho. Omnes Centuriæ illis honorem decreuere. Ac tum primum sine patrum autoritate populi iussu est Romæ triumphatum, quum ad id tempus senatus non populi id iudicij fuisset. Consules sequenti anno creati, Sp. Herminius, & T. Verginius Celimontanus. Hoc anno ocium domi foris que fuit. Secuti consules, M. Geganius Macrinus, & C. Iulius. Turbassent Tribunos in seftationes aduersus nobilium iuuentutem ciuitatis statum, nisi Equici Volsci que belli fama imminente discordiæ interuenisset. Quiescenti plebi ab iunioribus patrum iniuriæ fieri cœperant, tanquam aut facere iniuriam, aut pati semper necesse esset. Tribuni & ipsi, in ea altercatione pene uiolati. Sed circa maiorem offensam, omnis contentio ad id tempus stetit. T. Quintius Capitolinus, & Aulus Furius per hæc consularum inuere. Etiam in horas seditio domestica glifcebat, ad cuius eruptione speciem, uelut ad clausicum quoddam Equi & Volsci exciti arma capiunt, Latinumque & Romanum agrum prædati, ad portas usque urbis tumultuose sunt progressi. Vnde multam post se prædam agentes, Corbionem retro à nullo lacesiti abierunt. Tum Quintius in concionem egressus, multa de præsentis ciuitatis statu, suaque fortuna quaestus, quod se quartum consule, ordinem discordia ira accidisset, ut Equi Volsci que qui toties à Romanis uicti, castrisque exuti essent, ad moenia usque urbis impune uenissent. Inde ad turbam conuersus, ipsius plebis inconstantiam feruensima oratione increpuit. Quod omnia desideria ab initio ad id tempus indulgentia patrum adepti, seditionibus & discordijs ut si quando impensissime studeret, & dum Tribunitias conciones per ocium celebraret, suos sociorumque agros contumeliose uastari pateretur, maiores suos sub claris ducibus militantes imperio & fortuna auctos, præda & spolijs onustos domum reuerti solitos. Contra sita tempeftate populo Romano Tribunitijs actionibus dedito, pro expeditionibus secessus, pro prælijs forentes altercationes cordi esse, sitque ob eam rem factum, ut quantum olim terrori Rom. nomen hostibus fuisset, tantum tum demum contemptui ludibrioque esset. Postremo ita perorauit, ut diceret se non ignorare multo gratiora auditu dici potuissent, sed maluisse se uera gratis proponere, ad quod quum ingenium ipsum, tum natura coëgisset, satis cupere se suis ciuibus placere, sed multo magis ea loqui, quæ iidem illis etiam profutura essent, si animo in se minus beneuolo futuri essent. Inde in Tribunos & in eos qui multitudinem à concordia alienarent, oblique inuectus, hortatus plebem est ad sumenda arma, uictoriam haud dubiam, prædamque pollicitus. Et oratio simul & autoritas mouit concionem, & iam iuuentus quæ militiam detrectauerat, Quintij uerbis accensa bellum & arma optabat. Laudatus Quintius in senatu & impensius ab uniuerso ordine ornatus laudibus. Orare Quintium senatus & collegam, ut rempublicam caperet, orare Tribunos ne essent impedimento quo minus plebs fumeret arma, quo demum impetrato, magno omnium consensu delectus decernitur. Consules qui in celeritate omnem spem uictoriae repositam habebant, edicto imperant, ut quicumque per ætatem idonei militiæ essent, postridie sibi in campo Martio armati adessent, cognituros se post bellum cuiusque causam, pro desertoribus habituros, quorum excultationem non probassent. Omnis ut iussa erat iuuentus affuit, ipsi milites iussu consulum sibi centuriones deligunt, singulis cohortibus bini senatores præpositi, tanta celeritate omnia acta dicuntur, ut signa publica quæ mane fuerant à quæstoribus ærario deprompta, quarta diei hora sint ex campo profecta, mansit in eo die exercitus ad deci-

Triumphatur autoritate populi. Consules.

Quintij oratio ad populum.

Quintianæ orationis effectus.

Celeritas in delectu.

mum lapidem, post die in hostium conspectum uenit, castraque sunt ad Corbionem oppidum collata. Triduo post in pugnam utrinque descendit, ira Romanos irritante, desperata hostibus uenia quod toties rebellassent bene pugnandi necessitatem imponente. Imperij summa fuit penes Quintium, concedente collega. Is dextrum cornu in acie tenuit, alter consul sinistram, media acies Posthumio Albo legato data. P. Sulpitium alterum legatum equitibus praefecere, ab eo cornu cui Quintius praerat egregie Romanus pugnavit, Volscis ex aduerso nihil resistentibus. P. Sulpitius cum toto equitatu per mediam hostium aciem perumpens, pedestri praelio nondum defunctus in equestrem incidit. Ibi iussu equites hostilem equitatum spiculis obruit, strageque eorum edita facile propulsant, conuersi inde in peditem omiffam pugnam reperunt, & quem subito incurfu turbant, nunc turbati passim disijciunt, mittuntque simul nuncios rei bene gestae ad utrumque consulem. Res hostium ubique iam laborare ceperant, Romanis felici nuncio fortius conixis, aperte inclinarunt, in media acie primo uicti hostes, quam Romanus equitatus Sulpitij ductu perreperat. Sinistram inde cornu a Quintio pulsulum, in dextro plurimum laboris fuit. Ibi alter consul aetate ferocis iniquius ferens ubique melius quam apud se pugnari, arreptum signum coniecit in hostes, cuius recipiendi studio miles fortiter inuectus, hostem & ipse gradu sub mouit. Tum consules gratulatione copias contrahentes in castra militem im misere, quibus nullo maiore negotio captis exercitum praeter res amissas, quas recuperari contigit, hostilis etiam praedae compotem factum reducere. Consulibus patres etiam non petentibus triumphum decreuere, spreto honoris aut non sperati cauisa difficili distu est. Linius in longo temporis interuallo coniectura usus, credere se ait pudore Quintio & collegae obtulisse, quo minus pro dimidia parte peterent triumphum, quum Valerio & Horatio quorum uterque ex diuerso hoste uictoriam deportasset, denegatum a senatu non ignorarent. Accidit per id tempus ut Aricini & Ardeates quum de ambiguo agro diutius disceptassent, multis iniuicis caedibus felse iudicium ambiguae rei ad populum Romanum detulerint, qui quum ad causam orandam utriusque processissent, concilio populi a magistratibus dato. P. Scaptius homo grandis natu praefatus se non passurum Populum Romanum in re decipi, docuit agrum de quo ambigeretur, Coriolanorum finium, seque prima ferè stipendia faciente Coriolis captis populi Romani esse factum. Mirari se quoniam more Ardeates & Aricini cuius agrus nunquam re Coriolana incolum usurpassent, eundem se a populo Romano quem pro domino iudicem fecerint, intercepturos sperarent. Indignati consules, palamque nullam Scaptio deliro feni fidem habendam censent, non tantum Populo Romano intercepto agro rerum quaesitum iri, quantum infamiae & dedecoris, si id soli sibi addiceret. Quandoquidem famae ac fidei damna maiora omnino essent, quam in praesentia aestimari possent. Haec consulis frustra praedicantibus, tribus in suffragium missae ambiguae soli partem populo Romano ad iudicant. Id iudicium foedius turpiusque patribus quam Aricinis & Ardeatibus uisum. Iniuerunt inde consulum, M. Minutius, & P. Curiatius. Dionysius C. Quintium pro Curiatio posuit. Fuitque hic annus domi forisque Romano populo infestus. C. Canuleius Tribunus plebis rogatione promulgauit, de connubio patrum & plebis, ut mixtis per id ordinibus facilius coalesceret ciuitatis concordia, abhorre patres, seque omnia prius persequos praedicabant, quam ut siuis cum plebe confunderetur sanguis. Eratque talis promulgatio pa-

Acie praelium

Equitum uirtus.

Consulium ue, recundia.

Scaptij testimonium.

Iudicium po. Rom. Consules Tribu.

Rogationes.

tribus satis inuisa, quum nouem Tribunorum altera longe adhuc inuisior repente exiit, ut seu plebeium uellet populus seu patricium creare posset consulem. Credere uulgo patres consularem dignitatem, si lex perlata esset, non uulgari solum, sed ad plebem omnino translatum iri. Fuit itaque pergratum audire, Ardeates ob interuerti agru iniuriam ad defectionem spectare, finesque Romani agru a Venientibus infestari, reparareque Volscos & Equos uires ad bellum, ob communitam Verruginem. Tum Canuleius minaciter consulibus denunciat, fore, ut se uiuo nunquam delectum essent habituri, nisi prius quae a se & a collegis promulgata essent, plebs sciuisset. Contra consules rei indignitate accensi, in curia uociferari actum esse de concordia ciuitatis, aut patres tollendos esse, aut Tribunos, quorum si multis plebs exagitata, per aequa & iniqua rueret. Reminiscerentur qui in curia essent quam a patribus maiestatem accepissent, quam ipsi filijs essent relisturi. Verumenimvero, ut non omnia Tribunitius furor confunderet, eas demum leges promulgaret, quibus omnia diuina & humana turbarentur iura, promiscua connubia quaeri, ut ferarum ritum patrum plebisque uulgenter concubitus, ne sciri possit cuius sanguinis, quorum sacrorum sit futura progenies, dimidia plebis dimidia partum, nec ipsa quidem secum concors. Et nequa indignationis causa deesset, eo Canuleij & Iciliij insolentia euassisset, ut iam & consulum se adepturos sperarent, quoniam si deo placeret, regiae maiestatis imperium, ad sordidissimum quemque deuolui oporteret, quod millies sibi prius sit moriendum, quam tantum dedecus & ignominiam ferrent. Aperte itaque praedicabant exterminandos tribunos esse, eundemque eorum temeritati totius ordinis uiribus obuiam. Ausus est, inquit, Canuleius in curia iactare, nisi suas leges uicti patres acceperint, se delectum impediturum. Quid aliud est hoc, quam minitari, se patriam uelle hostibus prodere? quid animorum putatis patres conscripti eam uocem Volscis & Equis allaturam nonne Canuleio duce sperent se Capitolium & arcem posse capere? Quid animi ergo uobis sit, quid consilij in hoc malo abolendo incompertum habemus. Satis quod ad nos attinet, ambo parati sumus, si ordinis consensus adsit, prius in scelus ciuitatum, quam in hostem totius potestatis uires experiri. Consulibus haec in curia clamantibus, Canuleius frequenti populi concione, haud multo post pro legibus in hunc modum disseruit. Quantum uos omni tempore superbissimus patriciorum ordo fastidiuerit, quum ex multis alijs cognoscere potuisset Quirites, tum uel maxime ex ijs legum promulgationibus, quae ad aequitatem & concordiam spectant. Fremunt curia, rumpitur, minatur, quod connubium petimus, quod consulum reposcimus, nec mirum, pro ludibrio semper habuerunt, aegreque se ferre perbellè confessi sunt, quod in eadem urbe, & intra eadem moenia uinimus, nunc omni consortio & dignitate deijciunt. Sed uos Quirites cognoscite quaeso, quid habeant huiusmodi rogationes, & an tales sint, ut ferro petendi sumus, quod se consules facturos comminantur, quasi hostilia moliamur. Connubium altera lex petit, quam ipse promulgauit, sed quid hoc inauditum est, quum id externis dari soleat? Nos ciuitatem, quod maius est, ijs aliquando dedimus, qui & hostes prius, & mox bello a nobis capti sunt. Altera nihil noui fertur, sed quod totius populi est, a paucis repetitur, ut quibus uelit populus Romanus honores deferat. Quid quaeso hoc est? quid, inquam, cur caelum, terram, & omnia confundant? cur modo in curia sit in me penè impetus factus? asseruntque se sacrosanctam potestatem uiolatuuros? an quia liberum populo suffragium detur, ut quibus uelit publicos honores man-

Querele consulum.

Canuleij Trib. pleb. oratio ad populum.

mader? quasi omnè plebeio homini uia ad maiore dignitate, etiam si dignus sit, praclusam esse oporteat, nec urbs haec stare possit amplius, sitque de imperio, de dignitate acti, si è plebe aliqui consul fiat. Ecquid sentitis Quirites, in quanto contemtu sitis, quam omnia uestra sordeant, superbissimo huic ordini, qui uitalis huius aerae, aetheraeque lucis, si queat, si sui iuris sit, omnino reddat expertes? Quod uiuimus, quod spiramus, quod hominum faciem habemus, indignantur. Nunc quoque si dijs placet dicere audebunt, nefas esse plebeium consulem fieri, at licet excludamur, ea scimus quae & peregrini, omnem consules in regum locum succedere, nec hodie in his maiestatis quicquam est, quod non illis fuerit. Sed nunquam ne fando auditum est Numam Pompilium non modo non patricium, sed ne ciuem quidem fuisse? uerum ex Sabinis populi iussu ascitus, patribus autoribus in hac urbe regnauit. L. Tarquinius non modo non Romanae, sed ne Italicae quidem gentis, uisus Anci Martij liberis, rex est factus. Quid Seruius Tullius, qui ne libera quidem matre natus, nonne & ipse uirtute sua regnum tenuit? Tati Sabinus non peregrinus solum, sed & hostis fuit, regni que particeps est a Romulo factus. Quid igitur plebei consulis nunc tantopere peneat, quum maiores nostri aduenas reges non fastidiuerint? & ne non semper uirtuti haec urbs pareret, regibus eiectis Claudia gens in ciuitatem ascita, est in patriatum cooptata, fiet aliquis ex peregrino patricius, ex patricio consul. Romanus ciuis si ex plebe sit fieri non poterit? an non fieri potest, ut qui plebeio sanguine sit ortus, sit hic idem uir fortis & strenuus, pace belloque bonus. Numque, L. Tarquinius & Seruius similis? uel si ne talis sit quidem, non potius salubri usque gubernaculo reipublicae ad mouendus, quam Decemuiri illi, qui patricij fuerunt, omnium mortalium pessimi? At nemo (dicit aliquis) plebeius post exactos reges consul fuit, quid postea an nihil quod nondum fuerit, institui fas est, praesertim in nouo populo, in quo multa quidem, quae nondum fieri ceperunt, ut fiat tamen necesse est? Neque pontifex, neque augur fuit Romulo rege, a Numa deinde creati sunt: rursus hoc regnum tenente, nullus in ciuitate census, nullum classium centuriarumque discrimen. Seruius Tullio haec quoque facta sunt. Consules nulli fuerant ante eiectos reges, his exactis esse ceperunt. Tribuni plebis, Aediles, aliique magistratus, & ipsi, neque in hunc modum differunt. Quantum uos omni tempore superbissimus patriciorum ordo fastidiuerit, quum ex multis alijs cognoscere potuisset Quirites, tum uel maxime ex ijs legum promulgationibus, quae ad aequitatem & concordiam spectant. Fremunt curia, rumpitur, minatur, quod connubium petimus, quod consulum reposcimus, nec mirum, pro ludibrio semper habuerunt, aegreque se ferre perbellè confessi sunt, quod in eadem urbe, & intra eadem moenia uinimus, nunc omni consortio & dignitate deijciunt. Sed uos Quirites cognoscite quaeso, quid habeant huiusmodi rogationes, & an tales sint, ut ferro petendi sumus, quod se consules facturos comminantur, quasi hostilia moliamur. Connubium altera lex petit, quam ipse promulgauit, sed quid hoc inauditum est, quum id externis dari soleat? Nos ciuitatem, quod maius est, ijs aliquando dedimus, qui & hostes prius, & mox bello a nobis capti sunt. Altera nihil noui fertur, sed quod totius populi est, a paucis repetitur, ut quibus uelit populus Romanus honores deferat. Quid quaeso hoc est? quid, inquam, cur caelum, terram, & omnia confundant? cur modo in curia sit in me penè impetus factus? asseruntque se sacrosanctam potestatem uiolatuuros? an quia liberum populo suffragium detur, ut quibus uelit publicos honores man-

Externi reges.

Magistratus noui.

ciam? Nihil certe iuris mutatur, liberi patre sequuntur, nec nos quum eorum connubia petimus, aliud petitem putamus, quam ut in numero hominum simus, in numero ciuium. Nec patricij, nisi in nostram contumeliam certare iuuat, quicquam in hoc habent quod iure negare contendant. Postremo meminisse oportuit, summum imperium totius populi esse non patriciorum, eiectis que regibus libertatem non illis solum, sed omnibus quaesitam. Deberet licere populo Romano quam uellent legem iubere: at ubi primum rogatio aliqua promulgata est, statim delectus pro pena indicitur. Sacramento iuniores adiguntur minae plebem circumstrepunt, uis intentatur. Sed iam illi iterum ac saepius experti sunt, quam parum ipsorum minae aduersus uestrum consensum ualeant Quirites, nec nunc licet multa minentur, certamen erit ullum animos uestros saepe illi tentabunt, uires experientur nunquam. Itaque hoc consules sciant, siue uera, siue falsa sint bella quae celebrant, habituros exercitum paratum, si reddito plebi connubio, unam ciuitatem patres fecerint, ordinesque mutua consanguinitate coalescere patientur, si uiris fortibus & strenuis è plebe ad consulatum aditus fiat. Quae si negare perleuerabunt, multiplicent bella rumoribus, nemo Tribunis autoribus nomen dabit, nemo arma capiet, nemo dimicabit pro superbis dominis, quibuscumque neque in republica communis honos: neque in priuata, societas futura sit. Post hanc Canuleij actionem, quum consules in forum uenissent, orta inter eos & Tribunos altercatione, è collegio uno consulem interrogante, quid esset cur plebeium consulem fieri non liceret? Quia auspicia, inquit, alter consul, plebei non habent. Ad eam uocem adeo irae exarserunt, quod quasi dijs inuisi auspicari posse negarentur, multitudine calculos petente, quia apparebat utramque legem uno tempore perlaturum iri, rati patres alterum de consulari antiquari posse, de connubio consenserunt. Qua lege perlata, quum Canuleius in ingenti celebritate, & fauore esset: eius enim rogationis autor fuerat, caeteri Tribuni emulatione accensi nouum certamè pro lege sua patribus intendunt, tum crescente indies noui belli fama, nec delectus haberi posset, appareretque aut ciuibus, aut hostibus de uictoria cedendum esse. C. Claudij sententia ui & armis tollendos Tribunos censebat. Contra Quintij, Cincinnati, Capitolini à caede abhorrebant. Caeterum quum diu anceps consultatio tenuisset, eo T. Genutij sententia decursum est, ut Tribuni militum consulari potestate promiscue ex patribus & plebe crearentur, de consulis interim creandis nihil mutaretur. Acquieuerunt huic sententiae plebs & Tribuni, indictisque ad hoc ipsum comitijs, quum ex utroque ordine plures petiuissent, praeter omnium spem patricios tantum populus creauit, contentus quod plebeiorum ratio habita esset. Creati igitur tres Tribuni consulari potestate, Aulus Sempronius Atratinus, L. Atilius Longus, & T. Claelius Siculus, anno trecentesimo decimo, quam Roma condita erat. Dionysius in annum tertium quartae & octogesima Olympiadis incidisse haec autor est, qui quater millesimus ac septingentesimus fuit, nonusque & quinquagesimus ab mundi origine. Eusebius in annum primum tertiae & octogesima Olympiadis magistratus huius initia rejicit, manifesto libratorum errore, qui pro militibus Tribunis plebeios posuerunt.

Peroratio.

Lex de connubio.

Trib. militum consulari potestate.

Anni mundi.

ENNEADIS III. LL

BER V.



Ot quidem modis publicæ admini-
strationis formam, paucis annis, apud
Romanos uariari contigit, sed ne Tri-
bunitia quidem illa potestas recens in
stituta longius processit, tres illi, qui
omnium primi eum honorem adiere, quia uicio
creati putarentur, tertio mense quam rempublicam
administrare ceperant, augurum decreto se magi-
stratu abdicarunt. Tenuit aliquot dies ordinum con-
rentio, patribus consules creati uolentibus, contra
Tribunis eundem in ciuitate magistratum retinere
conantibus. Cæterum obtinuerunt illi, ut consula-
ria comitia haberentur, quibus consules declarati
sunt, L. Sempronius Atratinus & L. Papyrius Mu-
gilanus. Hoc anno fœdus cum Ardeatibus est reno-
uatum, quod unum argumento fuit ad posteros,
eos consules fuisse, quum in annalibus præcis, &
libris magistratum alio qui non essent. Liuius Lici-
nium Macrum scripsisse ait in lineis libris, qui ad
Monetæ reperti sunt, eorundem consulum nomina
relata: Dionysius in annalibus digesta, sed ita ut
plures eos præfectos quam cōsules tradiderit. Cau-
sa fœderis cum Ardeatibus renouandi, agri abiudi-
catio fuit, quem sub defectionis denunciatione, nisi
restitueretur, per legatos illi repetentes moniti fue-
rant à patribus suum tempus expectare, daturos se
operam, ut Ardeates suæ in populum Romanum fi-
dei & constantiæ non peniteret. Fuit annus ille a-
lio qui domi foris que pacatus. Qui illum proximo
est secutus, consules habuit M. Geganium Macerini-
um, & T. Quintium Capitolinum. Primi in ur-
be Censores his consulibus creati: mentione pri-
mum in senatu facta magistratu opus esse, cui scri-
barum ministerium, tabularum cura, censendi for-
mula subijceretur. Res parua à principio, sed quæ
precedente tempore multo maiora, quam ab initio
credibile fuerit, habuit incrementa. Tanta mox di-
gnatio secuta est, tanta que autoritas, ut omnis mo-
rum ciuiliſ que disciplinæ ratio Censorum esset, re-
gimen adhæc senatus, equitum, centuriarum, om-
ne decoris & ignominia discrimen, horum priua-
ta publica que loca recognoscere, uectigalia populi
Romani suo arbitrio locare. Primi itaque omni-
um creati Sempronius & Papyrius, quorum con-
sulatus ambigue, ut dixi, traditur. Fuit que hic an-
nus, qui primos habuit censores, trecentismus ab
urbe condita ac duodecimus. Domi foris que o-
cium erat, cæterum non non semper aliqua bellan-
di causa adesset, legati ab Ardea Romam uenere,
auxilium & opem afflictis Ardeatium rebus im-
plorantes. Diuersa factionum studia, quæ multis
urbibus exitio fuere, erant que semper, ipsius ur-
bis opes in apertum discrimen adduxerunt. Con-
rentio ex parua orta, penè ad excidium creuit. Pe-
tebant puellam indigenam plebeia familia ortam
adolescentes duo in uxorem, nobilis unus, alter ple-
beius. Hic puellæ tutoribus fretus, ille matris fa-
uore, quæ honestissimo matrimonio filiam locatū
iri uolebat. Cognitione in forum delata, secundum
matris arbitrium iudicatur. Tutores de iniuria de-
creti palam questi, cum plebeiorum manu ui ex do-
mo matris uirginem rapiunt. In hos accensus ira iu-
uenis optimatum multitudine septus, impetum fa-
cit. Fit prælium, plebs urbe eiecta locum moenibus
proximum occupat, nobilium prædia hostiliter po-
pulari. Venere interim his auxilio Volsci Ciuilio
duce, quibus freti exules urbem uallo cingere ado-
runt. Erant que in aperto discrimine res nobi-
lium sitæ, quum eorum legati Romam auxiliū im-
ploratum uenere, M. Geganius consul cum exerci-

Consules.

Primi censo-
res.

Discordia ori-
go.

Discordia Ar-
deatium ob pu-
elle nuptias.

tu ed profectus, Equos exules que noctu uallo &
fossa cingit, tentarunt que circumfessi æquis condi-
tionibus inde abire, quibus responsum est, oportere
reuisitos condiciones accipere non ferre. Quia igitur
nulli dubium erat quod sine ignominia abire
non poterant, ferro conati sunt sibi uiam facere. Cæ-
terum prælio parum cautè inuito, quum passim cæ-
derentur, in preces uersi ueniam implorant, armis que
& Ciuilio duce traditis, sub iugum missi sunt. Eos
Tusculani per suos fines transeuntes ex improuiso
adorti, ad unum peremere. Geganius, seditionis au-
toribus securi percussis, ocium ciuitati restituit. Ipse
triumphans in urbem rediit, Ciuilio & hostium
spolijs ante currum latis. Consules inde fuerunt, M.
Fabius Vibulanus & Posthumus Ebutius Cornice,
qui quum pax domi foris que esset, ut celebri monu-
mento aliquo gestæ rei annum suum insignem fa-
cerent, agrum infami iudicio populi, paucis ante
annis Ardeatibus interceptum, Colonia eo mitten-
dæ prætextu restituerunt. Satis quidem fuit paca-
tus hic annus, ut dixi, sed qui sequutus est adhuc pa-
cator. C. Furio Pacilo, & M. Papyrio consulibus,
quæ sita tamen domi discordia, à Perilio Tribuno
plebis agraria legis mentione iniecta, nulla tamen
secuta. Excepit hanc ciuiliſ status quietem, turbu-
lentior Procili Geganiij Macerini, & L. Menenij La-
nati annus, fame, seditione, libertatis periculo in-
signis. Primo annonæ caritas urbem inuasit, du-
bium, deserto agrorum cultu, an cælo frugibus ad-
uerso, utrunque enim traditur. L. Minutius est an-
nonæ præfectus, is publica frumentatione parum
felix: nam præter Hetruscos, unde aliquid omnino
est frumenti aduectum, sed quod in leuanda an-
na nullum fecerit momentum, apud cæteros finiti-
mos, neque pretium ualuit, neque gratia, ut labo-
ranti ciuitati opem ferret. Fame igitur inualecen-
te ad eam rerum desperationem est uentum, ut qui-
dam è plebe longioris uitæ cruciatu ueriti, obuo-
luto capite sese in Tyberim præcipitarint, tatum
fames ciuitatem inuaserat. Tum Sp. Melius ex
queſtri ordine homo, ut res urbis erant, prædiuus,
rem specie utilem, sed libertati præcipue inimicam
est aggressus. Emerat hic per clientes & hospites pe-
nè quicquid frumenti fuerat ex Hetruria aduectis,
emptumque multitudini gratis in grauissima an-
nona distribuit. Conciliauit ea largitio homini tan-
tum fauoris, ut quacunque concederet frequens cir-
ca illum ciuium multitudo conspiceretur, futurum
consulatum haud dubio consensu repromittens. In
terea rem malo exëplo motam, peiore consilio exe-
quis. Enim uero ut est animus hominis inexplabi-
lis, in ijs que præfens fortuna spondet, ad alia et
prohibita mentem adiecit. Quoniam igitur consu-
latus erat patribus non sine certamine extorquen-
dus, de regno agitare cepit. Creantur interim con-
sules, T. Quintius Capitolinus, & Agrippa Meneni-
us, ad hos & patres Minutius detulit, se manifesto
iudicio compertum habere, in Sp. Melij domo se-
creta consilia agitari, ingentem uim armorum eo
collatam, corruptos ex Tribunis quosdam, qui ad
prodendam libertatem cum Melio conspirent, occu-
rendum periculo, quado res propemodum sero
in curiam perlata esset, ne postea temeritatis argue-
retur. Tum quia à cōsulibus prouocatio erat, uisum
est ad id malū opprimendum, Dictatore opus esse.
Quintius Cincinnatus dictus est. Is Seruiliū Halam
magistrū equitū dixit. Postero die dispositis per op-
portuna loca præsidij in forū Dictator descendit.
Stetit multitudo in scia miraculo rei defixa, ocul-
teq; inter se q̄rere, quid rei accidisset, quapropter ci-
uitas Dictatore indigeret. Unus Melius & qui consi-
liorū eius erant nō ignari, satis scire in se uim illā im-
perij quæ sita. Expectare tamè taciti euectū rei. Postq̄
igitur Dictator reſedit, magistrum equitum mittit,
qui

Volcorum
ditio.

Consules.

Minutius au-
nonæ præf-
ectus.

Sp. Melij legi-
tio.

Dictator.

qui Sp. Mediū ad se uocet. Panidus ille primo quæ-
rere, quid uellet Dictator, ubi uero dicendam esse
causam audiuit, diluendumque crimen quod esset
à Minutio ad patres delatum, se in cateruam suo-
rum recipere conatus est, eum tergierantem appa-
ritor magistrū equitum iussu inuadit, quo à circun-
stantibus repulso ipse Melius fugiens fidem Quiri-
tium implorat, conspiratum in se clamitans à patri-
bus, quia Romanæ plebi benignè fecisset, ferrent o-
pem, ne fineret se in fontem inuidia opprimi. Hæc
illum uociferantem Hala magister equitum affec-
tus obruncat. Ipse peracta cæde, nobilium multi-
tudine stipatus, à Dictatore reuersus, Melium à
se, quia parere noluisse, interfectum nunciat. Macte
inquit, Dictator tua Seruili uirtute esto, repub. libe-
rata. Conſternatam inde multitudinem, ad concio-
nem uocari iussit. Ibi causa Melianæ cædis expoſi-
ta, qui est nunquam de regno cogitasset, iure tamen
cælus uideri poterat, quod Dictator non obediens
fuiſſet. Percurrit inde filiorum Bruti Sp. Calsij & a-
liorum exempla, qui aliquid contra libertatem mo-
liti essent, debuisse dicentium exitum documēto
esse Melio, temerario homini, ne se modio faris
speraret suorum ciuium libertatem à se emptum iri.
Quasi uero ille populus qui senator cōcoquere nō
posset, frumētariū equitè regē laturus esset. Placata
per hæc multitudo, Quæſtores iussi sunt Spuriij
bona uendere, pecuniam que inde exactam in publi-
cum redigere. Domus diruta, monumentum nefa-
riæ spei oppressit ut esset area Aquimelium appella-
tum, L. Minutius boue aurato, ut alij tradunt, sta-
tua extra portam Trigeminam est donatus. Tribu-
ni plebis quæſti sunt Melij mortem ad plebem, Ser-
uiliū & Minutiū acculantes, quorum hic indem-
natum obruncasset, ille falsum homini intendisset
crimen, de quo (si rerum scriptoribus coniectura in
similibus uti licet) non possum non uehementer su-
spicari, sic enim Melius tunc oppressus, sic Minu-
tius Tribunus, sic Sp. Calsius quia plebi gratificati
essent, fraude patrum potius quam uero crimine pe-
riere. Immodica sane fuerunt patrum odia in eum
ordinem, propter quem ad interitum, insectati sint
quicunque benignè ei fecissent, siquidem Tribunis
ire obuiam nequeuntibus aut certe nolentibus, sæ-
pius ab eisdem plebs circumscrip̄ta uideri potest, ut
in eo, quod augurum denunciatione, Tribunos mi-
litum uitio creatos uideri uoluerunt, tertio mense
postquam magistratum inuierant, ut per eam abdi-
cationis specie tacitus feret ad Consules reditus,
& si minacissima Tribunorū denunciatione se Me-
lianam cædem ulturos prædicantium, sit factum,
ut ad plebem leniendam passim patres sequenti
anno Tribunos militum creati. Proximis igitur co-
mitijs creati sunt, L. Quintius Cincinnati filius, M.
Æmilius, & L. Iulius. Erat que iam magistratus ab
his initus, quem Fidenas Romanorum colonia ad
Lartem Tolumnium Veientium regem defecere.
Sed maius omnino scelus est huic additum: legari,
qui ab urbe eo uenerant, noui consilij causam scisci-
taturi, Tolumnij sunt iussu interfecti, fuerunt qui
regem sceleris absoluerent, quod in prospero tesse-
rarum iactu uox eius perperam sit excepta. Cæter-
um siue errore siue consilio cæsi sunt, qui publico
nomine Fidenas uenerant, fuerunt, C. Fulcinius, C.
Iulius, Tullus, Sp. Nautius & L. Roscius, quibus
Romæ post cædem statuæ sunt pro rostris positæ.
Instabat igitur atrox cum Fidenatibus & Veienti-
bus bellum, à tam fœda causa ortum, cuius admini-
strandi ratio ut maiore concordia iniretur, Conſu-
les pro Tribunis creati sunt, M. Geganius Macerini-
us, & L. Sergius Fidenas, ab ipso bello, ut cre-
dere par est, cognomen adeptus. Is cum Larte ci-
rra Anienem prospere pugnauit, obtigit que uictoria
illa Romanis haud incruenta, maior que fuit do-

Sp. Melius in-
terſicitur.

Aquimelium.

Trib. militum.

Ro. legati in-
terſciuntur.

Consules.

lor ciuitatis ex ciuibus ea pugna amissis, quum ex
fufis hostibus læritia. Est que ob id iussu patrum Ma-
mercus Æmilius Dictator creatus. Is Quintiū Cin-
cinnati filium magistrum equitum dixit: Nec mo-
ra deinceps fuit, copijs quibus Consul fuerat uisus
supplemento expletis, colles trans Anienem, qui
inter fluum surgunt & Fidenas, castris occupat.
Veientes non multo post Phaliscorum auxilijs au-
cti, castra in aperto locant. Prius intra moenia se te-
nebant. Mamercus castris ad confluentem transla-
tis (haud enim procul inde Anio & Tyberis coeunt)
utramque ripam uallo amplectitur. Postridie aciem
in hostium conspectu explicat, nullam pugnae mo-
ram facturus. Variæ ex aduerso fuerunt sententiæ.
Veientes in trahendo bello plus spei habebant, Pha-
lisci contra diuturnam militiam grauius ferebant:
Tolumnius est Veientium sententiam magis proba-
bat, ueritus tamen ne à socijs destitueretur, si-
gnum pugnae in sequentem diem proposuit. Poste-
ra luce aliquanto prius Romani in æquū descende-
re, mox Hetrusci & ipsi in apertum procedunt: eo-
rum acies ita instructa sterit, ut dextrum cornu Ve-
ientes trerent læuam Phalisci, medijs Fidenates
steterunt. Dictator se Phaliscis opposuit. Veienti-
bus Capitolinus legatus est obiectus. Magister e-
quitum, L. Quintius ante mediam aciem cum e-
quitatu in Fidenates sterit. Principio equites à Ro-
manis in hostes missi, hi primi omnium confluxe-
re. Secuta deinde pedestris pugna, quæ ex omni
parte prospera Romanis fuit. Neutra parte Hetrus-
cæ legiones, Romanorum impetum sustinere.
Equites maxime resistebant qua parte Tolumnius
omnium ferocissime pugnam ciebat, traherat que
certamen. Hunc conspicatus Au. Cornelius Cossus
Tribunus militum, idem que longe fortissimus, e-
queſtrem aciem quocunque se intenderat turbauit.
Nimirum hic est, inquit, ruptor ille humani
fœderis, uiolator que iuris gentium, qui non con-
tentus duorum populorum pacem uiolasse, lega-
tos, quod nulli unquam Barbarorū fecere, interfici
iussit. Iā ego hunc in ferias legatorū manib; dabo, si
dij quicquam sancti in terris esse uolunt, hæc ille,
calcaribus que equo subditis, insecta cuspide in ad-
uersum fertur hostem, quem bellatore equo deie-
ctum, hasta que innixum ut in pedes assurgeret, um-
bone impulsum resupinat, ferro que sæpius repeti-
tum obruncat, spoliatq; dein uictor exanguis cor-
pus, iacentique caput admittit, ademptum hasta af-
figit, ostentat que hostibus. Tusci equites qui diu
anceps fecerant certamen, subito casu regis percus-
si, fugam capeſſunt. Instat Romanus fugientibus
& ad castra usque cum strage & cæde multa perse-
quitur. Eodem tempore circa Romana castra pari
est euentu dimicatum, quæ medio ardore pugnae
lectæ aliquot cohortes Tolumnij iussu inuaseraut.
Triarij principali porta dextra Vibulani legari du-
ctu eruptione repente facta, non minus trepida fu-
ga, quam in acie fecerant, Hetruscos à uallo repul-
sos, cum multa cæde auerterunt. Cossus cum equi-
tatu Tyberis transmisso, Veientanum agrum præda-
tus, ingentem uim hominum atque omnifariam
quadrupedum ad urbem egit. Dictator triumphans
Romam ingressus est, unus omnium oculos in se à
curru Dictatoris avertit Au. Cornelius, opima spo-
lia post Romulum portans, Feretrio Ioui dedica-
turus. Ea solenni more, ubi in Capitolium uenit,
templo intulit. Cæterum quia opima spolia à ma-
ioribus ea nuncupata satis constat, quæ dux duci
detraxisset, nec dux nisi is cuius auspicijs res gere-
rentur appellari consueſſent, uideri possunt haud tri-
te ea opima dici, quæ Tribunus militū, non Dicta-
tor, non Consul, aliusue magistratus cuius auspicia
essent, Ioui dedicasset. Liuius omnes ante se autores
Tribunum militum Cornelium scripsisse memorat,

Dictator.

Diuerſarum
acierum consi-
ctus.

Lartem interſi-
tus.

Scriptorū error.

Consules.

Minutio dies dicitur.

Consules.

Dictator.

Fidenæ captiua tur.

Græcorum discordia.

quos ita erroris redarguit, quod aliquando ex Augusto principe audiisset, in Feretrii Iouis templo, quod instauracionis causa pontifex subijisset, legisse se in lintheo thorace, Cornelium Cossium Consulē o-pima spolia post Romulum dedicasse, acceditque libens autor huic fidei, argumento adductus haud inepto, quod paucis illis annis, ut quidam habuerunt annales, Consul fuit, Tribunus militum consulari potestate, & magister equitum, ut non Mamercii dictatura quæ his est temporibus interiecta, sint Larti spolia detracta, sed Cornelio aut Consule, aut quod magis placet, Consulari potestate Tribuno. Cæterum utcumque habet, contigit ea spolia dedicari, si Mamercio Dictatore Cossus Lartem regē peremit, anno ab eo quo Romulus prima sacrauerat spolia tertio decimo ac trecentesimo. Fuerunt post Herrucos & Fidenates uictos, Cōsules M. Cornelius Maluginensis, & L. Papyrius, qui Veientem & Phaliscum agrum ingressi, hoste nulquam reperito, agresti præda contenti, domum copias reducere. Hoc anno dies Minutio dicta est à Sp. Melio Tribuno plebis, Melij publice preemptipernecessario, & rogatio ab eodem ad populum lata de Seruilij bonis publicandis, quod illorum ui ac calumnia Melius fuit oppressus. Hominis auctoritas fecit, ut omnia ad populum fuerint leuora. Enimvero, ingravescens morbus, & crebri motus terræ maiori tum curæ erant. Obsecratum est à populo duumuiris præeuntibus. Postulencior inde annus fuit, L. Verginio, & Claudio Iulio consulibus, tantaque ubique uasistas crebris funeribus est secuta, ut Veietes, & Fidenates Anienem transgressi, haud procul à Collina porta cōsederint. Non minus igitur in urbe quam in agris trepidatum. Nocte quæ proxime secuta est, Verginius Consul Aulum Seruilium Priscum, alij Sruclū scripsere, Dictatorem dixit, Ipse Eburium Eluū magistrum equitum sibi consciuit. Vbi primum illuxit Dictatoris iussu omnis militaris ætas, extra portam Collinam, circa signa frequens affuit. Id hostes conspicati in altiora se loca recipere conati sunt. Dictator euestigio secutus, quum cedentibus molestius hæreret, secum conferre signa compulsi, breuique prælio fudit. Herrucis legionibus Fidenas compulsi, oppidum uallo circumdedit. Tenuitque aliquandiu obsidio: urbs situ & mœnibus munita scalis capi non potuit, nec fame domari ob uim tritici eo cōuectam. Cuniculo igitur Romanus in arcem est admisus. Herrucis Fidenatibusque ad imas partes urbis tuendas intentis, clamor ex superiore loco redidit, captam urbem significauit. Hæc foris domique eo anno gesta. C. Furius & Pacilius, & M. Geganus Censores uillam publicā in campo Martio probauerunt, ibique census populi est primo actus. Atque is tunc erat rerum Romanorum status. Græcia interim, etsi ab externis armis ocium, se ipsam tamen domesticis uexare ceperat discordijs. Iam enim ex quo Medicis fuit terroribus defuncta, in diuersa populorum studia æmulatione accensa, eo usque, mutis offensis processere, ut animis non minus infestis in se bellarent, quam in Barbaros aliquot ante annis fecerant. Enimvero Athenienses Messenia expeditione (est enim res hic aliquanto altius dispartenda) à Lacedæmonijs, soli omnium sociorum, non sine ignominia suspicione dimissi, Cimone, ut alio scriplimus loco, in exilium acto (habebatur Lacedæmoniorum studiosus) societatem soluerunt, quam cum ea ciuitate iam inde à Medicis temporibus contractam habuere, iniuerunt cum Argiuis Spartiatarum hostibus nouam, estque inter utroque iustum aduersus Thessalos fœdus. Interim Messenij serui intra Ithomen à Lacedæmonijs obsidebantur. Id enim bellum in decimum est annum distractum, donec conditione sunt accepti, ut tota Peloponneso migrarent, nunquam in eam ter-

ram reuersuri. Erant hi à ueteribus Messenij captiuis oriundi & ipsi quidem serui, Messenijque appellati. Hos cum filijs & uxoribus Peloponneso migrare iussos, in Lacedæmoniorum inuidiam Athenienses in Naupacto collocarunt, quam urbem à Locris Ozolis infestam haud multo prius Athenienses ceperant, sed hæc aliquanto postea. Accesserunt ad ea odia quæ inuicem conflata erant, quod Megarenenses à Corinthijs prælio de finibus inito superati, ad Athenienses defecerunt, quum antea Lacedæmoniorum socij fuissent: tenueruntque Athenienses Megara, ingentesque ibi extruxere muros, unde primum Corinthiorum odium in Athenienses exarsit. Florebant per hæc nihilo secius Atheniensium opes, longæque rei maritimæ gloria pollebant, qua fama impulsus Inarus rex Libyorum, qui Ægypto finitimi habitant: Erat is Psammeticus filius quum non paruum Ægypti partem ab Artaxerxe alienasset, Athenienses, qui cum Cimone duce classem Cyprum habebant, in societatem traxit. Hi nihil iam humile animo agitantes, Inari societate freti, in Ægyptum relicta Cypro transfugerunt, aduersoque Nilo in mediterranea insinuat, duabus Memphis partibus breui potiuntur. Pars tertia murus nominata, Persis Medisque tuentibus capi non potuit. Cæterum ex expeditione infeliciter Atheniensibus celsit, ut suo postea loco explicabitur. Fuit sex circiter annos in Ægypto, & circa Lybiam Attica clasiss. Interea in Græcia Corinthij & Epidaurij qui partim odio, partim à Lacedæmonijs, qui Atheniensibus inuidebant irritati aperte Atheniensium hostes facti, eos ad Haliam prælio congressos uicere. Fuit ea læticia Corinthijs & socijs haud diuturna, quibus haud multo post ad Ceryphaleam nauali prælio uictis, acceptæ nuper cladis Athenienses uicem rependerunt. Et ne non semper nouarum rerū materia adesset, bello cum Æginis orto, Athenienses totis uiribus, tum suis, tum sociorum connixi, duce Socrate Stribi filio, iterum cum Peloponnesibus nauali prælio congressi, hostes egregie superant, septuaginta eorum nauibus captis, ipsi uictoriam adepti, Æginam obsidione cingunt, quam Corinthij & Epidaurij eximere obsidione cupientes, trecentos Æginam præsidio miserunt. Ipsi in Megaricum agrum transgressi, rati Athenienses duobus exercitijs absentibus haud pares sibi futuros, ad sociorum iniuriam inhibendam. Enimvero ualida clasiss tum Æginam cum exercitu circumferebat, alteraque omnino maior iam pridem in Ægypto erat Athenienses Myronidam, cum ueteranorum & iuniorum manu Megaram miserunt. Is cum Corinthijs æquo mare certauit, quibus abeuntibus Athenienses Trophæum, ut prælio superiores, hic ubi fuerat dimicatum erexere. Corinthij à senibus qui domi remanserant conuicio excepti, ad eam ignominiam abolendam in hosticum duodecimo post die reuersi, contra Atheniensium Trophæum, & ipsi suum statuere conati sunt. In eos præfenti operi intentos Athenienses, qui nondum præsidio abfcesserant, imperum fecere, prælioque conferto, haud dubio Marte superant. Corinthij fuga dispersi, alij alio tendunt, pars una præcipiti metu in prædium Megarenis agricolæ compulsi, quia prægrandi erat fossa locus undique cinctus fugamque inde expedire nequieuerunt, ab Atheniensibus qui eo occurrerant lapidibus sunt ad unum obruti. Per hæc tēpora Athenienses longos ceperunt muros struere, hunc Phalerium, illum Pyrea uersus. Hi duo Athenarum portus fuere. Phocenses tum in armis erant aduersus Doros, qui Bion Cytinion & Erineon tenebant. Cæterum quum ex his oppidis in unum Phocenses cepissent, Lacedæmonij Nicomede duce Cleombroti filio, cum suis

Corinthiorum odium in Athenienses.

Atheniensium clasiss Memphis parte potitur.

Æginiticum bellum.

Corinthij uincuntur.

Phalerum Pyreum.

Vincuntur Athenienses.

Vincuntur Bœotij.

Megabazus Ægypto potitur.

Athen. clades.

sociorumque copijs (ad undecim milia armatorum fuere) in Phocenses proficiscuntur, urbeque per deditionem recepta, ambigui qua domum redirent, nam per Geraniam & angustias Megaricas haud turum parebat iter, locis omnibus Atheniensium præsidio infestis, apud Bœotios sublitere, cōsideraturi qua potissimum uia domum reuerterentur. Eam Athenienses moram suspectam habuerunt, ueriti ne suæ Democratiæ à Lacedæmonijs infidiæ pararentur. Nam rumor erat Atheniensium quorūdam suastis, q populari erant administrationi infensi, in Bœotijs subledisse, gerendæ rei occasione expectantes. Plurarchus ut Delphos à Phocēsis liberaret, ad Tanagram Lacedæmonios sedisse prodidit, in hos populariter Athenienses egressi, ut cum sociorum appendicibus ad quatuordecim armatorum milia essent, prælioque ad Tanagram Bœotia commisso, magna utrinque cæde superantur. Victores Lacedæmonij per Geraniam & Isthmum domum reuersi sunt. Nec diu Athenienses etsi uicti armis abstinerunt. Sed sexagesimo ab eo, quo ita pugnatum erat die, exercitum in Bœotios duxerunt, ibique Myronidæ ductu Bœotios prælio superant, omni que eorum terra à Phocidæ potuerunt, Tanagrensiūque muros diruunt. Nec ita multo post Æginitæ per deditionem recepti ab eisdem muro nudati sunt, factique uectigales. Athenienses Æginitico bello perfuncti, Peloponnesi oram classe circumuecti, Tolmida duce, Lacedæmoniorum nauale incendunt. Chalcidem Corinthiorum oppidum occupant. Sicyoniosque in terrâ egressi prælio fundunt. Sed dū hæc in terra Græcia geruntur, Athenienses & socij qui Ægyptum ingressi fuerant, uarijs sunt bellorum calibus afflicti. Miserat ab initio Artaxerxes Lacedæmonia Megabazum uirum Persam, cum ingenti pecunia, ut Peloponneses ad bellum Atheniensibus inferendum pecunia induceret, quo impetrato, apparebat statim futurum, ut exercitum & classem ex Ægypto reuocarent. Sed quum id consilium non processisset, pecunia incaustum absumpta, misit rex Megabazum Zopyri filium, cum ingenti exercitu in Ægyptum, qui breui postquam eo uenit, Ægyptios & socios terrestri prælio uicit, Græcosque ex Memphis ciectos, in Prosopi insula conclusit, ubi annum & dimidium obfessos, auersis alio aquis, ut iam carinæ nauium in sicco sederunt, ad postremū quum insula magna iam ex parte continens facta esset, oppressit. Pauci ex tanto exercitu peragrata Lybia Cyrenas peruenere, ita res Græcorum in Ægypto, sexto postquam eo transmissum erat anno, afflicta conciderunt. Ægyptus, Græcis ex ipsa terra sublatis, præter Amyrteum in paludibus regnātem (is locorum difficultate ui nulla subigi potuit) à Persis accepta est. Inarum, qui defectionis fuerat autor, per prodicionem captum, Persæ cruci affixere. Sub id tempus, quo hæc gesta sunt quinquaginta Atheniensium & sociorum naues in supplementum missæ, ignaræ, eorum quæ in Ægypto facta erant, Mendesium unum ex Nili ostijs ingressæ, in apertum discrimen inciderunt. Persico peditatu à terra, & à tergo Phœnicum classe circumuentæ, paucæ media trepidatione dilapsæ in altum euasere, cæteræ in fluminis alueo partim sunt ab hostibus depressæ, partim igni absumptæ. Huncque exitum habuit Atheniensium audax illa in Ægyptum expeditio: Cætera quæ ad Peloponnesiacum usque bellum, in terra Græcia sunt postea secuta, breuiter sunt à nobis exponenda. Athenienses haud multo postquam hæc sunt circa Libyam & Ægyptum gesta, in Thessalia pro Oreste & Echecrati de eius filio, ex ea terra pulsus, copias instruxerunt. Atticus exercitus Thessaliæ fines ingressus Pharsalum obsidione adortus, expugnare non potuit, atque ita infesta re est domum reuersus. Pe-

riclem Xanthippi filium cum mille milibus, & centum triremium classe, in Peloponnesum Athenienses miserat. Fuit Pericles tristiore uultu, multa que leueritate, capitisque enormi proceritate, eius statuas ad id uirum occultandum, opifices eius ætatis galeatas plurimum figurare consueuerunt, una temper uia in urbe usus dicitur, quæ in forum ducebat, nunquam foris præterquam semel in nuptiarū officio cœnauit. Vetus comœdia uim dicendi tātā in eo fuisse testat, ut coruscationes effundere, ciere tonitrua, horrendum in lingua fulmen gerere putaretur. Verum cum talis esset, adeo de suæ orationis euetū fuit sollicitus, ut pulpitem assensurus, semper uota faceret. Ex suis prædijs macerias sustulit, ut ad fructus inde percipiendos omnibus pateret aditus, Anaxagoræ credo, cui operam dedit, exemplum secutus, qui animi magnificentia, diuinoque, ut Plurarchus scribit, furore percitus, agrum pecoribus compascuum reliquit. Is iam antea, præter alia multa, quæ egregie pro patria gesserat, mille Athenienses colonos in Thracia collocauerat Chersoneso, ualio & aggere ab uno littore ad alterum circa Isthmū ad Barbarorum motus inhibendos, operose producto. In Peloponnesum igitur aduectus, haud maritima duntaxat est loca popularis, sed in mediterranea quoque transgressus, alios metu intra mœnia compulsi, Sycionios qui uenientem prælio exceperunt in Nemea fudit, ubi & trophæum ex fuso hoste monumentum uictoriae statuit, hicque supplemento accepto in continentis oram Peloponneso oppositam nauigauit. Acheloidque ostia præteruectus, Acarnaniā excursionibus uastauit. Illud penè incredibile & ob id ipsum, ut arbitror, memorabile, quod in tam longa expeditione contigit, quum opulentiā ille ageret classem, siue fortuna ducis, siue prudentia sit factum, nullam aduersum casum Atheniensium quisquam est interea expertus. Secundum hæc quæ à Pericle gesta sunt, quum triennale interim fœdus, quod cum Lacedæmonijs Athenienses istum habebant, exijisset, in quinque proximos annos est renouatum, in quod tempus incidit ultima illa Cimonis expeditio, de qua iterum est supra memoratum. Nec ita multo post Lacedæmonij bellum, quod sacrum est appellatum, susceperuntque, temploque, quod Delphis fuit, potiti, ipsius loci custodiam indigenis tradiderunt, quibus inde digressis, Athenienses cum exercitu eo profecti Delphis eiectis, templum Phocensibus habendū tradidere. Interiecto deinde tempore Bœotiorum quidam ab Atheniensibus defecerunt, ad quos recipiendos Tolmidas, Tolmei filius, cum exercitu est missus. Is Orchomenios & Cheroncos armis adortus, Cheroniam ui cepit, impo-sitoque in ea præsidio, quum Athenienses in Atticam abirent, Orchomenij Euboici exules, & Locri, impetu repente in Phocenses facto, partim captos ea conditione restituerunt, ut Athenienses iam inde rota Bœotia abstinerent. Tum populis uelut contagione quadam ad defectionē inclinatis, Eubœa quoque, haud multo post ab Atheniensibus defecit, quo Pericles cum classe & exercitu missus, uix insulam attigerat, quum eo affertur Megaren-ses cælo Atheniensium præsidio, cum Corinthijs & Epidaurijs societatem iniuisse, & Peloponneses Atticæ imminere, quo metu Pericles percussus, continuo est domum reuersus. Corinthij & socij nihilo secius Atticam adorti, ad Eleusinam usque populabundi processere, quibus digressis iterum Pericles in Eubœam transfugit, subegitque. Secundum hæc quæ dixi Achaia & Pisea restitutis Athenienses cum Spartiatis fœdus in triginta annos percussere. Sexto deinceps anno quàm id fœdus est ic-tū, bello inter Samios & Milesios ob Priemem orto, Milesij longe uiribus inferiores Athenas miserunt. Fecerunt & Samiorum quidam, qui præfenti rerū statu non

Pericles habitus.

Eloquentia. Liberalitas.

Sacrum bellum circa Delphos.

non

non contenti Mileijs persuaserunt, ut Athenienses percellerent ad trajiciendum in Samum, quod quum illi facile recepissent, quadraginta nauibus ad id instructis, popularem in Samo statum constituerunt. Obsidibus inde assumptis, quos in Lemno deposuerunt, praesidio que insulae imposito, in Atticam exercitum cum classe deportarunt. Atheniensibus insula digressis, Samiorum profugi societate iuncta cum Pissuthuo Histapli filio, qui Sardibus praerant, cum septingentis auxiliariis noctu Samum transmiserunt, multitudinisque uictores facti, furto obsides ex Lemno receperunt, quibus receptis aperte Samij rebellauerunt. Atheniensium praesidium in insula oppressum Pissuthuo tradiderunt, mox bello in Milesios reparando intenti, Bizantios in societate assumunt. Quod ubi Athenienses acceperunt, cum sexaginta nauibus Samum repetunt, quarum sexdecim non sunt usi, partim in Cariam misit ad impediendas Phoenicium naues, partim in Chium & Lesbum, ad accersenda auxilia. Quatuor igitur & quadraginta naues Pericle Xantippi duce aduersus septuaginta Samias ex Mileto redeunt, prospere pugnant. Quadraginta inde nauibus in supplementum domo misit, quinque & uiginti ex Chio & Lesbo auxiliariis Samum Pericles ingressus, pedestri praelio insulanos uicit, cinxitque urbem obsidione, mox audito Phoeniciae classis accessu, cum sexaginta nauibus processit illi obuiam. Interea Samij eruptione ex urbe facta, castraque parum munita adorti, speculatorias naues corumpunt, quae deinceps dimicandi studio obuia uenere, praelio superant. Sicque castris & portu potiti, plures dies citro ultraque com meatus Samiorum arbitrio importati sunt. Pericle reuerso, classeque domesticis sociorumque nauibus aucta, leue unum praegium fecerunt Samij, quo haud dubie superati, arctioreque obsidione pressi, nono demum mense, quam circumfederali coeperant, dedicationem his conditionibus fecere, ut nauibus & obsidibus traditis muros demolirentur, persoluerentque pecuniam certis pensionibus, quanta praesenti bello fuisset in sumpta. Bizantij & ipsi Samiorum casu territi, imperata ut antea se facturos sunt polliciti. Et haec in Graecia, terra marique gesta a Medicis temporibus ad Peloponnesiacum uique bellum, de quo tantummodo incipiam hinc scribere. Inciderunt in haec tempora uiri ingenio clari praeter eos, quorum proxima relatione mentio facta est, qui & eade rempitate uixerunt, Protagoras Abderites Sophistarum ingeniosissimus, qui leges scripsit Thurijs in ora Italiae, ut Ponticus Heraclides praedixit. Huius est illud, summa rei obscuritas & hominis uita breuis. Idem de dijs ita scribere est exorsus. An dii sint, statuere quidem nequeo. Ob idque eius libri publice sunt Athenis combustii. Ipse ut impius ciuitate pulsus. Coeperat & Socratis nomen illustre esse qui primus Ethice inuexit, sapientissimus inde moralium Apollinis oraculo iudicatus, etsi quidam id dubie tradunt, constanti uir ingenio inuictaque, ut Phauronius tradidit, sententia. Quod secutus Timon in syllis uasrum oratorem uariumque & subatticum appellauit. Vnicum bonum scientiam dixit, unicumque malum ignorantiam. Diuitias & nobilitatem generis nihil in se honestatis habere. Huncque proxime ad deum accedere, qui minimis indigeat. Eiusdem ea uox celebris, scire se unum, quod nihil sciret. Impietatis accersitus, & quod affectatores corrumpere suos, cicutae succum extremi loco supplicij hausit. Fuit & Aristophanes his interiectus ueteris comediae scriptor: Socraticusque, ut eius carmen declarat, supramodum infestus. Gorgias Empedoclis discipulus, qui centum & nouem uixit annos, adeo multa memoriter tenuit, ut extemporaliter quacumque de re proposita uteretur dissertatione, faceretque ob id ipsum cuique uolenti sui rogandi co-

Samij uectigales sunt.

Protagoras.

Socrates.

Aristophanes.

Gorgias Leon tinus.

piam. Primus Athenis publice Rethoricen docuit, tam locupleti mercede, ut ex folido auro sibi statua Delphis dedicari. Vixerunt cum eo eadem disciplina clari Hippas Aelius, Prodicus Chius, & Trasimachus Chalcedonius, Alcidas Eleares, Antiphon qui primus orationem scripsit, Polycrates a quo est oratio in Socratem edita, & Lyfias qui pro eo scripsit. Hi etsi una uixerunt, fuerunt tamen aliquanto maiores natu. Fuit his aequalis Phidias Atheniensis, diuerso lapidis genere clarus. Olympium Iouem affabre ex ebore & auro fecit, id opus nemo est postea emulatus, huius fuit praecleara illa Athenis Minerua, ex ebore facta, alteraque ex aere, tantae pulchritudinis ut a forma sit illi cognome datum. Plinius circa octogesimam tertiam Olympiadem floruisse auctor est, anno fere ccc. ab urbe condita: Potuit tamen ulterius uixisse, ut quem Eusebius in sextam & octogesimam rejicit Olympiadem. Fuit idem Pericles Atheniensis studiosissimus, quem insigniter figurauit, hastam super oculos in Amazona tendentem, credo ut capitis uitium celaret, accusatus quod aurum publicum ita operi applicuisset, ut sine sensu posset interuerti, in carcerem coniectus, morbo, siue ut alij tradunt, ueneno periit. Fuerunt eius amulii, eademque tempestate clari, Alcarnenes, Critias, Nestocles, & Negleas. Et hi quidem uiri in terra Graecia tum maxime floruerunt. Romae interim post Fidenas captas, & uillam in campo a Consoribus probatam, qui consules fuerint parum inter auctores constat. Macer Licinius Iulium & Verginium, qui prior anno consularum gessere, in sequentem annum resecutos arbitratus est. Valerius Antias & Q. Tubero, M. Manilius, Q. Sulpitium scripserunt. Ab alijs Tribuni consulari potestate traditi. Sed quicumque magistratus tunc in urbe fuit, tumultuatum Romae est, quod ad Phantum Voltumnae omnes Hetruriae populi, Veientibus & Phaliscis accersentibus, conuulsa dicerentur, de bello communi nomine Romanis inferendo acturi. Ea res in causa fuit, ut Mamerus Aemilius iterum Dictator sit creatus, qui Au. Posthumium Tuberonem magistrum equitum dixit, eaque interim ciuitas in grauissimi belli expectationem erecta, quum mercatores renunciarunt negata esse auxilia ab uniuersa Hetruriae gente Veientibus & Phaliscis: Tum omni belli cura discussa: Mamerus, ne non aliquid in sua Dictatura egisse uideretur, censuram, quae ab initio quinqueennis fuit, in annum & semestrem spatium lege ad populum lata contraxit. Et ut sciat, inquit, Quirites, quam mihi diuturna non placeant imperia, Dictatura me abdicabo. Censores eum in ordinem redactum, quia magistratum Pop. Rom. minere esset ausus, tribu submouerunt, octuplicatoque censu fecerunt erarium. Tulit Mamerus eam ignominiam ciuili animo, causam potius quam rem intulit. Contra tanta populi in Censores exarsit ira, ut nullius, praeterquam ipsius Mameri auctoritas, ne multitudinis incursum uiolarentur, Censores protexerit. Tribuni militum pro Consulibus sequenti anno creati patricij omnes. M. Fabius Vibulanus, L. Sergius Fidenas, & M. Folius. Pestis hoc anno fuit, cladesque in urbe & agris promiscue hominum ac pecorum, uota Apollini aedes pro populi ualitudine. Fames quoque suspensa fuit, misisque ob id in Campaniam & Siciliam frumentatores. Sequens annus Tribunos eadem potestate habuit, P. Pinarium Mamerum, L. Furium Medulinum, & Sp. Posthumium Album. Tribuni plebis non sine patrum certamine legem tulerunt, ne cui liceret petitionis causa album uestimentum sibi induere. Apparebat nobilitati ambitione feri, ut quum ad Tribunitiam dignitate, Consulari potestate, promiscue nobilibus & plebi pareret aditus, nemo tamen plebeius adhuc esset cum magistratu adeptus. Patres haud ignari quorsum tederet noua illa Tribunorum

Viri illustres.

Consules.

Dictator.

Tribuni militares.

Confules. norum ratio, totis uiribus ordinis adnixi peruicere, ut sequenti anno consularia comitia haberetur, quibus T. Quintius Cincinnati filius cui Peno cognomen fuit, & Gn. Iulius Meto sunt Consules facti. Nec ita multo post Equi & Volsci delectu sacra lege habito in Algidum conuenere. Vtrique ab alteris paululum discreti, bina fecerant castra, eo maior belli cura patrum animos inuasit, quo maior ferebatur, acuratiorque hostium apparatus. Placuit itaque Dictatorem dici consuetum in eiusmodi terroribus remedium. Quod quum Consules se facturos negaret, hoc uno inter se concordens, quum in caeteris omnia discordi animo ad eam diem gessissent, indignati patres Tribunos plebis orant, ut pro potestate cogeret consules Dictator dicere. Tribuni tantam occasione complexi, pro collegio pronunciant, nisi Consules Senatui parerent, iustos se eos in uincula duci. Paruerunt illi non sine dolore patrum, secum reputantium, telum Tribunitiae potestati datum, ad Consulare potestatem subigendam. Quintius cui sors obtrigit Au. Posthumium Tubertum locerum suum, seuerissimi imperij uirum, Dictator dixit. Ab eo L. Iulius magister Equitum est creatus. Iustitio primum, omnium indictum, Dictator summa ope arma comparat, cognitione eorum qui signa non sequebantur post bellum se habiturum pronunciat. Ex Latino quoque & Hernico nomine auxilia accersit, utrinque obnixi Dictatori obediunt. Relicto itaque Gn. Iulio consule ad praesidium urbis, magistrum Equitum L. Iulium in urbe esse uoluit ad omnia quae bello necessaria essent expedienda. Ipse Au. Cornelio Pontifice praeeunte, magnos ludos, tumultus causa uouit. Profectusque ab urbe, diuuii cum Quintio Consule genero suo exercitu ad hostes peruenit. Hic bina castra mille ferme inter se passus distantia, ut hostes fecerant, Dictator Tusculo propior, consul Lanuuium sunt metati, ita quatuor exercitus, rotidemque castra modicis distantia spatij, circa Algidum coledere ut uerum Martis Gymnasium tum Algidum dici poterit, ut Ephefium quidam ueterum, officina dixerunt. Alij Beotiam Theatrum. Dictator leuibus praelij iam inde ex quo castra collata sunt, hostium uires experiri non delitit, ex ipsoque rerum successu spem felicioris pugnae aucupari contra hostes, quum nullam in iusto praelio spem repositam haberent, noctu Consul castra adorti, rem in causam ancipitis euentus conijciunt. Nocturnus clamor non solum Consule, sed & Dictatorem ad arma, conciuat. Quintius Consul, militibus circa porta dispositis, corona uallum sepsit. Dictator Sp. Posthumium Album, cum parte copiarum per aduersa motus insinuat, ex improviso hostem castrorum oppugnationi intentum, iuber ex transuerso inuadere. Quintum Sulpitium legatum castris praefecit, equitem paratum ad erumpendum stare iubet, cui M. Fabius praefect. Sed quum optimi imperatoris partes salubri stratagemate pleuisset, ex eo maiorem quam dici possit est cladem consecutus, ubi exploratum habuit, ex utris hostium castris, maiores copiae ad consulem oppugnandum profectae essent, ad ea inuadenda cum delectis cohortibus M. Geganium mittit, quae penes prius capta sunt, qui in illis erant se oppugnari sensissent. Signum a Geganio editum peracti operis Dictatorem subita laetitia extulit. Ad suos conuersus. Ecce, inquit, castra hostium a nostris tenentur, nunc illi munitionibus exuti, in aperto sunt trucidandi. Ite alacres, & inchoata uictoria perficite. Haec Posthumius, atque una in hostem post equite pedatam immitit. Iam Spurius repetere inuectus, in praesione in eos qui ex uallo consulis pendebat facta impetu dederat. Consul quoque ex castris eruptione facta hoste uix Spurius sustinentem adortus, multo terrore percussit. Spectabatque haud dubie res ad fugam, quum Dictator premis equitibus affuit, & iam in medio Volsci & Equi caedebatur, quum Vectius Messius ex Volscis uir strenuus magis quam nobilis, suo-

Officina Martis.

Dictatoris stratagema.

Vectij ferocia.

rum metum conspicatus, clara uoce increpans, quid hoc est, inquit, milites indefensi atque inulti hic hodie casuri estis? quid igitur huc arma tulistis? aut quid tanto studio bellum reparare oportuit? an ocio feroces, in bello timidi? Quid spei est hic egentibus? an deum aliquem, ad hoc ipsum est caelo lapsum, ut nos protegat affuturum putatis? per hostes uia facienda est, quacumque uerumpere fuero adortus, hac & ipsi fortiter sequimini, si domos, coniuges, liberos, si caetera uobis charissima uultis inuisere, ite mecum, non muri non aggeres nobis obijciantur, armati in armatos ruitis, uirtute pares necessitate que ultimum ac maximum telum est, superiores. His Volsci Equique accensi, in aduersam aciem impetu feruntur, eisque continuo facta eruptio, ea parte, qua Posthumium Album submouerant, nisi mature Dictator affuisset: Tum eo eius praesentia & horratione praelio restituto, totum certamen incubuit multa utrinque uulnera breui illata & accepta, multa promiscue caedes edita. Iam ne Romani quidem duces incruenti praedium ciebant. Posthumius perfracto ictu lapidis capite, pugna excessit, Dictator humerum faucibus Fabius femur, Consul brachium, acie submoueri non potuerunt. Messius post multos conatus periacentium stragem, fortissimorum militum globonixus, in altera castra quae nondum capta erant, cursum extulit. Eo Dictator omnes copias admouit. Fuitque certamen nihilo segnius quam in acie fuerat. Hic Posthumius intra hostium munitiones signum iecisse dicitur, & a Consule diuersa parte id factum memorant, ac tum demum recipiendorum signorum studio Romanis in ferrum ruentibus, ubi uallum haud uno loco ceptum est rescindi, hostes abiectis armis supplices ueniam implorant. Capris castris praeter nobiles caetera multitudine sub corona uenit. Res Latini Hernicisque recognoscentibus reddita. Caeteram praedam Dictator sub corona uendidit. Inde Consule castris praeposito, ipse triumphans Romam rediit, seque dictura post triumphum abdicauit. Rei praeclearae alio qui gesta memoriam tristiore, scriptorum quidam fecere, in quibus Gellius, Cornelium credo nepotem secutus, auctor fuit, filium ab eo in castris securi percussum, quod ferox adolescens iniussu patris, cuius erat imperium, per occasionem bene pugnandi, praesidio decessisset. Quibus Liuius ex confesso non accedit, argumento adductus, quod Manliana imperia non Posthumiana ut seuera uulgo fuerint celebrata adijcit Manlium ex ea re imperio si postea cognomen tulisse, quum Posthumius nulla alioqui nota esset insignitus. Sed quoquo modo res habet (traditur enim omnino anceps) incidit Posthumij dictatura in annum uigessimum quartum ac trecesimum urbis Romae, si Gellius recte colligit, quo sane tempore bellum illud celebre est in Graecia ortum, quod Peloponnesiacum est appellatum. Et Carthaginenses, ut Liuius scribit, graues Romani nominis hostes futuri, tum primum in Sicilia, per insulanorum seditiones, exercitum transmissere. C. Iulius Consul Posthumio Dictatore & collega absentibus, aedem Apollinis dedicauit. Sequenti anno, L. Papyrio Crafso, & L. Iulio Consulibus induciae annorum octo. Equis datae, quum foedus ab ea alioqui gente esset a senatu petiturum. Lex de mulctarum aestimatione ad populum perlata, Consules eam tulere, L. Seruius Fidenas iterum & Hostius Lucretius Tricipitinus consules inde creati. Quorum annus nulla re domi forisue gesta insignis fuit. Hos secuti Aulus Cornelius Coflus & T. Quintius Penuus. Veientes in Romanum agrum excursions facere, quibus Fidenatum quidam immixti fuisse dicebantur, quaestione super ea re habita, eorum nonnulli Hostiam relegati, quonia cur Fidenas per eos dies abfuisent parum confitit, additque noui coloni ueteribus. Mira eo anno siccitate

Acie certamen.

Dictatoris factum.

Contra A. Gellium.

Aedes Apollinis.

Consules.

Consules.

ficcitate laboratū, ut non coelestes non modo aquae defuerint, sed terra ingenito humore penè amillo, nix ad perennes fluuios sufficeret. Exaruerūt torridi fontes, pecorumq; siti morientū passim strages edita, pleraq; scabie allumpra, uulgariq; tactu in homines morbi, primoq; in agrestes & seruitia, mox & ciuitatem corripuit tetra lues, orta ex ea clade multiplex superstitio, ita ut nō minus animi affecti essent quàm corpora. Passim omnib' facellis uicisq; peregrina & insueta sacra fieri, multiq; sacrificuli tota urbe existerent. Id patres indignè ferentes, negociū ad libus dedere, ut diligenter auerterent, ne alio ullo in urbe ritu, quàm patrio sacra ferent. Meminit præter Linium cladis huius & morbi, quæ ea tēpestare acciderunt, Thucydides Peloponnesiaci belli auctor, ad quod per partes explicandū hinc, qui locus erat iam antea destinatus, exordiar. Corcyrensiū & Corinthiorum discordia, ut idē auctor prodidit, Græciā ad id bellū armauit. Sed ut una hæc intestinæ illius discordia fuit causa, ita meo iudicio nō sola. Enimuero æmulatio primo, mox odiū Lacedæmonijs & Atheniensibus in perpetuum traxit certamen, ita ut Græcia nō prius quiescere potuerit, q̄ alterius populi quod postremo accidit, opes interierint. Refederat quandoq; bellum induciarū fœderumq; prætextu, ceterū odia mutari nequuerunt. Causa quam Thucydides celebrat, hæc traditur. Est Epidānus urbs in ora Macedonia sita, qua terra ipsa Ionio alluitur, nomē illi Appianus Epidamno quodam Barbarorū rege impostum arbitratus est, qui urbem condidit. Huius è filia nepos Dyrachus portum urbi adiecit, quē Dyrachium à se nominari iussit. Qua liberius uoce Rosunt postea usi, ominosum Epidamni nomen auersati. Dyrachus bellum cum fratribus gerēs, forte ita accidit, ut Herculem ex Hispania redētem in belli societatem ascuerit, agri portionem cum eo pactus quo contigit, ut Dyrachini famam huius rei secuti, bellus suæ incolam fuisse Hercule uulgo prædicare consueuerint. Ferūt ea pugna, quæ est inter Hercule & hostes commissa, Ionium Dyrachi filium ab Hercule per errorem interfectum, eiusq; exagū corpus in mare proiectū, unde sit postea pelago cognomen datum, Ioniumq; appellatum. Procedente tempore Phryges ex Phrygia delati urbē tenuerūt. Dein Tau Iantij à Polyphemi filio nuncupati: Illyricū id genus hominum. Liburni & ipsi eiusdē gentis Taulantios eiecerunt. Hi celeritate nauium usi, quæ ab gente sunt postea Liburnicæ appellatæ proxima loca latrocinij infestabat. Corcyrenses, quorum opes tum plurimum in mari pollebant, Liburnis bello pulsati Taulantios Corcyrensiū colonis, Phalij Corinthij dūctū, admixtis restituere, ex eoq; factum, ut Græcia sit urbs credita: nam Corcyrenses Corinthiorum coloni futere. Creuerunt haud mediocriter temporū spatium Epidamniū opes, celebritate & fortunis, ceterum domesticis seditionibus agitati post multas & uarias clades, principes ciuitatis à plebe eieci, ad Barbaros confugere. Quorum opibus freti, terra mariq; Epidamniū grauius infestabant. Qui in urbe erant ad Corcyrenses mittunt, orantes ut aduersus Barbaros & exules ferrent sibi opem, à quibus quum nihil impetrare potuissent, Delphici oraculi monitu Corinthum, unde iussi fuerant sibi ducem & subsidium quaerere, legatos mittunt. Corinthij ultionem polliciti, tum quia æquum putabant optulari ijs, qui non minus sui quàm Corcyrensiū coloni, ob ipsum coloniū ducem uiderentur, tum in ipsorum Corcyrensiū inuidiam, quos in senese ode rant, nam quum à se oriundi essent, ingrati nimis fecum ad tempus agitabant, qui non solum non debitos parenti & metropoli suæ redderēt honores, sed quod inhumanum erat & impium ludibrio haberent. Erant tum Corcyrei Græcorum ditissimi, nauiticaq; rei gloria ob Phæaces qui iam antea insu-

Pesilentia.

Peloponnesiacum bellum.

Epidamnu.

Dirachium.

Ionium mare.

Liburnicæ nauis.

Corcyrei.

Corcyrei Epidamnum obsident.

lam tenuerūt, præcipue illustres, Corinthij Epidamnum præsidia miserunt, ac præter suos Ambraciotarum & Leucadiorum plerōsq; eundi eo habitatum facta ire uolētibus potestate, præsidium, quod ex Corintho uenerat, Apolloniam primo tenuit, inde ne mari interciperetur, pedestri itinere Epidamnum adijt. Corcyrenses coloniam Corinthijs deditam ægreferentes, cum ualida classe eo ire contendunt, iubentq; exules recipi, qui post præsidium à Corinthijs missum Corcyram supplices iuerant sibi opem implorates. Sed quum imperata minime fierent, Corcyrenses Illyricis in societatem assumptis quadraginta nauium classem in urbem terra mariq; hostiliter circumdant, facta hostibus potestate impune abeundi, si intra certum diem præsidio decessissent. Corinthij ubi nunciatum est, præsidium suum, & Epidānos terra & aquis oppugnari, Messenijs, Megarensibus, Træzenijs, & alijs plerisque iuantibus ualidam instruunt classem. Assuerunt interim Corcyrensiū legati, qui multis precibus egerunt, ne Corinthij auctores essent, ut inter cognatas urbes armis disceptaretur. Cognitionem & arbitrium præsentis causæ quibuslibet Peloponnesiū, nihil grauarè permitturos. Orare obtestariq; ut itidem ipsi facerent, nec temere ad arma currerent, quibus inter cognatos populos dimicari non minus impium esset quàm calamitosum. Corinthij haud iudicium detrectabant, uerum posere, ut Corcyrenses & Barbary, priusquam res cognoscerentur, soluerent obfidionem. Alioqui parum æqua postulari, ut dum Epidamnienses suæ fidei crediti, præsidiarig; cum illis copiæ, mari & terra premerentur, ipsi ociosa secuti iudicia ceteras belli partes omitterēt, paterenturq; inerti contentione, suos ad Epidamnum periclitari, Corcyrenses post irritam altercationē infestare domum abierūt. Corinthij caduceatore præmissos, qui bellum Corcyreis indiceret, ipsi confestim cū quinque, & septuaginta nauibus, duobusq; que milibus militum portu profecti Epidamnum uerius cursum intendunt. Classis uniuersæ præfecti erant Aristeus Callicrates & Timanor Timantis filius. Militib' Archetimus & Isarchidas Isarchi filius imperabant. In Anactoria terræ litus primo classis delata est, ubi templum Apollinis in faucibus sinus Ambracij, eo Corcyrensiū Caduceator uenit denunciāns, ne in classem & exercitum, quem circa Epidamnum haberent, ultra nauigarent, quod si pergerēt porro ire, futurum ut iam inde pro hostibus haberentur. Verum quum hinc quoq; nihil pacati redderetur, Corcyrenses octoginta nauibus instructis, super quinquaginta illas, quæ in obfidione erāt (tot enim tum naues illis fuere) obuiam Corinthijs eunt, pugnaq; nauali commissa egregie uincunt quindecim hostiū nauibus corruptis. Eodem die contigit, ut qui Epidamni erant ea conditione deditioem fecerint, ut Corinthij in uinculis haberentur, donec uictores de his aliud statuissent, auxiliares uero uenderentur. Secundum hanc prosperam pugnam Corcyrenses in Leucymna suæ terræ promontorio Trophæum statuere. Corinthios custodiri iubent, reliquos ad unū obruncant. In quo uidentur Corcyrenses non tam ueteris necessitudinis rationem habuisse, quā ut eo exēplo Græciæ populos à Corinthiorum societate alienarent, si scirent sibi de uita dimicandum quum interim ij pro quibus bella adirentur, essent extra periculi sortem. Erant Leucadij Corinthiorū coloni, proinde eorum terram Corcyrenses adorti hostiliter populantur, Cyllenem que Heliensium nauale incendunt, his irati, quod inter Corinthios auxiliares uenerant se nuper oppugnatum. Pari penè clade affecti sociorum plerique alij donec aestate uerterent Corinthij castra in Actio posuerunt, & circa Chimerium Thesprotidis, ut Leucada tutarentur. Corcyrenses & ipsi Leucymna confederunt, do-

Corinthiorum classis.

Corcyreses Corinthios uincunt.

Corinthiorum bellicus apparatus.

nec

nec aestas per hæc acta est. Sequenti anno Corinthij classem quam ualidissimam instruunt, ex totaq; Peloponnelo auxilia accersunt, cuius bellici apparatus fama Corcyreses terri, sua interese rati, ut ex Græciæ populis aliquem in societatem traherent, Athenas legatos mittunt. Quod ubi est Corinthij auditum, mittunt & ipsi ad Athenienses, qui eos præsentis societatis & fœderis admonerent, ne novos socios ueteribus, & cum quibus istum fœdus haberent, in tanto belli discrimine præferrent. Concio ne itaque populi aduocata, Corcyreses in hunc modum sunt locuti: Equum est uiri Athenienses, ut qui externa uelut nunc ipsi facimus implorant auxilia, si neque meritum ullum, neque societatis sibi cum ijs intercedat, à quibus aliquid impetratum uolūt, doceant primum ea quæ petuntur fore ijs unde implo rantur conducibilia, aut saltem minime calamitosa, uel si cætera defuerint, parem officio gratiā non defuturam. Horum si nihil demonstrauerint, haud in quo animo ferre debebunt, si quæ uoluerint impetrare nequuerint. Quod cum ita sit, nos Corcyrenses horum singula probaturi, ad uestram societatem petendam uenimus, sed omnium primum illud nobis durum & perdifficile est, quod qui nunquam haudenus cuiuspiam uoluntarij socij fuimus, ne cui alienam societatem secuti bellū inferre cogemur, atque iniurijs esse, nunc graui bello obnoxij, omnique fœderis & amicitia inopes, ad alienam societatem orandam uenire coacti sumus. Quo fit ut quod prudentia prius dari potuit, nolle cum exteris societate inita, opibus & fama periclitari, id nunc imprudentiæ detur, & infirmitati, quod supplices aliena petamus. Compelsumus, quod ad rem attinet, per nosmet hoc anno Corinthios nobis bellum inferentes, uerum ubi totam Græciam, ut nō uanis ad nos rumoribus multifariam afferunt, in partes belli pertraxerunt, persuasum que nobis est, nostras opes longe impares Græciæ futuras, pro magno negocio habuimus, undecunq; implorare nobis auxilia, uenia utique digni, si quod opinionis errore inepte, fecimus, nūc necessitate corrigamus. Nec dubium est uiri Athenienses, quin ostenturi simus hanc nostram societatem honestam uobis fore, multis que de causis utilem, primum quod propullantibus iniuriam non inferentibus, opitulamini, deinde, quod eos in socios recipiendo, quibus præcipuum imminet periculum, æternæ memoriæ beneficium apud Corcyreos collocabit, qui quum secundū uestras opes in mari polleant, considerate quæ maior occasio uestri successus, quæ et hostibus tristior esse potuit, quàm eam potentiam quam ipsi uobis, quum magna alioqui pecunia, tum totius gentis gratia quaeritam optaretis, eam nunc ultro uestræ ciuitati oblatum iri citra periculum, citra sumptum recipendam, multam apud alios laudem, apud eos, quos protexeritis, gratiam indelebilem allaturam, uobis splendorem & incrementum, quæ commoda perpaucis unquam in noua societate iungenda contingere consueuerunt. Nunquam uiri Athenienses uel raro accidit, ut qui belli societatem peterent, præstaret ipsi non minus præsidij & ornamenti quàm acciperent. Quod si quis bellum uobis in quo utiles esse possimus non imminere arbitratur, is profecto fallitur opinione, nec intelligit Lacedæmonios, uel meru uestri, uel inuidia & æmulatione, ad bellum spectare, Corinthiosq; ex professo inimicos occupādo uiam ad uos inuadendos affectare. Quod quum ita sit, uestræ sunt partes uiri Athenienses eos præuenire, nobisque in societatem receptis, uestras opes aduersus illorum insidias firmare. Dicant fortasse Corinthij iniuste uos Athenienses facturos, quod nos suos colonos in socios recipiatis. Sed dicant illi ita demū fere, ut ipsi à sua honorentur colonia, quum illa ab ipsis, ut optimis parentibus, amari, sibi que bene

Oratio Corcyrensiū.

Iussa petendi ratio.

Refutatio.

fieri senserit. Contra nihil mirari oportere, si sui coloni deficiant & aduersentur, si ea potissimum ratione à se missos arbitrentur, ut seruiant ijs, qui metropoli relinquuntur, ex æquo uiuere debeant. Nam quod Corinthij in nos iniurijs sint, nemo est qui non perspicuè intelligat, quippe qui citati in iudicium de Epidamnio bello maluerūt obiecta refellere, quam iure & æquitate disceptare. Quod si in nos progeniem suam tam superbe & contumeliosè agūt, quid cæteros expectare oporteat facile percipi potest. Nec est cur fœdus, quod cum Lacedæmonijs istum habetis, uiolatum à uobis dici possit si in uestros socios aliscamur, neutrorum enim socij sumus, sitque in iplo fœdere disertè expressum, si qua Græcorum ciuitatum præterquam sociarum alterutri partium hæere uoluerit, ad utram uoluerit liceat accedere. Enimuero indignum uideri possit, si Lacedæmonijs & Corinthijs liceat ex socijs urbibus Græciæ, & ex ijs, quæ uestra sunt ditioris, classem instruere, si quæ noua societate ab ijs qui hæc faciunt interdici. Nunquam præterea uobis inimici fuimus uiri Athenienses, qui in tanto discrimine repudiemur, nec si repulsi simus Corinthij & Lacedæmonij uobis minus infensi erunt. Adde quod eorum opes nostrarum accessione longe maiores fient. Contra si recipiamur, ex uestris socijs & auxiliarijs hac de causa classem instruentes, tantum fere uirum illis detraxeritis, quantum ad nos tutandos fuerit à uobis comparatum. Quare cum plures, ut ab initio ostendi, commoditates ex nostra uobis ostendatur societate, fides (nihil enim fœdus uiolatur) classis, qua neglecta nihil sit uobis damnosius, gratia tanto à uobis cumulator expectanda, quanto nunc proximiores periculo sumus, & ut iterum dicam, ne fœdera uiri Athenienses uos nostra societate dererent, quæ præterquam quod nihil prohibent uos id facere, haud tamen à uobis, tam religione quàm metu, custodia prædicabuntur, sientque ex eo occulti hostes longe ferociores, multoque audacius uobis insultabunt. Demum sic habere, præter insulam quam tenemus opportunitatem, quæ & in Siciliam, & in Italiam Græcis dat, & adimit cursum, ex tribus ualidis classibus, quas Græcia instruit, quarum una uestra est, nostra altera, tertia Corinthiorum, si duas in unum coire patiemini, ut Corinthij, quod nolim, nos uictos sibi iungant, cum Corcyreis & Peloponnesibus nauale geretis bellum. At nobis receptis, plus nauium habebitis, quibus fiet, ut non tam uobis hostes, quàm uos illis posthac formidolosi sitis. Hæc quum Corcyrenses perorassent, Corinthiorum unus contra huiusmodi est oratione usus. Si Corcyrei de se recipiendis tantum uerba fecissent, uiri Athenienses, satis habuissent id monstrare, cur recipiendi nō essent. Verum quia & illud adiecerunt, bellum à nobis sibi iniuste illatum, necessario de utroque nobis dicendū apud uos est. Percurram inde alia, quæ ad causam pertinent, ita ut & quæ nos postulamus facilius intelligatis, quàm æqua sint & uobis utilia, contra quam iniqua & perniciosa, quæ à Corcyrensiū petuntur. Modestis studio aiunt se nullorum unquam societatem recepisse, quasi uero nesciamus, non uirtutis, sed celandi latrocinij studio, id ab eis fieri, quod cum nullis hominum societatem unquam iunxerint. Quippe qui sui sceleris conscij, neminem habere uoluerunt, aut socium, aut testem, à quo possent humanitatis & officij admoneri. Est enim illorum urbs ita sita, ut nulli rei sit magis, qui inferendæ iniuriæ, idonea. Adde incolarum mores, qui omnium penè mortalium congressu abstinent, illuc quod peregre appulsi sæui & immanes nullorum socij esse uoluerunt, non ut alienæ iniuriæ essent expertes, sed ut sine arbitris iniuriam facerent, licenciosius que in quos uellent

Necessitas.

Peroratio.

Corinthiorum oratio.

z

graslarer-

Iusta illati belli causa.

grassarentur, ut quum id ipsum latuisset, plura adipiscerentur, atque eorum quae adepti essent, pudere non posset. Quod si hi uiri essent qui uideri uolunt, uirtutem & mores suos, exteris licebat gentibus ostentare, iusta dando & accipiendo. Verum neque erga alios, neque erga nos, tales ad hunc diem extiterunt, qui quum sint coloni nostri, quum semper alias in nos superbi fuerunt & contumaces, tum hoc tempore bellum nobiscum gerunt, aiuntque non ideo se à nobis in Coloniam transcriptos, ut acciperent iniuriam, quibus inuicem respondemus, ne nos qui dem iccirco eos misisse, ut ab eis iniuriam acciperemus, sed nos ut praesides colerent: & honorem quae nobis aliae Coloniae praestant, ipsi quoque praestaret, quod quum omnium soli nos inuictos habeat, sintque in nos hostili animo, quid habet cur queri possint, si bello à nobis perantur, quos sine causa etiam petitis oportuisset nostrae iracundiae cedere? Caeterum diuitijs freti, quae qua sint illis ratione questitae diximus, quum plura alia in nos impie egerit, tum quod Epidamnium quae nostrae ditiois est, quum bello uexaretur, tueri noluerunt: rursus ubi nostro praesidio teneri senserunt, hostiliter eam occuparunt, uicque occupatam tenent. Nec contenti illic peccasse huc uenerunt, à uobis iniustam petentes societate, quin tunc potius uos socios sibi aspicere debuissent, quum procul à periculo aberant, & non postquam nobis iniuria illata est, ipsique à parte periclitantur, nec (quando uos nullius eorum potentiae participes fuistis) nunc ipsis uestras opes impartitis, & qui procul ab eorum scelere abfuisistis, contractae culpa participes habeamini. Iam intelligitis, credo, quo aequitatis gressu uos procedere oporteat, nec non illi quam uolentè & auaè fecerint. Nunc ne iure quidem hos à uobis socios recipi posse ostendat. Nam quum in foedere dicitur licere cuiilibet ascripta rum ciuitatum ad utros uelit se conferre, non ita dicitur, ut id fiat in perniciem alterius partis, nec ut auxilium imploret aduersus illam, à qua defecerit: aut ut ijs à quibus recipitur, bellum pro pace afferat, id quod uobis, si eos audiueritis, eueniet. Enim uero non his tantum auxiliares, sed pro socijs nobis hostes efficiamini, necesse nanque est, si ab eis steteritis, utrosque iuxta ulciscamur. Praestabit igitur, aut non in partibus esse, aut si esse uolueritis, pro his potius stare quibuscum foedus sanctissimum scitum habetis, ijs repudiatis, qui & si non hostes, amici tamè uobis nunquam fuerunt. Nec uos tam nouo, quam pessimo exemplo, eos qui ab altera parte defecere, in socios recipite. Quoniam quum Samijs à uobis deficerent, publicoque Peloponnesium concilio quereretur, an subsidium esset illis mittendum, soli omnium nos Corinthijs sententiam diximus, non esse prohibendum à suis puniendis quempiam, quod ut ipsi ridem sentiat postulamus. Iam si ita demum receptum fuerit, ut qui delinquendo à suis defecerint, ab alijs defendantur, haud dubie uestri quoque, qui non pauciores sunt, ad nos aliquando confugient, sic inductum à uobis exemplum, non minus in suos autores, quam caeteros decideret, & haec quae de nostro iure, secundum Graeciae leges, uobis monstranda duximus. Superest igitur, ut uestri hortandi, reposcendaeque gratiae studio, tantum à uobis petamus, quod uos nobis reddere aequum est. Nam quum aduersus Aeginetas medio bello Liburnicam inopia laboraretis, uiginti naues uobis nos Corinthij concessimus. Ob id igitur, & quod Peloponnesenses nobis autoribus Samios non iuuerunt, tantum à uobis impetrare debemus, ut non solum non hostibus auxilio sitis, sed bello etiam apparatu nostras opes enixè iuuetis. Sic enim rectè uiuitur, si gratia & officio mortales inter se certent. Nec quia magnam ad societatem classem pollicentur, propterea audiendi sunt Corcyrenses, non afficere in-

Argumentum à simili.

inuria pares, firma est potentia, & nunc sanè tempus est, quo qui auxilio sit, amicus merito habeatur: qui uero aduersatur, inimicus. Nunc iterum atque iterum precamur, ne Corcyrenses nobis inuitis socios uobis conscribatis, nec eos de nobis male meritos tueamini, quod ipsum à uobis praestari oportet, quum propter alia multa, tum ut rebus uestris optime consulatis. Corinthij & ipsi tali secundum Corcyrenses usi sunt oratione. Caeterum Athenienses, priorem causam complexi, ita cum Corcyrensis foedus iniuere, ut utriusque alteri auxilio essent, si hostium classem Athenas, aut Corcyram ad moueretur, neutri alioqui tenerentur ad bellum cuiuspiam inferendum praestare subsidia. Nec ita multo post Athenienses decem naues Corcyrensis auxilio misere, ducibus Lacedaemonio Cimonis filio, Diotimo Serobichii, & Protea Epiclis, quibus mandatum est, ut cum Corinthijs pugnam nullam committerent, nisi aduersus Corcyram nauigantibus. Et haec naues Corcyra profectae sunt. Corinthij Atheniensium societate destituti, nihilo tamè secius cum centum quinque nauibus, in quibus Heliorum erat, Leucadiorum, Megarensum, Anaetiorum auxilia, in Corcyrenses mouerunt. Praefecti eius classem Xenocles Eurydis filius cum quatuor collegis. In Leucadem primo naues coiuere. Inde classem profecta ad Chimerium in ora Thesprotidis confedit. Est autem ibi portus, & super eum urbs à mari distans, in palustribus sita, nomine Ephire, iuxta quam exit in mare palus Acherusia, cognomen habens à flumine Acheronte, qui per Thesprotidem Cestrinemque, fuit disterrimanans, medioque tractu Chimerium est promontorium. Corcyrenses audito hostium accessu centum & decem naues expediunt, Mityade, Efimide, & Euribato ducibus. Sederuntque hi ad Sybotam deserti portum Thesprotidos. Ibi omnibus ad pugnam intructis, Corinthij trium dierum cibarijs sumptis, noctu à Chimerio soluunt pugnandi consilio, ubi primò hostem in conspectu habuissent. Sub diluculo Corcyrae naues appropinquantem hostium classem intuit, sine mora ex aduerso in altum tendunt, atque ita mutuo se conspectatae, continuo ad pugnam naues & arma expediunt. In dextro Corcyrensum cornu Atticae naues fuerunt. Alterum Corcyrenses tenebant. Quibus Megarenses & Ambracienses in dextro hostium cornu steterunt, in medio socij assumpti. Equum latus Corinthij ipsi protexere, ut cum Atheniensibus concurrerent. Vbi igitur utriusque sublata sunt signa, confligunt aduersae classes, utrinque sagittarij & iaculatores aderant, fuitque proinde praelium atrox, confertis nauibus stararia erat pugna, nec obconfertam multitudinè ulla poterat insignis eruptio fieri aut irruptio. Magis itaque animo & robore, quam scientia dimicabatur. Plurimus ubique erat tumultus, ambiguumque certamen, in quo Atticae naues eam operam socijs nauabant, ut non solum qua obiecti erant hostem distinerent, sed sicubi suos sagitare uiderent, subito occursum laborantibus adesset, suaque praesentia erigerent, praelio, ut iussae erant pertinaciter abstinebant. Interim dextrum cornu Corinthijs labare cepit, qua Megarenses pugnant, breuiter fugam inclinauit. Instant fugentibus Corcyrenses ac uiginti nauibus pertinaci cursu ad littus usque persequuntur. Nauibusque egressi hostium castra incendunt, pecunias & alia multa diripiunt. Et iam ex una parte Corcyrenses egregie uicerant, quum ab altero cornu Corinthij meliore euentu dimicantes, haud dubie uictoriam sunt assecuti. Nam posteaquam uiginti illae naues, quae fuerant hostem secutae, longius à suis euectae, latus unum nudarunt, Corcyrenses continuo ceperunt sua paucitate laborare, quod ubi sunt Athenienses intuiti, nihil occulte suppeditias eunt, abstinebant tamen congressu, nec diutius anceps

Peroratio.

Corcyrensum clades.

Athen. clas. s.

Corinthiorum clas. s.

Ephire. Acherusia.

Corcyrensum clas. s.

Ad Sybotam plectrophæi.

Acre certami.

Corinthiorum fuga.

anceps fuit praelium, iam aperta fieri fuga coepta erat. Corinthij haud aliter quam conferto praelio sustineri poterant, tum praefecti nauium nequid contra publica iussa facerent cum Corcyrensis cessare, multi in ea fuga caesi, Corcyrensumque plures naues partim corruptae sunt, partim demeritae, quarum scaphas remulco Corinthij suis religatas attrahentes in stationem usque uictum hostem egere, ad sua deinde naufragia caesosque reuersi. His actis Corinthij suorum clade adhuc magis irritati, iterum in hostem aciem, pugnandi studio, dirigunt. Corcyrenses ueriti ne in suam oram hostilis classem irrumperet, receptas ex recenti trepidatione naues contrainstruunt, adfunt & Atticae subsidio, erantque etiam sub noctem utrinque confistituri, quum Corinthij uinginti Atheniensium nauibus ex alto conspectis, remos inhibuerunt. Athenienses ueriti, quod iam acciderat, ne paucitate nauium Corcyrenses impares Corinthijs essent, nec suaeque decem numero erant, tanti forent, ut socios tueri possent uiginti naues tum demum subsidio miserant. Mirari primo Corcyrenses quid esset quod Corinthij sese pugnae subtraherent. Enim uero illi in altum euaserant, adeo ut Atticae naues conspicerent, quirent appropinquantes: Demum ubi sociam classem adesse ex specula nunciatum est, tum quia & ipsi quoque parum exploratum habebant socij essent, an hostes, retro abierunt. Iam enim noctis tenebrae intendebantur, quum Corinthij Corcyrensesque in suas utriusque stationes cesserunt. Postridie ubi primum illuxit Corcyrenses triginta Atticis nauibus freti, haud procul ab hostium statione in proximo steterunt. Confestim Corinthij & ipsi in apertum euecti, immota steterunt classe, noua ueriti auxilia, miseruntque ad Atticos duces caduceatorem, qui diceret, eos iniuste facere, qui inhiherent Corinthios colonos suos rebelles punire, nec sinerent se quo uellent nauigare, belli materiam per ea ferentes, nemini dubium esse, quin contra foedus apertè, quod secum sancitum haberent, talia fierent: ad ea Athenienses, neque bellum incipiunt uiri Corinthij, neque rumpimus foedera, nec est cur uestra uota in aliquo remoremur, si alio quam Corcyram cursum intenderitis. Ab ea insula, initae societatis gratia, quantum in nobis erit, omnem iniuriam arcere parati sumus, Corinthij his auditis, discedere statuerunt, erecto que apud Sybotem in continenti praerupto, domum concesserunt. Corcyrenses & ipsi in insula Sybotis è regione suum trophaeum statuunt, ueluti uictores, tam hi quam illi sibi uictoriam trahentes. Corinthij uicisse se praedicabant, quod ad noctem usque uictores fuissent, naufragiaque plurima, mortuosque receperint, captiuorum non minus mille haberent, nauibus circiter septuaginta deprexis, Corcyrei quia dextrum cornu hostium fudissent, incensaque eorum castra essent, & quod pro uictis sequenti die Corinthij pugna abstinuissent. Quibus cedentibus ipsi per oceanum spolia legissent. Domum Corinthij nauigantes Anaetiorum, quod sibi cum Corcyrensis commune erat, intercepti. Ex Anaetio in Achaia transmittunt. Hic Corcyrensum ostingenti uenire. Ducenti nobiliores in custodia sunt habiti. Dataque opera est, ut per eos aliquo modo Corcyra Corinthij potirentur. Athenienses & ipsi non multo post in Atticam reuersi sunt. Haec fuit expeditio illa, quae in Athenienses Peloponnesiacum excitauit bellum, quoniam contra Corinthios in acie pro Corcyrensis steterunt. Etiam aperta utrinque odia imminebant, nullum tamen adhuc bellum erat, quum Athenienses ueriti, ne ex socijs & uectigalibus urbibus, Corinthiorum instinctu, aliqua à se alienaretur, Potideatis qui ad Isthmum Pallenes incolunt, imperant, ut obsidibus sibi datis, murum

A demolirentur, qua & Pallenen Potidea spectaret. Hi etsi socij erant tamen & Corinthiorum coloni, & ob eam rem non immerito post Corcyrensem pugnam naualem Atheniensibus suspecti, nec ipsi obscure praeseferant odium in Athenienses. Erat & Perdicæ Alexandri filius Macedonum rex Atheniensium hostis factus, quum iam antea amicus fuisset. Inimicitiarum causa illi exiit, quod Athenienses societatem iniissent cum Philippo fratre, & Dardania aduersus se bellum communiter gerentibus. Miserat igitur Perdicæ Lacedaemonem ad concitandum in Athenienses bellum, & Corinthios sibi conciliauit, spe Potideae ab Atheniensibus alienandae. Sollicitauit adhuc Chalcidenses qui Chersonesum incolebant, & Botticos Perdicæ ad defectionem. Quibus Athenienses instructi ad opprimenda sociorum consilia, triginta naues mittunt in oram Thraciae Archestrato Leucomedis filio duce. Potideenses ab Atheniensibus per legatos petierunt, nequid noui aduersus se statueretur. Miserunt & occulto Lacedaemonem sciscitatum, an missuri essent auxilia, si ab Atheniensibus deficerent, quibus benigne promissis, facta insuper spe, siquid Athenienses in eos armorum molirentur, fore, ut continuo Spartani Atticam popularerent. Potideae Botticij & Chalcidenses coniurati ab Atheniensibus uno tempore deficiunt, quum Attica classem in Thraciam nondum applicuisset, Chalcidenses maritimis urbibus relictis, partim Olynthum Perdicæ auctore, partim in Mygdoniam migrarunt, quae est ad Bolbem paludem, quam ipsis profugis incolendam Perdicæ tradidit quoad debellatum esset cum Atheniensibus. Posteaquam Attica classem in oram Macedoniae uenit, audita urbium defectione in Philippo & Dardania partibus mansit, donec maiores domo copiae adessent & ut sociorum uiribus adiuti, eos qui defecerant facilius ad imperium traherent. Corinthij & ipsi ad duo milia cum Aristeo Adimanti filio praesidium Potideensibus misere. Afferunt interim nuntius Athenas de Potideae & aliarum urbium defectione, continuoque duo milia militum & quadraginta naues Calliae Calliadis filio expeditur, qui quum in provinciam uenisset, iam Archestratus cum priore classe Therma fuerat potitus, Pydnamque oppugnabat. Fuit recentior classem aliquandiu circa Pydnam. Interea Athenienses Perdicæ sibi reconciliato, Philippo & Dardania partibus relictis, societatem cum eo iungunt: inde in Potideenses mouerunt, tria pedum milia, erat & cum his sexcenti Macedonum equites. Potideenses audito hostium accessu, cum Aristeo & Peloponnesiacis militibus ante Olynthum muniunt castra, aderantque & sociorum copiae, quorum consensu summa totius imperij Aristeo datur, affuit & Perdicæ equitatus, qui non multo post reconciliationem ab Atheniensibus defecit. Callias ubi ad Isthmum classem admouit hostem sese ad pugnam parantem conspicatus, & ipse ex aduerso aciem instruit. Aristes ea parte qua pugnauit haud dubiam fecit uictoriam suis fugatisque hostibus, alterum cornu qua Potideenses dimicabant Atheniensibus celsis, id usque ad muros Isthmi fugatum Atticus uictor egit. Hic ab insequendo hoste destitit, ubi suorum res perditas uidit ab altera parte. Aristes Potideam cum ijs, quos circa se habuit, concessit. Aberat Potidea ab Olyntho ubi pugna commissa est, ad stadia sexaginta. Athenienses trophaeum hic ubi dimicatum est statuunt, perierunt ex Potideensibus trecenti, Attici generis dimidio minus, & in his Callias dux. Nec ita multo post Athenienses duce Phormione, Asopij filio, mille & sexcentos miserunt, qui Pallenen muro cinxerunt. Interim Potidea obnixè oppugnari coepta erat ab ijs qui ad Olynthum prospere dimicabant, & quum nulla ui hostes arceri

Potideate.

Perdicæ.

Philippus & Dardania fratres.

Defectio Potideae & aliarum urbium.

Recentior clas. s. Attica.

Callias ceditur.

res Caribus finitimi. Ionia, Hellepontus, Thraciae loca, & insulae quaecumque supra Peloponnesum & Cretam ad ortu iacent, Melo et Tera exceptis. Ex his naues praebuere Chij, Lesbij, & Corcyrenses. Caeteri pedestres copias & pecuniam. Hi quoque focij atque urorumque belli apparatus fuere. Lacedaemonij igitur in Athenienses moturi edicunt, ut ex omnibus focijs ciuitatibus copie ad certum die circa Isthmum conuenirent, quo quum ad tempus exercitus affuisset, Archidamus rex ita est focios affatus, ut doceret suos, immo moneret, ne plus spei in multitudine quam in uirtute repositum haberet, quin animo proponeret, fore, ut cum acerrimo hoste res sibi futura esset, opus itaque esse ordine & consensu maximo in praелиjs obeundis, praeter caetera nihil timide agendum, sed ut prompti paratiq; essent pro Graeciae libertate dimicare. Fore sibi alijs iam inde eam fortunatum conditionem, quam ipsi sibi in praelio quaesissent. Irent ac bellum iniri exissemarent, totius Graeciae oculos & uota in suis esse defixa dexteris. Darent operam, ne quum piam & iustam causam suscepissent, propugnatori ignauia male defensa uideretur. Hac ille usus hortatione, ex Isthmo mouit caduceatore Athenas praemisso, an Athenienses audito hostium accessu humilius aliquid sentirent. Caeterum eo in urbem non admisso, sed sinibus iusto ante noctem excedere, ubi nihil pacatius in castra est renunciatum, Archidamus in Atticam ire pergit. Athenis interim ex Periclis autoritate omnia ex agris intra muros comportata, migratumque inde uulgo in urbem, pecus, & iumenta in Euboea, & alias in insulas missa, nec terrestri praelio conflegendum censuit, tuendum esse maris principatum, ad quem defendendum trecentas triremes adesse docuit, quae misse agi possent, unde triginta armatorum milia, & pecuniarum affatim. Reliqui & illud testatum apud populum, si agri sui ab hoste non uiolarentur, quod futurum suspicabatur, ut se ciuitati suspectum redderent, uelle se tum omnia quaecumque intacta essent pro publicis haberi. Reddidit agrestium frequens commigratio urbem suo incolatu frequentiore: Longe enim lateque Athenarum muri euagabantur, ut eorum ambitus sexaginta contineret stadia, quum dimidium tantum circumdideretur: Sub id tempus quo Peloponnesus circa Isthmum conuere, Thebani Plateensem agrum foede populati sunt, eoque in sensus irae indultu, quo maior in eos Thebanorum ira exarserat, qui illi captiuos contra iurandum peremissent. Negare tamen Plateenses iurandum ullum a se praestitum, aut in columitatem illis conditione aliqua promissam. Archidamus primo ad Oenonen uenit. Est id oppidum in Atticae sinibus, eratque ualide munitum, hic plures dies statim Peloponnesus habuere, non sine Archidami inuidia, quae quasi Atheniensibus fauerat, suspectus esse coeperat focijs, qui ut illis gratificaretur segnius bellum administraret. Postremo soluta obsidione frumentis iam maturescantibus Atticos est fines Archidamus ingressus. Hic Eleusina & campum Thriacion hostes populati, per Cecropiam, Egaleo dextro, ad Acharnas usque, maximum Atticae oppidum secundum Athenas peruenerunt. Distabant Acharnae ab Athenis stadijs sexaginta. Hic quum castra Archidamus fecisset, effugit, non agrum solum Acharnis circumiectum, sed suburbana etiam Athenarum praedia ante oculos ciuitatis uastaret, ferrox iuuentus in quo animo ferre se intra moenia teneri, dum res suae interim hostibus praedae cederent. Flagrare ob eam rem Pericles multo odio, cumque maledictis tanquam praesentium malorum autorem insectari, continere nihilominus ille suos, nec publicae salutis uanas infectiones praeferre. Ne omnia tamen obstinatus fieret, equites in Boeotiam equitatum emisit, qui pulsi, aliquot etiam in pugna amisissis, se trepide in urbem receperunt. Boeotij equites, postridie quoque equestre praelium

Periclis prudentia.

Oenone oppidum.

Attica uastatur.

A fuerat, Trophaeum hic ubi Atticum equitatum fuderant, erexerunt, late inde populatio illa euagata, inter Parnethum & Brilellum montes. Interea centum Atticae naues ducibus Carcino Xenotimi, Protea Epichis, & Socrate Antigenis filio ad bellum instructae, in Peloponnesum cursum tenuere, disponunt adhuc terra marique praedia, mille talentis in eorum praemium sepositis, qui optime tandem de re merito iudicarentur, & alia seorsum pecunia in praesentis belli usum irroganda. Hostes deficientem comitatu per Boeotiam uastatis Oropiorum sinibus demum reuersi, confestim, quod Peloponnesum sunt ingressi, in sua quisque oppida abierunt. Classis Attica Peloponnesi oram circumacta, Methonem in Laconia terra adorta est, muris parum munita & praesidio uacua. Caeterum Brasidae Spartani Thelidis filij subito accessu, qui per medios Athenienses cum centum militibus in oppidum irrupit, urbs seruata est. Auxerant Atticam classem quinquaginta Corcyrensiu triremes. Athenienses Methone digressi, Phiam Elidem tenuere, ubi quum biduo hostium agrum multa clade affecissent, pugnatumque non nihil esset cum Elijs, qui ad arcendam populationem per ualles insinuati ad mare descenderant orta repente tempestate qui in proximo erant, consensu nauibus, Pisces promontorio aegre superato, portum qui in Phia est sunt ingressi. Messenij & alij quidam longius mari praedandi studio euecti, quia in subita trepidatione, facultas ad naues recurrendi adempta est terrestri itinere progressi Phiam expugnabant, hic in naues recepti, quia magna Eliorum manus, arcendae populationis studio, eo occurreret, alia passim loca improviso accessu infestare perseuerarunt. Per id tempus Athenienses triginta alias naues miserunt, quae Euboeam tuerentur, Cleopompo duce Cliniae filio. Is terram ingressus, maritima hostium loca ui adorans Thronium capit. Inde apud Alopem, Lacroos, qui auxilio uenerant, praelio superat. Eadem aestate Athenienses Aeginitas cum liberis, & uxoribus a suis sedibus eiecerunt, exprobrata eius belli culpa, & Caonia in Peloponnesum missa. Lacedaemonij in Atheniensium inuidiam Thyream cum suo agro extorribus colenda tradidere. Diuidit Thyreates ager Laconiam terram ab Argiua, ad mare usque pertinens. Hoc anno qui fuit primus Peloponnesiaci belli legitime inchoati. Sol secundum meridiem defecit, nonnullis intermentibus stellis. Per id quoque tempus Athenienses per Nymphodorum Abderite tenarunt sibi Sytalcem Terei filium Odrisarum regem conciliare. Thucydides autor est, hunc Tereum nulla necessitudine attigisse Tereum illum, qui Procnen Pandionis filiam duxit uxorem, neque ambos ex eadem Thracia extitisse, quum uetuliore ille Dauliam, quae terrae Phocidos fuit, incoluisset, tunc a Thracibus habitae. Cupide igitur Sytalcis societatem Athenienses sunt complexi, rati fore, ut per eum Perdicam quoque Macedonum regem in partes traherent, quod haud multo post contigit. Attica classis ex Phia digressa, Solion Corinthiorum oppidum expugnauit, Palensibusque Acamanum incolendum Athenienses tradiderunt. Astactum ui captum, Euarcho tyranno inde eiecto, in societatem receperunt. Sunt & Cephalenia inde citra certamen porti. Sita est ea insula citra Acarnaniam Leucadem uersus, quatuor olim ciuitatibus praedita. Palensibus, Cranijs, Sameis, & Pronneis, aestateque per haec circumacta classis in Atticam cursum tendit. Verrente deinceps autumnus Athenienses, Pericle duce, in Megarensem agrum populariter irrumpunt. Accidit tum forte, ut Attica Megaricam oram classis praereteret, quae cognita suorum expeditione ad litus deflexit, auxitque ea parte hostium cladem. Mox inuente hyeme Euarchus Acarnan I. Corinthiorum nauibus mille

Funditur Atticus equitatus.

Attica classis.

Lacedaemonij Aeginitis dant sedes.

Terci duo.

Cephalenia.

& quin-

& quingentis militibus septus, Astactum recepit, caeteris inde Acarnanibus ad defectionem frustra sollicitatis, in Cephaleniam transfugerunt, ubi in Craniorum oram, spe dedicationis egressi, insularum insidijs excepti compluribus amisissis in altum abierunt. Eadem hyeme Athenienses Bustum ueteri instituto ijs publice fecerunt, qui praesenti bello perijissent, ad quorum memoriam laudandam Pericles Xantippi filius delectus est. Is longiore usus oratione, ab elegantibus Athenarum situ exoritur, instituta ciuitatis, mores, studia, ordine excutitur, equitum laudes intulit, qui pro tali patria fortiter bellando occubissent, eos felices beatosque dicitans, quibus perpetuum uirtutis monumentum esset, ante suorum ciuium oculos publice constitutum. In quo non magis ipsi sibi essent, quam sempiterna ipsorum gloria. Caeterum illustrium uiuorum totam terram sepulchrum merito dici posse, neque enim domesticorum saxorum inscriptionem, defunctorum uirtutem solum testari, sed si nulla etiam existeret, in exteris gentes uiuorum fortium memoriam extendi, magisque apud animum cuiusque, quam apud urnam hospitari. Laudauit deinceps parentum fortunam, qui tales patriae liberos procreassent, felices uel ex eo appellans, quod merito omnibus uariorum interitu clariore, magisque uenerabiles facti essent, praesertim qui in affecta aetate, in qua non magis lucrari oblectamento esset quam uenerari. Hortatus aequales ac iuniores ad uirtutem imitanda fugiendamque ignauiam, quae contumeliae perpetua esset comes. Vxoribus inde eorum, qui perierant, laudibus extulit, quo non essent leui infirmiores, sed pudicitiae tenaces. Postremo gratiae ciuitati sua est laus reddita, quod praeter funeris monumentum, peremptorum liberis ad pubertatis usque annos alimenta decreuisset, ut talibus praemijs caeteri allesti, pace, bello, terra, marique, studerent patriam demereri. Et haec ferè primo Peloponnesiaci belli anno domi forisque gesta. Inuente alterius anni aestate, Peloponnesus, eiusdem Archidami ductu Atticam inuadentes, pari clade, qua superiore anno, eam peruagati sunt. Coorta interim grauis pestilentia, eam ex Aethiopia primò egressam, Aegyptum, quae illi proxima est, mox & Libyam corripuisse memorant. In Lemnum inde & loca finitima, demum Athenas transgressam. Credere ab initio Athenienses puteos hostium fraude ueneno corruptos. Vulgato morbo tanta funerum frequentia secuta est, quanta nunquam antea hominum memoria. Primo acris feruor capitis salubria inuadebat corpora, suffusio deinde ruboris, adustioque in oculis existeret, statim lingua introrsum cum faucibus sanguinolenta uisebatur, arctior inde spiritus, & cum foetido halitu meabat, mox sternutatio rancitasque prorumperebat, nec diu post labor in pectus, cum uehementi tussi descendebat, & quum praecordijs haesisset, ea grauius cruciabat, sequebantur guttae fellis & humoris, quae a medicis dicuntur Apocatharses, & ipsae cum ingenti cruciatu, plerisque inanibus singultus incidere, acrem spasmus cientes. Exterius interim corpus, neque feruidum tactu, neque pallidum, sed subrubrum, fuscum, minutis pustulis ac papulis scaratis. Interius autem ita ardebat, ut neque perquam tenuia uestimenta: aut sindones, neque aliud quidpiam quam nuditatem ferre posset. Iucundissimi murem erat in gelida aqua se ipsos immergere, quo contigit, ut plerique, incustoditi in altissimis sepulchris deiecerint, inexhausta siti adacti, quanquam perinde erat nimis ac parca bibere, neque somnum interim ullate membrorum quies aderat, neque morbo inualescente membrorum laqueo ullus sentiebatur, sed corpus opinione hominum par morbo resistebat, Plurimi intra septimum & nonum diem, uitalibus ardore exustis, necabantur, adhuc aliquid roboris habentes, nec si quis discrimen illud diuina euassisset, continuo pro seruato haberi, nonnullis pereuntibus, ute

Bustum fortium.

Pericles fortis laudat.

Atheniensium gratitudo.

Pestilentia inuadit.

Genus morbi inuadit.

Apocatharses.

A ro ui grassantis morbi, acriter conuulso, languoreque ex ipso profuuitio inducto, peruagabat uniuersum corpus tetra lues, a qua alioqui pernicissima si quis coualuisse, quantuis eius esset membrorum detrimenta demonstrabant, ad uerenda manuumque & pedum extrema morbi uiolentia prorumperebat, quibus amisissis nonnulli seruabantur, quidam & oculis postremo capti sunt, nonnullos morbo seruatos, omnium ferme rerum cepit obliuio, ut sui quidam ipsorum obliuiscerentur. Illud quidem memorabile, quod quum multa corpora insepulta iacerent, alites quadrupesque ea non attigerint, aut si quae id temere fecissent simul perire, manifesto argumento maleficij & ueneni, quod in morbo fuit. Accidit & aliud non minus mirum & insolens, quod uni proficiebat, officiebat alteri, quo euenit, ut quum per incuriam multi perijissent, alij non pauci nimis diligentia curatione sint absumpti, uulgari morbo ministerio, ita ut multae domus uacuae factae sint, plerique in uijs destituti expirabant, circa fontes & puteos multi aquae desiderio semineces uolutari, & haec Athenis. Liuius anno postquam Aul. Posthumius dictator Volcos & Equos uicit, cuius dictatura incidit in primos Peloponnesiaci belli annos, ut Cellius colligit, terribimo morbo, qui & ipse attractu uulgaretur, Romae laboratum prodidit. Caeterum hoc genere, an diuerso, neque ipse explicat, neque quid ego super ea re affirmare possim, habeo. Thucydides autor est, eam cladem Peloponnesum non attigisse. Duplici ergo malo Athenienses uno tempore implicati, domi forisque laborare, dum enim in urbe uulgo morerentur, Peloponnesus late Atticam populabatur. Athenienses, ut priore anno, sic media hac clade, centum triremibus instructis, hostium terram inualere, Chij & Lesbij cum nauibus quinquaginta comitantibus, profectus est cum classe Pericles, penes quem totius fuit belli summa, quum aduho hostes in Attica essent. Primo itaque Epidaurensem agrum populatus est. Fuit & Epidaurus op-

Epidaurus.

Pericles odio habitus.

irascere, qui, quod sine arrogātia diceretur, prudentia non uulgarī, consilio, continentia, et quod omnium maximum esset, charitate & studio ergā patriam, nulli Atheniensium esset secūsus, quum non omnium praeuidere esset, quae in Rempub. forent, ac si qui uiderent metuq; aut gratia dicere nolent, perinde esse ac si nescirent. Nec satis esse etiam in futurum prospicere, nisi quae praeuisa essent dicendi facultate persuasibilia fierent. Quae uirtutes si pecunia cum cupiditate uincerentur, non solum non utiles Reipublicae forent, sed funestae etiam, ualdeq; perniciosa. Quibus uitijs si quis liber esset, naturaq; & studio eas esset uirtutes consecutus, quas ipse ad id tempus inoffensē coluisset, ipse quoque Atheniensis populus in se probare esset solitus, meritō is suis ciuibus non iniucundus haberetur, quod quum adeo uerum esset, mirari se aiebat quid esset, quod ita in se ciuitas odij seuiret, uiderent igitur, ne priuatae cladis dolor pluris apud eos quam publica commoda ualere. Neque usque adeo dolendum, quia Atticus ager bis hostem tulisset, imperio maris incolu mi, quod necessario finiendum erat, si bellum declinare uoluissent. Stultum praeterea esse persuasum habere, bellicis temporibus nullos aduersos casus ferendos. Enimuero ut diuitiae alumnus pacis essent, ita bellorum clades & inexpectatae calamitates. Opportere iam dudum Peloponneses ipsos qui maritima incolerent belli poenitere, si priuata damna publica dignitati praerferrent: quippe qui tantum ab esset, ut de pace cogitarent, ut ne petitam quidem essent hostibus concessuri. Nec quia cladem domi ac cepissent, id bello potius quam deorum irae referendum. Caetera talia esse, ut si unquam alias belladum censuisset, tum praecipue constanterque censeret, uel in primis, quod imperij causa id bellum susceptum esset, quod ut assumere inuidiosum sit, ita deponere haud periculo careat. Nec dolori aut odio cedendum, quando utrunque subire oporteret eos, qui alij uellent imperare. Hac ille hortatione usus, qua erecti Atheniensium animi, omni mentione pacis exclusa, aliquanto impensius susceptum bellum instaurare sunt adorti.

ENNEADIS III. LIBER VI.

BER VI.



Perit Pericles à metu ciuitatē ad bel li studium reuocare, offensam effugere nō potuit, residua multitudinis ira pecunijs multatus, aliquādiu publica administratione abstinuit. Caeterum haud multo post magno omnium consensu in eam restitutus, paucis diebus uita decessit, altero Peloponnesiaci belli nondum anno circumactō, qua aetate Lacedaemonij cum centum trimium classe sunt Zacynthum ingressi: seder insula contra Eliden, erantq; Zacynthij Achaeorum qui intra Isthmū sedes habuerunt coloni, sed Atheniensium socij eo bello facti. In terrā igitur hostes egressi, quum insulas ad dedicationem compellere nequiuissent, agro hostiliter uiolato, retrō abierunt, & ne non omnia ad Atticas opes euertendas Lacedaemonij experirentur, sub eius aetatis exitum legatos ad Artaxerxem in Asiam miserunt, qui ab eo societatem & pecuniam in usum belli peterent, & ut iter per Thraciam facientes, Sitalcē tentarent, an ab Atheniensium abduci posset societate. Erat cum his Aristeus Corinthius, Timagoras Tegeates, & Pollis Argiuis suo nomine ad regem iturus, quos Helleponto in Asiam traiecituros Sadocus Sitalcae filius Atheniensium legatorum qui tum fortē in Thracia erant suauis, oppressit, uinctosque Athenas misit.

Periclis interi tus.

Lacedae. legati interficiuntur.

A fuerat Sadocus iam antea ab Atheniensibus in ciuitatem ascitus, gratificarique ob eam rem illis plus quam focium deceret. Legati in Atticam adducti publico Atheniensium decreto interfecti sunt, & in foueas deiecti, sicque Atheniensis suorum sunt caedemulti, quos in onerarijs nauibus captos sub initium belli Lacedaemonij necarant, insepultosq; abiecerant. In Ambracia quoque ab ijs, qui in partibus erant, non nihil est interea bellatum. Fuit in eo terrae tractu circa Isthmum, qui & ipse Ambracius dicitur, urbs uerusta Argos, quam Amphilocus Amphiarai filius ex Illo reuerfus condidit, eam Argiui & Barbari locorum indigenae aliquot aetatibus tenuere. Procedente deinde tempore Ambraciotae Graecis urbe eiectis soli mœnibus potiti sunt, Amphilochoij ad Acarnanes se contulerunt, quorum & Atheniensium opibus freti amissam olim urbem receperunt. Ode re iam inde se inuicem ob ea quae aciderant, Argiui & Ambraciotae, qui ut amissam urbem iterum sibi uendicarent, sub id tempus, quo legati sunt Athenis interfecti, ex Ciconum gente alijque circumiectis Barbaris, auxilia contraxerat, quibus subnixi quum aliquandiu urbem frustra oppugnassent, omnem Amphilochoium agrum ferro sunt & igne populati, aetateque per hanc circūacta, quum iam hyems appeteret, uiginti Atheniensium naues Phormione duce Peloponnesum praeterecetae, circa Crisseum sinum sibi stationem delegerunt, quod facere iussae fuerant, nequa hostium nauis Corinthum cursum tenderet, aut inde alio abire posset, sex aliae in Caria Lyciamque ad pecuniam exigendam profectae, quarum dux Melesander in Lycia continentem egressus, praefectusque ad locorum incolis exceptus, cum magna suorum parte obruncatus est. Sub id tempus Potideaetae, qui ab initio belli ad eam diem obsidionem pertulerant, quum nullā spem in Peloponnesium auxilijs haberent amplius, neq; enim illorum in Atticam terram expeditionibus laxamenti quicquam ab attempta Atheniensium obsidione senerat, fame insuper & rerum omnium inopia adeo confecti, ut quidā mutuo se depasti dicerentur, his se conditionibus dederunt, ut uiri cum singulis uestimentis, mulieres binis, certa quoque ad uiaticum pecunia egressi, urbē Atheniensibus relinquerent. Emisisti itaque ex fide in columes, in Chalcidias regionem abierunt. Nec duces reprehensione caruerunt, quod priuata non publica autoritate quicquā super ea re pacti cum hoste essent. Caeterum longioris obsidionis taedio adacti, quippe quae ad duo talentorum milia decoxerat Atheniensibus, nihil minus quam bellum diutius trahi malebant. Potideam ex Athenis missi sunt, qui urbem incolerent. Tertio deinceps belli anno ineunte uere Peloponneses, Attica expeditione ommissa, Plateas in Bœotia, Archidami Lacedaemoniorum regis ductu, subito bello adorti, qui castris haud procul urbe cōmunitis agrorum populationi imminerent, Plateensium legati ad Archidamum uenere denunciantes, parum ex Lacedaemoniorum dignitate fieri, quod nulla ipsi iniuria lacessiti, in Thebanorum gratiam eam urbem armis circumfessissent, quam Pausanias & eorum patres, qui Medos illis ipsis locis uicerant, liberam ciuibus restituisserunt. Iussi ut ab Atheniensium societate discederent, nec in partibus essent amplius, si a se & socijs hostilia pati nolent, quum ad id deliberandum aliquot dies legati petiissent, dum Athenas mitterent, ubi inde responsum est Atheniensis auxilio affuturos, interim cauerent ipsi, ne quid ex federe mutarent, placuit ex muris responsum dari, omnia prius pari malle Plateenses, quam foedus quod cum Atheniensibus haberent, uolanturi essent, praefertim cum liberi & uxores in Atheniensium potestate manerent. Ad ea Peloponneses irati primo agrū populati sunt; inde urbē corona cingunt, ualloq; circundant,

Argos Amphilochoium.

Phormio Atticae classis dux.

Melesandri in terris. Potideaetae.

Plateensium uerba ad Lacedae.

A cundat, ne quis eorum, qui inclusi mœnibus essent, eundem in apertum posset, materiaque ex proximo Cytherone coportata aggerem aduersus urbis muros erigunt. Plateenses & ipsi ea parte lateribus domesticaque materia corijs pallijsque contra missilia praerexentes, altius educunt, inde cuniculo ad hostium operas insinuat, humum occulte subtrahere, mirari primō milites operarij, quid esset quod tantum congestae materiae explere opus nequiuisset, illudebantque per hanc Plateenses hostem, nec exiguum illi interea negocium facere, caeterum dimisi suae paucitati, alium interiori parte murum lanari specie excitant, ut si exteriorem postremō tueri nequiuissent paratum haberent profugium, unde se tutius tuerentur: machinas praeterea ex aggerē ad disturbandos muros praepius admotas, quum ualide oppidani discussissent, igni petiti sunt, tota aggeris materia in proximam murorum fossam à militibus deuoluta, atque subito incensa, tantum flammaram excitaui, quantum ad id tempus hominum opera, quod proditum esset, nunquam. Fumo primū mox aestu Plateenses coacti, ea parte muros destituerunt. Nec dubium fuit cuiquam, si uentus quem affuturum ab initio Peloponneses sperauerant, sub id tempus spirasset, urbem ipsam incendio correptam non capi solum, sed deleri etiam eo die potuisse. Verum non modo non affuit, sed quod prodigij loco haberi potuit subito de caelo imber, cum fragore & strepitu deiectus gliscentem in horas ignem restinxit. Hac quoque spe frustrati Peloponneses parte una exercitus domum dimissa, oppidum muro circumdant, fossa ab utraque parte deducta, relicto ad murorum custodiam cum Thebanis praesidio. Sub arcturi exortum quod reliquum erat ibi copiarum in Peloponnesum abijt. Quadringenti Plateenses, cum octoginta Atheniensibus, & centum decem feminis, caetera turba ab initio fuerat Athenas missa, obfidionem deinceps tulere. Caeterum dum hanc circa Plateas geruntur, duo milia Atheniensium cum sociorum appendicibus, Xenophonte Euripidis duce in Thracia, aduersus Olynthios, ante Spartolum Bortiae regionis oppidum, dubio uentū dimicauerunt, inde abi ex Olyntho noua praesidia Thracibus affuerunt, Atheniensis composito agmine in pacatum abire conati sunt, in celsentemq; a tergo, & a lateribus hostem aliquandiu sustinuerunt. Postremō in fugam acti, quadringentis & amplius amissis, Potideam insigni clade affecti reperunt. Ambraciotae per id tempus Lacedaemonijs persuaserunt, ut classem ex focijs ad bellum instructam, sibi mitterent statuisse se Acarnanes ab Atheniensibus alienare, quibus abductis fore, ut Zacyntho & Cephalenia, nullo maiore negotio potirentur, Prius Peloponnesiaca classis in alteram Crissei sinus oram transfreta uuit, quam Phormio, qui erat circa Naupaetum cum uiginti nauibus illum motum sentire potuisset. Ibi Cnenius Corinthiorū dux, nauib; relictis, per Isthmum ad hostem iter fecit. Ambraciotae Leucadij & Anaetorij praestō illi affuere, & cum his Chaones & Thelprotae sine regibus agentes. Molossi, Orestae, & a Perdicia auxilia occulte missa. His fretus auxilijs Cnenius Corinthius Acarnanū fines ingressus, Stratum praecipuam eius gentis urbem inuasit. Tenere se muris Acarnanes tantis hostium uiribus impares, nec Phormio auxilio adesse iussus, Naupaetum relinquere est ausus, uentus ne se absente ab hoste occuparetur. Tripartito Cnenius Stratum uerfus mouerat, erantque Chaones dextro latere, qui sua ferocitate freti, priusquam castra facerent experiri statuerunt, an urbem primo accessu possent irumpere. Clamore igitur sublatō, quum ad urbem incompositi accederent, Stratenes subita eruptione ex oppido facta, uelut in insidias lapsos, modico negotio fundunt fugantque, à longiore insectatione

Laced. opera circa Plateas.

Incendium excitauit.

Ambraciotae consilium.

Corinthiorum expeditio in Acarnanes.

A ne paucitati suae diffisi abstinerunt. Chaones fuga ad suos delati, aliquam omnino trepidationem attulere, eaque turbatio causam praebuit eodem quo processerant loco, statua habendi. Noctu Cnenius ad Anapum amnem octoginta stadijs à Strato distantem se recepit, ubi classem expectare constituit, quae pereos dies, quibus ad Stratum male fuerat pugnatum, in Crissei sinus angustijs, cum Phormione confixit. Habebat Phormio naues uiginti cum hostium septem essent & quadraginta, ualuit in eo conflictu plus uirtus quam numerus, fusi fugatique Peloponneses, duodecim nauibus amissis Patras & Dimen sese turpi fuga receperunt. Culpati sunt nauium praefecti, quōd sui tyrocinij immemores ueteranae Atheniensium classis, classarios rei maritimae rudes certamine obiecissent. Decernuntur igitur plures in supplementum naues, qua fama Phormio percussus Athenas cum nuncio uictoriae mittit, qui populum doceret, maiore nauium numero opus esse si hostium conatibus iri obuiam uelint. Viginti itaque naues Athenis in supplementum decretae, paucis diebus ad Phorminē uenere, quibus iussus est in Cretam contra Cydonias traicere, quos Nicias Gorrynius Atheniensium amicus facile subigi posse affirmabat, si in insulam transmitteretur. Phormio ubi in Cretam uenit, Cydoniensem agrum populatus ob aduersam tempestatem plures ibi dies est commoratus. Peloponneses interea classe maiorem in modum aucta iterum in Acarnanes mouent, & iam Phormio ex Creta reuerfus exteriorem Molycrij promontorij partem uiginti nauibus infederat, est Molycrium ad os Crissei sinus Peloponneso ad septem stadia propinquum, tantum nec amplius parat ibi fretum. Hostes & ipsi Chaicum, quod Molycrito ex aduerso respondet, cum septem & septuaginta nauibus subiere, nec intererant, aut hi angustias egredi, aut illi occupare audebant, utrique alteros formidantes. Postremō Peloponnesium duces sua multitudine freti, pudore etiam affecti, quōd quum multo maiorem ipsi haberent classem, cum hoste congredi non auderent, iterum maiori configere statuunt. Caeterum suorum animos, una infelici pugna collapsos tempestiua oratione erigunt, culpa eius cladis in ducum temeritatem reiecta, quod classem non ad praesidium, sed ad traiciendum exercitum comparatam, hosti rei maritimae assueti, ex improviso obiecissent. Alio tunc longaque diuerso apparatu dimicandum, alijs ducibus, alio consilio. Nec quia hostes essent rei maritimae periti, propterea formidandi essent, quippe qui sua sponte percussi, metu quietam stationem in proximo haberent, artem citra praesentiam animi inter agendum parum prodesse. Metum memoriam excutere, efficereque, ut in medio periculo nihil ualeat artificium. Magnae igitur illorum experientiae, magnam audaciam opponi oportere, quae si pugnae affutura esset, uicisse Peloponneses, quod enim priore pugna ducum temeritate peccatum esset, futurum ut ipsi qui tum rei summā praesentent consilio, maturitate experientia, corrigerent. Praesenti igitur essent animo gubernatoresque & caeteri nauitae suum quisque munus exequeretur, non locum, non ordinem deferentes, caetera quae ad uictoriam pertinerent, duces ipsos maturē omnia prouiduros, quippe qui audaces & strenuos premio profecturi essent, timidus et desertores ignominia & supplicio affecturi. Huiusmodi uerbis Peloponnesium duces suos ad pugnam concitarunt. Phormio diuersarum uirium non ignarus, eaque fama suorum animos labare sentiens, cōcione aduocata, mirari se uehementerque indignari testatus est, q, animaduertent eos qui nuper uicti essent, quū nihil interim meliores fieri cōtigisset, tanto opere à uictoribus timeri, ut non tam qui essent ij, cum quibus iterum confligendum esset,

Expeditio in Cydonias.

Molycrium.

Peloponnesiacorum ducum adhortatio.

Oratio Phormionis ad suos.

effet, quàm quo apparatu in prælium procederent intulerent, quasi uero parum compertū haberent, nullam tam numerosam Peloponnesium classem occurruram, quam uel minima Atheniensium quod sæpe accidisset, nō facile esset superatura, quin remiserentur potius, nō nauium carinas, non remos, non amplius, sed animorum robur, dextrę promptitudinem in prælio ualere. Habeant illi, inquit, lignorum multum, multum telorum, modo plus animi sit & uirtutis apud Athenienses. Vnum illud à se edici, ne in arctum se redigi paterentur, in quo multitudo haud dubie esset præualitura, qui nauū agilitate freti eo ordine quo in prociñtu iterissent, signum obseruarent. Se ab initio & post contractū prælium mōstraturū, quid factū opus esset. Irent igitur, & quando neq; sibi uires, neq; cōsiliū defuturum esset, animo proponerent, fore, ut eo die, aut Athenienses Lacedæmonijs, aut ille Atheniensibus maris possessione perpetuō cederent. His suos Phormio horratu quum animaduertisset hostium classem ex sua statione mouisse, et iam alterū cornu Naupactum uersus inclinare, ueritus ne oppidū sine præsidio, ab hoste interciperet, dexterū littus secus terram legere occēpit. Hostes Atticam classem eō progressam intuiti, ut iam undiq; inuadi possent, clamore repente sublato, cornibusq; patefactis procurrūt, undecim Atticę quę præcesserant meru in altū eua sere, cæterę ab hoste circūuentę partim captę, partim corruptę sunt. Reliquę naues, quę hostem fuga præuerterant, Naupactū adeptę, obuersione repente proripere apollinis templū ad pugnam, si hostis eō annuigasset, sese interim expediebant. Harū una quę seignius fugam præceperat, ubi in conspectum suorum uenit paululum circūacta Leucadiam unam quę proximē sequebat ex transuerso inuecta uehementi impulsu depressit, qui inopinatus casus Peloponneses, iam Pæana canentes, non mediocriter turbauit. Inde tumultuose connixi, ut portum tenerent, locorū inscitia, in breui naues adegere. Quā inperatam hostium colluctationē Athenienses intuiti, consessim portum egressi, multa trepidatione implicitos ferociter inuadunt. Continuo fuga secuta est, & qui nuper uicerant, uicti in pristina statione nam, sex nauibus amissis, uicti se fuga corripuerūt, Vtriq; suum statuerunt Trophęum. Athenienses circa Naupactū, unde hostem non depulerant solū, sed porro etiā fugarant. Peloponneses in Achaico promontorio, ob naues quas sub initium pugnæ circa littus oppresserant, & aestas illa per hęc exacta est. Cneius & Brasidas Peloponnesiū duces Pyreum, Megarenibus id suadentibus, inopinato accessu occupare statuunt, nec enim præsidio ullo tenebatur, nec locus alioqui humano erat opere munitus, ex Corintho naute, cum singulis remis, sunt Megaram pedibus ire iussi, inde ex Nysea Megarensum nauali quadraginta nauibus in mare deductis, noctu Athenas uersus tacito cursu contendunt. Cæterū neque uentus illis affuit, ipsiq; circa promontorium, quod Salaminem respicit, sua sponte commorati, tribus Atheniensium nauibus, quę ibi ad Megarensum incursum arcendos fortē stationem habebant, ex improviso oppressis, Salaminem cursum deflexere, unde nocturna flamma Atheniensibus est significatum, hostes aduentare, continuo & multa cum trepidatione est ad arma conclamatū, nauesq; præpropere in portum tumultuose deductas uoluntaria inuentus conscendit, præsidio inde ad Pyreum relicto Salaminem ire contendunt. Hostes ubi suum accessum patefactum senserunt, & ex Athenis præsidia adesse, suis uiribus diffisi, Salaminem peruagati, tribusq; nauibus, quę ad Budorum erant abductis, Nisiam reuersi sunt. Pyreum iam inde Athenienses intentius custodiuerunt claustris ad introitum oppositis. Sub id tempus quo hęc in Græcia gesta sunt, Sy-

Phormionis peroratio.

Athen. uincuntur.

Laced. & socij uincuntur.

talces Odryses Terei filius bellum Perdicę Macedo num regi intulit, illati belli prætextus illi fuit, quod sua opera Atheniensibus reconciliatus, Philippū fratrem Amynthę filiū, ut fuerat pollicitus, in regnum ad id tempus non receperat, intulit & Chalcidensibus, qui Thraciā incolunt, ita enim ex fœdere Atheniensibus promiserat, ut eam gentem bello adoriretur. Cum Philippo igitur Amynthę filio, & omnibus Thracum gentibus quę inter Æmum montem incolunt & Rhodoem Hellepōnto & Euxino renus, ad Istrum usque fluum, & Strymonem rursus amnem, qui in Scomio monte ortus regnum ad septentrionem terminat, & qua Ofcius amnis ex inculto monte Rhodope uicino oritur, unde Nestus & Hebrus fluunt, qui ad occasum id regnum ambiunt. Quibus finibus longē late quę Thracia euagata decem dierum itinere ab Abderis ad Istrum patet, tantundem quę à Bizantio ad Leeos qui supra Strymonem fluium incolunt. Ex hac itaque terra, quum ingentem Sytalces coegisset exercitū, in Macedoniam per fines sui ingressus, Thucydides auctor est, habuisse eum sub signis ad centū quingenta hominum milia, quorum tertia pars equitatu constaret. Primo igitur Sytalces loca, quę Philippo fuerant, recepit. Inde Ebdomenes, Gortynia, Atlanta, & alia quędam oppida, ob Amynthę amicitiam, cuius Philippus erat filius, ultrō in fidem uenere. Europum expugnare non potuit. In reliquam inde Macedoniam ingressus Borticeam, Pieriam, Mygdoniam, quę regio trans Axium Strymonem tenus discurrit, Grestoniam & Anthemuntem popularis est. Nec ita multo post Sytalces Chalcidica, terra & Battica uastatis, à Sente Spardoci filio patrueli fratre, cui Perdicas occultē Stratonices fororis nuptias ob hoc ipsum cum grandi pecunia promiserat, persuasus, hyemeque insuper inuente in regnum cum exercitu est reuersus uno duntaxat iniectō, potiūquam gesto cum Macedonibus prælio, qui quum pauci multitudine obruerentur, facile cesserunt. Et hęc à Sytalce in Macedonas & Chalcidenses gesta. Phormio & qui cum eo erant ad Naupactum, eadem hyeme, cum cohorte una Messeniorum, alteraque classiariorum in Acarnanię mediterranea hostiliter eruperunt, hic ex Strato, Corontis alijsque oppidis ambiguae fidei ciuibus eiectis Ofinadas solos omnium Acarnanum hostes hybernis pluuijs eorum terram Acheloo restagnante, inuadere nequiere. Oritur Achelous in Pindo mōte, inde per Dolopiam currens Artos Amphilochos primo, moxq; super Acarnanū campum superne Straton urbem, Oeniadasque influit, marique postremo miscetur. Eam terra Alcmeon Ampiarai filius, ut loco non multum diuerso est memoratum, post matrem interfectam tenuit, estque terra ipsa ab Acarnane eius filio nomen adempta. Inde Phormio ad prima ueris signa, est cum classe Athenas reuersus, exacto iam tertio Peloponnesiaci belli anno, in quod triennium incidisse mihi uidetur, ut supra testatus sum, siccitas illa insignis, quę Aul. Cornelio Cossō, & Quintio Pœno Romanis consulibus in terra Italia Liuius laboratū scribit. Biennio postquam Posthumius dictator Equos & Volcos ad Algidum, ingenti prælio superauit, in quo bello filium, quia contra imperium in hostem dimicasset, ab eo interfectum fama ad posteros manauit. Annus igitur qui eam cœli intemperiem secutus est C. Seruilius Halam, & L. Papyrium Mugilanum Romanos consules habuit. Bellum Veientibus his consulibus inditum, q. priusquā inducię exiissent, quas ad Nomentum & Fidenas uicti suppliciter perierant, rebellauerunt. Bellū ipsum gessere non consules, sed Tribuni militū cōsulari potestate in sequentem annum creati, T. Quintius Pœnus, C. Furius Posthumus, & A. Cornelius Cossus, qui ad urbis præsidium est relictus, tres ad

Sytalces expeditione in Macedoniam.

Achelous flu.

Vnde Acarnania dicta.

Consules.

Trib. cons. postate.

Ro. uincuntur.

Dictator.

Fidenatum de fectio.

Hortatio Mamercii ad populum.

tres ad bellum profecti, quum his nihil in re bellica administranda conueniret, sed diuersum singuli tenerent, uiam hostibus ad uictoriam fecere. Fusę ibi fugatęque Romanę legiones, & quod turpius adhuc fuit, castris sunt ab Hetruscis exutę, manifesto documento parum utiliter rem bellicam multiplici imperio administrari. Ferre id ægrę ciuitas, uincere non uinci affueta, odisseque Tribunos ignominie auctores. Placuit itaque confectum Dictatorem dici. Au. Cornelius qui in urbe erat, Mamercum Æmylium dixit, à quo ipse magister est equitum ascitus. Iactare interea Veientes suam uictoriam, totaq; Hetruria missi, qui populos ad defectionem sollicitarent. Nulli Hetruscorum suas res integras cum dubia Veientium fortuna publicē iunxere. Voluntarios quidem plures, prædę cupidos bene gestę rei fama temerē ad id bellum traxit. Solum omnium Fidenates ciuitas ad rebellandum nata, colonis, quos eo biennio acceperant, fœdē trucidatis, uelut bellum non nisi à scelere inchoari oportuisset, ad Veientes defecere. Fidenas locum ad rem gerendam belli sedem hostes legunt: eo itaque Veientes, Tyberim traiectione, omnem bellicum apparatus contulere. Romę interea, ubi post aduersę pugnæ nuntium haud mediocriter fuerat trepidatum, nouus delectus habitus, & ante Collinam portam castra fuerant locata, armati in muris dispositi, iustitiam in foro, Tabernęque dictatoris edito clausę. Nec prius metus ille est discussus, quam dictator pro concione ciuitatem increpuit, quę Veientem septies uictum, & Fidenas penę sæpius captas quàm oppugnatas, ob uanam aduersam pugnam, quę magis dicitur discordia, quàm aut exercitus ignauia, aut uirtute hostiū, malē pugnatę esset, ita animū abiectis, ut non memor esset eosdem Ro. eosdem hostes, qui per tot annos fuissent, eosdem animos, eisdem corporum uires, eadem tela gerere. Se quoque eundem dictatorem Mamercum Æmylium esse, qui Veientium & Fidenatum exercitum, adiunctis etiam Phaliscis, ad Nomentum aliquando uicisset. Eundem magistrum equitum Au. Cornelium qui Tribunos militum Tolumnium Veientiū regem, in duorum exercituum conspectu peremisset peremptum spoliasset, spolia Feretrij Iouis templo intulisset. Secum itaque triumphos esse, opima spolia, uictoriam. Cum hostibus, legatorum scelus contra ius gentium interfectorum, Colonorū cædem, inducias & uiolata fœdera, quin irent, & alacri animo arma caperet, certō scire se gaudium illud, ex ignominia Romani exercitus, per breue hostibus futurum, intellectu quę populū Romanū quanto de Repub. melius sint meriti, qui se tertio dictatore dixerint, quàm qui ob ademptum censurę regnū secundę suę dictaturę labem imposuissent. Tantum Mamercus pro concione effatus, inde ad hostem egressus, castra citra Fidenas locat, dextra montibus, læua Tyberim amne septus. T. Quintius Pœnus legatus, cum expedita militum manu, montes est circuire iussus, occulteque iugum quod hostibus à tergo imminere capere. Ipse ubi postero die illuxit tantisper cunctatus, dum explorarum haberet iugum à Quintio incessum, magistrū equitum ad se accessit, iuber cum toto equitatu intentum signum expectare, quando in hostem impetum fieri oporteret. Tum eo accepto, regię pugnę memor, opimi doni, Romulq; ac Iouis Feretrij pugnam capesseret. Hęc præcipit, simulq; pedestrem aciem pleno gradu in hostem concitat, confligunt ingenti animo inter se legiones: Ro. odio plenus impium Fidenatem appellat. Veientem prædonem in duciarumq; ruptorem, perfidos focios, & imbelles hostes clamitans, dicitq; simul odium suum & iram expleret. Eratq; haud dubie à primo congressu res Ro. superior, quum ex Fidenarum portis noua erupit acies, qualem ad id tempus Ro. nemo uiderat, igni-

bus instructa multitudo, phanatico cursu concitata, ardentibus collucēs facibus, uelut amens in prælium ruebat. Exterriti nonnihil Ro. militem inuenta pugnæ facies. Tum dictator magistro equitū dat signum, & Quintius è montibus accitus à tergo hostem cum clamore inuadit, ipseque ante alios in finistrum cornu deuolans, ubi maior ob nouam flammaram speciē ingruerat terror, irrumpens militem inter pugnæ fugęq; consilium ancipitem longē increpat. Fumo, inquit, milites uelut apes uicti loco ceditis, non ferro extinguitis hos ignes, nō faces ipsas hostibus ademptas in eorum perniciē uertitis, suisque flammis sceleratam urbem cōfictis, quin ite & Romani nominis uestreque uirtutis memores, ipsam acie impellite, impulsam profertite: Fidenas quas nullo beneficio placare potuistis, funditis deloto. Hoc legatorum manes, uestrorumq; cædes Colonorum, uastati fines à uobis milites contendunt, pedę efflagitant. Ad hęc dictatoris uerba acies commota, faces partim ab hoste emissas, partim uim manibus extortas corripunt, breuiq; utraque acies armatur igni, fumus passim sublatu, puluisque fumo mixtus omnium rerum prospectum adimit. Hęc Romanus eques temerē inuectus frenis, equo, ad liberiores cursum, magistri equitū iussu detractis, stragem dedit hostium ingentem. Auditus interim aduersa parte clamor: nam & Quintius dictatoris signo accersitus aderat, utranque aciem percussit. Mamercus suorum esse clamorem illum clamitans, qui à tergo hostem à se circumuenire iussi essent, crecit ab Romanis animus, atq; multo fortius hostem degrauant. Contra Hetrusci qui Romanam uim à fronte iam dudū uix ferre poterat: ubi à tergo se circumueniri sentiunt, abiectis armis, quia ad mōtes Quintianos iter fugę non patebat, fluium petunt: Fidenates per suorū castra cursum ad urbem intendunt, passimq; ab Romano equite, qui è uestigio aderat, cæduntur: multaq; cum strage ad urbem refugunt. Veientes quorū fuga ad fluiū inclinauerat, partim in ripis fluminis oppressi, partim Tyberim transna re adorti, medijs aquis, uel lassitudine nimia, uel armorum onere periere. Fidenates hostem secū ad urbem traxere: adeoq; mixto agmine portis inciderrunt: ut unā ciuis, hostis que urbem irruerit. Tum Romanus repente muros occupat: indeq; capti opidi sublato signo, dictatorē qui castra hostium iam erat ingressus, ad urbem cum toto exercitu exciueret. Romanus Fidenas potitus consternatam multitudinem, in arcemq; se recipere conante, passim obtruncat nec prius cedendi est finis factus, quàm abiectis armis Fidenates, nihil præter uitā perentes, deduntur. Urbem & castra dictator suis diripienda dedit. Postridieq; triumphans reduxit uictorem exercitum, castrensi urbicaq; præda opulentum, iussuque magistro equitum se prius abdicare, ipse dictaturam deposuit, sexto decimo die ab eo quo magistratum inuenerat. Quidam annalium scriptores classibus ad Fidenas pugnatū tradiderunt: cui fidei haud libenter Liuius accedit, fluuiialis aluei angustia repugnante, nisi forte nauigia aliqua tum ibi Romano præsto affuissent, quę hostium fugam impedire uoluerint, sitque ob id ipsum nonnihil circa flumen certatum. Tribuni consulari potestate sequenti anno fuere, Aulus Sempronius Atratinus, Lucius Quintius Cincinnatus, Lucius Horatius Barbatus. Veientibus uiginti annorū, Equis trium, quum plurimum petissent, inducię datę. Hęc ferē triennio ab Romanis domi forisq; gesta, cui temporis spatium respondent, aut certē non multum diuersa sunt, quę à quarto Peloponnesiaci belli anno, usq; ad principiu septimi, in terra Græcia gesta hinc ordine explicabuntur. Peloponneses Archidami regis ductu, sub initium quarti anni Atticam ingressi, ut sæpe aliās, late eam terrā populati sunt. Et Lesbos tota præter Metymnā, ab Athenien-

Phanatica acies.

Mamerci castigatio.

Fuga hostium.

Fidenas capium.

Trib. cons. postate.

Lesbus ab Atheniensibus defecit: quadraginta Atticae naues apud hostes fiebant, ad ostentandas ciuitatis opes, centum naues ad bellum parauere, quas Pyreo eductas circa Isthmum in hostium conspectum dedere: significaueruntque eo apparatu, nihil esse quod a mari uanas hostium minas formidarent. Caeterum quadraginta nauibus, Laconica oram diuersa parte populari, quo terrore Lacedaemonij plures dies, socios ad Isthmum frustra praestolati, domesticis exciti nuncijs retrò abierunt. Athenienses sub hostium discessum cum suo apparatu nauium & ipsi domum abierunt. Thucydides autor est, Athenienses hoc bello ducentas & quinquaginta naues, uno tempore instructas habuisse. Mitylenaei interea indignè ferentes, quod Metymaei cum caeteris Lesbijis, non secù sentirent, à terra, quò ipsi interim à mari obsiderentur, bellum intulere: tentata urbs est, quae quò expugnari nequiuisset, suis circa oppidis praefidio firmatis, retrò re infecta concessere. Ea hostium licentia effecit, ut Athenienses ad Mitylenensiu uires coercendas, in Lesbum mille milites, cum Pachete Epicuri filio miserint, qui in insulam delati, Mitylenen duplici muro qua mediterranea insulae spectabat, continuo cinxere, castellis aliquot per opportuna loca dispositis. Apperebat interea eius anni hyems, cù publica pecunia deficiente, Athenienses coacti sunt tum primum tributum conferre, ducentaq; ex urbe talenta coacta. Platees & ipsi diu à Lacedaemonijs et Beotijs obfessi, quum omnifariam comèatu iam arctissimè laborare cœpissent, duceri & amplius plura uia nocte per muros hostium transgressi, Athenas incolumes euaserunt. Qui in urbe remanserunt, multitudine leuati obsidionem ferre perferuerunt. Lacedaemonij interea ueriti, ne Mitylenaei longa oppugnatione fessis, ad deditionem compellerentur sub hyemis exitum Salethum Lacedaemonium in Lesbum miserunt: qui per torrentis alueum, qua hostiu munitiones continuari nequuerat, Mitylenen ingressus, principes ciuitatis affatus, docuit, quadraginta naues ex Peloponneso, haud multo post illis auxilio affuturas. Lacedaemonios ad haec studio parare, ut cum sociorum appendicibus, sub initium ueris Atticam populerentur. Salethi accessus peropportunos fuit ad Mitylenaeos in obsidione continendos: nec spes futuri praesidij eos sefellit: nam & promissè naues sub principium estatis, quae annum quintu belli, quod interea gerebatur, inchoabat, in Lesbum uenerunt, & Lacedaemonij cum socijs, Paufaniae Plistonactis filij ductu, qui adhuc pupill' erat, Atticam terram ingressi, quicquid ad id tempus refruticauerat, prioribusue expeditionibus fuerat intactum, ferro exemerunt. Suntq; tam diu in hostico comorati, dum ex Lesbo aliquid post suorum illuc appulsum, noui nunciaretur, nihil ueriti futurū, ut Mitylenaei, suorum accessu, terra maiorq; obsidione soluerentur. Caeterum quum nihil inde plures dies nunciatum esset, & iam cibaria ad tempus comparata deficerent, Atticae finibus excedere sunt coacti. Mitylenaei interim rerum omnium inopia adacti, quia classis ex Peloponneso haud tam cito affuit, Athenienses in urbem accepere. Septimo post die, quam deditio facta erat, Alcidas classis praefectus, ad Enibarū Erothrea cum socijs appulit: ibi à Teutropho Heleo et Ionum exulibus monitus, aut Mitylenen subitò à mari inuaderet, aut Cumā in Ælide aliamue Ioniae urbem occuparet, quod peropportuni foret ad eius gentis ciuitates, quae uulgo moribus carerent, ab Atheniensibus alienadas, nihil eorum persuasus, retrò in Peloponnesum fugienti similis abiit. Pachet Atheniensium dux, Mitylene recepta, Salethum Lacedaemonium, & principes defectionis Athenas misit. Salethus publico capite multatus est. De Mitylenaeis, postquam est ad populū relatum, praenimia in eos ira multitudo non eos tantum, qui missi fuerant, sed Mitylenaeos puberes ad unum obruncandos cen-

apud hostes fiebant, ad ostentandas ciuitatis opes, centum naues ad bellum parauere, quas Pyreo eductas circa Isthmum in hostium conspectum dedere: significaueruntque eo apparatu, nihil esse quod a mari uanas hostium minas formidarent. Caeterum quadraginta nauibus, Laconica oram diuersa parte populari, quo terrore Lacedaemonij plures dies, socios ad Isthmum frustra praestolati, domesticis exciti nuncijs retrò abierunt. Athenienses sub hostium discessum cum suo apparatu nauium & ipsi domum abierunt. Thucydides autor est, Athenienses hoc bello ducentas & quinquaginta naues, uno tempore instructas habuisse. Mitylenaei interea indignè ferentes, quod Metymaei cum caeteris Lesbijis, non secù sentirent, à terra, quò ipsi interim à mari obsiderentur, bellum intulere: tentata urbs est, quae quò expugnari nequiuisset, suis circa oppidis praefidio firmatis, retrò re infecta concessere. Ea hostium licentia effecit, ut Athenienses ad Mitylenensiu uires coercendas, in Lesbum mille milites, cum Pachete Epicuri filio miserint, qui in insulam delati, Mitylenen duplici muro qua mediterranea insulae spectabat, continuo cinxere, castellis aliquot per opportuna loca dispositis. Apperebat interea eius anni hyems, cù publica pecunia deficiente, Athenienses coacti sunt tum primum tributum conferre, ducentaq; ex urbe talenta coacta. Platees & ipsi diu à Lacedaemonijs et Beotijs obfessi, quum omnifariam comèatu iam arctissimè laborare cœpissent, duceri & amplius plura uia nocte per muros hostium transgressi, Athenas incolumes euaserunt. Qui in urbe remanserunt, multitudine leuati obsidionem ferre perferuerunt. Lacedaemonij interea ueriti, ne Mitylenaei longa oppugnatione fessis, ad deditionem compellerentur sub hyemis exitum Salethum Lacedaemonium in Lesbum miserunt: qui per torrentis alueum, qua hostiu munitiones continuari nequuerat, Mitylenen ingressus, principes ciuitatis affatus, docuit, quadraginta naues ex Peloponneso, haud multo post illis auxilio affuturas. Lacedaemonios ad haec studio parare, ut cum sociorum appendicibus, sub initium ueris Atticam populerentur. Salethi accessus peropportunos fuit ad Mitylenaeos in obsidione continendos: nec spes futuri praesidij eos sefellit: nam & promissè naues sub principium estatis, quae annum quintu belli, quod interea gerebatur, inchoabat, in Lesbum uenerunt, & Lacedaemonij cum socijs, Paufaniae Plistonactis filij ductu, qui adhuc pupill' erat, Atticam terram ingressi, quicquid ad id tempus refruticauerat, prioribusue expeditionibus fuerat intactum, ferro exemerunt. Suntq; tam diu in hostico comorati, dum ex Lesbo aliquid post suorum illuc appulsum, noui nunciaretur, nihil ueriti futurū, ut Mitylenaei, suorum accessu, terra maiorq; obsidione soluerentur. Caeterum quum nihil inde plures dies nunciatum esset, & iam cibaria ad tempus comparata deficerent, Atticae finibus excedere sunt coacti. Mitylenaei interim rerum omnium inopia adacti, quia classis ex Peloponneso haud tam cito affuit, Athenienses in urbem accepere. Septimo post die, quam deditio facta erat, Alcidas classis praefectus, ad Enibarū Erothrea cum socijs appulit: ibi à Teutropho Heleo et Ionum exulibus monitus, aut Mitylenen subitò à mari inuaderet, aut Cumā in Ælide aliamue Ioniae urbem occuparet, quod peropportuni foret ad eius gentis ciuitates, quae uulgo moribus carerent, ab Atheniensibus alienadas, nihil eorum persuasus, retrò in Peloponnesum fugienti similis abiit. Pachet Atheniensium dux, Mitylene recepta, Salethum Lacedaemonium, & principes defectionis Athenas misit. Salethus publico capite multatus est. De Mitylenaeis, postquam est ad populū relatum, praenimia in eos ira multitudo non eos tantum, qui missi fuerant, sed Mitylenaeos puberes ad unum obruncandos cen-

dos censuit, missaq; est ad hoc ipsum triremis ad Pachetum cum publico decreto, ut mulieribus & pueris in seruitutem redactis Mitylenaeos omnes interficeret. Subit ciuitatem statim tā atrocis decreti poenitentia: quod ubi ijs, qui Mitylenaeos seruatos uolebant, est animaduersum, eorum legatis suppliciter rogantibus, qui post deditionem factā Athenas uenerant: placuit iterum populum ad concionem uocari. Tum ibi Cleo, qui ultionis autor erat, multa de leuitate populi questus, quod in re seria, & quae ad ciuitatis statum maxime pertineret, tā facile ab patris, & qui linguam in quaestu, omniaq; uenalia haberent, circumscribi se, uti liq; reipublicae proposito a ueriti pateretur: rem indignam fieri clamitans, ciuiter imperandi cupidā, sermonis lenocinia libentius, quā quod uerum esset audire, oportere oratores qui dicendo oblectarent, in caeteris rebus eloquentiae uires exercere, non ubi ciuitas paululū demulsa incredibilem faceret iacturam, censere se Mitylenaeos, qui nulla ab Atheniensibus affecti iniuria ad hostes desciuissent, morte ad unum multandos, cum ut ultio ipsa in posterum documento esset socijs, ne temere talia molirentur, tum quia hostili animo illi semper in Atticum nomē fuissent, siquidem aegritudines corporum & languores à medicis facile curari, ingenitis animorum affectibus solam mortem mereri. Quum multa Cleon in hanc sententiam disseruisset, Diodorus in concionem progressus: Ego inquit, uiri Athenienses neq; eos accusandos puto, qui iterum de Mitylenaeis ad uos relatum uoluere, neq; illos aliquo modo laudandos, qui maxime de rebus saepius consultari uerant, quando duo sint consultationibus maxime cōtraria, celeritas & ira, quarum haec parum scitè quicquam fieri uult, illa temerè & inconsideratè omnia praecipit. Ineptus quidem & ames ille, qui fieri posse putat, ut de re aliqua recta ineatur consultatio, nisi quid sit illud de quo agitur, prius intelligat: quod si quis aliter quā cunctando disceptandoq; fieri posse arbitrat, meo iudicio, oppinione fallitur. Hęc sane cognitio, quo magis necessaria est, eo indignius illorum calumnia ferenda, qui corruptelae nomen utilissimae discussioni imponunt, quasi non liceat ciui de republica quū opus sit, pro concione quae sentiat libere dicere, sitque aut Cleon, aut quiuis alius unus, in arduis rebus decernendis, non plures audiēdi. Sed licuit semper uiri Athenienses, licebitq; in libera ciuitate, optimeque instituta, quae è republica sint, pferre, quod quū ita sit, neq; ego pro Mitylenaeis disturus huchodie processis, neque quemquam accusaturus, sed ut ea dicā que & ad uestram dignitatem, & ad imperij salutem artineant. Vos uero non quia Cleonis oratio ad iustitiam sit propensior, ob uestram quae est nunc in Mitylenaeos iram, quae dixero minus utilia arbitramini uiri Athenienses, haud enim in praesentia de iure disceptamus, sed utrum Mitylenaeos occidere reipublice conducatur, cognoscimus. Est (quis nescit) in multis ciuitatibus, non modo huic uicemodi criminibus, sed longe etiam minoribus mors poena constituta. Spe tamen sollicitati homines periculum ad eunt, neque quicquam periclitari unquam ausus est, qui non scelus sibi processurum arbitretur: neq; unquam ciuitas ab imperio ullo, aut regno defecit, quae non crederet se tantum uirium habituram, ut aut superior futura esset, aut illi à quo defecit omnino par uiribus. Ingenitum à natura est omnibus priuatim & publice delinquere: nec ulla lex tanti est, quae est per omnia sit itum supplicia, hoc ipsum inhibere possit. Nempe huic necessitas praebet audaciā, illi auaritia & cupiditas. Imperit homines, quique suo in sanabili ac potentiore, quā ut frenari possit, in discrimen adducuntur, sed omnium maxime officiant spes & cupiditas: haec dux, illa comes, haec insidiarum uitandarum immemor, illa prosperita-

Lacedaem. Mitylenaeis supplicia eunt.

Athen. classis.

Decretum in Mitylenaeos.

Oratio Diodori.

dos censuit, missaq; est ad hoc ipsum triremis ad Pachetum cum publico decreto, ut mulieribus & pueris in seruitutem redactis Mitylenaeos omnes interficeret. Subit ciuitatem statim tā atrocis decreti poenitentia: quod ubi ijs, qui Mitylenaeos seruatos uolebant, est animaduersum, eorum legatis suppliciter rogantibus, qui post deditionem factā Athenas uenerant: placuit iterum populum ad concionem uocari. Tum ibi Cleo, qui ultionis autor erat, multa de leuitate populi questus, quod in re seria, & quae ad ciuitatis statum maxime pertineret, tā facile ab patris, & qui linguam in quaestu, omniaq; uenalia haberent, circumscribi se, uti liq; reipublicae proposito a ueriti pateretur: rem indignam fieri clamitans, ciuiter imperandi cupidā, sermonis lenocinia libentius, quā quod uerum esset audire, oportere oratores qui dicendo oblectarent, in caeteris rebus eloquentiae uires exercere, non ubi ciuitas paululū demulsa incredibilem faceret iacturam, censere se Mitylenaeos, qui nulla ab Atheniensibus affecti iniuria ad hostes desciuissent, morte ad unum multandos, cum ut ultio ipsa in posterum documento esset socijs, ne temere talia molirentur, tum quia hostili animo illi semper in Atticum nomē fuissent, siquidem aegritudines corporum & languores à medicis facile curari, ingenitis animorum affectibus solam mortem mereri. Quum multa Cleon in hanc sententiam disseruisset, Diodorus in concionem progressus: Ego inquit, uiri Athenienses neq; eos accusandos puto, qui iterum de Mitylenaeis ad uos relatum uoluere, neq; illos aliquo modo laudandos, qui maxime de rebus saepius consultari uerant, quando duo sint consultationibus maxime cōtraria, celeritas & ira, quarum haec parum scitè quicquam fieri uult, illa temerè & inconsideratè omnia praecipit. Ineptus quidem & ames ille, qui fieri posse putat, ut de re aliqua recta ineatur consultatio, nisi quid sit illud de quo agitur, prius intelligat: quod si quis aliter quā cunctando disceptandoq; fieri posse arbitrat, meo iudicio, oppinione fallitur. Hęc sane cognitio, quo magis necessaria est, eo indignius illorum calumnia ferenda, qui corruptelae nomen utilissimae discussioni imponunt, quasi non liceat ciui de republica quū opus sit, pro concione quae sentiat libere dicere, sitque aut Cleon, aut quiuis alius unus, in arduis rebus decernendis, non plures audiēdi. Sed licuit semper uiri Athenienses, licebitq; in libera ciuitate, optimeque instituta, quae è republica sint, pferre, quod quū ita sit, neq; ego pro Mitylenaeis disturus huchodie processis, neque quemquam accusaturus, sed ut ea dicā que & ad uestram dignitatem, & ad imperij salutem artineant. Vos uero non quia Cleonis oratio ad iustitiam sit propensior, ob uestram quae est nunc in Mitylenaeos iram, quae dixero minus utilia arbitramini uiri Athenienses, haud enim in praesentia de iure disceptamus, sed utrum Mitylenaeos occidere reipublice conducatur, cognoscimus. Est (quis nescit) in multis ciuitatibus, non modo huic uicemodi criminibus, sed longe etiam minoribus mors poena constituta. Spe tamen sollicitati homines periculum ad eunt, neque quicquam periclitari unquam ausus est, qui non scelus sibi processurum arbitretur: neq; unquam ciuitas ab imperio ullo, aut regno defecit, quae non crederet se tantum uirium habituram, ut aut superior futura esset, aut illi à quo defecit omnino par uiribus. Ingenitum à natura est omnibus priuatim & publice delinquere: nec ulla lex tanti est, quae est per omnia sit itum supplicia, hoc ipsum inhibere possit. Nempe huic necessitas praebet audaciā, illi auaritia & cupiditas. Imperit homines, quique suo in sanabili ac potentiore, quā ut frenari possit, in discrimen adducuntur, sed omnium maxime officiant spes & cupiditas: haec dux, illa comes, haec insidiarum uitandarum immemor, illa prosperita-

tis & successus ostentatrix, quo fit ut incerta premia potentiora sint poenis, quae subiectae sunt oculis. Accedit his fortuna, quae nihilominus ad concitandos mortalium animos ualet, quippe quae nonnunquam ciuitates, tantoq; ciuitates ipsas facilius, quāto maius est de libertate, de principatu, de imperio, quā de minoribus fortunis ad omnem animorum motum irritamentum. Postremo impossibile est immoderatis credere, quoties humana mēs ad aliquid agendum immoderato aliquo affectu rapitur, ulla uel legum prohiberi, aliāue difficultate. Quod quum ita sit, neq; oportet uos de Mitylenaeis quia à uestro imperio defecerint, quicquam grauius statuere, neque ad desperationem caeteros, qui simili uia peccarunt, tanquam poenitere non liceat, impellere. Quin ignoscite potius, ut qui fociorū ad hostes transiuerunt ubi ueniam haud sibi desperādam uiderint, hinc cogitare incipiāt, quonam modo in fidem uestram redire ualeant, parati uictoribus omnem belli impensam reddere, tributaq; in posterū persoluere, per que iam pridem sumus hostibus pares: quod si populos longa obsidione captos, nimia ulciscendi cupiditate extinxerimus, qui nobis pecuniam ad bellicos usus in posterum ministrent, erūt perquam pauci, deeruntq; pecuniae ad bellorum usum, quo praesidio adempto, haud quidem intelligo, quo alio certiore reipublice corpus stare possit amplius. Quapropter non tanquam iudices debemus exactè de sontribus supplicium sumere, sed cōsiderare quemadmodum ex ciuitatibus moderatius multatis nobis pecunia suppeditari possit, nec populos legū feneritare, sed operum sedulitate, uirtuteque & innocentia in fide continere. Oportet enim nō ualde plectere liberos, quod rebelларunt, sed ne rebellandi occasionem habeant, diligenter custodire. Nulla re facilius quam benignitate studia conciliantur, nec conciliata commo dius, quam innocentia retinentur. Nec si alienata sint efficacius quicquam reuocat, quam spes clementiae. Et ut paucis, quod sentio, dicam, multo utilius arbitror ad imperij incolumitatem, nos iniuriam accipere non inuitos, quā eos qui ita deliquerunt occidere, praesertim cum periculum sit ne nobis ultra modum laeuientibus, quicquid adhuc fociorū est, crudelitatis odio hostile fiat, ad quam iacturam euitandam: ite uiri Athenienses, ac confestim quae per temeritatem & iram in socios, sua sponte deditos, crudeliter decreuistis, uestro suffragio mutare, de principibus defectionis, quos Pachet misit, per ocium consultaturi, Mitylenem habitari patiamini. Erit id uobis quum conducibile, tum hostibus ipsis formidolosum. Quisquis enim maturè sibi consulit is contra hostes plus pollet, quā qui temeraria feritate in facinus prorūpit. Tali Diodorus est ad populū oratione usus, qua multitudo uehementer mora & in suffragium missa, prius decretum mitiori inducto antiquauit. Continuo igitur publicè altera triremis est instructa, quae irrequieto cursu cum recentiore decreto in Lesbum tenderet, periculum erat ne nimis sero mitteretur, prior enim cum mandato caedis uno ferme die ac nocte una praecesserat: Mitylenaei legati qui Athenis erant, ueriti ne triremis quae publice mittebatur, ad priorem insequendam parum nauiter celeraret, aut aliquo, ut fit, casti suo excussa parum maturè in Lesbum ueniret, alteram ipsi suo nomine instruant, magnisq; pollicitis remiges onerant, identidem obtestati, urunius ciuitatis saluti consulerent: uino itaq; & hordeaceo pane in nauem imposito, qui priuatim mittebantur irrequieto cursu usi sunt, ut dum alij dormirent aut cibum caperent panem uino & oleo maceratum elstantes, interim non desissent qui nauim remis agerent. Satisq; feliciter Mitylenaeis celsis, quod decreto caedis iam lecto, altera laetioris nūcij Pacheti iam sese ad caedem expediendi superuenerit. Adeo Mitylenaei

Moderatio in supplicijs adhibenda.

Legatorū prudentia.

lenæi propius periculo fuere. Qui Athenas ab initio missi fuerant, capitali sunt supplicio affecti. Naues Mitylenæis ademptæ, & muri urbis disiecti, omnisque Lesbiorum terra præterquam Metymnæorum uectigalis facta. Et in Lesbo res ita gestæ sunt. Eadem æstate Minoa insula, quæ ante Megara fuit, quæque à Megarenensibus præsidio tenebatur, à Nicia Nicerati filio expugnata est. Athenienses ea postea usi sunt, ad præsentendos hostium motus. Sub id tempus Plateenses quoque omnium rerum inopia domiti, urbem ultro Lacedæmonijs dedidit, iudices se eos habituros professi, qui de noxijs, si ita uideretur, supplicium sumerent, iidem indemnatum neminem occiderent, ita conditione recepti, haud multo post ad eorum conspectum constituti, qui ex Lacedæmone missi fuerant, ut Plateensium causam cognoscerent, rogati hoc tantum an quicquam de Lacedæmonijs & socijs eo bello bene meriti essent. Tali iudicum petitione percussus, apparebat enim quoquo modo ad ea responderetur periculum instare, petierunt ut longiore sibi liceret uti oratione, factaque dicendi potestate, Lacon Amnesti filius cui publicum erat cum Lacedæmonijs hospitium, cum Antimacho Afopali in medium progressus, tali est ad iudices oratione usus. Vestram Lacedæmonij fidem secuti, nuper dedicationem fecimus, haud quidem rati tale subeundum esse nobis iudicium, sed ciuilius aliquid apud uos, alios iudices, de iure disceptandum, nunc haud immerito ueremur, ne opinione decepti, certamen nobis de uita, & non rebus sit subeundum, uos que non ad iudicandum ex æquo, sed uindicandum potius quodcumque crimen Thebani in Plateenses, quos odio plusquam hostili prosequuntur, ad libitum confixerint. Neque enim accusatio ulla, quam refellere possumus, proposita est nobis, sed ad paucissima uerba iussi sumus respondere, quo uno nihil nostræ causæ magis profectum esse contrarium, undique igitur ancipiti metu constitutus, tutius arbitramur aliquid dicendo periclitari, quam per silentium ad hostium libitum damnatum iri, & si perdifficile & arduum fore arbitramur, ut quæ à nobis in præsentia dicantur, studio sitis & fauore excepturi, non quia hoc tantum crimini detur, quod nostra merita sint uestrorum sociorum meritis inferiora, sed ne in aliorum gratiam iudicium iam peractum subeamus. Cæterum quocumque in nos animo sitis, qui iam dudum de capite & salute nostra iudicaturi estis, quid iuris aduersus Thebanorum similitatem, quid in uos, quid in cæteros Græcos habeamus, ordine explicabimus, & ut ab ijs ordiar, quibus primum respondere iussi sumus, nunquid hoc bello, de Lacedæmonijs socijsue aliquid bene meriti sumus, dicimus, si ut hostes rogamur, nullam uobis iniuriam fecisse, quod nullo uos beneficio affecerimus, si ut amici, uos potius deliquisse, qui nobis ultro bellum intulistis, non sumus in hoc bello de uobis meriti, nam hoc solum nobis obijci potest, at Medicis temporibus certe fuimus, quum Bœotiorum soli pro uestra Lacedæmonij & totius Græciæ libertate, & ad Artemisium primo, mox & in nostro agro Pausania duce strenue pugnauimus. Fuimus & tunc aliquid meriti, quum uobis horrendo illo motu terræ, quo uestra urbs corruit, percussis, facta in Ithomen mancipiorum fuga, terram militaris ætatis partem auxilio misimus. Et tales quidem in uos & alios antea fuimus, proque uiribus operam nauimus. At sumus postea hostes facti, fatemur, sed culpa penes uos est Lacedæmonij, qui fidem uestram aduersus Thebanorum iniuriam implorantes recipere nolulistis, fuistis que nobis ueteres ut ad Athenienses, qui propinquiores essent, confugeremus. Illorum igitur societatem amplexi, in partibus fuimus, nihil interim uobis aut sociorum cuiquam iniurij. Nec crimini dandum puto, quod

Minoa insula.

Oratio Plateensium ad Lacedæmonios.

Dilemma optimum.

Translatio culpe.

ab Atheniensibus uestro iussu deficere nolimus, quippe quos prodere non perfidum solum, sed penè impium fuisse, quum illi nos à uobis repudiatos, non solum in socios accepissent, sed ciuitate etiam donatos contra Thebanorum iniuriam, quantum in se fuit, ad hunc diem armis, præsidio, commœtatu protexerint. Quod si bellum accusari oportet, uos Lacedæmonij & Athenienses in culpa estis, qui furoris huius duces fuistis, non socij, qui iure fœderis alterutros secuti sunt. Thebani uero quum alias multas iniurias nobis intulerunt, tum uero postremam hanc, quæ ut nostris, horum causa est, quæ patimur. Illi enim quum fœderum tempore solenni die, urbem nostram occupassent, merito sunt à nobis supplicio affecti, quod & leges & iura gentium permittunt, ut qui in tuam tuæque urbis perniciem grassentur, ut hostis puniatur, quod factum si nostra cæde expian dum arbitremini, non iura, non leges, sed societate & usum quem ex illorum commilitio percipitis, intuiti parum quidè religiose facitis, qui non æquo & honesto, sed uestro affectu & commodo inseruitis. Nec si Thebani nunc uobis uiles uidentur, sunt propterea de uobis magis meriti, quam olim nos fuimus, quum Medicis temporibus, pro uestra & totius Græciæ salute, contra Barbaros, pro quibus illi stabat, uobiscum arma tulimus: Fuimus hoc bello in partibus fatemur, sed cum Atheniensibus fuimus, quibuscum uos olim communem libertatem aduersus Barbaros defendistis. Nunc de principatu disceptatis, at illi non Græcos, sed Barbaros complexi, non de gloria, non de principatu, sed de libertate, immo de uita, nobiscum dimicarunt. Considerate præterea uos à pluribus Græcorum probitatis exemplar, & uirtutis æstimari, qui si de nobis quod fidi grati; socij in Athenienses fuerimus atrocius aliquid statueris (haud enim occultè causam hanc iudicabitur) ne postea iudicium uestrum non probetur, quod de nobis bonis uiris ipsi meliores tuleritis, indignum que uulgo arbitrentur Plateas à uobis hostiliter deletas, quas patres uestri perpetuo uirtutis suæ argumentis, in tripode Delphico inscripserant. O miseram & infelicem Plateensium sortem, perituri fuimus Medicis temporibus, si Barbari uicissent, & nunc apud uos uiri Lacedæmonij, in eorum gratiam periclitamur, contra quos tunc Græciam defendimus, & qui supra uires tum Græcorum studiosi fuimus, nunc abiecti, deserti, inhonorati, ante inimicorum conspectum iacemus. Non amici, non socij nobis adsunt, ueriti ne nos quidem Lacedæmonij, unica spes nostra, parum mites in nos futuri sitis. Quos per sociales deos, quibus auspicijs uobiscum olim arma tulimus, per antiquum Plateensium in uos & omnem Græciam, studium precamur ut nostrorum malorum misereamini, ne Thebanorum in nos odium secuti, indigna morte afficiatis. Videndum etiam uobis est, ne uos dedecus & infamia ingens in posterum maneat, quod uestris olim socios, amicos, auxiliares, nunc demum non uoluntate, sed necessitate hostes factos, crudeliter occideritis. In promptu est nostra corpora extremis penis, dum inimicorum oculi nostro cruore pascantur afficere, at infamiam abolere arduum & difficile. Illud præterea considerate, uenisse nos sponte in fidem non ui coactos uiri Lacedæmonij, quos ita deditos ritus Græciæ occidi uerat. Respicite & uestrorum patrum sepulchra, quos à Medis, in quorum acie Thebani itererant, interemptos, in nostra que terra sitos, quotannis publicè quum alijs inferijs, tum fructuum primitijs, pioque uestimento rum apparatu, honoramus. Pausanias dux uester eos hic, ut in amico solo, & amicos sepelijt. Quod si nobis indignè peremptis Plateensis ager Thebanis adijciatur, quid aliud erit, quam maiorum manes annuo honore in perpetuum spoliare? in terra hostili,

Efficacissima deprecatio.

hostili, & apud ipsos interfectores inhonoratos relinqueret? solumque in quo Græci liberati sunt, in seruitutem redigere? delubra deum per quos illi uictoriam adepti sunt deserere? Rem profecto impiam, & à uestra iustitia & pietate porro alienam: Græciæ institutis, progenitorum memoria, beneficijs nostris, haud dubie indignam, ut alieni odij gratia, à nihil læsis crudeliter occidamur, digni quibus ultro ueniam daretis, si aliquid etiam deliquissemus, non quia sed quales passuri sumus animo reputantes. Tales uos quidem in nos esse oportuit. Cæterum quando necessitas cogit, per omnes Græciæ deos, per omnes sacra publica & priuata, per uestrorum patrum sepulchra, per eorum manes, quos rite semper uenerati sumus, precamur, obtestamurque uos uiri Lacedæmonij, ut in tanto discrimine nobis propitij sitis, ne amicissimos uestros Thebanis inimicis ad supplicium dedatis, reueriti hunc diem, quo præclarissimè olim Medos & Thebanos ipsos, uestrorum patrum ductu & auspicijs, his locis debellauimus. Et quoniam uiros tali discrimine constitutos: ut necessarium, ita tristissimum dicendi finem facere oporteret, iam loqui desinentes, adhuc loquimur, obtestamurque Plateenses, se urbem que suam, non Thebanis, sed uobis Lacedæmonijs tradidisse, uestram fidem secuti, ut auxilio sitis imploramus, aut si ea quæ iusta sunt, nobis concedenda non putatis, uestræ fidei erit, nos in eum locum unde ultro processimus restituere, ut integrum sit nobis, de uita & fortunis postremo consultare. Id sanè magis ex uestra dignitate fiet, qui publicæ libertatis assertores prædicari uultis & estis, quam si uestrum nomen & auctoritatem secuti, Thebanis propter uos nobis inimicis ad supplicium trademur. Hæcque Plateenses. Thebani ueriti ne uehementi illa oratione Lacedæmonij ab ultione abstinerent, perierunt ut sibi quoque ad ea, quæ Plateenses dixissent, liceret respondere. Qui uenia impetrata, eorum unus ita est exorsus ut dixerit, potuisse sine maiore disceptatione iudicium illud trahigi, si Plateenses ad interrogata respondissent. Verum quia longiore usi essent sermone, quo multa mentiendo, ut à scelere & flagitio abesse putarentur, in Thebanos omnium malorum culpam reiecerunt, necessitatem sibi imposuisse, partim negandi ea quæ ab illis essent dicta, partim etiã coarguendi. Cætera deinceps ita est ordine executus, ut primæ discordiæ culpâ apud Plateenses fuisse ostenderet, qui à Thebanis ad Athenienses, nulla iniuria, nisi quia suis conditionibus parere nolle in animum induxerant, ante Medorum aduentum defecissent, atque id ipsum in causa fuisse, quod illi contra Medos tulerunt arma, quia cum Atheniensibus militarent, non quod Lacedæmonijs gratificarentur, nec quod tum Thebani cum cætera Græcia non sensissent publico consilio, sed nonnullorum fraude, qui tum rem Thebanos oppressam tenebant, accidisse, nec Pausaniam duce, & alios id præteruisse, qui uel paucorum morte eam culpam post uictoriam expiassent. Nec quia festo die urbem suam occupatam à Thebanis arguerent, dignos propterea fuisse, quibus uenia daretur, quasi merito nefariam illam cædem edidissent. Quippe quum neque ad bonorum direptionem, tum Thebana cohors Plateas occupasset, argumentum id fuisse, quod occupata urbe neminem uiolassent, contenti Plateenses in Bœotiorum corpus redactum iri eos, qui quum tales fuissent: Plateenses tamen in fidem receptos, impiè excarnificati essent. Sed licuisse illis per Lacedæmonios incolumes esse, si in partibus esse uoluissent maluisse tamen omni scelere contaminatos, cum Atheniensibus periclitari, quam cum Lacedæmonijs Græciæ libertatem ueri, indignos qui audirentur, dum præca decora, si qua extiterunt tam insolenter memorarent, quæ ut fortibus & iustis præsidio esse

Peroratio Thebanorum reuincimatio.

Refutatio.

debet, ita scelestis & impijs supplicio & derrimento, neque hostium querelas plusquam sociorum apud Lacedæmonios ualere oportere, qui multo grauiora quam illi passi essent, Thebanorum iuuentute illorum perfidia & scelere trucidata, quorum parentes in Cheronia, cum ad Lacedæmonios Bœotia traherent, mortem oppetiissent, partim filij orbati, iam inde ab cæde illa nefaria, inopem desolatamque uitam agere perseuerassent. Sepulchra præterea eorum qui Medico bello perissent, quæ cæde primo cognatorum, mox nefario bello uiolassent, non modo aliquod illis deprecari putandum esse, sed stare etiam contra, quod tot uirorum fortium umbras inde præsentini iniuria & impietate excitassent. Postremo haud quidè eos manus in pugna protulisset, sed ex pacto subijisse iudicium. Quæ quum ita se haberent, orare & ipsi obtestari; Lacedæmonios, ut lege indicarent, misererenturque sociorum, qui tot indigna à Plateensibus passi essent, ostenderent Lacedæmonios rerum non uerbis proponere certamina, quæ iusta & æqua essent, breui sermone esse contenta, comptis modulatisque sermonibus flagitia uelari. Quod si cæteri mortales, Laconicum morem secuti, totam cognitionem in arctum contraherent, breuiterque rogarent, nemo quidem in turpibus rebus composito, fucatoque sermone ueretur, sed iure staretur, contentumque iustitia ageret humanum genus quod soli hominum Lacedæmonij sapientissimè facerent. Quum his Thebani Plateensium uerba exceperint, Lacedæmonij præsentem iram, magis quam uetus meritum secuti, iterum Plateenses percontati an de se essent quicquam eo bello meriti, ad quæ quum illi nihil responderent, inde abductos ad unum, quum c. numero essent, iusserunt interfici. Athenienses qui una obidionem perulerant in seruitutem redacti sunt. Thebani urbem Megarenensibus do mo pulsis habitadum concessere, restituitis Plateensium exulibus, qui secuti ab initio senserant. Cæterum uertente anno à fundamentis totam diruerunt, agerque publicatus est. Sed dum hæc ad Plateas gesta sunt, Corcyrenses domesticâ seditione iactati, Peloponnesiacam classem Atticâque Corcyra uno penè tempore exciuiere, optimatibus ad Lacedæmonios & Corinthios rem trahentibus, plebeijs ad Athenienses. Dimicatum erat sæpius inter ordines in urbe uario enectu, postremo Nicofrati Atheniensium ducis interuentu, qui ex Naupacto cum duodecim nauibus maturius affuit, optimatum opes fractas, nec ita multo post. Lacedæmonios Peloponneso naues, Alcide ductu, Corcyram apulerunt, cum quibus duodecim Atticæ & Corcyrenses tumultuose dimicauerunt, inclinafsetque iterum fortuna ad optimates, nisi sexaginta naues continuo subsecutæ essent quas Eurymedo præfectus ex Attica celeri cursu Corcyram perducere fuerat iussus. Alcidas Atticarum nauium numerum ueritus, quàm occultissime potuit, per Leucadium Isthmum nauibus in contrarium litus traductis, ipse cum ceteris copijs terrestri itinere se in Peloponnesum recepit. Nobilium Corcyrensiu factione Lacedæmoniorum præsidio destituta, in Iunonis templum plæri; concesserunt, unde quidam sunt ad supplicium ui extracti, nonnulli inibi sibi mortem conscinere, quidam mutuis se uulneribus peremerunt. Plebeius ensis ita est in eum ordinem euagatus, ut impunè creditores sint, à quibusdam debitoribus interfecti, parerque filium obruncauit. Alij obstrueto Liberi patris delubro necati sunt, estque eo res fœdior uisa, quod ad id tempus nulla Græcarum urbium ciuili fuerat seditione iactata: Peruasit procedente tempore id malum uniuersam Græciam, ut ciuitates ferè omnes in diuersas factiones abiuerint, quo accidit, ut qui opibus & nobilitate pollerent, optimates sint uocati, reliqua multitudo plebis nomen fuerit sortita. Et Corcyrenses his sunt casibus per id

Peroratio.

Plateenses à Lacedæm. interseciuntur.

Corcyrensiu nobilium infelix exitus.

tempus factati. Nec Eurymedon diutius ibi commoratus, sed suæ factionis opibus firmatis, in Atticam cū classe est reuersus. Post cuius discessum Corcyreses exules, qui medio tumultu dilapsi morrem effugerent, captis muris qui in continenti erant, inde egressi, sæpius prædam ex insula agebant. Erant hi circiter quingenti, quorum assiduæ incurfiones famem haud multo post, ijs qui in urbe agitabant, ingentem attulere. Miserunt exules ipsi Lacedæmonem & Corinthum auxilia imploratum, iam enim in spem uenerant recuperandæ urbis. Sed quum nihil impetrare potuissent, proprijs uiribus freti, sexcenti numero, incensis nauibus, quibus usi fuerant, ut omni euadendi spe adempta, cogeretur uel inuiti strenue insulam obtinere, Histone montem occupant, ibiq; muro instructo, ex occasione urbanam multitudinem assidujs incurfibus infestabant. In hocq; erant res Corcyrensiu statu, quum Athenienses, sub exitum eius cõtatis uiginti naues in Siciliam miserunt. Lachete & Chariada ducibus. Syracusani & Leontini contractum inter se bellum habebant. Fauebant Syracusanis præter Camarinenses, quæcunq; Dorici nominis in ea terra ciuitates erant. Leontinis Camarina & Chalcidicæ omnes urbes, quæ eadem erant & Ionicæ, suppetias ferebant. Rhegini utpote cognati Leontinis ipsis, qui ad Athenienses miserant auxilia in Syracusanos postularunt, de quorum iniuria querebantur, quòd & terræ & maris utraque illis prohiberentur. Athenienses pro uerua necessitudine, quia Leontini Iones essent, naues ad id bellum instruxere. Hæc palam secuti. Cæterum sperabant fore, ut quadiu illic Atticæ naues essent, Sicula frumentatio Lacedæmonijs inhiberetur. Putabant ad hæc posse fieri, ut insulæ decursum possessionem præsentis belli occasione aliquo modo suis rebus adiungerent. Rhegium igitur primo Atticæ naues appullæ, bellumq; ibi gerere socijs iunctæ. Hyeme quæ secuta est pestilentia Athenis orta, per annum deinceps nihil remittens, ciuitatis opes uehementer afflixit, mota est præterea plebsque Græciæ locis terra. Qui in Siciliam accesserunt cum Rheginis Æoli insulas inuaserunt. Ex ijs Liparæ, Gnidiuorum coloni, Liparam incolabant, inde in proximas est insulas transmissum, Strongyram, Didymam, & Hieram. Persuasum habuit uerustas in Hiera officinam Vulcani fuisse, quòd ibi utriusque noctu ignes existerent, interdum fumus uelut camino quodam redderetur. Erant tunc earum accolæ Syracusanorum socij, ob idque Athenienses & Rhegini eorum agrum hostiliter sunt populati, sed ad deditionem compelli nequiuertunt. Ac quintus præsentis belli annus per hæc exactus est. Crebri terrarum motus, sub initium sequentis anni, Lacedæmonios qui cum socijs ad Isthmum processerunt, quo minus in Atticam erumperent, ab instituta expeditione auerterunt. Et in Eubœa circa Orabias partem terræ & urbis cum pernicie multorum subitus pelagi æstus inundauit. Ad Athlantam quoque insulam apud Locros similis alluuio facta est, quæ sine motu terræ haud quidem accidere potuisset creduntur. In Sicilia Chariada Atheniensem duce à Syracusanis in pugna interfecto, Laches penes quem unum erat nauium potestas Mylas Messenijs ademit, duabus ibi hostium cohortibus oppressis. Inde & Mamertinos obsidibus acceptis in fidem recepit. Altera Atheniensium classis nauium triginta in Peloponnesum eadē æstate domo profecta est. Duce Demosthene Aluftenis filio, & Procle Theodori, sexagintaque aliæ scorsum in Melum insulam, quæ imperium detrectabat. Præerat huic classi Nicias Nicerati filius. Melij agro hostiliter uastato ad imperium retrahi nequiuertunt. Nicias in Oropum, quod est contra insulam, transiit. Vnde pedestri itinere Tanagram Bœotiorum urbē repente est ad-

Facinus Corcyresium exulū.

Siculorum discordia.

Æoli insula. Liparæ. Strongyle. Didymæ. Hieræ.

Alluuio terra.

Demosthenes dux.

Oropus.

ortus. Et Athenienses ex urbe, qui bello idonei erant, Nicias ex composito affuerunt. Ante Tanagram cum hoste dimicatum. Tanagrensis, & Thebanis qui cum illis erant prælio uictis, uastato agro urbi circumiecto Nicias, cæteris Athenas euntibus classarios ad naues recepit, qui quum & Locridis oram pari clade affecissent, in Atticam sunt reuersi. Per id tempus Lacedæmonijs Heracleam in Trachiniā Coloniam posuerunt, loco & ad præsentis bellusum idoneo, & in Thraciam erumpere uolentibus non minus opportuno. Aberat à Thermopylis locus stadia circiter quadraginta, dimidium stadij à mari. Cæterum dum circa Melum Nicias rem gerit, altera Atheniensium classis Procle & Demostheneducibus, Peloponnesi oram circumuecta, cum Acarnanum appendicibus Leucadios est adorta. Incurfatus ager, & Apollinis templum uiolatum. Anceps inde consultatio tenuit Acarnanibus suadentibus, ut Leucadem muro cingerent, cinctâ obsidione expugnarent: Contra Messenijs hortantibus, ut Ætolos inuaderent, gentem plurimum uicam agerem, quibus uictis omnis Epirus, facile esset Atticis rebus accessura. His Demosthenes assensus, à Leucade profectus, cum omnibus copijs in Solion nauigauit: ibi Acarnanibus, quia Leucadem duces oppugnare noluisent, commilitum detrectantibus, cum Cephalenijs Messenijsq; & parte una classariuorum, Ætolis bellum est à ducibus illatum. Profecti ex Oenone Locridis primo in Nemei locis templo statiuu habuere. Hic Hæsiuodum poetam ab locorum incolis peremptum fama est. Demosthenes inde profectus Potidianam primo, mox Carylion & Tichion expugnat. Egitum inde occupat, ab incolis metu destitutum. Hic Ætoli ex tumulis decurrentes, leui genere pugnae Athenienses tam diu destituerunt, nunc cedendo, nunc prælium minitendo, quo ad sagittarij, telis exhausti inermes redderunt. Tum facta in eos imperu, fessos magnaque ex parte inermes adoriuntur. Fœda ibi fuga orta est, alij alio dilapsi, passim ab hostibus utpote locorum ignari, interfecti, qui cædi superfuerunt ægrè ad Oenidem Locridis, unde ab initio profecti fuerant, euaserunt. Perierunt cum ex alijs multi, tum ex Atheniensibus centum & uiginti & alter ex ducibus Procles. Nec multo post Athenienses cum nauibus in Atticâ sunt reuocati. Demosthenes malè gesta rei conscientia Naupacti subsedit. Laches, qui cum nauibus in Sicilia erat, quum Locros, qui sunt in extréma Italiæ ora, subito illuc accessu inuasisset, ad pugnam egressos egregie superauit. Peripolio ex ea gente oppido ad Hallecem fluuium uic capto, Ætoli interea perlegatos à Lacedæmonijs & Corinthijs aduersus Naupactum & Athenienses, tria armatorum milia impetrarunt, multi quoque ex socijs sunt his additi, quo exercitu apud Delphos coacto, in hostes Eurylocho Lacedæmonio duce, per Locros Ozolas ad Naupactum est itum. Ætoli & ipsi præsto affuerunt. Ager ibi primo uastatus cum suburbanis locis, Molytium inde, quod Atheniensium erat, uic captum. Demosthenes ægrè ab Acarnanibus, ob suum ab Leucade discessum impetrauit, ut Naupacto subuenirent, mille hominum præsidio inde nauis aduecto, urbs seruata est. Nec Eurylochus ibi diu commoratus, ubi oppidum præsidiana Acarnanum manumitum cognouit, soluta obsidione ad Calidona & Pleuronem, aliaque Ætolicæ loca opprimenda concessit. Vnde Ambraciorum suauis, ad Argos Amphilochem oppugnandum, nulla adhuc re præclara gesta transijt. Apperebat iam hyems, dum hæc in Ætolia & Acarnania gerebantur, Laches qui in Sicilia erat, cum socijs Nisam expugnare conatus est. Tenebatur Niseorum arx Syracusano præsidio. Cæterum oppidum cum arce egregie defensum, & in Athenienses sese ad naues recipientes impetus ex urbe

Heraclea.

Leucada.

Hæsiuod. mon.

Ætolorum urbes.

Athenienses uincuntur.

Demosthenes.

Calidona & Pleuron.

Atheniensium fuga.

urbe factus. Turba fit primo, inde palam fuga est, & in ea pleriq; occidione occisi. Ibiq; re male gesta Athenienses in ora Locridis egressi ccc. circiter Locreses ad arcendam populationem temerè occurrantes ad Caicinum ansem cepere. Delus insula hoc anno ab Atheniensibus expiata, expiationis ratio talis inita, ut cadauera ex tota insula resossa, in Rheniam sint asportata, constitutumq; ut iam inde nemo ibi nasceretur morereturue, sed ut quæ nixu laborare cœpissent, ac quoquo modo perituri, in eam insulâ deportarentur. Est Rhenia adeo Delo propinqua, ut Polycrates Samiorum tyrannus utraq; alteri caethena aliquando iunxerit. Mâstit in Delo lustrale sacrum quod Athenienses cum circuniecitis insulanis quinto quoq; anno deinceps celebrarunt. Tenebat adhuc hyems, quum Ambracij aliquâto priusquam Eurylochus Amphilochem ingressi, Olpas occuparunt, imminabantq; Argiorum finibus, quum uiginti Atheniensium naues ex Peloponnesiaca accersitæ, & Demosthenes cum ducentis Messenijs subsidio affuere. Tum Eurylochus ex Proschio Ætolicæ cum Ambracij ad Olpas castra cõtulit. Eo & Athenienses & socij uenere, ac paucis diebus utrinq; cessatum, inde totis uiribus acie congressi, Argij in finistro cornu pulsi, & ad urbem fugati. Vicit Demosthenes Eurylochum dextro latere, arte magis quam uiribus, cohorte una in insidijs locata, quæ Peloponneses, qui numero longe præstant, a tergo adorta turbauit primo, mox fortuna semel inclinata, nõ solum ab ijs qui Amphilochos ad urbem egerant, non est restituta, sed qui modo uicerant ad fugam inclinauit. Perijt acie Eurylochus ac plurimi cū eo cætera multitudo passim caesa, quæ Olpas se trepide recepit. Demosthenes facta Mantineis & ex Peloponneso auxiliariis quibusdam ex Olpis abeundi potestate, ipse per exploratores factus certior Ambraciorum manum ingentè uenire suis auxilio, con festum mittit, qui uias occuparet, quo illi uenturi credebantur. Cæteros in armis esse iubet, ut si opus esset, continuo signa sequerentur. Interim Mantinei per speciem legendorum olerum paululum ab oppido progressi passimq; dispalati, apertam defectiõnem præ se ferre. Percussit eares Ambraciorum animos, qui haud ignari se ad eadem & supplicia destituti, subito & ipsi se ex oppido ducibus frustra reuocantibus, promunt. Terra ibi colluctatio orta, quum confuso agmine abire conarentur, ducenti circiter agniti interfecti sunt, multo plures in Agnidem que cõttermina erat precipiti fuga sunt delati. Demosthenes præmissis, ut dixi, qui itinera inciderent, ipse primo noctis crepusculo ad hostes profectus est, qui circa tumulos Idomenes noctu substiterat, ignari adhuc eorum quæ ad Olpas gesta fuerant. Hos incautos sub lucem adortus, modico negotio profligauit. Multi semisomnes ibidem oppressi, sed multo plures ab ijs qui in insidijs erant excepti perierunt. Potuissent Ambracia duplici clade affecta expugnari, si post eadem confestim eo itum esset. Verum Athenienses, erectis duplicis uictoriæ trophæis, Naupactum Demosthenis, cæteræ naues in Peloponnesum cursum tenuerunt. Et hæc fatis prospera in Ambracios & Peloponneses gesta. In Sicilia Athenienses ex Himera ubi hybernabat, subito insulanorum incursum in naues compulsi, ad Ætolicæ insulas primo appulerunt, ibi Pythodorum Lacheris successorem inuenerunt, præcesserat is cum paucis nauibus, nec ita multo post cum maiore classe Sophoclem collegam expectaturus. Eo anno Athenienses à socijs periuasi, sexaginta nauium classem ad Siciliensē bellum compararunt, quo tẽpore proliuuium ignis ex Ætina quantum raro antea ullum memoria hominum, manauit, corruptiq; aliquantulum Catinensis soli Ætnæ radicibus adiecti, ter ad summum uiolenta illa uis ignium ad id tempus extitisse dicitur, ex quo Sicilia

Audi Deli expiationem.

Rhenia.

Olpe occupatur.

Ambraciorum ad Olpas castrum.

Duplex Atheniensium trophæum.

Ætnæ proliuuium.

à Græcis cœperat habitari. Exijtque cum his sextus Peloponnesiaci belli annus. Quo sanè tempore Romæ tribuni consulari potestate erant, Appius Claudius Crassus, Sp. Nautius Rutilius, T. Sergius Fidenas, & Sextus Iulius Tullus, qui sequenti anno creati sunt ab eo quo induciæ in uiginti annos Veientibus sunt datæ. An. Sempronio, ut supra memoratum est, L. Quintio & L. Horatio Tribunis. Hoc igitur anno Tribuni plebis multa assidujs concionibus ad multitudinem questu, quòd nemo adhuc plebeius tribunus consulari potestate creatus esset, uerantes plebè mirari, quòd nemo esset amplius, qui pro eius commodis excubaret, eo quidem laborem & periculum ab hominibus impendi, unde emolumentum sperent & honorè. Omnia mortales aggressuros, si magnis conatibus magna proponatur præmia, nec magnos animos nisi magnis honoribus fieri. Desinerent igitur sperare futurum, ut prius plebei à patribus desinant contemni, quàm ipsi sese cõtremere desijissent. Nam qua, per deum, maiore cõtumelia seipsam plebs afficere potuisset, quàm quòd tot annos neminè sui corporis dignum crediderit, cui eum magistratum daret, ad quem lex aditum non negasset, ut multi è plebe uiri, domi militiq; spectati, ambitioso plebis suffragio suggillati ac repulsi, nobilium superbiæ risui fuerint? Abijciendâ spem omnem futuri patrocini nisi quandoq; experti fuerint, an ex plebe sit aliquis, qui sua uirtute consularis potestatis pondus titulumq; merito ferre possit. His tribunitijs querelis accensa multitudo, haud obscure præ se ferebat, fore, ut proximis comitijs competitorum sui corporis esset patriijs prælatura, quod ne euenire possit, patres studio cauerunt, facta lenatus consulto, ut consularia comitia in sequentem annum haberentur. Creatiq; sunt cõsules, An. Sempronius & Q. Fabius Vibulanus. Hoc anno Vulturinus urbs Hetruscõrum, quæ Capua est postea dicta, à Samnitibus capta est. Fuerant hi in societatem agrorum ab ueteribus colonis quos bello fugauerant accepti. Erat illi Hetrusci sanguinis. Eos itaq; festi diei epulis & uino graues, Samnites cæde adorti, urbe potiti sunt. Origo urbis cum ratione nominis alio est Rapodiæ huius loco à nobis relata. Latini & Hernici, post creatos consules, trepide nunciarunt Volscos in armis esse, adeoq; in apparado bello occupatos, ut planè appareret, tum demum experturos, utrū hi essent, qui uirtute, patientia, disciplina militari cum populo Romano possent ex æquo contendere, an perpetuo potius illis imperio, cedendum esset. Aulus Sempronius est ad id bellum missus, is fortuna ciuitatis fretus, exercituq; uincere assuero, temerè prælium ingressus, nõ ordinibus firmata acie, nõ equitibus suo loco dispositis, incautè omnia & negligenter executus, facile fuisset ab hoste superatus, nisi Sexti Tempanij uirtus, fortuna aperte inclinante, rei propemodum perditæ subuenisset. Qui cum magna uoce exclamasset, ut equites qui Romanam rem eo die incolumem uellent, equis desilirent, iam enim res ad fugam spectabat, nisi, inquit, hæc cohors hostium ferociam listat, cõdes ingens hic hodie accipienda est, meam cuspidè pro uexillo se quimini, iuxta Romani Volsciq; sciant, neq; uobis equitibus equites pares ullos esse, neq; pedites pedibus. Oes turmales equites haud aliter Tempanij hortationem, quàm consulis imperium secuti, obiectis Parmis, in eâ pugna partem ruunt, qua suos præcipue degraui sentiunt, quacunq; eunt cum cæde & ruina hostem auertunt. Et iam ex omni ferè parte prælium restitutum erat, quum Volsci, ut iulsi fuerant, ex composito dant per mediam aciem equitibus uiam, ut quum longius à suis processissent, exclusos trucidarent. Quod ubi fieri contigit, Tempaniusq; & alij in aperto discrimine esse uideretur, cõsul, & qui in prima acie pugam ciebant, suorum periculo commoti, cæci in hostem

Tri. Con. Po.

Tribunorū plebis querelæ.

Consules. Vulturinus.

Tempanij inuolens.

ruunt. Contra sustinent Volsci fortiter totas legiones, nec minus introrsum, qua equites ui perumpere conantur. Erat itaq; utrobique praelium ingens. Caeterum Tempanius quum perumpere deos hostes saepius conatus esset, nec ad suos reditus pateret, cum non adeo multis in proximum tumultum euasit, ubi in orbem dimicans sese Romanus tuebatur, nec alibi ante noctem finis pugnae fuit. Consul quadu lux affuit hoste nihilo remissiori certamine tenuit, nox incertos diremit, tam ancipitis pugnae euetu, ut noctu Romani & Volsci pro uictis in proximis montes, desertis castris, diuersi abierint. Tumulus ad mediam noctem usque ab hoste circumfessus. Caeterum Volsci nunciata suorum fuga res suas diurna pugna perditas rati, inde per noctem abcesserunt. Tempanius in huiusmodi ueritus, ad lucem usque suos imortos tenuit, mox cum paucis proxima loca speculatus, ubi ex saucijs hostium fugam cognouit, laesus suos ex summo colle ad ima deuocat, inde quum Romana castra praeter spem deferra inuenisset, steterit aliquandiu stupore defixus. Postremo ignarus quo se consilium recepisset, qua breuissimum illi fuit Romam cum suis iter intravit. Iam ad urbem nuncijs peruenerant, infeliciter a consule pugnatu, perijisse equites, aliisque multitudinem caesam, castra simul amissa, quae res lucu simul & metu attulit ciuitati ingentem, Et iam Fabius consul circa portas stationes disponebat, quum equitum agmen procul conspectum, appropinquatis hostis speciem praebuit, tumultuatumque in urbe est, quoad qui essent sit cognitu. Tu uero leti rumores ciuitatem peruasere, saluos equites adesse, mulieres, quae nuper moesta domi sedebant, sui decoris praenimia laetitia oblitae, in publicum deuolant, seque in suorum complexu cum lacrymis effundunt. Arripuisset Tribunus plebis Sempronium ut eum, in iudicium, qui non multo post cum exercitu affuit, nisi aliquanto prius Tempanius, pro collegio appellatus, ut diceret cuius culpa esset reces clades accepta (nam rumor erat consulis temeritate Romanu exercitum uictum) sermone satis rudi, caeterum moderationis & uerecundiae pleno, dixisset non militis de imperatore aestimationem esse, sed populi Romani qui Sempronio & alijs suffragia imperium demandasset. Verum quae ipse uidisset, audiuisseque se libenter diciturum. Aulum Sempronium a se conspectum, dum suos in prima acie hortaretur, ferociterque praelium ciceret, interim se cum equitum manu in medios hostes perripisse, exclusumque a suis, post uarios conatus, in proximu colle euasisse, credere se a consule praelium in noctem distractum, quod ex ipso strepitu & clamore percipere potuisset, se postridie in castra reuersum, ea deferta inuenisse, uerisimile uideri post anceps praelium, consulem munitionem locum aliquem castris cepisse, quo se exercitumque graui praelio affectum seruaret, tantum se affirmare posse, res hostium non minus quam Romanas eo praelio accisas, quando ab illis quoque noctu castra relicta essent, pugnaque digressi, pro uictis in pacatum abiissent. Tempanij testimonio tribuni instructi, omne a Sempronio iram in tribunos militum consulari potestate, qui non multo antea in Hetruria, sua discordia uicti fuerant, auerterunt. Quorum M. Posthumium decem milibus grauis aeris danarunt. T. Quintio tum ipsius, tum patris merita ad populum adiumentum fuerunt, quo minus damnaretur. In famis Sempronij consulatus in causa fuit, ut patres sequenti anno tribunos militum consulari potestate creati iusserint. Creati sunt L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, & L. Papyrius Mugilanus, necita multo post L. Hortensius Tribunus plebis, Au. Sempronio consuli prioris anni diem dixit, quem quum quatuor a collegio tribunorum orarent, ne imperatorem uexaret suum, in quo nihil praeter aduersam belli fortunam reprehendi posset, ad eos Hortensius

Anceps praelij euentus.

Tempanij testimonium in consulum.

Tri. Con. Po. Sempronio dies dicitur.

conuersus, si reum perago, inquit, num erepturi ius suum populo Romano estis? quum illi iudicium populi neque tollere se uelle, neque posse respondissent, sed si preces suae reo, quam patris loco haberent, nihil profuturae essent, mutatuos se cum eo uestem. Tum Hortensius, non uidebit plebs Romana Sempronij causa tribunos suos sordidatos, nihil reu moror, quando hoc est imperio consecutus, ut tam charus suis esset militibus. Fuit placabile Hortensij ingenium, plebi & patribus non minus gratum, quam tribunorum quatuor in Sempronij pietas. Nec Volsci diu quieuerunt, ambiguum uictoriam pro sua amplexi, proximo anno C. Fabio Vibulano, & T. Quintio Capitolino consulibus bellum reparare ausi. Fabij ductu, cui ea prouincia euenerat, leui praelio fusi sunt, nec aliud memoria dignum eo anno foris gestum. Consul ouans, urbem ingressus est. Inter tribunos plebis & patres eodem anno est non nihil certatum, tribunis petentibus, ut quando de quaestori numero agendo mentio iniecta esset, fuissentque ad id tempus duo tantum ex patricio ordine creati soliti, iam inde & ex plebe crearentur, res per altercationes eo deducta est, ut patres de augendo numero actionem omiserint. Exceperunt omisiam tribuni, nec eam solum, sed turbulentiores alias agrariae diuisionis, tribunisque per haec quietam alioqui ciuitate exagitatis, pars anni interregno exacta est. Creati inde tribuni consulari potestate, quum patres consules maluissent, & de quaestoribus creandis, ad arbitriu populi ex alterutro ordine, ut de tribunis militu plebi concessum, etsi apparebat haud dubie ambitione patrum plebeium neminem creatum iri, ut in tribunitijs ad id tempus comitijs euenerat, tribuni pro consulibus creati L. Quintius Cincinnatus, Sextus Furius Medullinus, M. Manlius, & Au. Sempronius. Quaestores etsi ex illustrioribus plebeis qui dam perijissent, atque iidem tribunoru eius anni per necessarii, patricij tamen omnes creati. Tribuni plebis eam repulsam aegre ferentes, omnem iram in Sempronium detorsere, quem ob uolscum bellum male administratu, populo damnatum obiecere: Duo reo obfuere, & Au. Sempronius patruelis eius, qui in quaestoris comitijs habendis, fraude usus dicebatur, quo minus plebei crearentur, & Q. Sempronius ipse Agrarijs Tribunoru actionibus fortiter obstitit. xvi. igitur milibus aeris est ob pristinam belli noxam damnatus. Posthumia uestalis eodem anno de incesto causam dixit. Elegantiior cultus & longe amentior, quam uestalem deceret, inuidiae illi fuit. Ea ampliatam Pontifices pro collegio abolerunt. Iussa est a Pontifice maximo abstinere iocis, & ut sancte potius quam scite se coleret. Et haec ferè quadrienio domi forisque a Romanis gesta. In Sicilia interea seprimo Peloponnesiaci belli anno ineunte, sex Syracusanorum naues, totidemque Locrensiu Messanam oppidanoru opera occupant. Athenienses continuo se Rhegium receperunt, ut sociae ciuitati praesidio essent, & Peloponnesus Atticam terram Agidis regis ductu, ut alijs populatione foedarunt. Caeteru Athenienses, nihilo secius quadraginta naues, quas ad bellum instruxerant, Eurimedonte & Sophocle ducibus in Siciliam miserunt. Qui cum Laconicam oram praeterueherentur, etsi Corcyra cursum intenderant, ubi Lacedaemonioru naues esse acceperant, aduersa iactati tempestate, accursu excusati, Pylu oppidum uetustissimum, tumultuario opere munierunt. Distabat locus a Sparta stad. circiter quadraginta, fueratque i Messenij agri parte. Demosthenes cui mandatum erat, ut ijs nauibus praesset, quae circa Peloponnesum agerent, loci usum ad Laconicos fines infestandos primus ostendit. Pylu itaque a continentis ora sex dierum opera munito, Demosthenes ipse cum quinque nauibus est ad praesidium loci relictus. Erat tum Agis rex in Attica, qui de ijs quae ad Pylum fiebant

Consules.

Tri. Con. Po.

Damnatio Au. Sempronij.

Posthumia uestalis ampliat.

Vbi Pylus fuit.

hiebant factus certior, continuo cum omnibus copijs eo profectus est, reuocatis ex Corcyra nauibus, ut oppidum terra marique adoriretur. Peloponnesium claisis per Leucadium Isthmum traiecit, lauit Athenienses duces, qui adhuc Zacynthi erant, ad quos subito reuocandos, duabus nauibus missis, ipse ad hostium uires in suorum aduentum sustinendas cum quadringentis Messenijs, quos praeter claisarios se cum habebat, omnia terra marique mature comparat. Ratusque a mari plus sibi negocij cum hoste futurum, cum sexaginta circiter Atheniensium angustias supra portum occupat. Ibi quos suos hortatus, ut natura loci freti, se cum fortiter resisterent, hostes & a mari ingruentes intrepidus excipit, plures omnino a mari conatus extiterunt, perijitque Brasidas, unus ex Trierarchis, nauis munitionibus ipsis ferocius appulsa, triduo oppugnati Athenienses, quibus omnia a continente ob locorum asperitatem tutiora erant. Auxere interim auxilio sexaginta naues ex Zacyntho reuocatae, hic duces, ubi ad pugnam Lacedaemonios, qui Sphaerteriam insulam portum praetentam occupant, elicere nequiuertunt, postridie in eorum naues impetu repente facto, quinque illis trirèmes ademerunt, quum uacuas alias in altum trahere adorti essent. Lacedaemonij a terra ad littus occurrantes prohibuerunt. Athenienses quinque hostium nauibus potiti, caeteris disiectis, ad Lacedaemonios qui in insula erant obsidendos conuertuntur, quibus nequid furto importaretur, absidue duae Atticae trirèmes insulam explorandae circuibant. Et iam nulli dubium erat, quin rerum omnium inopia illi, qui insula obsidebantur, in hostium potestatem breui concessuri essent. Tum Lacedaemonij qui erant circa Pylum & eorum magistratus qui ex urbe ad hoc ipsum in castra occurrerant, suoru periculo commoti, cum Atheniensibus in colloquium uenerunt, ut tantisper inter se inducias paciscerentur, dum legatos de pace aeternos Athenas miserent, nec id Athenienses grauate concesserunt, pacti ut quam diu induciae tenerent, qui circa Pylum sedebant nihil suum praesidium infestarent, neque ipsi Lacedaemonios, qui obsidione tenebantur, ut uictus illis, & potus sub custodia ministraretur. Caeterum ne furto inde in proximum littus abirent, naues quae fuerant in littus subductae, Lacedaemonij usque in legatorum reditum Atheniensibus tradiderunt. Legati qui Athenas iuerant, multa praeter morem gentis, de uanitate fortunae in sanctiore Atheniensium concilio locuti, ad pacem inter se & ueterem societatem renouandam horraui, eo processerant, ut ne conditiones quidem, quae tum ab Atheniensibus proponebantur, aspernarentur, quum Cleon Cleaeneti filius, homo inter Athenienses tum maxime popularis, qui primus inter agendum uociferari, se mur percutere, & discurrere pulpito cepit, legatos ad populum reijciens, ut cum eo de pace agerent, siquid sani attulissent, causa extitit, ut illi siue noluerint, siue non potuerint, infesta re in castra ad suos redierint. Nec Athenienses reposcentibus Lacedaemonijs naues restituere uoluerunt, eos criminantes, quod in suorum munitiones induciarum tempore impetum fecissent. Tota igitur belli moles huc incubuit, Lacedaemonijs Atticum praesidium, quod munitionibus erat inclusum, die noctuque fatigantibus, contra Atheniensibus assidua circa insulam statione Laconas interceptos, nequa dilabantur, attentius obseruantibus. Interea Syracusani Locrensis, qui Rheginis infensi erant, ad id hortantibus duodeuiginti Atticas naues, quae Rhegij ad praesidium stabant freti angustias obti-

Vincuntur Lacedaemonij.

Cleon orator.

entes, inuadere constituunt. Erant Syracusanis suae sociorumque naues triginta numero, his illi in Athenienses profecti, in iplo freto, sub occasum solis praelium conseruere. Vicit Attica claisis etsi numero inferior. Siculi turpi fuga disiecti, in Peloridem oram iterum conuere, nauibus ad Messanam una, & circa Rhegium altera amissis. Locrenses post post naualem pugnam pro uictis Rhegino agro abcessere, nec uictor Atheniensis interim quieuit, sed Syracusanos Messanam se recipientes, territando, laceffendoque (trahebantur enim funibus secus littus Siculae naues) tota ora infestos habuere, inde Camarinam cõrederunt, quam per Archiam quandam Syracusanis proditum iri indicio cognouerunt. Et Mamertini populariter Naxum adorti primo agrum populantur, inde oppidum oppugnare aggressi a Naxijs montanorum auxilio fretis, eruptio ne ex oppido repente facta, cum multa caede fusi fugatique, ad mille hominum amiserunt. Secundum eam cladem Syracusani, & socij classem a Messana abduxerunt, quam occasionem Leontini & Athenienses adepti, terra marique oppidum sunt oppugnatio ne adorti. Leontini qui a terra rem gerebant, subita Mamertinorum eruptione uicti, aperte fugam circumspectare, suo sociorumque periculo commoti, Athenienses a nauibus in littus desiliunt, Mamertinosque successu exultantes primo sistunt, inde in fugam uersos trepide in urbem compellunt. Sed dum haec in Sicilia geruntur, circa Pylum qui in insula erant, ad postremum inedia confecti essent, nisi libertate seruis propolita, noctu secundo uento, quiclam ex proximo littore paruis nauigijs eo non nihil esculenti inuexissent. Sed res ipsa haud diu latuit Athenienses, quod fieri quum attentiore statione inhibuissent, Vrinatores in insulam missi, qui sub aquas nando utres cum papauere mellito, & cannabis semine contuso subactoque, funiculis traherent. Tenuit obsidio illa dies ferme septuaginta, postremo Cleon, qui turbandae pacis autor fuerat, prouincia expugnadae insulae in Nicia inuidiam, cum quo apertas in republica administranda, exercebat similitates, sibi desumpta, Demosthene ad id negocium sibi collega assumpto, occulte insulam ingressus, atque ea parte qua syluosa erat incensa, Lacedaemonios undique armis circumuentos, Epitida & Hippagreto ducibus cum centum & amplius in pugna interfecit, caeteros ditatos Athenas captiuos perduxit, qui numero paulo minus trecenti fuere. Res intra uiginti dies acta, quod negocium Cleon Athenis profecturus maiore euentu quam fide, futurum populo repromiserat. Peloponnesus spe Pyli recipiendi abiecta, soluta obsidione domum concessere, & Pylum Athenienses per ocium, opere & armis adhuc ualidius firmarunt, quo ex Naupacta quoque Messenij, suos uelut in parriam miserunt. Eadem aestate septuaginta Atheniensium naues, quae circa Pylum fuerant, Nicia ductu, circa Corinthiacum sinum, Soligiam castellum intra terram adortae, capere nequiuertunt. Vtrinque circa oppidum uarie pugnatum, demum Athenienses lectis hostium spolijs, se ad paues paucissimis praelio amissis receperunt, inde digressi Crommonis Corinthiorum oppidi agrum populati, in quo Methonem inter Epidaurum & Træzenem sitam occupant, muroque circumdant, praesidioque ibi ad Træzenios & Epidaurios infestandos imposito, in Atticam cursum tenuerunt.

Syracusani vincuntur.

Mamertini vincuntur.

Vrinatorum facinus.

Lacedaemonij opprimuntur.

Athenienses Methonem muniunt.

ENNEADIS III. LI

BER VII.



EXierat iam eius anni aetas, quæ Eurymedon, & Sophocles è Pylo in insulam quo primum cursum intendebant, cū classe sunt profecti, qui Corcyram aduecti, in oppidanorum gratiam exules, qui Isthonem montem in federant, subito adorti, ea conditione in fidem receperunt, ut traditis armis in Prychia insula, tamdiu sub custodia essent, quoad Atheniensis populus de exulibus, quod fieri placeret, suffragio decreuisset: interim fides uiolari uideretur, si quis inde moliretur fugam. Corcyrenses ueriti nequid Athenis mitius de exulibus statueretur, subornant qui eos occulte adirent, ibique uelut hospitali iure impulsu, monebant, ut fuga sibi salutem quærent, compertum habere se Athenis latum suffragium, ut exules qui in Prychia insula sub custodia essent, Corcyrensis ad supplicium dederentur. Res in tanta animorum confirmatione credita est, nauigiumque temere adieci, quum custodia elapsi, nauis in altum abiissent, ab ijs qui ad hoc ipsum premisi fuerant intercepti, ab Atheniensium ducibus nullo alio ex urbe decreto expectato, Corcyrensi populo quia fidem uolassent, ad necem deduntur, ædificio quodam inclusi, ad inimicorum libitum, sub custodia non singuli, sed deni uiceni ue ad supplicium educi, cum multa exprobratione fœde trucidati sunt, præter paucos qui uel cruoris satietate, uel quia non tanta inuidia, ut cæteri eminebant, sine custodia intus relictis, ædificium priusquam animaduerteret quisquæ, in teriore parte occluserunt, inde Atheniensium fidem frustra implorantes, in se maiora adhuc multitudinis odia inritarunt, tum cōscenso ab ijs qui ad eorū cædem missi sunt, custodia fastigio, regulis atque alijs omnifariam telis supernè deiectis, uelut ruina quadam obruti sunt. Eorum quidam ne uiui caperentur, spicula & sagittas in se missas, in gulo admouerunt. Alij restibus, quas ex suis uestibus fecerant, suspendio mortem præoccuparunt. Atque hunc Corcyrensiū discordiæ exitum habuerunt. Atheniensium clasis, post exulum cædem, continuo in Siciliam abiit, & qui ad Naupactum præsidio erant, iunctis Acarnanibus, Anaætorium Corinthiorum oppidum, in Ambracij sinus ora occuparunt. Hoc anno qui septimus Peloponnesiaci belli fuit, Artaxerxes Xerxis filius, ut Thucydides scribit, uita decessit. Eusebius anno ferme uigesimo post id accidisse ait, tam in re non ignobili duo clarissimi inter se scriptores uariant, quibus ne in ipsa quidem Heraclicæ conditione, multum ut uideo, conuenit, quum octo circiter annos ille prius quam hic, eam à Lacedæmonijs conditam sit autor. Eusebius in hæc tempora Bachilidem poetam reponit, & Thucydidem Atheniensem, quem in historijs sequimur, Eupolidem & Aristophanem ueteris comœdiæ auctores. Celebrat & Platonis ortum quem in primos Peloponnesiaci belli annos ait incidisse. Cuius octauo ineunte anno Mitylenæi & Lesbij exules, Rheteum quod Atheniensis tenebant, ex improuiso occuparunt, nec ita multo post illasum restituerunt. Inde Antandrum proditione obtinere. Noui huius motus exulibus Lesbij prætextus fuit, earum urbium in libertatem uindicandarum, quarum incolæ Mitylenæi essent, sed Antandri potius opportunitatē secuti, id fecisse creduntur. Ida sylua oppido imminabat, materiaque ad naualem fabricam in expedito erat, ut classe ibi instructa Lesbium insulam, unde Atheniensium armis fuerant eiecti ex occasione in-

festarent. Hæcque illi studio moliri. Atheniensis interim maioribus rebus intèri sexaginta nauium classe, duce Nicia Nicerati filio Cythera Insulam Laconicę oræ Maleam uersus oppositam subito appulsi inuaferunt, Scandeamque urbem in ea maritimam, sine ullo maiore certamine occupant. Cursu deinde auerfi ad ea insulæ loca, quæ contra Maleæ promontorium iacent, Cythereos prælio uictos deditosque ea conditione, ut citra caput multarentur, quia Lacedæmonij essent, alio transferunt. Præsidioque Cytheris & Scandæa imposito, circa Asinam & Helos in terram egressi, septem dies sunt in hostico cum populatione euagati. Nec impune, cohorte una leuis armaturæ amissa, quæ prædandi studio incautus progressa, in hostium manus incidit. Nec ita multis interiectis diebus, Nicias Epidauriū agrum magna clade affecit, unde in Thyream transgressus, terram inter Argiuos & Lacedæmonios ambigui olim iuris, & quam aliquando bello quæsitam Lacedæmonij Æginitis incolendam dederant, ueteris meriti hostilitatē, quod ipsi horrendo motu terræ concussis præcipue fuerant adiuti ab illis. Æginitæ relicto metu hostium, muro quem ad mare instruxerant, editiorem partem urbis retinere constituunt, non nisi ex occasione quippiam moturi. Urbs Thyrea sine maiore negotio capta diripitur, direptaque incenditur. His per hunc modum gestis, Nicias & collegæ classem domum reduxerunt. In Sicilia per id tempus induciji inter Gelens & Camarinos primoinitis, mox conuentu omnibus Siciliæ populis in Gelam indicto, Hermocrate Syracusano ad pacem cohortante, bellum communi consensu soluitur, rebusque inter se compositis, pax secuta est, insulæ statu terra & mari pacato, Attica clasis, cum ipsis ducibus domum est dimissa. Qui ubi Athenas uenerunt, Pythodorus & Sophocles exilio sunt multati, Eurymedon pecunia: insimulati quod per eos steteret, quo minus Sicilia Atheniensibus subigeretur, quippe qui muneribus corrupti, insula abscessissent. Quæ publica animaduersio palam fecit, quo consilio Atheniensis in Sicilia sub prætextu societatis classem ab initio misissent. Eadem æstate Atheniensis Megaram proditione ceperunt, principes ciuitatis ueriti, ne exules à populo in urbem reducerentur, quum iam eius rei mentio mota esset, ut gratiam apud Atheniensis præoccuparent, eos in urbem acceperunt. Nec illi urbe solum potiti sunt, sed & Nysea, ubi nauale erat Lacedæmoniorum, inde præsidio eiecto, occurrerit eo trepidis nuncijs excitus, Brasidas Lacedæmonius, cum aliquot milibus hominum. Bœotij & ipsi præsidio affuere, auxilium ijs qui Nyseam obtinebant, latuisti. Cæterum ubi præsidio decessum uideret, omnia quæ ab Atheniensibus teneri, frustra tentatis Megarensium animis, acie decerrare constituunt. Atheniensis, qui sub ipsum hostium accessum, structa acie, iuxta Nyseam constiterant, ubi hostem ad prælium sese expedire uident, intrepide manum conferunt. Fuit equestre prælium per aliquot horas, in quo quum neuter equitatus alteri cederet, utriusque se ad suos recepere, neutro adhuc fortuna inclinante, stetit pedestris acies utrinque, per diem immota, neutris prælium inchoare ausis. Atheniensibus inde in Nyseam abeuntibus, Brasidas in pristinam stationem redijt. Megarensium exulum necessarii, portas Brasidæ nocte quæ secuta est, aperuerunt. Qui intra mœnia receptus, principibus ciuitatis pro concione appellatis, compositis que Megarensium rebus, in Peloponnesum reuersus est, exercitum inde in Thraciam deportaturus. Res mira accidit apud Lacedæmonios, in eo exercitu comparando, ubi publicè est editum, ut seruitia, quæ eo bello de Republica sibi

Cythera.

Thyrea cepit.

Atheniensis Megaram occupant.

Lacedæmonij Megaram recipiunt. Lacorum serui sublati.

sibi merita uiderentur, sese ab alijs fecernerent, hi ad duo milia numero dicuntur, qui quum coronati, uelut libertate donati deorū templa obiuissent, media luce substrati sunt, nec cognitum postea aut auditum, quo genere mortis fuerint extincti. Thucydides eos publico consilio necatos credidit, quod seruitiorum manus ingēs, post Pylum captam, ceperat uulgo ciuibus esse suspecta, ne quid ea temporum nouitate aduersus rempublicam molirentur. Megarensium principes qui Atticæ rei studiosi habebantur, ab exulibus sibi timentes, sponte ciuitate cesserunt, ad centum & amplius, qui fide accepta in urbem reuersi sunt ab exulibus & cæteris aduersæ factionis, sunt ferro dediti. Sub id tempus Demodocus & Aristides qui erant cum nauibus in Helle-sponto, Mitylenæis exulibus prælio uictis, Antandrum receperunt. Horum collega Lamachus cum decem nauibus in pontum per id tempus penetrauerat. Cæterum M. Calceum fluium qui perfluit Heracleiensem agrum temere ingressus, imperu aquarum superne ruentiū classem amisit: ipse cum suis pedestri itinere, per Bithyniam, Chalcedonem uenit, Megarensium coloniam, Brasidas interim Lacedæmonius, cum mille & septingentis militibus, per Heracleam Trachiniam, & Thessaliam, & radices Olympi, qui Macedonia est, & in Thessaliam obuersus, in Thraciam penetravit, ad Atheniensium res in ea terra sollicitandas. Nec ille sua spe frustratus, breui peraque loca partim uoluntaria proditione, partim metu, Atheniensibus ademit. Brasidas & Lacedæmoniorum consilium eo spectabat, ut Atheniensis qui Pylum & Cythera præsidio tenebant, à Peloponnesum rebus nouo bello auerterent. Primum itaque omnium Acanthum & Stagyrum utranque Andrium coloniam, ab Atheniensium societate auertit. Hæc ille sub æstatis exitum in Thracia. Interim Atheniensis facta sibi per Bœotios quosdam spe (Orchomenij erant olim Minie diuini, in Crisseo sinu) Cheroneæ & Sypharum partim proditione, partim uoluntate occupandarum. Demosthenem ex Naupacto cum nauibus reuocant, classemque ex improuiso iubent Syphas appellere, & Hippocratem ex Athenis terrestri itinere eodem copias educere. Affuit aliquanto prior Demosthenes, cuius appulsi confestim tota est Bœotia tumultuata. Proditiōneque interim patefacta, Hippocrates consilio destitutus, tumultuario opere Apollinis cognomeno Delij templum communiuit, ibique præsidio relicto, ipse extra Bœotiam, in Oropiæ sinibus fecit castra. Bœotij ambigentes an extra fines cum Hippocrate manum confererent. Pagundæ Thebani oratione confirmati, quum iam dies inclinaret, in hostem structa acie ire contendunt. Erant Bœotij duodeuiginti milia, & in his mille equites peltati. Tenebant dextrum cornu Thebani. Mediam aciem Aliartii. Coronei & Copenfes sinistrum latius curabant. Thespienses, Tanagrei, & Orchomenij equites utrinque claudabant aciem. Erant Atheniensis graui armatura, nihilo hostibus inferiores, quippe qui ad septem milia in acie steterant, legitime instructi. Cætera multitudo longè minor, ac penè inermis. Hippocrates conficturos milites obeundum ita hortari, ut diceret, breuem esse oportere ducis orationem apud strenuos milites, immo superuacuum etiam, uerum in memoriam redigere se non iubere, ut nemo suorum arbitrareretur nefas esse, in aliena terra se periculum propulsare, quin scirent potius omnem belli summam uerti in eius pugna discrimine, futurumque si Bœotij eo prælio uincerentur, uti Lacedæmonij auxiliari equitatu, exuti, impares Atheniensibus deinceps forent. Aditendum igitur, ut una pugna, alienam sibi terram quærent, suam periculo liberarent, atque ita efficere, ut uere gloriari possent, quod patriam inter Græcas urbes im-

Chalcedon.

Acanthus. Stagyrum.

Bœotiorum acies.

Hippocratis hortatio.

perio & uirtute longè principem haberent, digni iuris maioribus qui Myronida duce, eadem gente ad Oenophita superata, tota Bœotiam aliquando domuerunt. Hæc Hippocrates hortabundus, ad medium penè exercitum in prociuctu stantem peruenerat, quum Bœotij Pagundæ hortatu ex superiore loco infesti decurrunt. Atheniensis & ipsi intrepidè cursu in hostem feruntur. Configitur magnis utrinque animis acrisque pugna oritur, ita conlertis manibus, ut sese umbonibus propellerent. Pulerunt Atheniensis sinistrum Bœotiorum cornu, ubi Thespienses pugnam ciebant, qui loco submoti ad suos in aduersum cornu cursum intendunt, qua parte Atheniensis à Thebanis uicti, iam palam turbati ceperant, quin & à læua parte, qua nuper uicerant, duabus equitum turmis à Pagunda immisis, ut suis laborantibus auxilio essent, tumulo circumactis ex improuiso que conspectis, ea quoque parte nouus est terror repente iniectus. Atheniensis sua sponte percussu in fugam uertuntur, atque alij alio quo suo quisque uel metu, uel spe trahebatur dilapsi, partim Oropum, partim Delium, alij ad mare fugam intendunt, hi, præter littus sunt Athenas reuersi, sed nihil æque ac nox uictis dispalatisque profuit. Postridie qui in Delium se receperant, Caduceatorem ad hostem mittunt postulari, ut more patrio sibi cadauera eorum, qui in pugna cecidissent, restituerent. Negant Bœotij id se facturos, nisi ipsi prius excederent præsidio, quod loco sacro impij impij statuisent. Atheniensibus id facere reculantibus, paucis diebus cum toto exercitu ex Peloponnesu appendicibus præsidij Bœotij expugnant. Erat magna ex parte murus uitibus & lignis constructus, tellure ut in tumultuario opere interiecta, ad hunc ipsum flammis consensum talem Bœotij sunt machinam commenti. Procerissimam antennam in tybia speciem excant, ferreis exterius annulis affabre cōpacta, in summo lebetem catenis appendunt, ferreoque super illud ad insufflandum rostrum, hanc curribus inuectam, ubi munitionibus admouere, grandibus antennæ follibus ea parte admotis, quæ maxime fuit hostibus auerfa, statum cient, qui acriter actus in atheni sulphure, pruna & pice resertū, ingentem concitit flammam, corripuit illico ignis andā materiæ, qui quum iam late inualesceret Athenienses percussu metu fugam capeffunt, multi ferro oppressi, ducenti ferme capti sunt, cætera multitudo consensu nauibus, quæ in hunc usum in proximo stabant, Athenas cursum contendunt. Perierunt Atheniensium grauis armaturæ in pugna ad mille & amplius, & in his Hippocrates dux, cæteræ multitudinis ingens numerus, Bœotiorum paulo minus quam quingenti, & quod sæpe euenire solet, ut clades cladi hæreat, Demosthenes spe ad Syphas frustratus, quum in agrum Sicyonium milites prædatum exposuisset, subito Sicyoniorum occurfu prædatos excepti, cū cæde multa sunt ad naues reiecti. In Thracia quoque per id tempus Brasidas Lacedæmonius Amphipolitanis Atheniensium colonis, ad Strymonem amnè bellū intulit. Eum locum olim Aristagoras Milefius parum auspicato munire adortus, ab Edonibus eiectus, incepto frustratus est, mox procedente tēpore, Atheniensis eo x. milia colonorū misere, quibus à Thraci gente ad Drauescū interfectis, post aliquot annos, Agnonis Nicia filij ductu, iterum coloni eo missi, urbem condidere. Amphipolim Brasidas proditiōnis spe noctu adortus, primo pontē occupat, quostumē transgressus, Amphipolitanos prius quæ Atheniensium naues adessent ad deditionem compulsi. Amphipolitanorum defectionem secutæ sunt alia pleræque ciuitates circa Athon sitæ, Tyfus, Cleone, Acroathos, Oloficus, & Bisalticæ gentes, Crestonica, & Edonum nonnulli uicatim agentes. Toronam inde Brasidas proditione occupat. Vnde

Athen. successus.

Atheniensis fugam.

Bœotiorum consilium in Delo oppido expugnando.

Variæ Atheni en. clades.

Amphipolis conditores.

Defectio plurim urbium ab Atheniensibus.

de Atheniensium praesidium eiecitum ad Lechitum urbem maritimam in angustijs Isthmi Thraciae Chersonesii se recepit. Tentavit Brasidas edicto ex Lechito Athenienses eicere, testatus id oppidum Chalcidensium esse, qui a Lacedaemonijs statet. Caeterum Atheniensibus in praesidio perseverantibus, biduo postquam Toronam receperat, Lechitum adortus, turri lignea ingentiq; machina ad ignem concitantem admotis, quum Athenienses ea parte & ipsi multas aquae amphoras saxaq; ligneis turribus impositissent, turris una onere depressa, cum multa circumstantium clade repente corruit, quo fragore & sonitu territi, qui diuersa parte murum tenebant, rati oppidum ea parte ab hoste captum, munitionibus relictis, fuga ad mare intendunt. Id Lacon dux praeter spem intuitus, illatis signis, subito oppidum intravit, obructaq; passim obuios, & in alios fuga dispersatos militem immittit. Qui ad mare cursum occupant, nauibus que ibi ad id ipsum paratae erant concenatis, in Pallenum delati sunt. Eratq; iam octauus praesentis belli annus circumactus, quum Lacedaemonij & Athenienses uarijs cladibus affecti, inducias suo sociorumq; nomine sunt inter se pacti, ut rebus citro ultroq; per legatos & caduceatores iactatis, aliqua soluendi belli iniretur ratio. Sed tantisper dum de inducijs transigitur, Scione ab Atheniensibus ad Brasidam defecit. Praedicabant Scionae se ex Peloponneso oriundos esse, suosq; maiores, quum a Troia reuersi eam Pallenes oram nauigarent, rempestare deiectos, quo forte loco confederissent mentia quae ipsi haberent statuisse. Trahere itaque Athenienses ad se Scionaeos, quod dicerent eos inuentibus inducijs ad Lacedaemonios defecisse. Hi contra nouos sibi socios uendicare, nec pati illos Atheniensibus ad supplicium dedi. Fit itaq; Athenis decretum de Scione in Cleonis sententiam, ut armis ea ciuitas ad imperium retraheretur, & iam naues ad id ipsum expediebantur, quum & Menda ciuitas in Pallene Erichthorum colonia ad Lacedaemonios defecit. Mendesium defectione Athenienses adhuc magis irritati, classem ad ultionem studio ornant, rati nullis se amplius teneri inducijs. Brasidas liberos & omnem imbellem multitudinem Scionensium & Mendesium in Olynthum Chalcidicam sub praesidio traduxit, Atheniensium imperium fortiter excepturus, eratq; non parua expectatio noui belli. Interim Brasidas & Perdicas, qui iam pridem in partibus erant, ad Lyncium aduersus Arribeum, qui cum Perdica iam antea contrastratum bellum habebat, equestri praelio primo, mox & pedestri feliciter dimicant. Habebat Perdicas in animo Arribei oppida inuadere, nec pati uictoriae cursum frangere, quum repente allatum est Illyrios, quos ille sibi auxilio in horam expectabat, cum Arribeo sentire, iunctisque cum eo copijs breui assuturos. Qui circa Perdica fuere, metu percussis in suas urbes dilapsi, noctu castra deseruerunt. Brasidas quadrato agmine in pacatum abire constituit, leui armatura in medium accepta, ipse cum leuissima trecentorum militum cohorte cogere agmen, ut Barbaros qui propinquare dicebantur, fortius exciperet. Circuire ille suos, hortatiq; ne animum ad Barbarorum nomen remitterent, nec quia cum nouo hoste futura esset difficilium animo proponerent certamen, quando Barbarorum praerique fuissent, quos illis ipsis diebus duplici pugna superassent, esseque eius gentis ingenia primo congressu ferocia, & ad perterrendum hostem clamore & minis unanissima, sed quae mox conferto praelio elanguescerent. Accedere illud, quod Lacedaemonios propria uirtute, non sociorum praesentia strenuos, & inuictos esse oporteret, meminisseque maiores suos nullo alio modo nisi uincendo potentiam adeptos. Haec ille suis subicere, simulq; Barbaros iam horrifico

Scione.

Pallene.

Brasidae horatio.

in se clamore ruentes excipit. Instare illi ferociter ac ferrum intentare. Brasidas cum suis obeundum agmen, non solum uim arcere, sed itineris etiam aliquid interim conficere. Vbi uero ad geminos colles uentum est, per quorum fauces erat euadendum, eosque ab hoste teneri Brasidas cognouit, trecentos illos quos circa se habebat, celeri cursu in eos, qui alterum iugum infederant, mittit, quorum feroci occursum, Barbaris tumultu deiectis, salutus caeteris ad euadendum est paratior factus. Tum uero hostium impetu in horas magis magisque remittente, in columis Lacon in pacatum decelsit. Peloponnesiacus miles Perdicanis infensus, a quibus medio fuerat periculo destitutus, passim iumenta, & desertorum uasa diripuit. Quae res effecit, ut Perdicas iam inde enixe operam dederit, ut Athenienses secum redirent in gratiam. Brasidas ex Macedonia reuersus, quum Toronam uenisset, Mendam ab hostibus receptam offendit. Athenienses enim cum classe nauium quinquaginta, Nicia & Nicoltrato ducibus, post suum in Pallenum appulsum, Mendam, magis oppidanorum Peloponnesiaciq; praesidij discordia, quam ui receptam hostiliter diriperant, aegre a ciuium caede fuerat temperatum auctoribus defectionis supplicio affectis, caeteris est Mendesijs uenia data. Arcem quae adhuc ab hoste renebatur Athenienses, muro a mari ad mare (erat enim in Isthmo posita) deducto, omni subsidio excluderunt, ibique copiarum parte ad praesidium relicta, in Scionaeos Nicias & Nicoltrato mouere. Hi primo accessu ab hoste circa muros praelio excepti, strenue uicerunt, erectoque inibi trophaeo, castra locant. Per eos dies Perdicas foedus cum Atheniensibus sanxit, Brasidae odio a Lacedaemonijs alienatus, cui ab Atticis ducibus est negotium datum, ne per Thessaliam transire pateretur Isthagoram Laconem, quem fama erat ex Lacedaemone cum nouis copijs profectum, ut se cum Brasida iungeret. Athenienses Scione muro conclusa, impositoque praesidio Athenas cum classe, appetente iam hyeme, reuersi sunt. Apud Argos aestate qua haec gesta sunt, templum Iunonis Chrysidis sacerdotis incuria deflagrauit. Fuit id templum omnium, quae olim in Graecia ea tempestate erant, uetustate nobilissimum. Romae interea, aut certe non multo prius posterius ue, Tribuni consulari potestate fuerunt. Sp. Nautius, P. Lucretius Tricipitinus, & Menenius Agrippa, cognomento Lanatus, his rempublicam domi administrantibus (nam res foris pacatae erant) seruitia urbem incendere destinarunt, ciuitateque praesenti clade occupata Capitolium & arcem inuadere. Coniuratione ad Tribunos indicio delata, sumptum est de fontibus supplicium. Libertas & dena milia grauis aeris, quae tum diuitiae habebantur, indicibus data. Ab Tusculo inde legati nunciarunt, quum iam Tribuni consulares essent, L. Sergius Fidenas, M. Papyrius Mugilanus, & Seruilius, Labicanos, quorum fides iam antea ciuitati suspecta fuerat, quod dicerentur cum Veientanis occulta consilia communicare, aperte arma cepisse, & cum Equorum exercitu Tusculanum agrum populatos castra in Algido fecisse. Bellum est Labicanis indictum, decretumque ut duo Tribuni ad bellum exirent, tertius ad praesidium urbis remaneret. Quod negotium, quum aequae omnes ut ignobile fastidirent, ambicioseque bellicam prouinciam singuli ad se traherent, nec alius alij cessurus uideretur, tum Quintus Seruilius, Seruilius pater: Quando, inquit, uos neque ordinis huius, neque reipublice nulla mouet uerecundia, filius meus urbi extra fortem praerit, utinam illi qui tam ambitiose bellum appetunt, id concordius consideratusque quam cupiunt administrat. Quasi diuinasset Seruilius, sic accidit, ut Sergi

Perdicas Atheniensibus iungitur.

Iunonis templum. Trib. cons. potestate.

Trib. cons. potestate.

Seruilius pater.

Tribunorum discordia.

Vincuntur Romanae legiones

Equorum fuga & caedes.

Agrariae leges

Trib. cons. potestate.

& Papyrius ad hostem profecti, certamen secum ex urbe delatum, non solum non remiserunt, ubi est bellum administrari coeptum, sed pertinacior uterque factus, imperium ad se trahere, uterque suum consilium, suam sententiam priorem uelle: donec legatis eam animorum intemperiem castigantibus inter eos comparatum est, ut alternis diebus imperarent, quod ubi Romam nunciatum est, Q. Seruilius, homo magna experientia, precatus dicitur deos, ne praesens tribunorum discordia funestior esset patriae, quam ad Veios non multo antea fuisset. Tu uelut clade haud dubia imminente filium monuit, ut militem scriberet, quem ad futuros casus paratissimum haberet. Nec fallus ille uates fuit: enim uero, L. Sergij ductu Romanae legiones hostium castris, metum illis de industria simulantibus, temere admotae, subita eruptione facta cum strage & ruina per decliua montis primo actae, feda deinde fuga ac multa caede in castra compulsa. Vix eo die a ualio hostis est repulsus. Postridie uero ubi primum castra sunt iterum oppugnari coepit, turpi fuga sunt a milite destituta. Tribuni legatiq; Tusculum cum ijs, qui circa signa steterant, coefferunt, caetera multitudo dispersata, quo suus quemq; metus tulit, alij alio fuga abierunt. Tam feda cladis nuntius, ut antea expectatus, haud perinde ciuitatem affectit, ac si quis tumultus est ex ea re ortus, Seruilius Tribuni iussu per minores est magistratus compressus, quo sedato patrum decreto Seruilius Tribunus Dictatorem dicere iussus, Q. Seruilium patrem suum uirum, cuius prudentia uarijs reipublicae tempestatibus fuerat ciuitas semper feliciter usa, dixit, a quo ipse magister equitum est ductus. Quidam Seruilius Halam magistrum equitum tradidit, Hostes ob re bene gestam negligentius praesidium iniuerunt. Dictator eorum antesignanos equite immisso primo fudit inde legionum signa inferri iussit, quod qui segnius fieret, ab eo signifer est ferro confossus, nec hostes Romani, militis imperium tulere, fusi fugatiq; sunt, eorum castra direpta, legiones inde Labicanos admotae, quo Equorum pars magna confugerat. Hic oppidum corona cinctum, scilicet muro ad motus, haud multo maiore negotio quam acie hostes uicti fuerant, captum diripitur. Dictator exercitum Romanum reducto, octauo die quam magistratu iniurat, potestate abiit. Coloni mille & quingenti Labicanos missi. Biennio inde foris pax fuit. Priore anno Agrippa Menenio Lanato P. Lucretio Tricipitino & Sp. Rutilio Crasso Tribunis. Sequenti, M. Papyrio, Sp. Nautio & Au. Sempronio, Domi agrariae legis autores, Sp. Maelius & Metilius Tribuni plebis recens patribus certam iniicere, promulgata lege, ut quicquid agrorum ubiq; quaesitum esset, id populo diuideretur, quam legem si plebs sciuisset, omnes nobilitum fortunae in publicum redigebantur. Caeterum sex Tribunorum intercessione, quos senatus Ap. Claudij senatorum natu minimi monitu subornatos, Tribunitijs actionibus obiecit (erat ille legumlatoris Appij nepos) qui domestico consilio in curiam delato, autor fuit, ut caeteri Tribuni blandae a principibus patrum appellati, re sua intercessione discusserint. Iactati sunt proinde Tribuni in concione populi ab autoribus legis, plebisq; proditores appellati, nobilitum satellites. Fuisset deinceps cum Veientibus bellatum, P. Cornelio Casso, M. Valerio Porito, T. Quintio Cincinnato, Gn. Martio, & Q. Fabio Vibulano Tribunis consulari potestate, nisi Tyberis inundatio, qui super ripas effusus, cum multa uillarum clade per agros euagatus, Senatui decernendi eo anno belli religionem iniicisset. Ab Equis excursionem in Labicanum agrum factae, & oppidum nouis colonis ademptum. Volas sequenti anno colonia missa est, Tribunis consulari potestate, Gn. Cornelio Cossio, L. Valerio Porito, Q.

Fabio Vibulano, & M. Posthumio Regillensi. Hi bellum in Volcos gessere, ut suo postea loco memorabitur. Nunc ne res Graeciae nimium interpolentur, sintq; propterea longe retro repetendae, eo recurrat historiae explicatio. Athenienses, decimo Peloponnesiaci belli anno, ueteres incolae ex Delo insula exegerunt, eos parum castos rari ad ea sacra peragenda. Qui inde eiectione sunt Adramyttum in Asia tenuerunt. Sub id tempus Atticae classis triginta nauium, Cleonis ductu, in Thraciam missa, Scionem iam antea receptam primo applicuit. Ibi Cleon caeterior factus Toronam modico praesidio teneri, agereq; inde procul Brasidam cum robore copiarum, in Colophoniorum portum, parum a Torona distantem, nauigauit inde decem nauibus missis, quae portum occuparent, si per occasionem liceret, classiarum in urbe irrumperent, ipse cum pedestribus copijs uersa parte Toronam adortus, munitiones, quas Brasidas circa ueterem murum excitarat, subito inuasit. Palsitelas Lacedaemonius, qui urbi praesidio erat, ad tuendum locum ferociter occurrit, ibiq; praelio intro, data est classiarum occasio urbis a portu occupandae. Tum Palsitelas ancipiti metu constitutus, in urbem se recipere conatus, irrumperentibus per fractum murum Atheniensibus, atq; a tergo urgentibus, & qui iam urbem a portu ceperant a fronte occurrentibus, praesidiarum & Toronaeorum multi in medio caesi sunt, Lacon uiuus est captus. Oppidanorum captiuam multitudinem uictor hostis in seruitutem redegit. Haec Cleon in Thracia, quum Pheax Heraclitri filius, cum duobus collegis ab Atheniensibus pro legato in Italiam & Siciliam est missus. Leontini post Atticae classis digressum domestica fuerat seditione iactati. Plebs in animo habebat Leontinum agrum uicini diuidere, quod optimates ueriti, accitis Syracusanis plebem ex urbe expulerant. Extorris multitudo passim errans uariis est distracta. Multi Syracusas contendere. Alij in agris, sine duce, sine consilio uagati. Optimatum pleriq; ea iniuria offensi (nam non omnes plebem eiectionem uolebant) in Aldon & Phoces, Leontini agri loca, ex urbe demigrarunt, ad quos plebeiorum concursus undiq; ingens est factus, atque ex his locis extorris manus urbem infestare. Is Leontinorum motus causam Atheniensibus praebuit in Siciliam mittendi, qui cum ueteribus socijs agerent, ut sumptis armis, quoquo modo possent, Leontinos a Syracusanorum potentia liberarent. Pheax itaque ad id missus, Camarineseos & Agrigentinos ad res nouas sollicitauit, hortatus est & Catinentes in reditu, & Bricianos. Habuit & cum ciuitatibus Italiae quibusdam, sermonem de societate cum Atheniensibus iungenda. Et haec Pheax in Sicilia & Italia. Cleon interim Torona recepta, nauigauit Amphipolim uersus. Stagyrumque Andriorum coloniam subito adortus, expugnare non potuit, Expugnauit tamen Galepsios haud procul inde, Thasiorum colonos. Mox ad Perdica mittit, & ad Pollem Odomantorum regem, ut ipse quoq; cum Thracibus mercede conductis ad se ueniret. Ipse Eione subleuit sociorum aduentum operiens. Brasidas quum haec ab hostibus parari resciuisset, Cerdilum, qui locus est tras Argiliorum flumen, haud procul ab Amphipoli, occupat, inde attentis obseruans, quae in Amphipolim a Cleone pararentur. Habebat Brasidas penes se ad mille peditum, totidemque Amphipoli ad praesidium cum Clearida reliquerat. Grauari interim Athenienses Cleonis cunctationem, quippe qui inuiti ab initio fuerant eum secuti. Quod sentiens ille, statuit Amphipolim tentari, priusquam socij adessent, copiisque ex Eione eductis, collem Amphipoli eminentem occupat, inde per otium situm urbis contemplari. Brasidas, quem nulli hostium motus latebant, & ipse occulte urbem

Delij insula eijciuntur.

Cleon Toronae ui capit.

Leontinorum discordia.

Italiae ciuitates ab Athen. tentantur.

Cleonis consilium.

bem ingressus, ubi Athenienses uidit negligentius consistere, ac penè solutis ordinibus in urbis admiratione defixos stare, eos subita eruptione inuadere constituit, suorumque cōcione aduocata, ita est milites allocutus: Quoniam uiri Peloponneses in ea terra nati estis, quæ sua uirtute semper fuit libera, estisque (quum Doreas sitis) contra Iones dimicaturi, cum quibus prælio congressi semper uicistis, factis duxi sine alia hortatione uobis, quid in animo habeam, aperire. Iam dudum meditator in ocio sum hostem impetum facere, quippe qui quantum coniectura assequor, contemptu nostri, quos non putat ad pugnam processuros, locum conscendit, & nunc ad spectaculum conuersus nullo ordine securus agit. Hæc hostium errata si quis diligenter obseruat, ex illisque occasionem arripit, rem gerit plerumque feliciter: atque hæc belli furta sæpius honestissima uictoriae pariunt, per quæ aliquis hostem ludificatus summo amicos afficit commodo, hostes ignominia & detrimento. His demum gradibus sæpius quam aperta uincitur. Dum ergo imparati sunt, dum abeundi potius quam manendi, quantum conijcere uideor, est illis animus, dum anceps adhuc consilium, priusquam certi aliquid statuant, cum ijs quos mecum duxi, improuise adoriar, ac quantum aduiri potero, in medium eorum perumpam agmen. Tu Clearida, ubi impressionem factam uideris, parafactis repente portis, cum Amphipolitanis in eos nostra impressione turbatos imperum facias, annitereque ut quamprimum te turbato agmini misceas, sic enim futurum spero, ut subito terrore percussis ad fugam inclinent, multo enim terribiliores sunt hostibus, qui pugnae in terueniunt, quam ijs cum quibus iam dudum prælium sit confertum. Et quod ad te Clearida attinet, fac (ut Spartiatam uirum decet) hodie inuicti animo dimices. Vos Amphipolitani existimate id demum esse bene pugnare, si quis uincere in animum inducat, ignominiam reformidet, duci pareat, hodiernoque die alterum futurum arbitramini, ut aut perpetuo liberi sitis, si egregie dimicabit. Lacedæmoniorumque socii uocemini: aut uidei Atheniensium serui, duriore etiam quam antea conditione, cæterisque Græcis quo minus liberi fiat impedimento futuri. Sed cur non strenui esse debeatis, quum sciat is quæ de rebus sit hodie futurum certamen? Ipse, ut de me pauca dicam, facile ostendam, non melius posse me extra prælium meos ad rem bene gerendam hortari, quam inter hostes ubi gerenda res est, fortiter uersari. His ille suos hortatus. Cæterum dum circa portam milites ad irumpendum disponit, Cleon qui urbem oculis subiecta habebat, suspicatus ex ijs quæ in urbe cum trepidatione parabantur, hostes se ad subitam eruptione expectare, quia in animo habebat non prius in certamen descendere, quam Perdicas & cætera auxilia adessent. Inbet suos statim uasa colligere, atque Eionem proficisci, & iam sinistrum cornu iter intenderat, quum id legnitus Cleon fieri conspicatus continuo & dexterum explicat, qua re animaduersa, nihil amplius cunctatus Brasidas occultiore uia in hostem inuectus, medium Atheniensium agmen, sua sponte turbatum cum clamore inuadit. Resistere non nihil Athenienses, dum sese ad fugam expedire nequeunt. Interim & Clearidas diuersa parte cum suis illatus non solum terrorem auxit, sed apertam etiam fecit fugam. Ibi Brasidas ferocius in hostes inuectus saucius concidit, qui à suis subtractus in urbem delatus est: profuit ea res nihil Atheniensibus, neque enim ipsi cadentem fererunt, neque hostes duce spoliati ab inchoata uictoria destitit, quin fortius instando Athenienses cum multa cæde ad Eionem usque sunt persecuti, quo pauci incolumes euasere. Cæteri partim cæsi, & in his Cleon cuius imperium erat, partim capti sunt. Sensit Brasidas adhuc

Oratio Brasidae ad milites.

Peroratio.

Cleonis consilium.

Athenienses uincunt.

spirans se uicisse, necibi multo post dolore uulneris expirauit, secum quæsitæ uictoriae gaudium ferens, cui Amphipolitani haud monumentum solui, sed ut Heroi sanum etiam dedicarunt, coloniaque ipsius nomini inscripta, omni Agnonis qui colonos deduxerat, memoria abolita: cecidere eo die Atheniensibus sexcenti, ex hostibus septem nec amplius. Haud enim fuit iustum prælium, sed alterius partis fuga. Secundum eam cladem Atheniensium classis in Atticam reuersa est, & nongenti Lacedæmonij, qui in supplementum ex Peloponneso missi Heracleam processerant, audita pugna ad Amphipolim commissa, tentarunt per Thessaliam transire in Thraciam, suntque ad Pierium usque: Thessaliæ morem progressi, ibi à Thessaliis ulterius ire prohibiti, in Peloponnesum retro abierunt. Athenienses duplici clade paucis mensibus affecti, ad Delium una, & recentiore altera ad Amphipolim, bellique diuturnitate fessi, aliquanto propensius quam antea ad pacem inclinauerunt. Lacedæmonios autem iam in de Pylo & Cytheris amissis, pacis cupidus inceserat. Instabat adhuc induciarum exitus, quas cum Argiuis in triginta annos pactas habebant, quibus hostibus super Atticum bellum accedentibus, uehementer dubitare ne impares utriusque futuri essent. Animis itaque utrinque ad concordiam inclinantibus, reliquum hyemis illius posthabita omni rei bellicæ cura, soluendi belli est studio impensum. Rebus citro ultroque iactatis, ita demum inter eos comparatum, ut Athenienses & Lacedæmonij captiuos, & loca bello capta, utriusque alteris restituentes, in l. annos fœdus sancirent, quod societatem inter se firmarent. Estque id fœdus secutum decimo anno Peloponnesiaci belli exacto, fuitque deinceps pax inter eos inspecta, parumque fida societas. Corinthijs & sociorum quibusdam omnia turbantibus, donec decimo post anno ad arma ex professo utriusque redire. Nam Corinthij ægre ferentes, quod Anactorium & loca, quæ bello amississent, non essent à se recepta, quod in societatē inuenda tantum Lacedæmoniorum mentio, non sociorum facta esset, uelut Peloponnesi regnum Spartiatæ affectarent, eos apud cæteros Peloponnesiacæ terræ populos criminari, inuitareque ad fœdus secum, & cum Argiuis sancendum, quod quum ipsi fecissent, quædam ciuitates nec adeo multæ, Corinthiorum studium secuta, Argiuis se iunxerunt, & in his Mantinei, qui Lacedæmonijs inuitis, quædam in Arcadia occuparant, futurum rati, ut composita cum Atheniensibus pace, statim Lacedæmonij essent ea armis uindicaturi. Nec illi frustra ea timere, siquidem Spartiatæ æstate illa, quæ secuta est, Plistoanacte Paulianæ filio duce, in Arcadiam irruerunt, Parrhasijs opem laturos, qui Mantinei obnoxij, domestica seditione laborabant, excursuri adhæc murum, quem Mantinei in Cypselis struxerant. Cæterum utrunque ex sententia adepti, haud multo post sese domum receperunt. Inde cum Lacedæmonij societatem cum Beotijs inuissent, exclusis Atheniensibus, quod ex fœdere fieri non licebat, Athenienses Alcibiadis, Cliniae filij, adhuc adolescentis persuasum, fœdus in centum annos cum Argiuis, Mantineis, & Eleis percusserunt. Inde orto inter Argiuis & Epidaurios bello, ob hostiam ab his ad Pithij Apollinis sacra, de more, non redditam, aliquot utrorumque ad alteros expeditiones, sed obscuræ parumque memorabiles extitere, ut circa Nemeam ex alterius partis occasione prælio commisso, ubi ex Phliasijs, qui cum Corinthijs militabant, & Corinthijs pro Epidaurijs plerique occubuerunt. Et à Corinthijs Argiuorum multo eodem loco interfecti. Inde quum duo exercitus haud procul Lacedæmone in procinctu starēt, hinc Lacedæmonij Agidis regis ductu, Arcades, Beotij, Corinthij, Sicyonij, Palenses, Phliasij, & Megareses, inde Argiui, Mantinei & Elei, Athenienses in horam expectabantur, essentque aduerse acies inter se concurrere: ducibus in colloquium progressis, in quatuor menses inducias pepigere. Fuit cæres Agidi inuidiæ, quod bene pugnandi occasione pretermissa, inducias, ne socijs quidem de re tanta appellatis, cum hoste temere fecisset. Nec Thrasylus Argiuorum duce minor, ex eodē fœdere, inuidia à suis conflata est, parum abfuit quin ob eam noxam, lapidibus sit suorum in cursu interfectus. Sub accessum igitur Atheniensium, quia inducias semel initas uiolare noluerunt, Orchomenios bello in alium hostem auerso, Argiui oppugnare sunt adorti, quos nullo maiore negotio in partes traxerunt. Erant iam & Tegeatæ defecturi, nisi Lacedæmonij præsidio affuissent, qui non am biguos tantum socios, opportuno accessu tenuere, sed in Mantineum agrum hostiliter ingressi lateque terram populati, ante Phanum Herculis metati sunt castra, qua sociorum clade exciti Argiui, cum Mantineis & Eleis & Atheniensibus, haud procul ab hoste loco edito consedere, haud cunctantius in aciem descensuri, si pugnae copia ab hoste fieret. Agis qui multa inter suos inuidia flagrabat ob inducias cum Argiuis initas, indigus consilij iam dudum quid fieri oporteret, deliberabat: & ad infamiam diluendam inuisset ante sociorum accessum prælium, nisi ueterani unius uocem e concione emissam excepisset, medicari Agidem quonam modo malum malo adderet, qua uoce, uelut omine quodam terrore, continuo copias ex hostium conspectu abduxit. Postridie Argiui cum socijs hostem secuti, eorum uestigijs instare: quos ubi Lacedæmonij senserunt, & ipsi sese ad prælium expediunt: socijsque tumultuosius in pugnam ruentibus, ipsi cunctantius et ad cantum tibiarum, tibicinis enim inter ipsos plerique lege interpositi erant, non rei diuinæ gratia, sed ut sedate per modulationem incederent, ne si inconsulte progredierentur in pugnam, ordo agminis perturbaretur. Pulsum primo sinistrum Lacedæmoniorum cornu à Mantineis qui in dextro suorum rem curabant, et ad Agidem uictor hostis peruenerat, qui medium agmen tenebat, quum ille trecentis usus equitibus, non solum rem ea parte inclinam restituit, sed hostem etiam multa fraude populit. Leuum inde hostium cornu ubi Athenienses erant multa uel adortus, haud multo maiore negotio fudit. Ceciderunt ex Argiuis & socijs ad mille & ducenti. Lacedæmonij, lectis hostium spolijs, trophæoque ibi constituto, domum concesserunt, Carneæ celebraturi: quam occasionem Athenienses, Elei, & Mantinei amplexi, Epidaurum expugnatum, expugnatum menibus cingunt, ibique Iunonis templum in arcis usum communiunt, præsidioque imposito, Athenienses in Atticam sese recipiunt. Et hæc per æstatem gesta. Hyeme deinde appetente, Lacedæmonij & Argiui in quinquaginta annos fœdus & societatem iniuere, captiuos prius inter se restitutos, locisque bello captis. Estque disertè in fœdere expressum, ne Atheniensium legatio, Caduceatorum, ab illis audiretur, nisi hi prius quicquid in Peloponneso tenerent dominis restituisent. Mantinei & ipsi cum Lacedæmonijs fœdus percussere. Miserunt & ad Perdicas communi nomine, qui eum in fœdus reuocarent. Athenienses iussi ex Epidaurio præsidium abducere, tanquam nihil id grauatur præstituri, per Gymnici Agonis speciem, cæteris, qui ibi una erant, exclusis, locum retinere perleuerarunt. Eratque hic Græcarum rerum status, quum quartusdecimus ab eo, quo bellum inter Spartiatas & Athenienses fuerat inchoatum, est circumactus annus. Romæ per id tempus Gneius Cornelius Cossus & collegæ, quos supra memorauimus, Tribuni erant consulari potestate, aut certe non multo prius fuerant, postea uero futuri erant. Horum Posthumius exercitum in Equos duxit, fractaque paucis leuioribus prælijs hostium

Brasidas uincitur.

Atheniensium & Lacedæmoniorum facta.

Lacedæmoniorum uictoriae in prælium.

Corinthiorum & Argiuorum fœdus.

Carneæ sacra.

Lacedæmonij & Argiuorum fœdus.

Agis rex.

ferocia, in Volas urbem ui irrupit: is primo conatu prædam militis fore pronunciauit, mox capto oppido, ne quid à uictore exercitu tangeretur, certamine in suos uerso, pertinaciter obstitit. Alienauit ea res militum animos ab ipso duce. Inde collegis eum in urbem ad Tribunitias discordias coercendas reuocatis, in concione uox eius audita est, malum militibus denunciatis, nisi à seditione quiesceret. Hæc Marco Sextio Tribuno plebis occasio oblata est Posthumi absentis ad plebem criminandi, sed maior omnino in castris ultio secuta est, orto inter milites fremitu, quum forte ad tumultuantem quendam licitor missus ab ijs qui proximè steterant uiolaretur, Publius Sestius quaestor eo occurrit, is saxo ictus qui turba excederet, Posthumius homo ueracis ingenio, cæterum uiolata maiestate adhuc magis irritatus, quum ad supplicium quosdam rapuisset, uexarentque interim licitores & centuriones multitudinem, eo militaris indignatio euasit, ut duces ipsam lapidibus obruerit. Id atrox facinus postquam est Romam nunciatum, Tribunis militum quaestionem de morte collegæ decernentibus, contra plebeijs Tribunis aduersantibus, nouum inter ordines, de comitijs, ortum est certamen: quo factum ut res ad Interregnum redierit, obtinuerunt tamen patres, ut consules eo anno fierent, creatique Aulus Cornelius Cossus, & Lucius Furius Medullinus. Posthumianæ cædis quaestio, uolente plebe consulibus permilla, estque paucorum supplicio, qui sibi mortem cōsciuerunt, res transacta. Furius legiones in Hernicos duxit, hostesque non reperto, Ferentinum, ubi Volsci esse dicebantur, progressus, oppidum priore nocte destitutum, sine certamine occupat. Ager Hernicis datus. Licinius Tribunus plebis sequenti anno, Quintio Fabio ambusto, & Caio Furio Pacilo consulibus, gentile negotium aggressus, agrarijs actionibus cæperat urbanum ocium uexare, quum pestilentia magis innoxiam quam perniciosa, ciuitatem inuasit. Tum uero animis ciuium, eo metu à foro ad se & suos curandos auersis, Tribunitia uis sua sponte paulatim remissit. Fames inde secuta est, quæ sequentem annum Publico Atratio & Caio Nautio Rutilio consulibus tristitorem reddidit. Missi circa omnes populos legati, qui publice frumentum coemerent. Nullibi frumentatio in festior Romano fuit, quam apud Samnites, qui tum Capuam & Cumas tenebant. Ab his Romani prohibiti commercio, Siculam frumentationem secuti, consuetam urbi annonam restituerunt. Erat iam periculo ciuitas defuncta, quum Marco Aemylio, & Publico Valerio Potito consulibus, Equi in armis esse dicebantur, multis Volsci nominis priuatum superpetas ferentibus, & iam in Hernicum Latiumque agrum descenderant, quum Valerium consulem delectum habentem, Menenius Tribunus plebis agrariae legislator, impedire est adortus. Ex inuictis nemo citatus respondebatur, Tribunitio auxilio fretus, quum repente affertur Caruentanam arcem ab hoste occupatam, ea res Menenio inuidiæ fuit, & tribuni, qui in gratiam patrum sua erat sponte intercessuri, audaciores facti Menenio obtiua inere. Ductus itaque exercitus continuè est ad hostem, qui sub primum consulis accessum loco decessit: quicquid ibi prædæ est quaesitum. Valerius rebus uentis Quæstores iussit in ærarium reponere, quo facto exercitum sua sponte iratum, in se duxit ipse iratorem reddidit. Nec obscurè præ se tulit studium suum miles, qui illum ouantem in urbem sequutus, iocularibus carminibus, non duces, sed Menenium Tribunum passim celebraret. Ea re in fructu patres, ueriti, ne si tribuni consulari potestate in sequentem annum crearetur, Menenius locum obtineret, pro magno negotio habuerunt, consularia comitia decernere, quibus postea consules creati sunt, Gn.

Volæ oppidum.

Dux ab exercitu lapidatur.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Ux exercitus in Valerium.

Consules. Cornelius Cossus & Lucius Furius Medullinus. Nunquam aliis plebs ægrius tulit Tribunitia comitia nō sibi credita, nec iram diu dissimulauit suam quæ proximis comitijs quæstorij, tris è plebe quæstores creauit, quum patricij ad id tempus creati consueissent. Qui è plebe primum creati sunt fuere, Q. Silius, Publius Elius, & Pub. Pippius, patriciorum uni Caio Fabio Ambusto loco ad dignitatē relicto. Eo successu Tribuni plebis erecti, magnum consilium et senatui negotium intendebant, summa ope annexi, ut in sequentem annum Tribunitia comitia haberentur: nemini dubium erat, plebem presentem certamine irritatam, maiorem Tribunorum partem sui corporis relaturam, eratque plebis causa Tribunorum uolentia superior, quum subitō nuncijs affuere, hostes cæso præsidio Caruentanam arcem iterum occupasse. Tribuni ferocius coorti omnem spem habendi delectus consilium adimunt, nisi prius senatusconsultum fieret, uti Tribuni consulari potestate in sequentem annum crearentur, quod ipsum ea est conditio concessum, ut nemini eorum, qui tum tribunus plebis esset, proximis comitijs petere liceret. Senatusconsulto in eam sententiam facto: consules delectu habito, ad bellum ambo sunt profecti, an alter Romæ ad habenda comitia substituerit, parum perspicue traditur: satis constat, post multos conatus, hostem ex Caruentana arce deijci nequiuisse, atque infecta re inde exercitū abductum, receptam tamen Verruginem populationes que in Equis & Volscis factas multumque ex hoste prædæ Romam abactum. Romæ interim contra omnium expectationem, patricij omnes creati sunt Tribuni consulari potestate, Caius Iulius Tullus, Gn. Cornelius Cossus, Caius Seruilius Hala. Fremere tum id alij Tribuni ac fraude patrum id factum prædicabant, quod plebei locum non tenuissent, quippe qui operam dedissent, ut sordidissimi dignioribus admixti peterent, quorum tædio multitudō fraudis ignara in patricios sua inclinasset suffragia. Et iam Volsci & Equi in armis erant, longeq; maiore quam superioribus annis apparatu, siue Verrugine priore anno in Volscis amissa irritati, siue successu Caruentanæ arcis retentæ, bellum instruere. Placebat senatui in tanta belli expectatione dictatorem dici. Contra Iulius & Cornelius negare se id laruros. Patres Tribunos plebis appellant, qui pro potestate cogere Tribunos militum Dictatorem dicere, quando eō insolentia processissent, ut Senatus dicto haud obediens essent. Latari eiusmodi certamine Tribuni, negareque in se esse auxilij quicquam, qui non in ciuium, non denique in hominum numero haberentur. Cæterum tantum se animaduersuros, nequa senatusconsulta essent irrita, citra id unum se nihil intestinæ patriciorum discordiæ intercessuros: sed quum neque modum neque finem præsentem altera trioni college facerent, Seruilius Hala assurgens pronunciauit, quandiu res quæ instabat, dilationem pati uisa esset, expectasse se, ut Iulius & Cornelius collegæ sui officij admoniti, in senatus auctoritatem redirent. Verum quia neque id facerent, neque periculum belli moram ullam ferret amplius, futurum, ut ipse proxima nocte dictatorem diceret, nisi sponte ipsi patrum uoluntati accederent. Seruilius denuntiatione uicti collegæ, de dictatore dicēdo inter se conuenere. Cornelius ab Hala Seruilio dictator est dictus, ipseque ab eo magister equitum. Hi ad bellum profecti, uno atque eo facili prælio, hostibus ad Antium cæsis, quo omnes duarum gentium uires conuerant, minori quidem certamine, quam ab initio fuerat persuasum, uictoriā sunt adepti. Volscus inde ager ferro & igni uastatus, expugnatumque oppidum ad lacum Fucinum, in eoque tria hominum milia capta. Dictator Volscis intra mœnia compulsus, felicitate maiore quam gloria, in urbem reuer-

A sus, sese magistratu abdicauit. Creati sequenti anno Tribuni militum, Lucius Furius Medullinus, Caius Valerius Potitus, Gn. Fabius Vibulanus, Caius Seruilius Hala, patricij omnes plebeijs eadem qua priore anno arte exclusi. Hoc anno quia induciæ cum Veientibus exierant, ad res de more reperendas faciales ex urbe Veios missi sunt, rogantibusque Veientibus ne res repetitas uellent, tantisperque omne ius belli à se abstinerent, donec res Veientium, quæ intestina seditione parum quietæ essent, componerentur, passim sunt patres id à se impetrari. Tantum abfuit, ut ex alieno incommodo, tunc ab Romanis occasio ulla peteretur, estque per id tempus præsidium Verrugine à Volscis cæsum, nec ita multo post & Veiens bellum motum, duobus Cornelijis, Gn. & P. Cossis, tum consulari potestate Tribunis, et cum his Fabio Ambusto & Lucio Valerio Potito. Legati ab urbe Veios missi res de more repetitum, à Veientibus facessere, finibusque statim excedere sunt iussi, nisi eorum exemplo, qui sub Tolumnio fuissent reges cæsi, uellent & ipsi pœnas dare. Tulere superbum Veientium responsum patres perinde ægrè ac debuerunt, cōsultumque decernunt, ut Tribuni militum ad populum referant de bello Veientibus inferendo, grauari iuuentus multiplici bello uno tempore implicari, satis credere sibi negotij esse cum Volscis & Equis, cum quibus ad id tempus debellari non contigisset. Augere multitudinis indignationē Tribuni plebis assiduam patribus militiam exprobrando, ueteranorum corporibus enudatis cicatrices & stipendia numerando, quærendo equid iam integrum in militum corporibus esset ad noua uulnera accipienda, quid sanguinis superesset, qui pro Republica dari posset, rogando. His actionibus illi quum plebis animum auerterent à nouo bello suscipiendo, uisum est tribunis militum in Volscum agrum exercitum ducere. Gneius Cornelius Romæ relictus, cæteri Tribuni ad bellum profecti, quia hostis se muris teneret, appareretque haud usquam Volscum se prælio cōmissurum, tripartito ad deuastrandos fines discessere. Valerius Antiatē agrum populare est adortus, Egitanū Cornelius. Quacunque duces ipsi incesse late uillarum recta & agri uastati. Fabius interim Anxur oppugnare, Terracinæ est id oppidum inde nominatum, urbs Latij prona in paludes, qua parte quatuor cohortes à Fabio cū Claudio Seruilio Hala circummissæ, quum tumulum urbi imminetent ex improuiso occupassent, auersa parte Fabius cum terrifico clamore, cæteras mœnibus copias admouit. Oppidani improuisa re percussim dum uelut stupore præsi signius muros occupant, locum Romanis dedere admouendi scalas. Anceps inde certamen fuit. Postremo Romanis murum tenentibus, ubi editum est à Fabio, ut nequis præter armatos uiolaretur, retinendæ urbis spe iam dudum abiecta hostes arma abijciunt, quorum ad duo milia & quingenti uiui sunt capti, à cætera præda militem Fabius abstinuit donec collegæ adessent, qui tibi eō copias adduxerunt, oppidum ueteri fortuna opulentum tres exercitus diripiuerunt. Ea imperatorum benignitas plebem patribus reconciliauit, auditumque quod maxime militari fuit ætati acceptum, fore, ut deinceps stipendium miles ex publico acciperet, quum de suo quisque ad id tempus militari functus esset munere. Nihil unquam tanto gladio est à multitudine exceptum, concursusque est ad curiam prehenfatæque exeuntium manus, magnoque studio ueri patres appellati, neminem uiuorum esse, qui pro tam munifica patria, donec quicquam uirum superesset, suo esset corpori aut sanguini parurus. Fremere in ea ordinum lætitia Tribuni plebis, negareque tam lætum partibus uniuersis fore, quantum à principio uideretur, id consilium multo salubrius specie, quam re & exitu futurum:

Trib. milit.

Ro. modestia. Trib. con. pot.

principij pendendi tributi.

Trib. con. pot.

Trib. con. pot.

Anxur.

Veientana obsidio.

Argiuorum motus.

Terracina diripitur.

turum: haud esse prædicabant unde ea pecunia in stipendium constari posset, nisi tributum populo in diceretur. Ex alieno igitur ad patres militibus largituros. Nec si cæteri ita euenire parerentur, passuri id essent illi, quibus iam emerita sint stipendia, iniquo animo latari, meliore condicione alios militare, quam ipsi olim militassent, & qui in sua stipendia impensas fecerint, cum demum in aliena facere cogentur. Hac tribuni denuntiatione mouerunt aliquam omnino plebis partem. Postremo tributo indicto edixerunt Tribuni futuros se auxilio ijs qui in militare stipendium tributum soluere recusassent. Cæterum perendi initio à patribus facto qui pro se quique enixi æs grate ex censu in medium contulerunt, adhuc enim signati argenti usus nullus erat Romæ, dederunt operam, ut ditissimi quique amicorum ex plebe itidem ipsi facerent. Deferebanturque iam aperte curus ære onusti in ærarium, quod ubi magno militaris ætatis fauore fieri animaduersum est, populare studium cæteri securi, uulgo Tribunitium auxilium repudiarunt. Atque sic accidit, ut uiginti annorum spatium Athenis & Romæ ceptum sit tributum pendere in militare stipendium, casuque, non exemplo, utrobique id factum, quando nulla ad id tempus inter ipsas ciuitates essent mortalium commercia, ut hæc illius, aut huius illa uideri possit exemplum secuta. Tum demum, bello Veientibus, in dicto, exercitū magna ex parte uoluntarius Veios est ductus, erant tum cōsulari potestate Tribuni, Titus Quintius Capitolinus, Q. Quintus Cincinnatus, Caius Iulius Tullus, Aulus Manlius, Lucius Furius Medullinus, Marcus Æmylius Mamercus. Ab his primo Veij obsideri cepti. Fuitque ea oppugnatio sequenti anno segnior, exercitu ad Volscum bellum inde auerso. Tribunos consularis annus habuit, Caium Valerium Potitum, M. Sergium Fidenatem, Pub. Cornelium Maluginensem, Gneum Cornelium Cossium, Caium Fabium Ambustum, Spurium Nautium Rutilium. Horum ductu & auspicio inter Ecetram & Ferentinum prospere in Volscos Romanus exercitus dimicauit, inde Arterna Volcorum urbs est oppugnata cepta, ut de hostes eruptione repete facta, prælio uicti, quum in urbem compellerentur, secum Romanos mixto agmine intra muros traxere. Fuit militibus captum oppidum prædæ. Arx quo se plurimi receperant aliquot dies circumfessa, serui cuiusdam prodicione capta est. Proditori præter libertatem duarum familiarum bona in præmium data. Ipse Seruicus Romanus uocitatur. Duces oppido & arce dirutis, omnem armorum impetum in Veios uerterunt. Et hæc Romæ à Posthumiana cæde ad primam Veiorum obsidionem domi militiæque gesta, in quæ tempora incidisse crediderim ea, quæ à quattodecimo Peloponnesiaci belli anno, usque ad uigigesimum quartum, intra extraque Græciam, ab Atheniensibus sunt terra marique gesta. Enimvero Lacedæmonij eodem anno, quo cum Argiuis societatem iniuerunt, quum ipsi Gymnico agone celebrando fortè essent occupati, Oligarchia, id est, paucorum potentia ab Argiua est plebe sublata, iudicantur Lacedæmonij, qui non multo post auxilio nobilibus uenerant, iniurios esse eos, qui urbe Oligarchiam eiecissent, quo metu percussa multitudo, pro magno habuit negotio, societatem cum Atheniensibus nuper abruptam, refarcire, muro ab urbe ad mare tumultuario opere deducto, ne Atheniensium auxilijs excludi possent. Murum Lacedæmonij opere adhuc imperfecto, quū haud multo post Agidis ductu bellum Argiuis intulissent, captum diruere. Hysiam inde Argiui agri oppidum ui captum, omnibus ingenijs prius interfectis, diriperunt. Argiui & ipsi, Lacedæmonijs abeuntibus, quia Philijs suos exules hospitio fouerent,

A eorum agrum ferro & igni populati sunt. Atheniensis interim, comparato in Chalcidenses Thraces exercitu, Nicæ ductu, Perdica, quia cum Lacedæmonijs sentire uidebatur, à Macedonia excluso, belli negotium aut contemptibile intendunt, & Alcibiades cum uiginti nauibus Argos trajiciens, trecentos Argiuos, qui in suspicionem uenerat, quod cum exulibus sentirent secum abductos, in insulis quæ Atheniensibus parebant, sub custodia collocauit. Triginta præterea nauibus Melum insulam Atheniensis adorti, Melios, quia imperata facere recusarent, muro claudunt. Erant Melij Lacedæmoniorum coloni, qui Pylum præsidio tenebant, ex Lacedæmonico agro prædam latrocinio auerentes, ob idque Lacedæmonij foedus, quod cum Atheniensibus habebant, haud uiolandum putarunt. Cæterum editum est ut lociorum quicumque uellent prædam ex Atheniensium finibus agerent. Corinthij cæteris quiescentibus, priuarum dissensionum causa, soli omnium cum Atheniensibus bellum gerebant. Hi Melios interim obsidione domitos deditosque, præter imbellem multitudinem quam ad seruitutis ignominiam seruarunt, ad unum omnes ferro concitunt. Colonis Melum ex Attica missis. Erantque per hæc Atheniensium res in assiduo motu, cum subigendæ Siciliæ cupido, quæ diu antea eius populi animum inceperat, ad classem multo maximā, quam ulla unquam alia ex Attica ad bellum egressa esset, in Siculos ornandam adegit. De Sicilia abunde satis alio à me loco dictum arbitraret, nisi Thucydides de uetustate insulæ omnino ab alijs diuersa quædam sequutus uideretur. Is autor est eam octo dierum navigatione parere, & qua ad Italiam obuersa iacet stadia circiter uiginti à continente discretam. Cyclopes & Lestrigones ait ab initio eam tenuisse, quod autem id genus hominū fuerit, aut unde profectum, quod uerū abierit, parum sibi fuisse compertum. Cæterum Sicanos postea monstra hominum, terram ipsam tenuisse arbitratur, qui ab insularis indigenæ sint falsò crediti, quādo Hispani fuerint, & à Sicanio Hispaniæ fluuio dicti (scio ego esse qui à Sicori potius dixerint) hi que insulam qua ad occasum obuersa iacet, passim coluerunt. Procedente deinde tempore, Troianos post Ilij excidium eō appulso, in Sicanorum finibus confedisse, Elymosque nominatos, eorum urbes Erycem & Egestam. Accesserunt his Phocenses accolæ, qui à Troia reuersi, et in Libyam tempestate delati, ex ea terra in Siciliam transiuerunt. Siculi inde ex Italia ab Opicis pulsi in eandem insulam ratibus, ut ferrus, traiecerunt. Hi Sicanis prælio superatis, atque in occiduum oram & meridiem depulsis, reliquum insulæ dicere, tenueruntque terram ipsam annis ferme trecentis, ante Græcorum in Siciliam aduentum. Phœnices permulti negotiorum causa, loca ad Aquilonem uergentia insederunt. Post uero Græcorum aduentum, Motyam, Soloentem, & Panormum loca Elymis finitima habitarunt. Chalcidenses ex Eubœa Græcorum primi in insulam transmiserunt, Theoclis ductu. Is Naxum condidit. Vno deinceps anno interiecto Archias ab Hercule oriundus, cum Corinthiorum manu, Siculis eo loco eiecitis, Syracusas duxit coloniam, & Chalcidenses qui cum Theocle uenerant, septimo post Syracusas à Corinthijs habitatas anno Leontinos, eadem Siculorum gente his se dibus depulsa, coluerunt, mox & Catinam adepti. Per idem ferme tempus Lampis ex Attica cum Meliis in Siciliam delatus, apud Pantagiam suum men primò confedit, inde cum Chalcidibus aliquandiu Leontinos coluit. Ab illis uero exactus, colonisque in Tapso collocatis uita decepsit. Hi Hyblone rege Siculo, qui regionē obtulerat, duce Me-

Melij obsidentur.

Meliorum excidium.

Sicilia incolæ.

Sicani.

Troiani. Elymi.

Siculi.

Phœnices.

Corinthij.

Lampis.

Hyblon.

Hyblei. garas tenuerunt, suntque Hyblei dicti. Sed illi centum post annis q̄ locum habitare ceperunt Selinuntum condiderunt. Antiphemus inde è Rhodo profectus, & Entimus è Creta, suam uterque coloniam ducens, Gelam condiderunt anno quinto & quadragesimo quàm Syracusæ ceperant inhabitari, nomine ipsi urbi à proximo flumine imposito. Qui locum ipsum prius tenuerunt Lyndij dicebantur. Suspiciari libet quod miror Thucydidem non dixisse, Rhodios ipsos, qui cum Antiphemo uenerunt, fuisse Lyndios illos, qui ea loca tenuerunt, quippe qui aliquanto prius quàm Gelam cum Cretenfibus tenuerint, in his locis confederissent, ut à Lyndo Rhodia urbe essent Lyndij nominati, sed quicumq; mortales Lyndij fuerunt, Gelsenfes centum circiter annos, post urbem ad Gelam fluitum conditam Agragantem coluerunt, oppidum & ipsum à proximo flumine nominatum, auctoribus sibi delectis Aristonno, & Pistolo. Zanclam inter initia latronum ex Cumis Opicis quæ in Campania sunt profecti habuerunt, inde cum Chalcidensibus ex Eubœa digressis, Periere & Cratamene ducibus, quorum Chalcidensibus hic, ille Cumæus, colere perseuerarunt. Siculi urbem Zanclam à falsis specie dixerunt. Acræ & Calmenæ à Syracusanis sunt habitatae. Conditæ hæc nonaginta annos post Syraculas, septuaginta illæ. Quæ draginta post Calmenas annos Camerina ab eisdem Syraculanis condita. Atque huiusmodi gentes Barbaræ Græcæque Siciliam ab initio coluere, cuius insulæ sibi uindicandæ, quum mira tenerentur Athenienses cupiditate, auxilij Chalcidensibus ferendi prætextu, præcipue Egestanis, quorum legati aderant, suppliciter opem perentes contra Selenuntios qui bellum eis ob finium discordiam intulerat, accitisque in partes Syracusanis, terra marique instabant, ita ut parum à legitima obsidione distarent. Legati igitur, repetita pristini fœderis memoria, si Leontinos Syracusani, & cæteros Ionas, qui in insula essent, suis sedibus pellerent, totius insulæ possessionem adepti, confestim auxilia Doribus in Peloponnesum aduersus Athenienses mitterent. Dicere adhæc esse Egestanis affatim pecuniarum ad eius belli, quod iniret, sumptum perferendum. His Athenienses permoti, ut cætera consulto fieri uiderentur, legatos in Siciliam miserunt, ad Egestanorum res inspiciendas, uidendumque an tantum illis pecuniarum ad bellum esset, quantum eorum oratores prædicarent. Et legati ob hæc ex Athenis in Siciliam missi. Lacedæmonij interim Corinthijs gratificati, Argium agrum cum socijs ingressi, magna ex parte ferro & igni fœdarunt. Quæ iociorum clade Athenienses commoti, triginta nauium in Peloponnesum classem misere, sexcentosq; ad pugnam instructos, qui cum Argiuis coniuncti, eorum exules ex Orneis deiecerunt, ubi à Lacedæmonijs, ad hoc ipsum ut Argiuos infestarent, fuerant locati. Diruto itaque oppido Argiui sese domum receperunt. Athenienses ex Peloponneso profecti, domestico Macedonicoque exulum equitatu usi, Perdicæ fines hostiliter incurfabant. Exieratque iam sextusdecimus Peloponnesiaci belli annus, quum legati ex Sicilia reuerfi, sexaginta talenta argenti non signati, in menstruum totidem nauium stipendium, ab Egestanis attulerunt. Tum pro concione quicquid argenti ipsi secum tulissent, in medium protulerunt, apud Egestanos in templis & in ærario argenti pondus esse inueniunt quum populo affirmassent, confestim naues sexaginta ad id bellum sunt decretæ, Nicias Nicerati, Alcibiade Cliniae, & Lamacho Xenophontis filio ducibus, qui contra Selenuntios Egestanis auxilio essent, ac siquid prosperè in bello contigisset, Leontinos in sua sede collocarent, aliaque transigerent in Sicilia, quæ suæ Reipublicæ profu-

Atura arbitrarentur. Erat Lamachus adeo pauper, ut quoties eum Athenienses ducem creassent, aliquantulum pecuniæ ad pallium ei & crepidas comparandas decerni necesse fuerit. Ditor Alcibiades, medium in eo ingenium Ægyptiacæque terræ comparatum, quæ quum saluberrima ferat medicamenta, fert & perniciosissima uenena. Sed Nicias ditissimus, multaque ob diuitias & res præclare gestas apud suos celebritate, pacis semper suator, ut Pericles dum uixit belli. Ipse talis omnino, qualem se in publico prædicare solebat, illud Agamemnonis semper in ore habens, uitæ nostræ turbam præsidem sortiti sumus, multitudini proculdubio seruire cogimur. Gratia & liberalitate omnes superauit, tantaque religione præditus, ut seruum libertate donauit, quia Baccho esset similis, & agrum magna pecunia emptum, Delio Apollini dedicauit. Nemo ab eo fermè quicquid petijt unquam, quod nõ facile impetrarit. Nec minus ijs donare à quibus mala aliqua timeret, quàm gratis & bene meritis. Primus in senatum uentitabat, omnium postremus abibat. Quum talis itaque Nicias esset, & iam de classe confestim expedienda agitaretur, huiusmodi pro concione habuit orationem. Etsi de classe ad bellum oranda acturi huc hodie conuenistis uiri Athenienses, tanquam in Siciliam omnino nauigari oporteat, mihi tamen adhuc considerandum uidetur, fatius sit necne in alienam terram, eamque opulentissimam, nullo ipsi bello lacessiti, pro Egestanis, fœderum defensoribus trajcere, ne breui tumultuariaque consultatione remerè parum notis credendo, Reipublicam in aliquod maioris belli discrimen adducamus. E quidem quod ad me attinet, ego ex hac re, ut uideo, honore afficior, & meo ipsius corpori minime omnium timeo. Cæterum boni cuius esse arbitror corpori & fortunis suis prospicere, sed multo melioris, dare operam ut quantum in se sit, Respublica in tuto collocetur, sitque omni tempore incolumis. Ego quemadmodum nunquam adduci potui, ut quæstus, aut dignitatis meæ causa, aliquid dicerè, quod non idem utile Reipublicæ putarem, ita in præsentia uiri Athenienses, quæ optima esse sentio dicam, qui tantum hoc suadeam, ut ea quæ nobis adsunt, tueamur, nec quæ certa sunt pro incertis periclitemur, infirma fortassis nostra uideri possit oratio. Sed neque tæpestitiæ hæc à nobis moueri arbitror, neque ad obtinendum quæ uolumus facilia esse quæ cõtenditis, hoc ipsum ut intelligatis efficiam. Equidem illud primum dicam, uideri uos mihi quærere, quoniam modo, quum hic multos hostes habeamus, alios adhuc nouos aliunde contrahere possimus, quasi fœdera, quæ nobis sunt cum Lacedæmonijs, diutius sint mansura, & non iam ex omni parte labefactata, ut nihil illos, ad arma instruenda, nisi occasione expectare credibile sit. Qui si quid, quod nolim, in Sicilia nobis aduersi accidat, feroci quàm antea, in nos coorti, fractas debilitatasque ciuitatis uires, eo odio, quo in nos semper fure, penitus extinguant. Sed quo illi, eorumque socij nostris sunt rebus infestiores, eo magis nobis est considerandum, ne alienum imperium affectando, hoc quod maiorum uirtute quæsitum est, in apertum discrimen adducamus, nec aliena prius sequamur, quàm nostra stabiliuerimus. Etenim per Deum quid attinet Egestanis nostrorum fœderum olim defensoribus, opem polliceri, quum Chalcidenses in Thracia, tot annos nobis rebelles, ad imperium retrahere ne queamus? nec quod isti prædicant illud timendum, ne Syracusani quæsitio sibi Siciliæ imperio, enixè sint Dores in Peloponneso contra nos adiuturi, qui præterquam quod nobis minime infensi sunt, nolint etiam Lacedæmoniorum potentiam nimium augeri, ne nostris rebus euerfis, suas postea adoriantur. Quin

Lamachus peritus.

Nicias.

Libertatis ratio.

Nicias oratio.

Sententia.

Peroratio.

Oratio Alcibiadis.

Alcibiadis inuatio.

tur. Quin illud potius uidendum, ne siquid detrimenti eo bello acceperimus, continuè per contemptum nostrum, cum alijs huc Græcis, ad Articas opes euerendas, prius à nobis irritari, transmittant. Enim uero, quo res humana magis inter se distant minusque notæ sunt, eo certè admirabiliores uideri solent. Contra expertæ ac quoquo modo tractabiliores factæ, multum opinione hominum ualescunt. Timent nunc Syracusani confociare cum Lacedæmonijs & cæteris Doribus fortunas suas, nomen scilicet urbis huius ueriti, at nobiscum sæpius congressi, nostrisque certaminibus assueti, num timebunt? Stultè quidem faciunt illi, qui per breue ocium ciuitati bello & pestilentia affectæ, inuidet: quippe quæ multiplici clade exhausta, aliquid sibi laxamentum dari postulat, ut ad hoc bellum, quod nobis à tota Peloponneso, Macedonia & Thracia impendet, fortior exurgat. Nec quorundam cupiditas spectanda, qui adipiscendi imperij cupidum, & ut in domestico apparatu nihil pensi habent, quàm periculoso Reipublicam bello implicent, modo ipsi uestram classem quæstuariam, uestris ductent exercitus, Sicilienses quantum ad nos pertinet, suis finibus contenti, nihil nobis terra mariue iniurijs sunt, nec si cupiditas imperandi animos stimulet, status illius insulæ à nobis, tam alieno tempore, est tentandus. Respondendum proinde Egestanis censeo (quod & nos seniores quibus maior prudentia adest, sentire oportet) ut bellum, quo d sine Atheniensibus à principio cum Selenuntijs contraxerunt, id ipsi per se dissoluant. Actu quæstor, si te eum existimas, qui meritò geras curam ciuitatis, quando Reipublicæ plurimum interfit, da operam, ut de integro, priusquam soluat ur concio, ciues de Siciliensi expeditione maturius consulantur, quisquis enim ciuitati male consultæ medens fuit, is demum meritò creditus est de Reipublica optime meritis, uolens uero, licet nihil profuerit, nihil malè meruit. Hæc Nicias: cui quum optimi quique, & in primis seniores essent assensu, Alcibiades, qui iam antea in Reipublica administranda, à Nicia dissentire ceperat, etsi longè minor natus, tum etiam pro concione, ut ciuis parum frugi, & imperij cupidus obliquè carptus, ita illum perorantem excepit. Imperatorem me esse oportere existimo uiri Athenienses, hinc enim exordiri mihi necesse est, quando Nicias prius locutus, me sua oratione ambitiosum ciuem subnotauit. Dixi me dignum imperio, quoniam hæc, propter quæ inter homines celebre sum nomen adeptus, mihi & meis maioribus splendorem afferunt, patriæ decus & emolumentum. Quippe meo hoc uita instituto effecti, ut tota Græcia Olympiorum spectatrix, iam pridem ualidissimas Atheniensium opes existimet, quas longo bello fractas, ad nihilum propemodum redactas uulgo arbitrarentur. Enim uero cum septem ad id certamen curribus accessi, cum quot ad hunc diem quartoque loco uictor, quæ & honorifica quidem sunt, & ad potentiæ faciunt opinionem. Hæc magnificentia opera, & alia per quæ sum celebritatem adeptus, natura (haud me fallit) sunt ciuibus inuidiosa, apud hospites, & exterarum gentes specimen & ornamentum. Nec meo iudicio improbè facit, qui priuatis sumptibus non seipsum modò, sed & patriam nititur illustrare. Nec si quis talis sit hocque splendore præditus, inceptè fecerit, si quo maiores alit spiritus, eo se cæteris præstare opinabitur. Nec me fugit huiusmodi homines, & quicumque inter alios dignitate eminent, inuisos fuisse semper ijs, cum quibus ex æquo antea uixere. Sed id suo duntaxat æuo. Cæterum eisdem id posteritati reliquisset, ut multi se eorum cognatos fuisse gloriantur. Alij quod ex eadem patria unde illi ortum duxissent. Quorum ego æmulus, & ob hoc ipsum priuatim il-

Alustis, animaduertite quæso an ciue ullo deterius uerfor in Republica. Etenim Peloponnesium uiribus meo studio et opera contractis Lacedæmonios nuper ad Mantineam compulsi de omni suo statu dimicare. Quod licet fortuna ea acie pro illis steterit, ita tamen affecti inde discesserunt, ut nihil mouere amplius sint ausi, & hæc satis adolescens patriæ præstiti, ut minus de hac ætate dubitare possitis. Verum quandiu præsentis autoritate in integram ætatem adolesco, & Nicias Reipublicam rectè administrare uideatur, utimini uiri Athenienses utroque, ut commodius uisum fuerit. Quod uero ad Siculū bellum attinet, nullo pacto uestrum decretum mutandum existimo, nec quia aduersus multas sit gètes bellandum, hoc quempiam mouere debet. Sunt quidem Siculi nulli rei minus quàm bello astucti, ceterum se ditiosius sui; commodi studiosiores quàm publici, inuidentesque inuicem atque eo Syracusani maiori inuidiæ expositi, quo opibus ceteros antecellunt. Sunt præterea Barbari plerique, qui Syracusanum nomen intensè oderunt, qui nostræ urbis celebritatem secuti, non solum non ab illis stabunt, sed subita defectio ne nobiscum arma iungent. Erimus itaque opibus, auxilijs, peritia bellandi meliores, quo her, ut & rebus Syracusanorum fractis, facile sumus in ea insula nobis imperium quæsituri, quo quæsitio tatum iam inde aberit, ut Peloponnesium opes sint nobis amplius formidandæ: ut hi quoque breui sint nostro imperio accessuri. Cõsiderate uiri Athenienses qua indole, quibus artibus, maiores nostri hoc sibi imperium quæsiuere, quæsitum nobis per manus tradiderunt, ocio ne & desidia, an solertia potius & audacia, terra marique bellando? sic illi Medum utroque Marte uictum, tota Græcia expulerunt, sic expulso, classe circa insulas, & in oram Ioniam missa, gloriam & imperium huic urbi peperere. Illorum sunt uestigia nobis sequenda, illorum exemplo opes huius urbis augendæ. Necesse est eos, qui alijs imperent, ne in discrimen adducantur, sua sponte insidiari alijs, ne alienis insidijs locum relinquant. Effugendū ciuitatis ocium, quo ut cæteræ res, ita militaris disciplina consenescit. Nec Nicias audire, qui à iunioribus ad seniores, parum utili exemplo, publicâ consultationem relegauit, quin maiorum institutū seruare, quo iuuenes cum senibus consultants, rem Atheniensem in eum statum extulerunt, quem uos pari ratione propagate, existimantes neutram ætatem sine altera satis ad incrementa ciuitatis ualueram, simulque & imbecillū & mediocrem planè absolutum esse, maximeque pollere, quum promiscuè plura iuncta sint, & inter se cõnexa. Ad summam sic sentio, nihil tam citò destrui, quàm ciuitatem negociosam, in ocium mutatā, in qua securissimè agunt, qui rerum statu, siue bono, siue malo, cõtenti, ocium & desidiarum malūt, quàm meliora studia tueri. Hanc Alcibiadis orationem, Egestani & Leontini exules, postea introducti, multis precibus, & lachrymis exceperunt, obsecrare illi, obtestarique, ne se & socios in tanto discrimine deferrent, moueruntque eorum preces ciuitatem, satis per se ad bellum inclinatam. Quod quum haud dubiè appareret, decretum tolli non posse, tum Nicias. Quoniam placet ut uideo, uiri Athenienses, bellum semel decretum exequi, naues, arma, commeatus, stipendium & alia ad usum belli necessaria, uobis expedienda sunt, & quia cum potentissimis populis nobis res futura est, qui omnibus ijs, quæ dixi, magnopere abundat, uidendum est, ut ita instructi hinc profisciscamur, ut pares hostibus illic esse possimus, atque diutius in ipsa insula commorari, quæ omnia eo studiosius sunt paranda, quo expeditio hæc locorum distantia erit difficilior, præsertim quum ibi præter paucissimos qui ob uerem nobiscum cognationem forrassis in partibus erunt, cæteri insulani sint ad unum hostes futuri.

Siculi belli ratio.

Peroratio.

Egestanorum et Leontinorum preces.

Nicias admonitio.

Nec in tam longa navigatione, quæ uix quatuor hybernorum mensium spatio rectè conficiatur, amici sunt nobis, aut socij, hæc commeatu & auxilia sperari possint. Magno itaq; rerum apparatu opus est, ac multo maiore, quam aliquis animo conceperit. Centum triremes, ut simus pares hostibus, sunt à uobis comparandæ, & in his quinque armatorum milia Attici nominis, stipendium & commeatu in plures menses, ne horum defectu uestri duces, inde abi re coacti, speculatu illuc iussu, non bellatum dicantur. Talibus Nicias usus salubria monere, quæ etsi dura uulgo uidebantur: tanta tamen Siculi belli cupiditas animos incescerat, ut magno ciuitatis consensu, centum triemes, cæteri que apparatus, in Niciæ sint sententiam decreti, permissum que est ducibus, ut in ornanda classe, totoque bello administrando, suo arbitrio uterentur, atque ea agerent, quæ ipsi è Repub. fore existimarent. Sed dum hæc studio expediunt, omnes Mercurij, qui Athenis erant (erant enim quamplurimi) nocte incerto autore truncati sunt. Vulgo persuasum est eam rem ad eius profectiois augurium pertinere. Alij nouandarum rerum, soluendi que popularis status, omen id esse interpretabantur. Proposita sunt indicij præmia & impunitas promissa, si quis eius flagitij conscius, rem ad magistratum delisset. Seruorum quorundam indicio constitit, solere noctu multos adolescentes & in his Alcibiadem ipsum, per urbem lasciuo discursu in stituas grassari, etsi de Hermaru truncatione nihil alio quo compertum haberent. Adjicere his mysteria ab eisdem pollui. Negare Alcibiades, ac de his, prius quam in prouinciam proficisceretur se iudicio statum polliceri, uerum quia omnia ad bellum opportuna erant in prouinciu, aderant que Argiuorum auxilia, & ex Mantineis multi Alcibiadis nomen secuti, cæterum ueriti eius aduersarij, ne si in iudicio arreptus esset Alcibiades, plebs quæ studiosè illi obsequabatur, ob id eius discrimen militiam detrectaret, Argiique & Mantine domum retrò abirent, accusationem in aliud tempus distulere. Erat que iam dimidium æstatis, quum classis ex Pyreo profecta est omnium ad id tempus unius Græciæ urbis longè ornatisima, ad quam uisendam, non tota solum ciuitas, promiscuè omnis utriusque sexus ætas sese studio effudit, sed peregrina etiam multitudo, ad id spectaculum Athenas confluit. Centum numero triemes Atticæ portu egressæ sunt. Chiorum que & Lesbiorum quinquaginta, præter onerariarum numerum ingentem, quæ commeatu uehebant. Votis itaque nuncupatis, duces ex Pyreo profecti, in altu abierunt. Syracusis interim futuri belli fama, uarijs rumoribus recepta, inter Athenagoræ & Hermocratem sententij est pro concione disceptatum, hoc bellum ingens in stare denunciantem suadente que; ut in Sicilia confestim populorum animi noua societate iungerentur, in Peloponnesum ad Lacedæmonios & Corinthios mitteretur, qui aut auxilia in Siciliam mitterent, aut Atticam bello infestarent. Mittendum & in Italiam, qui maritimas urbes foedere Syracusanis iungeret, & in Aphricam ad Carthaginenses, quibus Atheniensium opes, ob rei maritimæ studium, iam antea suspectæ erant: armandam confestim iuuentutem, atque instructa classe hostibus quum adhuc Ionium nauigarent, occurrentiu. Contra Athenagoras, belli famam eleuando, Hermocratis sententiam ut uanam redarguere, populum que identidem monere, ne pateretur ad paucos potiores, è quibus Hermocrates esset, Syracusanæ rei summam uolui: quin magistratibus omnia permitterent, illos quæ in rem fore arbitrantur, maturè prouiduros. Atque secundum hanc Athenagoræ concionem magistratus interfati, pronunciarunt totius rei curam penes se fore, non esse cur priuatus quispiam rei bellicæ nimium satageret, quoad Atheniensium consilia omnino nota essent.

Hermæ truncati.

Alcibiadis perulantia.

Validissima Atheniensium classis.

Anceps Syracusanorum consilio.

A Duros se operam, ut si cum illis bellum futurum sit, maturè eorum conatibus iretur obuia. Cæterum dum Syracusani per hæc segniter tempus terunt, Athenienses interea, socij que Corcyram classem appulerunt. Hinc tripartito digressi quia nullus erat portus tot nauium capax, præmissis que speculatorijs nauibus, ad explorandum insulæ statum, & quæ ciuitates consilia agerent, Italiam primò tenuerunt. Erant præter naues ad bellum instructas onerariæ triginta, quæ commeatu & cætera exercitui necessaria portabant. Centum alia nauigia oneraria sequebantur, & aliæ præterea permultæ naues classem lucri causa comitabantur. Armatorum, qui bello instructi erant, quinque milia fuisse, nec amplius Thucydides scribit. Circa Tarentum igitur & Iappigiam primò appulsi, omnium rerum commercio, præterquam aquatione & stationibus est eis interdictum. Quamquam Locrenses & Tarentini, ne hæc ipsa quidem concesserint. Rhegini soli omnium extra muros rerum uenialium mercatum præbuere. Hicque subductis nauibus tam diu castra sunt in litore habita, donec speculatiuæ naues renunciarunt, præter quod nulli paciati quicquam inuenissent, exiguum apud Egestanos se pecuniam uidisse, quam ingentem se repræsentaturos fuerant ab initio polliciti, credere se summum triginta ibi argenti talenta uidisse nec amplius, tum uero duplici spe frustrati duces, uehementer animos abiecerunt, nam neque Rhegini, quod futurum ab initio crediderunt, ad societatem belli trahere potuerunt, & sociorum pecuniæ multo spe minores repertæ erant à speculatoribus, quam esse dicerentur. Nec ab Egestanis aliter quam Nicias à principio suspicatus erat frustratio contigit, etenim illi, ut legatos qui ex Athenis, quemadmodu diximus, misit fuerant, ingentis thesauri specie fallerent, Erycinæ ueneris donaria primò illorum oculis subiecerunt. Inde à finitimis circa oppidis Phœnicum & Græcorum corrogata pocula argentea simul & aurea, in conuiujs pro suis circumtulere. Quo aspectu decepti legati, ubi Athenas uenerunt. Egestanorum opes nihilo eorum prædicatione inferioris affirmare sunt ausi. Consilia itaque Atticarum nauium duces inter se conferunt, Nicias nihil tentandum insulæ statum censebat, tantum in Selinuntem nauigandū, ad quod præcipuè misi essent, & si Egestani toti exercitui stipendium numeraret, ibi de rebus agendis consultarent. Sin minus, peterent ut sexaginta nauibus quas sibi mitti poposcissent, cibaria præstarent, atque ibi Selinuntis illis uel uel uoluntate reconciliarent. Atque ita alijs ciuitatibus aditis, ubi Atheniensium opes ostentarent, fidem que socijs soluissent, sine alio motu domum reuerterentur, nisi fortè interim Leontinis aliquid ex occasione gratificari possent, aut Sicularum ciuitatum aliqua, in Atheniensium societatem, sua sponte inclinasset. Alioqui non uideri sibi diutius in insula commorandum, ubi nihil præter ignominiam lucri facturi essent. Contra Alcibiades turpe sibi & collegis ducere, ciuitatem & socios tanta expectatione frustrari, præsertim quum tam ualida classis, quantæ ad id tempus nulla alia, suo esset ductu ex Attica profecta. Quin circa ciuitates mittendum, qui suum in Siciliam nunciarent accessum, simulque ad defectionem sollicitarent, præ cæteris que Mamertinos tentandos, quibus in societatem adductis, portum stationem que capacissimam essent ad res gerendas habituri. Lamachus Syracusas eundem die abibat, at que ibi dum res eorum imparatæ essent, pro portis dimicandum, futura omnia Syracusanis subito accessu terribiliora, quod in ipsis bello alluetis haud postea esset euerituri. Accedere ad id, que Syracusis aut capris, aut obsidione laborantibus cætera ciuitates facilius essent ad defectionem inclinaturæ. Hæc Lamachus nec interim ab Alcibiadis sententia omnino discrepans,

Atticæ classis ad Corcyram pulsus.

Egestanorum ars.

Nicias consiliu.

Alcibiadis sententia.

Lamachi sententia.

discrepans, quam omnes demum secuti, ut fortunatentaretur, duo ex ducibus cum lx. nauibus in insulam trajiciunt, collega cum cætero exercitu circa Rhegium relicto. Ibi à Naxijs in urbem accepti, Catinam contendunt à Catinenfibus exclusi, Syracusas uersus decem nauibus præmissis, quæ magnum portum ingressæ Leontinis, qui Syracusis erant, nunciarent Athenienses, suæ ciuitatis ultores, adesse, qui Leontinos societatis & cognationis iure in suas ledes restituerent. Explorarent interim, in Syracusani naues ullas ad usum belli adhuc in mare deduxissent. Credere adhuc futurum, ut Leontini qui in urbe erant sub classis accessum confestim ad se transferrent. Interim Catinenfes Alcibiadis oratione adducti, Atheniensium societatem receperunt, & ex Rhegio cætera copiæ eo accitæ sunt, ibique castra communita. Classis inde Syracusas progressa, ubi nihil nauium in portu stare exploratum est, Camarinam deflexit. Hic Camarinenses appellati ad societatem perlici nequiuertunt, re itaque infecta Catinam se duces receperunt, aliquot militibus leuis armaturæ amissis, qui in Camarinensem agrum spe prædæ egressi, à Syracusanis equitibus fuerant intercepti. Sub id tempus Alcibiades ad dicendam causam domum reuocatus, publica ad id nauis in Siciliam missa, quæ uero Athenas deportaret. Dabatur ei crimini, quod mysteria polluisset, uiolasset que noctu Hermas Athenis. Ille siue calumnia metu, siue intentati criminis sibi conscius, priuata nauis usus, ex Sicilia in Italiam, mox inde in Peloponnesum exul abiit, quem absentem Athenienses, quia iudicium deseruissent, capite condemnarunt, iussu sacerdotum illum collegiatim, ut impium execrari, omnes præter Cæteris sacerdotes deuouere, ab his responsum est, orare suum esse, & non deuouere & execrari. Post Alcibiadis digressum, cæteri duces Egestam cum parte nauium progressi, triginta ab socijs talenta in stipendium acceperunt, direptis obiter Hycaris, Syracusani agru uico, tentata est & Hybla in Siletino agro, nec expugnari potuit, exierat que per hæc eius anni ætas, & iam hyems appetebar. Athenienses interim duces, accessit ad se sociorum auxilij, Syracusas innadere constituunt. Contra Syracusani, qui iam inde ex quo classis Attica est in Siciliam appulsa, suas opes firmare non destiterant, non solum satis uirium ad urbem tuendam arbitrari, sed de sua in hostes profectioe consilia domi agitabant. Nec ita multo post per Catinensem hominem, ab ipsis ducibus ad hoc ipsum missum, fit spes illis, si copias Catinam ad mouissent, fore, ut Catinenfes, Atheniensium nauibus incensis, Syracusanos intra mœnia acciperent, ipsi que Athenienses qui extra urbem metarentur, classe & commeatu exuti, facile ad unum delerentur. Res temere credita populariter Syracusanos Catinam exciuit, nec procul ab urbe confederant. Nicias & Lamachus audito hostium accessu, omnibus copijs in naues celeriter impositis, Syracusas uersus cursum intendunt. Quod ubi Syracusanis nunciatum est, consternato agmine, ad opem patriæ ferendam retro abierunt. Athenienses interim magnum Syracusarum portum ante Olympiacum ingressi, castra per ocium communiunt. Post die duces ipsi copias in conspectum hostium dedere, si pugnae copia fieret, acie decertaturi. Nec Syracusani pugnam detrectarunt, iam enim qui Catinam contenderant, cursu in urbem uenerant. Hortatus est suos Nicias, ubi certamen instare uidit, uertit que suos obliuisci, qui ipsi essent, & in qua terra dimicaturi, uirtute opus esse ut patriam aliquando inuiderent, magno itaque animo tam hi, quam illi, pugnam ineunt: Syracusani pro patria, illi ne patriæ aspectu perpetuo carerent dimicaturi. Leuis armatura iniit certamen, mox totis uiribus conflictum. Erat que anceps ab initio dimicatio, plures utrinque cadere, quum foeda

Alcibiadis exitum.

Syracusani ad præliu exeunt.

interim tempestas celo orta est, tonitrua & fulgura magno aëris fragore Syracusanos, uelut prodigio territos præsentem certamine auertunt, facta tum impresio est in eos sua sponte cedentes, secuta que esset cædes ingens, nisi Syracusani equites, extremum agmen ob equitantes, suos prorexissent. Occubere tamen ex Syracusanis & socijs, trecenti & sexaginta, ex Atheniensibus circiter quinquaginta. Nicias & Lamachus, quia iam hyems instabat, copijs in naues impositis, Catinam & Naxu utrobique hymaturi abierunt, rati fore, ut post prosperam unam, cum Syracusanis pugna, ex Siculis urbibus aliqua uultro deficerent. Laborare præterea cœperat rei frumentariæ inopia, nec pecunia in usum stipendij aderat, indigebant adhuc equitibus, ut Syracusanis ea parte belli pares futuri essent. Hos hybernorum tempore, ex Attica perierunt, ut nouo uere Syracusas iterum tentarent. Consilia conferebant Syracusani & ipsi post pugnam, ubi pro concione edocti sunt, non expedire rei bellicæ, quod à pluribus imperaretur, quando nihil æque ac plurium ducum, quibus tum ciuitas utebatur, confusum imperium ipsis in acie obfuisset. Hermocratem Hermonis filium, uirum quum cæteris rebus agendis nulli Siculorum secundum, tum bellicis expertæ strenuitatis. Imperatorem creant, quum quinque, antea duces fuissent. Mittunt adhuc in Peloponnesum ad Lacedæmonios postulatam, ut nel domestico bello Athenienses implicarent, Atticam que armis inuaderent, aut in Siciliam sibi suppetias mitterent. Sed dum hæc Syracusis aguntur, Nicias & Lamachus Messanam proditione recepissent, nisi res ab Alcibiade in exilium abeunte fuisset Syracusanæ factionis hominibus patefacta. Miserant & Euphemum, qui legati nomine Camarinenses, si fieri posset, in partes traheret: quod ubi Syracusis auditum est, confestim eo Hermocrates est profectus, qui ita est ciuitatem pro concione allocutus. Non ideo ad uos uenimus uiri Camarinenses, quod timeamus ne præsentem Atheniensium exercitu terreamini, sed ob id potius, ne priusquam nos audiuissetis, illorum qui ad hoc ipsum missi sunt, uerbis induceremini. Uenerunt Athenienses in Siciliam, ne quid uos lateat, nō ut Leontinos uelut ipsi præ se ferunt redcant, sed ut nos nostris abducant sedibus, nec credibile est fore, ut hic in suis urbibus ciues collocent, quos pluribus locis locatos eiecerunt, aut eos Leontinorum libertatis curam gerere, quia Chalcidenses sint, qui Chalcidenses, à quibus hi oriundi sunt, in seruitutem redegerunt, sed quo prætextu illa obtinent, hæc quoque obtinere conabantur. Nam quum ab Ionibus socijs duces constituti essent, ad Medum ex tota Græcia, & Ionæ ora eijciendum, Medo communibus auxilijs eiecto, pro eo imperare cœperunt, neque Athenienses pro Græcorum, aut Græci ipsi pro sua ipsorum libertate, Barbaro restiterunt, sed ut hæc illis quæ facta est aliquando fieret in seruitio uersura. Veru sint licet Athenienses reprehensione digni, haud tamen ad id uenimus, ut eos reprehenderemus, est enim eorum in cognatas gentes subigendas iniuria iam antea uobis non ignota. Quin uos potius Camarinenses uiri reprehendendi estis, qui quum Græcarum urbium exempla habeatis, quæ ab illis seruitio premuntur, neque uestram libertatem defenditis, neque sophismata quæ uobis afferuntur propullanda putatis, quin reminiscimini potius, uos non Ionas, qui libertatis iacturam iam pro nihilo habent, sed Diores esse liberos liberaque Peloponneso oriundos, hæc terram maiorum uirtute questitam, uirtute seruaturus, nec prius eam amissuros, quam sit uita ipsa cum libertate adempta, quasi parum nota sint omnibus Atheniensium artes, qui occultio rem uiam ingressi, alios à nobis pollicitationibus alienare sunt adorti, alios societatis specie ad se pellicere. Nec ad-

Syracusano rum fuga.

Syracusani Hermocrati imperium demandant.

Oratio Hermocratis ad Camarinenses.

ueritur à quibusdam, qualis uiciorum opibus e-
 ueris, suarum futura sit rerum fortuna, multum qui
 dem opinione fallitur, qui non se Atheniensibus.
 sed Syracusanum esse hostem existimat, putatq; pro
 aliena patria periclitari non oportere, quin uerius il
 le ratiocinabitur, qui dum pro mea pugnabit patria,
 non pro mea magis quam pro sua ipsius se pugna-
 re arbitrat. Cogitet hic idem Athenienses non
 ulcisci uelle ullam Syracusanorum iniuriam, quæ u-
 tique nulla est, sed eo prætextu uobiscum confir-
 mare amicitiam, ut per Diores quos natura oderunt,
 Doricas euerat opes. Verum si quis aut inuider no-
 bis, aut nos metuit (inuidiæ enim ac timori obno-
 xij sunt potiores) cupiatq; ob id ipsum Syraculas
 clade aliqua affectum iri, ut ipse tutius deinceps de-
 gat, hic ea animo concepit, quæ non sunt humanæ po-
 restatis: nemo enim in suo arbitrio habuit unquam,
 uotum pariter & fortunam. Equidem oportuit uos
 uiri Camarinenses qui Siculorum omnium nobis pro-
 pinquissimi estis, quiq; secundum nos periclitaturi,
 hæc prospicere, & ad hoc incedendum, quod totam est
 Siciliam peruasurum, uestra sponte restinguendum
 occurrere, Syracusanosq; ad communem libertate
 tuendam, consilio & opibus iuuare. Nunc pro ijs quæ
 uos præstare oportuit, ueterem cum Atheniensibus
 societatem caufati, in partibus esse, ut uideo, recusa-
 tis. Sed ea societates ad id credo est olim à uobis inita
 ut non ea aduersus amicos & cognatos uestris de-
 remini, sed in hostes potius, si quibus futuri hostes
 fuissent, uosq; Atheniensibus auxilio essetis, quædo
 illis iniuria alicunde illata esset. Nunc quantum uos
 deceat in tali causa, illorum societatem complecti,
 Rheginorum modestia haud dubie demonstrat, qui
 cum Chalcedenses sint, in Leontinis cognatis suis re-
 stituendis, ad quod illi se uenisse uideri uoluit, ne cõ-
 silia quidem, non modo arma cū Atheniensibus iun-
 xere. Hoc illi, quum causam specie honestam, mini-
 meq; suspectam haberent. Ergo Rhegini, qui Iones
 sunt, pro Ionibus stare noluerunt, Dorica gens con-
 tra Diores, nulla necessitate coacta, stare, non recusa-
 bit? & qui ex confesso hostes semper fuere, socijs &
 cognatis non dubitabit præferre? Nec Atticarum opū
 ea uis est, quæ Siculis una conspiratibus, aliquo mo-
 do pertimescenda sit, quin contemnenda potius. En
 nos Syraculani, nullius ope adiuti, & ad omnia ma-
 gis quam ad bellum parati, Catinam usq; nuper profe-
 cti, ut cum illis acie dimicaremus, statione decedere
 coegissemus. Mox audita illorum fuga, ueriti ne, quod
 erat, nostra absentia freti ad Syraculas opprimendas
 irent, in cõposito agmine reuersi, eum hostem in pro-
 cinctu stantem circa urbis nostræ mœnia adepti, ma-
 iore animo quam consilio cū eo confliximus. Celsi-
 mus non illi, sed prodigiosæ tempestati, nec ipsi du-
 ces præ se obscure tulerunt, quid in posterum spera-
 rent. Quippe qui secundum pugnam illam, confestim
 in Naxum, & loca sibi tutiora, cū classe abierūt, suis,
 quis dubitat? uiribus diffisi. Quid fore putandū est,
 si uos, si cæteri Siculi nobiscum communē libertate
 tuebimini, si ex Peloponneso, ut speramus, nobis au-
 xilia aduerunt? Spero equidem fore, ut qui tanto stre-
 pitu nuper alienam terram inuaserūt, de sua paulopost
 solliciti dimicare cogantur. Neque uos, quia neutris
 accesseritis, satis uestræ famæ & salutis caurum arbi-
 tremini, tanquam utrorumq; socios esse liceat: non
 enim, ut iure illud, ita factum par est. Etenim quod aliud
 id erit, quam quos tueri debebas, medio periculo re-
 liquisse, nec prohibuisse, qui uicerint, ne iniurijs fe-
 rent? Sed quanto satius fuerit cum cognatis cõmu-
 ne commodum tuendo periclitari, si periclitandum
 sit, aut Athenienses amicos ab inchoata iniuria absti-
 nere? Summa igitur eorum omnium, quæ Syracu-
 lani à uobis petunt, Camarinenses uiri, hæc est, ne Io-
 nibus perpetuis Dorici nominis hostib; Diores ipsi
 à uobis Doribus intempestiua defectione prodan-

Enthymema.

Dilemma.

tur, qui si ab Atheniensibus superentur, uestra causa
 superati uideri poterunt, sed uictoriae laus erit pe-
 nes illos, qui & premium ferent, non eos qui uictori-
 am administrabunt: si uictoria nostra fuerit, pœ-
 nas ijs merito luetis, quibus & periculorum auto-
 res fuistis. Considerandum proinde uobis est, atque
 hic eligendum, certam sine periculo seruitutem se-
 qui uelit, si inde steteritis, an cum periculo nobis-
 cum libertatem tueri, Syracusanorum in utraq; for-
 tunâ amicissimi futuri. Huiusmodi Hermocratis
 orationem, Euphemus Atheniensis haud pauciori-
 bus excepit uerbis, repetitaque altius causa, ueteris
 Atheniensium certaminis, cū ijs Doribus qui in Pe-
 loponneso erant, inde uti necessitate iureq; Iones à
 se imperio subacti essent, qui Medicis temporibus,
 non solum à se, unde oriundi essent, ad Barbaros de-
 fecissent, sed Metropolim etiam suam oppugnantum
 uenissent, postremo eo sermonem deflexit, ut ostend-
 deret Athenienses in Siciliam transiisse, non impe-
 randi consilio, quum ne tam longa quidem nauigatio,
 locorumq; distantia id pati uideretur, sed ut Si-
 culos seruitio, quod illis à Syraculanis immineret,
 eximerent. Summa eius orationis fuit, qua Cama-
 rinenses rogabantur, ut in pristina societate perman-
 nerent, nec interim negare esse ciuitates & insulas,
 quibus Athenienses imperarent, sed idcirco illos id
 facere, ne alius sibi posset imperare. Verū quo plura
 tuenda haberent, eo ad maiora facinora obedienda uel
 inuitos cogi. Viderent ipsi ne auxilia quæ sua spõre
 accersisissent, si per contemptum uanamq; suspitionē
 insula excedere paterentur, frustra essent postea re-
 quisituri. Quin aliorum studium secuti, se ueteres so-
 cios & auxiliares amplexarēt, darentq; secū ope-
 ram, ut Syraculani, à quibus non immerito sibi time-
 rent, quandoq; formidolosi esse desinerēt. Quū plu-
 ra Euphemus in hanc sententiam dixisset, uisum est
 utrisq; in presentia respondere, daturus operā Cama-
 rinenses, ut utrorumq; societates, quantum in se esset,
 inuiolata custo direretur. Cæterū necessitudinis uere-
 cundia adducti, auxiliares equites Syraculas misere,
 idque occulte, ne quid Athenienses offenderent, ad
 quos per hyemē plæraq; Siciliæ oppida ultro defe-
 cere, quædam etiam metu in partes traxerunt. Quo
 successu Attici duces elati, in Aphricā ad Carthagi-
 nenses mittere ausi sunt, qui eos aduersus Syracula-
 nos in societatem asciscerent, & in Italiam ad eas ur-
 bes, quæ in Tyrrenum sunt pelagus obuere, misi,
 qui societate postularēt. Nec Syraculani (nā magnū
 sibi pro mœnibus patriæ certamen uidebāt cū Athe-
 niensibus instare) minori interim studio suas opes
 firmarūt, & iam eorum legati à Corinthijs benignē
 accepti Lacedæmonē uenerant, ubi Alcibiadis ora-
 tione (qui eam urbem sibi exilij sedē delegerat, fue-
 ratq; ob id præfenti cõsultationi admotus) magno-
 pere Spartiarū animi ad reparandum bellum sunt
 cõmoti. Ibi ille multa prius de se locutus, q, quādiu
 pro patria stare licuisset, ut uerum & fortē hostē de-
 cuit, arma in Lacedæmonios tulisset. Verū ubi pau-
 corum potentia odioq; q, populare præ se studium
 ferret, essetq; tyrannis infestus, populumq; hortare-
 tur, ne imperitanti cuiquā exagitantū se subiceret,
 patria puluis exulare cogeretur, mutato studio nihil
 impiè facturum se arbitrari, si ad eorum usum qui se
 electū hospitio exceperant, omnia sua consilia, om-
 nem rei militaris experientiam, a commodaret. Nec
 etiam uidere oportere se quicquā contra patriā age-
 re, quæ utriusque patria non esset amplius. Tum uero
 Atheniensium consilio de Sicilia occupanda pate-
 facta, qua in potestatem redacta, Italiam subige-
 re Athenienses destinassent, mox & Carthaginem,
 postremo Barbarorum uiribus freti Peloponne-
 sum terra marique inuadere, sicque futurum ut la-
 te intra extraque Græciam imperarent. Quæ quum
 ita se haberent, censere, hortariq; ut continuo in Si-
 ciliam

Peroratio.

Euphemio-
tio.

Athen. consilium.

ciliam auxilia mitterent, Atheniensesq; domestico
 interim implicarent bello. Eundem obuam primis
 illorum conatibus, ne si quum eorum opes ni-
 mium inualuissent, ut sero, ita incassum, itum, obuā
 uideretur. Mouerunt Alcibiadis uerba Lacedæmo-
 nios ad utranq; prouinciam excipiendam, sua ad id
 sponte inclinat. Fitq; publicum decretum, ut Cy-
 lippus Cleandriæ filius, cum auxiliarijs copijs, Sy-
 raculas iret. Edictum adhæc, ut naues à socijs ad
 traiciendas copias expedirentur. Athenienses & ipsi
 pecuniam in stipendium misere, & equites qui à du-
 cubus fuerant requisiti. Atq; cum hæc ferent, deci-
 musseptimus ab eo annus exijt, quo Athenienses &
 Lacedæmonij bellare inter se cœperant.

Bellorum ap-
paratus.

ENNEADIS III. LI-
BER VIII.



Atheniensium
expeditiones.

Ennum erat anni tempus, quum Ni-
 cias & Lamachus Megarensem agrum
 populati, Hybleos & Thermesseos
 clade affecerunt, Centoripis oppido
 proditione recepto. Suntque per eos
 dies trecenta argenti talenta ex A-
 thenis, ad atendam classem ipsis ducibus delata, &
 equites circiter trecenti, & in Peloponneso aliquot
 leues expeditiones fuere inter Argiuos & Lacedæ-
 monios, sed illæ quidem parum memorabiles, in
 Sicilia maiores utrinque rerum conatus interim ex-
 titere. Attici duces classe Syraculas delati Thapsum
 peninsulam urbi propinquam, occupant: inde ex-
 improuiso & Epipolas locum præruptum, & Syra-
 culis imminentem. Eo Diomilius Syraculanus cū
 sexcentis ex omni iuuentute lectis occurrit, tumul-
 tuarioque prælio iustus, cum trecentis perijt, cæte-
 ris intra urbem trepide compulsi. Postridie, quum
 Athenienses in acie ante urbem steterissent, postquam
 nemo obuam exijt, ad Epipolas munendas con-
 uerfi, in summa eorum crepidine castellum erigunt.
 Nec iam multo post Egestani & Naxij equites in ca-
 stra uenerunt, ita ut cum Atticis non multo antea
 appulsi sexcenti & amplius equites in castris essent.
 Multi uarijque deinceps fuere circa urbem cona-
 tus, Syraculanis uallum hostibus ab urbe per palu-
 dem cum fossa & aggere obijcere uolentibus, Athe-
 nienses contra ab Epipolis ad Thapsum urbem om-
 ni præsidio excludere, quo certamine Lamachus
 Atticorum ducum alter concidit, & Syraculanorum
 multo plures quam Atheniensium. Cæterum mag-
 no interim portu à classe occupato, Syraculanisq;
 in urbem reiectis, Nicias duplici muro eos ab Epi-
 polis ad mare clausit, aquarum ductu iam antea in-
 terrupto. Gylippus interea ad Leucadem progres-
 sus, audita Syraculanorum obfisione, desperans so-
 cijs subueniri posse amplius, quos utiq; muro undi-
 que ab hoste uallatos constans fama erat, in Italiam
 cursum deflexit, illic ciuitates aliquas ad bellum sol-
 licitatus, & ut ibi in omnem occasionem ere-
 ctus prælo esset. Verum sæda inter eundem tem-
 pestate iactatus, ac carinis nauium magna ex parte
 concussis, Tarentum subuectus est. Nauium pauci-
 tas effecit, ut auditum Gylippi accessum, alpernatus
 sit Nicias. Thuriam inde Gylippus progressus, quū
 nihil ibi periuadere potuisset, Italiæ oram classe cir-
 cuibat. Atticus dux qui iam in spe certa uictoriae
 erat, nam commeatu, quum ex alijs locis, tum ex
 Italia affatim in castra uehebantur, unde & tirremes
 quosdam auxiliares acceperat, & Siculorum plari-
 que, qui dubia fide ad id tempus fuerant, iam aper-
 te Atheniensium rebus fauebant. Dum Nicias Sy-
 raculis afsidet. Lacedæmonij magnam Argiui a-
 gri partem subita incurfione uasant, qua sociorum
 clade Athenienses perciti triginta naues ad belli u-
 sum comparatas, auxilio Argiuis ire iubent, per euz

Syraculæ obf-
dentur.

Lamachi inter-
uius.

Gylippi in Ita-
liam appulsus.

sædus quod cum Lacedæmonijs idem habebant,
 est uiolatum: prius nunquam ne Argiuorum, qui-
 dem nouorum sociorum crebris precibus adducti
 potuerunt, ut in Laconicam oram irumperet, tum
 uero sociorum iniuria iritati in Epidaurium agrum
 ingressi, late omnia circa Himeram & Prasias ferro
 & igni populati sunt. Gylippus interea resectis na-
 uibus cum Locros ex Tarento annauigasset, certior
 ibi factus non ita Syraculas ab hoste circumfessas, ut
 per Epipolarum partem, qui uellent, urbem ingre-
 di non possent, auxiliari manu inde & alijs socijs
 collecta, & Locris frero in insulam euasit, mox Hi-
 meram delatus, auctis hic copijs, ex ijs qui adhuc
 in fide erant, ad tria armatorum milia contraxit,
 tum uero nauibus in terram subductis, ipse terre-
 stri itinere Syraculas iter intendit. Præuerit illius
 accessum Consilus Corinthiacæ classis præfectus,
 qui quum ex Leucade in Siciliam, celeri cursu uen-
 nisset, Syraculanos offendit omni spe Peloponne-
 siaci auxilij abiecta, de pace quoquo modo cum
 Nicia facienda consulantes. Ab eo itaque confir-
 mati, edoctique Gylippum, cum ualido præsidio,
 paucis diebus affuturum, urbem constantius tueri
 perseuerarunt. Nec Lacon multo post affuit. Athe-
 nienses, etsi murum ad octo ferme stadia, ab Epi-
 polis ad mare eduxerant, quia aliquot adhuc locis
 erat interruptum opus, quod in tanta celeritate ex
 omni parte haud consummari contigerat, conspi-
 cati Gylippum aduersus se aciem dirigere, & Syra-
 culanos eruptioni eminere, ancipiti metu perculti
 sese prælio expediunt. Tum Lacon caduceatorem
 ad hostes mittit, q, his diceret: Si insula intra quin-
 dies uelint excedere, passurum se eos tutos inde ab-
 ire. Cæterum nullo ab Atheniensibus responso dato,
 confestim acie conflixisset nisi Syraculanos una
 aduersa pugna fractos inuitos sensisset ad prælium
 exire. Et quia ab Nicia qui structam aciem ante mu-
 rum habebat, nihil mouebatur, uerticem, nomine
 Temmeniten stauis occupat. Postridie Gylippus
 muro copias admouit, manu una suorum ad Lab-
 dacum ubi Atheniensium præsidium erat, præmisi-
 sa. Nicias, loco cum præsidianis militibus amisso,
 obtinuit tamen nihil secus murum, habebatque
 in animo Plemyrum promontorium, magno Sy-
 raculanorum portui accubans, opere communire,
 ut fauces portus in potestate haberet. Enimvero Ni-
 cias post Gylippi accessum, parum terrestribus præ-
 lijs fidens, ad classem continuo ornandam animum
 adiecit. Muro itaque triplici præsidio firmato, Ple-
 myrium occupat. Gylippus & ipse intra Epipolas
 murum struxerat, ut hostium munitionibus exclu-
 sis, urbs circumquaque obsideri non posset. Hinç
 quum sæpius suos in aciem educeret, immotique
 Athenienses sub muro starent, eos inuadere consti-
 tuit, conseritoque inter utrumque murum prælio,
 Athenienses egregie uicerunt. Paucis inde diebus
 interiectis, maioribus est animis utrinq; dimicatis, si-
 nistrumq; Atheniensium cornu hostium equitatus
 pepulit. Opus præterea à Gylippo inchoatū Am-
 brachienfium & Corinthiorum interuentu, omnium
 opinione celerius est ad exitum perductum. Erātq;
 iam Syraculanorum res ac sociorum, terra marique
 Atticis nihilo inferiores, inualescebantq; indies il-
 lorum uires, ita ut Athenienses, licet nomine obside-
 rent, re ipsa haud multum distarent ab obsessis, quæ
 Nicias animo cõsiderans, per literas Atheniensibus
 significauit, futurum, ut nisi breui terrestres mariti-
 mæque copiae summa ope auerentur, si diutius in
 obfisione perseueratum esset, ingens in Sicilia cla-
 des acciperetur. Hæc ille suis, magis uera & utilia
 q, auditu iucunda scribens, petebat ut & sibi è reni-
 bus laboranti succederetur. Nicia literis publicè re-
 citatis, omnia in eius sententiā sunt ad bellū decre-
 ta. Successor tantū negatus. Duo legatorū noie illi
 dati,

Gylippi eile-
tum.

Plemyrū pro
montorium.

Nicias prouit
dentia.

Atheniensium apparatus.

dati, qui in re administranda agri ducis onera leuaret. Nec ita multo post Eurymedon alter legatorum, cum centum & uiginti talentis argenti, & nauibus decem in Sicilia uenit, collegam dixit sum Demosthenem ad delectum quam diligentissimè habedum, in Attica à se relicto, qui cum ceteris copijs, haud multo post esset affuturus. Miserunt Athenienses, qui uiginti nauium classe omnem Peloponnesi oram attenta circumirerent statione, ne qua ex Lacedaemone Corintho te auxilia in Sicilia mitterentur. Contra Lacedaemoniaci Corinthij socijsq; ciuitates, auditis quae post Gylippi Sicilia appulsum, circa Syracusas euenierant in pristina spem restituti, summa ope classem terrestresq; copias, ad bellum instrunt: Nec Sicilia tantum curae erat quin obrupta ab Atheniensibus foedera, q; Epidaurios Palsianosq; fines incurrarant, domesticum etiam bellum studio molitur: & ut aliquo insigni detrimento hostem primo motu afficeret, Deceleam Alcibiadis consilio in Attica, militari opere, occupare constituunt. Ceterum dum naues, arma, commeatu expediuntur, annus ille exijt, qui Peloponnesiaci belli duo deui gesimus fuit. Sequentis anni principio Lacedaemonij socijsq; Atticam terram ingressi, subita populatione saecarunt, inde Deceleam communire adorti, inrequieto opere, tantum paucis diebus murorum excitarant, ut ab Athenis iam id opus cospici posset. Erat locus is peropportunus ad Atticam terram infestandam ab Athenis centum uiginti stadia distans, tantum dem à Beotia. Moliri id praesidium Laced. Agidis ductu. Interea auxilia sunt ex Peloponneso in Sicilia missa. Hi mille & sexcenti numero erant. Naues quinque & uiginti. Horum plurimi Spartiatae. Caeteri Corinthij & Beotij. Athenienses & ipsi Demosthenem nihil minus in Sicilia miserunt, cum nauibus quinque & sexaginta, in quibus ex ueteri formula, mille erant & ducenti Attici generis, & cum his insularum appendices: iusserunt & Charidem cum altera classe quae triginta erat nauium Peloponneso in sinuatum, ab Argiuis petere, ut iure inuicem nuper societatis, rem Atticam in aperto discrimine inuarent, explerentq; eius classis remigium, quae ad hoc ipsum instruebatur, ut Laconicam oram infestaret. Haec in Graecia utrinq; parabantur, quum Syracusani in Sicilia, Gylippi & Hermocratis horratu, classem longe opulentissimam comparant. Quamquam & ipsi iam dudum, ob secunda praeglia, quae in terris gesserant, mari fortunam experiri cupiebant. Stabant in maiori portu quinque & triginta naues bello instructae, & aliquanto maior numerus in minori, ubi erat Syracusanorum naualia. Sed angustiae magni portus ab Atheniensibus circa Plemyrum fuerant infestae, eaq; res impedimento futura uidebatur, quo minus Syracusanarum naues in unum coire possent. Mandat Gylippus, ut sui, uno tempore, intus extraque Plemyrum inuadant, nitaturque uel inuitis hostibus, perirupere, ipse interim milites, diuersa parte instructos habuit, contra quoque iam circa portum certamine, ubi Athenienses una naualis pugnae cura occupatos uidit, omnis alterius discriminis securos, cum ijs quos ad hoc ipsum paratos habuit, Plemyrum adortus, momento temporis praesidium, quod in eo erat, expugnat. Sed quam id negocium feliciter celsit, tam Syracusanis naualis pugna fuit infelix. Na quae res satis ab initio successisset, periruperentque extraneae naues, inuitis hostibus, in portum, dum nimium celerant, dum tumultuose aguntur, in internas naues impactae, ordinem turbare ceperunt, trepidatio inde orta est, qua animaduersa, in hostem sua sponte turbatum Atticae naues decurrunt, facileque fugam fecerunt, decem Syracusanarum naues cum ipsis turmis sunt depressae. Sunt tamen & plerique capti. Atq; ita contingit, ut uno praelio utriusque uicerint, uictiq; sint, Tropheum erexerunt Athenienses in litore circa castra, in Ple-

Decelea.

Syracusanae naues deprimuntur.

myrio hostes. Sed Atheniensium clades maior, ingens pecunia publica & priuata, cum omni fere bello apparatu, in eum fuerat locum uelut aerarij congesta, quibus omnibus est eo die hostis potius. At nihil aeque Atheniensibus obfuit, quam quod Syracusanis iam angustias portus tenentibus, sine certamine commeatu in castra haud subuehi poterant. Leuora inde praelia per aestatem circa portum commissa, & infidiae citro ultroque factae, ut in tanta hostium propinquitate euenire oportuit. Procul urbe etiam aliquid gestum. Enimvero patefacto portu Agatharchus ex Syracusis cum duodecim nauibus profectus, aliquot Atheniensium in alto adeptus oppressit, & in his una, quae stipendium uehebat, in castra & in ora Caulonijs materiam ingentem, qua ad nauale usum ibi Athenienses comparant, subiecto igni corruptit: Mox uiginti Atticis nauibus in Megatico tractu obuius factus, suarum celeritate fretus, una ditaxat nauem ab hostibus intercepta, cum ceteris in tutum abiit. Tentarunt interim Athenienses, rescindere ligneam catenam, qua Syracusani minorem portum occluserant, oneraria una turrata ac loricata expugnationi admota. Verum suo conatu frustrati, incepto abstinerunt. Demosthenes interea, quum ex Attica in Sicilia tenderet, Epidaurensem oram & Laconicam cum Charide est depopulatus, locoq; inibi in Isthmi speciem communito praesidium ad hostilem terram infestanda imposuit. Ex Peloponneso dein proficiscitur, in Corcyram Charide domum demisso, transmissurus. Decelea interim muro conclusa, praesidioq; infesta, multo grauius res Atheniensium, uicino asiduoque hoste, affligi ceperant. Maior itaq; pars agri cultu deserta est, breuiter uiginti seruitiorum milia ad propinquum hostem transiuerunt. Pecora adhuc in arctum compulla in media conficiebantur, nec commeatu nisi per difficiliora loca, dispendioq; uiarum, in urbem comportari poterant. Venerant interea Athenas Macharophori mille ex Thracia mercede conducti, quos grauati impesa Athenienses nauem domum deportandos curauerunt, dato huic qui uehebat negotio, ut si qua obiter occasio daretur, eos in hostium fines ad praedam immitteret. Incurtus itaque ab his est primo Tanagreus ager, mox in Beotiam delati, Mycalessum ex improuiso occuparam diripuerunt, ciuibus omnis sexus & aetatis ferro deditis. Erantque in caede & praeda Barbari occupati, quum Thebanus superuenit equitatus, quos ex improuiso adortus multa cum caede ad litus egit. Et haec tum Thraces in Beotia. Demosthenes ex Peloponneso profectus, quum Corcyram uerius cursum intendisset, in Sicilia prima tempestate soluturus, non nihil, dum classis remigium explet circa Zacynthum, Cephaleniam aliasque circuectas insulas, nauigatione intermissa subfedit. Sed dum his locis commoratur, de praesidio ad Plemyrum amisso cognouit. Tum uero maioribus opus esse copijs ratus, ut hostium uires, quae in dies circa Syracusas inualescebant, sustineri possent, Eurymedonti collegae, quem ibi ex Sicilia redeuntem obuium habuit autor fuit, ut in Corcyram nauigaret, daretque operam, ut quindecim Corcyrei naues explerent. Sed dum haec illi studio properat, Syracusanorum interim legati ex socijs Siciliae ciuitatibus, quas praesenti successu in spem uictoriae erexerant, ad duo milia auxiliatorum & trecentum contraxerant, qui cum Syracusas uerius iter facerent à Centoripinis, Nicias rogatu, infidiose excepti, cum octingentis sociorū caesi sunt, caetera multitudo disiecta, alij alia Syracusas deuenerunt. Miserunt & Camarinenses & Geloi Syracusanis auxilia, & iam tota penè insula, praeter Agrigentinos, qui nondum erant in partibus, à Syracusanis exconfesso stabant: Demosthenes interim & Eurymedon, cum instructa classe transmissi Ionio Iapigia Italiae promonto-

Macharophori.

Demosthenis consilium.

Auxiliares Syracusa, ce duntur.

Naualis pugna ad Naupactum.

Acris pugna naualis.

Demosthenis & Eurymedontis accessus.

Athen. clades ad Epipolas.

promontorium, tenuere. Hic quoque circa Cleradas Iapigia insulas, ab Arta regulo, à Metapontinis, quo postea appulerunt, Thurinisque iaculatorum manum impetrarunt. Sed dum militem Attici duces extrema Italia conscribunt, tres & triginta Atticae naues Diphilo duce, cum uiginti Peloponnesiacis quibus Polybantes Corinthius praerat, inter Naupactum & Eurineum Achaiae locum, in speciem lunae curuatum, acri praelio conflixere. Adeoque est dubio euentu dimicatum, ut uictoriam utrinque ad se trahentes, hi atque illi Tropheum aduersis stationibus erexerint, Syracusani audito nouae classis accessu, quae ex Italia in Sicilia traiectura ferebatur, statuunt, priusquam Atticae opes terra marique nouis supplementis auerentur, iterum fortunam experiri, placuitque Gylippum ut antea rem à terra gerere, nauesque in portu decertare, utrobique acriter incertaque uictoria dimicatum. Ceterum eo Atheniensium res deterior fuit, quod duae eorum naues perire. Sequenti die Syracusani quietem tenuerunt. Nicias ratus hostes haud diutius quieturos, onerarias ante triremium stationem, certo inter se spatio, collocauit, ut per ea interualla esset triremibus ab hoste uictis, in tutum recursum. Biduo igitur post quam pugnatum erat, octoginta Siculae triremes, cum quinque & septuaginta Atticis pugnam conseruere. Hoc quoque praedium aliquanto acrius priore fuit, magisque Atheniensibus calamitosum, quorum septem triremes medijs sunt fluctibus depressae, rostraque plurimarum ualidissimo confictu detrita. Syracusani ob rem bene gestam, Tropheum circa litus statuerunt. Fuisset omnino maior clades eo die ab Atheniensibus accepta, nisi suae onerariae uictos protexissent, quae duas Syracusanas ferocius inuectas, delphinis in hunc usum pendentibus fregere, unaque praeterea cum toto remigio interceptam tenuerunt. Erantque res Atticae ad Syracusas in hoc statu, quum Demosthenes & Eurymedon, cum tribus & septuaginta nauibus, in quibus erant ad quinque milia armatorum, portum tenuere. Perculit terrificus hostium apparatus Syracusanos, qui bus persuasum fuit Athenienses Decelea à Lacedaemonijs capta, quia non procul ab obsidione abessent, haud quamquam tantum copiarum amplius in Sicilia missuros. Demosthenes, dum se terribilem scire esse hostibus, omnia tentanda ratus, agro urbi circumiecto prius populato, an in urbem aliqua ui irrumpi posset experiri constituit. Nicias cum parte copiarum in castris relicto, deceptis Syracusanorum custodibus, per Epipolas ingressus, hostium murum, quem post Gylippi accessum struxerant, nocturno accessu occupat. Erat munitioni huic triplex praesidium impositum, fuderantque Athenienses improuisa ui primae stationis hostes, uerum ubi ad Beotios uentum est, his fortius resistentibus, quum Athenienses, uelut parta uictoria, incautus ruerent, mutata subito fortuna est, iniectusq; terror, & uelut amentia quaedam Atheniensium animis oborta, ut ne se quidem inuicem agnoscerent, uerterentque in seipsos ferrum, & quod magis mirum uideri possit, luna perniox erat. Primo trepidatio orta, inde metus, ex metu fuga, multaque strages hominum in Epipolarum egressu, ob locorum angustias secuta. Multi adhuc qui nuperime cum Demosthenes uenerant, locorum ignari castris aberrantes, per agros errabundi, ab Syracusanis equitibus ubi primum illuxit, ferro excepti perierunt. Magna caedes edita, armorumque uis ingens amissa, quae per montium decliua milites accipiti fuga acti, ut se magis ad cursum expedirent, palsim abiecerant. Syracusani tam insperato successu elati, non solum in spem retinendae urbis uenere, sed iam & externa curae paulatim occoperunt, missis ex urbe cum Sicano praefecto quindecim triemi-

bus, qui Agrigentum, ubi sedicio erat inter ciues orta, occuparet, & Gylippus terrestri itinere urbes circuire cepit, ut undique auxilia contraheret. Conferre inter se interim consilia Nicias & collegae: Demosthenes suo conatu frustratus, confestim obsidionem soluendam censebat, abeundumque in Atticam, nec incassum asidendum Syracusis, quum nihil praeter militum iacturam, publicaeque pecuniae dispendium, lucriferet: nec Eurymedon multum ab eo diuersa sentiebat. Nicias etsi à collegis utilia afferri non ignorabat, infamiam tamen ueritus, ne pecunia corrupti duces obsidione abcessisse crederentur, quod tum quoque in castris iactari inter milites compertum habebat, durandum adhuc dicere, eoque impensius id facere, quod occulte à Syracusanorum quibusdam, qui Atticae rei ab initio fauerant, certior per literas fiebat, fore, ut breui Syracusae caperentur, si in obsidione perseueraretur. Interea Gylippo cum ualidissima auxiliatorum manu Syracusas reuerso, cum cerneret hostium opes indies augeri, ut iam periculum esset, ne diutius cunctando, sibi, quum uellet: integrum non esset inde abire, collegis asiditibus, pertinaciamq; & moram exprobrantibus, Nicias edicit, ut occulte militibus denunciandum curent, ut sese quam occultissimè ad discessum comparent. Interim (erat tunc forte plena luna) defecto sideris lumine, ut fit terra solis aspectum adimente, adeo res noua, rudi adhuc seculo, Nicias & alios turbauit, ut dux ipse rem uelut omnino iam auersatus, pronunciauerit, se non prius inde abcessurum, quando ita à uatibus esset monitus, quam ter noue dies à prodigio processissent. Mirum uideri possit Nicias in media Graecia nato, rem hodie uulgo notam, adeo stupori fuisse. Satis quidem constat interuentu terrae, lunae deliquium fieri. Caeterum Anaxagoras, qui non multo antea fuerat, qua ratione id accideret, primus omnium demonstrat. Sed rationem illam non multum adhuc uulgari contigerat, Graecis uulgo ea studia, quae sese naturae indagandae applicarent, ut impia auersantibus, quo nomine Protogoras fuerat Athenis pulsus, & ipse Anaxagoras, cuius modo memini, in uincula deiectus. At Plato procedente tempore, non solum ea re non est terditus, sed autor etiam Dion fuit, ut nihil tale in luna ueritus, in Sicilia ad Dionysij tyrannidem euerendam nauigaret. Perseueratum itaque in obsidione. Interea Syracusani, quos nihil eorum quae ab hoste parabantur, praeteribat, audaciores facti, hostem terra marique ferocius laceflunt, iam in id unum erecti, ut quoquo modo possent, Athenienses à fuga remouerentur, circa muros non nihil primo tumultuose certatum, ubi Atheniensium equites fusi, ad triginta eorum sunt ab hoste intercepti. Postridie sex & septuaginta Syracusanorum naues, cum octoginta sex Atticis in portu confluerunt. Curabat Eurymedon in dextro cornu, is Siculas naues circumuenire conatus, quum incautius alam panderet, propiusque terram accederet, à Syracusanis in mediam aciem prorumpentibus, à suis est exclusus, ibique à multis unus circumuentus, cum tota naui qua portus maximè profundus erat, deprimitur. Quae duces ipsum fuerant secutae tumultuose disiectas metu Syracusani ad litus compellunt. Affuitque mox Gylippus, ut hostem in terram euadentem, ferro exciperet. Tyrreni auxiliari facti in Laconem impetu, toto littore egerunt, affecta nihilo secius res Attica est eo die, duceq; deuiginti naues, ab Siculis propugnatoribus captae. Quo successu Syracusani freti, ut caeteram hostium classem cremarent, onerariam unam farmentis refertam, subiecta flammam secum do in hostes uenire immittunt. Athenienses eiulmodi certaminum non ignari, machinamentis maturè adhibitis, ea ne classi impin-

Lunae defectus.

Philosophi pulsi.

Nauale bellum.

Eurymedontis casus.

impingi posset, procul distinuere. Adorti sunt inde aliud maius opus Syracusani, animo reputates qualis excusatio suam ciuitatem maneret, non apud Græcos modo, qui eueris Atheniensium opibus in libertatem afferbantur, sed apud alias etiam gentes, quod tantum exercitum, tantam classem, non sustinissent solum, sed penitus etiam deleuissent, ut hostem magis obnoxium haberent, angustias magni portus, quæ ad octo ferme stadia patebant, trirremium oneratarumque catena, anchoris fundantibus, occludunt. Perculit ea res uehementer Atheniensium animos, cæterum Nicias, ut erat præsentis consilio, abductis ex superiore muro præsidij, quicquid ubique uirum fuit in castra contrahit. Inde quæ celerime potest ad centum & decem naues, sagittarij, alijsque propugnatoribus, instruit, certus totis opibus in portu depugnare, haud quidem ignarus ita fore, ut si uictor extirisset, tutius oblidionem solueret tota Sicilia incolumis, sin uinci cõtigisset, relicta classe in aliquam Barbararum urbium, sociorumque ciuitatum pedestri agmine contenderet. Omnibus itaque ad pugnam comparatis, cum suos cerneret tot aduersis prælijs fractos, ita pro concione eos allocutus dicitur. Certamē, inquit, milites, quod nobis instat, omnibus commune est, ubi de sua quisque salute ac patria, non minus quam hostes ipsi laboramus, qui si uincimus, licebit cuique nostrum suam inuicere ciuitatem, domum, parentes, coniuges, liberos ac cætera que hominibus sunt charissima, quare nolimus uos abiectione esse animo, ut eos qui bellicis casibus infueti, uel ad minimam cladem, omnem spem futuri successus turpiter abijciunt, quin meminisse oportet uos uiri Atheniensis, socijque fidelissimi, qui multa iam bella experti estis, inopinatos esse bellorum euentus, ancipitemque fortunam, necessesque esse, & facere, & pati fortia, qui sibi uictoria proponit. Sed quod ad præsens certamē attinet, omnia nobis uictoriam pollicetur, classis aduersum omnes hostium artes, quantum nunquam aliis ualide instructa, leuissimique & rei maritimæ scientissimi è nauibus pugnant, & cum his sagittarij quamplurimi, manica ferreæ ad conferendam pugnam, & quod omnium maxime prodiderit ad uictoriam, fortuna nobis bene pugna necesse imponit, aut enim uincendum est, aut si uicti simus, omnis spes salutis abijcienda. Sed cur uinci debeamus, uirtute, numero, experientia, hoste superiores? qui Siculos, qui Peloponneses ipsos, ac cæteras gentes rei maritimæ studio longe antecellimus. Proponite animo uiri fortissimi, atque existimate, classem, quæ hodie pugnatu ra est, parentes uestros, liberos, uxores, domum, penates, totamque patriam secum ferre, talemque fortunam illis futuram, qualem uos ipsi, aut uirtute uestra, aut ignauia feceritis. Sed nihil æquè ac necessitas hortatur nos strenue dimicare, siquidem non minus uitæ, quam fortunarum propositum est nobis certamen: In quo annitendum est, ut aut eam cum laude tueamur, aut si cadendum sit, non inulti perijisse uideamur. Nam seruitus, quæ media ab aliquo optari possit, forti uiro multo formidolosior quam mors esse debet. Nihil illa homini foedius, quippe quæ p-bri sit & calamitatis plena. Sic fatus Nicias, iubet suos naues conscendere. Syracusani socijque intuiti quæ ab hoste pararentur, confestim & ipsi sese pugna accingunt. Quos Gylippus ita est pro concione hortatus. Quæ præclare ad hunc diem terra marique gessimus, omnibus sunt uobis nota uiri Syracusani, & uos socij fortissimi. Nunc unum ut uidetis adhuc nobis certamen restat, idque omnium speciosissimum, quo documentum, ut spero, dabimus omnibus gentibus, ne posthac temere aliam terram adiant infestare, ut nuper Athenienses fecere, qui suorum libertati prius insidiati, eo insolentius prouecti sunt, ut Siciliam primo, inde Peloponnesum uisubigere sint adorti. At deorum benignitate uestraque uirtute, ef-

Occludunt portum Syracusani.

Oratio Nicias ad suos.

Nicias peroratio.

Oratio Gylippi ad suos.

fectum est, ut non solum furor & amentia illa, qua freti huc nauigare sunt ausi, prorsus conciderit, sed iam aliquoties terra marique uicti, ita ipsorum opes sint afflictae, ita animi debilitati, ut de propria salute solliciti, iam dudum quaerent, qua uia tutius sese hinc propiant, & nunc, quia occultam moliri fugam nequeunt, ut per nostras erumpant stationes, in naues laceras, ac malè relartas, classarios & remiges uicti assuetos, & ob eam rem inuitos imponunt, qui fugæ magis cupidi quam pugnae, qua prætererchi potius quam inuehi possint secum meditantur. Sed sic certè habet ut qui animum supra uires gerunt, ij si uel modica clade afficiantur, opinione decepti, infra dignitatem sese abijciunt & prosternunt. Experiunt sese ad pugnam Athenienses, non spe uincendi, sed quia nulla alia est ad effugium uia relicta, nec tam uim inferre, quam uitare cupientes: Iste superque habituri, si medio tumultu, per occasionem in a-pertum mari elabi possint. Sed quo illi hoc stultius contendunt, eo fortius nobis annitendum, nequa illis aditus fiat ad erumpendum. Quin cæcos & amentes in pugnam euntes nauibus quas robustiores & instructiores habetis, excipite, exceptos partim medijs aquis mergite, partim ferro trucidate, nemo qui fieri possit publicæ cladis nuncijs hinc abeat, inimicissimi illi uobis sunt, ac non solùm ad uos in seruitutem redigendos huc uenisse existimandi sed si uincere contigisset, ut uobiscum parentes, liberos, uxores contrucidarent, ut colonis hinc à se mittendis terram hanc uacuum redderent. Nec quia naues illas in procinctu habeant, meliore eos spe esse arbitremini, quippe qui non tam suo nauium apparatu, quam fortunæ mereritis confisi, uelut ita euenire oporteat, ut medio certamine, casu aliquo, quia uirtute nequeant, eripiendi sint. Sed uobis danda est opera, non solum ne uincant, nam ne ipsi quidem hoc sperant, sed ne qua per occasionem elabi possint. Pulchrum profecto certamen hodie nobis proponitur, & rarissima præliorum occasio, ut ex aduersa fortuna (aduersam dico si eos opprimere non detur) minimum nobis damni sit futurum, ex prospera laudis plurimum & lucri, Eritque utroque casu penes nos uictoriae laus, seu Sicilia pro uictis abierint, seu (quod spero) ferro alioue casu nostra opera periclitabuntur. Tali hortatione suos ad bene pugandum accendit Gylippus, continuoque Syracusani & socij nauibus consensus ferociter in prælium eunt. Etiam Athenienses ex sua statione mouerant, procellerantque ad catenam, quæ in faucibus portus erat, eamque rescindere adorti, à Syracusanis, qui ex aduerso mouerant, atroci prælio excipiuntur. Ibi & in angustijs ipsis, & intra portum atrox pugna inita, nunquam ad id tempus alibi gentium, quod memoriae proditum esset, tam infestæ inter se concurrerunt classes, nec maioribus odijs hi de uita, illi de patria, liberis, fortunis, dimicabant. Hinc prælium Demosthenes Menander & Euthydemus duces prælium ciebant, inde Sicanus Agatharchus & Pythes. Stabat in utroque littore instructa peditem acies, ut clamore & præsentia suis fauerent. Ingratum spectaculum & anceps, utrarumque copiarum in se oculos & mentem uerterat. Stabant tam hi quam illi ad omnes suorum successus clamorem & plausum extollentes. Contra cladem turpemque suorum fugam mestis & cum gemitu spectabant, ita ut ad omnes casus nihilo minores hinc, quam in prælio animorum motus existerent. Multi que ut affecti erant, aut suis innuebant, aut uultu motuque corporis significare quid fieri uellent, quidue factum probarent. Resonare interim cælum, mare, littus, uarijs clamoribus, adeo ut qui in prælio erant, magis uiderent, quam ad ea quæ ageda essent & ductu & Trirarchorum iussa audirent: Rari interea fieri decursus in tam

Peroratio.

Pugna atrox.

ultima nauis pugna.

in tam arcto maris spatio, pugnat utrinque par fe- A rim fluium peruenere, inde hostium præsidio repulso, traiectioneque amne ad Eurineum fluium processerunt. Et iam ad centum quinquaginta stadia Nicias confecerat, quum hostes exploratis abeuntium itineribus, uestigia secuti primo Demosthenicos sistunt, certamine repente iniectione, nec cominus Syracusani pugnant, quippe qui itulatum putabant cum ijs statariam pugnam conferere, qui uitam desperassent. Sed per arcta locorum, & ex occasione incessentes, festum agmen ad noctem remorati sunt. Gylippus & Syracusani caduceatorem miserunt, qui denunciaret si qui infulanorum ad se transire uellent, fore, ut libertas illis incolumis maneret, transuere nonnulli, nec adeo multi, mox uita cæteris promissa omnium animi ad se dedendos inclinarent. Qui igitur cum Demosthene erant ad sex milia numero, deditione facta, ademptis armis in urbem misi sunt. Inde Gylippus & socij Niciam ad Burineum assecuti, per caduceatorem illi nunciari iubent, Demosthenem cum suis deditum Syracusas missum, nec his Nicias temere credidit. Vbi uero per celerimos equites id exploratum habuit, pacifici cum hostibus est conatus, ut mitterent se tutum ex insula cum toto exercitu, pollicitus fore, ut Athenienses Syracusanis persoluerent quicquid pecuniarum in id bellum impendissent, daturumque se in id obfides, qua conditione ab hoste reiecta, porro tendere perseverauerit. Assultare interim hostes, nec omnino congredi, donec ad Afinarum flumen est uentum, ibi agmen traijciendi fluminis studio sua sponte turbatum, ferocius hostes adorti, citra ultraque fluuiabilibus ripis insessis, disiectos Athenienses, ac sese inculcantes passim trucidant. Hic se Nicias perditis rebus Gylippo deditit. Tum præceptum est ut à cæde abstineretur, ex hac manu haud perinde multi sunt Syracusas abducti: quos utique non agmine ut prius, sed passim deditos alij alio captuos transmiserunt. Qui ad duces perducti sunt, cum cæteris qui antea deditionem fecerant, in Lithotomias uelut in tutiorem sunt custodiam coniecti, fuereque ibi septuaginta dies, aquæ interim acetabulo, ac duplo panis in singulos dies singulis daret. Ad septem milia fuisse traduntur, qui loci angustia, fame, siti, pædoreque, magna sunt interim ex parte consumpti, donec præter Athenienses cæteri publice uenditi sunt. Nicias & Demosthenes Gylippo inuito, qui eos Lacedæmonē deportare cupiebat, à Syracusanis necati sunt. Cædis huius Thucydides autor est quod Philistum etiã scripsisse Plutarchus prodidit. Contra, Timæus à Syracusanis interfectos inficiatus est. Atque hunc exitum habuit nobilissimus ille Atheniensium in Siciliam apparatus, quæ clades iam anno in autumnum uergente, ut Thucydides significare uidetur, accepta est. Plutarchus quarto & uigesimo die eius mensis Niciam captum scribit, quem Syracusani Carnium dixerunt, Athenienses Metaginionem, qui idem sit, ut ipse arbitratur, qui & apud Romanos Maius. Fuitque annus ille à mundi origine tertius atque octogessimus supra quater miliesimum ac septingentesimum, Urbis Romæ quater miliesimum ac trecentessimus, si Eusebius uera scribit, qui quarto decimo Peloponnesiaci belli anno, eam cladem in Sicilia acceptam memorat. Thucydides grauisissimus eius historię autor xix. ex quo id bellum est in terra Græcia ortum, uictum Niciam memoriæ prodidit. Fuit idem tertius nonagesimæ Olympiadis annus, si eundem sequimur Eusebium. Quum interim in Persis Darius decimus à maiore Cyro regnaret, cognomento Nothus. Etenim post Artaxerxem, cuius interitus est alio à nobis loco in historijs relatus, secundus Xerxes duos regnauit menses, inde Sogdianus octo, post Darius, cuius nunc mentio facta est, regnum accepit, quo rege Ægyptus à Persis defecit, ubi Amatheus Saiticus regnum cepit,

Atheniensium tristis discessus.

Anapisis fluminis.

Demosthenis deditio.

Nicias deditio.

Nicias & Demosthenis interitus.

Anni mundi.

Temporū supputatio.

cepit, in Macedonia adhuc Perdicas regnabat, tribus ferme annis priusquam cepti sint Veij à Romanis obsideri, Trogus autor est Demosthenem, priusquam in hostium potestate uenisset, sibi mortem conficiuisse, Thucydides cuius autoritas maior apud me est, quam cuiusquam alterius, conatum esse ait sibi uim inferre, sed cum Nicia à Syracusanis in perfectum: estque id bellum penè biennio confectum. Athenis posteaquam terra hæc clades nunciata est, uix ab initio omnia deleta credi potuit, ne ijs quidem, si qui euaserant, omnino fides habita. Mox uero ubi ita esse constitit, tum demum pavor ingens, & stupor ciuitatem inuasit. Enimuero uulgo credere de imperio deque salute omnium actum, duplicatas hostium uires, & pro Græcis qui uix antea sustineri poterant, Siculos novos hostes accessuros, eosdemque ob præsentem rerum successum, præferoces. Breui futurum, ut terra marique afflicta ciuitas, Græcis, externisque opibus circumfere retur, nec hostes prius quieturos: quam imperio euerso, urbem & nomen urbis, cum ipsa memoria de lerent. Accedere ad præsentem metum, quod neque naues ullæ, neque exercitus, neque iuuentus, neque pecunia ad bellum superessent, dolere simul, atque una tam infelicis belli autores odisse, irasci & ariolis, qui prospera denunciasent. Et Athenienses ad tam tristem nuncium in huc luctum inciderant. Verum spes, quæ ne in extremis quidem rebus se mortalibus subtrahit, haud passa est ciuitatem diuini iacere, quin dolore simul & metu abiectis, animi ad classem continuo reparandam, sociosque in fide continendos eriguntur. Contrahunt itaque per hunc mem materiam ad naues ædificandas, & circa socios mittunt, qui attente prouiderent, nequa defectio inde oriretur, hortarenturque ad bellum reparandum. Hæc illi. Lacedæmonij, qui in certam spem uictoriae uenerant, ne quam interea occasionem præmitterent, enixius dant operam, ut sub uenum tempus tanto belli apparatu quanto nunquam antea, hostem recenti clade consternatum adoriretur. Centum itaque triremes socijs indicunt, qui indubitaram spem uictoriae fouentes, multo propensiores facti erant, ad omnia belli munia subeunda. Erat totius rei summa penes Agidem, qui per id tempus Deceleæ in Attica erat. Is Siciliensi uictoria elatus in Melineum sinum classe aduersus, omnem Oetæorū regionem in cursauit, & Thessalos sibi antea suspectos, pecunia imperata, dare etiam obfides coegit, autorque extitit, classis in uernum tempus comparandæ: nec ita multis interiectis diebus, Eubœi ab Atheniensibus defecere, legatis, ad Agidem eo nomine Deceleam missis. Secuti Lesbij. Mox & Chij & Erithrei clandestine defectionem moliebantur. Sed dum legatis ad hoc ipsum in Peloponnesum eunt, redeuntque, præfidiariisque naues à Lacedæmonijs & socijs expectantur, Athenienses certiores facti de ijs, quæ à Chijs pararentur, confestim unum è magistratibus eo mittunt, cuius accessu Chij territi, septem naues ex ueteri formula instruere iussu, immatura adhuc reimperium detrectare non sunt ausi. Sub id tempus Alcámenes Lacedæmonius cum xx. nauibus, ex Cencreis nauali Corinthiaco profectus, ut in Chium tenderet, totidem Atheniensium naues obuias habuit, quæ ad hoc ipsum instructæ stabant ne Peloponnesiæ in Ioniam oram, aut Hellepontum possent ad sollicitandos sociorum animos, proficisci. Excussus ob id cursu Alcámenes Cencreas redijt, paucisque interiectis diebus iterum in altum deuectus, septem & triginta Atheniensium (tot enim ad eam diem summa ope reparauerant) procul conspicatus, hostium metu, retro in Pyreum Epidauricæ terræ portum fugam declinauit. Hicque ab ijs, qui fugientem fuerant persecti, in terram que euaserant, tumultuario est prælio interfectus. Atheni-

Nuncijs accipit clades.

Defectio insulariorum ab Atheniensibus.

Bis Alcámenes fugatur.

enses aliquot hostium nauibus corruptis, ut cætera classe potirentur, propinquam portui insulam occupant. Auertit ea res ut parum prospere mota Lacedæmoniorum animos ab Ionica expeditione, nisi Alcibiades per Ephororum unum, cuius hostio utebatur, obtinuisset, ut ipse cum Chalcedeo ad Chium recipendam cum quinque nauibus mit teregur, quod assecutus, omnes naues quas inter eundem obuias habuit, de industria oppressit, ne quis suum scire posset accessum, hæc naues primo Corycum tenuere, ubi Chiorum quidam defectio nis autores fuerant, cum Alcibiade & Chalcedeo collocti, iubent eos ad urbem nauigare, ubi multis nouitate rei antonitis, Alcibiadeque & collega affirmantibus, plurimas mox naues præsidio affuturas, autores fuerunt ut continuo ab Atheniensibus descitum sit. Chio igitur recepta pari persua sione Clazomenios ad defectionem impellunt. Aperta Chiorum alienatio ingentem attulit Atheniensibus mœrorem, fore arbitrantibus, ut cæteri socij, qui in fide adhuc erant, nisi eorum motibus iretur obuiam, unius illustri insulæ exemplo, ad hostes unus post alium deficerent. Itaque mille talenta, quæ ad extremos rerum casus seposita ad eadem habuere, ad præsentem usum belli, abrogata lege quæ uetabat id fieri, decernunt, Chijs auxiliari bus in uincula coniectis: Strombichidem cum octo nauibus in Ioniam mittunt, ut cæterorum con silia, si qua mora essent, præueniret improuiso accessu. Samum primo Strombichides tenuit, inde Teium delatus, socios ut in fide manerent hortatus est. Accidit ut quum Atticæ naues adhuc Teij essent, Chalcedeus & Alcibiades, cum tribus & uiginti nauibus eo cursu intenderint. Strombichides factus certior de hostium aduentu, portu repente egres sus, in altum abiit, intuitusque hostium classem nu mero ualidiorem, in Samum celeri cursu contendi dit, superuenit haud multo post Thrasyclea ex Athenis cum duodenis nauibus, quibus iam dudum Sami agentibus, Alcibiades improuiso accessu Miletum ab Atheniensium imperio alienauit. Strom bichides & Thrasyclea hostem euestigij secuti, à Milesijs exclusi, Ladam insulam Mileto adiacentem subiere. Et ut est fortunæ imperus tenax, quæ ut in prosperis rebus, ita & aduersis pertinacius, aut tollit, aut deprimit, secundum Milesiorum alienationem societas inter Lacedæmonios & Tisapher nen Darij regis prætores his est conditionibus in ita, ut quæcumque gentes populi uel Perfarum olim fuissent, regie ditionis essent, tributumque, ut antea penderent. Rex communiter & Lacedæmonij, socijque, ne quid pecuniarum aliud ue quippiam ad Athenienses perueniret, armis prohiberent. Bellum rex Lacedæmonijque ac socij cum his communi nomine gererent. Siquis ab alterutris defecisset, is Perfarum Lacedæmoniorumque communi esset hostis. Quod rex Lacedæmonijque ac socij, neutri sine alteris bellum soluerent. Secundum id fœdus Chij cum decem triremibus ad Aênra pro gressi, Atheniensium socios ad defectionem sollicitant, auditoque regij exercitus aduentu, ad templum Iouis classem appellant, unde sexdecim Atheniensium naues conspicati, cum quibus Diomedon post Thrasycleam ex Athenis uenerat, in fugam dilapsi Teium tenuerunt, quatuor nauibus sine remigio amissis, nec ira multo post Lebedum & Eras Atheniensibus adimunt. Sed aliquanto prius quam hæc in ora Ioniam gererentur, septem & uiginti Atheniensium naues circa Leucadiam, Gylippum ex Sicilia redeuntem, ex improuiso adortæ, penè in discrimen adduxerunt. Erant illi septemdecim naues, quibus Lacon diffusus, sese fuga propripuit, unaque dumtaxat amissa, cum cætera classe Corinthiacum tenuit portum. Atque per eos dies diuer-

Alcibiades ad bellum mittitur.

Chij receptur.

Mille talenta Athen.

Lacedæmonij Darij socijs

Gylippi fœd.

diuersa Peloponnesi parte, Atticæ naues, quæ Alcámenes classem in Pyreum complerant, ex proximoque compulsum, aliquandiu obsidione fatigant, subita sunt hostium eruptione oppressæ, & ex his quatuor captæ. Læconicæ quæ ad id tempus obsidionem pertulerat, Atticis disiectis Cencreas Corinthiacum nauale concesserunt, Astyochoque sibi nauarcho ex Lacedæmone accepto, in Ioniam cursum contenderunt. Interim Diomedon ex Samo profectus quo decreto cursum intenderat, cū Teijs egre de imperio recipiendo, & Eras oppugnatione tentauit. Sed utrumque inceptum fuit illi irritum. Samij interea ducentis nobilibus cæsis quingentisque in exilium actis popularem administrationem inducunt Atheniensibus sese nouo adiungunt federe, ut iam inde liberi essent, non stipendiarij. Chij & ipsi præ cæteris Atheniensium rebus infestis Methymnam primo, mox Mitylenem ad defectionem impulere, sed Mitylenem Diomedon & Leon, qui cum decem nauibus per eos dies ex Athenis in prouinciam uenerant, postriedis quinque & uiginti nauibus in Lesbium ex improuiso appulsi, facto in urbem impetu ad imperium retraxere. Methymna & ipsa primo accessu recepta, ciecti inde Astyocho, qui dum cætera classis ad Cencreas ornaretur, in Ioniam cum tribus nauibus uenerat. Pacata Lesbo Atheniensium duces Clazomeniorum castellum, quod illi in continentis ora ædificauerant, ui capiunt ac diruunt, Clazomenijs in suas sedes restitutis. Eadem ætate Athenienses Panormum Milesiæ oræ locum oppugnare adorti, Chalcedum Lacedæmonij temere occurrantem opprimunt, Sidussa interea & Prelium insulæ Chio adiectæ, & Boosolum, atque alia quedam circa Chium oppida, Diomedonte sunt in officio retenta. Chiæ adhuc naues in portu oppugnatae sunt, ipsique Chij ad Boosolum fusi. Ager præterea optime cultus ferro & igni est ab Attica classe uastatus. Quibus cladibus alijs super alias ad id tempus affecti, iam de Atheniensium imperio recipiendo Chij consilia agitabant, uel inuitis etiam defectionis autoribus, uergebatque iam in autumnum ætas, quum mille & quingenti sunt Athenis in naues impositi, classisque octo & quadraginta nauium Phrynicæ & Onomocleæ & Scyromida ducibus in Samum primo naues appulsi, inde ad Miletum obsidendam duces profecti. Hic sub primum in terra egressum acri prælio ab hoste excepti, uaria est uictoria certatum: Argiui auxiliares in sinistro cornu à Milesijs uicti ac trecenti ferme numero interfecti. Vicerunt Athenienses in dextro Arapherne fuso cum mercenarij milite, & Doribus ex Peloponneso Chalcedum secutis. Vertuntur inde Athenienses ad urbem obsidione cingendam. Habebant duces in animo eam uallo à continente excludere, quum repente affertur quinquaginta quinque hostium naues appropinquare, in quibus duæ & uiginti Siculæ essent. Erat classis huius præfectus Theramenes Lacedæmonius, cui publice mandatū erat ut cum Astyocho classem iungeret. Is in Eleum insulâ, quæ Mileto præiacet, primo appulsi, ibi edoctus Athenienses ad Miletum stare, in Thicusam Milesiæ oræ locum transmissit, ubi de pugna ad Miletum commissa factus per Alcibiadem certior, qui in acie pro Milesijs stererat, monitusque ab eo maturato opus esse, ne si Miletus uallo cingeretur, laborantiurbi succurri non posset amplius, ad pugnam animum adiecit: quod ubi est Atheniensibus nunciatum, cæteris prælium expectantibus, Phrynicus autor fuit in Samum concedendi, ac tandiu à pugna abstinenti, quoad omnes Atheniensium naues in unum conuissent. Huc ubi concessum est Argiui auxiliares ira acceptæ cladis in Peloponnesum abiierunt. Postriedis hostis affuir dimicationi intentus, qui Attica classe ad Miletum non reperta, Lasum ui-

Athenienses Lesbium recipiunt.

Chiorum clades.

cepit ac diripuit. Athenienses sub initium hyemis cum triginta nauibus domo profecti, Strombichide Charmilo & Euechone ducibus, Samum uenere, ubi numero nauium ita aucto, ut inuisita uideretur classis, iterum Miletum inuadere constituunt, parte nauium in Chium missa. Ita igitur est inter duces comparatum, ut qui prius classis præfuisent, Miletum obsiderent, Strombichides & collegæ in Chium nauigarent. Nec Astyocho Peloponnesiacæ dux classis qui in Chio erat interim in ocio fuit, sed uiginti nauibus in expeditionem missis, quarum decem Chiæ fuerunt, insulas Clazomenis obiacentes Marathusam, Pelam & Drymusam diripuit. Inde nouæ defectionis spe à Lesbijs facta, quum à Chijs quas petierat naues ad eam expeditionem impetra re nequiuisset, iratus socijs inde proficiscitur, ut Milesijs auxilio esset, & iam Atticæ naues quæ ex Samo in Chium mouerant Corycum fuerant præter uectæ, quum tres Chias forte inspicunt, inspectas sectari incipiunt, orta interim tempestate, Chijs portum subeuntibus, tres Atticæ, quæ ad eas insequendas immisæ ferocius instabant, ui pelagi in Chiorum mœnibus impactæ, cum clasiarijs partim cæsis partim captis in hostium potestate uenere. Cætera naues cursu excussæ Phœnicentem Mimantis portum subiere. Sub id tempus Hippocrates Lacedæmonius cum duodecim nauibus, quarum decem erant Thuriuorum, Gnidum cursu tenuit: iam enim ipsa quoque ad Tisaphernea defecerat, fuerantque Gnidij haud multo prius ab Atheniensibus oppugnati, auxilioque ex Trepio Gnidia oræ promontorio, ubi stationariæ naues erant, accepto, seruari cōtigat. Attici duces qui Phœnicentem subita tempestate subierant, quum primum mare prostratum iacuit, Chium progressi, Delphinium locum Chiæ urbi propinquum, satisque à terra munitum, loci opportunitatem secuti, clausurunt. Chij uariè iam antea bello, tum uero domesticis discordijs agitati, quum sibi mutuo suspecti, arma capere non auderent, ad Astyocho, qui Mileti erat, auxilia imploratum mittunt. Audire ille Chiorum postulat: cæterum residua adhuc ira, ob classem iam antea ab ipsis non impetratam, nihil illorum periculo moueri, ea res materiam præbuit Astyocho æmulis illius apud Lacedæmonios per literas criminandi, quod sociorum contemptu rempublicam proderet: quo factum, ut duodecim ex Lacedæmone in prouinciam sint missi, qui si ita uideretur, illi imperium abrogarent, summamque rei Antistheni permitterent, qui cum legatis in Ioniam fuerat missus, classem habens septem & uiginti nauium. Hic classe ad Melum appulsa, tribusque ex decem Atheniensium triremibus quæ ibi forte erant captis, ueritus ne suus accessus Atticis ducibus, qui Sami hybernabant, ab ijs, qui fuga dilapsi fuerant, præfentiretur, in Cretam cursum detorsit, ex Creta Caunum Caria tenuit, inde suis, qui Mileti erant, suum significat aduentum, monetque ut Caunum usque cum tota classe ad nauigarent, ut tutius Miletum proficisceretur. Astyocho Chiorum precibus fatigatus, laborantibus socijs subuenire in animo habebat, eratque in horam Chium uersus moturus, quum de Antisthenis aduentu factus certior, Chia expeditione posthabita, suis prodire obuiam statuit: haud ignarus fore, ut aucta nouo supplemento classe, Atheniensium opes ubique suis impares futuræ essent. Caunum igitur profectus Con Meropidem expositis in terram præteruehendo copijs capum diripuit. Ex Coo in Gnidon Lacon transmissurus, ex insularis comperit uiginti Atheniensium naues haud procul inde abesse. Enimuero Atheniensium duces facti certiores de Antisthenis aduentu, Charmilo negotium dederant, ut circa Symam & Rhodum uenientem obseruaret, atque

Varius Athēniensium et hōstium conatus.

Phœnicus.

Delphinus.

Astyochous à apud Lacedæmonios criminatur.

Caunus.

Cos Meropis.

insidijs exceptum, si fieri posset, opprimeret. Stabat dux Atticus ad Symam in eam occasionem erectus: Atyochus nubilo ac penè pluuio cælo ad Symam ad nauigauit, disiectaque fluctibus classe, sinistrum nauium cornu primo in cõspectum uenit, quæ cum paulò minus uiginti essent, ratus Charmilus eas esse ad quas intercipiendas fuerat missus, in hostem haud cunctanter inuectus, tres earum momento temporis opprimit, conspicatus inde alias in se rendentes, priusquam undique circumueniretur fugam occupat, sed consertæ semel pugnae non prius se subducere ualuit, quam septem Atticæ sint ab hoste interceptæ. Ipse cum cætera classe Teutulissam primo, inde Alicarnassum tenuit. Atyochus erecto ad Symam trophæo, in Gnidum reuersus, duabus classibus iunctis, maritimisque Lacedæmoniorum uiribus unum in locum contractis, ut quatuor iam & nonaginta naues essent, cum Tisapherne Laconici duces in colloquium uenere, de summa rei cum eo deliberaturi. Ibi Lacedæmoniorum illustres plerique præsentis consultationi admoti, & in his Lichias quidam, homo magno ingenio, sermonem intulit. Videri sibi fœdus, quod à Chalcedeo prius, mox à Theramene, cum Dario rege fuisset ictum, haud recte in utroque expressum, ut quicquid progenitoris regis aliquando habuissent, ea omnia Pericles regibus post uictoriam pareant, qua formula insulæ omnes Ægæi maris, Theffalia, Locri, & alia pleræque gentes Bœotia tenus essent iterum in seruitutem concessuræ. Censere igitur nouum fœdus ineundum, quo diserte insulis Græciæ finitimis caueretur, nec prius pati classem regio stipendio in autorari, quam fœdus in eam sententiam renouaretur. His Lacedæmoniorum postulatibus, turbatus Tisaphernes, infecta re, ex Gnido abiit. Lacedæmonij cum tota classe Rhodum concessere, insulaque ab Atheniensibus alienata, subductis nauibus, octoginta ibi dies fuere. Alcibiades interea qui ob adulterium cum Agidis regis uxore commissum, se Lacedæmonijs inuisum esse non ignorabat, adeo ut ab Agide absens perfidiæ insimularetur, ex Lacedæmone literas ad Astiochum de sua nece publicè datas compertum haberet, Tisapherni alsidens, Barbaro persuadere cepit, ut sociorum classi non tam largum stipendium daret, monstrata illi ratione, cur oporteret id fieri, inde monuit ne afflictam Atheniensium fortunam, tam hostiliter premeret, quando parum regijs opibus expediret, res illorum penitus extingui. Enimuero quamdiu Lacedæmonij & Athenienses, inter se de Græciæ principatu disceptaret, fore aiebat, ut alterum duorum populorum qui minus uiribus polleret, suis fœderibus semper haberet obnoxium, & quasi ministrum rerum in Græcia gerendarum, multoq; commodiorem Atheniensium societatem regi, quam Lacedæmoniorum fore, quum illi non de sua tantum, sed de totius Græciæ libertate dimicent, nec latari essent Græcorum quempiam seruire, ubi uictoriam adepti essent, scire se præterea Lacedæmonios imperij in terra potius quam mari propagandi esse cupidos, futurum quandoque ut sibi Ioniam, inuito rege, uindicaturi essent. Contra Athenienses rei naualis magis studiosos esse, nec libertati ut illos fauere, quod studium semper fuit regibus inimicum. Hæc ille. & alia subiuciendo eo perpulit Tisapherni animum, ut à pristina belli intentione auersus, promior propemodum in Athenienses, quam Spartiatis esset. Quod ubi Attici duces qui Sami erant rescuerunt, milites ad Alcibiadem, qui Mileto erat, occulte mittunt, quem promisso in patriam reditu hortarentur, ad Tisaphernem ab hostibus alienandum. Alcibiades redempti cupidus amicitiam regis & Tisapherni polliceri, si ipse in patriam restitueretur, & si populari sta-

Athen. septem naues amittunt.

Turbatur fœdus Darij & Lacedæm.

Alcibiades à Lacedæm. alie natur.

Alcibiades per suasio.

Alcibiadis postulata.

tu è ciuitate sublato, Olygarchia induceretur. Obstitit Phrynicus Atticorum ducum unus Alcibiadis uoluntati, unde postea tantum est illi inuidiæ constat, ut acsi cum hostibus sentiret, publica sit administratione submotus. Et Pisander Athenas est missus, qui ad populum de Alcibiadis postulatis ferret. Hic quoque multi obnixè obstituerunt, & in primis Alcibiadis inimici, qui haud dubiè uidebatur eo in ciuitatem restituto, se incolumes esse non posse. Celebrare igitur illi damnationis causam, quod mysteria polluisset. Quapropter ut impius iudicatus, ciuitate fuisset eiectus, diris etiam imprecationibus interpositis, si quis illi reditum in patriam cõfecisset. Hæc & alia illis uociferantibus, Pisander obtinuit, ut ueteris administrationis forma sublata, Alcibiades in patriam renouaretur, inireturque cum rege societas, ad quod ipsum decernendum duo uidentur populum in duxisse, afflicti reipublicæ status, qui præsentis calamitate defungi non posse uideretur, nisi externis fuisset opibus adiutus. Cupiditas adhæc stipendij, quod ad classem alendam à rege ex fœdere promittebatur. Pisandro igitur & decem collegis permissum, ut quod è re publica fore arbitrarentur, in prouinciam profecti agerent, post quorum in Samum appulsum, confestim Phrynio & Scyronidi classis est imperium ademptum. Diomedon & Leon, quibus summa rei nauticæ permissa est, in Rhodum classe delati, & in litibus subito egressi, Rhodios qui ad arcendam populationem subito occurrerant, egregie superant. Nec Lacedæmonij multum timebantur, qui subductis nauibus, a uera parte insulæ hybernabant. Sub id tempus Pædaretus & Chij Athenensium præsidium, quod ad Delphinium erat, adorti, parte nauium adempta, omnibus potiùs essent, nisi suis laborantibus maturè Attici duces, iam Rhodo reuersi, auxilio affuisset, prælioque subito accessu contracto, Pædaretus letaliter ictus occubuit, Chij cum cæde multa in urbem cõpulsis, multo arctius quam antea sunt obsideri cõcepti. Pisander interea & decem legati ad Tisaphernem profecti, cum eo de fœdere acturi. Hic ille, quum ab Atheniensibus, ut tota Ioniam & insulis Ioniam adiacentibus abstinerent, postulasset, aliasque præter spem nihilo æquiores proposuisset conditiones, infecta re Samum legati concesserunt. Nec Barbarus multo post numerato classarijs stipendio fœdus cum Lacedæmonijs, in Lichia sententiam renouauit. Sed dum hæc in Ioniam ora geruntur, Bœotij interim Oropum occupant, Athenensium præsidio quod in oppido erat prodito. Fuit Oropum in Bœotia Eretria proxima, ad quod retinendum Bœotij in Rhodum ad Lacedæmonios mittunt, orantes, ut in oram Bœotia ad se uendos uenirent. Audire Lacedæmonij horum postulata, sed Chiorum periculo magis mouebantur. Rhodo itaque profecti Mileto tenuere, & quia sine prælio apparebat Chij succurri non posse, reliquum hyemis Mileti exegerunt, circumactusque est interim uigessimus ab eo annus, quo Athenienses & Lacedæmonij inter se armis disceptare cõeperant. Principio sequentis anni, Chij cum sex & triginta suis nauibus, & sociorum duodecim (Atyochum enim expectare longum erat) cum Atheniensium classe, quæ ad Delphinium erat, cõgressi incerta uictoria ad noctem dimicant, neutroque fortuna inclinante, pugna dirempta est, & Abydos, Milesiorum colonia in Helleponto ab Atheniensibus ad Pharmabayum regis præfectum defecit, & biduo post Lampfacus. Occurrit eo Strombichides ex Chio cum nauibus quatuor & uiginti, Lampfacumque primo occurfu recepit, nullos enim Lampfaceni habebant muros. Abydenis inde nequicquam oppugnatis Sestum, quæ ex Abydi regione in Chersoneso est, petijt, ut urbi & toti

Tisaphernes renouat fœdus cum Lacedæmonijs.

Abydos.

Oligarchia Athenis inducitur.

Militaris seditio.

Byzantium ab Atheniensibus defecit.

Alcibiades ab exilio renouatur.

ora præsidio esset. Pisander interea Athenas reuersus, Antiphone (quo nemo ad id tempus capitales causas melius egerat) & Theramene adiutoribus autor fuit, promulgandæ legis de populari statu antiquando: quinque ciuitatis præfides lecti, qui centum legerent, quorum singulis ternos sibi legere permissum est, atque ira quadringenti, ueteri senatu abolito, curiam ingressi, de summa rei consultare cõeperunt. In horum potestate erat, quum libitum esset, quinque milia ciuium ad rerum disculsionem uocare, sicque centesimo fermè anno, quam Athenienses tyrannide liberati fuerant, populari administratione sublata, Oligarchiam, quæ paucorum potentia dici potest, inducere. Miserunt illi ad Agidem regem, qui Deceleæ erat, tanquam de pace cum eo acturi, id ille euenire arbitratus, quod ciuitas discors ad laboraret, nullo dato Atheniensibus responso, nouo exercitu domo accersito, ex Decelea Athenas descendit, ratus ita futurum, ut aliquis in ciuitate motus suo accessu fieret, sed ubi præter spem omnia quieta uidit, suorumque nonnulli, qui ferocius muros subierant, subita sunt equitum eruptione oppressi, negotio infecto, Deceleam concessit. Ibi quibus reipublica permissa est, illud primum omnium susceperunt, ut ex omnibus Atticæ ditioris locis, popularis administratio tolleretur, inducto paucorum principatu, quæ res, quum alibi, tum Sami, magnum motus fuit causa, qua seditione Hyperbolus omnium Atheniensium ea tempestate nequissimus, quiq; Ostracismo ultimus omnium fuerat damnatus, periit. Nec milites tam eorum metus qui reipublicam capefferant, quam hostes in officio continebant. Enimuero Lacedæmonij, qui Mileto erant, pugnam effragitantes, Atyochum insimulabant, quod per inertiam reipublicam proderet, quippe qui neque, quum classe superior esset, cum Atheniensibus antea conflixisset, neque, tunc quum hostes seditione laboraret, Atticam classem inuaderet. His uocibus Atyochus commotus, haud ultra differendum ratus, cum centum & duodecim nauium classe, ex Mycale ad hostes proficiscitur. Athenienses in Glaucis Mycales erant cum duabus & octoginta nauibus, qui audito hostium apparatu, ne inferiores numero congregarentur, Samum concesserunt, Strombichidis ex Helleponto aduentum opperientes. Assuitque ille biduo post. Tum uero centum & octo nauium classe expleta, Mileto Attici duces ad nauigarunt, ibique facta hostibus pugnandi copia, quum diu in conspectu urbis in prociectu naues habuissent, elicere ad pugnam nequieuerunt. Nec ita multis interiectis diebus Byzantium ad hostes defecit, quo quum ad opprimendam Byzantium consilia, aliquot Atticæ naues, celeri cursu, ex Samo affuisset, ciuitate iam alienata, tumultuariam prælium cum hoste, neque nauium numero, neque euentu memorabile commiserunt. Thrasylbulus, qui militari ad Samum seditione, Diomedonti & collegæ imperio abrogato, fuerat dux classis declaratus (superant uocis magnitudine omnes Athenienses sua tempestate) autor fuit, ut militari suffragio Alcibiades ab exilio renouaretur, accessitque ex Mileto Samum uenit, ubi multa prius de suo infortunio questus, oratione adeo ad præsentem statum temporum accommodata usus est, spe militibus facta popularis status recipiendi, cum Oligarchia iam pridè pœnitere cõpisset, ut confestim uni totius rei summa sit permissa. Redijt haud multo post Alcibiades ad Tisaphernem, Athenensium permissu, uelut eum à Lacedæmonijs abducturus, quæ res effecit, ut Barbarus adhuc superior socijs esse cõperit, & Atyochus maiore inuidia flagrare cõcepit apud socios, quæ pecunia corruptus reipublicæ curam abieciisset, Barbaroque, ut ex satellitibus unus obsequeretur. Quum hæc passim miles fremeret, illeque iratæ multitudi-

ni sese obrulisset, parum abfuit quin militum incur su sit uiolatus, nec diu postea Mindarus ex Lacedæmone successor illi datus, & ex Athenis sub id tempus legati Samum ab Oligarchiæ autoribus, ad leniendos militum animos, qui nouo ciuitatis regimini erant in sensu uenerant, hi pro concione dilecti essent, nisi Alcibiades à Tisapherne reuersus, se uentem multitudinem ita oratione circumegisset, ut non solum à cæde reuocaret, sed præsentem etiam consilio auerterit. Pluribus frementibus Athenas confestim cum tota classe eundem ad Oligarchiam tollendam, docuit ille, si tam alieno tempore prouincia abscederent, haud dubie futurum, ut hostes continuo Ioniam & Helleponto potirentur. Fuit id consilium Atheniensibus salutare, ad socios in fide continendos, quo postea uulgo Alcibiades iudicatus est rem Atticam sua prudentia seruasse. Iussu igitur legati domum renunciare, placere exercitui, ut quadringentis uiris administratione sublata, quinque milibus ciuium pristina regiminis forma restitueretur. Tisaphernes per eos dies ex Mileto ad Phœnicem classem, quæ ad Aspendum stabat (centum quadraginta naues esse dicebantur) est profectus. Perculit nouæ classis fama Athenensium animos, qui in Samo erant, uehementer hi solliciti esse, uulgoque arbitrari futurum, ut si ea nauium multitudo Peloponnescæ classi iungeretur, breui, mari possessione pellerentur. Hunc suorum metum leuaturus Alcibiades, cum tredecim nauibus, Tisaphernem est secutus, militibus repromittens daturum se operam, ut aut barbare classem Atticæ iungeret, aut si id minus posset, facturum ut Peloponnescibus nullo modo iungeretur. Fuerunt qui dicerent Alcibiadem non tam fiducia gratiæ qua apud Tisaphernem polleret id pollicium, quam quod plane sciebat, eum nolle Lacedæmoniorum opes nimium autum iri, quum nemini non perspicue liqueret, eiusmodi classis accessione breui Lacedæmonios fuisset maris imperium habituros. Erantque tum in Ioniam res Atticæ in hoc statu, quum Athenis Oligarchiæ legati domum reuersi, maligne se ab exercitu acceptos, nunciant, & quæ ab Alcibiade & militibus mandata ad ipsum ordinem haberent, exponunt. Erant Oligarchiæ principes Theramenes & Aristocrates, fauebant his Phrynicus, Aristarchus, Pisander, & plerique alij opibus & autoritate illustres, qui paucorum potentia studebant. Hi Alcibiadis potentiam ueriti, quæ maior ex Samo nunciabatur quam omnium fuisset expectatio, & militare odium, consilia inter se conferunt, de legatis Lacedæmonem mittendis, ad pacem, quibus possent conditionibus, transigendam. Phrynicus & Antiphon eo missi sunt, qui infecta re domum reuersi, murum circa Pyreum struere sunt adorti, ut portum in potestate haberet. Statutum enim ab initio habuere, nolle presentem dignitate cedere. Tum uero orta in urbe seditione, inchoatum opus demoliri coacti sunt. Etiam de ordinum reconciliatione agebatur, coeuarque ad hoc ipsum ciuitatis consilium in Dionysiædem, quum tumultuose affertur, duas & quadraginta hostium naues, ex Megaris in Salaminem cursum tenere. Eo nuncio consternata multitudo in portum decurrit, consensisque tumultuose nauibus, quæ tum forte in Pyreo erant, alijsque trepide deductis, aliquanto inde tumultuosius in hostem soluitur. Confederat Agisandridas hostilis classis præfectus ad Oropum, cui postredie inde profecto sex & triginta Atticæ naues temere obijciuntur, præerat illis Timocrates, qui siue rei nauticæ ignarus esset, si uenatas parum dicto obsequentes haberet, nihil, quod satis constet, prudenter supra Erethriensem portum cum hoste conflixit, uix bene fuerat prælium initum, quum Athenienses sua sponte ob domesticam seditionem turbati, fugam capessunt,

Militum ira in Oligarchiam.

Classis regia.

Militum mandata.

Pyrei munitio.

Atheniensium clades ad Oropum.

peffunt, ad iustusque deinde compulsi, passim cum multa strage aguntur, duabus & uiginti Atticis nauibus Peloponneses cum remige sunt potiti, hicq; ubi pugna commissa est trophæum statuerunt. Secura & alia clades, quod secundum eam pugnam Eubœa tota, præter Oreum, ab Atheniensibus ad hostes defecit. Aduersæ pugnae nuntius tantum terrorem attulit ciuitati, quantum ne Siciliensis quidem clades olim nuntiata. Nam cum procul res gesta est, aberantque procul hostes, & aliquot naues instructæ aderant, conuenireque tum perbellè ordinibus ciuitatis. Hoc uero tēpore in ipsis penè oculis ciuiū dissecta classe, ingens uis hominum desiderata est, nec naues illæ in portu, nec iuentus ad tuendam urbem reliqua aderat, ac si qui erant ob seditionem omnia prius quàm præsentem statum ciuitatis male, exercitus cum classe qui afflictae ciuitati auxilio esse poterat, longissimè aberat. Terroris igitur erat & ploratus omnia in urbe plena, actum de republica, actum de ciuium salute uulgo arbitrari. Nemo non pauld post affuturum hostem putabat, qui urbem domi foris que conussam caperet, captam ac directam funditus deleteret, nec uanus fuisset metus, si hostis uti uictoria sciuisset, sed quum eo tempore, tum sæpe aliàs Lacedæmonij uiles Atheniensibus hostes fuere, quippe qui multum inter se moribus differrent, impigri Athenienses & manu prompti, cunctabundi illi, & in gubernanda classe formidolosi. Cessatum itaque peropportune ab hoste, dataq; est Atheniensibus, aliquot nauium præproperè instruendarum, facultas. Concilio inde populi aduocato, Oligarchia antiquata, quinque milibus ciuium est reipublicæ liberum suffragium restitutum. Decretum, ut Alcibiades, & qui cum eo exulassent, in ciuitatem reuocarentur. Pisander & Alexides Oligarchia sublata, Decceam ad hostes cum suis concessere, ueriti, ne reddenda esset sibi ratio eorum, quæ dum paucorum potentia in urbe fuit, contra multitudinem flagitiose egissent. Aristarchus & ipse simili metu percussus, ut aliquid hostibus suo auxilio gratificaretur, ad Oenonen cōtendens (erat is murus quem Athenienses in Bœotia finibus præsidio obtinebant) autor suis fuit, ut Bœotijs locum restituerent. Dum hæc in Attica geruntur, Mindarus Peloponnesiacæ classis dux, in Hellepontum cum tribus & septuaginta nauibus profectus, aduersa tempestate cursu discussus, Chium tenuit. Quo nuncio Thrasylus ex Samo excitus, cum quinque & quinquaginta nauibus euestigio est secutus, ne hostis per occasionem, sociarum urbium aliquam ad defectionem compelleret. Is ubi Lesbum uenit, certior factus, hostem Chium diuersisse, consilio acie dimicandi, ad eum cum septuaginta septem nauibus ire pergit. Nam dum in Lesbo fuit, aliquot Atticæ naues, super eas, quas secum habebat, eò uenerant. Mindarus haud ignarus eorum, quæ ab hoste pararentur, sublatis uelis, Lesbo ad læuam procul relicta, in Hellepontum abiit, Sigæumque primo tenuit. Erant apud Sestum duodeuiginti Atheniensium naues, quæ ubi ex ignibus passim ex speculis circa littora sublatis, hostem adesse cognouerunt, Eleuntem priusquam illucelceret, perere statuerunt, ut patentiore pelago hostem euitarent, & iam cursum in Chersonnesum intenderant, quum sub lucem hostem in conspectu habuere, tum fugam euestigio capeffentes in Lemnum pleræque incolumes effugerunt, quatuor postremæ sunt in cursu circumuentæ, una circa Protesilai delubrum, cum ipsis propugnatoribus impacta, duæ uacuae oppressæ, quæ reliqua fuit ante Imbrum concremata est, Mindarus sex & octoginta nauibus fretus Eleuntem oppugnauit, indeque irrito consilio digressus, eodem die Abydum petijt, Atticæ classis duces in Lesbom

Atheniensium metus.

Tollitur Oligarchia. Oligarchiarum exilia.

Mindarus.

Atheniensium fuga.

A Eresum stabant, audito hostium in Hellepontum ingressu, relicta loci oppugnatione, suis celeri cursu suppetias iuere, duabusque Peloponnesiacis obiter oppressis, Eleum possidie appulsi, suorum naues quæ hostium metu nuper dissectæ fuerant, eo accersunt. Mox quinque diebus in pugnae apparatu consumptis, in hunc modum confixere. Legebatur Atticæ classis Sestianam oram in cornua digesta, cui Peloponneses ex Abydo pugnandi studio obuiam processere. Tum uero sese ex aduerso intuiti sine mora naues in pugnam expediunt. Lacedæmonij ex ora Asiæ ab Abydo ad Dardanum octo & sexaginta nauium aciem explicuere, quarum dextrum cornu Syracusani tenebant læuam Mindarus. Athenienses ab Europa inter Idacum & Arriana, cum sex & octoginta ex aduerso constiterunt. In sinistro cornu Thrallus procurabat. In dextero Thrasylus. Pulsam ab initio est dextrum Atheniensium cornu, à sinistro Peloponnesium, & ad terram compulsum circa Canis sepulchrum. Id Heleucæ Priami fuisse fama ferebatur, quæ his in locis, Græcorum iniuria, post euerium Ilium occubuerit. Thrasylus diuersa parte, non solum Syracusanos fudit, sed & Lacedæmonios, qui nuper uicerant, ad Pydij fluminis ostia & Abydum deiecit, undeuiginti nauibus adeptis. Nec Atheniensibus classis eo prælio incolumis mansit, cuius quindecim sunt naues desideratæ. Ea uictoria Atheniensium animos erexit in spem futuri successus. haud enim parum præsentem certamine effectum credere, quod aliquando uinci desisissent. Nuntius bene gestæ rei Athenas perlatus ciuitatem tot cladibus auis super alias, domesticaq; seditione artonitam, non nihil in spem pristinae fortunæ reuocauit. Quarto deinceps à pugna die Athenienses ex Sesto Cyzici, quæ ad hostes defecerat, petierunt, octoque hostium inter eundem nauibus circa Priapum oppressis, quæ ex Byzantio eo processerant, Cyzicenos ad imperium retrahunt, retractis pecuniam in stipendiū imperant. Mindarus receptis nauibus, quas amiserat ad Eleuntem. Subducisq; cum tota classe in Eubœam nauigauit. Per id tempus Alcibiades ex Cauno & Phaselide cum tredecim nauibus Samum reuersus, sua opera factum significans, quo minus Phœnicum classis Peloponnesiacæ iungeretur, Tisaphernemque ab hoste sua arte alienatum, ut in Athenienses ille propensior, quam in Lacedæmonios esset, instructis que super eas quas habebat decem nauibus, ab Alicarnasseis ingentem pecuniam exegit muroque urbem clausit, constitutisque in ea magistratibus, sub autumnum Samum est reuersus. Et Tisaphernes ex Aspendo in Ioniam se recepit, Peloponnesibus quam antea irator, quod Antandrum regni ditionis oppidum occupassent. Erat Arfacus Tisaphernis præfectus, is tum Delios qui ab Atheniensibus eieci Adramyrtum tenebant, societatis specie in expeditionem eductos, quo in eos odio incitatus non habeo dicere, dum forte militari more cibum caperent, armatorum manu ex improuiso circumsessos ad unum confixit. Vicinorum clade Antandrij consternati, subita à rege defectione, Lacedæmonios ad se uocatos in urbem acceperunt. Tisaphernes secum animo reputans, quorsum noui Peloponnesium motus tenderent, qui haud multo ante ex Gnido & Mileto regia prædicia eiecissent, in Hellepontum transire statuit, à socijs coram petiturus, quo consilio contra fœdus Antandrum occupassent. Eratque Tisaphernes adhuc in Ionia, quando Timochares cum aliquot in prouinciam nauibus est missus, is cum Lysandride Lacedæmonio parum prospere confixit: ubi pugnatum sit Xenophon, quem in hac Rhapsodiæ parte sequimur, non explicat. Et iam ineunte hyeme Dorieus ex Rhodo cum quatuordecim nauibus in Hellepontum

Naualis pugna.

Canis sepulchrum.

Atheniensium uictoria.

Adramyrtum cedes.

rum profectus est, quem procul uenientem Atheniensium speculator intuitus, dat ducibus signum, ad quos illi exciti, cum triremibus uiginti uenient hosti pergunt ire obuiam. Dorieus cursum ad terram deflexit. Fugientem Athenienses ferociter infecuti terrestri naualique prælio circa Rheoetum frustra inieci, infecta re ad exercitum retro abierunt. Mindarus, sacrificio Iliacæ Mineruæ prius facto, classe in mare deducta, Dorieo ire obuiam parat, ne paucitate nauium ab hoste opprimeretur. Excipiunt eum prælio circa Abydum Athenienses, tenuitque dimicatio aliquādiu anceps. Postremo Atticæ classis altero iam cornu inclināte, captisque nonnullis ex ea parte nauibus res ad fugam spectabat, quando Alcibiades quasi celo missus, cum duodeuiginti nauibus in conspectum uenit. Secutus is Dorieo uefugia, quem Ioniam oram præteruectū in Hellepontum contendere acceperat, ex Coo profectus, ut suis auxilio esset, maturo occurrit, non solum pugnam restituit, sed hostes Abydum ulque fugatos pro nauibus è littore dimicare coegit. Intererat prælio Pharnabazus regis præfectus, qui dum laborantes socios nimio studio protegit, in altos maris fluctus (ex quo enim dimicabat) ingressus, hostem propellebat. Sunt tamen Athenienses uacuis nauibus triginta portiti, & ijs quas ipsi ab initio amiserat. Victrix classis Sestum est rediit, præter quadraginta naues, alia alio profectas ad tributa extra Hellepontū exigenda. Thrasylus Athenas nauigauit recentioris uictoriae nuntius, militesque & naues in supplementum petiturus. Paucis inde diebus quibus ad Abydum est, ita ut dixi, ab Atheniensibus feliciter dimicatum: Tisaphernes in Hellepontū uenit, ad quem Alcibiades triremi una cum muneribus delatus, quæ ipse ex spolijis hostium legerat, ab eo captus Sardis est in custodiam missus. Criminari Barbarum Lacedæmonij apud regem, quod in Alcibiadis gratiam plus rei Atticæ quam socijs in administrando bello faueret. Ad quos de se rumores infirmandos Tisaphernes, omni hospitali iure posthabito, Alcibiadē custodiri iussit. Fuit ille Sardibus dies circiter triginta, unde deceptis custodibus, cum Manticheo quodam equis ad fugam usus, Clazomenas noctu aufugit. Ibi Tisapherni iratus, ut Barbarum Dario & socijs magis suspectum redderet, ipsius iussu se è custodia missum prædicabat. Athenienses interim, qui ad Sestum stabant, audito Mindari cum triremibus sexaginta ad se accessu in Cardiam profugerant, quo Alcibiades ex Clazomenis cum triremibus quinque est profectus. Edoctus ibi Mindarum & Pharnabazum cum classe ad Cyzicon stare, cum peditum manu Sestum contendit, inde in hostem iturus. Affuit illi cetera ad pugnam expediendi Thrasylus, cum nauibus uiginti ex Tharso, qui ad exigendum circa insulas tributum fuerat profectus: atque ita fortè accidit, ut eodem tempore Theramenes cum totidem triremibus in Macedonia sit reuersus, quo contigit, ut breui octoginta Atticæ in unum naues coiuerint. Noctu igitur in hostem profecti, postero die sub tempus prandij Proconnesum Attici duces appulerunt: ibi certiores facti, Pharnabazum & Mindarum ad Cyzicon, cum suis copijs stare, Alcibiades milites pro concione allocutus, quando stipendiij inopia, rei que frumentariæ, res Attica laboraret, palam exponit. Esse proinde ait, aut prælio cum hoste dimicandum, aut prouincia decedendum. Cæterum uidere se ita fore, ut quum primum ea decederetur, omnia essent in hostium potestatem concessura. Annirendum proinde, ut si quando aliàs, ea maximè pugna ostenderent eos esse Athenienses, quin non minore animi promptitudine, aduersis rebus, quam prosperis & scirent & possent dimicare. Terrestri prælio naualique certan-

Athen. uictoria.

Pharnabazus ciuis.

Capitur Alcibiades.

Edidit.

Alcibiadis hortatio ad suos.

A dum esse ait. Trent atque alterutro Marte experientur, quantum uirtus, uel aduersus fortunam ualere possit. Exemplum bene pugnandi duces ipsos militibus præbituros. His uerbis ubi suos hortatus Alcibiades, peropportune accidit, ut ad fallendos hostes imber mixta grandine, sub id tempus, quo ex Proconneso profecta est Attica classis, repente sit è celo missus, mox ubi in Cyzici conspectum uentum est, tranquilla fullerit serenitas. Hic Alcibiades cum quadraginta nauibus profectus, cæteram classem pone sequi iubet, quem uenientem Lacedæmonij intuiti, paucitate nauium contempta, quod ita ille futurum uiderat, subito naues conscendunt, contenduntque hosti ire obuiam, sed uix bene initum erat certamen, quum cæteram classem Peloponneses conspicati, in fugam uertuntur. Instat dux Atticus, hostemque ad littus deieci à tergo premit. Ibi Mindarus & Pharnabazus cum omni peditatu in extremum litus decurrunt, ut classiaris essent auxilio. Alcibiades uno prælio defunctus, ferociter terrestrem pugnam ciet, militibusque in littus desilire iussis, acerrime manum conserit, estque dubio Marte hic tandiu pugnatum, donec Mindaro cadente Pharnabazus fuga equo abreptus, haud dubiam hosti uictoriam reliquit. Multi pugna occubuerunt, multi quoque in fuga capti, nauium quæ sexaginta numero fuerunt, ne una quidem potuit effugere. Syracusani suas incenderunt, cæteris Athenienses sunt facile portiti. Cyziceni à Pharnabazo & Peloponnesibus destituti, deditioem fecere, quibus pecunia multæ, Alcibiades in Proconnesum est reuersus, ex Proconneso in Perinthum & Selymbriam, accepraque à Selymbrijs pecunia, qui exercitum in urbem non acceperant, in Chalcedonios, ut Xenophon scribit, profectus est. Platarchus autor est, Pharnabazum haud multo post reparato exercitu, iterum cum Atticis ducibus conflixisse, nihiloque meliore euentu, ab eo pugnatum, quam nuper ad Cyzicum fuerat, Alcibiademque pulso hoste Abydenum agrum incurfasse, unde captiuorum uis ingens sit abducta. Cæterum illud in ea expeditione pietatis exemplum est ab Alcibiade editum, quod sacerdotibus captos, ad unum omnes sine precio dimisit, ne à sacrorum cultu interim dum in uinculis essent, auerterentur. Ac tum demum Chalcedonem, ut ille ait, est Alcibiades adortus: qui quum in indicio cognouisset omnem imbellem multitudinem, cum preciosa supellectile, à Chalcedonicis ante suū accessum, apud Bithynos depositam, parte exercitus circa urbem relicta, ipse cæteram classem in Bithynos agit, caduceatore ad eos præmisso, qui bellum ipsi genti indiceret, nisi Chalcedoniorum res quas penes se habere dicerentur, sibi concessim traderent. Bithyni minacissima denunciatione territi, haud imperata abnuere sunt ausi, quo contigit, ut per hæc ille hostium rebus sit potitus, Chalcedonē inde repetitam, ea parte, qua urbs mari obuersa est, obsidione fatigabant. Pharnabazus nouam interim apud Antandrum classem ædificare adortus, Syracusanis ad id opus adhibitis, assidua hortatione instabat. Nec Chalcedon interea animo exciderat, quam graui obsidione pressam, unam spem sui præsidij fouere certo sciebat. Nouo itaque exercitum multo se comparato, ad socios obsidione eximendos ire pergit. Nec Alcibiades ubi hoste pugna instructum uidit, prælium detrectauit, uno itaque tempore Pharnabazus certamen iniit, & Hippocrates urbis præfectus ex composito cum suis, subitam eruptionem fecit. Verobiq; res ab Alcibiade est feliciter gesta. Hippocrate in urbem, cum multa strage compulso, Pharnabazus uictus, prælio excedere est coactus. Alcibiades præfenti uictoria fretus, par-

Alcibiadis stragem.

Mindari casus.

Pietatis exemplum.

Athen. successus.

Chalcedonis obsidio.

Alcibiadis uictoria.

re nauium ad obfidionem relicta, Helleſpontum ad pecuniam in ſtipendium exigendam reuerſus, quum Selymbriae prodicione occupanda facta ſpes eſſet, ſignum maturius aliquanto, quam conuenerat, proditores extulere. Tum ille ueritus, ne patefacta prodicione tanta e manibus occaſio elaberetur, cum triginta tantum ad urbem ſucceſſit, dum caeteri arma capiunt, cum his audaciſſimus imperator, & uiginti alij, qui urbem per parentem portam irrupenti ſuperuenerat, Selymbria occupat. Oppidani tumultu exciti, poſtquam hoſtem in urbe eſſe cognitum eſt, conſternati ad arma currunt. Etiam ex aduerſo acie inſtruebant in paucos ituri, cum Alcibiades ſue fortunae coſiſtus, nouo fiducia exemplo, caduceatorem ad Selymbrianos in conſpectu acie explicantes mitit, qui tuba ſilentio facto, Alcibiadis nomine denunciat, ne prius quicquam mouerent, quam eum pauca dicere uolentem audiuiſſent. Qua uoce haud aliter omnes Selymbrianoru conatus conciderunt, quam ſi tum omnes Atticae copiae in prociutu ſteſſent. Tanta tum unius hominis erat apud hoſtes admiratio, maior meo iudicio quam Caſaris poſtea apud Pompeianos fuit, cui paruo nauigio ſedeti C. Caſius cum nauibus aliquot roſtratis ceſſit. Ille aperto mari uectus in turum, ſi hoſtis minus obediens fuiſſet, fuga ſeſe periculo ſubtraxiſſet. Hunc hoſtili muro cum paucis incluſum cadere haud dubie oportuit, niſi fortia audenti fortior fortuna induliſſet. Circuegit ille hoſtes fando, tam diuq; ab eoru, quae ſiebat, ſenſu Silymbrianorum animos auerit, quoad ex improuiſo totus in urbe exercitus irrupit. Tu accipiti pauore perculli, in preces uerſi, Alcibiadis fidem implorant. Dedit dux Atticus perentibus ueniam, iuſſiq; ſunt Thraeces, qui frequentes in caſtris erant, ab omni iniuria abſtinere. Nec multo poſt Alcibiades, exacta a deditis pecunia, Calcedone reuerſus eſt, quae eo abſente deditioe fecerat. His quoq; multa ob defectionem irrogata, foedus cum Pharnabazo Attici duces ſanxerunt. Ut oppida, agri, fines eius prouinciae Atticis armis inuiolati manerent, pareretq; per ea loca Athenienſium legatis ad lege aditus. Eratq; per haec pacata circa Helleſpontum Athenienſiu prouincia. Agis rex interea, qui Deceleae erat: Athenas copias admouit, eratq; tum in urbe Thraſylus, is cum armata iuuentute circa Lyceum Gymnaſium uenietu obuiam prodijt, nullam dimicationis moram facies, qua hoſtium audacia territus Lacon, copias in editiora ſubduxit loca, quibusda etiam moratorum amiſſis, qui ad leui Athenienſium armatura circueunti, ferro occubere. Athenienſes multiplici ſucceſſu rerum audaciores facti, quin quaginta ad bellu triremes decernunt, & in his armatos mille ac centum equites. Agis parum prodeſſe ratus Athenienſes a terra obſideri, niſi commeatus, qui mari in urbem ſubuehebantur, intercluderentur, autor fuit, ut ex Megarenſibus, & alijs locijs urbibus, triremes quindecim expedirentur, cu quibus Clearchus Byzantium eſt miſſus, ut Boſphoranas angulias obtineret. Treis harum, interceperunt Atticae naues, quae Helleſponti fauces obſeruabant, reliquae ſuo curſu auerſae Abydu tenuerunt, & ex Abydo repetito curſu Byzantium peruenerunt. Ac tum demu uigeſimus primus huius belli annus eſt exactus. Incidit hic annus ut Xenophon ſcribit, in tertia ac nonageſima Olympiadem, quo ſane tempore uiolentus maioris Dionyſij principatus in Sicilia eſt circa Syracuſas ortus. Huius rei autor eſt Euſebius, Nepos Cornelius in id tepus accidiſſe prodidit, quo triginta tyranni Athenis conſtituti, quod ſex circiter annis poſtea accidit, quae opinio nihil Euſebio repugnat. Tenuit ille ty-

Alcibiadis audax facinus.

Calcedonis deditio.

Agidis conſilium.

ranidem nouem annos, potuit quidem fieri, ut uiolenta adminiſtratio non nihil antea orta, in ea tepora deſcenderit. Cornelius Tacitus belli ſcientiſſimu ait Dionyſium fuiſſe ac manu promptum, minime libidinoſum, neq; auri neq; alterius rei, praeterquam dominationis cupidum: fuiſſeq; ob eam rem crudeliſſimum. Caeſpit regnare ille eo anno, qui quartus ac nonageſimus fuit, ſupra quater milleſimum ſeptingenteſimumq; ab orbe condito, qui erat urbis Romae ſepimus circiter ac triceſimus ſupra centeſimum. Regnabatq; ea tepore Oreftes, qui Perdicae ſucceſſit in Macedonia. In Perſis Darius ſecundus. Iudas Eliſaphati filius Pontifex erat maximus in Iudaea. Pleriq; in hos annos reijciunt, quae de Heſtere alio ſunt loco a nobis memorata, & in Italia Veij a Romanis obſideri cepti. Aetate igitur huius anni inuente, qui Peloponeſiaci belli alter a uigeſimo fuit, Thraſylus cum nauibus ad bellum nouiſſime decretis, ex Attica profectus, in Samum curſum tetendit, inde Pigela ſumma ope oppugnare adortus, quum ferocius hoſtem urgeret, Mileſij auxiliares cum Pigelenſibus in Atticos milites leuis armaturae impetum fecere. Res ſubita terrorae Athenienſibus iniecit, factaq; in initio fuga, caeterum ſcuratis auxilio ſubeuntibus, hoſtem temere inuecti excipiunt, exceptum multa caede perſequuntur: ducentis hoſtium ſcutis dux Atticus portitus, trophaeum erexit. Nocti inde admota eſt claſſis, mox & Colophonem, ceſſerunt Colophonij uenienti Thraſylo, nocteq; ſuperueniente Athenienſes in Lydiam tranſmiſerunt commeatus inopia, ibique pluribus uicis incenſis, multaq; pecunia capta mortaliu eſt uis ingens in praedam abducta. Athenienſes paucis quidem amiſſis, quos ſparſos praedaeque intentos Barbari oppreſſerant equites a Stage uiro Perſa immiſſi, qui ea praefidio obtinebat loca, ad naues compulſi Ephesum petunt. Huc Tiſaphernes, audito hoſtium acceſſu, undiq; auxiliares contrahit copias, ipſosq; Athenienſes praelio exceptos, bis ſuperauit ad Elos primo, mox & ad Coreſum: utrobique Barbarus uictoriae trophaeum ſtatuit. Syracuſani & Selinuntij qui praelio interfuere, ab Epheniſis, ob operam ſtrenue nauata, magnis ſunt muneribus donati, data praeterea ciuitas ijs, qui urbe in colere noluerunt. Thraſylus re inſeliciter his locis geſta, ex Epheſo Notio Leſbum. Ibi quum Methymneo portu ſederet, quinque & uiginti Syracuſanorum naues ex Epheſo Leſbiam ora legentes intuiſus, claſſe in hoſtem repetere immiſſa, certamine nondum iniecto, in fugam auerit. Quatuor ex his naues capte, quarum captiuos Thraſylus Athenas deportari iuſſit, qui in lapidicinas coniecti, haud multo poſt cuſtodibus deceptis Deceleam perſugerunt. Alcibiades per id tempus, Lampſacum, ne hyberna omnino ocioſa eſſent, militari communiuit opere: inſtebat ex proximo Abydu, quo Pharnabazus occurrere auſus, centum & amplius equitibus amiſſis, uictus acie auſugit. Secundum eam proſperam pugnam ueterani milites, qui ſub Alcibiade erant, Thraſylianos, quod ad id tempus ut ignauos fuerant auerſati, quia laepius uicti eſſent, poſtremam ſtrenue ad Abydum geſta amice complexi, in continentem oram Aſiae cum praeda & populatione eſſuſi, duplici clade afflixerunt omnem hoſtium regionem. Per id tempus Lacedaemonij Helotas, qui ex Malea in Coryphaſium tranſfugerant, ſub conditione receptos dimiſere. Et Heraclienſes ab Achaeis a quibus in ciuili adminiſtratione diſſentiebant, Oertheis ſunt hoſtibus proditi, eorumque ſeptingenti occidione occiſi a Dario Perſarum rege. Hoc quoq; anno Medi deſeciſſe dicuntur, breuique, ut Xenophon prodidit, ad imperium reuocati.

Anni mundi.

Thraſyli caput deditio.

Thraſyli geſta.

ENNEADIS

ENNEADIS III. LIBER IX.



TA res Graeciae incerta adhuc uictoria fluctuabant, quum Romani Veios perpeti obſidione adorti, quum antea ſemel atq; iterum eſſet intermiſſa, ut omnia domi forisq; commodius gererentur, octo Tribunos conſulari poteſtate, quod nunquam alias, ſuffragio crearent. Fuerunt qui creati ſunt, Aemilius Mamerus, Valerius Porcius, Ap. Claudius, Quintilius Varus, Iulius Tullus, Marcus Poſthumius, Albinus, & Furius Camillus, penes quae omnis Vientanae urbis captae lae poſtea fuit. Vientes contra ueteri magiſtratu ex urbe ſublato, regem ſibi creat, qui & bello & pace Veietanam rem ſuo arbitrio adminiſtraret. Regium nome adeo caeteros Hetruriae populos offendit, ut uel ob id unum negata ſint ubiq; Veientibus auxilia, totiusq; gentis conuentus decretu, ut quandiu Veij ſub rege eſſent, nulla publica priuataue ituraentur ope. Augere Romani interea uires ſuae, caſtraq; ſtudio munire, uelut uno tempore, ſi neceſſitas coegiſſet, utrinq; in hoſtes dimicaturi, hyberna culaq; tum primum ſibi milites ſtruxere. Habebant in animo Tribuni militum obſidionem haud quidem ut antea, intermittere, ſed ſub pellibus hyemare. Dedit ea res Tribunis pleb. materia domeſtice quietis turbanda. Fremere illi pro concione, non deſtitit ſe deos hominesq; teſtari, inſuetam illam patrum munificentiam, quod ſua poſtremo in ſtipendiu de creuiſſent, haud plebi grauitam fore: nunquam ſibi dubium fuiſſe id donu occulto aliquo ueneno illitu ablegari a patribus militiae praetextu perpetuo ab urbe inuentum, imo relegari potius, quod non reges ab initio non conſules, non diſtatores, non ipſi demum pub. libertatis hoſtes decemuirii feciſſent. Ceterum merito illa euenire, quando ne in tanta quide militarum Tribunorum turba, plebeiorum cuiqua paruiffet ad honorem locus, quod ſi uel unu ſui corporis haberent milites Tribuni in caſtris, auxilio illum militibus futurum, ne inſueta moleſtaq; militia grauarentur, ſub teſto foret cum uxoribus ac liberis, inuiferentq; alia deſideria qui ſeruili more pcul a foro, a comitijs, ab omniq; ciuitatis conſpectu tenerentur. Talia Tribunis uociferantibus Appius Claudius, q a collegis in urbe fuerat relictu, uir non ſolum lingua proprus, ſed iam inde a prima iuuenta tribunitijs certaminibus aſtuerus, pro concione ita eſt plebem, & tribunos allocutus, Potuerunt, ideo Quirites, multi tam antea dubitare ueſtra ne cauſa trib. plebis an ſua potius, quietae ciuitatem, ſeditio nibus & diſcordijs perpetuo exagitarer. Nunc uero nemo eſt qui non aperte uideat, quo praiceps illorum inuidia, quo ſollicita hec tendat ambitio, q, ipſum, quia ſit dubitari deſitu, uobis Quirites, & propterea uos reipub. gratulor, etenim per deum, quado illi unquam in ueſtra aliqua iniuria, ſi qua alicunde in uos proſecta uideri poteſt, tanto dolore, & ira exanduerunt, quando magis offenſi & cocitati, qua cum certa uobis militantibus praemia propoſita uiderunt? Sed quid tum illos creditis magis timuiſſe, aut hodie aegrius ferre, quam ordinum concordia? cuius ſoluentae proprium & peculiare tribunitiae poteſtatis exiſtimat improbos artifices imitari, qui in omni opere aliquid deſiderant, in quo corrigendo ſui ſit uſus neceſſarius, ita ipſi aliquid aegri ſemp in ciuitate eſſe cupiunt, ad cuius curationem tribunitia poteſtas adhibeat. Sed uos Tribuni dicite utrum defenditis plebe, an impugnat? Opitulamini militibus, an inuidetis? niſi forte id dicitis, quicquid patres agant, id uobis diſplicere, ſiue pro plebe ſit illud, ſiue contra plebem, ac quemadmodum domini uerant, caeteros

Trib. conſ. poteſtate.

Veietanus rex.

Hybermacula prima.

Tribunitiae querele.

Oratio Appij Claudij.

quicquae rei cum ſuis ſeruis cotrahere, ita uos patribus omni plebis comercio interdicitis, ut ne comitate quide munificentiae aliqua in eum ordine uti liceat. At quanto melius, ſi quid in uobis ciuiliſ ſit modeſtiae, ſiquid humanitatis, huic patru faueretis comitati, milites que ad obſequium hortaremini, ut perpetua hominu concordia, imperiu urbis huius & opes coaleſceret. Nam quod ad collegatu conſilium attinet, ut hyeme obſidionem continuare uelint, nec inde inſecta re abſcedendum putauerint, id ego non utile tattu, ſed neceſſarium etia fuiſſe exiſtimo, quippe qui uallo, foſſa, caſtellis, ita omnia circa Veios diſpouerint, ut hoſtes, omni externo auxilio excluſi, poſtremo ad deditioem faciendam, uelint, nolint, compellendi ſint. Quod ſi obſidio interpelletur, nemini dubium eſt, quin auxilij & commeatu Veientes per ocium adiuti, ſi non ſuis, alienis ſaltem opibus aeternum ſtaturi ſint. Nec quia oppugnatio ſit longiuſcula, ſi propterea labor pertimeſcedus quin illud animo agitandum, totam olim Graecia ob foeminae unitis rapinam decem annos Ilium oppugnate. Veientes qui ſepties rebellauerunt, qui Romanum agrum toties populati ſunt, noſtras legiones Fidenis trucidarunt, qui populi Romani legatos, quia res de more repetitum uiſſent, pene obruncarunt, anteaque Fidenis obruncandorum autores fuerunt, impune a Romanis tot iniurias ferent? Quanquam quid attinet hoc dicere. Negabatis nuper aera militibus danda, quia nunquam data eſſent, quoniam modo igitur indignandum ijs eſt, quibus tantu eſt comodi adiectum, tantum emolumentum, ſi laboris etia aliquid adijciatur? ut enim opera ſine quaestu eſt natura grauis: ita ſumptus ſine opera. Labor enim & uoluptas diſſimilima ſunt, hoc uno emolumentu uinculo neſtuntur. Patiarur igitur aequo animo miles paululum domo abeſſe, cui impenſa grauis eſſe non poteſt amplius. An ſi eos ad calculum reſpub. uocet non merito dicere poſſit, poſtquam annuum ſtipendium habes, annua militiam exhibeto? Sed ego inuitus in hac parte immoror: ſic enim agunt fortaiſe qui mercenario utitur milite, nos cum ciuibus agimus, ac uelut cum patria nobiſcum agendum cenemus, aut enim bellum ſuſcipi non oportuit, aut pro dignitate populi Romani ſuſceptum perſici, ad quod ipſum nos iniuriae acceptae, armorum apparatus, dignitas & amplitudo, patriae gentis odium, hortantur, concitant, impellunt. Dignum erat hac militaris uirtutis fama, qua inter finitimos pollemus, hybernae etiam militiae aſſueſcere, nec peregrinas aures imitari, quae ſub aetatis exitum, continuo reſeſſum circunſpicere occipiunt. An ita erat, ut qui ſeras ueniantur hyeme niues & frigora tollerent in ſyluis, Romana iuuentus pro patria ſub pellibus eſſe non poſſit? aut tam effeminata ſunt noſtrorum corpora, adeo molles animi, ut hyemem unam perferre non queant? Nec dubium eſt, quin ſi illi audiant ueſtra hanc neſariam actionem, ad unum deſertaturi ſint, uelut ſuae inertiae & deſidia teſtem, meminerint que poteſtatem iſtam maioru ſuoru, ſub dio, non in umbra creuiſſe: quin autores eſtis potius finiendi belli, exempliq; Roma. conſtantiae finitimis exhibendi, ut omnes intelligat nullum alium belli ſine Romanos noſſe, quam perſeuerantia bellare? que in omni genere militiae eſt utilis, ſed in obſidendis urbibus non utilis ſolum, ſed & neceſſaria, expugnant humanas opes, uis armorum, fames, ſitis: tempus uero non expugnat ſolum, ſed atterit penitus & euerit. Quod ut eueniat in Veijs ſane neceſſe eſt, niſi auxilio hoſtibus Tribuni plebis erunt Romanaeque praedia inuenerint Vientes, quae nequicquam ab Hetrurſcis quaſiuerunt. Erat per haec Appius nihilo tribunis inferior, quin maxima pars ciuium cu eo ſentire, quum clades interim apud Veios accepta, eum q, nemo ſperaret, longe ſuperiore reddidit, fecitq; ordinuna

Dictum de hirsudinibus.

Peroratio.

castra ad dictatorem irent. Tum Camillus decreto patrum ex urbe accepto, conspicatus ad hanc multitudinem ingentem, quae breui in castra spe praedae confluerat, auspicato egressus militi ut arma capiat edicit, Apollinemque precatus, ut praesens uolensque sibi & suis adesset, ex totius praedae summa decimam illi uouit: Corona inde armatorum hostilem uallat, ut Hetruscus circumquaque praelio occupatus, Romanorum eruptionem ex cuniculo minus praesentiret. Mirari Veientes, rerum omnium ignari, quid esset, quod quum tot dies Romanus se intra uallum tenuisset, hunc demum ita ferociter exortus, urbem subijisset. Haud igitur tantam sibi cladem instare suspicari, impigre arma capiunt, in murosque & stationes discurrunt. Interea cuniculus delectis militibus plenus in aedem Iunonis quae in arce erat repente armatos effudit, qui propugnatores terrifico clamore circa muros adorti, passim trucidant, alij portarum claustris uel subita refractis, suos in urbem accipiunt. Tenent aliquandiu certamen, seruis mulieribusque supernae regulas, in subiectos milites, deuoluentibus. Postremo, oppidanis muro deiectis, & iam undique hostibus sese portis inferentibus, nec una murorum parte transmissis, tetra est ciuium caedes edita, ignisque ad terrorem augendum domibus iniectus. Fuisseque maior omnino uis hominum caesa, nisi pugna pluribus locis sua sponte remittente, Camillus parci inermibus imperasset. Ferunt enim direptam urbem ex arce, praedamque maiorem opinione intuitur, obortis lachrymis deos precatum, ut si maior fortuna populi Romani uideretur, quam quae sine clade aliqua posset corrigi, quicquid incommodi ex ea inuidia Romano nomini immineret, id totum in suum caput uerterent, secundumque eam precationem offenso pede concidisse. Quod omen ad ipsius exilium pertinuisse postea credidit. Adijciunt aliud, magis a fide abhorrens, quod uix referre esse ausus, nisi a L. Iulio & Plutarcho autoribus grauissimis proditum uiderem, Romanos ex cuniculo erupturos, aruspicias uocem audiuisset, regem admonentis, qui in arce sacrificabat, eum populum eo die uitotorem futurum, cuius imperator exta, qui ipsi in manibus haberent, profecisset, ac tum templi pauimento repente diffracto milites in apertum emerfisse, extaque hostibus adempta ad Camillum profecanda detulisse. Egredia ex tota urbe praeda, cum Camillus deorum etiam statuas inde amoliri imperasset, aliud ibi miraculum extitisse memorant: sed id fabulae simillimum, Dictatore caesa Iunoni hostia rogante, an uellet dea propitia Romanis esse, annuens uolensque Romam se transferri sineret, locutum simulachrum respondisse, uelle id se, asserereque. Haec Plutarchus. Ego libentius L. Iulio accedo, qui haud simulachrum locutum scribit, sed quum ab amolietrium uno, per iocum rogaretur, an Romam ire uellet, annuisse sit a circumstantibus conclamatum, atque in de fabulae adiectum, quasi uox simulachro esset edita. Id Romam delatum in Auentino statuunt ubi Iunoni reginae templum est postea consecratum. Et Veij, urbs Hetrusiae nobilissima in hunc modum capti sunt, decennio postquam a Romanis oppugnari ceperant. Attulit ea uictoria incredibilem ciuitati laetitiam, quadriduo circa sacras aedes supplicatum. Camillus quatuor equis albis, quod imperatorum nulli antea contigerat uectus urbem triumphans ingressus est. Tota ciuitas uenienti obuiam effusa est. Ipse dedicata Maturae aede, & altera Iunoni reginae redemptoribus locata, dictatura se abdicauit. Nepos Cornelius, eadem tempestate Veios captos prodidit, qua triginta sunt tyranni Athenis praelati, quae Atheniensium clades, si ille temporare recte dixerit, in septimum & quadragesimum supra trecentisimum Romanae urbis incidit: in qua tempora Graecarum rerum series, per ea quae Xenophon

Attēde Camilli precationem.

Facinus uix credibile.

Miraculum fide uacans.

Iunonis reginae templum.

Temporū collatio.

Aphon Thucydidi subiecit, nobis prius subtexeda ex sexto retro anno repetenda, quam ad Romanas res gestas recurrat stilus. Alcibiades igitur post foedus cum Pharnabazo ictum, quod non nihil labefactum uideri potuit, ob Abydenam pugnam, Byzantium toris copijs petijt. Sedet id contra Chalcedonem in ora Thraciae, modico freto ab Asia discretum. Huc classe admota, munitionibus oppidum circumsedit. Praerat urbi Clearchus Lacedaemonius, cum sociorum manu haud contemptibili. Is ubi obsidionem in longum trahi uidit, praesentibus copijs diffusus, ut maiora ad tuendam urbem praesidia contraheret, rebus in urbe constitutis, Pharnabazum adijt, cum quo egit, ut militibus, qui ad praesidium eius urbis erant, stipendium solueret, & ut naues in Hellepontica ora ad praesidium relictas, accerferet. Interea Lycurgus & Anaxilaus, magis seruandae urbis causa, quam ut suis rebus consulere, Byzantium Alcibiadi tradiderunt. Pridie quam in urbem receptus sit, ex confesso Hellepontum reuersus, cum tota classe ex conspectu urbis abijt. Interea, consilij consilij, rumoros in urbe dispersant, classem Atticam in Ioniam abire, ob seditionem ibi motam res credita est, ubi uero nox affuit, cursum retro Alcibiades conuertit, nauibus ad urbem, quam maximo potuit silentio, admotis. Ipse cum parte copiarum, per portas quae in Thraciam ducunt, a proditoribus receptus, forum occupat, Peloponneses Boeotij & Megarense qui praesidio erant ad primum tumultum excitati, circa portum & in urbe, non nihil praelio hostem fatigant, uerum ubi res perditas uident, nec spem superesse ullam retinendae urbis, fuga sibi salutem quaerunt. Xenophon in forum tantam ait decursum ab ijs qui in praesidio erant, caeterum ubi omnia ab hostibus teneri uisa sunt, abiectis armis deditionem fieri contigisse. At quoquo modo res acta est, Alcibiades, ut antea fuerat pollicitus, receptam urbem nulla clade affecit, quae res postea Anaxilao & Lycurgo qui Byzantium prodiderunt, apud Lacedaemonios saluti fuit, ubi quum causam dicerent, fertur Anaxilaus constanter affirmasse nihil a se turpe factum, quod patriam fame ad interitum affectam seruare uoluisset, nam quum Byzantium omni re frumentaria a praesidiarijs militibus consumpta, obsideretur, cerneret que ciues suos inedia consumptum iri, operam dedisse ut omnium fortuna incolumi, praesenti praelio sui defungerentur ciues, Lacedaemoniorum exemplum secutus, quibus semper maximae curae fuit, quacunq; ratione liceret, ciuitatem seruare. Quo tempeftiuo adagio omnis inuidia, quae ex ea prodicione adhuc reliqua erat, est ab Anaxilao discussa. Sub uernum huius anni tempus Cyrus est a rege in prouinciam missus, qui maritimo bello praesert. Is ubi ad mare descendit petijt a Pharnabazo sibi Atheniensium legatos dari, qui apud illum aliquandiu fuerant, ut per eum in Perfidem ad Darium regem irent, aut si nollet tradere, continuo missos faceret, nam post foedus cum Pharnabazo ictum, Atheniensium & Argiuorum legati in Bithyniam uenerant, ut inde ad regem tuto proficerentur. Hos ne legationis nomine rebus gerendis pro exploratoribus adessent, inde ablegare Pharnabazus est iussus, qui per Aribarzanem quandam in Cium Mysiae deducti, in tutum retro abierunt. Alcibiades post Byzantium receptum in Atticam cum uiginti nauibus profectus est, captiuos plurimos habens, & spolijs hostium classem magnifice instruxit, in quibus supra ducenta captiuorum nauium rostra fuisse dicuntur. Habuisse traditur & Chryfogonum quandam in nauis, modulatorem ea tempestate egregium, ad cuius concentum nauarum remorum pulsum coaptare iussi, suauem quandam harmonie speciem repraesentabant. Duris Samius purpureis uelis praetoriam nauem Pyreum Athenarum portum ingressam memoriae prodidit: Xenophon quem sequimur, nihil

Byzantium.

Alcibiades stragema.

Positur Alcibiades Byzantio.

Anaxilao ducum.

Alcibiades in patriam rediit.

Athe. studium in Alcibiade.

Alcibiadi decernitur imperium.

Digressus Alcibiadis.

Lysander Lacedaemonius.

Cyri studium in re bellica.

nihil horum meminit, neque Theopompus, neque Ephorus, ut Plutarchus scribit, qui haec ipsa parum uero similia arbitrat. Portum itaque ingressus, non prius in terram descendit, quam Euryptolemum & familiarium alios sibi adesse conspicatus est. Tota interim ciuitas, uidenti hominis studio ad portum effusa est, omnium ille oculos, tot casibus iactatus, multis que uictorijs clarus in se uertat. Cuncti illum intueri, studio complecti, osculaque & dexteram iungere cupiebant. Senes qui praenimia frequentia eum tagere non poterant, procul stantes, minoribus natu eum ostendere, manare praenimio affectu intuentibus lachrymae palam praedicantibus illum inimicorum inuidia pulsus, rem ciuitati calamitosam, quod si gerendis rebus Siculo bello interfuisset, uix dira illa clades fuisset ad Syracusas accepta. Esse id argumento, quod rem Atticam, iam maris imperio penes spoliatam, in pristinam fortunam sua uirtute restituisset. Haec uulgo iactari. Ipse ingenti multitudine stipatus, in forum uenit: ubi pauca de suo exilio pro conuisione quaestus, omnia que extorris perpeffus esset, in fatum & fortunam suam reijciens, de rebus a se gestis, deque uniuerso prouinciae statu, accuratissime disceruit. Tanto omnium assensu auditus est, tanto que ciuium fauore, ut continuo sit ei, rerum omnium terra marique gerendarum, potestas & imperium decretum, omnibus prius bonis restitutus, dirisque imprecationibus, quibus absens deuotus fuerat, sublatis. Auxit illius fama quod mysteriorum pompam, post Deceleam a Lacedaemonijs occupatam, ad Eleusium mitti desitam, ante ipsas hostium stationes incolumi ciuitate traduxit. Id quum alijs, tum ipsi Duci, adeo praclarum facinus est uisum, ut iam inde iactare auderet ductare se exercitum inuictum. Nec ita multo post quum magnus ad eum in opum fieret concursus, uelut ab eo genere hominum, ad rempublicam occupandam inuiteretur, cepit eius longior mora uulgo suspecta esse: quare pro magno negotio homines aduersae factionis habuerunt, efficere ut instructa classis continuo in prouinciam ablegaretur. Cum centum igitur nauibus magnisque copijs Athenis profectus, Andrum primo applicuit, ibique Lacedaemonijs qui praesidio loci erant, praelio uictis, in Samum traiecit. Praefinatus ex Andro digressus suspectior adhuc reddidit Alcibiadis fidem, uelut consulto Andrum expugnare noluisset. Miserant interea Lacedaemonij Lylandrum Aristoclii filium, cum imperio classis in Ioniam qui ex Rhodo primum appulit, in Coninsulam, cum septuaginta nauibus traiecit, & mox inde Milesium classem adduxit, ex Mileto Sardis ad Cyrum contendit, cum quo multa de belli ratione locutus, Tisaphernis segnitie inculcare, Cyri promptitudinem affirmans perutilem bello futuram, nihil uereri se, fore, ut si large stipendium classis perfolueretur, breui cum hoste debellaretur. Tum ibi Cyrus se cum quingentis in prouinciam talentis uenisse dixit, uerum paratum esse se, quando ita a patre iussus esset id facere, uel regiam sedem, quae ex auro constaret & argento, si opus esset, in usum belli conflare. Hic laetus Lysander, stipendioque in mensem unum accepto, ad mare reuersus, nonaginta nauibus ad Ephesum subductis, tam diu ibi esse statuit, donec tota classis ad bellum habilior fieret. Interim Alcibiades stipendij inopia in Cariam proficiscitur, Antiocho quodam rei maritimae non imperito, cum nauibus ad Nautium relicto, quem identidem monuit, ne se absente ab hostem nauigaret: ille, ut sunt hominum quorundam ingenia ad contumaciam prona, uelut id facere esset iussus, cum duabus trirēmbus ad ipsas usque proras nauium, quae in Ephesino portu stabant, inuectus, conuicio hoste irritare, quem in altum abeuntem Lysander cum aliquot est nauibus insecutus, reliquam Atheniensium classem succurrere festinantem, sine imperio, sine consilio temere

progressam, aperto mari excipit, exceptam ac praelio profligatam, quindecim ex ea naues, cum totis turmis, oppressit. Alcibiades nuncijs acceptae cladis excitus, celeri cursu Samum uenit, quo naues in altum disiectae uelut in pacatum concesserant, inde abolendae ignominiae cupidus cum tota classe Ephesum profectus in conspectu hostium naues in procinctu habuit, nullam pugnae moram facturum, si pugnantem copia ab hostibus facta esset, Lysander ratus fortunam cum prospera sit, non esse multis casibus fatigandam, recenti uictoria contentus, quia numero nauium aliquanto esset hostibus inferior, certamine abstinuit. Nec ita multis interiectis diebus Thrasibulus Thrasonis filius, uir domi aequae ac militie clarus caeterum Alcibiadi in festus Athenas reuersus, ducem ipsum ad populum criminari, Ephesine cladis culpam in eum referens quod homini temerario & imperito, cum tot interim praelari adessent uiri, moderanda classem reliquisset, ipseque exigendae pecuniae praetextu, in Cariam conuersisset, ut cum pellicibus quas in ea terra plurimas haberet, libidinem & ocia uelut pacato reipub. statu mollissimus imperator ageret. Corruptum esse exercitum ducis exemplo, actumque de rebus, nisi continuo illi succederetur. Multitudo his criminibus accensa, Alcibiadi absenti imperium abrogauit, ducibus qui Sami erant, tam diu classem administare iussis, quoad nouus imperator in prouinciam mitteretur. Alcibiades timens sibi in ordinem redactum, cum ijs nauibus, militibusque, quos seorsum a publicis rationibus alebat, in Chersonesum abijt. Xenophon unam habuisse trirēmem scribit, ibi urbes quae sine rege essent, ex proximo infestas multiplici praeda militem ditauit. Athenienses imperio Alcibiadi adempto, Cononem cum uiginti nauibus in supplementum classis, cuius imperium obtineret, Samum miserunt: Isque tum circa Ioniam erat rerum status. Carthaginenses interea, qui in Sicilia erant, Agrigentinos fame domitos ad deditionem compulerunt. Eratque hic quartus & uigesimus Peloponesiaci belli annus, quo Callicratidas Lysandro est successor datus. Huic uenienti Lysander dixisse fertur, se classem ei ita instructam tradere, ut maris imperium in Lacedaemoniorum potestate esset. Cuius inanis iactantia Callicratidas offensus respondit, ut sibi ad sinistram Sami circumageret classem, fore, ut si maris imperium in suis manibus esset, hostes metu pressi, nihil ex sua statione mouerent. Tum ille naues, inquit, non meo Callicratida uerum sub tuo sunt imperio, ac tantum effarus in Peloponnesum abijt. Nec tantum hoc Lysandro signum maleuoli apparuit ingenij, sed quicquid etiam argenti in stipendium classis a Cyro accepti supererat, Sardis ad eum remisit, ne Callicratidas eo postea uti posset, quo ille ab initio coactus est in Lydiam ire, ut si Cyro pecuniam peteret. Ferunt ad illius ianuam stantem petijisse regij iuuenis colloquium, cui quum diceretur, non esse potanti Cyro ocium audire quempiam: tum secum Callicratidas homo excelso animo inique ferens regium fastum, multajis mala imprecatus dicitur, qui Persicis opibus allecti, tam turpiter Graeciam, societatis specie, Barbaris apud quos nihil boni praeter aurum esset, irridentem obiecissent, deos testatus quamprimum Spartam uenisset enixae operam daturum se, ut Graeci in pristinam gratiam redirent, ut perpetuo terrori Barbaris essent. Atque ita Cyri congressu sepius frustra petito, sine pecunia ad naues redijt, Lacedaemonem missis qui inde pecuniam in stipendium peterent. Ipse Milesios pro concione horratus est, ut tantisper dum ex Poloponneso stipendium mitteretur, uellent argentum in praesentem usum conferre: praestiterunt id Milesij haud grauate, atque ita Callicratidas stipendij classiaris reddito, cum centum & quadraginta nauibus, tam enim ualidam classem ille post suum in prouincia accessum

Quindecim Athenien. naues Lysander operum.

Abrogatur Alcibiadi imperium.

Callicratidas conflum.

dd conflu-

conflauerat, in Lesbum concessit: ibi Metymnam, quæ Atheniensium præsidio tenebatur, quæ ad uoluntariam deditiorem compellere nequiuisset, uia adortus expugnauit, expugnatam militibus diripiendam dedit. Metymneis libertatem restituit, atque eodem die Cononem Atticæ classis ducem auxilium uenientem, alto mari fugatum, in Mitylenem compulit. Ceterum Lesbij hortantibus, ante portum iterum colligere ausus triginta uacuis nauibus amissis (nam turmæ in proximum littus euaserant) iterum uictus, se cum reliqua parte nauium, trepidè in urbem recepit, quibus in tutu subductis, ne ab hostibus abstraheretur, urbem summâ ope tueri parat. Callicratidas portum numerosa classe infidet, Cononè obfidiione fatigaturus, inde alio ex Chio accersito exercitu, terra marique, Atticum hoste oppugnat. Conon magnitudine periculi motus, haud ignarus obfidiionem diu sustineri non posse, quum unde tãtam uim hominum aleret, urbs una non haberet: ne igitur cû tota classe in hostiũ potestatem ueniret, duas occultè triremes, lectissimo remigio, instruit. Hæ circa meridiem, per hostium stationem, remis & uelo celeritate præteruectæ, hostibus frustra tumultuatis, in apertum euasere. Tum qui in anchoris stabant oras repente abrupunt, cursuque, celerissimo Atticæ secuta naues, illæ ex composito diuersâ inuicem abierant, in pelagus una, altera Hellepontũ uersus, quæ altum tenuerat, sub occasum solis ab insequentibus capta est. Altera ex Chersonneso, quo fuga delata est in Atticam cladis & obfidiionis nuncia peruenit. Ibi Athenienses inuicto animo, classem omni publica & priuata ope comparant: delectum habent ex omni ætate & fortuna, adeoque omnia maturè acta, ut triginta dierum spatio, centum & decem triremes ad bellum processerint. Cæterum dum maturè hæc omnia expediuntur, Diomedon ex Atticis ducibus unus cum duodecim nauibus Cononi, si qua posset, operam laturus, in conspectum hostium uenit, in quem parte nauium à Callicratida celeriter immittit, decem Atticæ in hostium potestatem uenere, duabus cum ipso duce ægerimè dilapsis. Coiuerant interea circa Samum ad naues quadraginta, quo contigit, ut classe iam ex Attica appulsa, continuo sit in hostes itum. Callicratidas audito Atheniensium accessu quin quaginta nauibus cum Theonico ad obfidiionem relicto, ad Maleam promontorium Mitylene proximum, cum centum & uiginti nauium classe concessit. Ita euenit, ut eodem die Athenienses ex Samo ad Argynussas uenerint. Sunt Argynussæ ante Lesbum in Maleæ conspectu, inde dux Lacon intuitus sub noctem ignes, factusque certior hostium eos esse, irruisset eadem nocte in Atticam classem, nisi pluuia & tonitruis, strepente cælo, uelut prodigio quodam absteritus abstinuisset. Vbi uero primum illuxit, acie dimicaturus Argynussas ire contendit. Athenienses hostes intuiti ex aduerso statim erigunt aciem. Aristocrates cum quindecim nauibus ad læuam præibat, succedere illi Diomedon pari numero. Diomedonti Pericles hærebat. Erantque in his quas Pericles agebat Samariæ & aliæ auxiliaries naues. Dextrum cornu Protomachus princeps procurabat, post illum Thrasylus, post Thrasylum Iyfi-as, mox Aristogones, nihilque in his ordine aut numero uariatum. Callicratidas dexter inuectus, ab Hermone Megarensi, cum quo classem gubernabat, monitus, ut sine prælio abcederet, quando maior omnino classis esset Attica, quam Laconica (erant Atheniensium naues centum quin quaginta) respondisse dicitur, Spartam se cadente nihilo deteriore futuram, ac fugere sibi turpissimum esse. Pugnatum ab initio est conserto utrinque agmine: mox sparsim singulæ singulis plurisque confertæ. Prælium acriter ciere. Callicratidas nauis excussus medijs fluctibus occubuit. Perijt & Protomachus,

Conon à Lacedæmo, uincitur.

Conon obfidiione cingitur.

Argynussæ.

Callicratidas responsum et mors.

alijsque plures uiri illustres. Nec Lacedæmonijs focijisque, amisso duce, diu acies mansit incolumis, quin eo cadente, confestim fuga secuta est, totaque classis fœde disiecta, fugientium quidam in Chiu conderunt cursum: Alij in Phocæam sunt fuga delati. Naues circiter septuaginta in Atheniensium potestatem uenere. Habebant in animo Attici duces, hostes, qui ex acie fugerant, cum parte nauium infestari, reliqua classe ad Theonicum, qui circa Mitylenem sedebat, opprimendum relicta, sed uentus cum tempestate ortus inuitos tãdiu Argynussis tenuit, quoad Theonicus, suorum clade audita, supprello tantisper nuncio, donec classem in Chium misisset, ipse in littus exiens terrestri itinere, cum ijs copijs, quæ circa urbem sedebant, incensis castris Metymnam decessit. Conon sub ipsum hostium digressum, deductis repente nauibus, suis obuiam proficiscitur. Ibi mutua duces gratulatione iuncti, Metymnam primo nauigant, inde in Chiu, ubi quæ nihil omnino agi potuisset in Samum uictrix est classis reduta. Theonicus & qui in Lesbo erant, famam & alia incommoda perpelsi in Chio hyemant, quibus hybernus annus quintus belli Peloponnesiaci ac uigessimus est peractus. Sub initium ueris ex Chio Peloponneses & focij Ephesum petierunt, unde Lacedæmonem misi sunt, qui nominatim Lyfandrum classem ducem poscerent. Miserat & Cyrus, qui hoc ipsum Lacedæmonijs imperaret. Negare quidam cum mitti debere, uerum hominem ingeniu, & supra quæ dici posset ambitiosum auersari. Obtinuerunt tamen ueri eius factionis, ut legati nomine cum imperio ad exercitum mitteretur. Erat Lyfander callido, ut fertur, uarioque ingenio: quippe qui ab Hercule oriundus quum ei diceretur, progeniem Herculis res magnas ut autorem generis uirtute non fraude obire oportere: ita occurrere sit solitus, esse sibi, ne leonis pellem ut Hercules semper attingeret, uulpinam inueniendam, dicere præterea pueros astragalus, uiros iureiurando fallere. Vbi itaque Ephesum uenit, Theonicum in Chium misit, ut quicquid suorum nauium ibi esset, aut fociorum alibi ad bellum instrueretur. Ipse in terea Sardis ad Cyrum proficiscitur. Cui uenienti Barbarus nouum imperium familiariter gratulatus, non solum stipendium in ipsius gratiam, se benigne soluturum polliceretur, sed si pecuniam desint aureum se folium dissecturum, ne quid ad rem maturè gerendam ipsi duci deesset. Hic est Cyrus ille, cuius institutionem Xenophon, quem in Peloponnesiaca historia post Thucydidem secuti sumus pluribus est libris complexus: qui ut arctiori fœdere Darium Lacedæmonijs & Lyfandrum iungeret, in Persidem profectus est. Lyfander qui iam antea ad exercitum redierat, ex Caria in Ceraunium sinum: & inde Rhodum progressus est. Athenienses interim ex Samo in Chium traicere, ex Chio Ephesum delati, hostium fines latè populati sunt. Nec ita multis interiectis diebus, Lyfander ex Rhodo in Hellepontum reuersus, Lampfacum urbem Atheniensium sociam subito accessu expugnauit, ac diripiuit. Erant tunc Athenienses in Eleunte, cum nauibus paulo minus ducentis: huc Lampfacenæ cladis nuncio trepide allato, continuo ad Ægos amnem classem promouere. Est is Thraciæ fluiuius, haud procul Lampfaco in Hellepontum decurrens. Inde profecti in conspectu hostium priuicidie classem in proximo habuerunt, de summa rei dimicaturi si pugna copia facta esset, aut ut timoris confessione exprimerent hostibus, si certamen detrectarent. Lyfander consulto se in portu tenuit: nullam bene gerendæ rei occasionem prætermittens. Tydeus Menander & Adimantus, quorum erat classis imperium, ad Ægos stationem reuersi, loco, neque à maris iactatione, neque ab hostium incurfu satis tuto, ad terrestrem frumentationem minimè idoneo, se tenebant.

Lacedæ. ad Argynussas uincuntur.

Lyfander.

Cyrus.

Lampfacus urbs.

Ægos fluiuius.

Alcibiadis officiu circa suos. tenebant. Eam ducum inscitiam ægre ferens Alcides, qui in Chersonneso erat, siue imperatoris disciplinæ ostendendæ gratia, siue quod similis uero est, charitate patriæ abductus, terrestri itinere ad naues uenit: ubi periculo quod undique instabat ducibus demonstrato, hortatus est ut continuo inde digressi Sestum concederent, fore, ut non minus opportuno loco sederent, omnibus hostium motibus occurrere & ab omni maris iniuria hostili que incurfu tutiore. Hic siue duces Alcibiadis fidem suspectam haberent, siue quod nollent uideri imperandi peritia illi cedere, eum conuicio & minis exceptum, castris eiciunt. Fuit siue stultitia ducum illa, siue pertinacia, non ipsis sed patriæ exitio. Enimuero paucis interiectis diebus, Lyfander ubi satis exploratum habuit solute & sine imperio Athenienses ex castris, quæ in ripa fluminis fecerant, in terram dilabi, facto in Atticam classem ex improuiso impetu, sine difficili ullo certamine, totam ferme classem, triaque hominum milia & amplius oppressit. Cætera multitudo, quo sius quemque imperus tulit, in mediterranea loca, cum consternatione & pauore dilapsa est. Conon media trepidatione dilapsus, ubi res porro perditas uidit, cum octo nauibus in Cyprum ad Euagoram aufugit, incertum, conscientia rei male gestæ, an quia de salute patriæ desperasset. Paralos nauis Athenas acceptæ cladis nuncia festinauit. Vtebantur quo nauigij genere Athenienses, ad reos ex prouincia in urbem deportandos. Ipsa Pyreum non cõu ingressa, tantam attulit trepidationem, ut ex portu per longos muros clamore & fletu hominũ, id stationatim nunciatum, funestæ cladis nunciũ sit in urbem perlatus, tum comploratio passim orta, omnis sexus & ætatis multitudo in publicum traxit: ibi per noctem nihil à fletu & lamentatione cessatum. Nec tantum dolor eorum, qui amici erant, quantum patriæ periculum animos incesse. Actum de imperio, actum de libertate affirmabant. Nihil amplius superesse, quod spem ciuitatis aleret, nõ classis, non exercitus, non militaris ætas, non pecunia, omnia uno tempore fortunam ademisse, obfidiionem, famem, atque omnia mala, quæ uictis & obfessis adeunda sunt, sibi ante oculos proponere. Nulli dubium erat hostem haud multo post affuturum, qui expugnata urbe in omnem sexum & ætatè, sine discrimine sæuieret, muros disturbaret, Atticum nomen deleteret. Hæc illi medio dolore augurari. Nec cura interea exciderat custodiendæ urbis, stationes in muris & circa portas disponunt: aliaque præsidia studio parabant, ne ad primum hostium accessum, prædæ forent. Vulgo arbitrari Lyfandrum cum uictrici classe affuturum, nec eos opinio fessellit. Enimuero Lacon dux Theopompo Milesio Lacedæmonem misso, qui nunciaret uictoriam, cum ducentis rostratis nauibus ex Lampfaco profectus, in Lesbum primo contendit: ibique Mitylenis receptis Theonicum cum decem nauibus ad recipiendas urbes, quæ in fide Atheniensium adhuc erant, in Thraciam mittit: ipse receptis omnibus insulis & urbibus Ægei & Ionie oræ, quæ Atheniensium fuerunt, præter Samum, cõuniuersa classe in Atticam delatus, Pyreum insedit. Eodem tempore terrestres Lacedæmoniorum copię & fociorum ad urbem admotæ, circa Academiam castra muniunt. Tum demum Athenienses urbe terra marique obfessa, quum neque suis opibus stare possent amplius, neque alienis iuuarentur, spem illam humanarum rerum perpetuã comitem, quam tot annis, tot aduersis casibus, pertinaciter aluerant, quando ultima cogeret necessitas abiecerunt: ratique unum ad salutem consilium superesse, si quum imperare non possent, melioribus parerent: primo experiendum putarunt, an honestis ullis conditionibus bellum soluere daretur, ut maris imperio relicto, ipsi Lacedæmoniorum focij fierent, Py-

Athen. classis ad Ægos deleatur.

Paralos.

Lacedæm. successus.

reaque tantum haberent. Legati qui ad hoc in castra uenerant, ab Agide Lacedæmonem sunt ire iussi: inde cum multa indignitate ab Ephoris sunt in castra, & ex castris infectare, in urbem dimissi. Pertulerunt inde Athenienses aliquandiu obfidiionem. Mox ubi commeatu rerum omniumque copia deficiente, multitudo famem haud ferre potuit amplius, multi enim inedia absumebantur, decem legatos & in his Theramenem & Agidem mittunt, his pacis, quibuscunq; conditionibus, componendæ permiffa facultas. Hi Lacedæmonem iterum ire iussi, ubi quæ mandata publice haberent auditũ est, frequenti fociorum cõuentu, quibus legibus accipiendi Athenienses essent, est consultari cõceptum. Corinthijs Thebanis & alijs fociorum cõsentibus delendas Athenas esse, passuros se id negare Lacedæmonij, ut alterum Græciæ lumẽ suo ductu extingueretur, indignum predicantes eum populum exitio dare, aut seruitio adigere, q in magnis Græciæ periculis, princeps in tuenda communi libertate fuisset. Mitus itaque agere placuit, hisque conditionibus de pace actum, ut duodecim naues nec amplius Athenienses haberent, longos muros à portu ad urbem diruerent, exulesque & trãs fugas Lacedæmonijs & focijs redederent, toto maris imperio abstinerent. His legibus bellum soluere humanius Lacedæmonijs uisum est, quàm Barbaros mores imitari, qui omnem uictoriæ fructum in ultione & sæuitia reponunt. Legatos Athenas redeuntis multitudo fame confecta, ad portas sciscitabunda excipit. Iam nihil magis animi optabant quàm pacem, eam quæcunq; data esset pro magno munere amplexuri. Theramenes populo in publicum uocato, quibus ipse & collegæ conditionibus pacem transegissent, pro concione exponit. Ibi uero, nõ quia animo grata pax esset, sed quod omnino necessaria, recepta est. Ac tum demũ Athenienses maris imperio cesserunt anno, ex quo rerum potiti fuerant, duo (ut Alicarnasseus Dionysius colligit) de septuagesimo, qui septimus acutissimus Peloponnesiaci belli fuit. Lyfander receptis transfugis, murisque ad tybiarum cantum dirutis, naues omnes præter duodecim, Atheniensibus ademir, fuitque populo auctor ut triginta sibi deligerent, qui ciuitatem administrarent, quod ut faceret, in ipsis conditionibus pacis disertè scriptum, Trogius & Plutarchus significare uidentur. Xenophon postea id factum tradidit. Cæterum qui urbi prælati sunt, tribus Satellitum milibus ad corporum custodiam delectis, ex confesso non multo post tyrannidem exercuere. Sed quum ijdem cernerent se uiuo Alcibiade, diu stare non posse, cum Lacedæmonijs egerunt, ut ad Pharnabazũ scriberent, res Græciæ nõquam quieturas, nisi Alcibiades è medio tolleretur. Ille uero ubi Atheniensium opes fractas uidit, ex Thracia in Persidem ire ad regem statuit, suũ eo accessum haud minus regi gratũ fore arbitratus, quàm Themistoclis olim fuisset Xerxi. Thraces imperu in eum abeuntem facto (erat enim fama magnum auri pondus secum ferre) omnia rapiunt: quibus amissis, ægre Barbarorũ manus effugit. A Pharnabazo igitur hospitaliter acceptus tam diu apud eũ in Phrygia fuit, donec ille publicis Lacedæmoniorũ & Lylandri literis, qui iam in Ioniã redierat, ad eius necem impulsus est. Misi qui uirum ipsum interficerent, Mageus & Sufani tres & cum his spiculatorum manus. Erat tum fortè Alcibiades apud Timan dram scortum: sed tanta de uirtute hominis erat opinio, ut ij, quibus cædes demãdata erat, haud ferro sint ausi domum, in qua erat, inuadere. Subiecto itaque prius igne, omnes circa ædes uiasque armis infederant. Tum ille subita re consternatus, facto uestiũ globo, in subiectum ignem desiliuit. Inde per Barbaros itricto gladio uadens, nõ nihil se ferro tutatus est. Postremo multis spiculis cõfixus, feminudus ut erat, concidit.

Athen. pacem orant.

Leges Ath. datæ.

Quandiu reuicti potiti sunt Athen.

Alcibiadis interit.

concidit. Talisq; fuit Alcibiadis exitus, uiri ingenio
facili, & ad hominū gratiam sibi conciliandā magis q̄
rerinēdam, cōparato, eoq; tam uario, ut Camēleōtis
naturā habere diceretur, quod animal in omnes co-
lores prāterquam in albedinem transfigurari credi-
tur, tanta interdum facilitate usus, ut eam comitem
habere uulgo prādicaretur: natura prāterea ambi-
tiosa, & quā a flagitio & scelere haud abhorret.
Ferunt Timonē Atheniensem, qui in humani est gē-
neris odium euectus, huic puero ex occurſu blandi-
ri solitum: rogatusq; aliquando, cur tam blādē unum
exciperet, quum omnium alioqui commercium fu-
geret, respondiſſe dicitur, cernere se futurum, ut quū
primum ille per etatem adoleuiſſet, ciuitatis ſtatum
haud dubiē euerteret, eſſeq; ob eam rem ſibi non in-
iucundum. Lyſander, rebus circa Athenas conſtitu-
tis in Ioniam reuerſus, ne quid reliquum faceret, Sa-
mum claſſem admouit. Samij Athenis ſubactis quū
nihil animo occurreret unde auxilium ſperare poſ-
ſent, cum Lyſandro pacti ſunt, ut cum ſingulis ueſti-
metis liceret oppido & in ſula incolumes abire, qui-
bus liberē miſiſis, urbs direpta eſt, atq; ita ciuibus &
fortunis ſpoliata, nobilibus, qui in exilium fuerant
acti, eſt ab Lyſandro reſtituta. Ipſe ſuorū fama & im-
perio propagato, quum ubiq; omnia pacata eſſent,
tota Ionīa ora cū Thracia & Helleſponto, enauiga-
ta, Æginēſibus ad hęc Melijs & Sycionijs in ſuas ſe-
des reſtitutis, qui Athenienſium iniuria eiekti ad id
tempus extorres fuerant, iterum Athenas reuerſus
eſt, ac tum demum muros ab eo dirutos quidā pro-
diderunt, nauesq; Athenienſibus adēptas. Ex Athe-
nis Lacedæmonem profectus, ornamenta captarum
nauium, & aureas coronas, aliāq; ampliffima mune-
ra, quæ a ciuitatib; & in ſulis uiſtor dono acceperat,
præ ſe tulit, pecuniam ad id ingentem. Xenophon
quadringēta ſeptuaginta argenti talenta fuiſſe pro-
didit. Plutarchus eſt, ante ſuum reditum, per Gylip-
pum qui in Sicilia paucis ante annis Athenieſes u-
cerat, domū ab Lyſandro miſſam, qui ſacculos haud
reſignare auſus, ne conſulſus ſignis manifeſti pecula-
tus cōuinceretur, latera diſſiuit, atq; ex ſingulis parte
aliqua adēpta, multa diligentia reſarſit. Id futurum
præter chirographum, quo ſignificabatur quantum
pecuniarum in ſingulis eſſet, ſerui quoq; indicio eſt
proditū. Prædicabat ille flagitiū cōſcius ſub herili te-
cto plurimas noctuas cubare: ſiquidē Athenieſes p
id tepus noctuæ figura pecuniam obſignabāt: ob id
credo, quia id uoluerit Mineruæ eſſet ſacrū. Conſi-
tuit ſibi ſceleriſ cōſcius Gylippus uoluntariū exi-
lium. Diſſiſſilis inde conſultatio tenuit, an argētum
illud in urbē admitteretur, in dignatibus multis, ue-
terem ſolui diſciplinā, quū ad id tempus ferro eſſet
nummo Spartiarū ciuitas uſa, quod uetus nec tā-
tum Laconicū Plutarchus credit, quoniā plariq;
mortales ferreis ab initio uericulis uterentur, id eſt,
Obelis, qui Oboli poſtea mutata litera ſint nūcupa-
ti. Lyſandri amicis annitētib; pecunia publice re-
cepta eſt, capitaliq; lege cautū, ſiquis aurum argen-
tū uel priuato poſideret. Lyſandro ob res in bello
præclarē geſtas certatim Græciæ urbes exquisitiſſi-
mos honores decreuere, à quibuſdā aræ illi, ut Deo
cuidā erectæ, quod Græcorū nulli antea contigerat,
ut Duris memoriae p̄didit, Pæana eidē decantanti-
bus. Ipſe ut res à ſe geſtæ literarū monumētis cōple-
xæ, ad poſteros manerent, Chærilū poētā penes ſe
omnib; ſuis expeditionib; habuit. Scripſerūt certā-
tim & Antimachus Colophonius, & Niceratus He-
raclæotes Lyſandri poēmata: etſi Antimachus ſuū
poſtea carmen deleuit, Lyſandro iratus, quod d Nice-
ratum quē æmulabatur aurea corona donafſet. Fuit
Lyſander, ut de eius morib; hoc quoq; loco dicam,
ingenio ambitioſo admodū & iracūdo, ſuperbia ſu-
pra quā ab homine, in libera ciuitate nato, ferri
poſſet, quo rectē Lacedæmonius Erymocles dixiſſe

Camelcontis color.

Timonis præſagium.

Samos diripitur.

Gylippi pecunia.

Noctuae Ath.

Obeli.

Vnde oboli dicitur.

Lyſandri honores.

Cherilus.

Lyſandri mores.

creditus eſt, bene actum cum terra Græcia, quod
duos Lyſandros non genuiſſet. Theophrastus de Al-
cibiade hoc ipſum ab Archeſtrato dictum memorię
prodidit. Succeſſu igitur geſtarum rerum ma-
gnitudine elatus, quum rem Spartanam foris cru-
deliter & auare in ſocios adminiſtraret, à Pharnaba-
zo regis præfecto, cui iniurius eſſe cōperat, ad Epha-
ros eſt per literas accuſatus. Erarille ex omnibus
regis præfectis præcipuo Lacedæmonijs ſtudio &
charitate coniunctus. Miſerunt Ephori Lyſandro
Scytalam, qua iuſſus eſt Lacedæmonem uenire. Eo
libelli genere Spartiatæ, quum quid ad ſuos impe-
ratores occultius ſcribi uellent uti conſueuere. Duo
ligna teretia æquis portionibus in hunc uſum adhi-
bebant. Pars altera apud magiſtratus in urbe haberi.
Reliquam ad bellum ſecum duces deferebant.
Vbi uero arcanum aliquid ſignificari oportuiſſet,
tum chartam in ſori ſpeciem reſectam, lignoq; que
circum uolutam, ex tranſuerſo notabant: ea poſtre-
mo explicata, uera penē ſingula, literarumq; ſig-
uræ pleræque confundebantur, adeo ut niſi per-
quam ſimili fuiſſet ligno implicata, nulla legendi
ſupereſſet facultas. Scytala Lyſander accepta, ue-
hementer ſibi timere cōp̄it, habuitq; pro magno
negocio cum Pharnabazo in colloquium uenire,
egitq; cum eo ut de ſe quā honorificentiffimē
poſſet, ad magiſtratus ſcriberet. Pharnabazus uer-
ſutum hominem uerſutia eludendum ratus, uelut
omnium ignarus haud grauare id ſe præſtaturum
reſpondit, binisq; literis in ſecreto ſcriptis, unis
ex Lyſandri ſententia, alteris criminationum plen-
nis, priores illas Lyſandro dat legendas, quibus re-
ceptis criminatorias occulte ſubiicit, eas que obſi-
gnatas Lyſandro domum referendas dedit, nec ille
prius ſe à Barbaro eluſum cognouit, quā liter-
ræ à ſe magiſtratibus reddita, publicē recitare ſunt.
Quum igitur per hæc ille iratos haberet Ephoros,
nec reges multo placabiliores, per ſpeciem uoti bel-
li tempore ſulcepti, ad Hammoneum Iouem profe-
ctus eſt. Interea Lacedæmonij in ſulis & urbibus om-
nia, quæ ille tyrannice inſtituerat, mutanda cen-
ſuerunt. Sed hæc aliquanto poſtea euenere. Cæte-
rum eo anno quo Athenieſes imperare deſierunt,
Darius rex uita deceſſit. Et Dionyſius tyrannus
principatu excidit. Fuit ille Hermocratis filius, illi-
us credo qui fuit Hermonis. Is ut Thucydides ſcri-
bit, Siculo bello, ſub id tempus quo Nicias in Sic-
liam applicuit, copiarum eſt imperator à Syracuſa-
nis declaratus. Plutarchus Hermocratis filiam aī
Dionyſio nupſiſſe, quæ quum ille tyrannide non-
dum ſtabilita, principatu excidiſſet, ut proximē eſt
ſignificatum, frequenti inimicorum coitu uexata,
ſibi manum intulit. Dionyſius in regnum reſtitu-
tus, grauiā cū Pœnis bella in Sicilia geſiſt, uictusq;
ingenti prælio à Carthagenſibus, Imilchonis du-
ctu, Gelam & Camarinā amiſit. Nec ita multo poſt
Leontini, qui plures annos Syracuſis fuerant, ea tē-
porum nouitate uſi, ex urbe occulte profecki, in ue-
terem patriam populariter remigrarunt. Sed quum
multa Imilcho prælia proſperè in Sicilia feciſſet, ef-
ſetq; res Punica in manifeſto uictoriæ curſu, te-
tra uis morbi exercitum inuaſit, ita ut breuī omni-
bus copijs peſtilentia abſumptis, pro uicto Pœnus
imperator ex Sicilia auſugerit. Ipſe Carthagem
ueniens, multo luſtu & mœrore ciuitatis exceptus,
culpam acceptæ cladis in deos retulit, qui præcla-
ram Carthagenſibus uictoriam inuidiſſent. Se u-
num doloris ſui leuamen habere, quod nulla ex te-
rerrima illa ſtrage, gloria ad hoſtem perueniſſet, du-
rum eſſe quoquo modo uinci & aſſigi, ſed à coſte-
ſtibus multo leuius q̄ à mortalib;. Vbi igitur domū
uenit Imilcho, domeſticis oſtio excluſis, ſibi morte
conſciuit. Admonet, me tantę urbis celebritas quan-
tæ Carthago poſtea fuit, ut Punicarū rerum ſerie al-
tius

Scytala quid sit.

Litere doſe.

Dionyſij mo- ris pater.

Imilcho ſibi mortem conſciuit.

Dira ſacrificā di ratio apud Carthag.

Macheus cum exercitu ſit exul.

Machei ſaci- nus in ſilium.

Machei cædes. Mago.

Haſdrubal pe- rit.

Amilchar im- perat.

rius repetita, breuiter quæ ante hæc tempora ſint à
Carthagenſibus geſta, unum in locum conferam:
eritq; eo breuior relatio, quo obſcurior eſt earum re-
rum memoria, quæ à Carthagine condita ad Diony-
ſij ætatem proceſſere. Cæterum de eius urbis origi-
ne diuerſa parte hiftoriarū longiorem traximus ſer-
monem. Proceſſente deinde tempore, uarijs diſcor-
diarum caſibus ciuitas agitata, quum ſuperuiſſet
domeſtico malo dira peſtilentia, cruenta ſacrōrū re-
ligione pro remedio uſi humanas immolare hoſtias
cōeperunt. Pueri & infantes pro uictimis adhibeban-
tur auiſ, quæ ætas, uel ſuperbiſſimis hoſtibus ſolet
miſerabilis uideri. Eorum itaq; cruore ueniam ora-
bant, pro quorum ſalute cæteræ maſtabantur ho-
ſtiæ. Terribis eius ciuitatis conatus, exterarū gē-
tium primi Siculi exceperunt: quod uno atq; altero Ra-
pido huius loco eſt à nobis in tranſcurſu memora-
tum. Machei ductu primo Pœni in Siciliam traice-
re, magna que ipſius in ſulæ parte ſuis armis domita,
fortuna, ut ſit medio uictoriæ curſu deſtituti, re ma-
le geſta, bellum in Sardiniam tranſlatū eſt. Hic quo-
que magno prælio uicti: nec parua exercitus parte
amiſſa, qui cladi ſuperfuerunt, cum ipſo duce ob rem
utrobique male geſta, exules iudicati ſunt. Milites ea
ignominia commoti, legatos Carthagem mittūt.
qui conſicerent ſibi redditum in patriam, adderent
& minas, fore, ut milites armati patriam repeterent,
ſi pacati prohiberentur. Sed neq; precibus uenia im-
petrata eſt, neq; minis. Tum milites ira accēſi, naues
conſcendunt: Aphricāq; celeri curſu repetita Cartha-
ginem obſidione cingunt, identidem teſtati per ſe
non ſtetille, quin ut ciues, non ut hoſtes in patriā re-
uerterētur, breui fore ut ipſa ciuitas intelligeret, non
ſibi uirtutem in bello ſed fortunam deſuiſſe. Tenuit
inde aliquandiu obſidio illa, quo tempore Cartalo
Machei ducis filius, ex Tyro reuerſus, quo publice
fuerat miſſus, ad decimas Sicilienſis prædæ Herculi
ſoluēdas, quum præter caſtra iter faceret à patre ac-
cerſitus, publicæ religionis mun; dixit eſe obire mal-
le, quā priuato officio fungi. Tulit ſuperbum filij
reſponſum Macheus iniquo animo, religionem tam-
men reueritus, uim illi inferre non eſt auſus. Nec ita
multis interiectis diebus, Cartalo cōmeatu in caſtra
à magiſtratibus imperato, cū purpura & in ſulis cæ-
teroq; ſacerdotij ornato ad patriam uenit. Macheus
filio in ſecretiore loco abducto, opportuit ne re,
inquit, nefandiſſimum caput, cum huiusmodi inſi-
gnibus ad exulem patrem, & in ſineſta caſtra ueni-
re niſi & militibus meis præſentem fortunam ex-
probraturū? Verum quia tu nihil in patre præter no-
men exulis agnoſcis: ego quoq; non patrio affectu
ſed imperatoria & hoſtili ui te exceptum ulciſcar, ut
ſis cæteris mortalibus documēto, ne quis poſtea mi-
ſeris parentibus tā petulantè inſultare audeat. Hæc
ait: filiumq; in altam cruce cum ipſis inſignibus in
conſpectu ciuium ſuſtulit. Vrbe deinde ut potitus,
belli neceſſitate pro cōcione excuſata, multa de ſuo
ſuorumq; militum ignominioſo exilio queſtus, deq;
ſuarum contemptu uictoriarum, affectis iniuriæ au-
toribus ſupplicio, cæteris ciuibus ſe ueniā dare pro-
nunciavit. Poſtremo affectati regni accuſatus, debi-
tas patrię filij manibus exoluit penas. Mago illi im-
perator ſucceſſit, qui Pœnorum ducum primus mi-
litarem diſciplinam inſtituit. Idem cum uires ciuita-
tis bellandi ſtudio & diſciplina firmafſet, duobus ſi-
lijs Haſdrubale & Amilchare ſuperſtitibus, uita de-
ceſſit. Hi paternæ uirtutis æmuli, magno ciuitatis
cōſenſu, militare imperium obtinuerunt. His ducibus
Sardinia bello repetita eſt, & aduerſus Aphros mul-
torum annorum ueſtigal pro ſolo urbis repentes
non nihil bellatum, poſtremo inde uictoria ſtetit, un-
de & cauſa melior, uicti Carthagenſes pecunij ſo-
lutione non armis bellum finiuerunt. Haſdrubal Sar-
doo bello uictus graui uulnere periit, imperio Amil-

chari fratri tradito, eius interitum dictaturæ unde-
cim quatuor triumphū, quos ille geſſerat, nobilio-
rem fecere. Siculi Carthagenſium opes, cum ipſo
duce concidiſſe rati, Leonida Lacedæmonio in in-
ſulam accerſito, bellum Carthagenſib; intulerūt,
Grauē exin negocium Pœnis ex Sicilia ortum, ua-
riaque uictoria ſæpius dimicatum: quo certamine
Carthagenſibus occupatis: Legati ab Dario Per-
ſarum rege ſuperuenerunt, edito humanas hoſtias
immolare prohibentes, & caninam carnem eſſitare,
quum ueteri ritu Carthagenſes tam obſceno ci-
bo ueſcerentur. Editum etiam ne mortuorum cor-
pora cremarent, ſed humi dederent. Poſtulare &
auxilia aduerſus Græcos, quibus ille paulo poſt erat
bellum illaturus, in quo ornādo uita deſunctus eſt.
Xerxes eius filius poſtea intulit. Negarunt regi au-
xilia Carthagenſes ob Siculum bellum, quo erat
impliciti, cætera iuſſa ſe facturos polliciti ſunt, ne p-
omnia contumaces uiderentur. Perijt interea Amil-
char Sicilienſis bello, tribus filijs, Imilchone, Anno-
ne, & Giſgone relictis. Parē liberorum numerum
Haſdrubal, qui in Sardinia periit, extulerat Hanni-
balem, Haſdrubalem, & Sapho. Horum ductu & au-
ſpicijs res punica, domi foriſque, inde adminiſtrata
eſt: Bellum his ducibus Mauritaniam illatum, & cum
Numidis aliquandiu eſt armis diſceptatum. Aphri-
quoq; bello uicti, compulſi ſunt in perperuum pro
patrio ſolo ſtipendium Carthagenſibus remitte-
re. Ciues interea in ſignum ducum multitudinē
taſi, præſertim quum penes unam familiam, nō ar-
morum ſolum, ſed iudiciorum etiam poteſtas eſſet,
ſuæ libertatis admoniti, centum eo ſenatorum nu-
mero creant iudices, qui à ducibus bello reuerſis, ge-
ſtarum rationem exigerent, ut eo metu domeſticas
leges & iura reſpiceret, foriſq; moderatus imperio
uterentur. Et Carthagenſes in hunc modum ſuo-
rum imperia cohibenda arbitrati ſunt. Imilcho in
Haſdrubalis patris locum ad Siculum bellum Tem-
poris interuallū repetitum, quū iam Dionyſius Sy-
racuſis tyrannidem obtineret, eſt miſſus, qui rebus
ibi præclare geſtis uniuerſum exercitum, ut ſupra eſt
ſignificatum, peſtilentia amiſit: cuius acerbiffimi
caſus affectu Carthagem reuerſus manum ſibi in-
tulit. Dionyſius igitur Pœnis Sicilia pulſis, totius
in ſulæ imperio per ocium potitus eſt: cæterum ne
florentiſſimus exercitus, quo in domeſticis bellis
fuerat uſus, deſidia & ocio corrumpere, copias
in Italiam freto traiecit: primo que Græcos adortus
eſt, qui urbes habebant in extrema Italiæ parte Si-
ciliam uerſus: ſimulque cæteros Græcos latē terram
Italiam ea tempeſtate incolentes deſtinat ſibi ho-
ſtes. Enimuero præter oram ad Ionium mare & Sa-
lentinum obuertiſſam, quæ ab ipſo gentium incolatu,
magna eſt olim Græcia diſta. Iam omne Brutio-
rum littus, Lucaniæ, Campaniæ, Latij, Hetruriæ, ci-
tra ultraque Apennini iuga uſque ad Adriam & Pa-
dum: addo Umbriam, Sabiniam, aut ſoli Græci te-
nebant, aut Barbaris permixti Oenotrij, Aborige-
nes, Arcades, Epij, Chalcidenſes Græci fuerunt gē-
res. Apparebat itaque totam Italiam eo bello mo-
tum iri, quod tum Dionyſius ſua, uel potentia, uel a-
mentia potius adductus Græcis inferebat. De cuius
euentu prius quā dicam, una memorabilis iſter
magnæ Græciæ populos pugna, quæ ætatem unam
& amplius hæc tempora præceſſerat, prius referen-
da eſt. Fuerant olim Metapontini Sybaritæ & Cro-
toniatæ communi nomine, alios ſuæ gentis popu-
los Italię ſinibus pellere adorti, Syrimque urbem ex
hoſtibus ui captam, quum fortē diriperent, quin-
quaginta iuuenes Mineruę ſimulachrum amplexos
ſacerdotemque ipſius deę ſuis ornamentis uelatum
inter ſacras aras impie peremerunt. Peſtilentia in-
de Crotoniatæ & Metapontini aliquandiu labora-
runt, donec Delphico oraculo iuſſi ſunt interfecto-

Darij madata.

Hannibal. Sapho.

Centū iudices.

Imilcho.

Dionyſij potē- tia.

Magna Græ- cia.

Crotoniatæ.

Metapontini

rum manes ipsūq; numen muneribus placare. Ferunt Syrim urbem Troianorū oppidam fuisse: idq; argumento adiungunt, quod Pallas hic religiose cole retur. Crotoniatæ pestilentia defuncti, bellum Locresibus inferūt, qui Syrina obsidione hostibus supplicias tulissent: quo metu Locreses terrii, externis auxilijs opus esse rati, à Lacedæmonijs, cum quibus pacem iam antea pactam habebant, supplices opem implorant. Spartiatæ longinquam militiam detestantes, à Castore & Polluce iubent legatos auxiliū implorare: id omen Locrenses secuti Castorum templum ingressi, rem ibi diuinam faciunt, puluinarique in naui ambobus componūt, uelut propitiatos secum ueherent. Vbi uero domum uentum est xv. M. Locrensiū, cum Reginorum appedicibus, aduersus centum & uiginti Crotoniarum milia, ad Sagram fluiuium congressa, non tam aliqua uincendi spe, quam certo moriendi consilio si uincere nequissent, tanta animorum ardore conflixerunt, ut dum honeste mori cupiūt egregie uicerint: nec ulla æque res ac desperatio profuit ad uictoriam. Fertur Aquila Locrensiū aciem quādiu pugnatum est, circumuolasse: duoq; paludati iuuenes albis equis sedētes, ab utroq; cornu, pro Locrensiū dimicare uisi, qui parta uictoria confestim etauerunt. Auxit admirationem rei huius nuncijs celeritas, quæ tanta fuit, ut eodem die, quo in Italia pugnatum est, tam insignis uictoriæ fama Lacedæmonem, Corinthum, & Athenas perueniret. Meminerunt miraculi huius Græci & Latini autores. Diuq; geminæ aræ Castoris & Polucis in extrema fluminis ripa, gestæ rei monumentum durauere. Celebratum inde inter Græcos prouerbiū: Verius rebus ad Sacram gestis. Nec post id tempus ulla armorum cura fuit. Crotoniatas amplius. O disse uulgo quod semel infeliciter mouerāt, abijissetq; breui uetus illud bellicæ disciplinæ studiū in ocium & luxuriam, nisi haud multo post Pythagoras interuenisset, qui professione sapientiæ, Grædis iuuenum cœtibus philosophiam æmulantium urbem in pristinam celebritatē & famam restituit. Et Crotoniatarum opes sic cōciderunt, pari penē celeritate, qua ipsi Sybaritarum potentiam iam antea euerterant. Fuit enim Sybaris ab Achuiis condita. Crotonis enim origo alio quidē loco à nobis relata. Sybaritæ urbem inter Cratidem, & Sybaridem flumina habuerunt, utriusq; amnis natura longe inter se diuersa. Constat equos ex Sybaride potates cōfessim sternutamento exagitari, ob eamq; offensam, pecus ab eius aque haustu de industria arceri. Cratis suis undis immerfos, candidos & flauos efficit, multisq; morbis medetur. Sybaritæ igitur tantū armorū studio florere, ut quatuor finitimas rexerint gentes, urbibus quinq; & uiginti imperio subactis, quo contigit, ut trecentum armorum milia, aduersus Crotoniatas, uno tempore ad bellū instruxerint, sed tantam rerum felicitatem luxuria & uoluptas euertere, ita ut septuaginta dierum spatio, opibus ipsius populi afflictis, captam urbem Crotoniatæ immisso flumine immerferint. Sed hæc multo pri⁹ gesta sunt. Dionysius qui in Italiā copias traiecerat, Locris captis, in Crotoniatas omnem belli molem uerterat. Restiterunt hi præter opinionem omnium multo fortius tunc armis usi, quam pauci essent, quā quum tot milia olim aduersus Locrenses dimicauerunt, tantum sobria paupertas cōtra diuitiarum insolentiam sæpe ualuit, insperataq; uictoria est sperata certior. Senones. Dionysio præfenti bello occupato Gallorum Senonum qui paucis ante mensibus urbem Romā ceperant, legati superuenerunt, ipsius tyranni amicitiam & societatem postulant. Sed dum in Græcarū gentium rebus explicandis nimium immoror, factū est, ut præter stili institutum, Romanæ historiæ relatio, quæ præcedere alioqui debuit, tantum sit repetenda, quātūm à captis Veijs ad Senonicū bellū rēporis

interfuit, etsi paucissimorū fuit annorū intercapedo illa. Et ne semel repetita externarū rerum intercursu interpolleretur, paululū adhuc procul Italia rerū hæc euagabitur relatio, nā quod ad Dionysium attinet, quum eius conatus Crotone tenuis inualuissent, nouum bellū ex Aphrica ortum in insulam reuocauit. Carthaginenses post cladē Ilmichone duce acceptā, reparatis uiribus Sicilia Hannonis ductu petiuerūt, de quo hostium apparatu quū Dionysius, præter rumores, Suniatoris uiri Aphri literis fieret certior (e-raris Hannonis inimicus lōge alioqui opibus inter Pœnos præpotes) codicillos quos ille ad Dionysium dederat deprehensos Hanno Carthaginē misit, quibus publice recitatis, Suniator capite damnatus, cautumq; lege est, ne Pœnorū quispia Græcas deinceps literas disceret, nec cū hoste quidem sine arbitro loqueretur. Dionysius, quē non Sicilia tota, non Italia capiebat, plurib⁹ postea prælijs fractus, suorū isidijs interijt. Plutarchus autor est habuisse eū ad bellū usum triremes quadringētas, decem milia equitū, perditum uiginti, & supra hæc stipatorum decē milia. Sic quoq; adeo meticulo se uixit, ut quū omnium mortaliū metueret insidias, pigmentarium accerferet, qui sibi nouaculam non admittētī capillū candenti adureret carbone. Sunt qui filiarū ministerio in tendendo uti solitū scribāt, sed rādiū in hunc usum admittas, quo ad per aratē uirum appetere nō potuissent. Metū & uolentiā adamantina appellabat uincula, seq; adamantinis uinculis principatum filio relicturnm prædicans, sed hæc que de Dionysio nunc traduntur, aliquanto postea contigerunt, q̄ sint triginta tyranni ex Athenis exacti. Enimvero illi stipatorum multitudine freti quum in apertam tyrānidem euasissent multi libertatis non immemores, metuq; percussū, uoluntarium sibi exilium cōsciuerē, fauere interim Lacedæmonij tyrannis, & Lyfander in primis, qui fuerat præfentis status autor. Edictoq; ue-rant quēpiā ex Athenis proficisci, profectumq; Græciæ urbibus priuato publicōne hospitio iuuari. Thebani contra iniquo animo ferentes, ciuitatē clarissimam triginta tyrānorū sæuitia lacerari, & quod adhuc iniquius uideri, Lacedæmonios esse eius iniuriæ autores, qui liberandæ Græciæ titulū bello prætulissent, edicunt, ut capitale esset, siquis Bœotiorum Atheniensium extorret non hospitio & omni ope iuuisset: uulgo igitur ex Attica in Bœotia ab exulibus cōcessum, eratq; in his Thralybulus homo acri ingenio ac tyrannidi infesto. Huius ductu quadringenti Athen. exules Thebis profecti Philā primo occupāt inde & Pyreū multaq; interim prælia utrinq; depugnata. Tyrāni ex munichia uelut ex arce in exules fa ciebat imperium, sapiusq; uicti quā uictores prædio discedebant. Sed nihil tyrannorum ferociam magis frangebat, quā occultæ ciuitatis studia, quæ pro Thralybulō & exulibus haud dubiē stabant, ex occasione in tyrannos eruptura. Mittūt itaq; illi Lacedæmonem auxilio imploratum, redierat tum forte ex Hannonis oraculo Lyfander, qui suis autor ciuibus fuit, ut laborantibus tyrannis mature auxilium ferrent: decernuntur tyrannis, inter quos celebritate & odio Critias & Theramenes eminebant, centum ad usum belli talenta, Lyfandroque negocium datur, ut eos liberaret obsidione. Spartanorum reges, quum inuidia, tū metu, ne Lyfander tyrannis in pristinum statum restituitis, ut Athenis, ita alibi, paucorum principatum induceret, fieretq; per hæc ipse omnino potentior, quā tum esset ciuitati, inter se componunt, ut ex duobus, Pausanias cum Lyfandro ad id bellum proficisceretur. Susceptæ militiæ prætextus fuit, ut tyrannis auxilium ferret. Cæterum ubi enixe Pausanias opram dedit, ut Atheniensibus inter se reconciliatis, sedataque discordia, res ad populatorem statum retraheretur, omnis laus sublata tyrannidē

Suniatoris sp pliciū.

Dionysij opis

Dionysij metus.

Tyranni Athen.

Thebanorum edictum pro Athen.

Pausania opem tolluntur Tyranni.

Dercylides.

Conon.

Dercylidis gesta.

Agefilus.

Lyfandri Lacedæmon. ambitio

rannidis penes unum fuit Thralybulum, cuius ductu ex Bœotia factus erat in tyrannos impetus. Egredere Lyfander tantam sibi emanibus occasionem extortam, sed multo ægrius populus, ubi non longo interiecto tempore Atheniensis à Lacedæmonijs defecere. Peperit res ipsa Pausaniæ odium ingens, Lyfandro autoritatem, Erat interim bellum in Ionia cum Persis, fueratque ab initio eo missus Dercylides cum exercitu. Enimvero Lacedæmonij Atheniensium rebus eueris, ad Asiæ imperium animum adiecerāt. Is in prouinciam delatus, ubi rem sibi cum duobus præfectis regis futuram uidit, Tisapherne & Pharnabazo, pro magno habuit negotio, cum Tisapherne in colloquium uenire, quem hortando monendoque perpulit, ut data sibi in stipendium pecunia ab armis discederet, ipse in Pharnabazum, qui Phrygiæ præerat, uertit omnem uim belli. Criminari ille apud regem Tisaphernem flagitium, quod dum Lacedæmonijs obsequeretur, regias opes proderet, uelut parum fuisset uenientem hostem non repellere, datam ab eo etiam pecuniam qua Græcorum claisis & exercitus aleretur, quasi multum interesset, terra an mari potius regiæ opes periclitarentur, indignum scelus admitti, quod bellum redimeretur pretio, non armis. His ille querulis regem à Tisapherne alienatum hortatus est, ut Cononem Atheniensē, qui tum in Cypro erat, naualis belli ducem legeret, id Artaxerxes non solum fecit, sed quingenta etiam talenta, ad instruendam classem, illi in prouinciam misit. Lacedæmonij & ipsi ex Ægypto, cuius terræ rex ex professo erat Artaxerxis inimicus, centum triremes ad usum belli, magnamque uim tritici accepere. Dercylides interea aduersus Pharnabazum aliqua omnino gessit, quæ Xenophon longiore filo historiæ est executus sed illa haud multum alioqui mirabilia. Cæterum quia nouo duce aduersus Cononem opus esse uidebatur, & qui tanto bellorum apparatu merito præfesset, postulantis socijs, Agefilus est ad id bellum missus. Tenuit non nihil oraculi anceps responsum Lacedæmoniorum consultatione, erat ex Delphis relatum, fore, ut tum Spartani imperij finis adesset, cum regium claudicaret imperium. Erat Agefilus pede claudus. Ad postremum satius uisum est regem in cessu, quā imperio regnum claudicare. Agefilaum ducem eligunt, qui Agide fratre mortuo rex magno fuerat consensu creatus, posthabito Leutyxida, qui quum Agidis filius creditus esset, fama tamen eum Alcibiadis adulterio ortum, quod ille per id tempus quo Lacedæmone fuit, cum Thimæa Agidis regis coniuge commisisset. Agefilus igitur petijisse dicitur, ut tria Spartanorum milia sibi darentur, sex sociorum, fore, ut in Asiam transgressus, aut regem ad pacem compelleret, aut tantum illi ne gocij in ea prouincia innecteret, ut nullus Persici belli sensus ad Græcos perueniret. Lyfander præterea qui ab initio Agefilo fauerat, ad Ionæ ciuitates scripsit, quæ sua à rege defectione belli causa extiterant, ut nominatim Agefilaum à Lacedæmonijs belli ducem posceret, ad quod ipsum legati ex Asia Lacedæmonem misit, facile impetrarunt, ut Agefilus in Asiam cum exercitu mitteretur. Ipse uero inter triginta consiliarios Lyfandrum sibi dari petijt, qui ubi in Asiam est uentum, omnium in se oculos conuertit: Lyfandrum mirari omnes, Lyfandri intueri, alebatque per hæc ambitiosa hominis naturam personę obliuata quam gerebat, maiorem indies insolentiam. Spectare primo effrenatam uiri ambitionem Agefilus, uerum ubi maiorem sibi imperij partem uendicare uidit, ac iam non procul esse, ut in ordinem ab eo redigeretur, quum alia alijs militaria munera demandaret, Lyfandrum diuidundis carnib; præfectum designauit. Inde ad Ionas conuersus, ite, inquit, & meum carniū sectorem colite. Ly-

fander præfenti iniuria instructus, ab Agefilo quæsiuisse dicitur, num recte sibi facere uideretur, qui sic amicos minores redderet. Cui ille, recte, inquit, me si uelint maiores fieri. Nec diu postea Lyfander in prouincia mansit, sed domum ignominiose nauigauit. Petijt Tisaphernes qui adhuc Asiæ præerat ab Agefilo nuper in prouinciam appulso, ut tantisper à rebus gerendis abstineret, quoad ipse in Persas ad regem mitteret, certo scire se, ita futurum ut rex permissurus esset Græcas ciuitates, quæ in Asia essent, suis legibus degere, pactæ ad hoc ipsum in tres menses induciæ, quibus Tisapherni datum est spacium ad exercitum bello instruendum, nouasque copias ab rege petendi. Agefilus est post inittas inducias confestim sensit, quæ à Barbaro pararentur, sanctum tamen habuit iusiurandum, quo cōstantiæ exemplo magnam Asiæ partem Spartanō nomini deuotissimam reddidit, cōtra ob perfidiam Barbaro in festam. Confirmatis itaq; per ocium partibus, Tisaphernes caducatorum misit, qui Agefilo nunciaret, ut nisi paucorum dierum spatio Asia & Ionia excederet, uindicaturus esset armis prouinciam. Subridens Agefilus, refer, inquit Tisapherni, me ei non paruam gratiam habere, quod deos Græcis propitios, priusquā bellari cœptum esset, sibi iratos suo perurio reddidisset. Inde simulata in Cariam expeditione, iussisq; urbibus commeatum, comparare, quum omnes hostium uires callida belli simulatione eo defexisset, ipse in Phrygiam repente impetum auertit, sociorumq; copijs itinere assumptis, multas hostium urbes improbitate accessu ui cepit, captas diripuit. Ditatus est breui uiuersus exercitus, multiplici hostium præda, & equitatus frequens quæsitus, quum ab initio nullus esset. Exercitu dein Ephesum reducto, omnes copias militari meditatione exercuit, forum interea armis equisq; uenalibus plenum, Ararij fabri, Coriarij, Fuliones certatim bellica parabant arma, ita ut uere à quibusdam urbs ipsa per id tempus sit martis officina nuncupata. Vbi uero gerendarum rerum tempus affuit, Epheso Agefilus profectus, in Sardiniam agrum per ardua loca irrupit, triduoq; cum multa præda per horticum euagatus, quarto die regium equitatum, haud procul Pactolo amne, obuium habuit, ibi in Peloponnesiacos prædatores Barbari equites immisi, nonnullos, ut dispalati & incauti uagabantur, obruncant. Agefilus suorum periculo commotus, equitibus mandat suis, ut pediti suppetias eant, quos cum fremitu propinquantem Persæ conspiciant, undiq; & ipsi turmatim coeunt ualidius hostem excepturi: eam conferendę pugne occasionem Agefilus arripens, omne robur peditum in prælium trahit, quibus maxime auxilijs cernebat hostē carere. Enimvero Tisaphernes uertitus, ne in Cariam eo anno Lacon dux, ut antea in Phrygiam erumperet, omnē regiū peditatū in eam prouinciā ablegauerat. Restiterunt Persæ quamdiu illis cum equite certamen fuit, ubi uero à fronte & à laterib⁹ Peloponnesiaca phalange urgeri cœpti sunt, turbati fugā capessunt. Multi in proximum flumen irruere, Græci Pactolum transgressi castra, quæ in aduersa ripa Barbari statuerant, diripiūt: inde in Sardiniam agrum effusi, ferro & igni fœdant nobilissimā regionē. Sardinibus interim Lacon adequitans, præconis uoce pronuncari iubet, si qui libertatis egeant, ut ad se tanquam ad socium, & libertatis assertorē transeant. Siqui Asiæ imperiū sibi uendicarent in apertū egressi id secū armis decernerēt. Postremo cum nihil ex urbe moueretur ulterius ire pergit, omnia terrore & prædæ cōplens. Hæc ubi Artaxerxi, qui iam pridē in Persis regnabat, nunciata sunt, Mastū in prouinciā misit, qui Tisaphernē, ut omnium malorū autorem, interficeret. Fauerat ille Lacedæmonijs, quibus erat Artaxerxes nō parua de causa iam antea in sen-

Tisaphernis consilium.

Agefilai consilium.

Agefilai stratagemā.

sus. Is à patre Dario regni hæres relictus, quum Cyrum fratrem, cui pater legauerat Lydiæ præfecturam, & omnes ciuitates ad mare iacentes, aduersus se res nouas moliri rescuisset, domum accersit aliquandiu in auro habuit cõpedibus, priuassetq; eum uita, nisi precibus matris Artaxerxes uictus, data uenia, uinculis eum liberasset Cyrus, ea iniuria adhuc magis accensus, in suam præfecturam reuersus, bellum ex professo in fratre instruit. Lacedæmonij, qui aduersus Athenienses fuerant ab eo adiuti, uelut ignari in quæ bellum instrueret, publicè ei auxilia miserunt, sperantes ita fore, ut apud Cysr gratiam inirent, & si aduersa Cyri fortuna fuisset, ignorantione simulatione nõ defuturum ueniã patrociniũ. Cõgressi itaq; prælio fratres, forte & manus inter se cõseruerunt. Artaxerxes à Cyro uulneratus, celeritate equi seruatus est. Cyrus à regia cohorte circumuentus, fortiter dimicans cõcidit, cuius morte regnum est Artaxerxi stabilitum. Græci qui pro Cyro in acie steterat (fuerunt enim ad decem milia) egregie ea parte uicerant, qua fuerat ab eis pugna cõferta. Verũ amisso duce, ea audacia fuere, ut per impacatas gentes & Barbaras nationes, longissima itinerũ spatia emensi, ad suos sint incolomes reuersi. Et hæc Trogius longiore quidẽ sermone. Plutarchus id bellum executus Cuna ci loco nomẽ fuisse ait, ubi pugnatum sit, qui sexaginta stadia à Babylone distet, ad decem stadiorũ milia à mari remotus, unde Cyrus cum exercitu mouerat, xl. hominum milia Artaxerxẽ in aciem eduxisset, uariãq; à Dinone & Ctesia eius belli scriptoribus tradi, & in primis de morte Cyri Dinonẽ scripsisse ait, occiso à Cyro Artaxerxe quodam Cadusiorũ duce, qui fuerat illi obuius, mox illum ad Artaxerxem fratrem per confertos hostes irrupisse, eũq; uulnerato equo ad terrã deiecisse, suorũq; subito accessu in equũ à Teribazo impositũ, altero impetu à Cyro deiectũ, tum factũ, ut telis certatim à itipatoribus regis in Cysr coniectis, multis ille uulneribus transfusus mortẽ occubuerit. Ctesias, Artaxerxe duce interfecto regẽ petitiũ à Cyro prodidit, eumq; spiculo uulneratũ ad terrã deiecisse, tum uero eum sublatũ cũ paucis in proximiũ se tumultũ recepisse. Interim uero quũ Cyrus ea parte, qua pugnat, hostes terros cum eade ageret, ita accidit, ut tyra sit illi capite excussa, & iam cognitus à multis pro rege adoraretur, Metrodonẽ uero cõtra hasta eius tẽpus secundũ oculum transfixisse, ac tum demũ fluuio sanguinis debilitatũ, præcisãq; poplitis uena cõcidisse. Vix eius casus à Cauno quodã regi nunciatus crediti potuit. Misit ubi eius corpus iacere dicebatur, qui omnia diligentius exploraret. Ipse uero labore & æstu affectus, quũ situm amplius ferre nõ posset, ac parum abesse quin aquæ desiderio expiraret, à Cauno quodã aqua illi oblata est, in fordido utre coinquinata, quã tanta cupiditate hausit, quum octo cotylæ essent, ut inreiuando affirmaret, se nunq; in uita suauius bibisse, ac tum demũ Cyri caput delatũ. Perisse eo prælio aiunt quidam ex ijs, qui cum Cyro steterat, ad nouẽ milia hominũ, quorum sint capita Artaxerxi repræsentata, Persarũ uiginti milia. Cyri interfectores magnis à rege muneribus affectos, Parysatis amborum mater alios alia fraude aggressa, ex quilibet postea supplicij necauit. Carem qui poplitẽ percussisset, decem dies uarijs cruciatibus affectũ, mox effosis luminibus, æreque liquefacto auribus infuso, necari iussit. Metrodorẽ (is enim primus circa oculũ uulnus infixit) duabus clausis scaphis, ita cõpactis, ut caput & crura duobus diuarent, ad solem inde obuolutũ melle cibari iussit & lacte, ut inuitus etiã comesse potaret; cogere, sicbat eo multarum cõcursum ingens, earumq; examina ora oculos & crura inceslere, hæ enim partes extabant, erantq; eidem liquoribus delibutæ, excremeta corporis, utpote ex dulci materia, scaphis ex-

Cyri iunioris casus.

Alterã opinio de Cyri necẽ.

Qua regi ob-

Qua regi ob-

cepta uermes procreabat, quib; uestes primo, mox corpus ita est corosum, ut nuda ossa cum stupore spectatũ cernerent. Atq; ita Metrodotes decimo die miserabili cruciatu perijt. Nouissime Manesatẽ Eunuchum qui iacenti Cyro caput & manum recidit, in suam potestatem redactum pelle enudari iussit, ipsumq; tribus palis affixum euaricari fecit, atq; per hæc percussorum supplicia Cyri manes euagati, postremo quieuerunt. Fuerunt qui traderent Clearchum à Lacedæmonijs Cyro adiutorẽ datum cum duodecim milibus Græcorum, ac deditioe facta in Stratiræ Artaxerxis cõiugis potestatem uenisse, eiusq; iussu necatum dissipatumq; cinerẽ à uentis, milites cæsis ducibus à canibus & uolucris lanianos. Sed Plutarchus his haud facile accedit, testatus Græcos per tam longa terrarum spatia in pacatum reduces uenisse. Atq; per hæc Artaxerxes à Lacedæmonijs alie natus, iam inde in eorũ inuidiã Atheniensibus classe & pecunia fauit, quoad illi nõ parua ex parte pristina gloriã receperunt. Artaxerxes regno potitus, unam postea expeditionẽ in Cadusios, eamq; infeliciter egit, cum xxx. milibus pediti, & mille equitibus hostiũ regionẽ ingressus, in tantũ rerum omnium incidit inopiã, ob regionis sterilitatẽ, ut assumpis equis & iumentis omnibus, caput asini sexaginta uendere drachmis. Teribazi opera, cum duobus eius gentis regibus cõposita pace, pedibus in pacatum abiijt, tanta celeritate ut urgente rerũ inopia ille, qui xij. milibus talentorum ornari consueuerat, omnis Persicæ luxuriæ oblitus, ad cc. stadia per ardua & abrupta loca quotidie cõficeret, donec se in regnum recepit. Sed & de Artaxerxe hætenus. Post Tilaphernis interitum Persarum opes in Lydia & Ionia multo maiore quã antea sunt clade affectæ. Agefilaus magnis auctus successibus, late est uictoriam executus. Sed quẽ deinceps ille gessit, alio sunt à nobis loco referenda. Nunc Romanarũ rerum explicatio, à Veientanũ urbis excidio, repetatur necesse est. Captis Veijs, pax est Volscis & Equis perentibus data, magis ut ciuitas longo defessa bello, aliquando quiesceret, q̃ quod perpetui Rom. nominis hostes ita meriti essent. Camillus autor fuit ut decima Veientanæ prædæ quã pro uictoria uouerat, Apollini persolueret. Pontificum decreto editum, ut quicumq; ex ea præda attingisset, se domumq; suam solueret religione, decimã partẽ eorum, quæ bello capta essent, ad donum Apollini mittendũ, in publicum conferret. Auertit ea res multitudinis studium à Camillo, materiamq; postea præbuit inimicis, illius ad populum criminandi. Tribuni consulari potestate, post Veios captos fuere, duo Publij Cornelij Cossus & Scipio. M. Valerius, Fabius Ambustus, Furius Medullinus, Q. Seruilius. Hi prouincias sortiti, Capenates Valerius & Seruilius sunt adepti. Duo Cornelij Phaliscos. Nulli horũ in oppugnandis urbibus conatus extiterunt, sed uruiq; populi est ager populatus: neq; felix arbor fuit ulpiam, quæ nõ uiolata fuerit à Romanis, quæ clades adeo Capenates fregit, ut pro amplissimo sint munere pacẽ complexi. Reliqui erant hostes Phalisci, quũ Romæ agitari ceperunt, ut colonia ex patribus & plebe Veios mitteretur. T. Sicinius Trib. pleb. eius rogationis ad populum ferendæ erat autor. Resistere patres summa ope, testariq; rem Romano nomini pniciosam moueri, uix una ciuitatẽ à perpetua discordia uindicari posse, quid si duo uelut populi, duẽq; urbes, locis & mœnibus inter se distantes, fierent? futurũ, ut paulo post Romanus populus, uelut ex duobus diuersis arcibus in se hostiliter concurreret. Sæuere ob hæc multitud, sed multo magis decimarum dolor inherere, ad quam inuidiam eximendam, Pontifices Camilli iussu & patrum adhibito, omnem Veientanam prædam, cum muris & agro æstimantur, quanti scilicet incolomes adhuc Veij æstima-

Cadusiana expeditione.

Fames inducita.

Decima prædæ Apollini datur.

Veios an mirgrandum.

Æstimatio Veiorum.

Matronarũ liberalitas.

Trib. cons. potestate.

Producuntur Phaliscorum liberi.

Phaliscorum uerba ad senatum.

mari potuissent, tantumq; est pecuniarum ex publico depromptum, ut decimam rerum omnium partem exaquaret. Interea noua cura inceserat, unde tantum auri ex ea pecunia pararetur ut satis esse posset, ad donum Apollini constandum. Matronæ sua sponte quicquid auri in ornatu habuere, ad sacrificij munus usum in medium contulerunt, pro qua opportuna munificentia eis datum, ut plaustro ad sacra ludosq; ueherentur, festis uero diebus ac profectis, carpento alioqui uti possent, pecuniã nihil fecius pro auro singulis datæ. Hæc Leuius. Plutarchus non carpenti usum, sed ut in funere mulieres laudarentur, datum scribit, quum ad id tempus honor ille uiris solum dari esset solitus. Aureus crater conflatus, qui Delphos portaretur. Sequens annus consulari potestate Trib. habuit, M. Furius Camillus, Furium Medullinum, C. Æmylium, Valerium Publicolam, Sp. Posthumium, & P. Cornelium. Phaliscum bellum Camillo euenit, ad cuius aduentum Phalisci locorum asperitate freti, mille passus ab urbe castra locant. Camillus castris multa nocte motis duce regionum peritissimũ usum, prima luce loco aliquotũ superiore, sese hostibus ostendit. Quæ res inopinata tantum Phaliscis pauorem iniecit, ut precipites, & cum multa strage rerum in urbem abierint. Romanus hostium castris potitus, prædam omnem in publicum redegit. Indignari miles se præda fraudari, mirari tamen ipsius ducis uirtutem. Obfideri inde Phalisci ceperunt, fuissetq; obsidio illa nihil Veietana breuior, cum omnibus ad tolerantiam obfidionem abundarent hostes, frumento, armis, iumentis, situ urbis natura & opere munitissimõ, nisi fortuna & ipsa imperatoris uirtus, breuẽ ad uictoriam uiam inueneret, erudiebat tum Phaliscorum liberos, ueteri Græcorum instituto literator quidam, siue ille eruditione præcelleret, ut L. Iulio placuisse uideo, qui principum tantum filios proditos fuisse ait. Consueuerat is, quum omnia circa pacata essent, pueros cõm ante urbem, iusti & ambulatione exercere, quo more nihil post illatum bellum remisso, pueros longo sermone procul ab urbe ductos ad stationes usque hostium incantatos traxit. Inde ad ducis tabernaculum perductus, Phaliscos, inquit, tibi tradimus, Romane imperator, nã pueri, quos ad te perduxit principum sunt filij, in quorum potestate res Phaliscæ est. Quæ ubi Camillus audiuit, Neq; ad imperatorem, ait, tui similem, neque populum, scelestus ipse cum scelesto munere uenisti: sunt certi belli sicut pacis iura quæ nos Romani non minus iuste quã fortiter, colere didicimus: Arma quidem gerimus, sed non aduersus eam gratiam, cui captis urbibus parcitur. Patres bello persequimur qui iniusta aduersus nos arma induerunt, eos tu quantum in te fuit nouo scelere uicisti, ego Romanis artibus, uirtute, opere, armis malo uincere. Denudatum inde manibusq; à tergo reuictis, pueri in urbem reducendum tradidit. Additæ & uirge, quibus proditorem uerberantes domum agerent, qui ubi urbem sunt ingressi, factus est ad id spectaculum populi cõcursum ingens, mutatisq; repente animis, qui Veientanum nuper excidium maluisse sent Capenatum pacem, subito ad deditioem inclinant. Legati qui urbem dederent ad Camillum primo, inde ab eo Romam missi. Hi ubi in curiam uenerunt, ita locuti dicuntur. Victoria patres conscripti, cui neq; Deus neq; mortalium quisquã inuideat, à uobis uestroq; imperatore parata est. Victi nos urbemq; nostram dedimus, satis sub uestro imperio, quã nostris legibus uicturi: duo quidem salutaria peperit hoc bellum mortalibus exempla, quod uos Romani potiore fidem in armis, quã uictoriam habuistis, nos uestra uirtute prouocari uictoriam detulimus, ite, & quando Phalisci sub uestra ditione sunt, mittite, q̃ arma, obfides, qui urbẽ

patentibus portis accipiant, satis certi sumus nunq; fore, ut aut uos nostræ fidei, aut uestri imperij Phaliscos pœniteat. Et Phalisci in hunc modum dediti dicuntur. Camillus imperatorem stipendium eius anni pecunia deditis, triumphans Romam reuersus est, multo adhuc maiore uirtutis admiratione, quã quum de Veijs triumphauit. L. Valerius, Au. Manlius, & L. Sergius qui aureum craterem Delphos deferabant, à Liparensum piratis, circa Siculum fretũ intercepti, Liparas perducti sunt. Gerebat tum Timasitheus summam in ea insula magistratum. Is quum aurum (erat enim octo talentorum crater) uelut publico latrocinio quæsitum, ex æquo Liparensum de more diuidi oporteret, uir Romanus quibus similior, multo religionis metu multitudini prius iniecto autor extitit, ut legati cum dono Apollini destinato mitterentur. Addidit & naues quæ Romanis euntibus præsidio essent, quo factum ut legatis Romam reueris societas sit cum Liparensum inita, donaq; Timasitheo missa. Cum Equorum gente eodem anno Sp. Posthumius, & Æmylius Timasilitum prius dubio euentu pugnarunt, mox altero prælio suis hostibus, Æmylio ad Verruginis præsidium relicto, Posthumius hostium fines cum exercitu ingressus late omnia populari, sed quum recenti uictoria ferox negligentius, ut sit ageret agmen, subito hostium incursum in propinquos colles cum toto exercitu est compulsus. Ibi castigata militũ ignauia quod ab eo hoste quem illi ipsis diebus leui prælio fudissent, ipsi turpiter fusi essent, tantum pro cõfessione stantibus iniecit pudorem, ut confestim exclamatum sit, ut ad hostium castra ducerentur quæ in plano erant, nullum se supplicium recusaturos, si prius inde abscederent, quã ea uicessent. Laudata suorum ferocia, iubet Posthumius eos curare corpora, & ut quarta uigilia circa signa frequentes adessent. Infederant hostes uiam, quæ Verruginem ducebat, ueriti ne fuga Rom. territus euaderet, Ibi per noctem quia luna pernox erat, magno ardore animorum est utrinq; dimicatum. Audiuere clamorẽ qui Verrugini erant, rati Romana castra oppugnari, Æmylio nequicquam reuocãte, minasq; precibus mitescente conseruato agmine Tusculum cõcesserunt. Rumor inde Romam perlatus, deletũ esse in Equis Romanorum exercitum. Tenuit certamen noctu ininitum ad lucem usq;, tum Posthumius promissa à militibus reperens, tantum precibus & hortatione dimicantibus uirum iniecit, ut non ultra Romana acies ab hoste sustineri poterit, fusi sunt ac passim cæsi hostes, sicq; haud multo postquam ciuitas sollicitis fuerat nuncijs in nouæ cladis expectationem excita, Laureatã à Posthumio literæ uictoriæ indices Romam sunt allatæ. Sequenti anno quum plebs rogationis agrariæ auctores eisdem Tribunos referisset, patres & ipsi in plebis inuidiam, ut consules magistratus ipsi ordini inuisus crearentur, enixe curauerunt, atq; ita quinto decimo postquam Consules creati deserat anno, L. Lucretius Flautus, & Sulpitius Camerinus consules creati sunt. Lucretius in Equos profectus, qui Vitelliam coloniam in suo agro expugnauerant hostes prælio congressos egregie superauit. Romæ Aulus Verginius, & Q. Pompeponius qui biennio ante fuerant Tribuni militum, iratæ multitudini sunt à Trib. Pleb. obiecti, quia patribus gratificantes tribunitiæ rogationi acius resistissent. Senatu & consilibus frustra opem ferentibus, demis milibus æris ambo damnati sunt. Huiusmodi uictoria Tribuni plebis elati, diem indicunt ferendæ legi, coloniam Veios mittendæ. Tum Camillo autore, Senatus cum uniuersa nobilitate suis tribubus mixti cum lachrymis orare, ne ueterem patriam augurio conditam, omnium circa populorũ uictorem, in qua tot templa, tot deorum arẽ essent, in qua cineres & umbræ maiorum sepulti, relinqui

Votum Apollini destinatum à Liparensibus.

Rom. uictoria

Consules.

paterentur, urbem nuper captam, dirutam, deorum que & hominum consensu damnatam securis quid enim magis impium fieri posse crederent, quam populum Romanum exulem, & extorrem à patrio solo, à dijs penatibus in hostilem urbem agere, eo- que rem adducere, ut melius fuisset nō capi Veios? Nec incaustum tot uirorum nobilium preces, & la- chrymæ effusæ. Tribus in suffragia missæ plures le- ges antiquarunt. Fuit ea res adeo patribus grata, ut postero die factum sit senatusconsultum, ut Veien- tani agri septena iugera plebi diuiderentur, nec ut patrum familiæ tantum, sed filiorum etiam ratio haberetur, uellentque in eam spem ciues liberos tol- lere. Creati deinde consules, L. Valerius Potitus, & M. Manlius cui postea Capitolino cognomen fuit. Hoc anno magni ludi facti sunt, qui fuerant Veien- tano bello uoti, & ædes Iunonis à Camillo eodem bello uota magna matronarum frequentia dedi- cata est. In Algido quoque à consulibus Equi præ- lio uicti sunt, Valerioque triumphus decretus, qui hostibus terrore diutius percussis cædendo institi- set. Manlio ut ouans urbem ingrederetur datum. Bellum Volsinienibus & Salapinatibus indictum, quòd iunctis exercitibus in Romanum agrum ci- uitate morbo implicita, hostiliter irrupissent, & M. Cornelius eodem anno in C. Iulij censoris demor- tui locum successus est. Id quia eo lustro Roma à Gallis postea capta est religioni fuit, ut iam inde in demortui censoris locum quisquã sufficeretur. Con- sulibus morbo implicitis, fuerat enim nimia ficci- tate atque insolito æstu annus ille Romanæ urbi pe- stilens, per interregem Tribuni consulari potestate creati, L. Lucretius, Seruius Sulpitius, M. Æmylius, L. Furius, C. Æmylius, & Furius Agrippa. Quorum Lucretius & Æmylius Volsiniensem sunt provin- ciam sortiti. Salapinatem Furius Agrippa & Sulpi- rius, cum Volsinienibus leui prælio debellatum, ad octo milia hostium à Romano equitatu interclu- sa, abiectis armis deditionem fecere. Romana dein- cept arma per Volsiniensem agrum libere euagata, quoad hostibus multiplici clade affectis pacem sup- pliciter perentibus, in uiginti annos sunt induciæ datæ, his conditionibus, ut rebus Romano populo redditis stipendium militibus anni illius exhiberët. Salapinates ab initio se intra mœnia tenuerunt, ter- riti Volsiniensem clade. Fœdatus eorum ager. Ni- hil præterea in ea prouincia dignum memoria fieri

Consules.

Iunonis ædes.

Volsinienfes. Salapinates.

Trib. conf. po- testate.

contigit. Hæc anno illo foris gesta. Romæ, M. Cedi- tius plebeius homo tribunorum collegio consulari potestate renunciauit se noua uia supra ædem Ve- stæ, ubi sacellum postea fuit silentio noctis uocem humana clariorem audiuisset, quæ iuberet magistra- tibus nunciari Gallos aduentare. Autoris humili- tas effecit, ut spreto oraculo ipse autor ludibrio sit habitus, neque etiam Galli adhuc hominum qui ef- sent, satis erant Romanis noti. Cæterum ingruenti- bus fati, non solum non res credita est, sed Camil- lus quem Romanus populus imminenti tempestate tuto obijcere potuisset, à L. Apuleio tribuno plebis, ob Veientanâ prædam (dicebatur enim æneas por- tas domi habere, quas inde compilasset) in iudici- um arreptus, quum nihil præsidij contra uim Tribu- nitiam sibi in ciuibus esse cerneret, ultro in exilium abiit, deos precatus, ut si innoxio sibi ea iniuria fie- ret, non multo post sui desiderium ingrata ciui- tati faceret, absens quindecim milibus grauis æris est damnatus. Nec ita multo post, quasi eius preces celo audire essent, à Gallis Roma capta est, quæ res in primis memorabilis quartæ dabit Rapsodiæ huius Enneadi exordium. Fuerunt his temporibus interiecti uiri ingenio clari. Euripides & Sophocles Athenis ambo geniti, cothurnoque insignes. Obijt diem Sophocles per id tempus, quo Lylander Lace- dæmonius Athenas obsidione presit. Ferunt illum per quietem à quodam dæmone monitum, ut ueni- am uati suo daret, patereturque illius funus celebra- ri, qui ubi Sophoclem Tragicum extinctum indicio comperit, tamdiu Atheniensibus inducias ultro de- dit, quoad patrio more sit ille funeratus. Euri- pides in Macedonia perijt quum apud Archelaum esset. Arbei uatis fraude à canibus disceptus tradi- tur, alij à mulieribus, quum ad Craterum regi charis- simum intempesta nocte tenderet. Cœpit per id tẽ- pus & Isocrates cognosci, quem in rhetorica arte præcipienda, Aristoteles postea ambitiose est æmu- latus, nota illius uox, turpe uideri Aristotelem sile- re, Isocrate loquente. Democriti obitus, & Socratis damnatio in hæc tempora à nonnullis rejiciuntur. Regnabat per id tempus in Persis Artaxer- xes. In Macedonia Orestes. Archelaus, Pausanias & Amyntas, unus post alium paucissimis annis regnũ te- nuerunt.

Vox nuncia aduentus Gal- lorum.

Camilli exilij

MARCI

ENNEADIS TERTIÆ FINIS.

MARCI ANTONII COC- CII SABELLICI RAPSODIÆ HISTO-

RIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QUARTÆ, PRÆFATIO.




SOLLICITARVNT pleræq; gentes Romana arma, nonnullæ e- tiam diu exercuerunt. Soli omnium Galli feroci & inuicto alioqui popu- lo, supra quàm dici possit, terribiles extiterè. Id natura gentis inferrũ præ- cept, an casus captæ urbis fecerit, haud facile dixerim. Post captam urbẽ, quod satis constat, ad omnes Gallorum motus, non Romæ solum ut in cæ- teris bellis, sed tota etiam Italia semper est tumultuatum: habuisseq; Ro- mani dicuntur, quum iam eorum opes longe lateq; pollerent, aurum in hos bellorum casus san- ctius repositum, & in militaribus uacationibus dandis, semper Gallici tumultus excipi con- succuerunt. Nec uanus talis metus, cum nulla unquam gente Romanus populus intra extraq; Italiam, maiore hominum strage, maioribusq; ducum & exercituum periculis bellauit. Tra- dunt Romanarum rerum scriptores quidam, centum Gallorum milia aliquando una acie cæ- sa, quo apparet indomita bello ingenia, scire tantum uincere, aut mori. Nulla itaq; gens Ita- liæ formidolosior, nulla maiores ipsi terræ intulit clades. Certarunt Romani cum finitimis populis de principatu, cum Carthaginensibus de imperio, cum Gallis de uita semper quoad nouissimis temporibus à C. Cæsare qui postea dictator fuit, multis cladibus fracti, iugum ac- cepere. Quo sæpius deinceps excusso factum est, ut Augusto principe alijsq; Cæsaribus, qui post illum sunt rerum potiti, crebro in se Romana arma irritarint. Fueruntq; illi tales. Cæterum nullus ab initio hostis Romanis contemptior, credo, quia nondum notus: nam & oraculo denunciatum bellum nihil terrori fuit, & legati in Hetruriam missi, contra ius gen- tium in eos per contemptum dimicare sunt ausi. Qua iniuria accidit, ut Clusina obsidione o- missa, paucis diebus Romam occuparint, de qua re priusquã nouus institueretur sermo, de Gal- liarum situ, & eius gentis moribus, breuissima præcurreret explicatio.

Galli præter ceteras gentes Romanis formidolosior.

ENNEADIS IIII LIBER PRIMVS.

Galliarũ situs.



Galliarum di- uisio.

Comata. Brachata.

DA T E T Transalpina Gallia (fuit enim altera citra alpes, quæ hodie Italiæ finibus continetur) inter Gallicum mare internum & Oceanum, à Rhe- no & alpibus, ad Pyrenæos montes extensa. Possidonium minus tribus stadiorum mili- bus inter utrunq; mare patere arbitratus est. Pyre- næis iugis ad occasum includitur, ad Septentrionẽ & Boream Gallico Britannicoque Oceano, ad Ori- entem solem Rhenus illi paribus penè spatijs, ex Al- pibus in Oceanum, quibus Pyreneum iugum ex in- terno mari ad externum procurrat. Qua meridiem spectat Narbonense illi prærenditur pelagus. Circu- itus terræ huius à nullo (quod sciam) diserte ponitur. Plures totum hoc in duas Gallias partiti. Iura & Gebenna montibus interiectis, quæ ad Oceanũ obuersa est, à cultu credo capillorum Comatam dixere: australem à gẽtili habitu Brachatam. Huius longitudo ab Aphrodisio, qui in Pyrenæj parte flu- it, ad Varum stuuium cclxxij. milium passuum pro- ditur à quibusdam, latitudo dimidio & amplius mi- nor cc. & xxv. milium totius terræ ambitus. Coma- tæ spatium à Rheno ad Pyrenæum Agrippa. cccxx. milibus dimensus est, à Brachatæ finibus ad Ocea- num cccxij. Tranquillus tricies & bis centum mili- bus passuum ambarum circuitum patere arbitratus est. Sed is Rhodano Narbonensem non interno pe- lago terminat, quo fit, ut pro certo eam mensuram ponere non sim ausus. Sequitur & alia partitio qua Comata in tria abiit populorum genera, nobilibus inter se distincta fluminibus, ut à Scalde ad Sequa- nam Belgica sit dicta, mox Celtica, ab eo ad Garun- nam, quæ eadem est & Lugdunensis, inde ad Pyre- nei excursum Aquitanica, olim Aremotica uocita- ta. Nec multum ab hac qua sum usus, Ptolomæus diuersam posuit partitionem, qui omnem Celtaũ terram in Aquitanicam diuisit, Lugdunensem, Bel- gicam, & Narbonensem. Celtae à Græcis Galli nun- cupantur à Celto, ut Appianus credidit, Polyphemi filio. Cæsar Dictator omnes Gallicas gentes lingua, legibus & institutis inter se differre autor est, multa tamè multis communia, ut factiones exercere, quæ non solum in ciuitatibus & pagis, sed in singulis pe- nè familijs uulgò reperiantur, ut qui ingenio & opi- bus polleant inter se de principatu contendant, ut cuncta suo potius quàm alterius arbitrio fiat, quod ut gentile, ita uetus esse, nec temere institutum uult uideri, ut tuta plebs esset à potètorum iniuria, nul- quam gentium plebs alioqui contemptior, quippe quæ olim seruitij penè loco haberetur, omnis pub- lici consilij expers, pleriq; tributorum, aut alieni æ- ris magnitudine grauati, uulgo soliti se nobiliori- bus addicere, ut à cæterorum iniuria tutiores essent omnia in eos iura, ut in seruos habituris. Duo homi- num

Gallorum or
dines.

Druidum au
toritas.

Carnutes.

Disciplina
Druidum.

Dirus sacrifi
candi ritus.

Civiles Gallo
rum mores.

nū genera in præcipuo honore esse, equites & Druides. Alij Bardos & Vates Druidibus adijciunt. Quorum hi naturalium rerum causis dediti essent inuestigandis, illi laudationibus & poeticijs rebus. Cæsar uno nomine omnes Druidas uocat. Hi sacrificia curare publica & priuata, religiones interpretari, adolefcentes disciplinis instituire, quorum cœtibz præcipue uenerari. Iidem de cæde, de finibus, cæterisq; controuersijs cognoscere, pœnas constituere. Siquis siue publicam, siue priuatam personam gerens decreto non steterit, sacrificijs interdicere, quæ præcipua fit in gente animaduersio. Druides omnē hominum congressum & sermonem declinare, ne contagione polluerentur, his petentibus neq; ius dici cuiquam potuit, neq; honos ullus publicus communicari. Vnus omnibus præesse, cui in uniuersum ordinem summa erat potestas. In huius functi ue lut antistitis locum alius suffragio surrogabatur, cogebatur horū consilium certo anni tempore in Carnutum finibus. Est is locus Galliarum ferè medius, controuersiasq; ex uniuersa gente eo delatas suo cōponebant decreto. Vulgo postea receptum id institutum, sed ex Britannia translaticium. A bellicis rebus Druides aberant, neq; ad tributum cogebant, multa milia uersum edificere necesse erat, qui tali se disciplina tradidisset, ita ut pleriq; annos uiginti in ea comparanda morarentur, neq; fas erat quipiam ad eam cognitionem pertinens literis cōmendare, quod ad memoriæ cultum, & scientiæ auctoritatem putabatur pertinere: in cæteris Græcæ se tempestate literæ Gallis in usu fuere. Credere illi animas non interire, sed in alia transire corpora, atq; metu mortis ita sublato audaciores in periculo fieri, multa de sideribus disputabant, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura, & deorum potestate. Mundum ipsum æternum, ignem & aquam uicissim præualere. Alterum genus equites. Hi cæterorum ordinum religiosissimi, uerum graui morbo affecti, aut in periculis constituti, pro salute humanam hostiam mactabant, Druidum ministerio adiuti. Alij simulachra habebant immani magnitudine uimibz contexta, eaq; uiuis corporibus plena circumiecto igni absumebantur. Supplicia eorum qui latrocinij alterius ue noxæ conuicti essent, Dijs gratissima arbitrari. Mercurius in præcipua ueneratione esse, quem omnium artium inuentorem prædicabant, uiarum & itinerum ducem, & ad quæstū faciendum plurimum professe. Marti in pugnam ituri quicquid cepissent, pro uictoria uouebant, uifabanturq; ob eam rem in plærifq; Galliarum urbibus ingentes tumuli bellicis spolijs constructi, si quis ex præda aliquid fraudasset, graui supplicio id scelus uindicabant: Se ex Dite procreatos persuasum habuere, ob idque initium festorum dierum ab ea nocte capere, quæ festam lucem præcessisset, rati noctem illi sacram esse. Liberos ad conspectum suum, non prius uenire patiebantur, quam per ætatē adoleuissent, ut militaria iam obire possent munia, turpissimum arbitantes filium adhuc puerum patri assistere. Viri quantas ab uxore pecunias dotis nomine accepissent, tantumdem domesticarum fortunarum æqua æstimatione cum dote conferre. Quicquid inde fructuum perciperetur, id diligenter auari, eiusq; esse qui superstes alteri fuisset. Viri in uxores sicut in liberos uitæ & necis potestatem habuere, si qua ueneficij cōuicta esset à suam propter mariti, igni seuisq; cruciatibus necari. In funere omnia quæ uiuis charissima fuissent, cremare cum defunctis, animalia etiam ipsa. Nec multū antea quam C. Cæsar eam terram debellasset clientes & seruitia funebri rogo inferebantur. Ciuitates quæ optime institutæ erant, hæc habuisse dicuntur: Siquis de re publica à finitimis fama compertum haberet, id ad magistratus deferebat, quædam suo arbitrio occul-

tare, cætera pro concione palam facere. De re publica nisi in publicis concilijs loqui nemini licebat. Qui in consilium ultimus ueniebat, necabatur. Qui tumultuatus esset, tantum uestium publicis minister ei recidebat, ut reliquæ uestis partes inutiles redderentur. Hirfutus sagulis uulgo uti, scisso pro tunica amictu, qui uix nates integeret dimidias. Comas studio nutriebant, corpora genti proceriora & uulgo candida, prælongi itaq; gladij demissi q; in usu esse, hastas alij, alij iaculum in prælium ferre, arcubus uti nonnulli, nec adeo multi, paucissimi fundis aut fuste. Humi uulgo corpora ad quietem sternere. Strabonis ætate stramentis sedentes cœnitabant. Lacte & fuilla carne uescitur. Sues in ea gente proceritate eximia agrestique feritate, ut non minus q̄ ab luporum incurfu ignotis ab earum gregibus immineat periculum. Domicilia ex plutæis & craticibus in testudinis speciem. Ferox omnibus ingenij, ingenita simplicitas, plus uirium quam consilij in bella afferunt, maius bellorum quam agri studium. Gentile & uerus aureos torques ex collo suspendere. Mira foeminarum fecunditas, ut ccc. & amplius armatorum milia gens una Belgica ad bellum olim mitteret. Nec illud recens manibus & lacertis armillas inducere. Vestes auro pictas gestare. Victoria su præquam dici possit læta uincuntibus. Victis stupor. Humana capita ex equinis ceruicibus suspendere ex prælio reuerfi. Cæterum Romanorum commercio multa mutari contigit, tempus inde omnia in melius uertit. Ex ipsa itaq; terra numerofo saepe exercitus, alpium asperitate domita, in circumpadana nos sese fuderunt campos, quo cōtigit, ut quicquid terræ inter Apenninum & Alpes iacet, usque ad Adriam, præter Venetum latus, ab ipsius gentis incolatu, postea Cisalpina sit Gallia nuncupata. Eam terram Tusci & circa Apenninum Vmbri olim tenuerunt. Padus mediam pene regionem irrigat in gremio Vesuli montis ortus, in quem nobilissimi totius Italiae lacus exonerantur, Verbanus, Larius, Sebennus, Eupolis, & Benacus. Ex his Ticinus, Abdua, Olius, Lambrus & Mincius, omnes Padi accolæ. Ipse septem ostijs in Adriam euoluitur. Exprimit regio tota theatralem formam. Alpius & Apennino uelut in cornua reductis, cui pro scena sit Adria. Ex Celtica, quæ ad comatam pertinet Gallorum primi, ut Liuius existimat, Bellouesi duce Alpes transcendere. Accidit forte, ut per id tempus, quo Priscus Tarquinus Romæ regnum obtinebat, tam frequens et populosa fuerit Gallia, ut abundans multitudo uix regi posse uideretur, ad quam sua mole exonerandam, Ambigatus qui tum latè regnū in ea terra obtinebat, duos fororis filios Bellouesum & Sigouesum cum magnis exercitibus nouas sibi terras querere iusserit: illi prouincias inter se partiti: Hercini os saltus Sigouesius sortitus est, Bellouesius Italiam. Is Bituiges, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes & Aulercos secum traxit. Tot ferox dux gentibus septus, quum ad Alpes uenisset, uelut religione iniecta, quod uideret iuga montiū æquata cœlo, & ad id tempus nulli peruia, præterquam Herculi, si uera sunt quæ de eo feruntur, consiliū capere cepit quonam modo in alium uelut orbem, cum tam numerofo transcendere exercitu. Ibi fama affertur aduenas queretes agrum ab Saluorum gente oppugnari. Erant hi Malsilienses ex Phocidenaubibus profecti, id omen Galli ad suam fortunam pertinere rati, Græcis enixe opitulantur, ut locum, in quem primum egressi essent, obtinerent, ibi postea ab eadē gente Malsilia posita est. Galli per Tau rinos saltusq; Iulij alpis in Italiam transfressi, Tuscis haud procul Ticino anpe prælio fuis, in eo quo uictores confederant loco, urbem condidere, omē secuti, quod agrum Insuubrium appellari senserant, quo Pagum nomine Hedui, qui in Bellouesi comitatu

Padi ortus.

Primus Gallo
rum transitus
in Italiam.

Ambigatus.

Malsilienses.

Mediolanum.

Veneti.

Senonū fines.

Ab Arunte ac
cessit Senones

Clusini à Ro.
auxiliū petūt.

Legatio Ro. ad
Gallos.

ratu erant, in Gallia tenuissent, urbem ipsam Mediolanum dixere, ob id credo, quod Auleri, qui & ipsi eius expeditionis socij fuerant, urbem eodem nomine in Belgica habuerunt. Secuti inde diuerso rēpore alij post alios, Cenomani, Libui, Saluij, Boij, Ligures iterum Senones, aliæq; ferocissimæ gentes, ut iam præter Venetos, qui amoenissimum Italiae latus incolunt: quicquid terræ inter Alpes & Padum late patet, Transalpinæ gentes obtineret. Polybius Venetos Adriæ accolæ, et si Paphlagonum esse gētem nō ignorat, moribus tamen & ornatu corporis Venetis Gallis oceanii accolis uideri sibi ait perquā similes. Ego totam hanc oram Vmbroꝝ ab initio fuisse crediderim, quum propter illud, quod gēs ipsa omniū quæ in Italia sunt Græcis antiquissima existimatur, tum quia ccc. illorū oppida Tusci debellasse dicuntur. Cæterum quicunq; mortalium ab initio eā terrā tenuerunt, satis constat, citra ultraq; Padum Tuscos & cum his Vmbroꝝ gētem, à Gallis ea tempestate eiectam, qui tantum telluris adepti, ut abunde uictum suppeditaret, diu se intra Apennini iuga tenuerunt, uicacim, ut idem autor scribit, habitantes, simpliciore uictu contenti, carnibus uesci, substrato gramine accumbentes, magis rei bellicæ, quam agriculturæ studiosi, liberalium artium disciplinas uulgo aspernati, auro, req; pecuniaria diuitias ostentantes, maximum gentis studium in amicitijs comparadis, ita quisq; inter suos populares præcipua pollebat auctoritate, quia multa præditus esset factione. Talisque tum fuit eius gentis cultus, & in primis Senonum, qui ab Vfonte fluuio ad Athesim fines habuere. Iidē primi omnium Apennino superato, Clusium Tuscorum urbem oppugnare sunt adorti. Fama est, eā gentem à Clusino Arunte ad id bellum allectam. Is Lucumoni iratus, quod uxorem suam corrupisset, eam iniuriam quam in adolefcentem opibus præpotentem ulcisci non posset, ad Gallorum opes confugit, quos ut facilius ad id bellum concitaret, fruges indigenas Hetruriae secum attulit, uinum id fuisse ferunt, & aridas ficus. Excitati ne tum Galli sint ex toga Gallia, an ex Trāsalpina illa, dubium uideri potest. Vix ego priuatæ fortunæ cuiquā per Alpes iter & ignota loca patuisse crediderim ad Transalpinos Gallos, cum qua gente nulla erant adhuc nostris hominibus cōmercia. Nec tam procul accersendi fuissent hostes, quum alij pleriq; eiusdem gentis populi, circa Padum late regionem incolerent, qui nō minus idonei ultores, locorum uicinitate, quā illi: qui trans Alpes accerlebatur, esse potuissent. Sed undecunq; tum Senones profecti sunt, etenim ducente simo ferme anno post eos qui cum Belloueso Alpes transierant, omnium recentissimi in Cisalpinam Galliam uenisse traduntur. Hi subito Clusium bello adorti, late agrū populatur Clusini periculo rei perculli, et si nullam cum Romanis ad id tempus societatem habebant, Romam tamen legatos ad auxilia contra Barbaros petenda confestim mittūt, nullum suum in Romanos beneficium allegantes, nisi quod uicentes consanguineos suos aduersus Rom. pop. nullis opibus iuuissent, auxilia negata sunt, missi tamē tres legati, M. Fabij Ambusti filij. Plutarchus tres ex Fabia gente misos ait, in quibus fuerit Q. Fabius Ambustus. Hi senatus & Po. Ro. nomine cum Gallis egerūt, ne socios & amicos Romanorum, à quibus ipsi nulla prius essent iniuria affecti, oppugnaret. Oportere Romanos, nisi armis abstereretur, Clusinos ex fodere tueri. Cæterum malle Gallos nonā gentem pace, quam armis sibi cognitum iri. Ad ea Galli respondisse dicuntur, se tum primum Romanum nomen audiuisse, fortes tamē uiros credere ad quorum opes Clusini confugissent, & quoniam legatione potius quam armis, secū ab initio egressi, se pacem, quæ offerretur, non aspernari, si parte agri, quem latus Clusini possideret q̄ colerent, egētibus

Gallis cederent, alioqui pacem impetrari non posse. Ibiq; coram Romanis sibi responderi postulat, ut si æqua negarentur, ipsis spectantibus in hoste dimicaret, ut domum reuerfi suis renunciarent, quantum Galli bellica uirtute cæteros mortales antere. Romani insolenti obstentatione offensi à Gallis quæruunt, equidnam rei in Hetruria esset Gallis? quū in armis se ius ferre ferociter respondissent, omniaque uirorum fortium esse, accēsis utrinq; animis ad arma discurrunt, mox certamine iniecto legati, qui ex urbe uenerāt, ut & ipsi quid Romana uirtus ualeret in armis coram ostenderent, aduerso patriæ fato cōtra ius gentium in Gallos arma capiunt. Ante Hetrusco rum signa tres Fabij ferocissimi iuuenes pugna cedere, quorum Q. Fabius extra aciem equo uectus Gallorum ducem insigniter pugnantem adortus hasta transiit, inde cū iacentis spolia legeret, fortè agnitus, Gallos iusta in Romanos accēdit ira. It fama totis castris Romanos, uiolato iure gētium, in se arma induisse: à multis conclamatum, ut confestim soluta obsidione, Romam iretur. Vicit tamen seniorū sententia, ut Romam mitterentur, qui legatos ad supplicium deposceret. Æqua Galli postulare, sed plus apud patres nobilitatis ambitio, quam æquitas ualuit. Verum nequa inuidia senatum ex ea in posterū maneret, placuit Gallorum postulata ad populū deferri. Plebs & ipsa ambitione corrupta, non modo non dedendos censuit, sed in sequentem annum Fabios iuris uiolatores consulari potestate Tribunos creauit. Qua cōtumelia Galli instructi, bellum propalam minitantes ad suos abiere, cum tribus Fabijs creati sunt Tribuni, Q. Sulpitius Longus, Q. Seruilius, P. Seruilius Maluginensis. Erat tamen summa rei penes Fabios, quorum temeritate bellū erat contractū, Cæterum nihilō accuratiore delectu usi, q̄ si à finitimorū populorum aliquo bellū intederetur, famā formidolosi hostis apud multitudinē eleuabāt, & quod fatali necessitate accidisse uideri potest, ne Dictator quidē imminente est periculo obiectus, sepius in minore rerū expectatione dici solitus. Galli postquā ex urbe Roma renunciarunt, non solū reos non reddi, sed ipsos etiam autores iniuriæ duces ad bellum creatos, ira accēsis, cuius gens ipsa impatiens est, reuulsis signis in Romanos omnē uim belli auertunt. Confermatae urbes quacunq; irēt ad arma concurrunt. Contra illi denunciant Romā se petere. Clusini primi omniū id Romā nunciarunt, mox ea alijs quoq; urbibus trepidissimi nunci, alij super alios, Barbaros omnia late prosternentes, ad urbē tumultuose accedere. Tanta fuit hostiū celeritas, ut uix ad undecimum lapidē iri obuiā potuerit. Huc Tribuni cum tumultuario exercitu (ad quadraginta armatorum milia fuisse dicuntur) profecti, hostē circa Allia, omnia late uastantem offendunt. Labitur is fluuius ex Crustuminijs montibus, nec multo infra uia Tyberis miscetur, ibi Romani duces, neq; militari consilio, neq; diuina ope usi, loco nondū castris capto, ut esset quo se miles à trepidatione reciperet, aciem temere instruunt, cornibus adeo late extensis, ne ab hoste circūueniri possent, ut uix ordines ipsi inter se circa mediū cohærent. Fuit fortè dexter tumulus, quē subsidio in fideri placuit. Complebant interim Galli omnia clamoribus horrendoq; ut mos est gētis ululatu. Brennus hostiū regulus cōspicatus Romanorū paucitate, insidias primo timuit, uelut de industria tam pauci in cōspectum uenissent, & ubi pugna conferta esset, in se & suos à lateribus impetus heret, in ancipiti cōsilio subsidiarios, qui tumulū tenebāt, staturit inuadere, quibus loco depulsis apparebat ita futurum, ut aperta planicie res gerenda esset, facilisq; uictoria futura, quādo ipse multitudine & hominū ferocia longe præstaret. Adeo tum ratio non modo fortuna pro Gallis stabat. Contra pavor & fugæ impetus Romanorū animos occuparat, tantaq; rerum

Gallorum po
stulata.

Tri, Con, Po.

Galli ad urbē
accedunt.

Allia flu.

Brennus.

omnium obliuio, ut motis in p[re]sidiarios signis, cōfestim undiq; facta sit fuga. Circa tumulum nonnihil pugnatum, cæterum clamore & à fronte & à lateribus reddito, inde quoq; discessum, in pugna, quæ utiq; nulla fuit, quam paucissimi perire. Dextrum Romanorum cornu ad montes, quos proximos habuit, fugam inclinauit. Fuitq; ea res saluti fugientibus, quod Galli locorum ignari haud longius dispartatos insectari sunt ausi, & hi per locorum deuia Romam abierunt. Contrà qui in sinistra acie locati fuerant, ad Tyberim compulsi, Barbaris irruentibus, magna ex parte circa ripas perire. Multi temere fluuium ingressi, ut erant armis impediti, uorticibus sunt absorpti. Plures omnino natadi peritia Veios perrederunt. Vix Galli credere poterant, se tam cito uicisse. Stare itaq; uelut pauore defixi, infidiasq; adhuc timere. Verum ubi tuta omnia uiderunt, passim cesorum spolia legere incipiunt, armorum cumulis, ut mos est gentis, coaceruatis Romam iter intendunt, quò, haud multo ante solis occasum peruenere. Multi persuasum habuere, si ex acie fugientes Galli secuti essent, facile eo die urbe capta potuisse Romanum nomen deleri. Hæc Lilius. Plutarchus, cui libentius accedo, tertio à pugna die Barbaros Romam petiisse ait. Galli equites cursu ad urbem progressi, quum neq; clausas portas offendissent, neq; in his stationes ullas, rei miraculo commoti, solitudinem urbis suis renunciant, ibi quoq; hostiles infidias formidantes, quia iam nox aderat, ignari quæ essent Romanorum consilia, inter urbem & Tyberim confedere. Romani ad primam aduersæ pugne famam, quicumq; Veios alione fuga contenderant pro amissis habuere. Vnà itaque uiui ac mortui complorati sunt. Clamor & metus ingens continuo ciuitatem inuasit. Sed publicus pavor priuari doloris sensum auertit. Vbi circa moenia conspectus est hostis, exaudiri per noctem ululatus, terrificiq; Barbarorum sonitus, circa muros turmatim uagantium, & quia in tanta animorum consternatione nulla spes erat retinendæ urbis, placuit senatum cum iuuentute militare, Capitolium & arcem occupare, frumento & armis eo collocatis, indeq; Romanum nomen tueri. Sacerdotes & Flamines eodem cum sacris contenderunt. Triumphales senes cum imbelli turba in urbe remanserunt, uelut cum patria, si patria casura esset, interituri. Hortari hi cum lachrymis iuuenes Capitolium scandentes, deos & urbem commendare, quæ trecentos sexaginta annos omnibus bellis uictrix fuisset. Cætera multitudo, nam onerare uolebant arcem nimia turba, ut diutius obsequio tolerari posset ex urbe auersa ab hostibus regione passim effusa, continenti agmine Ianiculum petiit. Inde pars per aliquod dilapsi, nã Tyberis hostium incursum arcebat, pars in finitima oppida cõcessere, suã quisq; spem, sua consilia publicis deploratis secutus Flamen & uestales uirgines, maxima sacrorum parte in doliolis sub terrâ defossa, cætera inter se onera partiti, extra urbem deferrunt. Etiam publicum pontem transgressi uirgines Ianiculum laboriose subibant. Eas L. Albinus homo plebeius procul conspicatus, religione tactus, q; sacerdotes & Romana sacra pedibus irent, ipse cum uxore & liberis plaustro ueheretur, suis ad terrâ depositis, Vestales ipsas cum sacris in currum sustulit, sublarasq; Cere, quo ille iter intenderat, deuexit. Et Lilius in hunc fermè modum fugæ & consternatione illam digerit. Ego haud sanè uideo quo nã modo id accidere potuerit, si sub solis occasum eodè die, quo pugnatu erat, Galli ad urbem insectatione, onerosa multitudo sit ex urbe egressa. Veriora mihi uident, quæ Plutarchus scribit, triduo post pugna Gallos affuisse, quod spatium fuerit terræ ciuitati, & ad munientiu Capitolium p[re]sidio, & ad imbellè multitudinè

Rom. metus et fuga.

Ro. clades ad Allia accepta.

Variatio h[ist]orice.

Rom. metus.

Consilium retinendi Capitolij

Pietatis exemplum in Albino.

procul urbe ablegandã. Senes qui in urbe remanserant, obstinato moriendi animo, eo quo olim habitu quiq; triumphasset, in suarũ ædiũ triuphali sella, sub hostiu ingressum cõsedisse dicunt. Sũt qui tradant sese pro patria & Quintibus deuouisse, qui bus M. Fabius pontifex Maximus p[re]fatus sit carmen. Galli per Collinam portã ingressi, restã in forum cõtendere. Ibi oculos ad templa & arcẽ circumferentes, quã solam armatis teneri uidebant, relicto hic p[re]sidio, ne quis in se impetere fieret, cætera multitudo in p[re]dam dilapsa est. Mirari primo clausis plebeiorũ domibus, nobiliũ tantũ atria patere. Maior itaq; cunctatio tenuit aperta q̄ clausa inuadendi, nequa fraude incauti exciperent, inde uiros in sellis sedentes intuiti, ac p[re]ter ornatũ corporis, habitum quoq; humano augustiorẽ admirantes, nouitate rei defixi, sedentium maiestatem contemplant. Inde quũ ad eos uelut deorum simulacra obuerti staret, M. Papyrius Galli sibi barbã demulcentis eburneo scipione caput percussit, qua ille iniuria irritatus, sedentem ferro oppressit. Tum ab uno cæde orta, cæteri in suis sunt sellis trucidati. Euagatum inde ferrum per ignobilem multitudinẽ, nam multi, ut alio est loco significatum, in urbe ex imbecilli humiliq; plebe remanserunt. His sine discrimine ferro absumptis aut p[re]cipitatis, domus passim direptæ, flammaq; tectis iniecta est: atq; in hũc maximè modum Roma est à Gallis capta. Quam cladem futuram Heraclitus ponticus p[re]dixit, qui priusquam urbs ipsa caperetur, uita decessit. Sed fabulosus Heraclitus Plutarchus refert, Roma, inquit, Græca urbs, quæ iacet ad magnum mare, ab exercitu ultra Hyperboreos montes aduentante capiet. Sed fabulosus Heraclitus, ait Plutarchus, qui illa de magno mari & Hyperboreis confinxit, maior, inquit, omnino fides Aristoteli habenda, qui & ipse Romam à Celtis capiedam p[re]dixit, & à Lucio seruandam, quod ad Camillum referendum sit, uelut M. Lucius Camillus sit, non Furius nominatus. Cæterum nemo ignorat Lucium post Marcum Romanos usurpare nõ conuulisse, quum nemo duo p[re]nomina sortiretur, nisi forte ad M. Valerium alluserit oraculum, qui Camilli magister fuit equitum. Sed si Euseb. recte tẽpora digent, cum capta est Roma, aut nondum natus erat Aristoteles aut certe infans fuit. Annus ille quo Roma à Celtis capta est, ut Lilius & Plutarchus scribit, sexagesimus fuit ab eius conditione ac trecetesimus. Plinius quatuor huic numero annos adijcit. Fuitq; idem à mundi origine, octingentesimus decimus supra quater millesimũ, Olympiadis septimè, ac nonagesimus secundus, quo anno Amyntas uideuigentesimus in Macedoniam gentè regnum cepit. Capta urbe nullus erat dies qui non aliquod hostilis læuitiẽ afferret ijs qui in arce erant spectaculum, obuerti q; cædes, rapinæ, incendia, cadentium domorum ruinæ miserorum ciuium oculis. Erant interea peiore conditione, q̄ qui procul aberant, quod patriæ excidium & suorum supplicia spectare, quæ mala alij tantũ fama percipiebant. Nec uis illa, quæ maior omnino ab hoste orta est, ubi arce potiri non est datum, obstinatos animos frangere potuit, quin tot malis obruti, ferrum quod in manibus erat, uelut unicam spem uitæ intueri, mentem de industria à rot cladium sensu auertere. Galli ubi uident, nihil ad ea quæ fierent, Romanorũ ferociam remitti, uicq; opus esse, si arce potiri uelint, struãta in foro acie dat signum ad Capitolium inuadendũ, sublatoq; ex improuilo clamore, facta testudine aduersum collem subeunt. Romani p[re]sidio ad oes aditus opposito, subeutes medio cliuo excipiunt, exceptosq; ex superiore loco cũ strage & ruina ad ima derudunt. Fuit primus ille Gallis ultimusq; conatus Capitolij aperta ui opugnadi, eratq; nihilo segnior obsequio. Frumẽto interea, qd in urbe fuit, incedijs corrupto, quũ cõmeatus

Seniores pro patria se d[omi]no uolenti.

Heraclitus Aristotelis oraculum.

Anni mundi.

Galli à Capitolio pelluntur.

tus inopiam Galli sentire cepissent, diuiso exercitu, partem copiarum ad Capitolij obsequio relinquit, cæteris in finitimos agros dilapsis, forte ex ijs qui in ea expeditione erant pars non parua Ardeam peruenere, erat ibi Camillus luctu & mœrore publico magis quàm suo casu affectus, identidem requirens, ubinam uiri illi essent, qui secum Veios & Phalerios cepissent, quiq; fortius semper q̄ feliciter pugnare cõsuescent. Igitur audito hostium accessu, ubi Ardeates pauidos de summa rei cõsultare sentit, ultro se illorum concione intulit, quum ad eam diẽ tali cõgressu pertinaciter abstinuisset, turpe credo ratus peregrinum hominẽ in aliena ciuitate nimis curiosum esse. Vbi uero pro concione stetit: Nemo, inquit, uestrum existimet Ardeates ueteres hospites, & iã ciues mei in aduersa fortuna facti, me p[re]sentes conditionis meæ oblitũ, huc processisse, sed hoc quod instat periculum me uelut unum ex Ardeatibus, impellit ac cogit, siquid in me p[re]sidij sit, id ad salutẽ communẽ conferre. Quando enim pro uestris tãtis in meritis gratiam uobis referam, si in tanta oportunitate cessauero? aut ubi erit usus mei apud uos, si in bello non fuerit? hac arte in patria stetit, & inuictum bello ingrata ciuitas togatum eiecit. Vobis nunc Ardeates fortuna obolata est, multis & magnis Ro. Po. in uos beneficijs, ea quæ sunt, haud dicam, quãdò ut gratam decet ciuitatẽ, semper meminertis, gratiæ cumulatius referendæ, & decus uestre urbi ex communi hoste acquirendi. Sunt Galli qui in composito agmine aduentare dicuntur, amplo quidem corpore, sed non minus, ut audio, ad labores infirmo, ferociaq; magis stulta, quàm ut cauto sit hosti formidanda. Afferuntq; ob eam rem plus terroris, quàm uirũ in certamen. Argumento clades esse potest. Ad Allia nostrorũ ducum stulticia tumultuaria illis uictoria cõtigit. Romam patentibus portis cepere. Verũ ubi Capitolij tentare sunt ausi, à paucis tanta inde ignominia & strage sunt repulsi, ut uix arcẽ amplius spectare audeant, non modo oppugnare, atq; iam inde obsequio tædio digressi, ad inuidias & cædem oportum, per agros temerè uagantur, cibo uinoq; sub noctem distenti, prope aquarũ riuos, sine munimento, sine stationibus, passim ferarũ ritu sternuntur. Et nunc ubi ea quæ prosperè gesserunt, magis etiam solito incauti. Quare si urbem uestram, si fines tuos in animo habetis, nec passuri estis totum Latium Galliam fieri, ubi nox aderit, cum armis frequentes adeste, me sequimini, ad cædem potius quàm ad p[re]sidium, nisi hostes uelut pecora uobis trucidados dederò, non recuso eundem mearum rerum apud uos exitũ esse, qui antea Romæ fuit. Nullus erat qui non persuasum haberet, Camillum consilio & felicitate omnes alios ea tempestate duces longe antecellere. Magno itaq; studio concione dimissa, curatisq; corporibus, Ardeates arma capiunt, ad primũ clausum intenti, quo edito primo noctis silentio circa portas Camillo affuerit. Ille ubi per exploratores comperit habuit, ubi hostes essent, tacito agmine hostibus insinuatus, somno multaq; crapula grauatus, subito clamore inuadit, rum cædes non p[re]lium fuit. Corpora soluta somno passim cedunt. Extremi pauore exciti semisomnesq; capeffunt fugam. Horum pleriq; in Antiatem agrum per noctem delati, ubi illuxit, oppidanorum incursum circumuenti, sedẽ & ipsi obruncantur, equites Ardeatum à Camillo in fugitões & dispartatos missi, passim diuersa parte opprimunt. In Veienti quoq; agros per eos dies Tuscorum cædes inges est edita, quo adeo nihil Romanè claudis miserebat, ut & fines etiam captæ urbis, interim quum à Gallis teneretur, hostiliter irrumperent, & Veios quò se Romani ex acie receperant oppugnare conati sunt. Cæterum qui ibi erant, Hetruscos p[re]se p[re]dam agentes conspicati, primo sui miseratio incelsit, quòd ab ijs etiam bello premerentur, à qui-

Oratio Camilli ad Ardeates.

Heraclitus Aristotelis oraculum.

Peroratio.

Gallorum cædes.

bus ut bellum propulsaret, in eam calamitatem incidissent, indignitas inde simul & ira animos ad ultionem accendunt, factusq; esset statim in eos impetus, nisi Ceditius centurio ultionem in noctem differendam censuisset. Camillus unus defuit, cætera eodem ordine & euentu gesta. Capta noctu Hetruscorum castra, tetraque in illis cædes edita. Inde alia Tuscorum manus circa Salinas sequenti die cæsa est. Circumsedere interea Galli Capitolium, in unũ p[re]cipue opus intenti, ne quis hostium ex arce euaderet. Erat Fabiæ genti in Quirinali colle anniuersariũ constitutum, cuius rite peragendi quum status dies forte adesset, C. Fabius ne gentile sacrum intermitteretur, Gabino ritu amictus, per medias hostiu stationes, sacra manibus ferens, nihil ad illorum clamores & minas territus, in collem euasit. Peraçto sacro eodem uultu & constantia in Capitolium est incolumis reuersus: incertũ, Gallis miraculo rei attonitis, an religione motis, cuius gens ipsa haud quaquã negligens esset. Eratq; hic rerũ status Romæ. Veijs interim Romanorum animi quum ob ea quæ prospere fiebant, tum quia ex agris ac toto Latio, magnus eò fiebat uoluntariorum concursus, in dies gliscebant, uulgoque uoces iactari, adesse tempus patriæ ab hoste repetendæ. Nec erat quicquam, qui non Camilli ductu, & auspicijs rem Romanam in pristinum statum restitui posse arbitraretur, si imperij summa ei delata esset. Apertè igitur postulabat, ut ex Ardea Veios accerferetur, quòd quum inter omnes conueniret, placuit tamen de ea re senatũ prius, qui in Capitolio erat, cõsultare. Pontius Cominius impiger tuuenis, seiturum est pollicitus, is quia per hostium stationes, sine periculo ad suos euadere nõ poterat, suberino cortici incubans, secundo Tyberi ad proxima delatus, qua p[re]ruptis est rupibus munitus collis, per sacrorum crepidinem in Capitolium obrepit. Ibi decreto patrum accepto, ut Camillus, censurariis comitijs, ab exilio reuocatus, Dictator diceretur. Pontius eadem uia, qua uenerat, Tyberi traieçto, Veios reuersus est. Ibi lata lex Camillusq; ex Ardea Veios accerfitus, ac Dictator dictus. Sed dũ hæc foris aguntur, Capitolium à Gallis penè captum est, qui seu uestigio notato, qua nuncius ascenderat, seu scanfili loco sua sponte animaduerso, ad Carmentis faxum nocte sublustris p[re]missis qui inermis uia exploraret, alterna ope subnixi, per manũ sibi arma tridentes, subleuantesq; se inuicem, trahentesq; alij alios, tanto silentio in summum euasere, ut nõ custodis modo, sed canes etiam, sollicitũ alioqui animal fefellerint. Anseres falli nequiuert, quos Iunoni sacros, in summa etiam rerũ inopia religione fuit occidere. Ecce enim Ales ipsa pauide naturæ, acerrimè que auditus: horum clangore M. Manlius excitus, fuerat is triennio antè cõsul, uir bello egregius, arreptis armis, cæteros ad arma conciuit. Ceterũ dũ alij magis trepidat, quã arma expediunt, ipse Gallũ qui in summo cõstiterat, ad ortus umbone deturbat, cuius impulsu qui proximi steterat, facile, ut in procliu, prosternunt. Secuta inde cæterorũ strages, qui cautibus hærebant, brachijs & manibus dissectis, uarieq; per cætera trucidati, p[re]cipites alij sup alios ad ima decidunt. Atq; ita auspiciatissimo alitis caru, uniuersq; Mâlij uirtute, Capitolij seruari cõtigit. Ea res seruatori ipsi cognomẽ dedit, ut Capitolinus sit iã inde dictus. Vniuersi, qui in Capitolio erant, singuli felibrã farris, & quartariũ uini, suo quisq; se uictu fraudas, ad Mâlij ædes cõgessere, argumẽto charitatis memorabili, si rerũ inopia quæ tũ fuit cõsideret aliquis. Hęc Mâlio data. Nocturnũ uigilẽ, qui ea parte, qua Barbarus ascenderat, muros negligẽtius custodiuerat, Sulpitiũ tribunũ militũ saxo decicit. Attetiores deinceps custodiæ utrinq; fuere, Gallis omnia p[re]sidio tenentibus, ne quis Capitolij ingredi exiretẽ posset, Romanis ob recẽ periculum arcẽ & Capitolium multo diligentius

Caj Fabij p[re]sentis.

Cominij factus.

Camillus Dictator.

Anseres Capitolini.

Ciuum gratitudo in Manlium.

Galli fame et pestilentia laborant.

gentis assertantibus. Iam fames ex longa obsidione, Romanos inuaserat. In hostium castris haud solum frumenti inopia sentiri, sed & grauis pestilentia, aëstus & torridum recenti incendio solum, quorum intolerantissima gēs est humori & frigore affue- ra, Gallorum corpora languore affecerat, inde morbo sensim uulgato, passim expirabant, tantaq; uis hominum breui absumpta est, ut humani tædio, plura corpora in unum coacta concremarent, quæ res ad posteros nomen loco dedit, ut Gallica sint bulta nuncupata. Nec multo post hostes Roma nis in certos dies petentibus inducias dedere. Interim colloquia utrinq; haberi cœpta, hic quum famem, ut sit, Galli obfessis exprobrarent, & ob id ad deditionem hortarentur, fama tenet ad eam opinionem auertendam, panem pluribus locis ex Capitolio in hostes deiectum, sed iam neq; id malum dis- simulari poterat amplius, itaq; dum Dictator delectum habet, dum copiæ ad bellum in unum contra- huntur, cæteraq; necessaria, per se Camillus, & per L. Valerium magistrum equitum ad prælium com- parat Capitolij præsidium, & si cætera mala consti- ter tulerat, longa inedia confectum, quum infirma corpora armorum pondere obruerentur, nec auxi- lia alicunde adesse cernerent, uel redimi, uel dedi se quacumque pacto deiecit: nam & Galli iacta- bant interdum, fieri posse, ut tolerabili mercede ob- sidionem soluerent. Tum Tribunis militum à sena- tu datum est negocium, ut cum hoste rem suo arbi- trio transigeret. Colloquio inde inter Brennum Regulum & P. Sulpitium Tribunum militum habito, ita inter se pacti sunt, ut mille pondo auri se popu- lus Romanus redimeret, Brennus urbe & Romano agro decederet cum exercitu. Fama est præsentis in- dignitati aliâ Gallos adieciisse, iniquis ponderibus in medium prolatis, Sulpitioq; ea recusante, super- additum his gladium, auditamq; intolerandâ Ro- manis uocem, Vq; uictis, sed cœlesti providentia fa- ctum, ut Romanum nomen, ea perpetui dedecoris nota non sit inultum, ut gens quæ late erat impera- tura, auro seruiliter redimeretur: nam dum per alter- cationem tempus teritur, priusquam aurum sit ap- pensum Camillus affuit, tum auro eius iussu è me- dio sublato, ut Galli se ad prælium expediant edi- citur, quibus pactos esse se aurum prædicantibus, stariq; fœderibus oportere, nullum Dictatoris inuisi- su fœdus aut pactio à minore magistratu aut fieri potuisse, quin multo se certamini accingerent, fore, ut si ea pugna ipsis feliciter cederet, auro & arce po- riterentur. Ipse ad suos conuersus, armis non auro pa- triam recuperare iubet. Deorum templa, Liberos, Vxores, Patrium solum spectarent. Omnia illa aut uirtute uindicada, aut cum ipsis foriter & honeste cadendum. Inde inter semiruta tecta, ut locus quis- que erat ad pugnantū utilis, acie disposita, cū irato hoste confligit. Hic haud maiore momento, quam ad Alliam uicerant, Galli prælio uicti sunt. Vrbe in- de egressi Gabina uia ad octauum lapidem atroci- ore sunt pugna afflicti. Castra capta, cædes adeo omnia obtinuit, ut ne nuncius quidem tantæ cla- dis superuenit. Hæc Liuius, à quo non multum diuersa Plutarchus tradidit. Polybius Gallos aut ab obsidione urbis, domestico bello auersos, quia Veneti, Adriatici maris accolæ, eorum fines infesta- rent, fœdere cum Romanis percussio, restitutaq; ur- bi liberare, domum abijisse. Quidam etiam autores sunt, aurum quod Gallis fuerat appensum, post ali- quot annos Romam relatum. Plinius id à Camillo in Capitolio dedicatum auctor est, quod M. Crassus aliquot post ætates sit furatus. Camillus in urbem triumphans reuersus est, inter militares iocos Ro- mulus, ac parens patriæ, alterq; urbis conditor ap- pellatus. Et Roma ipsa per hunc modum est à Gal- lis recepta. Instare tū acrius Tribuni plebis agereq;

Gallica busta.

Consilia de de- dendo Capito- lio.

Camilli inter- uentus.

Aurum à Gal- lis receptum.

cum plebe, ut quando urbs incendio esset & ruinis deformata, populariter Veios migraretur. Ea q; cau- sa fuit ut Camillus à patribus rogatus, ne titubante rempub. incerto relinqueret statu, haud tam cito se magistratu abdicarit. Fuit itaq; in primis auctor, ut templa confestim expiarentur, quæ hostis prophana- nasset, cum Ceritibus, quia Romana sacra tutari es- sent, hospicium iungeretur. Ludi Capitolino Ioui fierent, ob arcem, & Capitolium seruatum. Templi Allocutio, siue ut Plutarchus scribit, famæ, in noua uia, ubi M. Ceditius fuerat silentio noctis oraculo monitus Gallos aduentare, locari iussit. Aurum ho- sti ademptum sub sella Iouis, in Capitolio dedica- uit. Quod si quis ab hoste id receptum interprete- tur, iam perbellè Romanos auro redemptos fatea- tur necesse est. Quod miror obscure, & perplexè à Liuiio traditum. Sed quod illis ceptum erat appen- di, inde Dictatoris iussu è medio sublaturum, asserua- tumq; in euentū pugnae, tutius fuerit opinari. Nec ita multo post Tribunis legem, de urbe deserenda, agitantibus, senatu prolequente Dictator in conci- onem descendit. Ibi uero frequenti populo, in hunc modū est fari exorsus. Adeo acerbe mihi sunt Qui- rites cum Tribunis plebis contentiones, ut in tristis- simo illo exilio mei tempore, nullū præter hoc unum inuenerim solatium, quod ab huiusmodi certami- nibus procul abessem, à quibus usque adeo animus abhorret, ut non senatus consulto, non populi iussu, in patriam rediturus fuerim, nisi acerbissimus ur- bis casus, me ad reditum compulisset. Etenim ut pa- tria in sua sede maneret, non ut ego in urbe essem, agebatur, quum plebis scito reuocabar. Et nunc libe- ter quiescerem, nisi hæc quoq; pro patria recens di- micatio subeunda esset, cui deesse turpe semper & nefariū duxi. Sed uos dicite, quid opus fuit hæc ur- bem, tanto periculo, tantaq; cura & sollicitudine ex- hostibus recipere, si receptam deseruiri fuimus? aut cur Capitolium præsidio retinere placuit, si retentum & defensum destrituendum à nobis erat? an sic erit, ut plus uastitatis sint secundæ res, uestrae huic urbi facturae, quam aduersæ fecerint? Quod si non natale solum, nō parētum sepulchra, non lares ipsi, apud quos nati sumus, & educati, moueant, certe se- licissimus urbis genius mouere debet. Enim uero si- quis monumenta urbis huius diligenter confide- ret, plures in ea uictorias & triumphos, quā annos, à prima eius conditione reperiet. Fuit quidem sem- per Romani nominis comes fortuna, fueruntq; huic urbi, quum semper aliās præsentis dii & beneuoli, tum hoc tempore, quo ciuitatis rebus ducum culpa afflicta, urbeq; metu & pauore relicta, ne Capitolium à Gallis caperetur prouiderint, deceptaq; humana diligentia, sacratam alitem falli non permiserint. Pa- ri providentia accidisse uideri potest, quod senatu, quod ciuib; se turpiter auro redimētibus, oportu- ne uestre affuerint legiones, quod hostis in urbe pri- us, mox ad undecimum lapidem sit cæsus, per quæ & decus quod amissum erat, & patria nobis restituta est. Quid quod ne hæc deorum sedes à Gallis ca- peretur, eorum iam antea moniti fuimus oraculo, satis cauere potuimus, nisi mentes hominum, ad fu- tura pericula prospicienda, & cæcæ & amentes fuif- sent. Ecquid sentitis Quirites, quā ingrati in illos simus, quā in patriam impij, qui urbem augurio conditam, superis charissimam, omnium circa gen- tium haud dubie uicticem, ubi Romulus Marte ge- nitus, atq; ipse inter deos relatus, ubi tot reges, tot duces, tanta uiro- rum spectata est indoles, uelut pro- phanam & damnatam deserimus? q̄ dilpar est hoc consilium, quā diuersum à Fabij adolescentis pie- tate? Vos in ea deorum benignitate seruata, publi- cas ceremonias deserere conamini. Nec est cur quic- quam ex Veijs, si illuc migratum sit, Flamines huc & augures sacrorum caula mittēdos existimet, quā

Allocutio Camilli ad populum.

Oratio Camilli ad populum.

Laus urbis à genio & felicitate.

Argumentum à maiori.

plæraq; nisi cū ciuitate stare nō possint. Videte que- so quātum à maioribus diuersi abierimus: illi nobis in Albano monte, & Lauinio sacra faciūda tradide- runt, quia ea in urbem transferre religioni fuit, nos quæ æqualia sint huic urbi, & quæ priusquā conde- reretur nata, sine piaculo destruenda arbitramur. Sed de sacrorum ratione & tēplis loquimur. Quid uestra- les, quibus una illa sedes sacrata est, unde nulla un- quā causa, præter exitiū captæ urbis, amouere po- tuit? Quid Dialis Flamē, cui uel unam noctem extra urbem manere nefas est? Quid alia, quæ in hac urbe auspicio aguntur, & omnia ferè intra Pomœriū, co- mitia curiata, quæ rem militari cōtinent, comitia centuriata, quibus cōsules creatis, cui obliuioni, cui negligentia hæc dantur? Vbi auspicio fiet, nisi ubi fieri consueuerunt? Veiosne hæc transferentur? aut populus ob eam rem toties dulcissimæ patrię bustū non sine dolore & lachrymis inuisurus, huc reuoca- bit? Sed res ipsa (dicit aliquis) cogit nos id facere. Vrbs incendijs & ruinis delata est, integrā & fartam petimus, nec in ops multitudo noua uexāda est ædi- ficatione. Verū migratio hæc urbe adhuc incolumi, à uobis Tribunis mota est. Sed uidete quātum inter meam sententiā & uestram interfit. Scio uos ita arbi- trari, si prius hinc migrandum non fuerit, nunc quia hæc clades accepta sit, migrari oportere. Ego cotrā, etiam si tunc non hic manendum fuisset, nunc quia omnia strata sint ruinis, nego patriam esse relinque- dam. Nec id quisquā miretur nisi prius quale sit au- dierit, quippe tunc quum uictoria nobis causa fuit Veios migradi, discessus ille nobis & posteris fuisset gloriosus, nūc migratio nobis misera & turpis, Gal- lis celebris & inelyta. Non enim uictā urbem uicto- res petijisse, sed uicti patriam reliquisse iudicabimur, & Romā Galli euertere ualuisse credentur, Romani restituere non potuimus. Quid præterea fiat, si nouus Gallorum exercitus, fama nostræ protectionis suis sedibus excitus, desertam urbem occupet? Quod si Volsci aut Equi perpetui hostes id faciant, uelitis ne eos Romanos, uos Veientes nuncupari? & hæc de- decora pati potius parati estis, quā iterum edificare, quasi nullum possit domicilium humilium hodie fieri quā casa illa conditoris nostri, quæ adhuc extat? aut nō in casis pastorum ritu satius sit habitare, quā tur- piter in exilio, & alieno solo uiuere? Maiores nostri, quum nihil præter syluas & pascua his locis essent, tantā urbem breui cōdiderunt, nos Capitolio & ar- ce incolumi, incolumibus tēplis instaurare piget? & quod singuli facturi fuimus, si ædes nostræ casu ali- quo deflagrasset, id in publico in cedio facere recu- samus? Quid tandem, si casu aut fraude aliqua, in cen- dium sit Veijs ortum, quod fieri possit, ut uento flā- ma late euagata, magnā urbis partem absumat. Fide- nas inde aut Gabios sedes trans feremus? adeo nihil nos tenet patrium solum, nec terra hæc, quā matrem appellamus, sed in tignis & parietibus omnis chari- tas & spes nostra sita est? Fateor equidem Quirites, quā diu patria abfui, quoties illi⁹ imago subibat mē- tem, Capitolium, & cæteri colles, forum, campi, Ti- beris, & hoc cœlum, sub quo natus & educatus erā succurrebat animo, non poterā non eorū admonitu nouum quoddam desiderium sentire. Hæc eadē mo- ueant uos Quirites, horū charitate in patria & natali sede potius maneat, quā quum temerè relicta fue- rit, frustra requiratis. Merito dii hominesq; cōsen- serunt in urbe his locis statuenda. Saluberrimi colles, Ager feracissimus, Flumē ad res maritimas subuehē- das idoneum. Situs ab omni externæ classis pericu- lo immunis. Vrbs media Italia, & ob id ad rerū in- cremētā habilior. Est hic quintus & sexagesimus su- pra trecentesimo Romanæ urbis annus, & quis unquam populorum non eorum dico qui finitimi sunt, sed qui sunt etiam intra extraque Italiam, tam luxuriosa sensit incrementa? proximo lustro ceterum

& quinquaginta duo milia ciuium censa sunt. Trāf- eo duces, exercitus, uictorias, triumphos, qui penè plures sunt numero, quā anni urbis. Quod quum ita sit, quæ (malum) ratio est, felicia expertis, uellè ignota experiri? Poterit fateor, uirt⁹ uestra aliō trāf- ferri, at fortuna loci non poterit. An fando auditum est nunquam, arcem omnium gentium fore hic, ubi humanum fuit olim caput inuentum? Iam res ipsa, ne cui uestrum dubium sit, huic colli, qui nobis im- minet, nomē dedit. Quid immobilis terminus, quid ancile cœlo dimissum? quæ omnia deos propitios manentibus pollicentur. Quibus aduersis non mo- do non humana augentur, sed si qua quæ sita sunt in peius dilabuntur. Mouerat quidem ratio multitudi- nem Camillo perorante, sed religio multo magis. Eam animorum inclinationem omen confirmauit. Reuertentibus tum fortè ex præsidio quodā cohorti- bus, centuriorum unus, ubi in partem fori uētum est, ad signiferum exclamans. Statue, inquit, signum hic optime manebimus. Qua uoce exaudita, & sena- tus ex curia egressus se omen accipere dixit, & popu- lus qui in concione stabat, magno consensu confir- mauit. Antiquara deinde lege, urbs studio cœpta est instaurari, regula publice præbita, saxorū materiæq; cædendæ, unde quisq; uellertius factum, prædibus acceptis fore, ut eo anno quicumque hæc ex publico accepisset, edificia perficeret. Viarum ratio nulla ha- bita, quin in uacuo ut cuique libitum est edificanti- bus, ita accidit, ut postea urbis forma, occupatæ ma- gis quā diuisæ, fuerit similis. Atque in hunc mo- dum urbs à Gallis recepta, Camilli persuasum instau- rata est, Quintus Fabius qui legatus in Gallos con- tra ius gentium dimicauerat, ubi primum magistra- tu abiit, à C. Marico Tribuno plebis in iudicium arre- ptus, per oportuna morte est iudicio subtrahus. Ma- ior deinceps rerum successus securus, ut urbis uelut à stirpibus latius feraciusq; renatae. Etiam anno per hos motus circumactō, Camillus qui rogatu pa- trum tādium in Dictatura perseuerauerat, quoad sta- tus reipublice sifteretur, ultro potestate abiit. Crea- ti inde Tribuni militum consulari potestate, Aulus Valerius Publicola, L. Verginius, P. Cornelius, Au- Manlius, L. Æmilius, L. Posthumius. Hi leges duō- decim tabularum & quasdam ipsorum regum con- quistas in publicum redigendas curauerūt, & circa religionem non nihil eorum cura uersata est. Diem ad decimum quintum calendas Sextiles, duplici cla- de insignem, & quod ad Cremerā Fabij eo die olim cæsi essent, & ad Alliam flutium, cum exitio urbis, cum Gallis infeliciter dimicatum, atrum & infa-ustum habendum censuere, Aliensēque uocarunt. Decretū ut eo die nihil publice, priuatimue agere- tur. Et quia Sulpitius Tribunus postridie idus quin- tiles non litasset, placuit postridianos dies, qui calē- das, idus & nonas sequeretur pari ratione atros ha- beri. Heraclitus Hesiodum redarguit, quod dierum faustos alios, alios infames infelicesq; ponere esset ausus, uelut non omnium dierū una esset natura, sed casus fecit credo, quod interuallo annorū & ad Leu- stras & ad Gerastum, quarto die eius mensis, qui apud Athenienses Hecatonueon dicebatur, duæ cla- rissimæ uictoriae sunt illis quæ sitæ, quæ libertatem Græciæ peperunt. Vno eodemq; die ad Mycalem & Plateas Persæ sunt à Græcis superati, septimo Ve- dromionis mēsis die, Thargalionis, Alexāder regio- duces in Granico, & Timoleon Corinthiū in Sici- lia Carthaginenses uicit. Fueruntq; hi menses Græ- cis felices. Cotrā Metagestion infelix, septimo die cuius ad Cranonē Græci cæsi sunt, & diu postea eadē luce ad Cheroneam, à Philippo Macedonum rege uicti. Sed talia non dierum natura, sed casu ac- cidere, ex ijs, quæ contraria ratione afferuntur, fa- cile potest intelligi. Enim uero eo die quo Roma- nus exercitus, Cæpionis ductu, à Cymbris deletus est,

Peroratio Omcii.

Instauratio Romæ.

Tri. Con. Pō.

Atri postridia ni dies. Faustis & infastis dies.

est, certa annorum intercapedine à Lucullo Tigranes & Armenij sunt magno praelio uicti, & Artalus rex, & Pompeius Magnus natali suo uterq; periit. Quo apparet non incite Greco carmine in esse proditum, ipsam diem mortalibus nunc matrem esse, nunc noueram, eandem luctum & lætitiã, uitam & interitum afferre. Nec res Romana post receptam à Gallis urbẽ diutius quieuit, Volscis hinc, inde Hetruscis, minaci bello imminetibus, fama erat omne Hetruscum nomen, ad Phantum Vulturum, in Romanos coniuurasse. Sed maior à Latinis & Hernicis terror ferebatur, qui quum centum propè annos in fide mansissent, præsentem Romanę urbis fortunam aspernari ad defectionem spectabat. Nulli dubium erat, Romanum nomen, non hostibus solum, sed & socijs, ob ea quæ acciderant, uile & contemptibile factum. Ciuitas multiplici terrore concussa ad consuetum remedium confugit. Camillus dictator, magistrũ equitũ Claudiũ Seruiliũ Halã dixit, delectũ inde accuratissimè habito, partem unam exercitus in cõspectu urbis castra habere imperauit, ut patriæ præsidio esset, alteram circa Veios Hetrusciorũ motibus obiecit, ipse cum cætero exercitu in Volscos profectus est. Erat hostium castra ad Metium, haud procul à Lanuino, qui audito Camilli nomine, tantum terroris perceperim, ut congestis arboribus castra, ne Romanis munimentis insinuari posset, circumdederit. Camillus igni in oppositam materiam iniecit, tantum Volco metum iniecit, ubi fumus et crepitus flammarum in uiridem materiam grassantium, ad sensum peruenit, ut minore negotio hostiũ uallum, quàm septum ipsum incensum transierit miles. Præda exercitui concessa est. Dictator Volscam regionem populatus, septuagesimo demũ anno, quàm bellari cœptum erat, totam gentem ad deditionem compulit. Victor inde exercitus in Equos ductus, qui & ipsi summa ope bellum comparabant, eorum copijs ad Bolam repertis, castra quæ ante urbem ualde communita erant, inde Bolas ipsas primo impetu cepit. Eratque in hoc uictoriæ cursu res Romana in Equis, quum Hetrusci qui in armis erant, Sutrium sociam Pop. Rom. urbem tumultuose sunt oppugnare adorti, quorum legati, quum Romanam opem imploratum uenissent, Senatus ad Camillum scripsit, ut si reipub. commo do fieri posset, laborantibus socijs subueniret. Interea Sutrinis, alsidua oppugnatione quam Tusculi abundante multitudine, ne per noctes quidem remiserat, paucitate porius quàm uiribus uicti, ea cõditione urbem dedunt, ut ipsi cũ uxorib. & liberis, singula uestimenta habentes, liberi mitterentur. In id agmen haud multum ab urbe progressum, Camillus plus minarum incidit, motus miserabili sociorum aspectu, orationeq; principum, subitam deditionem, sua paucitate, cum fletu exculantium. Parcere iubet lacrymis, fore, ut ea clades breui in hostium perniciẽ uerteretur. Hæc ille, simul sarcinas in medium conijci imperat. Ibiq; præsidio cum Sutrinis relicto, ipse cũ expedito exercitu ad urbẽ cõtendit, ubi oĩa impuissa & negligẽtia soluta, sine p̃sidio, sine stationib., haud aliter quàm ipse animo præceperat, inuenit. Igitur penè prius Romanus, parentibus portis in oppidũ irrupit, quàm ab hoste adesse sentiretur, magnoque Tuscorum cæde edita, Sutrium Camillus, eodẽ die quo fuerat amissum, recepit. Fuisset atrocis certaminẽ accensum, clausis portis, & hostibus ultima desperatione adactis, nisi Ro. Dictator pacem inermibus, præconis uoce edixisset. Salutis igitur spe præsentia, dedit sese abiectis armis hostes, quibus in custodia traditis, oppidum Camillus inuiolatum socijs restituit. Ipse trium bellorum uictor, triumphas in urbem reuersus est, insigni captiuorum multitudine ante currum acta, quibus sub hasta uenditis, tantũ inde est pecuniarũ exactum, ut persoluto ma-

Camillus Dictator.

Volsci deduntur.

Equi castris exuuntur.

Hetrusci.

Sutrium uno die amissum receptum.

tronis auro, quod in medium Gallico bello contulerant, tres aureæ pateræ inde factę sunt, cum Camilli inscriptione, atq; in Capitolio dicatæ. Phallicis & Capenatibus, qui medio belli tempore Romã transfugerat, ciuitas data est, & ager assignatus, & ex Veijs Romã, si qui uacua testa ibi nacti ad id tẽpus esse perseuerarant, capitalis supplicij multa, nisi statim inde ab secessissent indicta, ad unum remigrarunt. Augeri itaq; indies urbana multitudo, & urbs nouis ædificijs instaurari, tantoq; studio properatum opus, ut intra annum Roma ex integro steterit. Secuti inde Tribuni consulari potestate. Quintius Cincinnatus, Seruilius Fidenas, Iulius Tullius, Aquilius Coruus, Lucretius Tricipitinus, & Sulpitius Rufus. Equorum agri ab residuo bellorum odio, & nequa rebellandi materia adesse, nastari sunt. Hoc anno alter exercitus, in Hetruscos missus, Cortuosam & Contenebram urbes, uel ex hoste cepit. Direpta hæc, illa direpta & incensa. Eodem anno Capitolium quadrato est saxo substructum, opus uel in ea rerum opulentia, quæ postea secuta est, conspicuum, & Tribuni plebis agrarię legis auctores, se profiteri: Pontini agri diuisione, post Volscorum res à Camillo accisas, multitudini propolita. Sed plebs siue contemptu rei, siue religione præsentem Tribunorum illecebram aspernata est: etenim, ut auspicia renouarentur, res ad Interregnum redijt. Creati sunt post aliquot Interreges, Tribuni militum, L. Papyrius, Gn. Sergius, L. Æmilius, Licinius Menenius, & Valerius Publicola. Ædes Martis hoc anno dedicata est, quæ Senonico fuit bello uota. Sunt & ueteri numero quatuor tribus additæ, Stellatina, Sabbatina, Pompetina, & Narniensis. Atq; ita quinq; & triginta deinceps fuerunt, quum minor omnino ad id tempus numerus fuisset. Tum de Hernico & Latino bello nõnihil agitari, eoq; maiore ciuitatis cura, quòd & Hetruria in armis esse dicebatur. Sed res in sequentem annum dilata, quo Camillus Tribunus consulari potestate est creatus. Collegę illi dati Cornelius Maluginensis, Seruilius Fidenas, Quintius Cincinnatus, Horatius Puluillus, & Publius Valerius. Principio anni ciuitas ab Hetrusco bello in Antiatres auersa, agrestium agmen, ex Pontino agro metu depulsum, Romam confugit: nunciare hi palam Antiatres bellum summa ope instruere, iuuentutemq; à Latinorũ populis ad id bellum missam. Senatus & Tribuni militum in Camillum uersi, iam de eo dictatore dicendo agitant: ille uero confusus animo, quum ordinis amplissimi & collegarum in se ornando consensum cerneret, gratias primo egit, q. tantum sibi tribuerent, quantum ipse nec meritis esset, nec postulare, docuit id bellum plus minarum quàm periculi habere. Cæterum ut nihil timendi, ita non omnino contemnendi se autorem futurum, partitusque curas belli cum collegis, ut Seruilius cum exercitu circa urbem sederet, si quid Latini, aut Hernici mouerent, alterum exercitum ex senioribus, & ijs qui primario delectu aliquid excussissent, cur militare non possent, T. Quintius scriberet, cum quo mœnibus urbis præsideret. L. Horatius arma, tela, frumentum ad bellum expediret, Seruilius Sulpitius religioni, comitijs & legibus præficeret. Ipse cum Lucio Valerio ad bellum profectus, Marco Furio sibi adiecto, quem professus est pro Dictatore sibi futurum, ac se illi pro magistro equitum. Gestire præ nimia læticia patres, ac palam iactare, nihil Dictatore opus fore amplius, iura concordis inter se magistratus, tam libenti animo parere possent quàm imperare. Camillus cum exercitu ad Satricum primo confedit, quo Antiatres non solum Volscos, sed ex Latinis & Hernicis, ingentem uim hominum contraxerant. Nouus hostis ueteri additus, haud mediocriter perculit Romanorum animos, mox cum Camillo aciem instruenti centuriones

Roma intra annum instaurata.

Capitolium quadrato saxo substructum.

Martis ædi.

Tri. Con. Po.

Dictator. Bellum in Antiatres.

Camilli hortatio.

Funduntur hostes.

Camillus Satricum oppugnat.

riones renuciassent, turbatas esse militum mentes, segniterq; ab his arma capi, auditasq; uoces singulis Romanorum aduersis centum hostium rem prælio futuram, uix inermem tantam multitudinẽ, non modò armis instructam posse à tam paucis sustineri. Tum Camillus equum ascendens, inter ordines sublimis uectus, quæ tristitia, inquit, milites hæc est? quæ insolita cunctatio? hostem an ducẽ an uos ipsos ignoratis? etenim hostis quid aliud est quàm perpetua uestræ gloriæ materia? Vos contra non illi estis, qui meo ductu Veios, qui Valerios cepistis? Qui Gallos ferocissimos hostes in urbe capta cecidistis? qui hos ipsos Volscos, Equos, & Hetruscos uictos partim deditos, partim uel captos sub hasta uendidistis? An me quia nõ Dictator sum, sed Tribunus militum alium putatis ab eo, cuius ductu tot præclara facinora gessistis? Sed ego neque in uos maxima imperia desidero, neque uos in me quicquam præter me ipsum intruere decet. Non dictatoriali dignitate opus est, sed consilio, strenuitate & prudentia, quæ omnia scio me, nec fallor, in hoc bellu afferre. Quod si eundem me esse uidetis, quem in alijs bellis uididistis, superest ut non alio euentu uos hodie dimicuros arbitremini, quàm ad hunc diem meo ductu & auspicio dimicatis. Concurrite igitur simul in hostes, & quod quisque didicit ac consueuit, faciat. Hæc Camillus cum tota acie, tum ante signa hortabundus fari. Inde dato signo, equo desiliens proximũ signiferum secũ in hostem rapit. Ibi milites duces iam ætate grauem uadentẽ intuitu pudore affecti, & ipsi sub lato clamore in hostem procurrunt. Immissum ferunt Camilli iustum signum in aduersam aciem, eodẽ repereudo antesignanos accesos, Antiatres primo congressu pulsi terrorem ad subsidiarios pertulerunt, aduersa parte acies non solum constabat hosti, sed sinistrum etiam Romanorum cornu, qua parte Valerius procurabat, de grauatam haud dubiẽ fundisset, nisi eodẽ Camillus in equum iterum sub latus celeriter aduolasset, qui à milite conspectus sua præsentia & hortatione inclinatam aciem confestim restituit. Exprobrare cedentibus mecum, hostemq; altera parte solum ostentabat, per quæ Romanus terocior factus, tato ardore in aciem redijt, ut momento temporis, ea quoque parte pulsus sit hostis. Erat itaque solum agmen, quum subitus imber ingenti procella è celo deiectus, magis uictoriã quàm prælium diremit, signoq; receptui dato, nox secuta est. Hernici & Latini quia primi conatus parum prospere celsissent, relictis castris diuersi domum concessere. Volsci ubi se ab eorum auxilijs quorũ fiducia rebellauerant, desituros uidere, Satricum sedem belli petierunt: Camillus eodẽ cum exercitu profectus, oppidum aggere & operibus est oppugnare adortus. Cæterum posteaquam nihil ab hoste moueri uidit, metu id fieri ratus suos ad scalas mœnib. admouendas hortatur, non esse ibi, ut ad Veios diutius sedendum, dictitans: Milites sublato clamore muros subeunt, admotisq; repente scalis, non aliter quàm si nullo tenerentur, in summum euasere: qua ferocia Volsci adhuc magis territi, abiectis sese suppliciter dedit. Et iam Romanus uictor Antio, unde bellum erat ortum, imminabat: de cuius oppugnatione Camillus, Senatum consulturus Romam concessit, collega in castris relicto, quũ legati à Nepete & Sutrio superuenerunt, auxilium aduersus Hetruscorum arma implorantes. Censuit Senatus Antiatres obfidione omissa, bellum continuo in Hetruriam uerti, ut Quintius & Horatius in Volscos irent, Camillus & Valerius Sutrium ducerent legiones. Vbi eodẽ Romani duces uenerunt, iam Hetrusci parte urbis capta Sutrinis intra mœnia oppugnabant. Tueri tamen illi interiectis uijs oppidi angulũ. Camillus ubi in quanto sociorum res periculo essent animaduertit, ea parte qua oppidum ab hoste tenebatur, Valerium coro-

na muros cingere imperat, scalasque ut mœnibus admoueant edicit, non tam spe urbis ea parte recuperandæ, quod haud fieri posse uidebatur, quàm ut ab intestino certamine externo occupatos auerteret, sibi que spatium daretur in oppidum sine alia armorum disceptatione intradi, atque utrunq; ex sententia ceisist. Romanis cohortibus in urbem admilissis, Hetrusci ancipiti prælio perculsi, ne in medio cæderentur, portarum una quæ nondum fuerat à Romanis infessa, cõferro agmine foras erumpunt. Multum ibi dum sese ad fugam expediunt, & inde ad noctem per agros sparsi, occisione sunt à Valerianis occisi. Multi quoq; & à Furianis in urbe ubi semel manum conseruere, in uestigio occubuerunt, Camillus Sutrium receptum oppidanis ut antea restituit. Inde Nepete sunt legiones adductæ quod deditione radicum totum hostes habebant. Erat haud dubiẽ Nepesina oppugnatio longè difficilior Sutrina. Nam præterquam quòd hostes toto oppido potiti erant, factio una ciuium quæ ante dedendæ urbis fuerat, pro Hetruscis stabat. Camillus nunciari iubet, ut Nepesini ab Hetruscis discederent, & fidem quam à Romanis implorassent, præstarent. Responsum est, oppidum non in sua, sed Hetruscorum potestate esse, eorum præsidio muros & portas teneri. Tum Romanus imperator, agro urbi circumiecto sedẽ populato, ingentem sarmentorum uim in fossas deiecit, ut facilius daretur militi ad muros accessus. Scalas deinde mœnibus admotis, oppidum uel cepit. Nepesinis Romanus uictor ueniam dedit, Hetruscos armatos inermesq; ad unum cæde confecit, ipsi quoque defectionis auctores securi sunt perculsi. Ab innoxia turba, non solum ab iniuria temperatum, ut dixi, sed urbs quoque & fortunæ restitutæ sunt. Camillus & Valerius duabus socijs urbibus ab hoste paucis diebus receptis, præsidioque Nepete relicto, uictorem exercitum ingenti gloria domum reducere. Res inde ab Hetruscis & Latinis repetitæ, ab utraque gente quæsitum, quid esset quod biennio militem ex ueteri formula non dedisset, responsum est, nequiuisse iuuentutem domestico bello occupatam foras ablegare, negarum præterea publico consilio id factum, quòd Latinorũ quidam & Hernicorum in Volscis castris militassent, qui siqui fuerunt, abunde penas suæ temeritatis lussent, quippe quorum nemo domũ incolumis remeasset. Non tam lociorum causa quæ haud dubiẽ suspecta erat, quàm tempus patribus persuasit, ut ultionem in aliud tempus differrent. Sequenti anno, Au. Manlio, P. Cornelio, duob; Quintijs, T. & L. Capitolinis, & Papyrio Curfore Tribunis, graue bellum à Volscis instabat, Latinorum defectione atque Hernicorum accedente, & domi ingens erat seditio orta. M. Manlius patricio genere ortus, q Gallos ex Capitolio depulerat, eius præclari facinoris laude tumidus, præsentemq; gestularum rerum gloriam Camillo inuidens, primò uictorias comparando, patriam à Camillo nunquam recuperari potuisse dicitabat, sinò à se Capitolium defensum esset. Gallos præterea inter aurum accipiendum, & spem pacis incautos uelut insidijs ab eo oppressos, se ex Capitolio ex arce iam capta deiecisse. Iam enim meritum suum omnium animis excidisse, solum Camillum in urbe gratia & autoritate florere, solum exercitus ducere, cui non satis esset Romanas legiones subijci, nisi & collegæ, qui patribus auspicijs & eodem suffragio creati essent, prominiſtris ab eo haberentur. Nec interim Senatus parere qui Camillum complexus, cæteros uiros fortissimos inhonoratos uellet. Quibus ille non contentus, primus patriciorũ popularis factus, cum Tribuni plebis cõsilia conferre ad agrarias leges, & ad æs alienum, quãdo supra modum inualuisset, discutiendũ concitare, seq; autorẽ ad omnia audenda pollicebat. His motibus perculsi patres, eniuero Man-

Hetruscorum cædes.

Nepete expugnatur.

Latinorum excusatio.

Manlij Capitolini insolentia.

lius homo uehementi ingenio summoque loco natus, multum per hæc seditionis concitatorum putabatur. Præterea quia graue bellum foris impendebat, Dictatorem dicendum censuere. Au. Cornelius Cossus est dictus, qui magistrum equitum, T. Quintium Capitolinum dixit. Dictator etiam maius sibi in urbe certamen, quod foris propositum uidebat, tamen seu triumphum cupiditate, seu quia existimabat foris statum reip. prius sibi oportere, delectu habito in Pontinum agrum legiones duxit. Coiuerat eod magnus quidem Volcorum numerus, sed maior adhuc Latinorum & Hernicorum, & ex Circensibus colonis non nulli Velitrisque aderant. Dictator postridie quod in hostium conspectu uenit, auspiciato castris egressus, iubet militem ante pedes pilea statuere, gladioque dextram armare, nec de more procurrere, sed incurrentem hostem cum impetu illatum, ubi cominus excessissent, tum gladios in eum uibrare. Ipse Quintus equitem intentum haberet, atque ubi pugnam conferta uidisset, nouum hostibus terrorem adderet, ordinesque subito incursum turbaret. Iuuit ducis consilium rem Romanam ducem fortuna, nam pedites equitesque haud aliter ac iussi erant pugna capessunt. Hostes suo numero freti, nihil secum in prælium præter temeritatem ferentes, cum clamore in Romanam aciem telis temere coniectis irruunt. Vbi uero gladios circa ora et oculos micare uident, haud aliter quam in insidiis præcipitati, Romanorum ardore ferre nequeunt. Impulsa itaque statim acies, ut deinde ab eque illata, minus ac minus confestim sibi cœperunt, mox fuga semel inclinata passim dissecti cum multa strage, qua suis quemque aut metus aut imperus tulit, in pacatum abierunt. Eorum castra capta ac direpta sunt, omnisque præda, præter libera corpora, militi concessa. Circenses colonis & Veliterni inter captiuos cogniti, Romanam a Dictatore missi, utriusque sui populi defectionem indicauerunt, apparebatque in uiros patres bellum duabus ciuitatibus inferri, eratque in eam expectationem Dictator erectus, cum seditio, quæ Romæ in dies gliscebatur, uictorem exercitum domum reuocauit. Nam super alia multa Manlii atrocitas dicta factaque, cum centurionem pecuniæ additum è foro abduci uidisset, cum suorum caterua impetu facto, creditoribus manum iniicit. Inde in patrum auaritiam & superbiam inuectus, frustra à se Capitolium seruatum prædicabat, si ciuem suum in neruos & in uincula, uelut bello captum impune trahi pareret. Hæc ille & alia acerba, in totius ordinis inuidiam locutus, rem simul palam creditoribus persoluit, solutumque alieno ære domum dimisit. Precari ille forensem turbam immixtus, deosque & homines obtestari, ut M. Manlio, siue libertatis assertori, gratiam pro tanta in se liberalitate, uel cumulatissimam relatam uellent, ipsius opera se lucem, forum atque ora ciuium uidere, omnia parentum beneficia se ab illo habere, quicquid sibi cum patria, cum penatibus, publicis & priuatis iuris esset, id se cum uno homine semper habiturum. Magnum inde plebis studium est Manlio conciliatum, sed maius à patribus odium. Ipse præceps in popularem auram, fundum, quem in Veienti possederat, præconi subiecit, testatus quandiu ex priuatis fortunis superesset aliquid haud passurum se suorum ciuium quempiam in neruos & uincula à creditoribus abduci. Iam frequens plebs Manlium adire, quæ ille uniuersæ nobilitati in dies magis tam ueris quam falsis criminibus reddebat infestam. Aurum quod pro Capitolij redemptione in medium fuerat collatum, à patribus interuersum insimulans, ut qui populum capto ex hoste agro fraudassent, fraudarent & auro. Potuisse ea auri summa plebem alieno ære liberari. Sed celsissime rem ipsam, ut cætera publica in paucorum prædam. Daturum tamen se operam diligenter inuestigando, ut quo esset loco id aurum suppressum intelligeret, eoque reperto ad leuandam ciuium inopiam, non ad luxuriam paucorum alendam, Respublicam ureretur.

Dictator.

Dictatoris stratagemata.

urbana seditio.

Manlij calumnia in patres.

His erecta uocibus plebs, per æqua & iniqua securam uidebatur suorum commodorum autorem, ad quos motus opprimendos, Dictator accersitus, ubi euocato in curiam Senatum, omnium animos satis est periclitatus, patrum multitudine stipitatus, in forum descendit, inde sella in comitio posita, uiatorem ad Manlium misit, qui testatus certamen ingens adesse, cum multitudine suorum ad Tribunal uenit. Hinc patres, inde plebs suum ducem intuentes, uelut in acie diuersi consistere. Tum silentio facto, Audio, inquit Cornelius, factam abs te Manlii spem ciuitatis, ex thesauris Gallicis, quos patres occultent, æs alienum persolui posse, cui rei tantum abest, ut si ipse aliquo modo impedimento futurus, ut te contra adhorter, immo iubeam, uti Romanam plebem, ista ratione liberes, & hos publicis thesauris incubantes, ex nefaria præda indicio euoluas, quod nisi facias, siue quia ipse in parte prædæ sis, siue quod uanum indicium est, in uincula te abduci iubeo, nec diutius patiar te uana spe multitudinem sollicitare. Ad ea Manlius pauca præfatus, quibus testatus est, haud se ab initio latuisse, Dictatorem aduersus se non ad usum belli, à patribus creatum, & iam omisso bello, quod erat ad hoc ipsum simulatum, in Marcum Manlium & Romanam plebem impetum fieri. At mirari se cur inuidia ex eo sibi quaereretur, quod ciuium patrociniū suscepisset, & quod latus suum plebeiorum multitudo cingeret. Inde ad Dictatorem conuersus, tuum est, inquit, Aule Corneli, uestrum patres conscripti, quum uelitis facile hunc comitatum mihi adimere, intercedendo pro uestris ciuibus, prohibendo iudicatos abduci, uestro ære inopes subleuando, alienas necessitates suos quisque beneficio sustinendo, sortem aliquam de capite adimite, aut quod uisus supernumeratum est tollite, sic enim non magis mea quam cuiuspiam uestrum spectabilis erit turba. Verum enim uero, si quis quaerat quid sit, quod solus nunc meorum ciuium curam agam, non multo plus quod respondeam habeo, quam si quis me roget, cur Capitolium solus defenderim, arcemque seruauerim, & tum omnibus quam potui operam tuli, & nunc singulis feram. Quod autem ad Gallicos thesauros attinet, rem suapte natura facilem, isthæc fecit percontatio difficilem. Cur enim quaeritis quod scitis? quod in sinu uestro est excuti ab alio iubeatis? non ego ut uestram prædam indicem, sed uos potius cogendi estis, ut in medium perferatis. Tum iterum iussu omnium ambagibus missis indicium peragere, aut fateri scelus insimulati falso crimini Senatus, quum negaret se arbitrio inimicorum locuturum, in uincula dictatoris iussu est ductus, Iouem & cæteros deos testatus, rem indignam fieri seruatore patriæ, quia Romanæ plebi gratificaret, in catenas & uincula abduci, neque oculi multitudinis, neque aures, eam indignitate ferre poterunt. Cæterum Dictatoria maiestas effecit, ut neque trib. plebis neque plebs ipsa, attollere sit ausa frõrem, aut hiscere. Satis constat Manlio in carcere coniecto, magnam partem plebis uestem mutauisse, multos etiam barbam & capillum, ut in domestico lectu promississe, obuersatamque in uestibulo carceris multitudinem ingentem, dum dictator de hostibus uictis inuidiosum triumphum egit, uulgo exaudiat etiam uoces de ciue non de hostibus Dictatoris triumphare. Vnum defuisse, ut Marcus Manlius ante curiam duceretur. Et iam res haud procul erat à seditione. Tentarunt patres plebis iram lenire, colonia Sarricum proposita sed nulli dubium erat, ea illecebra Manlium periclitari. Repudiata proinde uulgo est ea Senatus munificentia. Abijt interim Cornelius magistratu. Tum Manliani palam plebis patientiam increpare, quæ ciuem suorum commodorum studiofissimum, nec alia de causa patribus offensum, quod inopiam ciuium suscepisset patrociniū, inter fures & latrones in uinculis iacere pateretur. Sic Sp. Cassium, sic Man-

Dictator Manlium accersit.

Ferox Manlij responsum.

Manlius in carcere traditur.

fic Manlium perisse, quia plebi gratificati essent. Desideratos tot infelicitum uirorum exemplo, qui opibus & ingenio polleant, ingratae multitudinis patrociniari amplius, quum nihil aliud esset multitudinem ad se beneficio trahere, quam funebre comitatum suis exequijs parare. Talibus querelis multitudine accensa, aperte se carcerem refracturam minitari, nisi Manlium uinculis eximeretur, quod ne fieret ueriti patres, Senatusconsulto eum liberarunt. Tum uero non modo non seditio suppressa est, sed dux seditioni restituit. Veniant per eos dies legati à Latinis & Hernicis Romanam, & cum his Veliterni & Circenses, purgaturi se à Volsci belli suspitione, & ut capti ciues sibi redderentur, in quos ipsi patrijs legibus animaduertent. Responsum est illis, ut consilium à conspectu & oculis Romani populi facerent, ne si negligentius id fieret, parum eos ius legationis tegeret. Comitata inde habita, quum iam Manliana seditio recrudesceret. Creati Tribuni consulari potestate, Cornelius Maluginensis, Valerius Potitus, Furius Camillus, Seruius Sulpicius, Papyrius Crassus, Quintus Cincinnatus. Superopportune principio anni huius quies ab externis armis fuit. Domitia Manlii carceris iniuria irritata, & quod à Dictatore nihil in se atrocis pro potestate seuitum esset, adhuc ferocior factus, multitudinem in parres domesticis concionibus concitabat, aut omnibus audendum semel aliquid esse affirmans, aut omnia singulis parientia. Irent & aliquando reminiscerentur se liberos esse, & in libera ciuitate natos, non mancipia nobilium, æquandus Dictaturas, æquandos consulatus esse, ut caput attollere Romana plebs posset. Adessent sibi quum primum de pecunijs ius dici ceptum esset, sequebantur se siue dicem nominis, siue maiore imperij appellatione nominare uellent, suam felicitatem plebs aduersus patriciorum superbiam, suo ductu experiretur. Fore ut minore negotio imponeret qui patribus imperaret, quam imperantibus resisteret. Fuerunt ea tempestate qui crederent ceptum etiam apud illum de regno agitari, sed quatenus id consilium processerit, non traditur. Nec patres rem tantam ociosis oculis spectabant, quin fremebat curia, seuebatque animus, atque una Dictatoris clementiam incubantem patres, qui cum unius ciuis mortem intestino bello Respublicam liberare potuisset, uinculis & carcere id scelus uindicandum putasset, quum perniciosissimi ciuis cruore multo tutius potuisset. Iussi itaque Tribuni militum diligenter aduertere, ne ex tam nefario scelere maius aliquod Respublica caperet detrimentum. Tum Marcus Menenius & Q. Publius Tribuni plebis, non patrum aut plebis maiore ullo certamine opus est, inquit, ciuitatis hæc ultio erit. Affectati regni Manlium accersere uelle se pronunciant. Nullum crimen Romanæ ciuitati esse magis inuisum, suis Manlium uiribus oneratum haud dubie casurum, nec multitudinem pro eo certamen uilum subiturum, si ex plebe acculatores contra patricium stare uiderit, quin ad primam inuisi criminis mentionem, regium nomen auersata suæ fauebit libertati. Patribus id probatibus, diem Tribuni Manlio dicunt, mirum primò fuit populo, quod nemo cum eo ne fratres quidem uestem mutarint. Apparuitque magno consensu totius ordinis iudicium constaturum. Vbi uero dies affuit quid præcipue illi sit obiectum Liuius haud discrete posuit. Ceterum atrocissimum eius accusationis caput fuisse, uel ex eo credere par est, quod non tam tempe quam locus impedimento fuerit, quo minus statim damnaretur. Quadringentos circiter ciues produxit in medium, quos creditoribus addictos gratuita pecunia nexu liberauerat. Protulit & triginta spolia caesorum hostium, militaria dona quadraginta ab imperatoribus accepta, in quibus duæ fuerunt Murales coronæ, octo

Liberatur Manlius.

Trib. con. pot.

Recentes Manlij motus.

Trib. ple. Manlio diem dicit.

Manlij defensio.

Ciuicæ. Producti sunt & ciues ab hoste seruari, & in his C. Seruilius absens quod magisterio equitum fuerat, quæ belli decora cum magnifica Manlius oratione dicendo exequasset, pectus nudauit, multis ciuicibus bello acceptis insignis, inde Capitolium intuitus, Iouem aliosque deos, qui loco præsidebant, in fortunarum suarum auxilium deuocat, precatus ut quam sibi mentem, quum hostes ex arce depulsi, decessissent, ad salutem populi Romani, eandem ipsi ciuicari in suo discrimine daret. Postremò singulos obtestari, ut suffragium de se latenti, Capitolium & arcem spectarent. Prioris uitæ memora, & oratio ad id composita in causa fuerunt, ut Tribuni non ausi sine Romanas tribus in campum Martium ad suffragium uocare, unde Capitolium & arcem in conspectu haberent, ueriti ne tam recentis meriti memoria præsentis iudicio obstaret, sed producta die populum in Petelinum lucum extra frumentariam portam aduocauere, ibi ciuium oculis locorum facie liberatis plus crimen ualuit quam meritum. Damnatus Manlius populi suffragio, ex Capitolina rupe præcipitatus est, atque sic accidit, ut idem locus in uno homine gloriae eximia fuerit, & extremi supplicij monumentum, unaque sedes regnandi cupiditas, quod cæteris mortalibus documento esse possit, tanti fuit, ut multa præclara alio qui eiusdem gesta, non ingrata solum, sed inuisa etiam ad populum extiterint. Quidam diuuiros capitales ad id creatos tradiderunt, qui in Manlium perduellionis accersitum inquisuerint. Sunt notæ mortuo adiectæ. Cautum ne patricius in Capitolio aut in arce habitaret amplius, nec in Manliana gente quicquam Marci prænomen ferret. Et hæc domi forisque post receptam urbem à Romanis gesta. Secuta in de pestilentia & fames, qui annus duplici malo imperij insignis, Tribunos consulari potestate habuit, L. Valerium, Aulum Manlium, Seruium Sulpicium, L. Lucretium, L. Æmilium, & M. Trebonium. Hi magisterio inuito, bellum in Volcos ad Romanum nomen exercendum natos, parare sunt iussi. Destinati noui hostes Veliterni & Circenses Coloni. Exercitus ob pestilentiam eo anno educi non potuit. Coloni interea non solum non id tempus in deprecanda culpa consumpsere, sed turbatoribus patris multitudinem irritantibus, ausi sunt etiam Romanum agrum incurfare. Sequenti itaque anno, Sp. & L. Papyrii noui tribuni consulari potestate, Velitras ad bellum sunt profecti, quatuor collegis Cornelio Maluginensi, Q. Seruilio, C. Sulpitio, & L. Æmylio ad urbis præsidium relicto, siquid ex Meturria moueretur, nam inde quoque belli minæ impendebant, ad Velitras cum maior Prænestinorum numerus quam colorum esset, à Tribunis feliciter est dimicatum. Oppugnatione urbis quia arduum uidebatur opus, consulto Ro. uictor abstinuit. Bellum Prænestinis est indictum, quia Veliternis hostibus auxilia misissent. Hi cum Volscis coniuncti sequenti anno Sarricum populi Romanorum expugnarunt, sed in colonos uictoriam exercere. Romani eam rem ægre passi, M. Furius Camillum Tribunum consulari potestate crearunt. Collegæ illi additi, A. & L. Posthumij, L. Furius, Fabius Ambustus & L. Lucretius. Bellum Volscum Camillo extra ordinem decretum, cui sorte Lucius Furius collega in magisterio adiutor est datus. Erat iam senio confectus Camillus, ut ciuilia haud iam multum obiret officia, uegetum tamen ingenium in uiuido pectore uigebat, cum quatuor legionibus ad Sarricum profectus, tantam uim hostium ibi offendit, ut Volsci suis uiribus freti, ultra aciem in Romanorum conspectu explicauerint, nullam dimicationi moram facturi. Tenuit Camillus suos intra uallum, nihil moturus priusquam omnia per oculos explorasset. Creuit inde ut sit hostibus audacia proxima, uallum accedentes, conuicia & probra in Romanum iacere. Ægre id miles ferebat, sed multo egrius L. Furius

Vbi Manlius d. damnatus. Manlij damnatio.

Trib. con. pot.

Trib. con. pot.

Trib. con. pot.

Hostium ingens numerus.

L. Furius

Detrahatur Camillo à colle 24.

Camilli sapiens permissio.

Reparatur Romana acies Camillo.

Exiunt Rom. Volscos castris

Humanitatis exemplum in Camillo.

L. Furius Tribunus. Infigare itaque milites, eleuareq; Camilli auctoritatem, cunctatorem ex acerrimo bellatore factum praedicabat, aetatemq; incusabat, cum corporibus uiuere animos, & deflorescere dicitans, eum qui primo impetu urbes capere esset solitus, intra uallum iam timidum & inertem quiescere, militemq; pugnare cupientem cohibere. Sed illum fatis uitae, satis gloriae habere, nec attinere uires ciuitatis, quae immortalis futura esset, cum uno mortali corpore consensere. His ille quum tota in se castra conuertisset pugnam poscentibus, Nequeo, inquit, Camille militum impetum ferre amplius, intoleranda hostium superbia, cunctantibus nobis in horas contumeliosius insultant, cede unus omnibus, & patere te uinci consilio ut maturius bello uincas. Ad ea Camillus, scio, inquit, quadiu meis solius auspicijs publicis exercitijs praefui, eo euentu fuisse in hostes bellatum, ut neque me neque mei consilij popululum Romanum poenituerit unquam. Nunc uideo me collegam habere, qui non solum imperij sit particeps, sed flore etiam aetatis longè praerret. Nam quod ad milites attinet, consueui ego semper regere meos exercitus, non regi. Nunc tuum imperium impedire nequeo, age tu quod è Republica futurum putas, dii quod feceris feliciter euenire uelint, faxintq; ne postea hoc nostrum consilium satius fuisse credatur. Proponitur itaq; signum pugnae. Furius qui cerraminis erat autor prima aciem instruit, Camillus subsidijs ordines & castra ualida statione firmat, ipse editum locum spectator pugnae in omnem euentum intentus conscendit. Hostis primo congressu dolo non metu pedem reuulit, aliquot lectissimis cohortibus ad subitam eruptionem intra castrorum uallum relictis. Instat Furius hosti sua sponte fufo, donec eò pertractus est, ut iam hostili esset eruptioni ualde obnoxius. Tum Volscis in pugna uersis, nouoque ab erumpentibus terrore superiniecto, supina ualle Romana acies praecipue agebatur, milesq; ancipiti terrore percussus, omnis decoris & pristinae ferociae immemor, passim terga dabat, castraque effuso cursu repetebat. Tum Camillus ab ijs qui proximè steterant repente in equum sublarus subfidis raptim oppositis fugientibus sese obijcit. Hæc est, inquit, clamitans pugna illa milites quam tanto studio nuper à uestris ducibus, efflagitatis? Quem hominum praeter uos ipsos accusabitis? Vestra illa reuerentia, uestra ignauia est. Ductu Furijs in pugna iuistis, nunc Camilli reductu pugnam instaurate, eius denique auspicijs ut saepe alias uiuicite. Quid frustra uallum & castra petitis? illa uos nisi uictores non recipiant. Clamat simul ille hæc, unaq; ad signa decurrens, aciem ubi plus laboris erat reparat. Tanti ducis praesentia ac periculo moti milites, ubi signa circummagi ceperunt, & ipsi alacri animo in hostem conuersi, praelium instaurant. Furius ad equitem missus rem ex altera parte iuuat, identidem suos precatur, ut sibi eius diei ignominiam demerent. Tum relictis equis, qua parte plurimum pedes acies granabatur: insignes armis sese equites miserunt. Pari studio duces militesq; connixi, hostem gradu submouent, submotu egregie fundunt, fusum sparsumq; multa cede conficiunt. Demum captis castris siqui eò confugerant, itidem ut in acie & fuga cæsi. Quum in recentis captiuis Tusculanorum quidam agniti essent, ab alijs secreti ad Trib. perducti sunt. Hi rogati quid se publico consilio militare dixissent, Tusculaniq; & ipsi defecisse uiderentur, tam propinqui moenibus belli Camillus metu permotus, cum captiuis collega in castris relicto, Romam concessit. Senatus Tusculanus bello persequendos censuit. Eaq; prouincia ut antea Volscorum, Camillo extra sorte decernitur. Petijt ille ut ex collegijs unum adiutorè sibi ad id bellum darent. Permissum est, ut quem ex toto collegio uellet, sibi assumeret. Tum contra spem omnium,

L. Furius optauit. Qua animi moderatione ingen-tem sibi peperit gloriam, & collegæ infamiam leuauit. Nec bellum cum Tusculanis fuit, omnibus circa Tusculum pacatissimè repertis. Camillus praesentem rerum statum foris miratus castris ante urbem positus Tusculi moenia ingreditur, omnia exploraturus. Hic artifices suis operibus intentos conspiciat, ludosq; literarios puerorum cœtib; obfrepere, atque alios alia munia per ocium obeuntes, ut nihil hâci esse crederetur, rei miraculo commotus Tusculanum Senatum ad se uocari iuber. Ibi quæ paucis affatus, Soli, inquit, omnium ad hunc diem inuenistis Tusculani, quibus artibus uos & fortunas uestras à Romanorum ira tueremini. Ire Romam ad Senatum, aestimabunt patres utrum plus pœnæ delinquendo, an ueniam delicta corrigendo meriti sitis. Neque quod ad me attinet, publici beneficij uobis materiam adimo, deprecandi sit potestas uobis uolo. Euentum uestris precibus quem uolent ipsi dabunt. Vbi Romam ab his itum est, mœstos in uestibulo curiae stantes patres intuiti, misericordia mouit ordinem mitius quam meriti essent agendi, comiter igitur appellati quid sibi poscerent dicere iussi sunt. Ibi eorum Dictator nescire Tusculanos causam dixit, cur sibi bellum à populo Romano indictum illatumque esset. Illud non ignorare se & suis haud alio habitu Romanis legionibus. itum obtinam, quam quo tunc in curia cospicerentur. Nec processuros unquam tractaturus Tusculanos arma, nisi prius à Romanis iussi essent. Agere itaque se gratias Dictatori absentis & exercitui, quod non magis auri bus quam oculis credidissent. Summa eius orationis fuit, ut diceret pacem, quam inuolantam praestitissent, Tusculanos à Senatu, et populo Romano precari, auerterent bellum ubi hostes essent, se non nisi inermes Romanas uires expturos, si eas necesse esset experiri. Eam Tusculanis omnibus merent esse, quam deos precari ut tam felicem facerent quam pia esset. Tantum tempestiua illa satisfactio patrum animos flexit, ut non solum pax sit precantibus redita, sed haud multo post Tusculani omnes ciuitate donati sint. Legionibus à Tusculo Romam reductis, Camillus uirtute imperatoria & felicitate insignis magistratu abijt. Tribuni consulari potestate secuti, L. & Pub. Valerij, C. Sergij Licinij Mene- nius, P. Papyrius & Cornelius Maluginensis. Tribu- nis plebis delectum hoc anno ob æs alienum impe- dientibus, Prænestinis qui iam antea arma intende- rant occasio data est, ut comparato exercitu ad Col- linam portam usque processerint, ingens in urbe tre- pidatio fuit, concursumque est in muros & ad por- tas. Tum ciuitas à seditione ad bellum conuersa Di- ctatorem T. Quintium Cincinnatum dixit, à quo Aulus Sempronius Atratinus magister equitum est creatus. Dictatoris nomine uix bene audito hostes confestim ab urbe recessere, & plebs ad danda no- mina Dictatori obsequentiore fuit. Dum igitur Ro- mæ exercitus cōscribitur, hostes ad Alliam fluuium castra muniuere, inter se iactantes opere precium esse eum castris locum à se potissimum capi, qui Ro- manæ ciuitati insigni clade funestus esset. Fore, ut Romani si accederent, nihilo meliore euentu pug- naturi essent quam antea cum Gallis pugnant. Romani contra certè scire ubicunque Latinum ho- stem adipsicerentur, eundem pugnae exitum futu- rum, qui ad Regillum olim lacum fuerat. Qua pugna Latini fracti centum propè annos Romano im- perio paruissent. Irritauit locus militum animos, ad Senonicæ cladis infamiam recenti uictoria delenda, his utrinque animis ad Alliam diuersi exercitus con- federe. Tum Dictator Prænestinorum aciem pug- nae instructam intuitus, uides, inquit, Aule Sempro- ni, quoniam modo hostes fortuna loci magis quam uiribus freti parati sint acie dimicare? at tu non spe- uas ut

Oratio Tuscu- lani dictatoris

Trib. con. pot.

Dictator Cinc- cinnatus.

Ad Alliam Ro- mae hostes com- sederunt.

Funditur acie Prænestini.

Anni mundi.

Viri illustres.

Xenophon.

Aeschines.

Aristippus.

na ut illi, fed armis & uirtute fretus mediam aciem equitibus inuade. Ego cum legionibus adero, ho- stesque ab equite turbatos pedestri praelio occupa- bo. Precatus inde deos foederem testes, ut propitij adessent, magistro equitum immisso signa inferri iu- bet. Non equitem Prænestini, non peditem sustinue- re. Primo impetu clamore soluti hostium ordines fugam circumspicere ceperunt, mox sub Dictato- ris accessum, pedestri praelio iniecto aperta fuga fit, fusi disiectiq; hostes praeter sua castra praecipiti cur- su deferuntur, nec prius à fuga & pauore cessatum, quam Præneste ante oculos habuerunt. Erat extra urbem locus quem iam antea ad arcendas popula- riones communiuerant. Hunc hostes ad Dictatoris usque accessum tenuerunt. Qui ubi euestigio secu- tus affuit, non minore animorum consternatione, q̄ ex acie deiectione in urbem coeessere. Dictator circum- latis primo signis, octo oppida quæ Prænestinae di- tionis erant ui subegit. Mox Præneste bello repeti- tum, id non ui sed deditioe est receptum. Quintius dictator clarissimam uictoriam uiginti dierum spa- tio adeptus, Romam rediens triumphauit.

ENNEADIS III. LI- BER II.



Vit annus ille quo Prænestini sunt in deditioem recepti, ceterisq; Olym- piadis ultimis. Mundanae origi- nis supra octingentesimum, ac qua- ter millesimum, quatuor & uigesimum. Ab urbe condita undecagesimum supra centesimum. Post urbem à Gallis receptam si tempora Eusebio constant, quinquagesimum, L. uis pauciores ponit annos. Sed quantaquæ fuit illa tem- porum intercapedo, in exiguum hunc annorum or- bem incidisse uideri possunt, quæ à Lacedæmonijs in Ionia atq; Graecia, à Tisaphernis morte gesta sunt, usq; ad ea tempora quibus Spartanæ opes pluribus praelijs accitæ, imperiū amiserunt. Sed de his prius- quam dicam instituti operis ratio exigit, ut uiri inge- nio clari, qui per hæc tempora fuerant, breui relatio- ne ponantur. Enim uero tempestate illa latius fluere ceperunt uberrima illa ingeniorum flumina, quæ So- cratico fonte corruata, Graeciam primo, mox & alias passim terras late inundarunt. Fuitq; horum unus Xe- nophon Athenis ortus, ille dico Platonis æmulus, cuius ferunt illud esse, quantum alij ad Anaxago- ram id referant, ut nunciato filij interitu, sciebam di- xerit me eum mortalem genuisse. Ephorus memo- riæ prodidit eius filium, Agesilai ductu in ea pugna perijisse, quæ ad Mantinea commissa est, in qua Epa- minondas Thebanus occubuit, auditoq; eius casu, quum ipse fortè coronatè sacrificaret, fuisse enim in primis dicitur sacrorum studiosus, ad tam triste nun- cium coronam deiecisse, rursus ubi eum mortem stre- nuè oppetiuisse cognouit, capiti coronam restitue- rit. Cum Cyro Darij filio, cuius uitam scripsit, priore anno quam Socrates damnatus est, Sardibus con- gressus dicitur. Socratis uitam, mores & disciplinam enixè retulit. Scripsit ad uolumina quadraginta, tan- ta eloquij suauitate, ut musa sit Artisa appellatus. So- craticus & Aeschines & idem Atheniensis, miræ in- dolis à puero, laborumq; patientissimus, adeo præ- ceptoris studiosus, ut nunquam ab eo discederet, un- de Socratis uox illa memorabilis. Solus Aeschines nouit Socratem honorare. Fuit & ipse eloquentiæ studiosus, ac Demosthenis æmulus, cū minore Dio- nyso plurimum uixit. Dialogos scripsit, nec adeo multos. Fuit his æqualis Aristippus Cyrenaicus, eo- dem ortus fonte sed à Socratis parsimonia tam di- uersus, ut in philosophorum nullo maius sibi patro-

cinium inuenerit uoluptas, cui illud praetextuit, non uinci à uoluptatibus opimum esse, non autem uo- luptatibus abstinere. Exant & alia eius apophthe- gmata, quibus colligitur, quatum fuerit per omnia uoluptati addictus, quam à principio uitæ mortali- bus natura conciliari affirmabat. Proinde finem à sa- pientibus statui oportere, esseq; eam omnino bonam, etiam si turpissimis proficitur: durum praeterea dolere, familiarius lætari, praestantioresq; esse corpo- rum quam animorum uoluptates, ut languores de- teriores. Nihil natura turpe, aut iustum, aut honestum, sed lege & consuetudine. Per hæc ille uoluptatè am- plexus, negabat tamen oportere sapientem semper in uoluptate uersari, naturalium inquisitionem reij- cere, quod ea manifestè diceret deprehendi non posse. Logice ob eius rei usum licentius tractabat, ipse que in Dionysij aula diu multumque uersatus, & cum Aeschine non nihil simulatus est. Artica Dori- caq; lingua Dialogos scripsit, & libros tres, quibus Libycam est historiam complexus. Grandis ex eo fa- milia deinceps orta, adeo plures semper extiterunt, qui uoluptati fauerent. Cyrenaici illi nominati, quo- rum alij Agesiaci sunt dicti, alij Annicerij, alij Theo- dorij. Quidam etiam Eretrici. Clarum inter So- craticos est & Eliensis Phædonis nomen, & ipse Phædon. Eliaci. suum dogma condidit. Huius successores, Menede- mus, Philanus Aselepiades, Eliaci ab auctoris patria & nominati. Clarus & Euclides Megarensis, unde, Euclides. megarica familia, mox Eristici, postremo Dialectici nuncupati, quoniam ita scriberent, ut interrogare & respondere uiderentur, à Dionysio Carthaginen- si sic primum appellati. Fuitque hic quoque ex So- craticis auctoritas unus, à quo Eubulides Milesius Eubulides. Soritem, Caluam, Inuolutum, Ceratem, & alios in Dialectica Gripphos commentus dicitur. Iridem Ari- stoteli infestus, cuius errata sit quaedam corrigere adortus. Sed eo aliquanto iunior. Dedit Eubulidi operam Dioderus cognomento Cronus, qui quum apud Prologum Soritem Dialecticum sophisma à Stilpone propositum soluere nequiuisset, uitam mœrore finiuit. Fuit quidem Stilpo ex Euclidis suc- cessoribus, qui tantum eos cum quibus uixit, cele- britate superauit, ut totam Graeciam in sui admira- tionem uerterit. Nota uox eius in Atheniensem ig- nobilem & intempestiue dicacem, quum ex omni- bus locis factus esset concursus ad eum uidentum, quod tum primum Stilpo Athenas uenisset, miran- tur, ait, omnes te o Stilpo, ut beluam quandam, im- mo uero, inquit, non tanquam beluam, sed tan- quam uerum hominem. Demetrius Antigoni, qui expugnator urbiu dictus, quum multa sui mili- tes Megarensibus diripiissent, fama & scientia ho- minis adductus, Stilponem ad se uocatum rogauit, an quicquam ei milites ademissent: Nihil quidem respondit, nam eorum nemo sapientiam diripere potuit. Ipse iam confectus senio, hausto de indu- stria ueneno, ut citius extringeretur, uita decessit, huic Zeno & Aristoteles operam dedisse tradun- tur, sed hi aliquando recentiores. Crito adhæc & Simon Atheniensis Socratici fuerunt, quorum il- le cum quatuor liberis dedit operam Socrati, quem dedit & Glaucon eidem Athenis natus, Simias & Ce- bes Thebani, Menedemus Erithriensis qui peritu- rus septem diebus cibo abstinuit. Omnium ta- men longè celeberrimus Plato paterno genere à Codro oriundus, & mater genus suum ad Solo- nem, qui leges Atheniensibus scripsit, referebat. Duo is statuit principia Deum & materiam: Deum nunc mentem, nunc causam appellauit: Mundum unum, eumque genitum. Ideas in rerum natura, uelut exemplaria, permanere arbitratus est. Om- nium Graecorum primus de immortalitate animæ scripsit, tam latè per omnes philosophiæ partes eua- gatus, ut meritò sit sapientiæ Antistes nominatus. Otaga-

Phædon. Eliaci. Euclides.

Eubulides.

Diodorus Cro- nus.

Stilpo Megar- ensis.

Zeno.

Aristoteles.

Crito.

Cebes.

Plato.

Otaga-

O & oogenarius perijt, anno primo centesimę octauę Olympiadis. In Academia extra Athenas situs est, ubi plurimum philosophatus, unde & qui ab eo fuerunt, Academici sunt nuncupati. Vixit cum eo celebri fama Anaxilthenes Cynicę disciplinę autor, Gorgię primo, mox & Socratis auditor. Huius est illud, ita inuidum consumi inuidia, ut ferrum rubigine. Et tum ciuitates omnino interituras, quę boni ab improbis nequirent discerni, malleq; in infania quęm uoluptate corripi. Extant præter hæc multa ab eo & sapietę dicta, et ingeniose quędam responsa, hunc Socraticorum unum Theopompus maximę proba uit, à Timone ingeniosus est nugator dictus. In hæc tempora incidisse crediderim Zeuisdem Heracleotem, & Parrhasium Ephesium, qui prima penicilli rudimenta circa quintam & nonagesimam Olympiadem posuisse traduntur. Proditum memorię est, aues specie unarum deceptas ad uuarum racemos aduolasse, quos Zeuis figurauerat, quarum iudicio tumens, quum lintheum à Parrhasio pictum, ut uerum amoueri iussisset, ingenuo pudore concessit æmulo palmam. Pari ingenuitate puerum uuas tenentē deleuit, ad quarum conspectum iterum deceptę uolucres occurrissent, eo argumento offensus, quod si uiuere puer ab aibus reditus esset, ad eam illecebram nunquam aduolassent. Sed Lacedæmoniorum gesta historiam ad se reuocant: Hi post Tisaphernis in teritum, perijt is Artaxerxis, ut diximus, iussu, Agefilao duce, aliquanto maiore quęm antea successu Persicas opes circa Ioniam fregerunt. Tum uero Tithraustes Tisaphernis successor cum Agefilao agere cepit, ut Asię ciuitatibus libero iure in medio relictis, bellum utrinque solueretur: ad ea Spartanus dux, nunquam se prouincia discessurū respondit, nisi conditiones, quę proponerentur, Lacedæmonij probassent. Hęc ille, nec fecius interea bellum quęm ac curatisimę potest comparat; centum triremiū classem instructa, magnosq; terrestrium copiarum apparatus, in Pharnabazum omnem belli impetum conuertit. Pisandrum uxoris fratrem rei nauticę præfecit. Ipse cum robore copiarum Phrygiam ingressus, terrore & populationib; omnino compler. Tithraustes interea Agefilaum ratus ex Asia haud temerę excessurum, quod cerneret opes regias in dies maiore detrimento affici, ut Lacedæmonios domestico bello implicaret, Timocratę Rhodium in Gręciam cum auro misit, qui ciuitatum principes corrumperet, ut per eos populis à Lacedæmoniorum societate alienatis, aliquis belli motus illis existeret, nec Barbarus frustratus est consilio. Plęriq; auro capti sunt, & in his Androclides & Alexidorus Thebani, Timolaus Corinthius, & Cilon Argiuus aliq; in alijs uribus autoritate & opibus longę principes. Hi Lacedæmonios apud suos criminati facile populorū studia ab illorum societate alienarunt. Cęterum quum nihil propterea Lacedæmonij moturi uiderentur, alia ingressi uia, Locros Opuntios subornat, ut Phocensibus circa Etesinium regionem negocium iniicerent, rati fore, ut Phocenses confestim in Locridę irruperent, unde postea turbandarum rerum occasio satis honesta Thebanis oriretur. Et hi quidem talia ad statum Gręcicę turbandum commentu sunt, nec eos opinio fefellit. Phoceses ad primos Locresium motus, illorum fines ingressi, multo maiora damna, quę illata essent, hostiliter rependunt. Eam occasionem amplexus Androclides, Thebanos facile perpulit, ut Locresibus auxilio essent. Erat enim Locris loca & confederata cum Bęotijs. Thebani comparato exercitu Phocidem inuadunt, lateq; terram omnem hostiliter populantur, qua subita clade Phocenses consternati, Lacedæmonem legatos mittunt de Thebanorum iniuriam imploratum. Hi ubi Lacedæmonem uenere, multa de Locrorum in se te

Antiſthenes.

Zeusis. Parrhasius.

Lacedæ. gesta.

Tithraustes.

Defectio Graecorū à Laced.

Locrenses. Phocenses.

meritate, sed plura omnino de Thebanorum iniuria, apud Ephoros quęsti, ut planę demonstrarent uim primo à Locrensisbus intentatam, remq; ex composito motam ut ad arma ueniretur, posseque eam fraudę à Thebanis uideri ortam, qui nulla ipsi iniuria laeserit, temerę arma induissent. Lacedæmonij qui erant iam antea Thebanis & Corinthijs irati, quod ob Asiaticarum manubiarum partem sibi denegatam, soli omnium sociorum milites in Asiam cum Agefilao non misissent, & quod Thebani Athenienses exules, contra edictum, non solum receperunt, sed circa Pyreum ad tyrannidem Critię & aliorum expugnandam inuissent, infidam utrorumque societatem iudicandam censent. Faciebant hos animos illis Agefilai in Asia successus, & quod in terra Gręcia nullo alio per id tempus bello occupati essent. Mittunt itaq; Lyfandrum in Phocidem, ut socijs præsidio esset, circaq; Aliartum copias contraheret, ex Phocensibus, Oethæis, Heracleotis & alijs finitimis. Pausanias interim ex Lacedæmone & cętera Peloponneso conscriberet exercitum. Et in hunc modum bellum comparabant. Thebani ubi ad arma rem spectare uideret, rari in se potissimum illa comparari, utpote qui omnium proximam inuidię essent, Athenas mittunt, qui ciuitatem ipsam in societatem belli traherent. Legari qui eō missi sunt, in concionem populi producti, Thebanorum studio in Athenienses, quum tyrannide premerentur, prius commemorato, unde Lacedæmoniorum in se odium originem habuisset, tempus uenisse aiunt, gratię ab amica ciuitate repetendę. Nam quod à Lacedæmonijs bello peterentur, nullam eos causam inferendi belli, præter unam habere, quod Thebani adiutores se præbuisset ijs qui Tyrannidem quam ipsi in ciuitate constituerant, euertere adorti essent, quę iniuria, non solum Athenienses attigisset, sed per totam fuisset Gręciam latenter surrepta, nisi Lyfandri eorum ducis consilio itum esset obuiam. Quod tyrannicum rudimentum, simul & avaritia superbiaque ipsi ciuitati ingenta ad eō populorum studia alienasset, ut nunquam Peloponnesiaco bello tam populare fuerit Lacedæmoniorum nomen, quam omnibus tunc detestabile esset & inuisum. Scirent itaque adesse tempus non solum gratificandi amicę urbi, sed pristinę etiam dignitatis per occasionem recuperandę. Stetit priorē bello Lacedæmonios, non suis sed alienis opibus, sensisseq; cum illis totam Peloponnesum in totam Gręciam, plures insulas, & cum his Syracusanos terra & mari potentissimos: Persas præterea affatim stipendium ministrasse, ut ne ad ingentissimos quidem exercitus alendos pecunia deesse potuerit, iam omnia illa esse mutata, nec Lacedæmones eorum quicquā habere amplius, præter superbię & avaritię, quarum illa cum ipsa urbe nata esset, hæc in pernicię ciuitatis semel recepta, ad eō inualuisset, ut iam soli omnium publica & priuata haberent uenalia. Contra affuturos Atheniensibus si in fœdus uenit, Thebanos, Corinthios, Argiuos, & per hos maximam Gręcicę partem, quibus uiribus freti, haud dubię Gręcicę principatū breui recuperaturi essent, uiderent ipsi utram societatem magis sequi uellent, Thebanorum, quos in aduersis rebus amicissimos experti essent, an eorum, qui non contenti imperiū eueruisse, iam & Atticum nomen sequissimis Tyrannis conficiendū obiecerant. Vnum scirent, nullum unquā tempus, nullam occasionem maiorem dari posse, sese in pristinum statum restituendi, quęm si uel metu, uel desperatione prætermitterent, uideret ne tunc restituri essent, cum aut nulla daretur amplius, uel si qua dari posset, haud quidem talis, quę præsentī aliquo modo esset cōparabilis. Veteris beneficij memoria, spesq; rei bene gerendę Athenienses ppulit, ut soluta cū Lacedæmonijs societate, Thebanis auxilia polliciti sint.

Lyfander ad bellum egreditur.

Oratio Thebanorū ad Asiaticos.

Thebanorū factus.

Ciffise fontis natura.

Lyfander ad Aliartum inuadit.

Pausanię interitum.

Peroratio.

Trogus

Trogus autor est, Athenienses Cononis interuētū, sua sponte à Lacedæmonijs defecisse, aliquanto antea quęm in Bęotia sit bellatum. Cęterum quoquo modo defectio illa secuta est, Pausanias haud multo postquęm Lyfander in Phocidem uenerat, cum exercitu secutus, Bęotiam est tumultuose ingressus. Trahebat ille secum ex tota Peloponneso, præterquęm ex Corintho, copias. Lyfander interea ex Phocide profectus, Orchomenios in fidem recepit, & Lebadiam diripuit, inde literis ad Pausaniam datis, ut secum circa Aliartum copias iungeret, ipse sub occasu solis, ubi castra collaturus erant, in Aliarti conspectu confedit. Thebani cognito hostium consilio, ex Lyfandri literis à speculatoribus interceptis, urbe Atheniensibus qui auxilio uenerant, relicta, ipsi cum omni ætate militari ad Aliartū aliquanto prius quęm hostis, uenerunt, atq; oppidum ingressi, in omnes occasiones erecti, hostem expectabant. Hęc Plutarchus. Xenophon significare uidetur Lyfandrum prius Aliartum uenisse, fuisseq; Aliartios ad deditionem compulsum, nisi Thebanorum pauci, qui in urbe erant quo minus dederentur autores fuissent. Sicq; infecta re Lyfandrum in colle urbi proximo, sub noctem castra munuisse, noctuq; Thebanorū agmen ab Aliartijs intra moenia acceptū posttridie quę Lyfander ad multū di ei Pausanię expectasset, longioris morę impacię aciem ex tumulto explicat, murosq; ut miles subeate edidit. Thebani, qui multitudinem abundanti, missis qui extremum hostium agmen circa Ciffisam fontem adorirentur, cęteri ad erumpendum sese expediunt. Mirum est quod de natura huius fontis scribunt quidam, uini colorem lucido aspectu in eo uideri. Esseq; liquorem ipsum potu dulcissimum, unde forte datus sit locus fabulę, Bacchum nuper natum in eo fonte à nutricibus lotum. Locorum indigenę monstrabant haud procul inde Rhadamanti sepulchrum: Alcmenaq; his locis humatam prædicabant, quę post Amphitryonis interitum Rhadamanto nupserit. Thebani qui cum Aliartijs circa portas instructi steterant, ubi à tergo iniectum certamenenserunt, conspicati ad hæc Lyfandrum in prima acie ad muros tendentem, eruptione repente facta, ducem ipsum, & qui circa illum steterant, in primis obruncat: cętera acies Lyfandri casu exterrita, conata est in altiores tumulos euadere, cęterum Thebani & Aliartij à tergo & à lateribus agmen degrauantes, plurimos interficiunt. Multi tamen fuga delapsi, in tutiora loca trepide euaserunt. Affuit nec multo post Pausanias, qui difficile opus ratus, Lyfandri corpus sub ipsis pene menibus deiecit, inuitis hostibus, recipere, & si ueterani ad pugnam & cultionem hortabantur, pactus tamen cū hoste est, ut cęsorum corporibus receptis ipse exercitum ex Bęotia abduceret, Fuit res illi inuidię apud suos, quippe qui ubi domum uenit ab Ephoris est ad populum iactatus, datumq; crimini, quod ad Aliartum sero uenerit, quę mora exceptę cladis haud dubie causa extitisset, & quod contra urbis dignitatem cęsorum corpora fuga non bello receperunt. Augere præsentem inuidiam Atheniensium alienatio, quibus ipse in Lyfandri odium seruitutis iugum ademisset. Ille & si rex, tantę tamen inuidię quum impar futurus esset, Tegeam in exilium concessit, ubi postea fato perijt. Xenophon talis est exilij autor, Plutarchus in sanum ait Mineruę confugisse, ubi supplex uitam egerit. Lyfandri mortem eo grauius Lacedæmonij tulere, eo sublato cognita est domestica paupertas, generos qui defuncti filias ob inopiam diuidissent acerbe condemnarunt, quod uiuum reuidentem arbitrati coluissent, defuncti memoriam ac sane iusti contemnerent. Sed dum hæc in Gręcia geruntur, Agefilao Phrygiam ingressus, plerasq; urbes partim ui, partim uoluntaria de-

ditione, Pharnabazo ademit, Orymę, Paphlagoni regem à Persis alienatum in belli societatem recepit, à quo auxiliari equitatu accepto, haud multo post in Dascylium duxit. Erat ibi Pharnabazi regia, ager urbi circumiectus ferax, & uillis frequens. His locis Agefilao hyemauit. Quo sane tempore pabulatores procul à castris errantes, à Pharnabazo sunt insidijs excepti. His ille cum duobus falcatis curribus, & quadringentis equitibus ex improuiso sese obtulit: primo itaq; aspectu territi frumentatores, fuga dispalati, in castra refugerunt, centum circiter amissis, qui in unum collecti, contra eam equitum alam manum conferere fuerant ausi. Nec multis interiectis diebus, quum Pharnabazus ad magnam uillam castra haberet (Distabatis locus ab Agefilao castris ad centum sexaginta stadia) Spiritridates primis se tenebris intendentibus, cum parte copiarū ab Agefilao in Pharnabazum est missus, qui sub diluculum, hostium munimenta adortus, tantam trepidationem iniecit ad primum clamorem, ut cunctis metu disiectis, castra omnis opulentię referta, ad prædam sint relicta. Paphlagonum equitatus, cū Spiritridate per hosticum euagatus, multos mortales captiuos ad Agefilaum abduxerunt. Hic Pharnabazus multiplici clade fractus, pro magno habuit negocio, cum Agefilao in colloquium uenire, quo impetrato, egit cum eo, ut uictor Lacon ingentem pecuniam acciperet, ipse pristinum principatum obtineret, essetq; Lacedæmonijs deinceps amicus ac socius. Eratq; iam haud dubie Agefilao in clarissimę uictorię cursu, meditabaturq; animo iam cęteras gentes, quę ad orientem Artaxerxi parebant, bello inuadere, quum publico Lacedæmoniorum decreto est in Gręciam reuocatus, ut patrię opem ferret. Iam enim Thebani & Athenienses Peloponnesum ingressi, Laconię imminebant, & Corinthij Argiuiq; ex professo hostes erant. Fuit is nuncijs Agefilao grauis, sed socijs, quorum spes ex unius uirtute uiri pēdebat, adhuc grauior. Haud multum inde in prouincia fuit Agefilao, sed traiecto confestim Helleponto, per mediterranea qua Xerxes olim, tanta celeritate copias egit, ut iter, quod ille anno ferme confecerat, hic triginta dierum spatio sit emensus. Ex Macedonia Thessaliam ingressum agmen Lærissę, Cranonij, Scotenses, & Pharsali qui cū Bęotijs fœdus percussissent, à tergo carpere occęperunt, uestigijsq; instando totis uiribus remorari conati sunt. Ducere interim Lacon dux quadratum agmen, equitum ala una, quę in fronte erat præsidij causa, secundum extremos ordines hostibus resistebat. Hic Lacon quum cerneret hostiū audaciam sua patientia augeri, misit in Thessalos equitatu continuo fecit fugam, mox Pharsalorum Polemarcho cadente, tantus est omnibus metus iniectus, ut fuga semel inclinata, non prius fusum agmen substiterit, quęm ad Anthracium & Nartheciū sit uentum. Visa est Agefilao præfens uictoria eo pulchrior quod equestri prælio Thessalos uicisset, qui eo pugnę genere cęterarum gentium peritissimi haberentur. Etenim Thessali ad Pelium habitantes, mortalium primi ex equo pugnasse traduntur. Iam inde exercitus uictor per pacata montium, ad Bęotiorum fines processit. Hic Agefilao sedenti nunciatur Lacedæmonios ad Gnidum nauali prælio superatos, occubuisseq; Pyfandrum classis præfectum. Conon qui Pharnabazi persuasus fuerat ab Artaxerxe clasi præfectus, intentus in omnem bene gerendę rei occasionem, post Agefilai digressum, cum classe quęm accuratissime instructa, ad Pyfandri stationem, certandi studio, accessit. Sed Conon non tam Persis, quęm patrię studebat, ac quemadmodum accis Atheniensium rebus, amissi fuerat imperij autor, ita recuperari si recuperari cōtigisset, uideri diciq; cupiebat, patriamq; uincendo recipere, quam

Pharnabazus uincitur.

Agefilai pro peratio.

Thessalio quites. Conon.

ff

re, quam uictus aliquot ante annos amiserat. Eoque speciosiore uictoria animo concipere, quod alienis uiribus patriæ tantum uinceret. Pylander præterquam quod Agefilai erat necessarius, ut alio loco significatum, tanti etiam ducis cupiebat æmulus uideri. Enixè igitur omnia facere, ne splendore rerum ab illo gestarum decederet. Summo proinde studio & ipse classem ad prælium parauerat, ne possessione maris hosti decessum uideretur. Circa Gnidum igitur classes prælio congressæ, et si Pylander nauium numero præstabat, quia sociarum urbium naues quæ in sinistro cornu dimicabant, statim terribili acie cesserunt, Lacedæmoniorum fortuna haud multo postquam pugna inita est, cæpit deterior esse, auxiliari nauium fuga, qua animaduersa, qui circa Pylanderum dimicabant, continuo & ipsi proras ad littora detorqueunt, nauibusque terræ impactis, qua cuique proximum est, in pacatum abeunt. Pylander eo quo à principio steterat, in hostem animo pugnam fortiter ciens, multitudine circumuentus occubuit. Tulit aduersæ pugnae casum permolestè Agefilaus, ubi uero audiuit maiorem exercitus partem in columam esse, præsentem cladem leuius ferendâ ratus, porro in Græciam ducere pergit. Cæterum Bœotia finibus propinquans quum omnia ab hoste occlusa tenerentur, ad pugnam sese expedit. A Cephalo Lacedæmonij in acie processere, Thebani ab Helicone. Agefilaus dextro cornu rem curabat, Læo Orchomenij, Thebani his obiecti sunt, Lacedæmonij Athenienses. Distabant instructæ acies ad tria inter se stadia, quum à dextro Lacedæmoniorum cornu est profectum: fuerunt hi domestici Agefilai milites, quibus Euripides præerat, & cum his Iones, Eoles, & Hellepontij. Hi uix ad telum iactum appropinquarant, quum qui ex aduerso steterant, in fugam uertuntur, ad Heliconem succedentes, ac primi omnium Argiui, qui Atheniensibus iuncti steterant. Ibi milites præ nimia gestientes lætitia Agefilauum, ut uictorem, coronant, interea aduersa parte nunciatur, Thebanos Orchomenijs cæsis, circa impedimenta uersari, in his diripiendis præcipue occupatos. Agefilaus eo acie conuersa Thebanam phalangem inuadit iam dudum sua sponte turbatam, ubi sociorum ad Heliconem audiuerat decessum, cæperatque iam ipsa quoque eo paulatim se subducere. Hic Agefilaus quum facile terga cadere potuisset, à fronte & à lateribus hostem inuadit, ibi Thebani pugna diu necessitate imposita, subito in hostem conuersi, fortiter pugnam ciens. Multi utrinque mortales ferro occubuerunt. Clamor nullus erat, nec tamen silentium, sed mors, qualem ira simul & pugna ederet. Euaserunt Thebanorum plurimi in Heliconem, cæteri medio conatu occisione occisi sunt. Sicque parua uictoria, Agefilaus saucius ad suos relatus est. Confugerant ad octoginta hostium in templum Apollinis, quod ubi Agefilaus per equites exploratum habuit, misit qui sine offensa eos inde emitterent, atque usque in pacatum comitari ueritus ne militum temeritate, locus cæde pollueretur. Iacebant ubi pugna commissa est promiscue cadauera, defraçti clypei, euaginati enses, nonnulli etiam in manibus iacentium, quidam ipsis uulneribus infixi, solum passim cruore perfusum, quibus in locis Agefilaus post die tropheum constituit. Sed Thebani, per inducias, suorum cadauera sepeliunt, pars uictoris exercitus, Gylli ductu, in Locridem irruere, uillæ ab his direptæ, prædaque ingens ex agris abducta est. Locri hostem præda onultum, sub noctem per montium compendia insinuati ex improuiso adoriuntur, subitaque incursatione territandò, iter intercludere enitantur, deuolentes interim per locorum decliua cæca tela in subiectum agmen, multique ex Lacedæmonijs cadebant. Concidit & Gyllus agminis præfectus, ac nisi ex Agefilai castris, quo ru-

Lacedæmonij uincuntur.

Pylander caedit.

Fortuna uictas.

Agefilai uictoria.

Pietas in templo.

Gylli expeditio.

multo se nocturni illius certaminis nūcius est perlatus, auxilia affuissent, ad unum locorum iniquitate perijissent. Nec ita multo post dimissis sociorum copijs, Agefilaus Lacedæmonem cum exercitu est reuersus. Rogus ita rem digere, ut ad Gnidum prius infeliciter sit pugnatum, quam Agefilaus ex Asia decesserit, Cononque præfenti uictoria fretus, cum classe regia Athenas nauigauit, ubi suis ciuibus autor fuit, ut excusso Lacedæmoniorum metu, ad pristinam dignitatem animum erigerent, ac tum demum Athenienses sui iuris facti, Cononis ductu, aliquot loca in deditionem receperint, fuisseque initium illud ait principatus in Græcia recuperandi. Ortam deinde uberio rem rebellandi materiam, quod Thebani Epaminondæ ductu, pro socijs hostes sunt Lacedæmoniorum facti, tum demum iunctis uiribus ad Aliartum dimicari cōtigisse, qua tumultuaria pugna Pylander occubisset, Paulaniamque Lacedæmoniorum regem, prodicionis accusatum in exilium exactum. Postremo Peloponnesum à Thebanis & Atheniensibus bello petitam, uexatamque hostiliter Laconia oram, ac tum demum difficultate illa temporum Lacedæmonios adactos, Agefilaus in Græciam reuocasse. Hæc ille. Cæterum utrunque res acta est, Conon post Agefilai ex Asia profectio nem Laconia fines classe populatus est, in de Athenas, miro ciuitatis gaudio acceptus est, is ut mirerat charitate in patriam, plus tristitiae cepit excensum & diruta urbis facie, quam quod sua esset opera liberata. Fuitque illud fortunæ ludibrium memorabile, ut eadem urbs quæ olim Persarum manu deflagrasset, captiuis eiusdem gentis manibus fuerit restituta, & mox à Lacedæmonijs excisa, Laconicis spolijs refarta, ueterem recepit formam & apparatus. Enimuero grandem Conon pecuniam, Gnidia uictoria quæsitam, in eius instaurationem contulit. Nec Agefilaus, postquam in Peloponnesum uenit, diu in ocio fuit. Multi citro ultraque bellorum motus, tam Lacedæmoniorum, quam hostium, in ea terra extiterunt, sub id tempus quo ille Asia relinquit. Eos Xenophon longiore exequitur sermone, sed præraque eorum indigna mihi uidentur, quæ nos à maiore rerum explicatione remorari debuerint, qualis fuit pugna illa magno utrinque apparatu, circa Nemeam gesta, quam depugnatam quum Dercylides Agefilao ex Asia uenienti nunciasset, octo Lacedæmoniorum perijisse dixit, ex hostibus aliquanto plures. Nec multo relatu digniora, quæ deinceps gesta sunt Lacedæmonem reuerso, quæ de industria nobis in arctissimum sermonem conferuntur. Agefilaus ægre ferens Argiuos sibi Corinthum uindicare, eorum agrum populatus Corinthiorum transgressus angustias, muros Lecheum usque protensos armis occupauit. Peloponneso que per hæc æternæ iniuriæ patefacta, Pyreum copias admouit. Colebatur frequens à Corinthijs locus, quo cum populariter illi occurrere dicerentur, præda procul abducta, domum copias reduxit, nec multo post Achæis suppetias tulit aduersus Acarnanum gentem, quos prælio uictos haud prius infestare desistit, quam abiectis armis, ad pacem suppliciter petendam compulsi. Erant res Græcorum in hoc statu circa Peloponnesum. Interea in Asia Pharnabazus & Conon, Lacedæmoniorum opibus antea ad Gnidum fractis, ex multis insulis urbibusque Ionæ & Hellepontii Laconum præsidia eiiciunt, statumque locorum omnium ad arbitrium constituto, pacatamque per hæc prouincia, Pharnabazus Conone cum triginta nauium classe circa Sestum relicto, ipse pedestri itinere in suam se præfecturam recepit. Erat tum forte Dercylides in Abydo, is uetus suorum in Hellepontios & insulanos studium commemorans, quod Lacedæmoniorum opera, nefario seruitio olim liberati essent, eo perpulsi Abydenos, ut sumptis armis, cum

Athenæ bis lostrum manibus restituta.

Agefilai gesta in Peloponneso.

Sestos & Abydos.

Cononis gesta & Lacedæmonia.

Tiribazus.

Strutas.

Ecdicus.

eo Sestum contenderint. Est id oppidum contra Abydum in Asia, septem stadiorum spatio ab Europa direptum, alij octo tradunt. Sestij & ipsi uetus Lacedæmoniorum studium secuti Dercylidem benigne accipiunt (aberat tum fortè Conon cum classe) Pharnabazus ad Sestios & Abydenos misit, qui minaciter denunciaret, nisi Lacedæmonios ad certum diem eiecissent, fore, ut cum nouo exercitu ipse breui ad utrumque excidium, in Hellepontu reueteretur, Barbari minas duæ ciuitates aspernate multo impensius Laconibus student. Pharnabazus, & si uulionis cupidus, hyemis tamen magnitudine impeditus, in uernum tempus bellum distulit. Agit interim cum Conone, ut nouis Lacedæmoniorum motibus sese circa Sestum obijceret, arceretque hostes à navigatione. Cōtineret cæteras urbes in fide, in suum usque aduentum, sub initium ueris pollicitus se ualido cum exercitu affuturum. Iam enim multo maiora Barbarus animo conceperat quam ut in Hellepontu angustijs classem esset habiturus. Nec eam quam de se fecerat expectationem, Pharnabazus sefellit, quin ineunte uere nauibus & exercitu ad expeditionem instructis, cum Conone in Melum insulam nauigauit, recto inde cursu in Peloponnesum delatus omnem Laconia oram populatione sedauit. Hinc in Cythera translatus Phœnicum adoros Cythereos colonos inde expulsi, oppidisque militari opere & præsidio firmatis, in Isthmum transfugit, sollicitatisque, locorum accolis Corinthios ad bellum Spartiatis inferendum induxit, pecunia in stipendium relicta. Et hæc ille in Lacedæmonios egit, ut à rebus Asiae illorum consilia auerteret, mox Conone cum parte nauium dimisso, ipse in Asiam exercitum deportauit. Conon suis autor fuit, ut longos muros, & quas Lacedæmonij circa Pyreum disiecerant munitiones rescicerent, ad quod opus, non solum classe, sed pecunia etiam regia, in Lacedæmoniorum inuidiam est adiutus. Iuuerunt Athenienses & Græcorum nonnulli, Bœotij, Corinthij & qui ex professo Laconicum nomē oderant. His Atheniensium successibus commoti Lacedæmonij Alcimed ad Artaxerxem miserunt, qui cum rege pacem componeret. Enimuero Atticæ opes, in dies aliena inuidia crescentes, merito formidolosè esse cœperant, tanto præsertim finitimarum gentium externarumque studio & consensu fultæ. Athenienses ueriti ne res suæ renascentes medio cursu regio fauore destituerentur, Cononem cum alijs legatis in Asiam mittunt, Thebani & Corinthij suos & ipsi legatos misere, quorum interuentu pax, quæ cum Spartiatis aliquanto prius mota erat, protinus est discussa. Lacedæmonij ea conditione pacem poscere, ut insule & maritimæ urbes, liberi iuris essent, neque rex in eas exercitus duceret, neque aut ipsi aut Athenienses, principatum inter Græcos haberent. Athenienses ueriti ne ea conditione, Imbrum, Scyrum, & Lemnum dimittere cogerentur, quas insulas ab initio possederant, Thebani quoque nolle Bœotia principatum sibi ademptum iri, alia proinde atque alia criminando, pacem turbauere, quæ duorum populorum intemperies Tiribazum tum Ionæ præfectum, multo propensio rem in Lacedæmonios reddidit, fuissetque eis rex per illum breui amicus factus, nisi Strutas in eius locum, haud multo post successisset, homo Laconico nomini ob Agefilai gesta, sua sponte insensus. Is Athenienses arctius complexus, spem omnem pacis Lacedæmonijs ademit, qua desperatione adiecta Tribonem Lacedæmonij, cum classe in Ioniam miserunt. Is ex Epheso profectus in Mendri campos tumultuose irrupit. Strutas, eo citato agmine occurrens, pugnam conseruit, fuitque ab initio atrox prælium. Cæterum Tribone cadente, Laconica phalanx cum multa cæde disiecta est. Spartiatae secundum eam cladem, Ecdicum in prouincia

miserunt cum octo nauibus, cui mandatum est, ut reliquias Triboniani exercitus, per socios urbes disperlas colligeret, nouum militem ex socijs legeret, stipendio ue conduceret, augeturque classem, in primisque prospiceret, ne Athenienses per speciem popularis status tuendi, Rhodum occuparent. Imminébant plebei nobilibus, discordiaque indies gliscente uehementer, ne Oligarchia sublata, populare regimen induceretur. Quod ut fieret Athenienses Democratia sua natura itudiosius enixius curabant. Ecdicus Gnidum proceperat, ibi suorum paucitati diffusus, quum Rhodum non auderet trajicere, frustraque nobilium factio ab eo auxilium imploraret, Ecdici ignauiam & metum pertæsi Lacedæmonij, abrogato illi imperio, Teletiam cum duodecim triremibus ad bellum miserunt, qui septem & uiginti nauibus fretus, quum ex Gnidu Rhodum trajiceret, in Philocratem Atheniensem incidit, qui octo instructas ad bellum naues in Cyprum ad Euagoram ducebat. Habebat Cyprus tyrannus cum Artaxerxe bellum iam antea confertum, cui & si Athenienses amici erant, Euagoram tamen publice inuadendū censerunt. Fuerat ille ab Atheniensibus iam antea ciuitate donatus, sed meritum adhuc maius quod Cononem fractis Atheniensium opibus hospitio acceperat, autorque fuerat (quod Plutarchus scribit) ut iuncta cum rege societate, afflictae patriæ subueniret. Naues quas Philocrates ducebat, ad unam Teletias oppressit, mox in Rhodu transgressus, Oligarchiam ad tempus stabiliiuit, confirmatoque ex sententia Rhodiorum statu, in prouinciam abiit. Athenienses iniquo animo ferentes, quod Lacedæmonij nō solum non mari temperarent, sed latius etiam pollere cœpissent. Thrafsybulum cum quadraginta triremibus, ad Rhodiorum Oligarchiam euerendam ire iubent. Ille ubi exploratum habuit Lacedæmoniorum opes adeo circa Rhodum pollere, ut tuto illi occurrere non posset, cursu in Hellepontum deflexo, Amidochum Odrifarum regem, & Seuthum qui in ora Thraciæ late imperitabat, inter se armis disceptantes, utrunque alteri suo interuentu pacauit, mox Byzantium ire pergit, paucorumque potetia ibi sublata, populare regimen induxit. Remenso inde Helleponto, totam penè Lesbum, quæ iam pridem Lacedæmonijs studebat, ad Atheniensium fidem retraxit, Tirimaco qui tum Methymne præsidio erat, cum plerisque alijs prælio interfectis, Rhodum inde Thrafsybulus ire contendit, qui ubi ad Eurymedonem uenit, Aspendiorum incursum, cum nō parua militum parte est oppressus, Iphicrates in eius locū ad regimen clasiss, cum octo nauibus in prouinciā uenit, milleque & ducentis militibus in copiarum supplementum, cum his ille in Cheronesum delatus Anaxibium Lacedæmonium prælio uictum interfecit. Sub id tempus magni circa Aeginā Atheniensium & Lacedæmoniorum conatus exiteret. His tuen tibus Aeginitas, illis terra & mari obfidentibus. Saepius circa insulam uario est euentu dimicatum, & in ipso quoque littore aliquando concursum. Postremo Athenienses Aeginitica offensione fessis, intuiti adhuc Lacedæmoniorum opes eoulsque auctas, ut octoginta nauium classem alerent, lateque mari Laconici nomen, pacem quam non multo antea turbarant, desiderare cœperunt. Peropportune igitur Tiribazi edictum in Græciam est delatum, placere Artaxerxi regi ut Græci inter se pacem agerent, & omnibus Ionæ & Hellepontii urbibus insulisque, utrorumque populorum præsidij abductis, ut illæ liberè uiuerent, præter Scyrum, Imbrum, & Lemnū, quæ ut ab initio fuerant, Atheniensium essent, ac si qui ab armis intra certū tempus, nō abfcederent, hi regis & Græcorum omnium hostes haberentur. Minacissima hæc denunciatio, Græcis omnibus longa malorum serie fessis, soluendi belli necessitatē impofuit. Inciditque

Athenienses Democratia studiosi.

Lacedæmonia Oligarchia sauciant.

Thrafsybulo in certis.

Athenienses Lacedaemonijs pacantur.

Novi belli materia.

Laced. Thebanam arcem occupant.

Telemachus inuocatur.

Pelopidas Thebas occupat.

pax illa in eum annum quo Roma, ut Trogius ait a Gallis capta est. Sed Lacedaemonij haud diu postea in ocio fure quin pro focijs primo, mox pro se ipsis arma sunt induere coacti: ex Thracia Cherfonelo ad eos iam dudum pacate agentes Apoloniatarum aliarumque ciuitatum nunciarunt, eius terrae statum & quietem assiduis Olynthiorum iniurijs turbari: per quos non liceret finitimis ocio frui, suisque uiuere legibus. Periculum imminere, ne intestinae Chersonesitarum discordiae breui in eam terram facerent Macedonum armis aditum, & iam quaedam ciuitates hostiliter tentari, haud dubie futurum, ut nisi mature eorum praesidium mitteretur, tota Thraciae ora, aut Macedonum, aut alterius gentis esset iugum acceptura. Lacedaemonij & si diutino bello fessi, libentius quiescissent, fociorum tamen periculo commoti, Phœbide cum duobus milibus armatorum in provinciam ire iubent, ut sopita ciuitatum discordia, ordinaret totius terrae statum. Peloponneso digressus Lacon per Bœotiam ductabat, laborabantque tu forte Thebani domestica seditione, corpusque ciuitatis in medio relictum diuersae factiones distrahebant, hinc Leontidas, Archias & Philippus, inde Hmenias, qui Laconici erat nominis ex professo inimicus: quo factum, ut & Phœbides, qui tum forte secus Thebas ductabat copias, ab Hmenia contumelia quadam sit insigni affectus. Qua ille iniuria accensus, Leontidas suus, Cadmiam Thebarum occupauit arcem. Plutarchus eum Phrynidam appellat, publicoque Lacedaemoniorum consilio id factum arbitratur. Xenophorum uulgo displicuisse ait. Ceterum quoquo modo id fieri contigit, Thebanae arcis Laconico praesidio retenta est: Hmenias, Pelopidas & alij multi diuersae factionis extorres sunt eieci. Thebana res Spartiatarum amicis permilla, creatique ex his Plemarchi. Nec Lacedaemonijs interea excidit Chersonesitarum cura, quin Teletium cum altero exercitu, in destinatae provinciae uastari, qui Atheniensium frater, qui ubi in Thraciam uenit, duplici praesidio ab Olynthijs uictus, haud procul ab illorum urbe pugnantem cecidit. Qui cum eo erant, ducis morte consternati, alij in alias urbes fuga deuenerunt. Agepolis, qui cum Agefilao rex erat, in Olynthios postea exercitum duxit, cui Amyntas Macedoniae rex & Derdas certatim auxilia miserunt. Gelsi ille omnino aliqua in Olynthios, Toronemque recepit, sed multo adhuc plura gesturus, nisi breui fatali morte periisset. Postremo Polybiades ad id bellum profectus, adeo multis cladibus Olynthios affecti, ut ad pacem per legatos petendam, non multo postquam in Thraciam uenerat, adegerit. Rebus in Chersoneso uix bene compositis, Pelopidas cum paucis libertatis assertoribus, noctu Thebas ingressus, Plemarchis interfectis, cum magna ciuitatis laetitia est exceptus, confestimque cum Charone uindicanda in libertate Bœotiae dux factus, arcem ab urbe muro & propugnaculis intersepsit, ne ab ijs qui in Cadmia erant, aliqua in urbem posset fieri eruptio. Pelopidam reditu & Plemarchorum caede Lacedaemonem nunciata, Cleombrotum Spartiatae cum exercitu in Bœotiam mittunt, ut Cadmiam obtinentibus auxilio esset. Hic ad Thespias castra communiuit, eratque forte in his castris Gobrias homo apud Lacedaemonios infamia notatus, facinorosus alioqui, & audax. Hic Cleombroto absente cum summum in castris imperium obtineret, Pelopidam opera, a negotiatore quodam pecunia corruptus, ut Pyreum inuaderet, Thebanorum praesidio destitutum, suadens ita fore, ut Athenienses Thebanis irati, qui parum diligenter locum suae fidei creditum afferuissent, Lacedaemonijs tauerent, haec Gobriae negotiator persuadere iussus est, ceterum Pelopidas certo futurum uidebat, ut Athenienses recenti Lacedaemoniorum iniuria iritati, confestim rem Thebanam iuarent, quod alio-

qui ob pacem quam regis iussu cum Lacedaemonijs pactam habebant, minime facturi crederentur. Nec euentus rei defuit. Gobrias cum militum manu Atticam hostiliter ingressus, & si Pyreum aggredi non est ausus, materiam tamen Atheniensibus rebellandi praebuit, eoque infestius est ad arma recursum, quod id facinus, quum res repetitae essent, non fuerat publice in autorem iniuriae uindicatum. Igitur nouorum hostium accessione Agefilaus in Bœotiam ad bellum missus est, continerunt se Thebani Agefilai metu, sed eo domum decedente, Phinidas in Thespiacis castris relictus tumultuario cum Thebanis praesidio commisso, infeliciter dimicans cecidit. Quae Agefilai in castra haud multo post reuocauit clades. Thespiei interea castra tutati fuerant, alia deinceps clades secuta, uictique iterum Lacedaemonij in illis ipsis locis nihilo minori dano, quam antea sunt affecti. Nec in Bœotia solum infeliciter tum illi agere, quin & Athenienses Thebanorum rogatu, Timothei ductu lx. triremes ad Peloponnesiacam oram populandam miserant. Nicolochus pari ferè nauium numero est Atticæ classis obiectus, qui paucis diebus interiectis, haud procul Corcyra ingenti praesidio a Timotheo uictus, partem classis haud parua amisit. Erantque iam Timotheo naues circiter octoginta, receperuntque breui Athenienses maris imperium, nisi stipendij inopia adacti, pacem cum Lacedaemonijs componere coacti essent, quae diuturna esse non potuit, querentibus Zacynthijs se a Timotheo hostilia pati, nec modum illi, neque modestia adesse in Lacedaemoniorum focijs assidua iniuria uexadis. Iam & Corcyra Atheniensium factam esse, foreque, ut & alia insulae breui fieret. His insularum querelis Lacedaemonij commoti, Mnasiippo cum ualida classe Corcyra ire iubent. Nec enim parum interesse sentiebant, cuius ipsi focij erant, si ex insulae possessione Athenienses deicerent. Corcyrei ubi suos uidet fines a Mnasiippo hostiliter uastari, qui Atheniensium rebus fauebant, in Atticam auxilia imploratum mittunt. Stesicles continuo, cum sexcentis armatis, oculte Corcyreis suppetias ferre est iussus, qui haud multo post in insulam uenit, sexaginta Corcyreorum nauibus que occultissime instructis, Lacedaemonios nauali praesidio fudit, fufosque tota insula dispulit interfecto media pugna Mnasiippo classis praesidio. Secuta inde certior pax inter Athenienses & Lacedaemonios, his conditionibus, ut utriusque omnibus insulis & urbibus praesidia deducerent, in ceteris conuenire ambabus ciuitatibus, anceps de Cadmia disceptatio aliquandiu pacem remorata est. Affirmare Lacedaemonij se nunquam ex Cadmia praesidium deducturos, nisi Thebani liberatae Bœotiae ciuitates prius dimitteret, cupere se opus a principio inchoatum perficere, ut Graecia tota suo beneficio libera esset. Haec illi nunciant, mandantque simul Cleombroto, qui in Phocide erat, ut in Thebanos iterum exercitum duceret, nec ab illis hostiliter uexandis desisteret, donec Bœotiae principatum deposuissent. Cleombrotus xij. Thebanorum nauibus inter eundem opprelsus, in Leucltris confedit Thespiacae regionis, ibi graui praesidio uicti Lacedaemonij ad eum periere. Enituit eo certamine Epaminondae uirtus & Pelopidam, qui sacram cohortem agebant. Aristoteles iccirco sacram appellat existimat, quae amator diuinus amicus sit dictus, quasi nefario inter se amore tenerent, quae huic ordini fuerunt accipiti: quae opinione uox illa Philippi regis postea restata est, qui quum aliquot post annis haec gesta sunt, cohortem ad id tempus inuictam, ad Cheroniam strauisset, hostium cadauera ex aduerso iacentia cospicuas: Dij perdat, inquit, qui tales uiros uel facere uel pati turpia suspiciant. Nec satis liquet quanto numero confiterit cohors illa. Ephorus quingentos cohortem habere credidit. Septingentos Callisthenes, quidam alij & in

Duplex Lacedaemoniorum clades.

Pax inter Lacedaemonios & Athenienses.

Pax certior inter Athenienses & Lacedaemonios.

Lacedaemonio ad Leucltras uenit. Sacra Thebanorum cohors.

Thebani in Peloponnesum transeunt.

Pelopidas & Epaminondas.

Epaminondas Archidamum praesidio superat.

Pelopidas contra Alexandrum Phereum.

& in his Polybius nonaginta, nec amplius. Post Leucltricam pugnam, Thebani audentiores facti sua primum loca recipiunt, discordia inde inter Mantineos & Tegeatas orta Lacedaemonijs Mantineos oppugnantibus, missoque ad id bellum Agefilao, data est Thebanis occasio in Peloponnesum penetrandi, qui a Mantineis accersiti, decemque talentis in stipendium acceptis, haud multo postquam Agefilaus hyemis magnitudine coactus fuerat domum copias reducere, tumultuose Arcadiam intrauere. Nec ita multis interiectis diebus Arcadibus qui a Mantineis stabant, in societatem assumptis, Laconiam inuadunt. Ibi circa Eurotam & Amyclas, cum direptione & incendio uillarum euagati, Cynthium concessere. Erat iam anni bruma, appetebatque tempus magistratus apud Thebanos finiendi, aut proinde decedendum erat provincia & domum ad comitia abeundum, aut contra patrias leges exercitum & provinciam retinere oportebat. Ceteris itaque, Thebanis ducibus domum abeuntibus, Pelopidas & Epaminondas in Peloponneso cum exercitu remansere. Cupiebant credo inchoatum bellum ad exitum perducere, ne ea laus ad alios perueniret. Nec focij sunt eorum ducatum asperrati, quin maiore quam antea studio, circa illos coeuntes, breui contigit, ut ad lxx. armatorum milia sub signis haberent, quorum uix xij. pars erat Thebani. His copijs ambo freti, iterum Laconiam ingressi, traiecto Eurota optimam Laconici agrum partem usque ad mare populantur, multis interim Spartiatarum locis, partim uis, partim uoluntaria dedicatione in fidem acceptis, & in his Messana, ad quam incolendam, Lacedaemonijs eieci, ueteres urbis incolas reuocarunt. Et iam tota sub uno erat imperio Arcadia, maioreque Peloponnesi parte a Lacedaemonijs alienata, innatum & familiare ciuitatibus malum, Pelopidam & Epaminondam in discrimen adduxit, ambo rei capitis facti, quod quatuor menses ultra praescriptum legis exercitum retinuisent, domum decedere sunt coacti, ne absentes damnarentur. Pelopidas prior in iudicium arreptus, is ut natura erat iracundior, magna lycophantiae iactatione, & inuictio animo caulam dixit. Epaminondas ratus tolerantiam in rebus ciuilibus magnam esse fortitudinis partem, ciuiliore animo inimicorum iniuriam tulit. Amborum merita pluris ad populum ualuerunt, quam unica offensa, uterque absolutus est: nec longo postea interiecto tempore, Thebani Epaminondam ductu, in Peloponnesum sunt reuersi, Arcadibus inde auxiliu petentibus, quibus bello repetitis, Archidamus Lacedaemoniorum rex Castellum primo ademerat, praesidioque sub Epaminondae accessu acris commisso, Archidamus uulneretur, qui quum suos metu palantes passim interfici uidisset, per praconem suos ad sepulturam depoposcit, erat id signum apud Graecos uictoriae hostibus concessae. Ea confessione contenti Thebani caede temperarunt. Fuerunt inde plures dies, uelut belli feriae, quibus tenentibus, aut certe non multo prius postea riuus, Pelopidas in Thessaliam cum exercitu missus contra Alexandrum Phereum, is Polydoro Iasonis frater qui aliquandiu principatu in Thessalos fuerat potitus, oppresso, Tyrannide occupauit. Nec contentus ferro ciuitatem, & alia pleraque oppida subegisse, iam & finitimis coepert infestare. Thebani Thessalorum precibus fatigati, exercitum & ducem ad nouos tyranni conatus euertendos, delegare. Primo itaque, in Thessaliam accessu, Larissam Pelopidas cepit: qua clade Alexander fractus operam dedit, ut Pelopidam sibi conciliaret, qui ea conditione Tyranno pacatus est, ut Alexander iam inde inter Thessalos iussu ageret principem. Sed crudelitas & auaritia quae duo illi uitia erant ingenita, Pelopidam amicitiam ne contubernio quidem patiebantur coalescere: quare timens Alexander cum

paucis satellitum aufugit. Pelopidas Thessalorum rebus in tuto constitutis, ut in Peloponnesum transiret, ex Thessalia erat decessurus, quum orta inter Ptolomaeum Aloritem, & Alexandrum Amyntae filium (Amyntas enim uita decesserat) discordia, Pelopidas arbiter factus ita res composuit, ut ab Alexandro triginta obfides acceptos, & in his Philippum fratrem, qui magni Alexandri fuit pater, secum Thebas duxerit. Hic ille creditur Epaminondae consuetudine, ea militaris disciplinae rudimenta imbibisse, quibus postea omnes suae aetatis reges antecelluit. Reuocatus inde Thessalorum querelae Pelopidam aduersus infestas Tyranni opes, profectusque est edux sine exercitu, rarus fieri posse, ut sua auctoritate Alexandrum ab iniuria reuocaret: quod ubi aliter euenire sensit, copijs in Thessalia contractis, quum Tyrannum persequitur esset, in Macedonia atrox Ptolomaei facinus auertit, qui subita ui Alexandrum adortus interfecerat, regnumque armis occuparat. Ptolomaeus Pelopidam accessu teritus, pacate obuiam uenienti prodijt, reiectaque in Alexandrum cedis causa, pollicitus est se Philippo & fratribus regnum custoditurum, in fide cuius rei Philoxemum filium, & quinquaginta alios obfides, principum filios Thebas Pelopidam iussu misit, rebusque in Macedonia compositis, Pelopidas in Thessaliam cum paucis reuersus, ab Alexan. Phereorum Tyranno, qui cum exercitu accuratissime instructo ex improuiso fuit illi obuius, capitur, quo nuncio Thebas delato, confestim decretum est, ut Epaminondas cum exercitu ex Peloponneso in Thessaliam iret, interim altera manus ex Bœotia praemissa, cum Tyranni copijs temere commissa, ignominiose ex Thessalia pellitur. Affuit nec multo post Epaminondas, qui leniter ab initio cum Tyranno egit, ueritus ne ille suarum rerum desperatione adactus, ut natura erat sauisimus, in Pelopidam inuictum aliquid crudele statueret. Celebris in tota Graecia erat Alexandri crudelitas, quippe qui uiuos homines humare diceretur, alios aprorum pelibus urfortimue contactos, uenaticis canibus proferis laniandos obijcere. Fertur & hanc consecraf se, corona superimposita, qua Poliphranem auunculum traiecerat. Sed quum tam fero esset ingenio, Epaminondam tamen uirtutem & felicitatem ueritus, ultro illi Pelopidam restituit, inducens in certum tempus cum eo pactis. Pelopidas Thebas reuersus publice ad Artaxerxem est missus, apud quem in magno honore fuit, ob ea quae de eius uirtute in Persis fama ferebantur. Mox Persica legatione defunctus, ut Phereae Alexandri in se perfidiam ulcisceretur, facile obtinuit, ut ad Thessaliam seruitio liberandam, cum exercitu aduersus Tyrannum mitteretur. Erant tum Thebani nec adeo multi qui cum eo militabat, plures omnino Thessali, quod ubi Alexander exploratum habuit, cum lectissimis copijs ad tumultum praeraltos (Canis capita ab indigenis dicuntur) uenienti hosti ferociter occurrit, pulsoque hostium equitatu, in subiectis campis pedestre praesidium commisit. Ceterum Pelopidas, quacumque ibat, indubitata faciebat uictoriam, hostiumque phalangibus loco sumptomis, quum multitudine fretus adhuc hostis instaret, eum procul Pelopidas intuitus clamore & conuicio per aduersos cuneos infesto petit spiculo. Declinauit ille teritus uenientis occursum atque, in conferentem agmen sese trepidus recepit, qui circa illum terant Pelopidam ferociter inuictum undique adorati, multisque uulneribus conficiunt. Conati sunt non nihil Thessali circumuentum ducem periculo eximere, sed priusquam subueniri potuissent, eum uis hostium telis obruit. Vicere tamen acie Thebani & focij, caesaque sunt ad trium hostium milia. Fuit tam insignis uictoria minus laeta, ob clarissimi ducis interitum. Lamentari eum Thebani, lametari & Thessali. Sunt omnibus honoribus extinctum profecti, quibus

Pelopidas capitur.

Alexandri crudelitas.

Pelopidas Epaminondae restituitur.

Pelopidas interitus.

Honores Pelopidae mortuo exhibiti.

summi duces funerari consuevere, qui æquè suis charissimi fuere. Milites audito eius casu, non thoracibus sibi detractis, non uulneribus obligatis, in eum quo conciderat locum, conuerunt. Tonis inde equis uirisq; eo die quo ille conciderat, cibo abstinerunt. Laudatus etiam pro concione frequenti Theſſalorum conuentu, restitutusq; libertatis autor appellatus. Et Pelopidas tum certe periit, quò mors illi fuit potissimum obeunda. Patria suo beneficio liberata, ipse pro amicorum libertate fortiter dimicans, quum iam uictoriam sua uirtute partam cerne ret, hanc morte occubuit. Nec Thebani ultionem distulerunt, Diogetono cum vij. milibus peditum & ccc. equitibus in Alexandrum misso, cuius opibus iam antea accisus, facile ad eum, ut iureiurando pollicitus sit, se deinceps in Thebanorum autoritate futurum, atq; per hæc bello solutus, coniugis fraude, haud longo interiecto tẽpore periit. Nupit illi Thebe mulier Iafone genita, qui uno Polydoro interiecto, ante Alexandrum in Theſſalis fraude, Mira sunt quæ de formidolosa illius uita sunt memoriam prodita. Ferunt nunquã eum cum uxore congressum, nisi prius à satellite fuisset excussa, ne ferru sub ueste inferret cubiculo, eius lectu modico ponte peruium fuisse, quo sublato uelut arx quædam ab omni insidiantium tutus esset incurſu. Distulit ille quidem exitium quod ab uxore imminabat, sed tollere non potuit, tribus fratribus Echisiphone, Pitalo, & Lycophrone, ad eum dormientem in ductis, quum iuuenes iacentem inuadere non auderet, minata dicitur Thebe, nisi eum confestim obruncaret, excitaturam se illum clamore, sicq; sibi & fratribus uno tempore exitio futuram. Quam illi uoce perculli, opus inter se partiti, hic caput, ille pedes, ne in percussorem conſurgeret, inuadunt, tertius ferro conſecit. Hic Tyrannorum primus fraude coniugis periit, ut Plutarchus existimat. Eius corpus pessundatum à Phereis laniatui uolucris & feris est proiectum. Sed hæc quæ ad Tyranni cædem attinent, sunt aliquantò postea secuta. Lacedæmonij, qui Archidami ductu in Peloponneso uicti fuerant, haud quidẽ diu postea quiete, quin reparatis uiribus in expeditionem profecti urbẽ nullo maiore præſidio munitam relinquunt. Quod ubi Epaminondas habuit exploratum, Lacedæmonis subita ui capiendæ spē cepit. Noctis igitur silentio, spei plenus, tacito agmine, hostilem urbem petijt. Præſenserunt senes, qui ad illius custodiam relicti fuerant, hostium aduentum, confestimq; conclamatum est ad arma, & cum trepidatione ad tuendos urbis aditus discursum, non ætas, non sexus obſtitit cuiquam, quo minus ad patriam pro uiribus tuendam populariter concurreretur, mixto agmine in ipsis portarum angustijs sese hostibus obijciunt. Fit ibi pugna atrox numero longè dispari, stabant hinc circiter centum senes, pueris & mulieribus mixti, manus bello alioqui inutilis: inde xv. hostium milia, hos patriæ charitas, liberi, coniuges, penates hortantur, & in primis ipsa necessitas, quam præſens periculum imponebat. Illos numerus & gloriæ cupiditas accendit: maius proinde quàm pro Spartatarum numero credi possit, commissum est certamen: fuitq; per multas horas anceps, quoad sub lucem Ageſilaus cum exercitu affuit. Tum metu celsit hostis, prælioq; soluto, in pacatum sine alio maiore conatu abiisset, nisi sub Spartani hostis aduentum, certamine repente iniecto, loco quo fuerat deprehensus, manum conferere coactus esset. Fuitq; ad ultimum, Epaminondæ uirtute, res Thebana superior. Ille fortissimè, nõ ducis solum, sed militis etiam officio functus, graui ter uulneratur: cuius casu Thebanis est metus iniectus, Lacedæmonijs audacia creuit, atq; ita fortuna neutro adhuc inclinante prælium dirimitur: nec Epaminondas multum postea superfuit: sed dolore

Thebe uxor Alexandri.

Alexandri Phœrci meticulosa uita.

Alexandri cædes.

Spartanorum uirtus in patria tuenda.

Epaminondæ interitus.

accepti uulneris expirauit. Fertur priusquã uita excederet, à suis requisuisse, an hostes, se cadente, suo essent scuto potiti. Quod ubi seruatum audiuit, & ad eius conspectum delatum exosculatus est, quasi suorum laborum socium, testatusq; uultu & uerbis præsentem lætitiã, continuo animam efflauit. Et Epaminondas uir fortissimus sic periit, in quo Trogum sequimur. Quidam alij autores sunt, eam pugnam qua Epaminondas letale accepit uulnus, ad Mantineum cõmissam, cui opinioni M. Tullius altipula. Sed ubi quicq; est certatum, humanorum operum fuit illi ultimũ. Concidit cum Epaminonda omnis Thebanorum gloria. Eo quidem sublato, adeo patriæ uires retro abierunt, ut non tam summum duces res Thebana amissile, quàm cum illo interijſſe uideretur. Fuit autem dubium, cuius ne melior an dux fuisset, quippe qui imperium sibi nõquam, sed patriæ quæſiuit, & pecuniæ tam parum cupidus, ut sumptus funeri defuerit. Gloriæ quoque haud cupidior, quàm pecuniæ, quippe cui imperia reculant, ciuitatis studio ingesta sunt: honoresq; ita gessit, ut ornamentum non sibi, sed suis ciuibus indipisceretur. Accessit literarum studium & doctrina ingens, ut multis miraculo fuerit, unde tam insignis rei militaris scientia, homini ad rem literariam & liberales artes nato affuisset. Thebani ut ante illum nihil memorabile gesserant, ita eo extincto, omnem militarem gloriam amiserunt. Qualis clades Lacedæmonios quoque & Athenienses ferè eodem tempore attigit. Etenim amisso cui æmulari possent, ocio & desidia omnis militaris uirtus intercudit. Athenienses qui classem & exercitum diuissimè aluerant, militaris rei obliuio paulatim cepit, spectaculis & scenæ dediti potetas pro ducibus mirari cœperunt, Gymnasia pro castris frequentare, publicis uectigalibus in scenicos lusus uersis. Nec Lacedæmonij, Ageſilao iam decrepito, præclarum ullum facinus gessere. Ut cum Epaminonda, Ageſilao, & Conone, qui extremi trium illustrium ciuitatum duces fuere, omnis Græcorum gloria defloruisse uideatur. Fuit quod ad Ageſilaum attinet, omni bellica urbanaq; uirtute Græcorum longè princeps sua tempestate. Enimvero præterea quæ bello gessit, incredibilia relatu uideri possunt, quæ de eius iustitia & sanctitate referuntur. Nemo unquam toto ipsius principatu ab eo spoliatus dicitur. Dicere solebat optimi imperatoris esse non se, sed exercitum ditare, uerissimumq; regis officium quàm plurimos beneficio afficere. Pulchrum hostium mœnia expugnare, sed multo pulchrius fœdas uoluptates continere, nec Deos magis casta templa, quàm iusta mortalium opera delectare. Neq; ille prædicauit hæc tantum, sed & præstitit: quo contigit, ut iam grandis natu uita defunctus, non minus tamen desiderium sui ciuibus reliquerit, quàm si florenti ætate, medioq; bellorum cursu, uiolento aliquo casu, fuisset extinctus. Quo autem uitæ anno decesserit incertum habeo. Plutarchus autor est, iam octogenariũ à Theone (ni fallor) rege (ille enim regis nomen suppressit) pollicitationibus amplissimis ad bellum, quod in Artaxerxem Barbarus comparabat, accersitum quo cum nauigasset, Ægyptijs gratiam relaturus, quorum opibus res Spartana Asiatico fuerat bello adiuta, abnegato sibi ab rege copiarum imperio, tanta spe destitutus, noua animo captare cœperat consilia, quum subito externi milites, mox Ægyptij à rege defecerunt, eoq; motu consternatus Theon, in Sydonem Phœnices aufugit. Eusebius eum in Arabiam profectum scribit. Ægyptij seditione turbati, duos uno tempore reges delegerunt, quorum hic Spartani erat nominis inimicus, multo propensior ille in ipsius ciuitatis amicitiam, atque ob id ipsum Ageſilai consilio & opera adiutus, pulso hoste facile est regno potitus. Et hæc à Græcis terra marique, uario

Epaminondæ laudes.

Ageſilaus.

Ageſilaus in Ægyptum accersitur.

Tri. Con. Po.

Con. Po.

Tri. Con. Po. Latini & Volsci ad Satricium uincuntur.

uario bellorum euentu, gesta ad Macedonum usque tempora. Quibus Philippus Amyntæ filius primo est Græciam armis adortus, mox Alexander huius filius, qui ueterem armorum gloriam uictis & imperium abstulit: quo Athenienses Græcorum primi annos octo & sexaginta fuerant potiti. Mox Lacedæmonij annos ferme triginta. Thebani omnium nouissimi paucos annos, quoad ipsorum urbs capta ab Alexandro est adirepta, sed hæc aliquantò postea gesta sunt. Nunc quæ Romani in terra Italia, post Prænestinum bellum, domi forisque gesserint, ordine exequemur. Præneste bello capta, creauit populus proximis comitijs, ex utroque ordine pari numero, Tribunos consulari potestate, Patricios, C. & P. Manlios, & L. Iulium: Plebeios, C. Sextilium, M. Albinum, & L. Antistiu. Volsci prouincia extra sortem, quia gratia præirent, duobus Manlijs data, qui in hostem profecti, cum cohortes in explorato pabulatu misissent: nec ita multo post fallus in castra nuncijs uenisset: quem hostes occultè subornauerant, circumuentas à Volscis præſidiarias cohortes in aperto discrimine esse, nisi mature subueniretur, erat enim is qui ea nunciabat Latinus, nõ Romanus, temerè duces castris egressi, ut suis suppetias irent, in insidias præcipitantur. Ibi dum magis uirtute militum, quam consilio se tutantur, Romana castra, quæ in planicie erant, diuersa sunt parte ab hoste oppugnata, ægreque ab ijs qui sine duce, sine stationibus relicti fuerant, defensa. Ea trepidatio Romam perlata, adeo ciuitatem perculit, ut de Dictatore dicendo iam in curia mentio facta esset, sed ubi omnia ex Volscis quietiora affereretur, placuit duces & exercitum Romanum reuocari: fuissentque foris res in reliquum anni admodum quietæ, nisi Prænestini Latinorum populis ad res nouas concitatis rebellassent: Nec is motus quidem tanti fuit ut Romanus ex urbe ante principiu alterius anni exiuerit. Creatis in de consulari potestate Tribunis, Sp. Furio, Q. Seruilio, Licinio Menenio, P. Clelio, M. Horatio, & L. Gegano, seditio ob æs alienum ingens est domi orta, ad quod cognoscendum sunt Cefores creati, id malum adeo inualuerat, ut nullo modo ferri posset amplius. Interim Volscis Romanos fines incessentibus, Trib. plebis delectum impedidẽ ui patribus expressere, ut tributum, quoad esset cum hoste debellatum, nemo daret: nec de pecunia credita ius diceret cuiquã: eoq; laxamento plebi dato, nulla est delectui mora amplius facta. Bipertita Romani duces in Volscum hostem duxere, Q. Seruilius, & Sp. Furius, & M. Horatius dextrorsum secus mare atq; Antium, Q. Seruilius, & M. Geganius læna ad montes Ecetranos uersus. Neutra parte hostis obui? Romanis fuit, omnis proinde ultionis ira in agros uersa est. Vtrobique exultæ uillæ, frugiferæq; arbores cefæ, ne satis quidẽ in spem frugũ relicti, sed aut deſectis aut de industria attritis. Vis præterea ingens pecorum in prædã acta est. Atq; hæc foris eo anno gesta. Maiores inde belli apparatus extitere consularis potestatis magisterium capeſſentibus, L. Æmilio, P. Valerio, C. Veturio, Seruio Sulpitio, & duobus L. & C. Cincinnatis. Volsci & Latini, uictis legionibus, castra ad Satricum fecerant, triplexque eum motum conscripsit est exercitus. Vnus quidem ualidissimus quem ad Satricum P. Valerius & L. Æmilius duxere. Alter qui præſidio urbi esset. Vltimus ut si quis casus tulisset subito hostibus obijceretur. Romani duces ad Satricum progressi hoste instructa acie inuenerunt, nec ipsi cunctantius suos ad pugnam producunt, ingentibus utrinque animis erat iam in initum prælium, quum imber ingenti procella effusus pugnam diremit. Potridie pari ardore, eodem loco concursum, restiteruntq; in primis Latini Romanæ militiæ affueti: potremo Romanus eques magno impetu in aduersam aciem inuectus, tantum ordines turbauit, turba

tos miles acrius instado fudit. Magna deinde cædes edita. Castra capta direptaq;. Eques Satricum, quod ad duo milia passuum distabat, fugientes cum multa cede est psecutus. Latini & Volsci huc cõpuli, ueritine uallo circumsesi ad deditiõ cõpelleretur, oppido proxima nocte relicto, Antium effuso agmine abierunt. Romanus eu estigio secutus, obſidione, quia nihil ad ipsam paratum haberet, abstinuit, discordia deinde hostium Romanis uictoriam confecit. Antiatas multis cladibus afflicti pacem malebant. Cõtra Latini noua rebellione feroces bellum suadere. Nec ad unam aduersam pugnam animos frangi oportere. Sed ubi hortando monendoq; nihil se proficere senserunt, ex Antio se proripientes, Satricum oppugnarunt, ignique tectis, in Antiatium inui diã, à quibus destitutos se querebantur, repente iniecto omnia sacra & prophana hostiliter concremarunt. Inde concitati Tusculum, quia ea sola ciuitas in Romanorum fide adhuc erat, patentibus portis irrumpunt. Tusculani re subita consternati, sub primum tu multum in arcem confugerunt, inde Romam missi, qui senatui & populo nunciarent, in quanto Tusculana res discrimine sita esset, nisi subito subueniretur. L. Quintius, & Seruius Sulpitius, cum iusto exercitu, ex templo Tusculum ire iussi, sub quorum aduentu qui in arce erant, alacri clamore subito in hostem decurrunt. Romanus diuersa parte maiore impetu & ardore muros adortus, portarum molimina momento temporis refringit. Latini ancipiti metu uicti, ne eruptione quidem tentata, in medio ad unum cæsi sunt, Tusculo in hunc modum recepto, ac socijs restituto, domum uictor exercitus concessit. Ea Latinorum clades effecit, (Nam res Volscorum iam antea conciderant) ut pax foris per oportune sit secuta. Romæ enim ita potentiorum opes, ob æs alienum creuerant, ut in plebe nemo esset, qui non modo non ad tribunatum militum, quia iam patriciorum factus uidebatur, sed ne ad plebeios quidem magistratus petendos caput attolleret amplius. Accidit inter ea modica res in præſens, sed quæ ingentem patribus, ab eo ordine procellam exciuit. Erat Fabio Ambusto filiz duæ, quarum maior Seruio Sulpitio, tum consulari potestate tribuno nupserat: Licinio Stoloni altera, illustri quidem uiro, sed plebei generis. Erat forte minor Fabia apud sororem, tempusque cum ea, ut fit, sermionibus terebat. Accidit interea ut lictores, qui magistratum præcedebant, ostium tribuni se domum recipientis, uirgis de more percusserint, quo sonitu exterrita minor Fabia, cõsuetudinis ignara, ludibrio fuit sorori, urbanarq; rerũ rudis iudicata. Subdidit ea res acres stimulos mulieris animo, cõsulaq; recedit morũ, quũ sese domũ reciperet, puellã pater tristiorum solito cõspicatus: Satin saluæ res essent sciscitatur. Tegere illa mœroris causam, ut parũ piã in sororem, & in maritum nihil honorificã. Haud enim tam pudor, quàm inuidia & plebeiz fortunę contẽptus, mulieris animum exagitabat. Cæterũ Fabius, multa comitate instado effecit, ut falsa sit filia, doloris sui causam. Quod ipsa in plebeia esset domo collocata, quã neq; honor neq; gratia intraret. Ambustus filiam leniter consolatus, bono esse animo iubet, fore, ut propediem eosdem domi honores, quos & apud sororem uideret. Cum genero deinde Stolone & L. Sextio strenuo adolescente consilium cepit, ut Tribunatum illi peterent, proponerentque plebi populares rogationes, quibus fortunæ & opes inter ordines æquarentur. Ambo proximis comitijs Tribuni plebis creati leges promulgant, ut ad æs alienum leuãdum, quicquid esset uluris annum eratum de capite deduceretur, quicquid superesset triennio equi solueretur pensionibus, ne quis plus quingenta agri iugera possideret, ne Tribunorum militum comitia fierent amplius, & ut alter ex plebe consul

Discordia Latini & Volscorum.

Latini Tusculum occupant.

Tusculum recipitur.

Quod certamẽ Fabij filiz exiuit.

Rogationes tribunitiæ.

deinceps crearetur. Leges graues, & quæ sine ingen-
 tri certamine obtineri non poterant. Nec minus pa-
 tres tantam rerum molem sunt aspernati, quin ad ue-
 tus remedium cõuerſi ex Tribunorum collegio ali-
 quot ſibi interceſſores comparant. Hi nec populum
 ad ſuffragium uocari, nec quicquã ſolenne fieri ſunt
 paſſi. Tu Sextius, bene habet, inquit, quando inter-
 ceſſione agendum eſt, hoc ipſo telo tuebimur plebẽ.
 Agitedum, comitia indicite Tribunum litum creã-
 dis, faxo ut uox iſta, quam in noſtrorum collegarũ
 ore nunc tam libenter auditis, paulo poſt non mul-
 tum ſit uobis placitura. Nec Sextij minã irritã fue-
 rit. Comitia nulla præter Ædiliũ & Tribunorum
 plebis ſunt eo anno habita. Sextius & Licinius Tri-
 buni in ſequẽtem annum reſecti. Tenuitq; ea magi-
 ſtratum ſolitudo per quin quẽniũ, plebe eo ſdem
 Tribunos ſemper reſiciente, Tribunis ipſis comitia
 impediẽtes. Bella interim optime quieuerũt. Po-
 ſtremo Veliterni Tuſculum ſunt oppugnare adorti:
 inde Romã miſi, qui ſibi ueteribus ſocijs, ciuitateq;
 recẽs donatis auxilium implorarent. Tum demum
 Tribunis (pudor enim negando auxilio obſtitit) rem-
 mittentibus, comitia ſunt p̄ interregẽ habita. Creati
 Tribuni conſulari poteſtate, L. Furius, Au. Manlius,
 Seruius Sulpitius, Seruius Cornelius, Au. & C. Vale-
 rij, conſcripto exercitu non ſolũ hoſtis eſt à Tuſculo
 repulſus, ſed compulſus etiam intra ſua mœnia & in
 reliquũ anni obſeſſus. Tenebat adhuc obſidio, quũ
 noui tribuni militum creati ſunt, Q. Seruilius, C. Va-
 lerius, Marc. Auſus, M. Cornelius, Q. Quintus, M.
 Fabius: nec ab his eſt quicquã memorabile ad Ve-
 litras geſtum. Domi Sextius & Licinius oſtaũ iam
 Tribuni reſecti, Ambuſto fauente, qui ſe legum ſua-
 ſorem eſt profeſſus, & ex collegio tribunorum plu-
 rum cum plebe ſentire, ferociore facti, tantũ non for-
 rumam plebis iterum experiri, quod exercitus in ur-
 bem expeſtabatur. Interim patricios in cõcione ſtã-
 tes aſiduis altercationibus inceſſebãt. Rogabãt co-
 ram, num ipſi, qui tot annos æquiliſimarum legum
 lationem remorarentur, iniquum aliquid fieri puta-
 rent, ſi quũ bina iugera plebi diuiderentur quingen-
 ta poſſiderent: parumq; abeſſet, quin unus ccc. poſ-
 ſideret ciuiũ portione. An præterea placeret ſenore
 circumuentam multitudinẽ potius adduci in neruos
 & ſupplicia, quã ſortẽ creditoribus diſſolui, reple-
 riq; nobilium domos ciuibus uinctis, ſeu mancipijs
 bello captis? ut ubicunq; patricius habitet, ibi ſit &
 priuatus carcer. Hæc cum illi maiore audientium,
 quã ſua indignatione diceret, patricios metus in-
 ceſſit, ne in ſe impetus à multitudinẽ fieret. Tribuni-
 tate erat concionis ſumma hæc, ut niſi conſul alter
 ex plebe crearetur, futurum nunquam, ut patricij ſi-
 nem facerent per occaſionem in plebem graſſandi:
 hæc quũ in dies maiore aſſenſu audirentur, adijciũt
 ad aliã rogationem, ut Decemuirĩ crearetur ad per-
 agẽda ſacta: quorum quinque plebei eſſent. Anno in-
 terea circũactõ, Licinius & Sextius tribuni plebis re-
 ſciuntur. Creatur & noui tribuni militum. T. Quin-
 tius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpitius, Sp. Seruilius, L. Pa-
 pyrius, & L. Veturius. Eratq; iam uentum ad ultimã
 de legibus dimicationem, quum Senatus atq; totus
 ordo, magno tribunorum apparatu exterriti, Camil-
 lum Dictatorem creant, tantum abſuit ut is magi-
 ſtratus latores ipſos legũ perculerit, ut maiore quo-
 dam animo accenſi, plebis cauſam arctius amplexi,
 aſiduis concionibus fouerent. Interim Camillus re-
 neutro inclinata, dictatura abiit, ſine quia uitio crea-
 tus eſſet, ut quidam credidere, ſeu quod d. tribuni ad
 plebem tulere, idq; plebs ſciuerat, ut ſi M. Furius Ca-
 millus quid pro Dictatore egiſſet, quingentũ mi-
 lium æris multa eſſet. Sed prior cauſa ſimilior ue-
 ro eſt. Quid enim artinuiſſet in eo nouũ dictatorem
 creare (nam id paulo poſt fecerunt) qd̄ metu tranſi-
 gere Camillus non eſſet auſus, quum pari exemplo

Tri. Con. Po.

Trib. ple. pa-
tricius incu-
ſant.

A ille quoque indiſta multa abſterri potuiſſet? Ca-
 millo loco P. Manlius Dictator dictus. Is C. Licini-
 um de plebe uirum magiſtrum equitũ creauit: unde
 à patribus illi inuidia orta eſt: & iã ne Dictator qui-
 dem multum futurã rogationi obſtabat: nec patres
 quo ſe uerterent amplius, aut quid conſilij capeſſe-
 rent fatiſ perſpicere. Tum patriciorũ cauſa planẽ in-
 clinante, Ap. Claudius Craſſus Decemuirĩ nepos, ma-
 gis indignatione & ira, quã quod ſpem aliquã ha-
 beret dicendo poſſe plebem à ſuis commodis auer-
 tere, in concionem progreſſus, ita ad multitudinem
 uerba fecit. Et ſi certo ſcio ita futurũ Quirites, ut mi-
 hi hodie obijciatur: qd̄ & ſæpe aliã noſtrã familiã,
 quã nihil ab initio antiquius in hac ciuitate habuit,
 quã patrum maietate tueri, hæreditariũ ſtudium
 gentileq; mihi & alijs Claudijs eſſe, plebis cõmodis
 aduerſari, quorum alterũ haud inſerior, noſtros ma-
 iores & qui ab illis pro creati ſunt, enixe operam de-
 diſſe, ut quantũ in ſe eſſet, eius ordinis maietas ſem-
 per augetur, in quem gẽs Claudia fuiſſet ab initio
 aſcita. Alterum pro me maioribus que meis contẽ-
 dere audeo, nihil nos dixiſſe aut feciſſe unquã, quod
 cõtra ueſtrũ fuerit cõmodũ Quirites, niſi forte quã
 pro uniuerſa rep. ſunt, plebs uelut à cætero corpore
 ciuitatis diſiuncta, ſibi inutilia exiſtimit. Quod ſi, ut
 par eſt, reip. commoda ueſtra Quirites dicitis, iã ite-
 rum dicam me & meos, neq; priuatos, neq; in magi-
 ſtratu feciſſe aliquid, qd̄ eſt præter uolũtatem iſtius
 ordinis fuerit, nõ idem tamen & utile dici poterit.
 Quamquam ſi Claudiã familiã non eſſem unus, nec
 patricio ortus ſanguine, ſed duobus tantũ ingenuis
 in hac ciuitate natus, deberem ne ego ferre, quum in
 libera ciuitate ſciam me uiuere L. illum Sextium &
 C. Licinium perpetuos, ſi dijs placet, tribunos, tantũ
 perditã audaciã nouẽ annis quibus regnant aſſum-
 piſſe, ut liberam ſuffragiorum poteſtatem adimant?
 B Conditione, inquit, patiemur nos decimũ tribu-
 nos reſci: ut omnia legũ capita ſuffragio ſciturũ ſitis,
 q; ſi partem pro ciuiſq; cõmodo cõplexuri eſtis, nõ
 eſt cur nos reſciatis: quid aliud eſt quãſo hoc dicere
 quã quod petunt alij, nos adeo fatidimus, ut ſine
 mercede accipere nõ libeat? Sed quod tandẽ eſt hoc
 meritũ? q̄ merces? qua plebs debeat hos rãdiu tribu-
 nos habere? ut rogationes, inq; noſtras ſeu placeãt,
 ſeu diſpliceãt, ſeu utiles ſint, ſeu inutiles, cõiunctim
 accipiatis. Sed uos Tarquinij uerius quã tribuni,
 putate me unum ex media concione ciuẽ ſucclama-
 re, bona uenia ueſtra liceat ex his rogationibus le-
 gere, quas ſalubriores nobis arbitramur, antiquare
 alias ut de ſenore & agris, quod ad oẽs pertinet, uo-
 bis rogantibus, poſtquã ita placet, ſtatuar quã uelit
 populus. Illud uero portente ne ſiat ut L. Sextius &
 hic C. Licinius, Conſules ſiant. Etenim quid aliud
 per deum eſt dicere, aut omnia accipere, aut nihil fe-
 ro, quã huic quem fames urgeat uitalem cibũ ap-
 ponere, contraq; mortiferum alterum adhibere, neu-
 trumq; pati ſine altero eum attingere. Quod ſi libe-
 ra eſſet hæc ciuitas, tota concio ad tam indignã con-
 ditionem reclamãſſet. Abite hinc cum ueſtris roga-
 tionibus perpetuoq; tribunatu. Quid ſi uos duo nõ
 tuleritis, quod cõmodum ſit nobis accipere, nemo
 erit poſtea qui ferat illud? Verum enim uero ſiquis
 patricius Quirites, ſiquis quod adhuc inuidioſus
 eſt apud illos nomen, Claudius pro concione dice-
 ret, aut totum accipere, aut nihil fero, quis ueſtrum
 tam ſuperbam uocem ferret? Adeo rem nunquam
 potius ſpectabit, quã rei autorem? atque ut ni-
 hil ſit magiſtratus ille dicturus unquam quod non
 ſecundis auribus audituri ſitis? cõtra quodcunq;
 patriciorum aliquis dixerit, uelut pernicioſum &
 deteſtabile auerſari? Eſt quidem ſermo hic parum
 ciuiliſ: ſed dicam tamen Quirites quod ſentio,
 qualis rogatio hæc eſt, quã à uobis nolunt anti-
 quari. Alterum ex plebe conſulem creatum iri uolo.
 Quid

Dictator.

Appij Clau-
dij Crãſſi concio.

Attẽde Claudi-
uim.

Quid aliud rogat hic, quã ut uobis etiã inuitis ali-
 quis conſul in republica fiat? Hoccine ut ſi ex plebe
 unus petierit, eſt in digniſſimus, inuitus populus ſit
 hunc conſulem habiturus. Et hoc quãſo eſt libera-
 te uti? hoc libera re ſuffragia habere? Quid illud? al-
 terum ex plebe creare neceſſe ſit, utrũq; ex patricijs
 præterire. Ecquẽnam hæc ſocietas eſt? parũ ne uide-
 ri oporteat, ſi in parte eius uenit, quod nihil ad te at-
 tinebat, niſi totũ traxeris? Timeo, inquit, ne ſi duos
 patricios creati liceat, neminẽ creetis plebeiũ, quod
 nil aliud ſit dicere, quã neceſſitate creati etiam
 quẽ nolueritis uobis impono. Quod ſi cætera uobis
 integra conſtabũt, beneficiũ ueſtrũ pereat neceſſe eſt
 ſi plebeius unus petierit, quippe qui dicere poſſit ſe
 legẽ nõ ſuffragio populi cõſulem factum, quomodo
 uobis honores extorqueant, quærunt, qua ratione
 peccant ex occaſione magis quã uirtute, lumĩ im-
 perium uulgari malunt. Nemo iſta ratione tã ſordi-
 dus erit in plebe, cui non facilior uia relinquatur ad
 dignitatem illam inuadendam quã nobis & filijs
 noſtris. Siquidem nos ne quum uolueritis quidem
 creare poteritis, iſti etiã ſi nolitis creandi ſunt. Quod
 ſi nemo rei dignitatẽ ſpectet, quia ad homines per-
 tineat, at mouere debet religio deorũ, quã in pri-
 mis eſt ſpectanda. Auſpicijs hæc urbs cõdita eſt au-
 ſpicijs, bello, pace, domi, militiãq; ad hunc diẽ admi-
 niſtrata, at penes quos ab initio fuerint auſpicia, uos
 Quirites nõ ignoratis. Ac ſi quis ignorat inde diſcat
 quod plebeius nullus magiſtratus auſpicio creatur.
 Cõtra patribus adeo auſpicia propria ſunt, ut nõ ſo-
 lum quos creat patricios magiſtratus auſpicio creet
 fed interregem, & ſine populi ſuffragio, per auſpicia
 creare ſit huic ordini dari. Eludãt licet illi hæc, quid
 ſi pulli non paſcentur, ſi tardius cauea exterint, quid
 ſi mus, ſi auis occinuerit? parua ſunt hæc. Sed p̄ hæc
 qualiãcũq; ſunt, maiores noſtri hanc remp. ex parua
 & humili maximã fecere. Nunc ſi deo placet, omne
 maiorũ inſtitutũ abolere in aũo eſt, oĩa ſacta & pro-
 phana conſumere, ut Sextius & Liciniũ in urbe re-
 gnẽt: quia pecunias alienas, quia agros dono daturi
 ſunt, tãta eſt ex alienis fortunis p̄dandi dulcedo: nec
 uenit in mentem, altera lege uãſtas ſolitudines in a-
 gris ſatũgiri pellendo ſinibus dominos, altera ſi-
 dem abrogari, cũ qua omnis humana ſocietas tolla-
 tur neceſſe eſt. Quibus nemo nõ intelligit antiquã-
 das eſſe rogationes iſtas, quã contra ordinẽ dignita-
 tem, contra religionem, cõtra publicum cõmodum,
 contra æquitatem, ipſamq; ciuium ſocietatẽ propo-
 nuntur. Sed uos quicquid facitis Quirites, bene eue-
 nire & cupio & opto. Valuit Claudiõ oratio, ut tem-
 pus rogationibus ſit ad huc nõ nihil prorogatu. De-
 cimũ inde Tribuni reſecti ſunt Sextius & Licinius.
 Decemuirĩ ſactõũ creati, quinque ex plebe, ceteri pa-
 tricij: eoq; gradu iam uia facta ad conſularum uide-
 batur. Ceterum plebs præſenti uictoria cõtenta, fa-
 cile paſſa eſt, proximis comitijs Tribunos militũ cõ-
 ſulari poteſtate creati. Creati ſunt Au. & M. Corneliũ
 M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius & P. Valerius.
 Tenebat adhuc Valiterna obſidio, quũ repente Gal-
 licũ belli fama illata, ingẽtem priſtinã cladis memo-
 ria tulit ciuitati terrore: ea res cauſa fuit, ut M. Furius
 Camillus quintum dictator ſit dictus. Is T. Quintiũ
 Pœnum magiſtrum equitũ dixit: obſcura inde fama
 eorum quã in Gallos geſta ſunt, ad poſteros mana-
 uit. Claudius Quadrigarius circa Anienem fluuium
 cum Gallis eo anno dimicatum in annalibus prodidit:
 inclinatq; in ponte pugnam fuiſſe, qua T. Man-
 lius Gallum, cum quo manum ex prouocatione cõ-
 ſeruit, in duorum exercituum conſpectu peremptũ,
 aureo torque ſpoliauit. Plures tamen quibus Liuius
 accedit, decimo poſt anno id accidiffe aiũt. Satis cõ-
 ſtat in Albano agro Camillo dictatore proſperẽ cum
 ea gente hoc anno dimicatu, multaq; Gallorum milia
 in acie ceſa, alij diſpalati Apuliam petiere, Fuerint

Antit. etum.

Repetitio.

Peroratio.

Tri. Con. Po.
Dictator.
Gallorum tu-
multus.

A ne ex his illi, quos ad Dionyſium maiorem ſocietatẽ
 in Romanos petum ueniſſe eſt ſupra memoratum
 quum Crotonem tyrannus obſideret, an ex illis po-
 titius qui Romam cepere, dubitare pro certo ponere
 niſi ex ſuppotatione temporũ, qua Eufebius utitur,
 perſpicue liqueret Dionyſium minorẽ aliquãto an-
 tea regnare cepiſſe: q̄ Galli ſecũdo ſunt à Camillo ui-
 cti. Cæterum à capra urbe, ad hanc pugnam anni cir-
 citer uiginti interſuere. Polybius trigelimo ab urbe
 capta anno Gallos iterum in Romanos mouiſſe au-
 tor eſt: ſed quocunq; eſt loco & tempore pugnatum
 Camillus triumphans in urbem redijt. Nec ita mul-
 tis interiectis diebus, Dictator & uniuerſus ordo,
 tribunorum conſenſu, certamineq; ſequẽtis populi
 uicti, leges ferri, & conſularia comitia ex formula ro-
 gationis haberi paſſi ſunt. Creatusq; primus ex ple-
 be Conſul L. Sextius, cuius creationis, quia patres
 ſe autores futuros negabant, tanta eſt perturbatio
 orta, ut tertio à patribus plebs ſecellura fuerit, niſi
 per Dictatorẽ diſcordia ſedata eſſet. Ex illius igitur
 autoritate ſenatus ſe autorem nouo conſuli præſtitit,
 permiſſumq; eſt patribus à plebe, ut ex ſuo cor-
 pore magiſtratum crearent, qui ius in urbe diceret.
 Sed quum ob ciuitatis cõcordiam, ludos maximos
 faciendos ſenatus ceſuiſſet, ut dies unus triduo ad-
 ijceretur, Ædilibus plebis id munus recuſantibus cõ-
 clamatum à iuuenibus patricijs eſt, ſe id deorum im-
 mortalium cauſa libenter facturos, ſi Ædiles fierẽt.
 Actã illis gratiã, factumque ſenatus conſultum, ut
 Dictator qui comitia habebat, duos Ædiles ex pa-
 tribus populum rogaret, atque ita factum, ut Sp. Fu-
 rius Camillus Marci filius primus prætor ſit creatus.
 Gn. Quintius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio
 Ædiles, quos ut prætorem curuli ſella & prætexa
 inſtrui placuit. Sextio primo è plebe Conſuli, L. Æ-
 milius Mamercus collega eſt datus, ac tum demum
 Tribuni conſulari poteſtate anno ſexto & quadra-
 geſimo, ex quo is magiſtratus fuerat inductus, crea-
 ri deſierunt.

Conſul ex ple-
be.

Ædiles.

Prætor.

Conſules.

ENNEADIS IIII. LI-
BER III.



Conſules.
Camilli interia-
tus.

Conſules.
Primi ſcanti-
ludi.

deorum placamina, scænici ludi primum celebrati, res ab initio rudis sine carmine, ullæque carminis imitatione, Ludiones tantum ex Hetruria accersiti, ad Tibicinis modulos saltantes, haud indecoros more Tusco reddebant motus, imitari hos primo Romana iuuentus, inconditis inter se carminibus iocularia fundentes: nec morus interim absoni à uoce: mox diligenti usurpatione eò processit usus, ut uernaculi eius rei artifices: quia nihil iam à Tuscis ludionibus distarent, Histriones appellati sunt: quia Hetrusca uoce hister ludio uocaretur. Hi deinceps non inconditum & rude carmen, alternis que ut à principio iactatum usurparunt, quod fescenino fuit simile, sed modulatas Satyras, descripto ad Tibicinem cantu, decoroque motu peragebant. L. Iulius Andronicus ab Satyris digressus fabulam argumento fecit, factamque quum læpius egisset, obruta demum frequenti usu uoce, puerum qui caneret ante tibicinem statuit, inde ut ad tibicinis latus Histriones canerent, receptum. Vbi igitur res à risu & soluto ioco auocari cepta est, ludoque in artem paulatim uertente, iuuentus fabularum actu Histrionibus relicto, ueteri instituto, ridicula uersibus intertexta inter se iactabant: unde exordia fabulis potissimum Attellanis conferta extiterunt. Id ludo ab Ofcis acceptum, tenuit postea iuuentus, nec Histrionibus attingere permittitur: quo factum, ut Attellanarum actores ne tribu quidem mouerentur, unaque cum cæteris militarent, perinde ac Histriones non essent. Res à modico & sano principio orta, sed quæ ad insanam rerum opulentiā sit postea perducta. Medio talium ludorum spectaculo, quum forte Tyberis circum maximum inundasset, ingens ciuitatem terror inuasit. Creditum uulgo, ut uana tum fuit eius temporis superstitio, deos placamina repudiare. Eratque ciuitas in conquirendis piaculis supra modum occupata, quum C. Genutius & L. Æmilius consules facti. Quum igitur uulgò morbi corpora afficerent, Dictator figendi clauis gratia dictus est L. Manlius cognomento Imperiolus: repetitum erat memoria, clauo aliquando à Dictatore fixo, pestilentiam in urbe sedatam. Sed figendi clauis ratio aliunde sumpta, quum perraræ ea tempestate literæ essent, lex scripta fuit, ut qui prætor maximus in urbe esset, idibus Septembris clauum figeret, ut nota illa uelut annorum esset. Lex ipsa idcirco in Mineruæ templo creditur dicata: quia numerus ipsius sit Deæ inuentum. Fixus est clauus dextero lateri in aede Iouis, qua parte Mineruæ templum proximum illi fuit. Primum id Consules factitarunt, ad Dictatores inde est id munus translatum: quia maius esset imperium, potestque ex hoc ipso intelligi, Prætoris appellatione consularem etiam & Dictatoriam dignitatem ueteres accepisse. Volscinijs in templo Nortia deæ Hetruscæ clauos annorum indices figi solitos tradidit Cincius. Manlius Dictator, fixo clauo Hernici belli causa, uelut ad id exequendum, non ad religionem creatus esset, acerbum habere delectum cœpit. Cæterum Tribuni plebis in eum ferociter coorti incepto absterruerunt. Fuit ea res in causa, ut sequenti anno Q. Seruilius Hala, & L. Genutius Consulibus dies illi sit à M. Pomponio dicta. Inuisa erat uulgò hominis natura ut in libera ciuitate, dabaturque illi crimini, præterquam quòd in acerbissimo delectu iuuenum corpora nomē dare recusantium, nudari cædi que fecisset, quòd filium iuuenem nullius probri compertum, nisi quod tardior lingua esset, procul urbe, domo, penatibus, ac luce hominū in agris haberet. Muta animalia alere suos foetus ac fouere, siquid ex sua progenie parum prospere narū sit, at Hercule L. Manlium malo augere, tarditatem ingenij premere, ac si quid naturalis uigoris filio in sit, id agresti uita hominem superbissimū extingueret. Mouit quidem alios id crimen, uerum

Vnde Histriones dicti.

Attellane. Exordia Attellanorum.

Consules. Dictator.

Clauis fixio.

Prætoris appellatione.

Manlio Imperioso dies dicitur.

tantum abfuit, ut filio sit ille aliquo modo gratificatus, quòd iuuenis ægre ferens, patrē sua causa à Tribuno plebis uexari, ut omnes dii hominesque scirent, se patri in periculo non defuturum, consilium capite pietate magis quàm ciuili exemplo probabile, cultro succinctus, omnibus inficijs, sub lucem Romam abiit, & à porta Pomponij Tribuni domum petit, ibi ianitorem appellat, nunciari que Tribuno iubet T. Manlium Lucij filium ad ianuā stare, qui eius colloquium peteret. Confestim iuuenis introductus tanquam patri iratus aliquid occulti in reū criminis afferret, salute reddita & accepta, iuuenis secretū à Tribuno petit, esse ait quæ remotis arbitris uelit cū eo agere. Confestim omnibus abire iussis incautus ille Tribunū stricto cultro inuadit, atque iaceti incubans, nisi, inquit, in ea uerba que uolueris iraueris, te à patris accusatione desititurum, ego te hic Pomponi iacentem transfigam. Ad ea pauidus tribunus, nā quid faceret, inermis erat corpus, & strato cubans, atque ob id iniurię obnoxium, cernere ad hæc ferrum, & iuuenem stolidē ferocē sibi imminere, periculo adactus in Mālij iuuenis uerba iurat, cui dimisso præstitit tribunus fidem, quā coactus dederat. Plus enim apud eum ualuit filij pietas, quam rei Manlij inuisa omnibus superbia. Fuit ea res iuueni apud populū honorum: nam quum eo anno tribuni militū in legionibus, creādi suffragio essent (Imperatores antea eos creare consueuerant. Rufulosque uocabant) factum est, ut secundum inter alios Manlius iuuenis locum obtinuerit. Specus inges hoc anno medio foro uasto repente hiatu patuit, incertum, motu terræ, seu ui aliqua occultiore. Ea uorago quum multo terræ ingessu expleri nequiuisset, canebant uates in quo plurimum Rom. nomen posset ipsi loco dicadum, si rem Romanam incolumen uellent. Querebatur & quid esset illud, quo plus Pop. Rom. posset, quum M. Curtius iuuenis militari uirtute nobilis, castigata hominum incitua, uiris armis que Romanos præcipue polere ostendit, equo inde sedens, nunc Capitolium & alia rēpla intuens, nūc manus ad deos infernos porrigēs, pro patrię incolumitate se deuout, nec maius uillum carmen effatus, cum bellatore equo armatus sese in subiectum deiecit specū. Dona & fruges de super à multitudine uirorum promiscue & mulierū cōgeste. Estque Lacus ipse Curtius ab hoc, ut quidam crediderunt, appellatus, in qua L. Iulius fuit sententia potius quàm ab antiquo illo T. Tatij equite, qui ui hostium in lacum impulsus equo ad suos enatuit. Bellum sub id tempus est Hernicis indictum, à quibus res repetitę fuerat nec reddita. L. Genutius cōsul ad id bellum missus. Erat ciuitas tota in expectationem erecta, quo euentu Genutius primus è plebe cōsul suis esset auspicijs bellaturus. Sed casus ita fore tulit, ut in insidias præcipitatus, suis legionibus ipse sit ab hoste interfectus: qua clade Romam nunciata, fremere patres omnib⁹ locis, iret modo plebs, & contra auspicia consulem ex suo corpore crearet. Potuisse honores patribus plebiscito adimi, at dijs uim inferri nequiuisse. Vltos esse eos suū numē, sua auspicia, quæ ut primum contacta essent ab eo à quo tangi nefas fuerat, deletum cū suo duce Romanum exercitū. His uocibus, ut tū stulta erat hominū persuasio, curia & forū personabant. Seruilius cōsul iussu patrū dictatorem Appium Claudij dixit. Is iustitio indicto delectu corpora nomē dare recusantium, nudari cædi que fecisset. Cæterū priuquā legiones i Hernicos uenissent. C. Sulpitij legati ductu res per occasionē in hostes est egregie gesta. Siquidem Hernicus præfenti successu elatus contēptim ad Romana castra oppugnanda processit. Hic Sulpitij horatu, milites ira & indignatione accēsī, subita ex castris eruptione, non tantum uim procul distinuerunt, sed terrore etiā hostibus iniecto, factū est, ut turbatis ordinibus Hernici sese in castra receperint. Dictatoris deinde aduentu nouus exercitus ueteri iugitur: duplica-

Manlij iuuenis facinus.

Curtij equitis facinus.

Curtij lacus.

L. Genutius cōsul, interfectus.

Dictator.

duplicatisque uiribus, dictator lau data Seruiliij uirtute, exercitum sese ad ultionē expedire iubet. Hernici & ipsi interea auctis copijs octo quadragenarijs cohortes ex omni flore iuuentutis cōscribunt: quę seorsum à cætero exercitu in acie starent, ut magis cōspicua esset Phalax, & ob id hosti formidolosior. Ad duo milia passuū Romana castra ab Hernicis distabant. Media planicie collatis signis, haud multo post est concursum. Tentarunt sæpe Romani equites hostium aciem percurrere, conatus ubi illis irritus cessit, dictatoris iussu ad terram desilientes, in primam aciem prouolant. Nec horum impetus sustineri potuisset, nisi extraordinarię hostiū cohortes, suis laboribus mature subuenissent. Atrox ibi certamē ortum, stabantque cæteræ copię uelut prelij immunes, in Romanos equites pedestrem pugnam cientes, & i Hernicas cohortes ex aduerso obiectas oculos defixæ. Multi quidē cadere, sed plures omnino uulnerari. Fuitque diu pugna anceps, postremo fusi hostes, & in castra cōpuli. A castrorum oppugnatione Romanus, noctis interuentu, abstinuit. Postridie castra ab hoste deserta, focijs relictis, distulsum palatumque agmen per agros diuersum in suas urbes abiit. Nec Romanis incolumis acies mansit, quarta penē militum parte amissa. L. Sulpitius & C. Licinius Caluus cōsules sequenti anno exercitum in Hernicos duxerunt: nec hoste usquam reperto Ferentinum urbē ui ceperunt. Inde redeuntibus Tyburtes portas urbis clausere. Ea causa fuit, ut Tyburri populo sit bellū indictum. Eo anno Galli ad tertium lapidē salaria uia proxime urbem accessere. Dictator T. Quintius Pœnus est dictus, omnesque iuniores sacramento adacti. Hostes ultra Anienem castra fecerant: eratque pons medius inter utraq; munimenta: eum uacuum Gallus ingenti statura occupat, atque uoce fortissimum prouocat Romanorum ad singulare certamen, ut ex talis pugnae euentu intelligi posset utra gens melior bello esset. Silentium aliquandiu inter Romanos fuit, quum & abnuere certamen erubescerēt: nec temere quicquam præcipuum periculi fortem peteret. Tum T. Manlius, L. filius, qui patrem à Tribunitia uexatione memorabili pieratis exēplo defenderat, à Dictatore petijt, ut sibi cum hoste tam ferociter insulcāte liceret dimicare, pollicite fore, ut eo certamine ostēderet, se uere ex ea familia ortum, quę Gallorum agmē ex Capitolina deiecit rupe. Macste, inquit, Dictator Manli esto tua ista in patrem & patriam pietate, perge, Romanumque nomen dijs auxiliarijs inuisum præsta. Cum his dimissus, scuto & Hispanico gladio accinctus in hostē ire pergit. Excipit Gallus Romanum uentientem cum derisu exerta in despectum, ut mos est gentis, lingua. Congressi haud pari habitu. Erat Gallus hostis eximia magnitudine, uersicolori ueste amictus, pictis que & auro cælati fulgebat armis. Romano media statura, in armis magis habilis quàm decora species, non cantus, ut illi, non uerborum strepitus, uanaque armorū uibratio, sed pectus, tacitæ iræ plenum. Erant duorum exercituum lumina in unum ad id certamē defixa. Gallus scuto leuante in Romanum proiecta, cæsim gladium, cum ingenti sonitu, in eū defecit. Contra ille mucrone surrecto, cum inum scutum scuto perculisset, hosti insinuatus, uentrem atque inguine, uno atque altero hauserit: ictu, Gallumque quantus erat, moribundum ingenti spatio porrexit, iacētē aureo torque spoliati, quem cruoreasperum collo circūdedit suo. Inuasit pauor Gallos inopinata clade artonitos, Romani contra alacres ab sua statione suum militem cū lætitia & gratulatione excipiūt, inter iocularia militū carmina Torquati cognomen auditum, uictori ipsi & postteris deinceps mansit. Dictator coronam illi auream dono dedit, eumque pro concione laudauit. Tanta ex eius pugnae euentu Barbaris trepidatio orta est, ut sequenti nocte, relictis castris, in Tyburtem

Gravis cū Hernicis dimicatio.

Consules.

Dictator.

Gallus ingenti statura.

Manlius Gallū sternit.

Torquati cognomen.

agrum concesserint. Ibi que cum Tyburribus societate imita, commearque adiuti, in Campaniam transiit. Nec id foedus impune à Romano Tyburtes tulerunt. C. Petilius Balbus sequenti anno in eos exercitum duxit. Consul alter M. Fabius in Hernicos profectus est. Galli Tyburrium oppugnatione ex Campania reuersi, Labicanum agrum foede populatur. Inde in Tusculanum & in albanū transgressi, pari clade proculcant. Is terror Romam perlatus Dictatoris creati materiam præbuit, Q. Seruilius Hala creatus est, qui magnos ludos uouit, si præsens bellum prospere celsisset. Consulare inde exercitum aduersus Tyburtes ut antea bellare iubet, ipse cum omni militari iuuentute quam sacramento adegerat, in conspectu urbis haud procul à Collina porta, cū Gallis qui effusa populatione Romam uenerant, cōfligit. Locum in quo est prælium cōsertum, multo promptiorem in pugnam Romanum reddidit. Habebat miles patriam ante oculos, uxores, natos, parentes, & omnia pro quibus mortales libenter uita paciscuntur. Connixus itaque totis uiribus Romanus miles, aliquanto facili⁹ solito Gallum fudit, fufum consularis exercitus, qui circa Tybur sedebat, ferro exceptū deleuisset, nisi Tyburtes suorum periculo cōmoti, auxiliū fuissent. Fuit aliquandiu graue prælium, postremo hi simul, Gallique Tybur cōpelluntur: Fabius cōsul interea prospere in Hernicos depugnauit. Petilius, ob Gallos & Tyburtes à se uictos, triumphans in urbē redijt. Fabio alteri consuli minor triumphus datus, ut uans Romam ingrederetur. Dictator omni gestarū rerū honore cōsilibus remisso, se dictatura abdicauit. Rēdere interea Tyburtes Petiliū, quod p. prælio inter paucos ante portas suæ urbis commilito, triumphū sibi decerni passus esset. Sed breui fore, ut uana illa lætitia fieret Romanis funesta. Hæc illi corā. Sequenti deinceps anno M. Popilio Lenate & G. Manlio consilibus, silentio noctis, infesto Romam agmine petiere. Fuit nocturna illa trepidatio ciuib⁹ terrori, conclamatum repente est ad arma, nec somno exciti satis scire quod hostes, aut unde essent. Vbi uero illuxit, atque Tyburtes eos esse constitit, ipsorum paucitate contempta, duabus cōsules portis, cum armata iuuentute egressi, modico negotio in medio hostilem exercitum cecidissent, nisi ad primum clamorē per agros delapsi Tyburtes ortum abijissent. Sub id tempus Tarquinienses, maiore agrorum quàm urbis tumultu, Romanos fines ea parte, qua Hetruria adiacent populati sunt. Quibus C. Plautius consul iussu populi bellum indixit. C. Fabio eius collegę in Hernicos prouincia data. Occupat interea Gallici belli fama ciuium animos, peropportuneque pax Latinis data est, milesque ab his ex ueteri formula acceptus. Quibus freti auxilijs, minore animorū motu Romani audiuerunt Præneste Gallos uenisse, atque inde Padum progressos. C. Sulpitius dictator est dictus, qui cum robore duorum consulariū exercituum in Gallos profectus, ubi hostes in conspectu habuit, locum castris cepit. Neque hi ullam prælium moram facere. Dictator etiam suos satis ad pugnam animatos uidebat, abstineret tamen congressu, bellumque de industria trahebat, ratus omnia tempus hosti deteriora facturum. Ægre ferre præsentem moram Romanus miles, Sulpitiumque ut timidum, sermonibus carpebat: Criminari simul patres, qui per dictatorem bellum geri maluissent, ac per eum, qui uictoriam è cælo in sinum deuolaturā putaret. Iactati primo sunt hi sermones in stationibus, ut sit, inter paucos, mox in principijs ac prætorio, postremo per Sulpitium Tullij totius exercitus nomine oratio habitata dictatorem cum multa querela militū, ægre ferentium, se ut foeminas intra uallum teneri, ut ludibrio essent hostibus præferti cū nulla culpa, nisi quam re male gesta, tam insigni ignominia afficeretur. Summa illius orationis fuit, ut dicerent milites, nisi

Consules.

Dictator.

Galli uincuntur.

Consules.

Consules.

C. Sulpitius dictator.

Ro. militum ferocia.

nisi in aciem educerentur, futurum, ut relictis castris domum citato agmine abiret, aut sine cuiusquam imperio in hostem ex occasione dimicaret. Dictator quia rem bonam, etsi parum probabili exemplo, fieri censebat, ne negando magis irretaret milites ad ali- quod insuetum facinus audendum, daturum se quod tanto studio efflagitarent, pollicetur, quod ut celerius praestaretur, subito casus compulit, nam concione nondum dimissa, milites qui pro uallo statione age- bant, conspicati iumeta in conspectu palceria à Gal- lis abigi, duo Romani milites subito occursum praeda- demerunt, in eos Galli quum laxa cōicissent, pro- cursum est à Romana statione, inde alij atque alij auxilio subeuntibus, haud procul iusto prelio res a- berat. Centuriones suo interuictu pugnam inhibue- re. Cōfirmata est eo casu apud Dictatorem Tullij fi- des, tum demum pugna in sequentem diem propo- sita, rem nouam ad fallendos hostes dictator cōmi- niscitur, multis strata detrahi iubet, binis centūculis tantum relictis, in his agones fedentes captiuis ar- mis instructi, cum centū lectis equitibus, ita ut mille ferme numero essent, supra castra in montes noctu abire iussit, ibiq; occulte sedere, donec ad consurgen- dum signum accepissent. Ipsi ubi illuxit, ad radices montium aciem extendit, ut aduersis montibus con- spiceret hostis. Haud credere poterat Gallus duces Ro- manum in æquum descensurum. Verum ubi id fieri- ferent, & ipsi, certaminis cupidi, in pugna ruunt. Estq; pene prius concursum, q̄ signum à ducibus da- retur. Inuasi Gallus multo acrius dextrū Romano- rū cornu, nec ea uis sustineri poterat, nisi dictator ea parte spectator pugnae hortatorq; suis affuisset. Ap- pellare quosdā anxius dux, increpare alios, ut in ca- stris feroces, i pugna timidos & imbelles, audire mi- les dictatoris conuicia, tantusq; inde pudor animos subijt, ut mente ab omni memoria periculi alienata cæci uerent in hostium tela. Turbauit ea Romano- rum uecordia primo hoste, eques deinde immixtus turbatum auertit. Dictator ubi ab una parte inuenit Gallum uidit, signa in læuū cornu subito conuer- tit, simulq; ijs qui post montes latebant signū dedit: tum uero postquā inde quoq; nouus est clamor red- ditus, tendereq; ad Gallorum castra, obliquo mōte, subito agmen uisum est, metu ne ab illis excluder- etur turbatum hostis eodem cursu intēdit, obiecit fe- his M. Valerius magister equitum, qui profligato dextro hostium cornu, ad illorum munimenta ade- quitarat. Romani igitur equis occursum, Galli ad mon- tes fugam auertit. Ingens in de caedes secuta, multi etiam in syluis cæca fuga errantes, ab ijs qui secundū montes latebant sunt oppressi. Post M. Furium Ca- millum, nemo de Gallis iustior, quam Sulpitius, triumphum egit. A cōsulibus eodem anno uario est euentu pugnatum: Hernici à Fabio uicti prelio sub- acti q; sunt. Contra Plautius incaute ac proinde pa- rum feliciter, in Tarquinienfes pugnauit. Nec rātum cladis in acie acceptum, quam quod Tarquinienfes Romanorum odio, cccvij. milites capros, uictima- rū more iugularunt. Vastati sunt & Romani agri eo- dem anno, Priuernatum primo, mox Veliternorum incursionem. Ludi quos Camillus uouerat, facti, & lex de ambitu à C. Petilio tribuno plebis patribus au- toribus, tum primum ad populū lata. Phalisci sequen- ti anno & ipsi hostes facti, quia cum Tarquinien- sibus eorū iuuentus militasset. Ea prouincia Cneo Manlio forte euenit. C. Martius eius collega in Priuernate agrum duxit, longa pace inactum. Ibiq; miles breui præda expletus, ad Priuernum est urbem adductus. Priuernatibus in urbem prelio reiectis, quum iam scalæ mœnibus admoueretur, deditio ab oppidanis facta est. Triumphauit Martius de Priuernatibus. Ab altero consule nihil memoria dignum fieri cō- tingit, nisi quod in illius castris lex tributim, de uigesi- ma illorum qui manumitterentur, lata est. Eius legis

Dictatoris stratagemas.

Pugna atrox.

Gallorum fuga.

Tarquinienfes captiuos iugulant.

Priuernum ca- pitur.

abrogandæ, quia haud paruum inde uestigal inopi- erario quebatur, autores fuere Tribuni plebis, nec tam re q̄ exēplo moti, capite sanxerūt, ne quis post- ea tali de causa populū seuocaret, prohibitorum que in castris iam inde lege sanciri uollit. C. Licinius Stolo hoc anno decem milibus dānatus, ex præscripto le- gis, quam ipse tulerat, quoniam mille foliūgera cū filio possideret. Secuti inde consules M. Fabius Am- bustus, & M. Popilius Lenas. Hic in Tyburtes pro- sperè rem gessit. Alterum consulem Phalisci & Tar- quinienfes prima pugna fuderūt Romanis fallā spe- cie & uelut phanatica, deceptis. Sacerdotes hostium cum facibus incēsis, furiali incēssu, anguiniū modos intendētes, militē spectaculo insuetū turbauerunt. Inde ubi à consule & tribunis cœptum est in uanum illum metum reclamari, quod puerorum more talia expauescerēt, pudore affecti milites ferociter in ho- stes uertuntur, atq; in ea ipsa, quæ nuper extimuerūt, uelut amētes ruunt. Ibi hostili ludibrio cōfestim dis- cussio, in armatos cuneos sese inferunt. Fuitq; rātus Romanorū in prelium impetus, ut ne armato quidē nō modo inermi hoste sustineri potuerint, fusa acie castris Romanus uictor cū multa præda potius est. Concitauit hæc Phaliscorū & Tarquinienfiū clades omne Hetruscum nomen in Romanos, atq; duobus populis ducibus, ad Salinas usq; prædabundus ho- stis processit. Aduersus hunc terrorem Martius Ru- tilius primus è plebe dictator est dictus. Qui C. Plau- rium & ipsum plebei sanguinis, magistrum equitū dixit. Ferre id iniquo animo patres, indignantes nō cōsularum modo, sed dictaturā etiam in promiscuo esse, nihil itaq; illi decernere, ut irrita dictatura flue- ret, ea iniuria populū instructus, maiore q̄ ullo an- tea studio omnia ad bellum necessaria detulit: para- to itaq; exercitu Rutilius in hostē contendit, exerci- tuq; rātibz Tyberim traiecit, populatoribz* multi- fariam oppressis, ex improuiso castra hostium ador- tus, uic cepit. Octo milia hostium capta Romā duxit ac sine patrum autoritate populi iussu, triumphauit. Atq; ita contigit, ut Rutilius qui primus è plebe est dictator creatus, idem primus inuitis patribus legiti- mum de hoste triumphum egerit, fuitq; annus ille quadringentesimus ab urbe cōdita, post urbē à Gal- lis receptam quintus, ut Liuius scribit, & quadrage- simus. Quo anno duo patricij, quanam Tribuniis reclamantibus, creati sunt consules, Sulpitius Peti- cius & M. Valerius Publicola. Sed dum hæc in Italia geruntur, Ochus Artaxerxis filius in Persis regnum obtinebat. Perijt Artaxerxes iā nonagenarius, quū duos & sexaginta, ut Plutarch* scribit, regnasset an- nos, ut Eusebius quadraginta, in cuius tēpora quidā reijciunt, quæ de Hestere puella à nobis alio sunt lo- co prodita. Plutarchus qui eius uitam accuratissimè scripsit, nullā fecit Hesteres mentionem. Fuit Ochus omnium, qui in Perside regnarunt crudelissimus. Is Apodasmo Iudæorū capto, loci accolas in Hyrcania translato, circa Caspium mare collocauit. Sidonem euerit, & Nectanebone rege in Æthiopiā pulso, Æ- gyptū suo adiunxit imperio: Regnabat & Philippus Amyntē filius in Macedonia, in Sicilia iunior Diony- sius, qui Dionis consilio, cuius opera in administra- do principatu nonnihil est usus, Platonem in Sicilia accersit. Cui uenienti uitratam nauim misit obuiā mox in litus delatum quadrigis excepti albis. Hūc Dionis impulsu quū impensius audire cœpisset, pau- cisq; post diebus præco de more illi perpetuū prin- cipatū, alta uoce precaretur, non desines, inquit, no- bis has diras imprecari? Percrebuit inde rumor, fo- re, ut Platonis iussu Dion aut sororis eius Aristoma- chæ filijs relicto principatu, Dionysius Athenas nau- igaret, ut ibi sub Platone magistro in Academia pri- uatus ageret. Hos rumores Dionis emuli dissipā- dos curant, ut maior illi inuidia inde conflaretur. Hi autem sub id tempus quo Plato per literas accerfer- batur,

C. Licinius Stolo damnatur.

Rutilius pri- mus è plebe dictator.

Rutilius pri- mus inuisi- trū triumphat.

Ochus.

Plato ingenti honore à Dio- nysio excipitur.

Dionis exiliū.

Archita & Pythagorici.

Platonis casus.

Aristippi di- cum.

Helycon Cy- zicenus.

Dion militem comparat.

barur, pro magno negotio habuerunt, ut Philistus qui à Dionysio patre fuerat relegatus, ab exilio reuo- cāretur, ut haberet quem Platoni apud Dionysium opponerent. Philisti igitur & aliorum criminationi- bus primo Dion in suspitionē ductus, quia ad Car- thaginensiu præfectos libellum dedisset, ut non nisi se præsentem cum Dionysio de pace agerent, eius epi- stola ad Dionysium perlata confestim Dionē in Ita- liam deportari iussit. Quod ubi palam est factū, tri- stitia & mœror ciuitatem inuasit, sed maior regiam ipsam, erat Dion tyranno pernecessarius. Nam & so- ror Aristomacha seniori Dionysio nupsit. Erat iu- nior Dionysius ex Doride Locres altera coniuge na- tus, duxissetq; idem in coniugem Sophrosinā ex Ari- stomacha orta. Dionysius ad præsentem inuidiā le- uandam perbreuem peregrinationē à Dione susce- ptam prædicabat, nec multo post illū suis affuturū, mox potestatem fecit Dionis necessarijs, ex eius bo- nis quantūcunq; pecuniarum uellent ad eū trāsmi- tendi, ut ubiq; esset laute, & p. pristina fortuna ui- tam ageret. Breui postea Platonem quoq; nihil inui- tum ex Sicilia dimisit, pollicitus fore, ut intra annū Dionem reuocaret. Nec ita longo interiecto tēpore Archita & alij Pythagorici, qui in terra Italia erant, à Dionysio fatigati, ut Platoni persuaderēt uti ad se ueniret, futurum reprotmittens, ut eo audito, Dionē in Siciliam reuocaret. Misit & ipse hoc nomine Archidamum cū triremibus, quibus Platonem quā honorificentissimè in Sicilia deferret. Ea causa Pla- toni fuit tertio in insulam nauigandi. Nam maiore Dionysio qui fuit Hermocratis filius primo in insu- lam nauigauit, insulam & ætneum craterem inspe- cturus, cæterū cum sauisimo principe congressus, quia tyrānidem uituperaret, parū abfuit, quin ab eo sit interfectus, à Dione exoratus & Aristomene Poli- di Lacedæmonio, qui publicè legatus Syracusas uen- nerat, ea conditione tradidit ut pro seruo uenderet, Æginē uēditus est, & ab Anniceri Cyrenaico uiginti minis redemptus, quidā triginta prodiderunt. Eius itaq; aduentus æquē Dionysio Syracusanisq; læti- simus fuit, obtulitq; tyrannus illi pergrandem dono pecuniam, quā quum Plato accipere recusasset, Ari- stippus dixisse fertur, tuto liberalis est, & munificus Dionysius, qui enim pluribus indiget, pauca tribuit, Platoni, qui nihil accipit, multa exhibet. Primo igitur satis familiariter cōgressi sunt, mox sermone de Dionis restitutione iniectō acerbis inter eos disce- ptari cœpit. Secuta & conuicia, celare tamen omnia tyrānus. Accidit interea ut Helycō Cyzicenus unus ex Platonis equalibus deliquit solis p̄dixerit, qua- re à Dionysio argenti est talento donatus. Tum Ari- stippus ego quoq; inquit, habeo quod diuinē, roga- tus ut diceret, Prædico, inquit, breui fore, ut Diony- sius & Plato ex amicis inimici fiant. Ac sic certè acci- dit. Bonis enim Dionis à tyrāno uēditis, Plato eius satellitibus ad cædē est d̄biectus, quorū stationi pro- ximum est illi domicilium datum. Oderant illi Pla- tonē, quia credebatur Dionysio suadere, ut dimissa custodia priuatus ageret. Eratq; per hæc Plato in a- perto uitæ discrimine constitutus, quum ab Archita & Pythagoricis legati affuere, Platonem à Dionysio repentes, cuius salutis ipsi obsides fuissent. Atque ita Plato est à tyranni sæuitia seruatus. Dion iā inde animum ad Dionysiu bello persequendum adiecit, cuius consilij Platonem expertem habuit, uel quia iam grādis natu esset, uel potius quod hospitalia iu- ra, quæ illi cum tyranno intercedebant, haud uiola- turus crederetur. Speusippus ex Platonis sorore or- tus qui cum auunculo Syracusis uersatus, rerum om- nium statum per se diligenter explorauerat, quan- tum in Dionem propensū esset ciuitas, & in quanta expectatione ipsius reditus foret, cum castris Plato- nis se illi fautorē præbuit. Dion interim per alios: ut res occultior esset, militem ad bellum conquire-

re. Adiunxerunt se sponte illi Eudemus Cyprius, ad quem morientem librum de anima Plato dedit, & Timonides Leucadius. Ex Zacynthijs quoq; octin- genti in re bellica exercitatisimi. Erat Syracusanorū exulum manus ingens supra mille numero, ex quibus uix quinque & uiginti allici potuerūt, ut fe- ditionis illius comites professi sint, ueriti alij Dio- nysij potentiam, cui trecentæ aderant triremes, decem milia equitum, bis totidē pedites, damnare ob id multi Dionis inceprum, uelut præ nimia in tyrā- num ira desipiētis. Ille accuratissima oratione usus confirmauit nonnihil suorum animos. Cæterum in Siciliam transmissurus, quum luna pleno luceret or- be, repente obtenebrata est. Id prodigium, uelut in- faustum, locijs aduersantibus, Dion, Miltha uate in medium productū, ostendit deliquium lunæ natura fieri. Verum siquid mali res ipsa portederet, id totū ad tyranni exitium pertinere, quod principatus ille qui in omnibus gētibus clarissimus obductis uelut tenebris esset inuolendus. Nec solum id signū Dio- nysij cladem præcelsit, sed mare etiam, quod Syra- cusanam arcem aluit, dulces & potu suauas per diē unum habuisse aquas dicitur. Sues sine auribus na- ti. Et aquila de cœlo lapsa iaculum satelliti abreptū in sublime derulit. Quæ prodigia ad ipsius principa- tus euerisionem attinere pleriq; uarū cecinerunt, fo- re affirmantes, ut tyrannica illa temporum asperitas amarissimusq; rerū status mitesceret, auresq; ciuū à crudelissimo imperio auerterentur, tollereturque uis regia Iouis nutu, cui aquila esset sacra. Militibus in naues impositis, quum tertio decimo die Dion in Siciliam uenisset, essetq; haud multo post in terram descensurus, tempestate repente orta in altū est eue- ctus, ibi ingenti procella cum periculo iactatus, pos- tremo ad maioris Syrtis capita, cū tota classe est de- latus. Nec ita multo post, austro ex insperato flare incipiente, plenis in Siciliam uelis est reuectus. Ante Minoam primo in anchoris stetit, erat id oppidum Carthaginensium. Synabus, qui locum præsidio ob- tinebat, ignarus, qui hominum hi essent, arcere mi- lites à littore primo conatus est. Cæterū oppidanis in fugam uertis, mixto agmine Dionani urbē irrumpunt. Ibi duces inter se cogniti, erat enim Synabus peruetus Dionis hospes, nemine uiolato, urbs Syna- bo restituta est. Ibi qd bene gerēdæ rei spē omnibus attulit, cognitum est Dionysium in Italiam, cū octo- ginta nauibus transmisisse. Maturatum itaq; Syracu- las, omnibus auxiliariis id petētibz. Equites qui Ecnomū incolebat, eunti se Dion ultro adiunxere, inde & Geloi. Dimocrates, cui Dionysius sororem suā Aretā locauerat matrimonio (fuerat Areta Dio- nis coniunx) audito hostiū aduentu, ad Dionysium expeditissimū nūcium cum literis mittit, qui quum in Italiam traiecisset, atq; Cauloniā ad Dionysiu ten- dit, labore uictus paululum se quiesci dedit, interim lupus odorē carnis secutus, quā ille, ab hospite quo- dam inter eūdū dono acceptā saculo incluserat, dor- menti oculū cum carne & literis abstulit. Experre- ctus tabellarius quū aliquādiu literas frustra requi- siuisset, feritus ad tyrannū accedere, exitinere auer- sus, in exiliū abijt. Atq; ita accidit, ut Dionysius quæ in Sicilia sebat tardius rescuerit. Camarinei interea se Dion agglomerat, & agrestis Syracusanorū mul- titudo ingens. Dimocrates, qui præsidio urbis erat, cū Leontinis Epipolas ab initio occuparat, a quibus defliturus se in urbē recepit. Erantq; iam circa Dio- nem ad quinque armatorū milia, qui postredie q̄ Epi- polarum præsidio Dimocrates decesserat, Syracusas progressus, ingenti fauore & læticia in portis ab om- nibus excipitur, mox in tyrāni familiares factus est impetus. Dimocrates quum in subita defectione in arcem recurrere nequiuisset, cōscēso cōfestim equo fuga sibi salutem quaesuit. Atq; ita anno octauo & quadagesimo quā sub tyrānis esse cœperat, uetus

Prodigia sub Dionis accep- sum.

Dion tempe- state iactatur.

Siciliæ motus sub Dionis ad- uentum.

Dionis felicia- tas in tabellario.

Dio Syracusas ingreditur.

est Syracusanis libertas restituta. Quacūq; Dion cōmeabat, ad multitudinem spargebatur florib⁹, ipse pro concione ciues ad libertatē tuendam hortatus, muro arcem à terra circūsepsit, quo septimo die Dionysius classe aduectus est. Fecit ille ab initio spē tyrannidis deponendæ, suiq; in ordinē redigendi, petijtq; proinde à Dione ut aliquos ex suis ad se mitteret in arcem, cum quibus de pace certi aliquid posset trāsi-gi. Eos missos Dionysius in carcerē cōiecit, atq; unā Barbaros milites in murum arci obductum repente immisit, continuo ibi pugna cōserta est, Dionq; tra-gula uulneratus, multi uarij q; fuerunt utrinq; conatus, ad postremum ex Dionanis quatuor & septua-ginta cæsis, Barbari cum aliquāto maiore cæde sunt in arcem cōpulsi. Affuit interea Philistus ex Italia cū auxiliari classe, quo oppresso ac crudeliter necato, desperatis rebus tentauit tyrannus certa cōditiōne arcem relinquere. Cæterū Syracusani rati fore ut eū uiuam caperent, nullas tyranni admittentē condi-tiones, ibi Dionysius arce Policrati tradita, ipse secūda tēpestate in Italiam nauigauit. Interim populare studiū, quo nihil in humanis rebus est mutabilius, à Dione in alios inclinauit, creaturq; præfecti quinq; & uiginti qui rei Syracusanæ pesserent, milites qui cū Dione uenerant, tentati primo, an precio ab eo alie-nari possent: ubi in fide p̄litare, nec facile mutari pos-se uisi sunt, hostiliter Syracusani in eos coorti ad unū obrūtā callent, nisi Dion in hos casus paratus, cū suo-rū globo, diuulsa multitudine, urbe excelsisset. Bis conferto prælio dimicatu, in urbe primo, mox extra muros, atq; utrobq; Syracusani uicti: Dion cum au-xiliariorū manu in Leontinos contendit, ubi multa apud focios questus de suorum ciuium iniuria, tam diu ibi fuit, donec in urbē sit precibus reuocatus. Eo enim absente, quum Syracusani Nicipsum ex Italia à Dionysio missum ut arci comēatū importaret nauali prælio uictum, quatuorq; nauibus prius adē-ptis, in arcem compulissent, ea uictoria elati, intēpe-stitua conuiuia, uelut nullus in urbe hostis esset, inter se agere, libertatis proprię salutisq; in memores. Ea hostium negligentia animaduersa: Nicipsus Barba-ris militibus repente immisissis, murum quem Dion arci obiecerat, subita uī demolitus, urbē tumultuosa cæde & rapina inuadit, multi passim obrūtāti, qui demer etiam uiui in arcem abducti, crescereq; in dies ferocia hostibus, erantq; Syracusani in luctū & mœ-re, quum eorum conditio longe deterior esset, q̄ eor-um qui bello capti sunt, cædes, incendia, direptio-nes ante oculos fieri, quib⁹ malis quū minime ab ijs iretur obuiam, qui reip. præerāt, tū demum Dionis præsentia cœpta est desiderari, placuitq; Leontinos, ubi erat, legatos suppliciter mitti, qui illi publico no-mine satisfacere, orarentq; ut laborātī patriæ suc-curreret, qđ tātū abfuit ut facere recusaret, ut milites quos ex Peloponēso secum deduxerat, qui oīa prius malle quā Syracusanis hominum ingratisimū suā operam impartire, hortatus sit ad id obsequiū. Atq; ita ille in patriā reuocatus, primo cōgressu Nicipsi & Barbaros cū multa cæde in arcē cōiecit: Exin arcē nocte quę secuta est, iterū circūsepsit. Fuitq; id opus non minor ciuib⁹ admirationi quā hosti, imperiū p̄inde terra mariq; ei publicē delatū, nec diu postea Dionysij filius desperatis rebus, arce Dion tradita, cum matre & fororib⁹ & triremibus quindecim, re-gia gaza onusis ad patrē nauigauit. Dion Areta cō-iuge Aristomacha filioq; Hipparino seu Areteō, ut Timæus scripsit cū arce receptis, ea Syracusanis tra-dita, ipse in paternam domum cū suis reuersus, ciui-lem uitā instituit. Quæ modestia maiorē etiā illi fa-mam non solū inter suos, sed tota etiā Græcia ma-gnāq; Italię parte peperit. Dedit inde Dion operam, ut prælens ciuitatis status optime stabiliretur, quo æquiore animo tulit Heraclidis cēdem, quę collegā sediciosum in reip. fuerat fortis. Ipse haud multo

Philisti in se-
lix exitus.

Dion à Syracu-
sanis pellitur.

Dion reuoca-
tur.

Arx Dion de-
ditur.
Dionis mode-
stia.

A antequā interfect⁹ sit, in domesticū luctū incidit, si-lius pubertatis annos ingressus, puerili quadā iracu-dia, ipōte præcipitatus perijt. Vtraq; clades terribili fuerat illi ostēto præmostrata, sedebat fortē cogita-bidus in cubiculo solus, primis se tenebris intēde-tibus, quū repente strepitus ingens in ea parte aediū quæ erat cubiculū, aures percudit. Tū ille in magna luce intuitus, uisum est ipsi muliebri specie simula-chrū, statura enormi nihil à tragico cultu diuersum, scopis pauimentum uerrere, quo aspectu percussus, amicis ad se uocatis, iussit eos secū pernoctare, ne id phasma iterū sibi per noctē obuersaretur. Nec multi inde dies intercesserūt, quū ipse Calippi Atheniēsis fraude, quē in Sicula expeditiō sociū habuerat, & à Zacynthijs est militibus domi interfect⁹. Nec Calip-pus hominū nequissimus (merito enim Athenę di-ctæ sunt olim, ut bonorū optimos, ita pelsimos ma-lorum ferre homines) Dion multū superstes fuit, q̄ tota Sicilia cietus, Rhegiū quē locum occupauerat, eodem ferro, quo Dionē peremerat, à suis trāsfixus perijt. Post Dionis interitum, mātī nō nihil libertas incolumis Syracusanis. Cæterum Siculis ciuitatibus uariē à Syracusana re alienatis, alijs alio casu afflic-tis Dionysius mercenario milite usus, decimo demum anno quā principatu exciderat Syracusas adortus, iterum in seruitutē redigit. Quos ille quū multo cru-delius, ut ab exilio reuerius, quā antē premeret, no-bilissimū quīq; urbe dilapsi, ad Icetem Leontinorum principē supplices cōfugiunt, eum q; sibi ducē aduer-sus tyrannum eligunt. Punicā interim clāsis Sicilia appellitur, quo terrore percussū Siculi Corinthiū mit-tunt, qui inde auxilia implorarent. Corinthij Timo-leontē ducem, & copias in Syracusanorum gratiā cō-parāt. Erāt Syracusani Corinthiorū coloni, sed dum Timoleon se ad profectiōnē cōparat, Ictes interea qui ad tyrannidē occupandā animam adiecerat, fo-cietate cū Carthaginensibus occultē inita, quos au-xiliares se habiturū sperabat in Dionysij principatu euerdēdo per literas Corinthios à præsentī expedi-tione conatū auertere, multū periculi adituros signi-ficans, si in Sicilia classe transmitterent, Carthaginē-sibus omnia circa insulā late obrinentibus. Dedit se præterea se operā, ut sociæ ciuitates aduersus puni-cas opes tyrāno iungerentur. Hęc ille: quibus tantū abfuit ut Corinthij à præsentī expeditiōe terreri po-tuerint, ut maiore, quā antea, studio, rebus ad bellū paratis, Timoleon cōfestim in Sicilia trāsmittere sit iussus. Ictes interea Dionysij prælio uictū in insula obfidebat, iubebatq; Carthaginenses bono animo esse, affirmās fore, ut tyrāno ante Corinthiorū accel-sum sublato, inter se insulā partirentur. Carthaginē-ses & ipsi legatos Timoleoni miserūt obuiā, qui illū hortarentur, ut remisissis Corinthum nauibus, ipse se Icteri sociū adiūgeret, q̄ iā in possessiōe esset uictorię. Benigne audire omnia Timoleon, sed nihilo fecius ex Rheginio littore Taurominiū trāslat⁹, ubi Sicilia, tenuit, mille stipat⁹ militib⁹, quos secū ex Pelopō-ne-so aduexerat, ab Andronico Taurominiorū principe benigne acceptus, apud illū non nihil se tenuit dum-omnia ad bellum necessaria expedit. Affuerunt inter-im Carthaginensium legati, qui ex triremi Andro-nicum affati, minaciter urbis euerfionē denunciant, q̄ eam Corinthijs patefecisset. Idq; quū gestu etiam manus significarent, eā sepius uersando, subridens Andronicus, uidete, inquit, nisi hinc statim in altum abieritis, ne ista resupinatio in uestrā nauim incidat. Fuit alioqui Andronicus homo in Siculis, tēpestate illa, longe iustissimus, ac Timēi, qui historiā scripsit, pater. Potitus est inde Timoleon Andrano oppido, cccxli. stadia à Taurominio. Erant uulgo omnibus Siculis suspecti Græcorum duces, ob Calippi Athe-niensis, & Pharnacis Lacedæmonij perfidiā, q̄ post Dionis cædem Siculis suaserant, ut sub tyrāno mal-ent agere, q̄ suis legibus uiuere. Excludebantur ob eam

Ostentū phas-
ma Dionis ob-
lucum.

Dion interfi-
citur.

Athenarum so-
boles.

Dionysius
principatū re-
cuperat.

Timoleon Co-
rinthius.

Andronicus.

Timoleonis
successus.

eam rem Corinthij passim ab insulanis. Andranitæ diuersis factionibus agitatis, uno tempore Ictē alij accersuerāt, alij Timoleonē, quo contigit, ut Corin-thius dux Ictem, qui cum quinq; milibus hominū ante Andranum metabatur, improuiso accessu ador-tus, castris exuerit, ac tum Andranitæ fortunā secu-ti, Timoleonem in urbem acceperunt. Fuit ea uictoria ad res gerēdas Corinthijs peropportuna, siquidem, paucis diebus, multarum urbū legati ad Timoleo-nem uenere, amicitia & societate pollicentes. Quæ-dam etiā urbes sese agrumq; sponte dederunt, quin & Mamerco Catanicę tyrannus cum Corinthijs so-cietatem iniit. Tum Dionysius eam animorū incli-nationem secutus, quum iam Ictem despiciatū ha-beret, ad Timoleonē mittit, qui illi & Corinthijs se, arcem, & omnem regiam fortunā dederent, nec Timo-leon tantam prætermisit occasionem, quadrin-gētos cum Euclide & Telemacho Corinthijs misit, qui arcē à tyranno recipere, in qua recepta præter regiam supellectilem, quę immensū fuit precij, tantā uim armorum repertam ferunt, ut lx. hominū milia ad bellum inde commode instruerentur. Dionysius præter arma, uim etiam equorum ingētem & mili-tes Timoleoni tradidit, ipse sumptis pecunijs, cum paucis necessariorū, clam Ictē qui urbem obtine-bat, ad Timoleonem nauigauit. Ille tyrannum, cum una nauī & modicis pecunijs Corinthum trāsmisit. Quo Græcorum multi, illius uideō studio, nauiga-runt. Alij pristinæ fortunæ celebritatē, alij priuatiū odium secuti, ut uerem superbiam priuato expro-brarent. Multi fortunæ uolubilitatē in eo intuiti do-lebant, humanarum rerum fragilitatem secum repu-tantes, quę quo maiores essent, eo sua mole grauius ruerent. Ille uero quasi sui oblitus, nunc in ungueta-ria sedebat taberna, nunc miscere se mulierculis, & cauponulas frequentare, ut iam uulgo potator dice-retur. Interdū & musicos in uijs docebat, enixeq; da-bat operam, ut per contentiōnē theatrales cantus, & harmonias suauiores redderet. Id credo secuti qui-dam scripserūt, ludum etiam habuisse, unde uox illa memorabilis ipsius Dionysij sit audita, se ex tātō nu-per principatu deiectum, idcirco ad pueros institū-dos potissimum mentē adieciisse, ut in aduersa for-tuna haberet quibus posset imperare. Rogatus præ-terea per contemptū à quodam, ecquid ex Platonis consuetudine fuisset adeptus: an parum tibi, inquit, adepti uideamur, quum præsentem fortunam tā for-titer feramus? Multa huiusmodi acute dicta ab eo se-runtur, quæ dubium faciūt, esset ne sordidum inge-nium in causa, q̄ omnem pristinā personę dignitatē tam breui exuisset, an dissimulatio potius animi, ex spē recuperandi adhuc regni pendens. Ipse in tyrā-nide amplissima natus, decē annos anteaquā à Dio-ne pulsus sit, tenuit principatum, & duodecim post Dionis interitum. Quo temporis spatio nunquā fe-rē bellicis fuit curis liber. Nec tātum incōmoda hæc ille in tyrannide perpeffus, quæ communia sunt om-nibus regna obtinentibus, sed filiarum uirginum, fo-roris ac coniugis hostium libidinibus prostituta cor-pora, atq; in mari cum filijs pubescere incipientibus immerla: quæ reputatio satis demonstrat, quā in-felix res sit uiolentus principatus, recteq; sensisse ue-teres poetas, qui tyrānos fecere amicorum, nō auri inopia perire, quod Periander ille Corinthius secu-tus, frequenter in ore habuisse traditur, benenolētia regem non armis munitum esse oportere. Diogenes Cynicus, qui tum Corinthi erat, cum Dionysio con-gressus ita primum hominē affatus dicitur: uiuis, in-quit, Dionysij, tanquā uitę indignus: Plato priuquā Corinthium ille deportatus esset, uita decesserat. Ti-moleō quin quaginta dierum spatio, quā in insulā traiecerat, Syracusana arce potitus, quum Andrani adhuc esset, parum abfuit quin inter sacrificandum sit Ictes fraude oppressus. Erat Ictes Syracusis, ar-

Dionysius
Corynthiū mit-
tunt.

Dionysij casus
aduersus.

cemq; terra & mari uarijs conatibus oppugnabat. Inde longiorem moram pertæsus Magonē Cartha-ginensem uelut in partē uictoriæ Syracusas cū opu-lenta classe pertraxit. Pœnus cum centum quadra-ginta nauibus portum ingressus, petere Ictem, castra in urbe posuit, ac tum demum Carthaginenses Syra-cusis potiti sunt, quum ad id tempus multa ob id i-psum bella in Sicilia gessissent. Timoleō interea lin-tribus per uadosa stagna immisissis, occultē suis, qui in arce erant, comēatum ex Catania suggerebat, quod fieri ubi Mago & Ictes exploratum habere: Cataniam statuunt ex improuiso occupare, lectoq; ex omni exercitu militum robore, cum magna par-te clāsis Syracusis proficiscuntur. Nec fecellit Corin-thios, qui in arce erant, hostium discessus. Neon præ-fidij præfectus, ubi urbem Punico milite exhaustam uidit, ac si qui relictī erant eos negligētē agere, facta ex arce eruptione incautum hostē aggreditur, mul-taq; cæde passim edita Acradinam, locum secūdam arcem Syracusis munitissimū, occupat, ubi immen-sa uis tritici asseruabatur. Eum locū Neon irrequie-to opere communium præsidio firmat. Mago & Ice-tes trepidissimis nūcijs reuocati, ubi Acradinā amif-sam audiuerunt, negotio infecto Syracusas reuersi sunt. Interea duo milia militum ex Peloponneso in Siciliam transfretauerunt, tanta maris trāquillitate, ut nauigijs sedentes natates equos habenis traxerint. Timoleon hoc copiarū supplemento fretus, Messa-na primo potitus est, inde strūcta acie Syracusas ire pergit, fortuna magis quā uiribus fidēs, quū qua-tuor milia militum nec amplius sub signis haberet, contrā Mago ad quadraginta hominum milia se-cum adduxisset. Vbi in conspectu hostium Corin-thij steterunt, colloquiaq; inter eos & stipendiarios mi-lites haberētur, magna suspicio Magonem incensit, ne sibi insidiæ ab Ictē tenderentur. Eo itaq; inuito atque identidem precante, ut urbem secū tueri per-fecturam, ut per contentiōnē theatrales cantus, & harmonias suauiores redderet. Id credo secuti qui-dam scripserūt, ludum etiam habuisse, unde uox illa memorabilis ipsius Dionysij sit audita, se ex tātō nu-per principatu deiectum, idcirco ad pueros institū-dos potissimum mentē adieciisse, ut in aduersa for-tuna haberet quibus posset imperare. Rogatus præ-terea per contemptū à quodam, ecquid ex Platonis consuetudine fuisset adeptus: an parum tibi, inquit, adepti uideamur, quum præsentem fortunam tā for-titer feramus? Multa huiusmodi acute dicta ab eo se-runtur, quæ dubium faciūt, esset ne sordidum inge-nium in causa, q̄ omnem pristinā personę dignitatē tam breui exuisset, an dissimulatio potius animi, ex spē recuperandi adhuc regni pendens. Ipse in tyrā-nide amplissima natus, decē annos anteaquā à Dio-ne pulsus sit, tenuit principatum, & duodecim post Dionis interitum. Quo temporis spatio nunquā fe-rē bellicis fuit curis liber. Nec tātum incōmoda hæc ille in tyrannide perpeffus, quæ communia sunt om-nibus regna obtinentibus, sed filiarum uirginum, fo-roris ac coniugis hostium libidinibus prostituta cor-pora, atq; in mari cum filijs pubescere incipientibus immerla: quæ reputatio satis demonstrat, quā in-felix res sit uiolentus principatus, recteq; sensisse ue-teres poetas, qui tyrānos fecere amicorum, nō auri inopia perire, quod Periander ille Corinthius secu-tus, frequenter in ore habuisse traditur, benenolētia regem non armis munitum esse oportere. Diogenes Cynicus, qui tum Corinthi erat, cum Dionysio con-gressus ita primum hominē affatus dicitur: uiuis, in-quit, Dionysij, tanquā uitę indignus: Plato priuquā Corinthium ille deportatus esset, uita decesserat. Ti-moleō quin quaginta dierum spatio, quā in insulā traiecerat, Syracusana arce potitus, quum Andrani adhuc esset, parum abfuit quin inter sacrificandum sit Ictes fraude oppressus. Erat Ictes Syracusis, ar-

Corinthij A-
cradinam oc-
cupant.

Magonis stula-
titia.

missis, Sicilia tyranni de liberata, ad urbem legibus formandam animi adiecit, qua media cura Carthaginenses cum septuaginta milibus hominum, c. c. tri remibus ad bellum instructis, & mille nauibus Siciliam reperit. Præerat classi Bomilchar & Haldribal missi eo consilio, ut ex tota Sicilia Græcos eijcerent. Is Carthaginensium apparatus, adeo Syracusanorum animos fregit, ut dementem Timoleonem putarent, qui cum quinque milibus peditum, & mille equitibus statim hostibus occurrere. Profectus tamen ille cum ijs copijs ad Crinifium amne quo sciebathostem uenturum, octonis peruenit castris, quū igitur tumulum ascendissent, unde hostiū castra primo cōspici potuere, multis apium herbam ferentibus occurrit. Terruit id omen milites: Apio sepulchra coronari sciebant, unde adagium illud frequēs inter Græcos, incurabilem ualitudinem Apio indigere. Timoleon longe aliter interpretatus, Coronas suas ante uictoriā oblatas dixit, in Isthmijis enim uictores Apio coronabantur. Postridie Carthaginenses Crinifium superare adorti, iam curus & scutatorum uim ingentem traiecerant, cū Timoleon priuquam totus exercitus fluuium superaret, equitē immissit, ipse cum phalange peditum ē uestigio secutus hostem ferociter inuadit. Sustinuerunt Carthaginenses ab initio Græcorum impetum. Cæteri ubi gladijs res geri cœpta est, subito ex montibus stupenda tonitrua sonuere, fulguraq; cœlo cadentia pugnantium strinxerunt oculos, inde imber uento permixtus à uertice Græcis illatus, Carthaginensium ora occupat. Et iam præ nimio cœli strepitu ducum impetium exaudiri non poterat. Degrauari interim imbribus uestes, arcusque & cætera instrumenta inutilia fieri. Sed nihil æquē Penorum animos turbauit, quā quoddam transeuntium studio refractis Crinifij aggeribus, uorticofus & uiolentus amnis cœpit omnia circa loca inuadere, ut iam alijs alij auxilio esse nō possent. Postremo leuissima cohors à Timoleone in hostē sua sponte turbatum immittitur, tū uero Carthaginensium multitudo cœno & aquis fœde colluctata, in fugā auertitur. Multi in ipsa planitie sunt oppressi, alij ui aquarum & fluminis uorticofus abfcripti perierunt. Decem Barbarorum milia eo prælio desiderata, & in his tria Carthaginensium opibus & dignitate inter suos lōgē principum. Nullo ad id tēpus prælio Carthaginenses tot uiros una pugna amiserat, nam cæteris bellis mercenario milite plurimū usi fuerant, uincereq; non uinci consueuerat. Castris Timoleon potitus, quinque milia hostiū cepit, mille thoraces, scutorum decē milia, aurique & argenti maius omnino pondus q̄ pro numero hostiū credi possit. Punica spolia Corinthum missa solenni; titulo dedicata. Quoniam Corinthij atq; Timoleon imperator Græcos in Sicilia è Carthaginensium manibus liberarunt, dijsq; munera suspenderunt. Timoleon Syracusas reuersus mille milites qui ab eo ante initium certamen discesserant, ante occasum solis Syracusis iussit excedere, atq; tota Sicilia facillere. Ictes & Mamercus Cataniae tyrannus insignem uictoriam Timoleoni inuidentes, loci tate cum Carthaginensibus occultē inita impulsores fuere, ut nō multo post Gisgonem cum septuaginta nauibus in Siciliam miserint. Ac tum primum Carthaginenses Græco sunt milite usi, circa Messanam primi hostium motus extiteret, ubi trecenti Timoleonis milites periere. Congressus inde est Ictes cum Timoleone ad Tamiariā humē, milleq; militibus amissis ex acie aufugit. Nec ita longo interiecto tempore quū Timoleon aduersus Leontinos mouisset, Ictem cum filio Eutimo captum capitali supplicio affecit. Fama est Eutimū ob uerbum in Corinthios temere iactatum, q̄ pro concione dixisset, si Corinthiæ mulieres domo egredirentur nihil molestum fore, nihil timēdum, eaq; contumelia materiā Timoleoni præbuisse ut capitaliter

A in Eutimum animaduernerit. Adeo molestius cōtumeliam quā detrimentū ferūt moralium quidā, uerba q̄ facta, quum plus certē odij sit in maledictis quā uitij. Ictes uxor filiae & ipsa Syracusis damnata Ictes crudelitate uix integrum hostimentum, siquidem Dionis uxorem & Aristomacham sorore filiumq; adhuc puerū Ictes in mari uitos merferat. Ictes cū rota domo sublato, in Mamercū mota sunt castra, qui iuxta Cataniae prælio uictus, & intra mœnia cōpulsus, duo hominum milia amisit. Tyrannus una aduersa pugna fractus, in Italiā ad Lucanos nauigauit, eos in Timoleone exciuitus. Interea Timoleon Cataniae recepta, in Hipponem Messanæ tyrannum uertit omnem belli impetum. Quem cum ipsa urbe, paucis diebus, in suam potestatem redegit. Caprus est ibi & Mamercus, qui ex Lucania in insulam redierat. Is ad Timoleonē perductus, quū pro se dicere esset exortus, militesq; illi obtpresert, dolore & ira percit, abiecto pallio, caput in subscellia, uelut ibi moriturus, impexit. Sed ab ea ui reuocat, paucis diebus, eo quo cæteri prædones affectus est supplicio. Tyrannusq; per hæc tota Sicilia extirpatus, in insula non solum libertate insignē, sed cultu etiā frequentiorē, dux Corinthius reddidit, per quē nomē immortalitatis adeptus, à summis uiris Agefilao, Epaminonda & Pelopida magno opere colebatur, qui adhuc in humanis agebant, quum à Timoleone hæc in Sicilia facta dicuntur. Affuit illi talia gerenti dexter quidam genius, ut quanto Epaminonda & Agefilao labore & difficultate gloriam fuerunt assecuti, tanta Timoleoni in clarissimis rebus gerendis felicitate, secūdaq; fortuna sit usus. Ipse uxore in Siciliam accersita domoq; numini cōsecrata, in amoenissimo agro, quem à Syracusanis dono accepit, reliquū uitæ egit, neq; enim ciuili inuidiæ se obtulit amplius, quod ambitiosi quidam duces facere noluerunt, qui post clarissimas res gestas, in ciuili multitudine uersati, quia honoribus modū statuere nequiuissent, naufragium in portu fecere. Syracusani defunctū magnifico funere extulerunt. Super alios honores, huiusmodi præconium in eius funere editū. Populus Syracusanus Timoleonem Timodij filii uicentis minis funerauit, ac per omne æuū Musica, Equestris, & Gymnastica eius honoris gratia instituit certamina, quoniam profligatis eiectisq; Siciliae tyrannis, Barbarisq; debellatis, leges Siculis edidit. Et Sicilia in hūc modū pacata aliquādiu quieuit. Florebant interim clarissimi in Græcia oratores, Demosthenes Atheniensis, Æschines ei⁹ emul⁹, Hyperides, Demades, & alij Atticę eloquitię lōgē principes, uixere unā. Sed paucul Athenis, Diogenes Cranij Corinthiaci longeuus incolā, Cynicę disciplinæ cultor. Huius illud est, Turba ingens, sed uiri pauci: Omniumq; malorū arx cupiditas. Exstant & alia ab eo acute dicta, quę numero exequi alienum sit à propofita stili breuitate. Nonaginta uixit annos, uiditq; Alexandrū ducem iam robustum, de cuius patre Philippo Amyntæ filio ordo tēporum exigit ut dicamus, sed Romana adhuc illis preferenda. Post Rutilij plebei hominis dictaturam C. Sulpitio Potito, & M. Valerio Publicola patrijs cōsulibus creatis, nono anno q̄ lex lata erat, ut alter ex plebe cōsul crearet, nihil eo anno foris relatione dignum fieri cōtigit, nisi quod ex Tyburibus Empulium est captū. Maius omnino certamē cōsulibus in urbe fuit cū plebe annitētibus, ut integer cōsulatus iam inde in nobilitate esset. Extulerat credo Patricij animū, quod cōtra præscriptū legis ambo sui sanguinis cōsules eo anno creati essent. Contra plebs fremere regesq; ac decē uiros, etsi quod tristius imperij nomen animo occurreret, citius latura uidebatur, q̄ magistratū duorum ciuium uirtute questitū, uniuerso ordini per ignauiam extorqueri. Sequere tribuni a fiduis concionibus. Descensum alienis utrinq; animis in campum, atq; per irritas altercationes, quum plures

Ictes supplicio afficitur. Mamercus uincitur.

Mamercus tyranni exciuitus.

Timoleoni uicitus.

Honores Timoleoni dantur.

Oratores.

Diogenes.

Consules.

Empulium.

Discordia ciuilitatis.

Consules.

Tarquinienses Romæ in foro ceduntur.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

Consules.

plures dies comitiales exiissent, postremo Tribuni consuli pertinacia uicti, clamitantes actum de libertate esse, urbem captam & oppressam patriciorū regno, cū magna parte plebis sese ex campo proripuerunt. Sequuntur nihilo secius inceptū cōsules, atq; ea ciuū infrequentia, quæ aderat, comitia perficiūt, creanturq; iterum ambo patricij cōsules M. Fabius Ambulius & T. Quintius. Quidā M. Popilius pro T. Quintio scripsere. Tyburtes eo anno uicti deditonem fecere, Saffula ex his urbe prius capta, triūphantumq; de ea ciuitate est. Fuitq; uictoria illa mitis, magis in Tarquinienses sauitū, qui acie uicti, quotquot uiui capti sunt præter c c c l i i j, nobiles, qui Romā missi sunt, cæteri ad unū trucidati. Nec mirior propterea factus est populū in eos, quibus armatus miles pepererat, in foro uirgis cæsi, ad unū securi sunt percursi. Idq; pro Romanis in Tarquiniensium foro immolatis, est pena hostibus repensum. Fœdus eo anno cū Samnitibus, qui ad hoc ipsum legatos Romā miserant, est iſtum. Creati deinde cōsules patricij sanguinis C. Sulpitius Potitus, & Marcus Valerius Publicola, bellū & à Ceritibus instabat, quū Tarquiniensium consanguineorū cæde permoti, bellū studio instruebāt, & Latinorū legati nunciabāt Volcos in armis esse, suisq; finibus imminere. Profecti cōsules in prouinciā Valerius in Volcos cōtēdit, qui ubi ex Sulpitij literis cognitū est maius, q̄ opinio esset, bellū ab Hetruscis imminere, Ceritesq; cū Tarquiniensibus sentire, Romā consul reuocatus iussu patrum T. Manliū L. filium dictatorem dixit. Manlius cōsulari exercitū cōtētus, bellū Ceritibus in dicit, qui ubi se hostiliter peti uiderunt, subita pœnitētia adducti Romā legatos mittunt, eius culpę pœnā deprecantur. Legati à patribus ad populū reiecti, multū pro concione obtestati sunt, ut pro ueteri sua pietate in Vestā & ceteros Romanos deos quos Senonico bello, ab omni externa iniuria, pietissimo hospitio seruauissent, ne præsentē noxam ultione persequerentur. Tarquinienses lcelestissimos homines quū infestum agmen per Ceritē agrum ducerent, traxisse secum ui potius quā uoluntate suam iuueturē, iam oēs penitere facti, poscerēq; suppliciter ueniā, paratos esse se dissoluerē quantūcunq; ea iniuria æstimaretur, respicere uetus meritū potius quā præsentē culpam, paritereturq; suo beneficio esse incolume Romanorum sacrorum uetus receptaculū, darent eam ueniā Vestali religioi & dijs, quos Cerites nō solum seruassent, sed religiose etiā & caste coluissent. Valuit pl⁹ uer⁹ meritū apud Romanos, q̄ præsens causa, ueteris beneficii potius q̄ pœnitētia inuiriā memores. Data est pax Ceritibus, & induciē in centū annos. In Phaliscos inde itum, qui in eadē causa erant, hostes ibi nusquam reperti, ager fœda populatiōe uastatus. Nec in Hetruria aliud est eo anno gestū, legionib⁹ Romā reductis turres & muni instaurati, Apolliniq; ædes dedicata est. Longum deinde certamen plebis & patrū cōsularia comitia ad undecimū iterregnū, praxit, tribuni Licinia lege innixis, cōtra patrū torū potius cōsulatū tollere paratis, q̄ pmissū habiturus. Postremo tribuni obtinuerūt, ut C. Martius Rutilius e plebe cū P. Valerio Publicola sit consul factus. His consilibus ad funebrem causam leuadā quinquē uiri Mensarij creati sunt, qui à pecuniæ dispensatione appellati, suo arbitrio æs alienum ex publico dissoluerent, quæ res inueneratū urbanæ discordiæ materiā profusus è ciuitate sustulit. Exierāt ita cōsules in prouinciā, quum ex Hetruria trepide nunciatur x i j, eius gentis populos in Romanū nomen coniuirasse. Patres senatus cōsultū ad consules in castra miserūt, ut statim Dictatorē dicerēt, C. Iulius est dictus, & foris omnia quieta fuere. Dictator Romā reuersus comitia consularia habuit. Suntq; duo patricij cōsules creati, C. Sulpitius Potitus, & T. Quintius Pœnus. Ambo copias in hostes duxere, hicque Phaliscos ille

A Tarquinienses petijt. Agri latē utrobique uastati, quū ipsi menibus inclusi tenerent. Fractisq; ea clade animis pacem petiere, quam legatis Romam missis in quadraginta annos impetrarunt. M. Fabius inde Dictator est creatus, ut Tribuni Liciniæ legis affectoribus resisteret, sed plus lex ualuit q̄ Dictatoria maiestas. M. Popilius Lenas ex plebe cū L. Cornelio Scipione est cōsul creatus. Popilio Galli prouincia extra sortem, collega infirmo, est data. Erāt Galli in Latino agro. Consul cū quatuor legionibus in hostem iturus patribus autor fuit, ut ad nouos calus alterū in urbe exercitū subito conscriberent. Vbi hostis in cōspectu fuit, Popilius, nisi eorū uiribus prius exploratis, certus erat omni certamine abstinere. Mandat itaq; castris locū cōmuniri. Galli Romana signa procul intuiti, nullam prælio morā facturi, instructa acie se Romanis ostentāt, ubi nihil inde moueri uident, rati id metu fieri militem operi intentū tumultuose inuadūt. Opus nihil eorū incursum est remissum. Principes & hastati Galli temerē subeunt, facile, uelut ex superiore loco submouēt. Iacere interim uallū, & fossam ducere triarij, mox uero Galli multis telis onerati, uelut ultimo conatu in castra euasuri, in aduersos Romanorū ordines cōnixi, castrorum munita subeūt. Tum Romanus & ipse maiore impetu inuectus precipitē egit hostem ad imum collem, ubi maior hostium moles Romanis obstitit, abūdebat enim Gallus multitudinem, Consulq; eo cōgrefsu humerū fauciatus, parumper acie excelsit. Fuitq; interim lentior pugna, mox obligato uulnere in præliū reuersus, procul ad suos exclamat, quid statis milites? nō cum Volcis & Hetruscis uobis res est, quē uictum armis ex hoste socium tibi aspicas, à tali hoste hauriendus est sanguis, aut dandus. Egistis hostē supina ualle precipitem, super strata corpora dimicatis, cōplere eadem strage cāpos, qua tumulos replestis. Nolite expectare dum ex nostro abeant conspectu, conserrū præliū uirtute decernite. His hortationib⁹ connixus miles, hostium manipulos perripit, ordinibus inde confusus, cū strage & cæde multa toris campis Gallos dissipat. Albana arxillis profugū fuit. Consul, quia uulnere grauaat, à lōgiore insectatione abstinuit. Castra hostiū uictor diripiēda dedit militib⁹. Inde Romā est exercitus reductus. Triumphus dilatus quoad Popilius à uulnere cōualuisset. Secuti Cōsules, L. Furius Camillus, & Ap. Claudius Crassus, qui priusq; magistratum inierat, Popilius de Gallis triumphauit. Galli ex Albana arce excurretes, & Græca classis in Antiatris Laurētiniq; tractus orā ex alto inuectā, præsentē annū fecere insignē. Martium prædones cū Gallis cōgrefsi, incerta uictoria sese ad naues receperūt. Concilium frequēs Latinorū ad lucum Ferētinae habitū, ubi Romanis auxilia de more postulatis, respōsum est, definerēt tandem ijs imperare, quorū auxilijs indigerēt. Latinos p sua libertate potiusq; p alieno imperio bella obituros. Subita Latinorū defectio eo Romanis terribilior fuit, quod duo externa bella satis sua magnitudine, ciuitatē p id tēpus sollicitā haberent. Tū uero quia aut proprijs uiribus standū erat, aut bello succubendū, accuratissimus in urbe & totis agris est delect⁹ habitus. Sūtq; decem legiones cōscriptæ, quaternū milium & ducentū peditum, equitū c c c. Appius Claudius mediobelli apparatu uita decessit, incumbēbatq; toti onus reip. Camillo alteri cōsuli, qui duab⁹ legionibus ad urbis præsidium relictis, cæteras copias cum L. Pinario prætoze partitus, eum maritimā orā aduersus Græcos tutari iubet, prædonesq; procul hostib⁹ atcere. Ipse ad hostē eo consilio proficiscit, ut uago pabulatorum incursum in hibito facile hostē, q̄ in horam ex rapto uiueret, asidendo domaret. Et Galli in cōspectu erant, quum ex his unus magnitudine corporis & armis insignis, hasta & scutum quatiens, ex Romanis, qui secum bellū decernat, unum aliquē alra

Consules.

Gallorum inuictus.

Gallorum cædes.

Consules.

Latini à Romanis deficiunt.

Gallorum uictus excursus.

Valerij cum Gallo certamē uoce pronocat. Erat in castris, M. Valerius Tribunus militum adolefcens, qui T. Manlij exemplum imitatus, explorata consulis uolūrate, instructus armis in Gallum contendit: mirum est quod in ea pugna accidisse aiunt, coruum Romani militis in certamen eūtris galeam infedisse. Tribunus uelut omen cælo demissum lætus accepit, precatusq; est numen, ut quicumq; deorum esset, præsentem sibi pugna secunda- ret. Fuit deinceps miraculo, q; illico confertis manibus, ales alleuas se, rostro & alis diuersum hostem non prius infestare destitit, q̄ Gallus tali prodigio terri- tus, oculosq; simul & mentē turbatus, ferro sit à Va- lerio prostratus. Fuerat utrinq; quietæ stationes, ce- terum Galli, sūti bellatorem cadentē cōspicari, haud passimiacētis corpus diripi, in Valerium spolia detra- hentem decurrunt. Deuolant eō & Romani milites alioquanto celerius, committiturq; atrox præliū. Sta- tionarij primo occurrunt. Mox leuis armatura. Pos- tremo totæ utrinq; legiones in pugnam ruunt. Ad- iuuat Romanas uires consul sua præsentia & horta- tione, iubetq; militem in pugna fortiter ire, ac deo- rum omē sequi, ibiq; Gallorum cæteruas prosterne- ret, ubi eorum ducē Romanus strauisset miles. Fuit id certamen acre ac diu anceps, inter eos qui ab in- itio concurrerant. Verum ubi Romana acies eo in- cubuit, omnis Gallorum multitudo, priusquā ad iactū teli ueniretur, fugā arripuit: per Volcos & Phalernū agrum dispersi, in Apuliā & orā superi maris abie- runt. Consul Tribunum pro concione laudatū, decē bobus & corona aurea donauit, mansitq; illi ab eius uictoriæ euentu auxiliariq; alite, Coruini cognomē, estq; ea appellatio in posteros propagata. Iunxit in- de consul castra cū prætorē aduersus Græcos, qui de industria bellū trahentes, pugna abstinebat, dixitq; absens patrum iussu, T. Manlium Torquatu ad con- sularia comitia habēda dictatorem. Quibus cōsules creati sunt, Marcus Valerius Coruinus, quum tres & uiginti nat' esset annos, & M. Popili' Lenas. Cami- lus interim nihil cū Græcis memorabile gessit, qui quū aliquandiu in Latini littoris ora sine prælio uer- sari essent, aqua deficiente, in altū abierit. Qui Græ- corum fuerint, qui tum Latium classe sunt infestare adorti pro certo nō ponit Liuius: Siculos tamē fuis- se suspicatur, atq; ab eius terræ tyrannis adolefcēti- bus destructam. Sed Timoleonis ductu & auspicijs, p̄ hæc tempora Sicilia tyrānide liberata est, ut Plutarchus uidetur significare. Pestilentia nō nihil est Romæ la- boratum, & cum Carthaginensū legatis fœdus ictū, ocium domi forisq; fuit. Sequenti anno, T. Manlio Torquato, & C. Plautio consulis cum Volcis in- de bellum fuit, quum iam consules essent Valerius Coruinus iterum, & C. Petilius, nunciabatur Antia- tes legatos Latium circuire, ad cōcitandum in Ro- manos bellum. Coruinus ad Satricum cū exercitu proficiscitur: quō Antiates & alij Volci præparatis ad id tempus copijs, occurrunt. Nulla itaq; dimicadi mora facta est. Volci, ferocior ad rebellandum gens q̄ ad bella obeunda, modico negotio uicti, Satricum fuga repetunt. Cingit oppidū Romanus uictor, sca- lisq; circa muros admotis, deditio facta est: iiii arma- torum milia cū imbelli multitudine dediti, eos ante- curum uinctos triumphās consul egit. Secuti cōsu- les, M. Fabius Dorſuo, & Seruius Sulpitius Cameri- nus, quo anno Auruncum bellū ab repenteina est in- cursione ceptum, metusq; ciuitatem incesit, ne to- tius Latini nominis consensu, Aurunci arma induis- sent. Ob id L. Furius Camillus, filius credo illius qui Gallos urbe expulit, aut eidem arctissima cognatio- ne propinquus, dictator est dictus. Romana legio- nes in Auruncos confestim ductæ, ibiq; prædonum animi magisquā hostium reperti, descensum tamē in- aciem, Dictatorq; Iunoni monētæ ædem uouit, si ui- ctor auter discessisset. Tum dānatus uoti, ubi Romā uenit, auter patribus fuit, ut dumuiri crearentur ad

eam ædem in Capitolio erigendā, ubi fuerat Manlij Capitolini ædes, annoq; sequenti q̄ uota fuerat de- dicata est. Consules dictatori exercitu ad bellū ufi, Soram de Volcis ut ceperunt: habuit annus qui se- cutus est, C. Martium Rutiliū, & Tit. Manlium Tor- quatum consules, in Albano lapidibus pluit, & nox interdiu uisa est intēdi, feriæ proinde indictæ, dicta- torq; ad id creatus P. Valerius Publicola, nec tātū à Romanis tribub' supplicatum, sed à finitimis etiam populis. Iudicia eo anno pop. in fœneratores facta, q̄ bus est ab ædilibus dies dicta. Ortum inde bellū cū Samnitibus est, M. Valerio Coruino, & C. Cornelio Cosso consulis, gēte tum opibus & armis ualida. Quod bellum aliud grauius cum Pyrrho rege, mox & cum Pœnis grauiussum peperit. Samnites à Sa- binis oriundos esse Græcorū quidam arbitrati sunt, & ob eam causam Sabellos diminita uoce nuncu- patos. Ferit Sabinos cum difficile bellum aduersus Umbros gereret, omnia eo anno nata, si uincere da- retur, uouisse, cuius uoti haud multo post damnati, nata partim sacrificariū, pueros Marti consecrasse cō- tenti, adulos in coloniā misere. Hi in Opicorū agro, ueteribus inde incolis bello eiectis, sibi sedes quæ- uere, quorum opes adeo deinceps creuerūt, ut lxxx. milia peditum; & octo equitum, aliquādo ad bellū instruxerint. Fuerunt qui scriberēt Lacones cum his postea habitasse, alij Pithanas fuisse uolunt, atq; Ta- rentinis oriundos. Nulla Italix gens diutius Ro- uires exercuit. Ferox genus hominū, & ad bellandum natura cōparatum. L. Sylla dictator postremo gentē ipsam deleuit, quos prælio uictos, ac ferē ad unū in- terfectos, ad quatuor milia, ut quidam tradunt, per- ditionē recepra in capo Mario ad Ouilia militi- bus ad eadem in missis triduo iugulauit, fassus nū- quam Ro. Pop. pacem habiturum, donec Samniticū per se nomē cōsisteret, cui fortuna belli pepercisset, eos proſcriptione insectatus, ad unum penē sustulit. Eius gentis urbes fuere Bouianū, Efernā, Pāna, Te- lesia, & aliæ pleræq; uicariū constitutæ, quæ omnes aliæ alio casu interire, tantū Venusia & Beneuentū nostra tempeſtate eius gentis urbes extat. Veterem Samnitium morē fuisse tradunt, ut decem quotānis uirgines, forma & uirtute eximia, ex omni uirginū numero legerentur, quæ totidē optimis adoleſcēti- bus matrimonio locarentur, nec in affinitate iungē- da cuiq; rei, præterq; uirtutis ratio habita, ut optima optimo locaret ea lege, q; siquis uitē institutū in pei' mutasset, publice cōnubio priuaretur, qua ignomi- nia nulla esse poterat grauior. Florebant itaq; per id tempus Samnitium opes, erantq; ipsi Romanorum focij, quum Sidicinis qui Theanum habuerunt, ma- gis quia plus poterant, q̄ quod iustam ullam habe- rent belli causam, arma intulerunt. Sidicini Campa- nis sese iungunt, qui inter finitimos & ipsi maxime pollebant. Hi ocij & luxus magis q̄ rei bellicæ stu- diosi, in Sidicinio agro haud magno negotio uicti, omnē belli molē in se uertunt. Samnites omiſſis Si- dicinis Capuam finitimorum arcē, unde maior spes fœdæ, & gloria maior ostēdebatur, ferro ceter inuadūt. Tifata, colles Capuæ imminentes primo occupant, inde quadrato agmine urbem petunt. Campani ho- stem in planitiem digressum prælio excipiunt, sed nihilo prosperior fuit ea Campanis pugna, quā Si- dicinis fuerat, uicti magna; cum strage in urbem deiecti, Romam legatos mittunt, qui auxilium ab inuicta ciuitate peterent. Hi in curiam introducti, in hunc maxime modum locuti dicuntur, Campa- nus populus nos huc miserūt patres conscripti, per- petuam à uobis amicitiam, præsentis que auxilium petiuit. Eam si secundis rebus nostris petissemus, ut facilius, ita infirmiore uinculo contrahi potuisset. Etenim memores nos æquo fœdere in uestrā amicit- iā uenisse, amici tantū fuisset, non ut nunc, si re- cipiamur, ueſtro beneficio obnoxij, qui nisi ingratū erimus,

Prodigium.

Consules.

Samnites.

Opici.

Samnitium uires.

Samnitium urbes.

Samnitium uires.

Sidicini, Samnitici belli causa.

Oratio Cam- panorum ad se- natum.

Peroratio.

erimus, colamus perpetuo necesse est Romanū no- men, quōd in dubijs rebus nostris, ueſtra ope adiu- ti sumus, ueſtris armis, ueſtra uirtute defenſi. Neque uos mouere debet, quod Samnites prius in fœdus uenerint. Haud enim in id est ea societas inita, ut nō liceat uobis alios asciscere, quū libitum fuerit, fuit equidem eritq; semper ut reor, uobis iusta causa eor- um recipiendi, qui ueſtram ultrō appetere amicitiam. Sumus nos Campani, etſi afflicti rerum ſta- tus prohibet nos quicquam de nobis magnifice lo- qui, & urbis amplitudine & agri ubertate, nullis Ita- lorum præterquam uobis secundi, qui si in amicitia recipiamur, quantæ rebus ueſtris acceſſioni futuri sumus, facile est confiderare. Volci & Equi æterni Romani nominis hostes, quum nos à tergo esse uiderint, desinent tandem ueſtra arma ſolicitare, uel si quid temere mouebunt, facilius de his uictoria ſe- quetur, quum in medio bellare coacti, uelint nolint cadant necesse est, illisq; subactis in Campaniam usq; que omnia pacatē Romani obtinebūt. Acerbum est & miserum quod fortuna nos fateri cogit, eo hodie res nostre ſitæ sunt loco patres conscripti, ut post- hac aut uobis amici futuri sumus, aut inimici. Veſtra partium, si ueſtro beneficio ſeruemur. Hostes si uicti capiamur, nec tutum erit ueſtris rebus, Samni- tium opibus totam Campaniam accedere. Aequum est præterea omnibus ueſtram misericordiam im- plorare P. conscripti: sed illis præcipue, qui ut ab a- lijs iniuriam auerterent, bellū in se uerterunt, quan- quam pro Sidicinis uerbo, pro nobis armis pugna- uimus. Nulli nō perſpicuum erat Samnitium latio- cinium, posteaquam Sidiciorum opes deſagraſ- ſent, ad nos, qui finitimi eramus, peruenturum, & non tam nostra iniuria irritati ultionem quærunt, q̄ oblatam occasione cupidē complexi, nostris for- tunis imminēt. Nam quæ tam infesta est hæc in nos Samnitium ira, quam noſter sanguis duplici clade diffusus explorare nequiuertit? Adde agrorum popula- tionem, prædas hominum atq; pecudum actas, uil- larum incendia, omniaq; ferro & igni uastata. Ad his ira expleri non potuit, quæ utiq; nulla est, cupiditas eos ad nostram urbem oppugnandam impulit, aut urbem pulcherrimam delere uolunt, aut certe poſi- dere. Sed uos potius Romani, ueſtro beneficio, eam uobis urbē uendicate, quā illos suo maleſicio ha- bere patiamini. Scio equidem me hæc apud eos lo- qui, qui nulla iusta reſuſtente bella, uerū affirmare au- deo, si tantum auxilia oſtenderitis, bello nihil opus fore. Haud enim supra nos ascendit Samnitium ſu- perbia, umbra ueſtri auxilij tuti proculdubio erim', quicquid iam inde fortunarum Campanis fuerit, uobis acceptum relaturi, imō id ipsū totum ue- ſtrum exiſtimaturi, uobis Campanus ager arabitur, uobis frequētabitur Capua, tanta ueneratione uos proſequemur, quanta gratæ ciuitates, atq; optimē institutæ, conditores suos, parentes, Deos ipsos, ter- rarum uſpium prosequuntur. Annuite patres cōſcri- pti, inuictumq; numen ueſtrum, ac nutū nobis exhi- bere, liceat nobis sperare per uos Capuam incolumem futuram. Qua putatis frequentia, quibus ho- minibus, nos huc totam ciuitatem dimiſſe? qui- bus uotis, quibus lachrymis, ex ciuium complexi- bus digressos? & nunc qua ſolicitudine ſuſpensam, & erectam ciuitatem ſtare, hanc unam uiam quæ ab urbe Capuam ducit, die noctuq; intuentem? Incer- tum habeo quid iubeatis nos illis renunciare, tan- tum affirmare poſſum, alterum reſponſum ſalutem, uictoriam, ac per hoc lætitiā ingentem allaturū: alterum ominari horreo quid ferat. Proinde aut ue- ſtris futuris focijs & amicis, aut de ijs, qui nulli uſq; paulo post futuri ſint, conſultate. Summotis ex curia legatis, etſi multi nobiliſſimæ urbi ſubueniendum cenſebāt, plus tamē fœdus & ſocietas ualuit, q̄ mor- taliū preces. Reſponſum est dolere patribus Capa-

norū uicē, dignosq; cenſere quibus humanæ opes opitularent. Verū fœdus quod ſibi cū Samnitib' in- tercederet, phibere, aliquid ſe moliri, quod contra iura ſocietatis eſſet. Verū ut ſcirent aliquid à ſe im- petratū, miſſuros ſe in caſtra ad Samnites, qui pub- lico nomine hortarent eos ut armis abliſſerēt. Tum legatorū princeps, quando fœdere prohibemini pa- tres cōſcripti, ut aliena defendatis nos quod facere iuſſi ſumus, Capuā urbē, agrū, omnia diuina & hu- mana uobis dedimus, ueſtræq; ditioni ſubijcimus. Iam uero nihil eſt, quod uos à ueſtris rebus tuendis remorari debeat. Quicquid poſthac nos Cāpani pa- tiemur, uobis dediti, ueſtræque fidei paſſuri ſumus. Mouit Campanorū infortuniū patres, ut ea ciuitas, à qua nuper reliquæ gentes auxilia implorarent, in id diſcrimē incidere, ut pro propria ſalute libertatē abijcerent. Cāpanis itaq; in deditiōne receptis, con- tinuo legati in Samnitium caſtra ſunt miſſi, qui de- ditionem à Campanis factā exponerent, peterentq; pro mutua amicitia, quā Senatus populusq; Rom. inoffenſam manere uellet, ut Campanis parceret, ar- misq; omnino abſtineret. Romanorū poſtulatū nō ſolū non eſt obreperatum, ſed cōfeſtim legatis ſpe- ctantibus cohortes prædatū in Campanū agrū ire iuſſe ſunt. Quibus Romā nunciatis, res à Samnitib' repetitæ ſunt, quæ quia nō redderent bellū ipſi gen- ti iuſſu populi eſt indiſtū. Conſules cū duobus exer- citibus ab urbe profeſti, in Samniū Cornelius, Vale- rius in Campania diuerſi abierunt. Samnitium legio- nes Valerio obuiam progreſſæ, ubi Romana caſtra in conſpectu habuerūt, certatim præliū depoſcebāt, nihilo meliore fortuna affirmantes Romanū Cam- panis opem laturū, q̄ Campanus Sidicinis tuliffet. Diſtulit tantisper Valerius certamē, donec leuiori- bus prælijs uires ſit hoſtiū expertus, inde ſuos pau- cis hortatus, ne nouum hoſtem nouumq; bellū exti- melcerent, quin quanto longius ab urbe Roma pa- rarent hoſtes, tanto minus formidabiles putarent, quippe qui neq; rei bellicæ multū aſſueti eſſent, naturaq; locorū minus feroces gignerent. Nec quia Si- dicinos & Campanos uiciffent, eſſe eam uictoria multi faciendā, quum magis frugum Campana tel- lus, q̄ bellatorum eſſet ferax. Quanq; ſi bellicoſi etiā fuiffent duo populi alius poſt aliū uicti, eā propter ea uictoriā haud talē eſſe, ut cum rebus à populo Ro- mano geſtis, aliquo modo cōparari poſſet. Succur- reret animo, quor gentes, quot populos, in Sabinia, Herruria, Latio Romani domuiſſent. Quid Sabinis cautius? Quid opulentiſſis Heruſcis? Latinis conium- ctius? Ferocius Volcis? Heruſcis bellacius? Rebel- lius Equis? tot tamen & tales populos Romana uir- tus nō ſolū domuiſſet, ſed ita etiā fregiſſet, ut iam pridem pro uictis & proſtratis iacerent. Et ut alia- gentes ſilerentur, quid Gallis terribiliſſis Romano nomini ſuit unq; Cæterum illi ipſi iam toties uicti, toties cæſi eſſent, ut iam nihil eo eſſet hoſte deſpica- rius, nihil æquē omnibus uilius. Irent & quum ſuæ, tum maiorū uirtutis memores, prælium capeſſerēt, atq; illud ſimul ſpectarent, cuius ductu & auspicijs pugnaturi eſſent. Eius ſcilicet, à quo ferociſſimum Gallorū ducē ſingulari certamine proſtratum uidiffent, qui ex ea familia eſſet procreatus, quæ tyrannis ex urbe eiectis, patriæ libertatē quæſuiſſet, unde po- pulares leges popularia cognomina, quæ decemui- rorum impotentē dominatum fortiter oppugnaf- ſet, quæ ab initio ciuitatis nihil plebis patrocinio ha- buit antiquius. Habere plebem nihil quod patribus inuideat, libertatē & magiſtratus omnib' æquatos. Si patria igitur chara eſſet, ſi illius decus & cornamen- tum, ſi propagandi imperij cupido animū tangeret, irent & dijs benē iuuantibus, de nouo hoſte ſecum nouum triumphū quærerent. Popularis Valerij ad- hortatio ita grata fuit militibus, ut raro aliās maio- re, ſit alacritate in nouum hoſtem itum. Præliū pari

Campanorum deditio.

Bellum Samni- tibus indicitur.

Valerij Corui- ni oratio ad milites.

Peroratio.

spe, pariq; sui fiducia utrinq; cōmissum. Augebant animum Samnitibus res ante geste, & duplex uictoria paucis ante diebus quæstra. Romanis quadringentorum annorum decora, æqualisq; condita urbi uiuicendi tenor. Sed quibus animis sit cōcursum pugna diu anceps facile demonstrauit: acie neutro inclinante aliquot horas dimicatum est. Tum consul immisso equite, prima hostium signa turbare conatus est, quod ubi parum processit, nostrū (inquit) pedites illud opus non equitum est, perumpenda tui est illa hostium acies, quæ hastarum dēsitare horret: ite fortes quacūq; uestrum duces euntem uide ritis. Hæc consul, simulq; iussis equitibus in cornua discurrere, primus omnium in cōfertissimum hostium irruit agmen, & cum quo primum gradum contulit obruncato, suo exemplo alios in pugnam accendit. Ceteri milites dextra læuaq; memorabilem pugnam, stabant tamen hostes nihilo secius sua ui obnixi, & quanquam multi inde caderent, locum tamen obtinebant, eratq; strages ingens edita circa illorum signa, nulla tamē adhuc fuga, adeo sola morte uinci destinauerant animis. Inclinabat iam dies, & iam hostibus multa lassitudine, non ita ut antea constabat acies, tum Romanus ira accensus, renouato clamore, in aduersos cuneos facit impetū, quo impulsu tum primum pedem hostis referre coactus est. Secuta inde fuga, qua disiecti ordines passim cum ualtea de tota planitie aguntur. Nec multi si peruisissent, nisi nox uictoriam nō prælium diremisset. Fatebantur Romani sibi nunquam rem fuisse cū pertinaciori hoste. Samnites & ipsi rogati, quæ causa tam oblinatam aciem prælio auertisset, oculos Romanorum aiebāt sibi ardere uisus. Vefanus uultus & ora rabie quadam contorta, & quasi furentia perferre nequiuisset inde plus terroris, q̄ ex ferri acie ortum, eum nō solum euentu pugne, sed nocturnam etiam fuga confelsi sunt. Consul sequenti die uacuis castris potitus est, quo omnis Campanorū turba gratulabunda ad consulem uenit. Sed quam feliciter in Campania res gesta est, tam in Samnio periculo & ignominie proxima fuit. Duxerat Cornelius cōsul incaute exercitum in saltum caua ualle per uinum, & ab hoste undiq; iam antea in sessum, nec prius Samnitum capiti imminetē aduertit, quam eo usq; processum erat, ut in tutum signa amplius referri non possent. Dum igitur Samnites tantisper in mora sunt, conferuntq; inter se, qua ratione in subiectum hostem explicent aciem, P. Decius tribunus militum, saxosum iugi uerticem inuitus hostium stationibus imminentem, præruptum & aditu difficilem armatis militibus, leuiter tamen instructis, haud inaccessum, Vides ne tu, inquit, Aule Cornelie uerrucam illam, quæ hosti imminet: in ea salus nostra sita est, si eam impigre capimus, unius legionis hastatos mihi deposco, cum quibus si summum iugum in sedero, incolumis licet hinc cū exercitu euadās. Neq; enim hostis nobis subiectus, quicquam in nos, sine sua pernicie mouere poterit. Nos deinceps, aut fortuna populi Romani, aut nostra uirtus illinc expediet. Collaudatus a consule Decius, per auersa loca montis insinuatus, prius locum tenuit, quam ab hoste sit conspectus. Tum Samnitibus nouitate rei stupentibus, nec se interim mouere ausis, consul per ocium copias in æquiorē locum, extra saltum, eduxit. Verterūt hostes omnem iram in eos, qui bene gerendæ rei occasionem e manibus extorserant. Cæterum dum in medium consultat, an collem obsiderent, an data uia in uallem digressos adorirentur, nox adhuc consilij incertis oppressit. Miratus Decius hostium ignauiam qui in eundem seuallo circuire potuissent, sub uesperam gregali sagulo amictus, latentem speculatus est, quibus locis hostes præsidia locassent, inde dispositis per opportuna loca custodijs, nequid ab illis interim mutaretur, secun-

Pugna atrox.

Valerij consulis uirtus.

Vefania Romanorum in prælio.

Decij tribunus consilium.

Decij uirtute seruatur exercitus.

da uigilia noctis, quo tempore mortales somno altissimo premuntur, per sopitas hostium custodias, cohors Decij ducta, silentio abibat, quum iacentiū uigiliam scuto ab uno militū temere offenso, quia hostis falli amplius non poterat, clamor a militibus ex composito tollitur, qui repente sublatus, Samnites somno torpidos subito pauore exanimat. Incer ti hostes an ciues essent, qui ita uerent, an a consule capta essent castra, an qui in iugo erant erupissent, dum tumultuantur magis quam arma expediunt, datus est Decio & alijs locus ad euadendum per uigilum cædem. Sicq; contigit, ut unius uiri consilio & audacia, Romanus sit exercitus seruatus, præsidium per quod salus parua erat, incolume ad consulem uenerit. Decius quū noctu in castra uenire potuisset, ut magis conspicuus esset reditus, auctor fuit socijs, ut lucem, loco castris proximo, expectarent, postea uero quam illuxit, præmissis in castra qui ser uatum præsidium nunciaret, paulo que post affuturum, ipse per multas passim gratulationes, & laudes militares, cum tota cohorte ad prætorium tendit. Ibi quum consul Decij laudes pro concione esset exorsus, ille interfectus docuit posse paucis horis cum hoste debellari, si dum castellarum sparsim rumulos, ex suis præsidij milites in castra traduxit, inde seditionem multitudinem exonerare adortus, alios alia de causa domum ablegare cepit, & in primis cō iurationis capita, nec res ab initio animaduersa. Verum ubi qui missi fuerant a patribus, & altero consule retinebantur, nec in castra patere illis reditum uiderunt, perculli milites qui eius fuerant consilij conscij ne causam Romæ dicere cogentur, atq; in dicitum subire, secessione facta, primo inter Lautulas & mare haud procul Anxure munice colle confederunt. Fuitq; cohors una hæc, unde secessio orta, inde alijs atq; alijs eō accedentibus, tantus est numerus confectus, ut sub longæ Albæ iugo castra fecerint. Querebatur interim dux aliquis aut imperator in tanto motu, qui cum in castris nemo idoneus reperiretur, T. Quintium qui ob uulnus bello acceptum inuictis factus in Tusculano agro uillicabatur, noctu oppressum in castra pertraxerunt, ibi capitibus minus nisi iniunctum munus recipere perterritum duces constituerunt. Nec mora deinceps fuit, rapto agmine Romam tendunt, irrupissentq; primo accessu in urbem, ni Valerium Coruinum in se dictatorem creatum cum exercitu appropinquare audiuissent, ad octauum lapidem Appia uia confederunt, nec ita multo post dictator affuit, & iam stabat aduersæ inter se acies, quum signorum aspectus, & memoria patriæ militum iram permulsi. Nondum erat Romanus miles ciuili sanguini assuetus. Hic Dictator tempestiua ad pacem usus hortatione, ac T. Quintio appellato, ut pacis potiusquam pugnae se autorem suis exhiberet, quod ille sua etiam spote facturus, quum dictatoris autoritate permotus fecisset, illorum permittu in medium processit, seq; & milites suos dictatoris fidei permisit. Identidem eū obtestatus, ut miserorū ciuium susciperet causam, nihil petens ut sibi caueretur, quando ipse omni culpa procul abesset, militibus cauendū dicere, ne apud patres aut populum ea secessio cuiquā fraudi esset. Dictatorius omnibus bono animo esse, citato equo Romam deuectus, patribus auctoribus in Luco Petillini ad populum tulit, ne cui ea noxa fraudi postea esset, ne serio iocūe secessio illa cuiquā postea exprobraretur, ne nomina ipsorum militum deleerentur, nisi ipsis uolentibus. Additū ipsi legi ne qui tribunus militum in castris fuisset, deinceps ordinem duceret. Id propter P. Salonium factum prodiderunt, qui alternis annis nūc Tribunus fuerat, nūc primus centurio, quem primipilum dixere. Ita sacra tal lege res abolita est. L. uirtus est in quibusdā uagantur, subito cursu contendit, maior omnino cædes in agris, quam in castris edita, tantaq; uis hominum uicibusq; deleta, ut ad xl. milia scutorum, & cxxx. signa militaria sint ad consulem relata, tam insignis uictoria & Phaliscos, cum quibus induciæ erant, ad fœdus petendum compulsi: & Latinos, qui exercitum in Romanos comparatum habebant, in Pelignos auertit. Carthaginenses quoq; legatos cū corona aurea, xxv. pondo Romam miserunt, qui patribus & po. Ro. eam uictoriam gratularentur. Consules ambo de Samnitibus triumpharūt. Campani præterea & Sueffani a patribus petierunt, ut præsidia aduersus Samnitum excursions in suas urbes mitterēt, quod quum facile impetrasset, agri amœnitas, & ciuitatis luxus, iam inde parum disciplinæ militari utilis, milites delinuiuit, ut coniuratio in ita sit inter milites Capuæ ui occupanda, ut Campani ipso ipsi exemplo opprimerentur, quo ueteres inde colonos expulsi sunt: & iam atrox instabat facinus, quū Martius Rutilius & Q. Seruilius sunt consules facti. Rutilius, cui Capana prouincia enegerat, postquam ad exercitum uenit, cōperitq; per Tribunos militum quæ consilia essent, hybernorum tempore, inter milites in ita, nec rē procul a seditione abesse, facta spe futurorum in sequentem annum hibernorum, ex suis præsidij milites in castra traduxit, inde seditionem multitudinem exonerare adortus, alios alia de causa domum ablegare cepit, & in primis cō iurationis capita, nec res ab initio animaduersa. Verum ubi qui missi fuerant a patribus, & altero consule retinebantur, nec in castra patere illis reditum uiderunt, perculli milites qui eius fuerant consilij conscij ne causam Romæ dicere cogentur, atq; in dicitum subire, secessione facta, primo inter Lautulas & mare haud procul Anxure munice colle confederunt. Fuitq; cohors una hæc, unde secessio orta, inde alijs atq; alijs eō accedentibus, tantus est numerus confectus, ut sub longæ Albæ iugo castra fecerint. Querebatur interim dux aliquis aut imperator in tanto motu, qui cum in castris nemo idoneus reperiretur, T. Quintium qui ob uulnus bello acceptum inuictis factus in Tusculano agro uillicabatur, noctu oppressum in castra pertraxerunt, ibi capitibus minus nisi iniunctum munus recipere perterritum duces constituerunt. Nec mora deinceps fuit, rapto agmine Romam tendunt, irrupissentq; primo accessu in urbem, ni Valerium Coruinum in se dictatorem creatum cum exercitu appropinquare audiuissent, ad octauum lapidem Appia uia confederunt, nec ita multo post dictator affuit, & iam stabat aduersæ inter se acies, quum signorum aspectus, & memoria patriæ militum iram permulsi. Nondum erat Romanus miles ciuili sanguini assuetus. Hic Dictator tempestiua ad pacem usus hortatione, ac T. Quintio appellato, ut pacis potiusquam pugnae se autorem suis exhiberet, quod ille sua etiam spote facturus, quum dictatoris autoritate permotus fecisset, illorum permittu in medium processit, seq; & milites suos dictatoris fidei permisit. Identidem eū obtestatus, ut miserorū ciuium susciperet causam, nihil petens ut sibi caueretur, quando ipse omni culpa procul abesset, militibus cauendū dicere, ne apud patres aut populum ea secessio cuiquā fraudi esset. Dictatorius omnibus bono animo esse, citato equo Romam deuectus, patribus auctoribus in Luco Petillini ad populum tulit, ne cui ea noxa fraudi postea esset, ne serio iocūe secessio illa cuiquā postea exprobraretur, ne nomina ipsorum militum deleerentur, nisi ipsis uolentibus. Additū ipsi legi ne qui tribunus militum in castris fuisset, deinceps ordinem duceret. Id propter P. Salonium factum prodiderunt, qui alternis annis nūc Tribunus fuerat, nūc primus centurio, quem primipilum dixere. Ita sacra tal lege res abolita est. L. uirtus est in quibusdā

Decius enim suis in tutum euadit.

Vincuntur hostes Decij consilio.

Multiplices honores Decio congesti.

Rom. uictoria

Consules.

Militū secessio

Militibus publice uenia data.

Primus Centurio olim primipilus.

annalibus proditum, comitijs illis L. Genutiū Trib. Pleb. ad populum tulisse, ne cuiquā scenerare liceret. Item ne quis eūdem magistratum intra decem annos caperet: Ne duos magistratus uno anno gereret. Vt liceret ambos consules plebeios creari. Alij non dictatorem ad id creatum dixerunt, sed per consulem rem omnem actam, Romæq; non foris eam secessionem fieri contigisse. Nec in T. Quintij uilla, sed in C. Manlij domo duces quæsitū. Inde ad quartum lapidem profectos confedisse, nec a ducibus cō cordie mentionem motam, sed ipsos exercitus, ubi ex aduerso sterere, subita sceleris pœnitentia adactos, cum lacrymis sese inuicē complexos. Atq; ita auertis a pugna animis de cōcordia agi ceptum. Adeo parum fides constitit ijs, qui eam rem memorie prodiderunt. Latini & Priuernates ciuili discordia freti Norbam & Seriam, Romanas colonias, subita incursionē populati sunt. Isq; tunc erat rerū Romanarū status, quū Philippus Amyntæ filius, qui Alexandro fratre sublato, matris Euridices fraude tutorē regni aliquandiu p rege egit. Supererat enim ex Perdica fratre, qui pari fraude perierat, adhuc uiriliter stirpis soboles. Cæterū bellis undiq; imminētibus, quū serū uidere maturā pueri etate expectare, com pulsus a populo Philippus, regū nomē suscepit. Cō citauit ille ab initio haud parua de se expectationē, quū ipsa ingenij alacritate, & ad res gerendas promptitudine, tū quia uates iā antea prædixerant, ut uno ex Amynthē filijs regnante, florentissimus Macedonū futurus esset stat⁹. Principio igit regni, quū hinc cædes fratru, inde hostiū Macedoniæ rebus imminentiū multitudo, iuuenilē animū uhemētē sollicitū haberēt, accedebat his inopia rerū omniū, ob regnū alsiduis exhaustū bellis, quū tot curis bellicis, quæ undiq; impendebāt, impar futurus esset, alias interposita pacatione exoluit, alias redemit pretio, omnia aggressus, quib⁹ trepidos militū animos confirmaret, sui cōtemptū hostibus demeret. Fuit itaq; primū illi certamē cum Atheniensib. quibus per in dias uictis, grauioris belli metu, sine pretio captiuos reddidit. Bellū inde in Illyrios transtulit, multasq; hostiū milibus in acie cæcis, Larissam urbē nobilissimā cepit, mox Thessaliā, ut meliore equitatu exercitū instrueret, nihil minus q̄ bellū metuentē in uasit, qua sine maiore certamine in potestate redacta, unū corpus equitū pedestriumq; copiarū inuictū cōstituit exercitus. Duxitq; sub id tēpus, quo hæc illi p ipere euenere, Olympiadē Neoptolemi regis Macedoniarū filii in uxore, Arisba altore uirginis ac patru ele, nuptias cōciliantē. Cæterū quū maiores ob hæc ille in horas aleret sp̄iritus, nō cōtentus bellū ppul sare posse a suis finib⁹, quietos ultro lacestebat. Methonā itaq; urbē oppugnare adortus, sagitta in pretereunte ex oppido cōiecta, dextrū illi oculū excussit. Qua clade neq; segnior est ad bellum factus, nec aduersus hostes iracundior, ut paucis inde diebus ueniā precantibus dederit, in quos deditos nō moderatū solū, sed mitē etiā se præbuit. Critobolus medicus eius uulneris curatiōe magnā est famā adeptus, q̄ extracta ex regis oculo sagitta, citra oris deformitātē, curasset luminis orbitatē. Græciæ deinceps ciuitates uberē bellicoso regi gerendarū rerū materiā præbuere, quæ dū singulē alijs cupiunt imperare, omnes imperiū amiserunt. Mutuis enim inter se bellis exhaustæ dum adhuc in suum exiriū ruunt, Macædonica arma in sua uiscera adegerūt, quibus oppressæ fœdum seruitiū feruere coactę sunt. Philippus harum libertati uelut ex proxima insidiatus specula, mutua populorum certamina ab initio aluit, minus poteribus auxiliādo, mox uictos uictoresq; unā ad ortus facillē subegit. Fuerūtq; Thebani malorū omniū causa, qui rerū nouissimē in terra Græcia potiti, uictos armis Lacedæmonios & Phocæses, uelut patua supplicia cædib. & rapinis luisēt, in cōmuni Græcorum

annalibus proditum, comitijs illis L. Genutiū Trib. Pleb. ad populum tulisse, ne cuiquā scenerare liceret. Item ne quis eūdem magistratum intra decem annos caperet: Ne duos magistratus uno anno gereret. Vt liceret ambos consules plebeios creari. Alij non dictatorem ad id creatum dixerunt, sed per consulem rem omnem actam, Romæq; non foris eam secessionem fieri contigisse. Nec in T. Quintij uilla, sed in C. Manlij domo duces quæsitū. Inde ad quartum lapidem profectos confedisse, nec a ducibus cō cordie mentionem motam, sed ipsos exercitus, ubi ex aduerso sterere, subita sceleris pœnitentia adactos, cum lacrymis sese inuicē complexos. Atq; ita auertis a pugna animis de cōcordia agi ceptum. Adeo parum fides constitit ijs, qui eam rem memorie prodiderunt. Latini & Priuernates ciuili discordia freti Norbam & Seriam, Romanas colonias, subita incursionē populati sunt. Isq; tunc erat rerū Romanarū status, quū Philippus Amyntæ filius, qui Alexandro fratre sublato, matris Euridices fraude tutorē regni aliquandiu p rege egit. Supererat enim ex Perdica fratre, qui pari fraude perierat, adhuc uiriliter stirpis soboles. Cæterū bellis undiq; imminētibus, quū serū uidere maturā pueri etate expectare, com pulsus a populo Philippus, regū nomē suscepit. Cō citauit ille ab initio haud parua de se expectationē, quū ipsa ingenij alacritate, & ad res gerendas promptitudine, tū quia uates iā antea prædixerant, ut uno ex Amynthē filijs regnante, florentissimus Macedonū futurus esset stat⁹. Principio igit regni, quū hinc cædes fratru, inde hostiū Macedoniæ rebus imminentiū multitudo, iuuenilē animū uhemētē sollicitū haberēt, accedebat his inopia rerū omniū, ob regnū alsiduis exhaustū bellis, quū tot curis bellicis, quæ undiq; impendebāt, impar futurus esset, alias interposita pacatione exoluit, alias redemit pretio, omnia aggressus, quib⁹ trepidos militū animos confirmaret, sui cōtemptū hostibus demeret. Fuit itaq; primū illi certamē cum Atheniensib. quibus per in dias uictis, grauioris belli metu, sine pretio captiuos reddidit. Bellū inde in Illyrios transtulit, multasq; hostiū milibus in acie cæcis, Larissam urbē nobilissimā cepit, mox Thessaliā, ut meliore equitatu exercitū instrueret, nihil minus q̄ bellū metuentē in uasit, qua sine maiore certamine in potestate redacta, unū corpus equitū pedestriumq; copiarū inuictū cōstituit exercitus. Duxitq; sub id tēpus, quo hæc illi p ipere euenere, Olympiadē Neoptolemi regis Macedoniarū filii in uxore, Arisba altore uirginis ac patru ele, nuptias cōciliantē. Cæterū quū maiores ob hæc ille in horas aleret sp̄iritus, nō cōtentus bellū ppul sare posse a suis finib⁹, quietos ultro lacestebat. Methonā itaq; urbē oppugnare adortus, sagitta in pretereunte ex oppido cōiecta, dextrū illi oculū excussit. Qua clade neq; segnior est ad bellum factus, nec aduersus hostes iracundior, ut paucis inde diebus ueniā precantibus dederit, in quos deditos nō moderatū solū, sed mitē etiā se præbuit. Critobolus medicus eius uulneris curatiōe magnā est famā adeptus, q̄ extracta ex regis oculo sagitta, citra oris deformitātē, curasset luminis orbitatē. Græciæ deinceps ciuitates uberē bellicoso regi gerendarū rerū materiā præbuere, quæ dū singulē alijs cupiunt imperare, omnes imperiū amiserunt. Mutuis enim inter se bellis exhaustæ dum adhuc in suum exiriū ruunt, Macædonica arma in sua uiscera adegerūt, quibus oppressæ fœdum seruitiū feruere coactę sunt. Philippus harum libertati uelut ex proxima insidiatus specula, mutua populorum certamina ab initio aluit, minus poteribus auxiliādo, mox uictos uictoresq; unā ad ortus facillē subegit. Fuerūtq; Thebani malorū omniū causa, qui rerū nouissimē in terra Græcia potiti, uictos armis Lacedæmonios & Phocæses, uelut patua supplicia cædib. & rapinis luisēt, in cōmuni Græcorum

Variatio historiarum.

Philippi regis gesta.

Atheniensis uincuntur.

Olympiade.

Philippus rex altero oculo priuatur. Philippi temerantia.

Græcorum urbium discordia.

corū cōcilio superbè accusarūt. Lacedaemonijs crimi-
mini datū q̄, Thebanā arcē induciarū rēpore occu-
passent. Phocensibus quōd essent Bœotiam depu-
lata, & Thebani hęc illis crimina intendere, uelut
post arma, & uarias cędes utrūq; illas & acceptas
locus esset legibus in medio relictus. Vtriq; uictō-
rum arbitrio tanta sunt pecunia damnati, ut quum
Phocenses agris, liberis, & coniugibus priuarentur,
desperatione adaçti: Philomene quodam duce, Del-
phici Apollinis templum, tāquam deo irati, auro &
pecunia spoliarent, mercenario deinceps milite con-
ducto, bellum Thebanis intulerint. Peperit id sce-
lus maiorem Thebanis inuidiam, qui Phocenses sua
iniuria ad id sacrilegium cōgissent, quā ipsi sce-
leris autoribus. Primo igitur cōgressū Philomenes
Phocensium dux Thebanos prælio uictos castris e-
xuit. Idem altero certamine ictus concidit. In huius
locum Phocenses Oenomaum ducē creauerē. The-
bani de euentu belli solliciti, Philippum ex Macedo-
nia cum exercitu accersunt, atq; ita se externo impe-
rio subiecere, qui id in Græcis tantopere auerfaban-
tur, Philippus uelut sacrilegij non Thebanorum ul-
torum militum lauro coronatum in aciē producit. Pho-
censes Apollinis fronde territi, tantquam manife-
stum numē exaduerso staret, abieçtis armis fugam
capessunt, pœnasq; uiolatae religionis sanguine &
multa strage uno tempore expendunt. Incredibile
est quantam ea uictoria Macedonibus apud exter-
nas etiam gentes, uirtutis famam conciliauerit. Illū
ut stulta erat hominum superstitio sacrilegij ultorē
prædicabant, unum eius scelere uindictem reperitū,
quod humanum genus expiare debuisset. Habetur
itaq; Deo proximus, per quē numinis maiestas uin-
dicata esset. Athenienses Barbarus, huc atque illic
transferendū, uexauerit. Nec interim cōploratio ul-
la exaudiri, nec pauidus discursus erat ullus, sed ta-
citus mœror hærebat animis, qui affectus cum ipsa
disimulatiōe creuit, eoq; ualidius urget, quo altius
deprimitur, nunc ueteres penates, nunc tecta, qui-
bus ipsi genitri erant, liberisq; genuerant desideran-
tes, nunc uicē suam dolentes, q; in eam diem uixit-
sent: nunc natorum fortes miserantes, q; seuo tem-
pore nati essent. Captiua gēs tota est Macedonia di-
tributa. Dardanos inde cæterosq; finitimos armis
domitos Macedo subegit. Postremo in suos cōuer-
sus Arisbā per quē Olympiadis nuptias fuerat adep-
tus, regno spoliare est adortus. Erat is Epirotarum
rex & patruelis frater Olympiadis, & Alexandri qui
in Italia bellum gessit. Alexandrum igitur Olympi-
adis nomine in Macedonia accersitum, ad stupri con-
suetudinē impulit, quē postea uiginti annos natum,
regno Arisbæ erepro, infanda stupri mercede dona-
uit, in utroq; turpis & iniurius, quippe qui nec in se-
ne cognationis iura seruauit, cui sine causa regnum
ademit, & eum cui dedit, prius impudicum fecit q̄
regē. Ex præda inde urbium à se direptarum confi-
derans q̄ opulenta res esset Græcia, quantum manu
harum ex ea armis uicta posset expectari, uniuersæ
genti bellum inferre statuit. Byzantium maritimā
urbē ostio Pontici maris, quē Bosphorum uocant,
quoniā sibi portas clausisset, subita obsidiōe cingit.
Trogius præter ea, quæ de ipsius urbis origine alio
sunt loco prodita, à Pausania Spartano conditā, ic-
premq; deinceps annos possessam autor est, proce-
dente deinde tēpore uariē nunc Lacedaemoniorū,
nunc Atheniensium armis defensam. Incertus rerū
status in causa fuit, ut neutri eam sibi ex toto uendi-
care sint ausi. Fueruntq; per hæc Byzantij ad id tem-
pus, uelut in medio politū, suam libertatem tutati.
Quum Byzantina obsidio in longum traheret, nec
Philippus haberet unde exercitum uni urbi asside-
rem alerem, maris latrocinio aliquandiu stipendij
inopiam leuauit, clxx. nauibus merce onustis, aut
hostiliter direptis, aut ne uexarentur, ad libitum
expi-

Phocensium sa-
crilegium.

Phocensium cae-
des.

Philippus Græ-
ciae urbes diri-
puit.

Olynthi exci-
dium.
Alexandri ori-
tus.
Philippi felici-
tatis.
Herosstratus in-
cendit Dianæ
templum.

latū hominib⁹ relinqueret, mare instructis ad id na-
uibus latrocinio infestare est adortus, sed foedius il-
lud, quod à duobus Thraciæ regulis de regno inter
se disceptantibus, arbiter accersitus, cum exercitu
ut ad hostes profectus, utrūq; regno spoliatur. Nec
ita multo post cum Atheniensib. latis æquis cōditi-
onibus pacē sanxit. Tum uero emulatione quadam
ex tota Græcia ad eum legationes cōfluere, & in his
Thessali & Bœotij precati, ut Phocenses aduersus
quos se ducē ab initio professus esset, recenti bello
persequeret. Tanto tum Phocensium odio Bœotio-
rum animi exarserant, ut suarū cladum obliti peri-
re mallent, q̄ eorū, quos in se inferre oderant, incolumi-
tate pati. Contra Phocensium legati adhibitis Lace-
daemonijs & Atheniensib. bellū deprecari sunt, cuius
dilationē tum tertio à Macedone redemerūt. Fœ-
dum & indignū spectaculum, totā Græciā uiribus
& dignitate omnium nuper terrarū principē, regūq;
& gentiū multarū uictricē, nonnullarum etiam urbium
dominā, alienis sedibus excubantem in alterius o-
pe omnē spem belli & quietis repositā habere. Nec
Philippus tantam potiundæ Græciæ occasione est
alpernatus, quin utriq; seorsum dat respōsum. Pho-
censibus & ijs qui pro ea gente precabantur, se in iu-
ria temperaturum pollicet, Bœotijs in ipsorum gra-
tiam arma receprurum, utroq; sacramento adegit,
ut quę secum responsa ferrent, in occulto haberent.
Mādat interea nihil parari, ut cōmodius bellū dissi-
mularet, ipse nō multo post Græciā incautā adortus,
Phocenses primo in deditiōnem receptos, adeo cru-
deliter affecit, ut nō liberi parentibus, nō uxores ui-
ris, nō coniuges maritis, non deorum simulacra tē-
plis relinquerent. Incredibile relatu est, qua sauitia
captiuos populos uictor Barbarus, huc atque illic
transferendū, uexauerit. Nec interim cōploratio ul-
la exaudiri, nec pauidus discursus erat ullus, sed ta-
citus mœror hærebat animis, qui affectus cum ipsa
disimulatiōe creuit, eoq; ualidius urget, quo altius
deprimitur, nunc ueteres penates, nunc tecta, qui-
bus ipsi genitri erant, liberisq; genuerant desideran-
tes, nunc uicē suam dolentes, q; in eam diem uixit-
sent: nunc natorum fortes miserantes, q; seuo tem-
pore nati essent. Captiua gēs tota est Macedonia di-
tributa. Dardanos inde cæterosq; finitimos armis
domitos Macedo subegit. Postremo in suos cōuer-
sus Arisbā per quē Olympiadis nuptias fuerat adep-
tus, regno spoliare est adortus. Erat is Epirotarum
rex & patruelis frater Olympiadis, & Alexandri qui
in Italia bellum gessit. Alexandrum igitur Olympi-
adis nomine in Macedonia accersitum, ad stupri con-
suetudinē impulit, quē postea uiginti annos natum,
regno Arisbæ erepro, infanda stupri mercede dona-
uit, in utroq; turpis & iniurius, quippe qui nec in se-
ne cognationis iura seruauit, cui sine causa regnum
ademit, & eum cui dedit, prius impudicum fecit q̄
regē. Ex præda inde urbium à se direptarum confi-
derans q̄ opulenta res esset Græcia, quantum manu
harum ex ea armis uicta posset expectari, uniuersæ
genti bellum inferre statuit. Byzantium maritimā
urbē ostio Pontici maris, quē Bosphorum uocant,
quoniā sibi portas clausisset, subita obsidiōe cingit.
Trogius præter ea, quæ de ipsius urbis origine alio
sunt loco prodita, à Pausania Spartano conditā, ic-
premq; deinceps annos possessam autor est, proce-
dente deinde tēpore uariē nunc Lacedaemoniorū,
nunc Atheniensium armis defensam. Incertus rerū
status in causa fuit, ut neutri eam sibi ex toto uendi-
care sint ausi. Fueruntq; per hæc Byzantij ad id tem-
pus, uelut in medio politū, suam libertatem tutati.
Quum Byzantina obsidio in longum traheret, nec
Philippus haberet unde exercitum uni urbi asside-
rem alerem, maris latrocinio aliquandiu stipendij
inopiam leuauit, clxx. nauibus merce onustis, aut
hostiliter direptis, aut ne uexarentur, ad libitum
expi-

Græcorum
nota.

Philippus Græ-
cos circūuenit

Phocensium
cidium & ma-
ror.

Arisbā.

Philippi flagi-
tia in propin-
quos.

Philippus By-
zantium obsi-
dit.

Macheas Scy-
tharum rex.

Philippus Scy-
tharum rege.

Philippus Scy-
thas prælio su-
perat.

Philippus uul-
neratur.

Græcorum uir-
tus.

Philippus Græ-
cos subigit.

expilatis. Ceterum quum copijs abundaret, ne om-
nis uirium conatus longa obsidione torpesceret, ali-
quor Cheronnensi urbes cum parte copiarum in suā
potestatem redegit. Erat per id tempus rex Scytharum
Macheas, qui cum ab Istri accolis premeretur,
auxilium, à Philippo per Apollonienſes petijt, pro-
missa per legatos regni adoptione. Hostiū interim
decessu leuatus bello Macheas, Macedonas qui in
auxilium misi fuerat retro abire iussit, ac Philippo
nunciare, neque se eius auxilium petijſſe, neque ad-
optionem cuiquam mandasse, neque Scythas Mace-
donibus egere ultoribus, neque incolumi filio sibi
hæredem defuturum. Philippus ad Scytham misit,
qui eum rogaret, ut in stipendium tam longæ obsi-
dionis aliquid sibi pecuniarum mitteret, præsertim
quum eos quos in Scythiam misisset, ne uatico qui
dem, non modo stipendio esset profectus. Ille regi
omnis & cœli sterilitatē causatus, nullas ait sibi opes
esse, quibus regem expleat, turpiusque putare par-
uo defungi quā totum abnuere, Scythas uirtute
animi & diuitia corporis, non opibus censerit. Phi-
lippus perbellē se rideri ratus, soluta Byzantij obsi-
dione Scythicum aggreditur bellum, præmissis le-
gatis, qui Barbaro nunciarent, se ob Byzantinam ob-
sidionem statim uouisse Herculi, uenire se ut eā in
ostio Istri dedicaret, regi & Scythis omnibus ami-
cum. Macheas statim sibi mitti iubet, pollicitus fo-
re, ut non solum eam dedicandam curaret, sed daturum
etiam operam, ut in posterum illa incolumis
maneret. Exercitū in suos fines induci uetat, quod si
se inuito statuisset, fore, ut non multo post ipſius di-
gressum eandem euerteret. Animisq; per hæc utrin-
que irritatis, cōmittitur prælium, quo quum uirtute
& animo præstaret Scythæ, Macedonis tamen arte
uicti, ad xx. M. puerorum & foeminarum, & cum his
uim pecorum ingentem amiserunt, & in his. xx. equa-
rum milia quæ alebantur ad sobolem propagandā.
Triballi, qui ad Istrum habitant, Macedonibus præ-
da onustis ferociter occurrunt, negantq; Macedo-
nes per suos fines transuros, nisi tam opulente præ-
de fierent participes, hinc iurgium primo, mox præ-
lium ortum, in quo ita grauiter est Philippus uul-
neratus, ut per eius femur telum adactum, equum
in quo sedebat, uno uulnere confecerit. Macedones
regis casu consternati prædam amiserunt, ita Scythica
spolia uelut deuota Macedonibus peneluctuosa fu-
erunt. Philippus in regnum reuersus bellum diu diſ-
simulatum Atheniensibus intulit. Thebani rati id
incendium Atheniensibus uictis ad se breui peruen-
turum, socios se Atheniensibus iungunt. Hęc duę ci-
uitates uniuersam Græciam legationibus fatigant,
monent, hortantur, ut commune illud incendium
secum restinguerent. Valuit publica charitas apud
quosdam qui socios sibi partes susceperunt, sed mul-
to plures metus ad Philippum traxit. Postremo de
summa rei ad Cheroniam dimicantū, ubi Athenien-
ses & Thebani, pristinae uirtutis memores, fortiter
dimicando occubuerunt. Quippe qui aduersis uulne-
ribus loca, quæ à ducibus tuenda acceperant, cadē-
tes suis corporibus obtrexerunt. Illa demum pugna
uniuersæ Græciæ libertatem ademit. Mirum qua
arte Philippus præsentem lætitiā texerit, neq; so-
lita sacra eo die fecisse dicitur, neque de more conui-
uatus, non coronas, non uingenta sumpsisse, ne risiſ-
se quidem, & quantum alsimulare potuit, ita uicit,
ut uictorem sentiret nemo, nec se regem Græciæ ap-
pellari uoluit, sed ducem: demum ita inter suorum
lætitiā & hostium dolorem temperauit, ut neque
uictoribus assultare sit uisus, neque uictis insultare.
Atheniensibus quos infestissimos habuit captiuos

gratis restituit, & peremptorum corpora sepulturae
reddidit. Alexandrum filium, quem iam inde à By-
zantina obsidione duodeuiginti annos natum in ca-
stra acceſſuerat, ut prima militiæ rudimenta apud
se deponeret, & qui primus in sacra Thebanorum
cohortem irruperat, Athenas cum Antipatro misit,
qui cum ea ciuitate pacem iungeret. Contra Theba-
norum captiuos non solum non dimisit, sed inter-
fectorum etiam corpora uendidit, principes ciuita-
tis alios percussit, alios in exilium egit, bonaque om-
nium occupauit, exulibus ad tercentum numero
restituit, quibus ciuitatis administrationem permi-
sit, apud quos, quum quinque ciuitatis assertores
postularentur, quod per iniuriam se in exiliū egis-
sent, eius constantiæ fuerunt, ut omnes se autores
faterentur, contenderentq; melius cum republica
tunc actum, quum illi damnati essent, quā quum
in urbe restituti. Mira hominum constantia, de iudi-
cibus uitæ necisq; suæ, ingenū quod sentirent, in-
dicasse: & quod libertatem, quam uiribus uindica-
re non possent, lingua usurparent. Miror Philippum
ea in Thebanos læuitia usum, & quod non plus ue-
tus hospitium apud eum, quā præſens iniuria ua-
luerit. Triennio Philippus puer Thebis fuerat, atq;
ex Epaminondæ consuetudine ea consecutus cre-
ditur, per quæ postea tantus imperator extitit. Ipſe
Græciæ rebus compositis, uniuersæ gentis conci-
lium Corinthum aduocauit, ubi pacem legesq; sin-
gulis Græciæ ciuitatibus, pro cuiusque meritis sta-
tuit, conciliumque omnium ueluti senarum unum
delegit. Soli Lacedaemonij legem & legis autorem
contempserunt. Auxilia inde ex tota Græcia con-
scripsit, siue oppugnante aliquo manu illa iuuandus
esset, siue ipſo duce alicui bellum inferendum. Nec
dubium erat ferocissimum regem, rebus prosperè
fluentibus, maiora animo concipientem, tantas o-
pes in Perſas comparare. Ad ducenta milia pedi-
tum scribebantur, equitum quindecim milia, citra
Macedoniæ opes, ex ea auxiliorum formula. Et iam
Parmenionem, Amyntam, & Attalum in Asiam præ-
mittere parabat, cogebanturq; sub uernum tempus
ad Asiaticum bellum ex tota Græcia auxiliares co-
piæ, quum ipſe Olympiade, ob suspicionem stupri,
ut quidam tradiderunt, expulſa, Cleopatram Attali
filiam, ut Trogius scribit, ut Plutarchus Attali sorore
genitam, matrimonio sibi iunctam, medio nuptiarū
apparatu, à Pausania nobilissimo adoleſcente in inter-
ctus est, dies que lætitiæ destinatus, luctu est & mœ-
rore regij funeris fœdatus. Causam cædis inde or-
tam ferunt, quod ab Attalo Cleopatram auunculo
Pausanias constupratus, & ab eo per contemptum
plurium conuiuarum libidini, ut uile scortum sub-
iectus esset, quapropter pro ludibrio in ora omniū
abiuerat, sæpius apud regem tam insignem contu-
meliam frustra questus, quum cerneret etiam tantū
abesse, ut ob eam rem Attalus quicquam esset incō-
modi aditurus, ut ducatum etiam nuperrimè à re-
ge accepisset, omnem iram in Philippum uertit, at-
que ultionem quam ab aduersario non potuit, ab
eo ut ab iniquo iudice andax adoleſcēs exegit. Mul-
ti perſuaſum habuere Pausaniā ab Olympiade miſ-
sum, nec Alexandro ignaro. Satis constat Olympiade
percussori fugienti equos præparatos habuisse,
& mox Pausania in crucem sublato (nam ad sup-
plicium est post cędem retractus) auream coronam
noctu impositam, quod facere Alexandro fi-
lio superſtite, præter ipsum, qui ultor
timebatur, alius quidem
nemo fuisset au-
sus.

Prima in A,
lexandro mili-
tiæ rudimēta.

Thebanorum
constantia.

Philippi regis
interitus.
Pausania igno-
minia.

ENNEADIS IIII. LIBER IIII.



Consules.

Hilippus Amynthæ filius qui Macedonum opes in tantum auxit, ut iam merito Persis formidolosæ esset, in hunc modum perijt. Romani autè per id tempus aut certe non multo prius posterius ne C. Plautio iterum & L. Æmylio Mamerco consulibus, Priernatibus bellum indixere: quia Norbam & Setiam colonias essent, ut diximus, populati. Volsci quoque ad Satricum castra communiuerant, Plautius cui ea provincia forte euenerat, Priernatibus prælio uictis eorum urbem uic cepit, captæ præsidium imposuit, in Antiatres deinde mouit, qui ad Satricum castra fecerant, dubio hic Marte dimicatum, præliumque priusquam fortuna alterutro inclinasset, subita tempesta dirimit. Terra cædes utrinque fuit. Parabant se Romani nihilo secius ad pugnam in sequentem diem. Contra Antiatres præsentia clade terri, nocte, quæ est die illam secuta, relictis castris in pacatum noctis silentio abierunt, magna uis armorum, quum inter cada uera caesorum, tum in castris quæstia, consul duplici prælio uictor omnem hostium regionem ad mare usque populatus est. Æmylius Sabellum agrum ingressus, quum nusquam hostis occurreret, late omnia prædatus, cum multa populatione circumagebat exercitum, Samnites qui Sabelli à Græcis dicuntur, agresti illa clade percussis, pacem per legatos orant, Consul eos ad senatum reiecit. Samnitium postulata fuerunt, ut pax sibi redderetur, si ita patribus placeret, & ut Sidicini belli exequendi ius sibi remitteretur, quando illi perpetui sibi hostes essent, nec Romanorum amici eorum uel ditionis facti adhuc essent. Consul de his senatus censuit reddendum Samnitibus fœdus secundum eorum postulata. Responsumque legatis est per populum Rom. non stitisse, quin pristinum inter se fœdus perpetuum esset & inuolabile. Nec quum belli sua culpa contra Samnitem pœniteret, obstarique minus amicitia reconciliet, quod ad Sidicinos artineret, nihil intercedi quo minus Samnitibus pacis & belli liberum esset arbitrium. Fœdere iterum isto, postquam Romanus exercitus inde abductus est annuo stipendio frumentoque in trium mensium alimoniam accepto, Ita enim fuerat consul pactus, ob id inducias hostibus datas, quoad per legatos de pace ageretur. Samnites Romano bello soluti, confestim Sidicinos non ua obfisione repetunt, qui quum suis uiribus stare non possent, essetque haud procul ut iam hostis eorum urbe potiretur, tum demum dedentes sese à Romanis auxilium implorant, ea deditio ut fera ultimaque, necessitate expressa, à Romanis non est recepta. Sidicini spe Romani præsidij abiecta, ad Latinos qui iam dudum in armis erant, confugiunt. Latini Sidicinos complexi, confestim legiones transmittunt in Samnium, iungunt se ijs Campani suæ in Samnites iræ magis quam Romani beneficij memores. Fœdatus est Samnitibus ager populationibus, ac sapius etiam certatum, quibus prælijs & si superiores fere Latini fuerant, ne sapius dimicandum esset haud inuiti ex hostico excessere. Legati ab Sanitibus Romanam misi, qui quererentur ea se Romanorum fœderatos pati, quæ ne hostes quidem antea passi essent. Satis Romanos habere, quod de Sidicinis & Campanis uictoria sibi eripuisent, abstinerent saltem ea iniuria, Samniticum nomen ne ignauissimis populis laceffendum dederent. Arcerent Latinos et Campanos, qui Romanæ ditionis essent Samnitium finibus, uel coërerent potius armis, si minus imperio parerent. Respondit Campanos uellent nolent quieturos, in Latino fœdere nihil positum esse,

Sabelli.

Fœdus Samnitibus redditur.

Latini Latini sunt.

Samnitium que rele.

ut cum quibus uelint bellare non possint. Id responsum Campani à Romanis metu alienauit, & Latinos ad apertam defectionem ferocios reddidit. Principes ipsius gentis per speciem belli in Samnites comparandi consilia inter se conferentes Romanum bellum agitare, accedereque his consultationibus Campani recentissimi beneficij immemores. Cæterum ut res Romana commodius oppugnaretur, placebat Samnites prius debellare. Huiusmodi consilia indicio Romam delata, haud legitimo comitiorum tempore expectato, confestim noui creatur consules, T. Manlius Torquatus & Pub. Decius Mus. Hoc anno Alexander Epiri rex magni Alexandri auunculus in Italiam classe appulit. Causa accessus & eius belli euentus, loco haud multum diuerso explicabitur. Romani etsi defectio Latinorum nulli erat dubia: Decem tamè eius gentis principes Romanam accesserunt, uelut de Samnitico bello cum his acturi, sed ut coram potius cognoscerent, quæ illi animo consilia agerent. Fuere in his L. Annius Setinus, & L. Numitius Circensis Latinorum prætores, ambo ex Romanis colonijs, qui præter Velitras ipsam Romanam coloniam, Volcos etiam ad bellum concuerant. Horum Annius priusquam Romam uentum sit, multa in Latinorum concilio ferociter locutus, autor fuit suis, ut à Romanis peteretur, si in fœdere uellent Latinos permanere, ut alter consul iam inde Latini nominis crearetur, & par fœderum numerus ex eadem gente, ut ex æquo Latini cum Romanis uiuerent. Monstrare interea nullum unquam fuisse tempus, quod Latini uerus seruitutis iugum facilius excutere potuissent, quam tunc, quum Campanos, Sidicinos, & Volcos secum haberent, floretque Latium quum opibus, tum militari iuuentute. Stulte quidem & legniter nimis facturos Latinos, si non sibi libertatem uindicarent, quam illi taciti concederent. Negata iam antea ex fœdere auxilia, tacitum tulisse Romanos, intulisse arma suis auspicijs Latinos finitimos, nec ab illis bello interdictum. Receptos in fidem Sidicinos, Campanos alienatos, Samnites multis cladibus affectos, nec ab Roma motum esse quicquam, unde putarent esse eam Romanorum modestiam, nisi ex conscientia suarum uirium? Satis compertum se habere, Samnitibus eorum fidem implorantibus, haud fateri ausos, Latium sub Romano esse imperio. Iturum se, si ita omnibus uideretur, atque communi Latinorum nomine ea se à senatu & pop. Rom. non minori animo postulatum, quam ibi in suorum conspectu postulanda censuisset. Magno quidem assensu & fauore Annius auditus est, iustusque ea Romæ agere ac dicere, quæ ex Latini nominis dignitate fideque ipsius essent. Vbi igitur in Capitolio stetit, ibi enim datus est Latinis Senatus, ac T. Manlius consul ab his peteret, ne Latini bello Samnites incesseret. Tempus erat, inquit, Annius T. Manli & patres conscripti, iam nihil uos pro imperio nobiscum agere, cum Latium armis & uiris potens uideretis, Samnites à nobis uictos, Sidicinos nostræ ditionis factos, quum Campani & Volsci nobiscum sint, quum uestræ etiam colonie Latinorum imperium uestro præulerint. Nunc quoniam uos regno finem non imponitis, poterat Latium se ipsum armis in libertate asserere, sed ne non aliquid consanguinitati à nobis datum putetis, uisum est quando uires ipsæ æquatae sunt, æquas uobis conditiones pacis asserere, ut consul alter ex Latio creetur, alter etiam senatus ex æquo utrinque constituat, fiatque ex duobus populis unus, una respu. & quod utrinque bene ueruat, sit sane hæc patria, omnes Romani uocemur. Tanta animorum indignatione, imprudentissima est Annijs uox audita, ut Manlius consul iureiurando affirmauerit, si tanta patres dementia caperet, ut à Setino homine senatus leges acciperet, cum ferro se in curiam uenturum, atque ibi quemcumque

Consules.

Annijs oratio.

Latinorum per stulata.

Annijs Setini ca lus.

Bellum Latini indicitur.

Oraculum.

Malijs filius contra imperium pugnat.

Malijs uictor in castra reuertitur.

quemcumque Latinum offendisset hostiliter interfectorum. Exprobrata igitur Latinis perfidia, acceptorumque beneficiorum obliuione, confestim iussi sunt curia excedere. Annius quum & ipse concitato animo tumultuose se è vestibulo templi proriperet, lubricitate scalarum lapsus, ita grauiter laxum ceruice offendit, ut sopitus sit. Alij exanimatè dixere, quod omen ad eius belli euentum pertinere est uisum. Nec id reticuit consul egregius, prædicans se Latinorum legiones ita prostraturum, ut iacentem legatum uideret, quæ uox à populo excepta, tantum ardoris animis iniiecit, ut contra ius gentium legati uiolandi fuerint, nisi à consule miseri essent, qui illos extra fines prosequeretur. Bellum magno ordinum consensu in Latinos decretum. Consules duobus exercitibus conscriptis, per Marfos & Pelignos in Samnium profecti, adiuncto Samnitium exercitu, ad Capuam, quod iam Latini & socij conuenerant, castra locant. Ibi utriusque consuli eadem per quietem obuersata species, uiri statura angustiore humana habitusque maiore dicentis, ex una acie imperatorem dijs manibus, ex altera exercitum deberi, utrius exercitus imperator se super hostium cateras deuouisset, eius populis uictoriam fore. Conferunt inter se consules nocturnum illud oraculum, uictimasque uterque cædit ad iram Deum auerruncandam. Hic quum aruspicum responsa conceptæ animo religioni responderent, inter se comparant, ut utrius cornu prius inclinasset, sese pro patria deuoueret. Cæterum ne uoluntariæ mortis causa ignoraretur, essetque proinde ducis interitus militibus terrori, Legatos & Centuriones occultè consilij huius faciunt participes, & quia cum Latinis res futura esset, gente, lingua, moribus, armorum genere, Romanæ perquam simili, edictum est, ne quis extra ordinem in hostem dimicaret. Fortè accidit ut inter cæteros turmarum præfectos, qui omnia circa explorare iussi erant, T. Manlius consulis filius cum suis turmalibus ad tumulum castris hostium imminetrem processerit. Is ubi ad iactum teli in hostium conspectu stetit, estque ab hominibus diuersæ stationis agnitus (uulgo enim uiri illustres inter se noti erant) Genutius Merius Turculanus uir inter suos genere & militia clarus, paululum à statione progressus, equid cauillabundus ait, eo ne consilio huc Manli uenisti, ut una Romana turma aduersus Latinos et socios confingeres? Quid consules interea? Quid consularis exercitus agent? Aderunt, inquit, Manlius consules non multo post, aderitque cum his Iupiter ipse, ultor fœderis à uobis uiolati, & si ad Regillum lacum ad fatietatem uestram maiores nostri pugnauerunt, hic quoque, efficiamus ne ades uobis & collata nobiscum signa, multo plus sint cordi futura quam tum fuerint. Ad ea Genutijs, uis, quando dies ista expectanda est, qua tanto conatus exercitus moueat, ut mecum interim congressus experiamur quantum Latinus Romano, Romanusue Latino uirtute præstet: ut ex unius breuis pugnae euentu decernatur, quale sit copiarum omnium futurum certamen? Ibi Malius seu ira impulsus, seu quia pudebat certamen detestare, consularis imperij oblitus, præceps in certamen ruit, equitibus cæteris uelut ad spectaculum sub motis, aduersi ambo in se concitant equos, & cum infestis cuspidibus concurrissent, Manlij culpis super galeam hostis elapsa est, Metij trans ceruicem equi, inde subito equorum circumactu infestius congressi, Manlius inter aures Metiani equi spiculù defixit, ibi saucius equus, cum anterioribus pedibus arrectis, iactatione capitis fauuiet, Metium ad terram excussit, quem parma cuspe innixum, dum in pedes à graui casu conatur assurgere, Manlius à iugulo percussum, ut per costas ferrum emineret, terræ arxit. Legit inde iacentis spolia, multa que suorum læticia in castra est ad patrem reuersus, ignarus interim imminetis fati, parumque

neglecti imperij memor. Postquam igitur est ad prætorium uentum, ut omnes, inquit, iuuenes sciret Manli pater, me uerè tuam esse progeniem, equestris hæc ad te spolia retuli, ex cælo hoste capta. Consul filium auerfatus, confestim cõcionem aduocari iubet, quæ ubi frequens ante prætorium stetit, Tum ille, quando, inquit, T. Manli neque consulare imperium, neque patriam maiestatem reueritus, aduersus nostrum edictum extra ordinem pugnasti, quantum in te fuit, soluisi disciplinam militarem, qua Romana res ad hunc diem stetit: ad duxisti me certè in eam necessitatem, ut aut Reip. me obliuisci oporteat, aut (quod fatius erit) ingenitæ charitatis in filium, triste exemplum, sed nostræ ciuitati in posterum salubre, erimus. Ego morte tua faciendum consulare imperium censeo, nec si quid in te nostri sanguinis est, reculabis, quin militaris disciplina, quæ per te soluta est, tua in integrum pœna restituatur. Tantum ille effatus, licet, inquit, deliga ad palum. Defixit omnium animos pauore læuum imperium, non aliter quam si in se uirgæ & secures expedirentur. Metu proinde magis quam modestia tota concio quieuit, tenuitque mœstum illud silentium, quoad sanguis recisa ceruice fusus est. Tum libera comploratio coorta, lamentari uulgo in felicissimam iuuenis sortem, patremque autorem supplicij ut impium execrari. Corpus Manlij milites, rogo extra uallum instructo, quanta funeris celebritate fieri potuit, cremarunt. Manliana imperia, quia ille tam seuerè in filium animaduertisset, nõ tantum in præsens tempus, sed ad posteros horrenda, tristiorisque exempli extiteret. Fuit deinceps pugna, quæ cum hoste commissa est, ciuili bello similis, ad eam omnia præter animos Romanis Latinisque, in acie cõfortia fuere, in prima acie hastati erant, quindecim manipulis inter se parum distantibus, & in his leuis armaturæ milites, qui hastas tantum habebant & gæsa. Principes inde post hos locati robustioris ætatis. Hi scutati omnes, insignibusque armis instructi. Erat id triginta manipulorum agmen, Antepilanos appellabant. Postremo loco quindecim ordines locati erant. Habebat ordo sexcentos milites & duos centuriones. Vnusquisque ordo in treis diuisus erat partes, quarum unamquamque primum pilum uocabant. Hastati igitur omnium primi pugnam inibant, qui si hostem profligare nequissent, ut dijs ordinum interuallis retrò abeuntes inter principes se recipiebant. Erat tum principum certamen, quos hastati nuper pugna egressi sequebantur. Triarij sub uexillis confidentes sinistro crure porrecto stabant, scuta in nixa humeris, hastas surrecta cuspidè in terra fixas tenebant, uelut uallo quodam septa inhorreret acies, si apud principes parum prosperè dimicatum esset, à prima acie ad Triarios retrò abibant, inde prouerbum uulgo percerebuit, quum in reliqua laboraretur: Res ad Triarios redijt. Triarij confurgentes, hastatis & principibus inter ordinum interualla receptis, denso agmine hosti occurrebant, terrori erat noua repente acies oculis oblata, ac cæteris multo horridior. Habuit uexillum, quando eò uenimus, ut eius rei mentio nuper sit facta centum octoginta treis milites, ordo uero sexcentos, utpote, qui tria haberet uexilla. Legio ea tempestate qua hæc gesta sunt, quina hominum milia, quum à principio quaterna habuisset. Postremo ex tenis milibus & amplius facta est. Et Romana acies ita stetit aduersus hostem eo die instructa, neque à Latinis qui tum hostes erant quicquam uariatè, ut non uexilla cum uexillis solè, sed hastati cum hastatis cõcurrerent, principes cum principibus, centuriones cum centurionibus. Haud procul radicibus Vesuij prælium cõmissum. Est is mons in Campania, mari incubans, uitifer, memorabili incendio insignis. Manlius dexterum cornu, læuum Decius tenuit. Primo concursu pari est ardo re dimicatum, milites hostium impetu degrauati, se

Manlius in filium capitaliter animaduertit.

Imperia Manliana.

Ordines aciei.

Antepilani.

Principes, Triarij.

Adagium.

Vexillum.

Ordo, Legio.

Vesuius mons.

ad principes receperunt Decius consul ad Marcum Valerium conuersus, Deorum (inquit) Valeri auxilio res Romana indiget. Age nunc, Romano populo Pontifex præfere carmen, quo me pro legionibus deuoueam: pontifex illi prætextam togam primò induxit, inde uelato capite manu subter togam ad mentum exerta, super hastas pedibus subiectas stantem dicere iubet: Iane pater, Mars, Quirine, Belona, Lares, Diui Nouenfiles & Indigetes, Diui quorum est potestas nostrorum, hostiumque, Diu manes, uos precor, ueneror, ueniã peto, ut populi Romani Quiritium uim uictoriamque prospereris, hostesque populi Romani terrore, formidine ac morte afficiatis. Ego sicut uerbis nuncupauit, ita pro Republica Quiritium, legiones, auxiliaque, hostium mecum dijs manibus deuoueo. Hæc ita precatus, licet res ire ad collegam iubet, ac nuntiare se iam denotum esse, quod credo ideo factum, ne casu aliquo ille quoque se deuoueret, atque ita exercitus ducibus spoliatus, maius aliquod discrimen adiret, ipse Gabi non ritu cinctus, armatus in equum insiluit, seque in medios hostes immisit, & Latinis & Romanis longè augustior humano, & quasi cælo demissus repente apparuit, ita omnis terror pauorque cum illo in hostes delatus, Latinorum signa primò turbauit, mox tota acies percussa, quacunquẽ ille equi impetu ferebatur, haud secus quam pestifero aliquo sidereicti hostes pauitabant. Ad postremum eo cadente, consternatae Latinorum cohortes, fugam ea parte fecerunt. Non possum hoc loco, quod sæpe alias feci, non mirari illius seculi amentiam, quod in re tam seria non cernerent uiri illi digni alioqui, qui media ambulassent luce, hæc malorum dæmonum ludibria, ut de Decio nil dicam, qui charitate patriæ ad ductus, aut laudis cupiditate se hostibus perimendum obtulit, utrunque enim excusari potest. Quid alij? an tantum delirare oportuit, ut crederent eum, qui se dæmonibus soleni precatioe addixisset, eum dem potuisse alios secum deuouere, ut eo cadente, necesse fuerit & eos cadere, in quos nullum ius haberet? Quæ occasione recepta, ne legiones quidem armare opus fuerit, neque ferro decertare, si quantumuis magno prælio Romani, uel uno milite amisso, defungi potuissent. Sed hic aliquis. Satis constat Decij decursu turbatos esse hostium ordines. Turbati sunt fateor, sed non ita fugati, ut signa desererent, quod Lilius demonstrat. Nec in Decio præter ferum quicquam timere potuerunt, quippe quem deuorum nesciebant, quamquam si id quoque sciri potuisset, religionis opinio, non uis dæmonum aliqua obtuisset. Neque enim licet cuiquam deuouere, quod non proprij sit iuris, quando ista ratione facile ab uno quouis hominum potuerit humanum genus exterminari. Illud adhuc magis detestabile fuit, quod consuli ex diræ superstitionis instituto, ut Lilius scribit, liceret non se tantum, sed quemuis ex suo exercitu, cum legionibus hostium deuouere. Qui si casu aliquo seruatus esset, tum signum se prem pedes altum, aut maius in terrâ defodi oportuisse, piacularem que ibi hostiã mactari, ubi signum esset defossum, Romanum magistratum eò descendere nefas fuisse. Qui sese deuouisset ut Decius, ni mori contigisset, neque publicum sacrum purè faceret amplius. Cæterum terrorem & fugam illam Romana uirtus, ut sæpe alias fecit, quæ iam antea hostibus haud ignota, non potuit non esse formidolosa. Illud potius crediderim, malum aliquè genium, Consules nocturna specie deceptos, ad id facinus impulsisse, ut maior cædes ex ea deuotionis forma oriretur, & ut non solum Decius, sed Decij etiam filius sic periret, dignus utroque quorum famam omninis celebret posteritas, quod pro patria uitam abiecit. Manlius auditò collegæ interitu, lachrymis temperare non potuit. Verum quia diuersa par

Decius se deuouet.

Votiuua uerba.

Turbatur hostium acies.

Vane superstitionis exprobratio.

Quid si de uotus seruetur.

Mãlij pietas in collegam.

te pugna instaurata nunciabatur, paululum addubitat, an Triarijs ad confligendum signum daret, ratus tamen cõducibilis id subsidium ad extremum certamen seruare, accensos à nouissima acie ante signa procedere imperauit. Id Latini conspicati, Triarios nõ accensos eos esse rati, statim & ipsi Triarios in primã aciem producant, qui quã aliquandiu inani pugna seipsos fatigassent, perfregissentque, hastas, aut ferrum hebetassent, pulsus ad extremam aciem Romanis, quum se prælio defunctos Latini arbitrabantur, Romani exercitus Triarij, signo à consule accepto, recentes in fatigatum hostem impetum faciunt, armorum fulgor & acies ex improuiso contra hostem percellit, perturbantque hostium principia, ora hastis ferientes, cæsoque primo uirorum robore per alios manipulos uelut inermes uadunt intracti, tantaque strage disiecti sunt hostium cunei, ut uix quarta pars hostilis exercitus superferuit. Inuere non nihil Samnites Romanam aciem qui sub radicibus montis ad terrorem hostium steterant intructi, Latini ex fuga se Minurnas receperunt, prima uictoriæ laus penes ipsos duces fuit, quorũ Decius se deuouerat. Manlius ita strenuè fuerat in acie uersatus, ut Latini & Romani aperta prædicatione post pugnam restati sint, utrius partis Titus Manlius dux fuisset, eam haud dubiè uincere oportuisse. Decij corpus postridie coopertũ telis inter hostium cumulos repertum, collega, quam ornatisimo potuit apparatu, funerari. Exhibat Lauinio Milonius prætor cum magnis Latinorum copijs ut suis auxiliaret, quum nuntius acceptæ cladis est eò perlatus, tum ille dixisse fertur, pro parua uia magna est merces Romanis soluenda. Quidam autores fuisse, Samnites & ipsos post commissum prælium, Romanis affuisse. Paucis inde diebus, Numisij imperatoris sui ductu uno delectu habito, nihilo minore exercitu Latini ad Trifanum inter Sinuessam & Minturnas Romano consuli occurrunt, ibi prius quam locus castris caperetur, sarcinis in medium coniectis, recens prælium est commissum, quo ad eò res hostium sunt accisæ, ut Latini nominis ciuitates ultrò sese dediderint. Eam deditionem Campani secuti sunt. Vtrique agro multati, Latinus ager & Phaler nus, qui Campani populi fuerat, usque ad Vulturum flumen Romanæ est plebi diuisus. In Latio bina iugera, tria in Phalerno, quia longius distaret, singulis data. Latinorum Laurentes & equites Campani, quia à Romanis non desciuissent, extra noxam fuisse, renouatumque cum Laurentinis antiquum fœdus, atque ita institutum, ut quotannis renouaretur. Campanis equitibus ciuitas data. Manlio Roman uenienti seniores tantum obuiam processere: iuuentus ipsa, quia filium occidisset, & tunc quidem & in omni uita tatum uirũ est postea auersata. Cum Antiatis qui in Hostiensem agrum excursiones fecerant, bellatum est nõnihil post Torquati reditum, Lucij Papinij Crafsi dictatoris ductu, sed nihil interea gestum quod memoria fuerit dignum. Consules secuti Titus Æmylius Mamercus & Publius Philo. Hi Latinos dolore amissi agri ad rebellandũ impulsos, prius acie uictos castis exuerunt, sed dum Philo, cuius ductu & auspicijs fuerat pugnatum, cæteros Latinos recepit in fidem, Æmylius Pedum op pugnat. Tuebantur Pedanos Prænestini, Tyburtes, & Veliterni, aderant illis ex Lauinio quoque & Antio auxilia, his prælio uictis dum ad Pedum & alias focias hostium urbes circummagit exercitum, auditò collegæ triumpho, ipse quoque Romam cupiditate laudis, infecta prouincia, decessit. Negantibus triumphum patribus nisi Pedum uic captum, aut deditum esset, ad eò Æmylius est à patribus alienatus, ut in reliquum tempus anni, non minus fuerit nobilitati infestus quam Philo, qui plebeius erat. Nec contentus illa insectatione, quum ob Latij motum dictator

Capani et Lauini agrorum stantur.

Consules.

Leges populæ res.

Consules.

uno sospita.

Latij status cõstituitur.

Roftra.

Consules.

Aurunca Suefsa.

ator dicendus esset, Æmylius, cuius tũ fasces erant, Philonem collegam suum dictatorem dixit, pactus credo cum eo prius, ut populares leges, quæ postea latæ sunt, dictator ferret. Legum quæ latæ sunt uno capite sancitum, ut plebiscita omnes ciuitatis ordines tenerent. Altero ut legum quæ centuriatis comitijs ferrentur prius patres auctores fierent quam populus in suffragia mitteretur. Postremò ut censuram alter ex plebe crearetur. Persuasum fuit patribus maiorem domi cladem eo anno, ob inuicias leges, acceptam, quam foris bellica esset opera quaesitum. Erantque iam consules L. Furius Camillus & C. Næuius. Latini qui ita adempti sibi agri omnia prius ferre poterant, quàm ocium & quietem, in no uandarum rerum erant occasionem erecti. Oppugnabantque iam consules Pedum, quod in Æmylij contemptum patres, non solum captum, sed etiam euersum uolebant. Tyburtes & Prænestini supplicias Pedanis tulere, diuersa parte Aricini Lanuuii Veliterni & Antiates ad Asturam fluuium castra fecerant, quos Næuius ex improuiso adortus fudit. Camillus interea, facta ex Pado subita eruptione atque exercitus parte in fugam inclinata laboriosè ali quando hoste sustinuit, inde instaurato prælio non solum aduersam aciem percussit, sed oppidum etiam admotis scalis uic cepit. Nec secundũ eam uictoriam prius quieuerunt consules, quam uniuersum Latium partim uic, partim uoluntaria deditioe, sub egerint. Præsidijs inde oppidatim relictis ambo Romam reuersi, magno omnium consensu, de Latinis triumpharunt. Additus triumpho perrarus ea tempestate honos, ut statuae equestris sint illis in foro positæ. Inde Camillo de Latij statu referente, ne Latini nouis asiduè defectionibus popululum Romanum sollicitum haberent, aut penitus tollendos censere, aut quod satius uideretur, in ciuitatè asciscendos, quando id demum firmissimum esset imperium, quo subiecti gauderent populi. Decreuerunt patres, ut pro meritis cuiusque ciuitatis, illis suum beneficium impartiretur. Lanuuiinis itaque ciuitas data est, suaque illis sacra reddita, ut ædes lucusque Sospitè lunonis Lanuuii municipio & Romanis communis haberetur. Aricini, Nomentani, Pedani eodem iure quo Lanuuiini in ciuitatem asciti. Tusculanis seruata ciuitas, quam antea adepti fuerat. Veliterni, quoniam sæpius rebellassent, grauius multati, eorum muri disiecti. Senatus Romam adductus, iussusque trans Tyberim habitare. Quibus clarigatio esset ad mille passus cis Tyberim. Qui deprehensus fuisset, tandiu in uinculis haberetur, donec multatam persoluisset. In senatorum agrum noui sunt coloni ex urbe missi, Antiatis ciuitas data est, naues ademptæ, marique interdictum. Tyburibus & Prænestinis ager ex parte ademptus, nec tantum ob recens crimen, sed quia populi Romani odio cum Gallis gente effera tissima, socia iunxissent arma. Cæteris Latinis con nubia, cõmercia, & concilia inter se adempta. Campanis equitibus Fundanis & Formianis ciuitas sine suffragio data. Cumanis & Suesulanos eiusdem iuris cuius Capuam esse placuit. Antiatis naues que dam sunt in nauale subductæ, aliæ incensæ, quarum rostris suggestum est in foro excultum, id templum rostra ob eam rem, dixerunt. Latij rebus in hunc modum cõstitutis, iam pacatè Romani agebant, quum C. Sulpitio Longo & P. Elio consulibus bellum inter Sidicinos & Auruncos est ortum. Aurunci quia à T. Målio fuerunt in deditioem accepti, auxilium ab Roma petiuerunt. Iussit consules Auruncos opem ferre, qui prius quam eo uenissent cũ exercitu, nunciatum est Auruncos, relicta patria populariter profectos, Sueffam munuisse, quæ res fuit in causa, ut iam inde sit Sueffa Aurunca dicta. Veterem Auruncam quam illi reliquere, Sidicini funditer deleuerant, Senatus consulibus iratus, quod Auruncis serò

opem tulissent, Dictatorem dici iussit, Claudius Regiæ ab his dictus, religione ab auguribus iniecta, quod uitio creatus esset, se magistratu abdicauit. Eo anno Minutia uestalis uiua sub terrâ ad portam Collinam dextra uia est defossa. Scelerato campo nomen loco factum. Fuit idem annus apud Romanos insignis, quod P. Philonem primum è plebe prætorem habuit. Cõsulibus inde L. Papyrio Crafsio, & Cæfone Duellio cum Aufonum gente bellum fuit. Cales oppidum Aufones tenebant, iunxerantque cum Sidicinis arma, uterque populus uno leui prælio est à Romanis fufus. Cæterum, quando Sidicini ad eò infesto erant in Romanos animo, placuit id bellum non intermitteri. Interim M. Valerius Coruinus & M. Atilius Regulus consules fiunt, dataque Sidicinorum prouincia extra sortem Coruino, qui uictore exercitu à ueteribus consulibus accepto Cales duxit, ibi hostes prælio congregi ausos egregiè uicit, inde Cales oppugnat. Tantus erat militum ardor, ut scalis muro admotis per æqua & iniqua conarentur in arduum euadere, sed consuli res difficilior uisa, quàm ut temerè milites in apertum uitæ discri men adirent, tantisper abstinentium censuit, donec uinæ & turres muro admoueretur. Interea M. Fabius Romani sanguinis, qui ab Aufonibus captus in urbe custodiebatur, ruptis uinculis ex muro hostium se rekte dimisit. Is ad consulis presentiam constitutus, auro illi fuit, ut Calenos uino & epulis festo die sopitos, repente adoriretur, quo facto haud maiore est certamine oppidum captum quàm Caleni acie fuissent nuper uicti. Calibus captis ac direptis, consul Romam redijt, Calenumque triumphum egit. Inde ambo consules in Sidicinos duxere, qui priusquam Romam proficiscerentur, Dictatorem dixere ad comitia cõsularia habenda L. Æmilius Mamercum. Creati proximis comitijs consules T. Veturius & Sp. Posthumius. Gerebant interea bellum Coruinus & collega aduersus Sidicinos, sed dum ille foris agunt Romæ triumphuiri creati sunt ad Coloniã Cales deducendum, nec ita multo post noui consules Sidicino bello adhuc residuo à ueteribus exercitum acceperunt, qui Sidicinos fines ingressi, quum late omnia popularentur, rumor percurreuit Samnites à Sidicinis ad arma conciri, que res effecit, ut consules auctoritate patrum P. Cornelium Rufinum dictatorem dixerint. Qui uitio creatus se magistratu abdicauit. Creati sequenti anno consules L. Cornelius iterũ & Gn. Domitius. Hi Gallici belli fama ciuitate percussa, dictatorem dixere M. Papyrium Craffum. Et iam dictator cõperat summa cura delectum habere, quum exploratores ad id missi, omnia ex Gallia pacata retulerunt. Samnium interea suspectum Romanis erat, eaq; suspitio in causa fuit, ut Romanus exercitus non sit hoc anno ex Samnio abductus, Samnites Alexandri Epirensis bellum in Lucaniã traxit, ibi duo populi aduersus regem excursionem à Pesto facientem acie conflixerunt. Fuit que ea pugna Alexander superior, uictorque pacem cum Romanis fecit. Sic Lilius. Ego, quia nihil hostile in Romanos rex egerit, fœdus id fuisse potius crediderim. Tribus Metia & Scaptia hoc anno ueteribus additæ, & Acerranis ciuitas sine suffragio data. Infamis inde annus secutus M. Claudio Marcello & T. Valerio Flacco siue Potito, ut alij scripserunt, consulis, quum multi ex primoribus patrum simili morbo & enentu mortui essent, ancilla quædam ad Q. Fabium Maximum ædilem Curulem uenit, causamque eius cladis prodituram se professã est, si fides sibi daretur, id indicium apud dominos haud futurum sibi noxæ. Fabius re ad consules delata, à consulis ad senatum, fide, consensu ordinis, indici data, patefactum est muliebri fraude eam cladem accidere, multas esse quæ in uirorum perniciem coque rent uenena, ac si secum eant, fore, ut multæ nenefi-

Minutia uestalis uiua defodi tur. Prætor plebeius.

Fabius uinculis liberatur.

Cales captiuum tur.

Dictator.

Alexander Epirensis.

Tribus nouæ.

Romane uene cio occupatę deprehenderentur. Misi qui ancillam
fica. sequebantur. Hi quaedam medicamenta coquentes,
apud alias recondita inueniunt: Quibus in forum
delatis, uiginti que numero matronis, apud quas id
pharmaci genus fuerat deprehensum, publice accer
sitis, & in his Cornelia & Seruilia patriciæ gentis,
quæ quum salubria esse contenderent, ab confutan
te indice bibere iussæ, spatio ad colloquendum sum
pto, inter se locutæ, id haurire statuunt: medicamen
to in conspectu populi epoto, ad unam interiēre. In
Veneficæ pu de ad centū septuaginta eiuſdem sceleris conuictæ,
niuntur. capitali sunt supplicio affectæ. Atrocitas rei, quia ad
eam diem in nullam fuerat uenescij sanquisimam, pro
digij est loco habita, uelut alienatis furore mētib;
id flagitium perpetrari contigisset. Dictator creatus
Clauis fixio. est figendi clauis gratia, quod eo olim piaculo mens
plebis discordia alienata compos sui demum facta,
& ad concordiam reuocata esset. Clauum Gn. Quin
Consules. tilius Mineruæ postibus affixit. Consules postea fuē
re L. Papyrius Craſſus iterum et L. Plautius Venox.
Sub initium huius anni à Volſcis, Sidicinis & Luca
nis legati Romam uenerunt, Romani populi fidem
implorantes, dedentesque se & ſua, ut ab Samni
tium iniuria defenderēt. Secundum eam deditio
nem iuſi sunt Samnites per legatos ab deditorum
finibus abſtinere. Obtemperatum est à Samnitibus,
non quia pacem uellent, sed quod ad bellum res eo
rum nondum erant instructæ. Priuernates interea
Fundanis in socios aſcitis, Romana in se armauer
unt. Qui Vitruuij Fundani ductu Setinum agrum,
Norbanum, & Coranum effuſa populatione uasta
runt. Hos Papyrius conſul uix explicata acie ſuſos
caſtris exiit, exutos Priuernum compulſit. Plautius
alter conſul Priuernatem agrum late populatus, in
Fundanorū de Fundanū tranſiit. Fundani Romano ſines tranſcend
precatio. enti ſupplices occurrunt, orantque ne à ſua ciuitate
exigerent pœnas eorum, quæ Vitruuius homo fa
cinoroſus cum paucis ſuæ factionis, priuato, non pu
blico cōſilio, in locios populi Romani feciſſet. Eam
culpam procul à Fundana ciuitate abeſſe. Priuerni
eſſe populo Romano hoſtes, ibi inueſtigandos, ar
misque perſequendos, non Fundis, ibi Vitruuium
& alios Vitruuij ſimiles, belli ſedem habere. Scel
tiſſimos homines quoquo modo oppreſſos, ſuę de
mum perſidię pœnas expēdere oportere, ut ſibi non
patriæ deliquiſſe uiderentur. Fundanis pacem eſſe,
beneficiumque Romani populi quod ciuitate do
nati eſſent, grata memoria tenere, Romanorum eſſe
urbem, agrum, ipſorum corpora, coniugum, libero
rumque ſuorum, ipſi uiderent an inſonem ciuita
tem, paucorum ciuium ſcelere, maiore aliqua uelint
clade affectam, unum ſcire ſe, nullam ſibi iniuriam
tam acerbam inferri poſſe, quæ publicū ſit ſtudium
ciuitatis à Romanis alienatura. Laudati ſunt à con
ſule Fundani, iuſi que bene ſperare, ipſe Romam ſcri
pſit, Fundis omnia ſe pacata inueniſſe, Priuernum
inde belli impetum auertit. Quidam autores ſunt,
priuſquam conſul pacem Fundis reddidiſſet, in ca
pita conſpirationis eſſe animaduertum, trecentosque
& quin quaginta ex conſuratis Romam miſſos, eam
que deditioem patres non recepſiſſe, quia plebeio
ſanguine Fundanus populus præſenti uellet ſuppli
cio deſungi. Obſidebant Priuernum duo conſula
res exercitus, quum conſulum alter inde Romam
ad habēda comitia eſt uocatus: crebreſcebat in dies
Gallici belli fama, quo contigit, ut noui conſules L.
Consules. Amylius Mamercus & Gn. Plautius iuſi ſint con
feſtum inire magiſtratū, partiri que inter ſe provin
cias. Mamercus, cui Gallicum bellum forte obtigit,
decreto patrum nouum conſcripſit exercitum. Opi
fices & ſellularij, genus hominū parum alio qui mi
litariæ aſſuetum, inautorati, adeo non ſemper eius
gentis motus non Romanis formidoloſi fuēre. Pro
ceſſit conſul Veios uſque, inde intentius explorans

qua parte eſſet hoſti occuſurus. Cæterū quum quie
ta omnia ex Gallia nunciaretur, omnis uis belli Pri
uernum conuerſa eſt, oppidum paucis diebus ca
ptum, muris que nudatum. Vitruuius eſt caprus, Ro
mæ capitali eſt ſupplicio affectus. Eius ædes quæ in
Palatio fuēre, diuendas cenſuit ſenatus, bonaque
obſcuro genio cuidam qui Semoni Iani nomine ad
uerſus Quirini eodem colebatur, conſecrauit. Hoc an
no, ſiue, ut plures aiunt, eo qui proximè præceſſit,
equorum carceres in circo ſunt conſtituti. Plautius
de Priuernatibus triumphū egit. Mox uero quum
Priuernatium cauſa in curia cognoſceretur, legato
rum unus à quodam inſeſtiſſimo ſenatore rogatus,
ecquidnam Priuernates meriti eſſent? reſpondiſſe
fertur, quod & illi qui ſe dignos libertate cenſerent.
Tum à conſule rogatus, quid ſi uobis pœnam remit
timus, qualis à uobis pax expectanda eſt? Perpetua,
inquit, & fidelis, ſi bonam dederitis: ſi malam haud
diuturna. Apparuit ut liberè ita uerè id dictū, quan
do pax nuſquam fida, niſi ubi fuerit uoluntaria: ubi
ſit ſeruitus, fidem ſperari non oportere. Atque ita ex
autoritate conſulis, latum eſt ad populum, ut ciui
tas Priuernatibus daretur. P. deinde Plautio Procu
lo & P. Cornelio Scapula conſulibus, nihil memora
bile eſt domi forisue geſtū, niſi quod uiſceratio po
pulo data eſt à M. Flauio in funere matris. Sunt qui
conuiuium fuiſſe interpretentur. Ego ſcio hodie in
quibuſdam locis Romæ circunſectis, ueteri inſtitu
to corbes ſuillæ carnis aut bubulæ, in æquales par
tes concifæ, oſtiarum circunſerri, inibi que diſpen
ſatores ſingulis domibus fruſtum carnis unum, in de
functi alicuius memoriam inferre. Adijciunt inter
dum ſiliginem panem & uini ſextarium. Palæpoli
tani Samnitium ſocietate freti hoſtiliter interim Cam
panum Falernum que agrum inuaſere. Fuit Palæpo
lis haud procul Neapoli, eadem gens utramque ur
bem habebat Cumæis oriunda, Cumani ipſi à Chal
cidenſibus fuerunt & Cumæis ex Eubœa in ſula pro
fectis. Res patrio more à Palæpolitana repetitæ nō
modo non reddita ſunt, ſed legati etiam qui ad id
miſi fuerat, minaciſimū à Græcis tulere reſpoſum.
Erāt tum cōſules, L. Cornelius Lætulus & P. Philo
palæpolis prouincia Philoni euenit. Cornelius cum
cetero exercitu miſſus eſt, qui Samnites obſeruaret,
quorum ſocietas iam dudum parum fida haberi ce
perat, & iam rumor erat magiſtratuum iuſſu in Sa
mnio accuratiſſimum delectum haberi, Fundanos
que & Priuernates ad defectionem ſolicitari. Mit
tuntur proinde in Samnium, qui motus ipſius gen
tis ex proximo cognoſcerent, haud quidem Samni
tes latari uidebantur, quod Romani Fregellas oppi
dum Samnitici agri occupant, & quum Roma
nus legatus cognitionem de ea re nihil grauati po
pulum Romanum ad ſocios delaturum diceret, ad
ea Samnitium duces: quin, inquit, in Campano
agro potius armis non uerbis, rem ipſam decerna
mus. Proinde inter Capuam & Sueſſulam utrinque
uelut ex condiſto conferamus caſtra ferro decretu
ri, utrum Romani an Samnites Italiam imperio re
gant. Romani ad ea tantum reſponderunt, ituros ſe
quo ſui imperatores, non quo hoſtes ducerent, ac
cum his digreſſi apertum cum Samnitibus bellum
domum renunciant. Philo interea caſtris inter Nea
polim & Palæpolim locum ceperat, ademptoque
hoſtibus commercio, utramque urbem ancipiti bello
premebat: Cornelius in caſtris dictatorem dice
re iuſſus, M. Claudium Marcellum dixit, qui magi
ſtratū ſe abdicare eſt iuſſus, quia diceretur uitio crea
tus. Criminari rem Tribuni plebis, fraudē que eam
calumniam religionis iniectam à patribus crædica
re, quia Dictator plebeius eſſet. Haud quidem uide
re ſe, quid uitij in eſſe potuiſſet, quod cōſul noſtis ſi
lentio de more Dictatorē dixiſſet, nec extare q̄ eum
ſedentem uiderit, aut dicentem audire poterit, qui
auſpiciā

Priuernum ca
ptū muris nu
datum.

Reſpoſum Pri
uernatis.

Viſceratio
quid ſit.

Palæpolis.

Consules.

Samnitium n
ſponſum.

Dictator.

auspicia dirimeret, nec ſi quid uitij in caſtris conſuli
eueniret, augures id ſcire potuiſſe, quum ille nec pu
blice, nec priuatim ſcripſiſſet aliquid. Obtinuerunt
tamen patres, ut res ad interregnum rediret, ac tum
demum quarto decimo interregno creati ſunt con
ſules L. Aemilius & C. Petilius. Hoc anno Alexan
der Epiri rex eſt in Lucania interfectus. Accitus ille
in Italiam à Tarentinis Dodonei oraculi fortibus
iuſſus erat Acheruſiam cauere, Pandosiam que ur
bem. Ibi fatiſ eius terminū dari. Hæc illa cauſa fuit
in Italiam maturius tranſmittendi, ut procul eſſet à
Pandolia Epiri urbe, & Acheronte eiuſdem fluuii,
quem ex Mololſide fluentem in inferna ſtagna ac
cipit Theſprotius ſinus. Cæterum fatali neceſſitati
humana prouidentia non repugnat, ruitur que ſæ
pius fugiendo in ipſa fata. Vicerat ſæpe acie Alexan
der Brutios & Lucanos, ceperatque ui Heracleam
& Conſentiam ex Lucanis & Brutijs, Sipontum &
Erimiam, aliâs que Meſſapiorum & Lucanorum ur
bes. Trecētis interim illuſtribus familijs in Epirum
pro obſidibus miſiſis. In terea treis haud procul Pan
dolia urbe tumulos ad Lucanos & Brutios ſines in
feſtandos communiuerat, atque inde quaque uer
ſum hoſtes infeſtabat. Aſſidui etiam imbres adeo in
teriacentibus campis inundauerant, ut exercitu tri
fariam intercluſo, nulli alijs ferre auxilium poſſent.
Eam occaſione amplexi hoſtes, Alexandro opem
ſuis ferre nequeunte, duo præſidia expugnant, inde
ducem ipſum magna copiarum parte exutum obſi
dione cingunt. Erant ex Lucanis exulibus circa Ale
xandri circiter cc. hi pacto occultè cum ſuis reditu,
regem ſe aut uiuum aut mortuum, in eorum pote
ſtatem daturus pollicentur. Interim rex ipſe magnū
facinus auſus per medios hoſtes cum delecta manu
erumpit, ducemque Lucanorum cominus congreſ
ſum obruncat, contrahens que ſuos in unum, den
ſo globo ad amnem peruenit, cuius pontem uis a
quarum non multo antea diſcuſſerat. Hic quum in
certo uado tranſitum meditareretur, miles labore ſe
ſuſ nomen fluminis regi ab ominandum forte pro
tulit, iure in clamans Acheron nominaris, quæ uox
auribus excepta, ingentem regi dubitationem inie
cit, an fluuium tranſiret. Eum ita cunctantem Soci
nius miniſter admonet, Lucanos quaerere locum in
ſidijs, quos ubi ille reſpiciens in ſe ruere animaduert
tit, exerto gladio in fluuiū deſiluit, iam equus eum
in aduerſa ripa ſtatuera, quum Lucanorum unus
ueruto tranſiſſit. Eum labentem aquarum impetus
hærentè haſta in hoſtium præſidia exanimem tra
xit. Ibi ſeda corporis laceratio facta, medioque præ
ciſo partem Conſentiam miſere, alteram ad Iudi
brium ſeruata, quum faxis & iaculis diuicius in
ceſſiſſet, poſtremò mulierculæ condonarunt, quæ
ut uirum & liberos qui captiui apud hoſtes erant re
ciperet, cremati corporis oſſa Metapontium ad ho
ſtes tranſmiſit, unde ad uxorem Cleopatram ſunt
& Olympiadem ſororem miſſa. Erat hæc magni Ale
xandri mater, qui eodem anno, quo auuſculus in Ita
lia periit: ipſe, ut Lilius ſcribit, in Aegypto Alexan
driam condidit. Curtius poſt Dariū bis uictum id
accidiſſe ait. Eſt igitur proprius hic locus, ut quæ il
le magno in terra Græcia ſucceſſu, eſt illa ſunt prius
geſta, inde multo maiore in Aſia & toto oriēre ge
ſta, ordine referantur. Sed gerendarū rerum magni
tudo, quanta olim futura eſſet, in eo adhuc puero ar
gumenta extiterunt, quippe qui clariffimis Philip
pi patris rebus inter æquales haud obſcurè doleret,
faſtus nihil ſibi & illis gerendum quod ad laudem
pertineret à patre relictum iri, quum interim nul
lam uoluntatum illecebram, ſed tantum pugnas ar
deret, gloriā concupiſceret. Rogatus aliquando
ab equalium uno, an in Olympico agone libens de
certaret, libenter quidem reſpondit, ſi mecum ibi re

Consules.

Alexandri Epi
rote geſta.

Acheron in Ita
lia & Epiro.

Alexandri Epi
rote interitus.

Alexandri Ma
gno indoles.

ges certaturi eſſent. Quum forte Philippo abſente
Perſarum legati in Macedoniam ueniſſent, accepit
eos Alexander uiriliter hoſpitiū, nec alium interim
cum his ſermonem habuiſſe fertur, quàm de Perſici
regni ſtatu, de itinere longitudine, & ſitu locorum,
quæ res in cauſa fuit, ut quum neque humile quic
quam, neque puerile ſciſcitaretur, altiffimum inge
nium Perſæ in puero demirati, Philippi grauitatem
& prudentiam, priuſquam cum eo congreſſi eſſent,
ſint reuerſi. Emerat Philonicus Theſſalus equum
Philippo ferociſſimū tredecim talentis, quem ſua
ferocia intractabilem, primus omnium Alexander
aſcendit, ſponſione priuſ cum patre facta, fore, ut
quem alij tractare non auderent, ipſe breui manſue
torem redderet. Obſeruauerat equū ſua umbra ex
terreret. Statuit itaque adoleſcens eum ad ſolem con
uerſum inde iubam leniter demulcens quum qua
drupes proſtatu & capitis quaſſatione adhuc ſæui
ret, reiecta paulatim chlamyde, illum repente con
ſcendit. Sed quum multa periticia conſentium tra
ctari non poſſet, cuperet que præceps abire, eſſuſ in
collum habenis adaſtis que calcaribus, ingenti cla
more cōcitat in curſum. Ibi quàm longa planities ul
tro citro que ad ſatietatem exagitatam, Philippo &
alijs ſtupentibus, mitiorē reddidit. Tum pater eum
amplexus, I fili, inquit, & aliud tibi regnum quaeras,
nam te Macedonia non capit. Cæterum quum bel
licoſo eſſet ingenio, haud tamen ſcientiam & libe
rales artes eſt aſpernatus: nota eſt uox eius ad Ari
ſtotelem, cupere ſe magis ſingulari diſciplina quàm
potestate præſtare, quam in Ariſtotele quo uſus eſt
præceptore, adeo mirabatur, ut eum non minus ſe
amare quàm patrem ſæpius prædicaret. Homeri I
liadem rei militaris uaticinium uocabat. Per hæc &
alia ingenitæ uirtutis argumenta adultus, Philippo
eo modo quo diximus extinſto, uiginti iam annos
natus regnum adeptus, quia uarij animorum mo
tus ab initio regni extiterant, quibuſdam de recu
peranda libertate occultæ conſilia agitantiſibus, alijs
militariæ ſuſcipientibus, nonnulli etiam faciem re
galibus nuptijs accēſam, in regnum regis cōuerſam
ſerebant ægerimè, graui ad exercitum concione u
ſus, primum omnium militem in ſpem maximam
erexit, inde rerum omnium immunitate præterquam
militariæ Macedonibus data, prudentiæ ſibi opinio
nem & benignitatis ingentem conciliauit, ut uulgo
prædicarent corpus hominis in rege mutatum non
uirtutem. Inde paternam cædem ultus, incertum,
pietatem ſecutus, an ne parricidij, quod rumor erat,
uideretur conſcius, quicumque cædis illius fuerunt
participes uiſtimarum more ad eius ſepulcrum iu
gulari fecit. Lincitaſtarum fratri uni duntaxat peper
cit, ob adepti nuper regni auſpicium, ab eo enim pri
mò fuerat Rex ſalutaris. Ex Macedonia non multo
poſt in Peloponneſum profectus, Corinthi, exem
plo patris, Dux Græciæ declaratur, mox ut Aſiaticum
bellum à patre inchoatum facilius exequere
tur, in Triballos mouit, ne poſt ſe gentem ullam Ma
cedonum rebus infeſtam relinqueret. Sedes habuit
ea gens ad Iſtrum, cuius regem Syrmium, quum præ
lio uiciſſet, premeret que eam terram armis, repente
ex Græcia aſſertur Thebanos, Athenienſes & La
cedæmonios ad Perſas defeciſſe. Demotheſtem cla
rum Athenis oratorem, & qui Philippi patris rebus
ſemper fuerat infeſtus, auro à Perſis corruptum au
torem fuiſſe tam ſubite defectionis. Qui præter elo
quentiam qua plurimum polleret, mendacio uſus
diceretur, quod in concione quendam produxiſſet,
qui affirmaret interfuſſe ſe prælio quo Alexander
in Triballis periſſet, ſe quoque uulneratum diceret,
eſſe Macedonum copias ibi occidione occiſas. Plu
tarchus nunc puerum, nunc adoleſcentem, inter a
gendum à Demotheſte in contemptum appella
tum ſcri

Equus Alexā.

Philippi uer
ba de Alexan.

Ariſtoteles.

Alexand. rex.

Dux Græciæ
Alexander.
Triballi.

Demotheſtis
mendacium.

tum scribit. Alexander ad primum defectionis nunciu citato agmine in Graeciam contendit, medio transcurfu Theofilos hortatus, ut in fide permanerent, maternae necessitudinis cum ipsa gente ob Aecidarum genus admonitos. Athenienses audito regis accellu per legatos ueniam precatur, quibus grauius increpitis remisit bellum. Alexander inde Thebas adortus, uenia cum libertate propofita, Phoenicem & Prochitem iniquioris status autores sibi ad supplicium dari pofcebat. Thebani contra conditionem aspernati Philotam & Antipatrum Alexandro charifimos iuebant sibi ad supplicium dari, unaque Graeciae ciuitates ad libertatem hortabantur. Alexander ira accensus suos ad pugnam instruit, nec Thebani etsi numero pauciores congressu abstinerunt. Atrocius ab his quam pro numero dimicatum, magnumque hostibus negocium intecerant, sed a Lacedaemonijs, qui arcem praesidio adhuc tenebant, a tergo circunuenti, sunt in medio caesi, urbs inde capta est. Phocenses, Orchomenij, & Plateenses Alexandri partes secuti, Thebanoru superbiam, & uetera ciuitatis scelera in scaenis celebrata, in medium afferentes, facile consecuti sunt, ut Alexander de eius urbis excidio deliberans, militi diruendam dederit, praeter sacerdotes, & Pindari poetae stirpem, & paucos. Macedonum hospites, diuulsoresque defectionis, caeteram multitudinem sub corona uendidit. Ad triginta milia numero uenisse dicuntur. Diripuerunt Thraces Timocliae matronae clarissimae domum, ipsique per uim stuprum intulerant. Tum Thracum dux eam seorsum accersitam rogat, ubi domesticum aurum occultuisset, demonstraturam se locum illa, si secum erat in hortos, ubi multum auri deiectum esset, pollicetur. Barbarus auri cupidus eod se confestim duci imperat, quo ubi uentum est, illeque puteo incubans (is enim locus ab illa fuerat demonstratus) quum intentius imas partes oculorum acie scrutaretur, a tergo impulsus, in caput pestum corruit. Timoclia multis supernis lapidibus coniectis, priusquam subueniri potuisset, stupri iniuriam ulta est. Thraces, dolore amissi ducis, Timocliam atrociter uexata, uelut ad certum supplicium ad regis conspectum statuunt. Hic ille mulieris aspectu permotus, quaerit quanam sit foemina? Tum illa sororem se fuisse ait Theagenis, qui in Cheronia imperator, stricta aduersus Philippu acie pro Graeciae libertate occubisset, inuictu mulieris animum, clarumque facinus miratus Alexander, eam cum filijs in libertatem restituit. Athenienses etsi cum Alexandro nuper foedus sancierant, Thebanorum excidium adeo iniquo animo tulerunt, ut mysteria que ritum per eos dies erant celebranda, sint praetermissa, ac si qui Thebanorum confugerant, contra regis edictum, comiter & humane accepti sunt. Sed tantum abfuit ut eo nomine Alexandrum infestiores habuerint, ut eius permisso iam inde Athenienses res Graeciae publice curare coeperint, estque regiae huius clementiae Plutarchus autor. Trogus ita Alexandrum ea contumacia offensum scribit, ut Atheniensibus iterum bellum indixerit, quod illi suppliciter deprecari, ea conditione ueniam impetrauerint, ut defectionis duces & oratores dederentur, atque in eo a rege temperatu, ut Ducibus in exilium actis, oratores in ciuitate sint retenti. Exules ad Darium profecti, non paruum momentum rebus Persicis attulerunt. Graeciae rebus in hunc modum compositis Alexander solenni Graecorum conuentu aduersus Persas est Imperator declaratus. Hic miratus ille quod inter plurimos philosophos, qui officij causa sibi praesto affuissent, Sinopenfis Diogenes non adesset, pro magno habuit negotio eum conuenire. Diuersabat enim iam grandis natu in Cranio Corinthi, quo quom Alexander uenisset, eum inuenit ad so-

Thebae capium tur.

Diruuntur Thebae.

Timocliae facinus.

Alexand. clementia in Timocliam.

Alexand. clementia in Athen.

Diogenes & Alexander congressus.

lem apicantem. Diogenes tam celebrem comitatum ad se uenire intuius, paululum resedit, mox a rege familiariter salutato, quum ab eo rogaretur, an cuiquam esset res indignus, paululum, inquit, te uestigio facelle, ne solem mihi adimas, ridentibus, qui cum Alexandro erant, stultam Diogenis securitate, quod regiam maiestatem nihil uentus loco sibi cedere iussisset, conuersus ille ad suos, Ego profecto, inquit, nisi Alexander sim, libenter esse uellem Diogenes. Constitutus Delphicum oraculum, quum a Pythia sub primum accessum inuictus appellatus esset, eo fretus homine, nihil ulterius sciscitatus, ad exercitu rediit. Multa dicuntur illi in Persas proficiscenti prodigia oblata, in quibus illud maxime fuit memorabile, quod Orphei statua quae ex cupresso Liberthris fuit, sub ipsius accessum multo manauit sudore, quo prodigio caeteris exterritis, Alexander bene sibi sperandum dixit, fore interpretatus, ut ea expeditio multu laboris esset potius, & caeteris rerum scriptoribus allatur. Quantas ille secum copias ad id bellum traxerit, uarie, ut uideo, traditur: qui minimum dicunt triginta peditum milia & quinque equitum in Asiam traducta memorant, qui plurimu, quadringenta peditum milia, equitum quadraginta, caeterum quantumcumque, ille fuit armorum apparatus, nam ob tantam belli molem non potuit non mirificum esse, adeo certam spem uictoriae secum tulit, ut triginta dierum cibaria, uera Aristobolus tradidit, & septuaginta duntaxat in stipendium talenta Macedo habuerit, quum in Asiam transiisset. Nauim cōscensurum alijs amicorum alia tradidit, portoria, nullas, praedia, quibusdam etiam oppida distribuit. Perdicas ab eo sciscitatus, ecquid regi superesset? spes, inquit. Tum ille, haec & nobis comilitonibus communis est, atque cum his praediu sibi assignatum restituit. Hellepontico copijs traiecto. Ilium ascendit Mineruae sacrificaturus: ibi quum circa Achillis statuam uinguento delibutus de more cucurisset, felicillimum appellauit quod fidum in uita amictu, mortuus Homeru fortitus esset uarem suaru rerum praecone. Rogatus cum urbe circumiret, an Paridis cythara uellet uidere. Achilles, inquit, mallem, qua ille fortissimoru hominum cantra uir gesta. Ilio cum exercitu digressus, ad Granicum amnem habuit hostem obuium. Est Granicus Phrygiae fluius, qui magna ex parte per Adraestiae campos, in quibus est pugnatum, decurrens in ter Esapum & Priapum Helleponto funditur. Fuit Priapum oppidum ad mare & portus, Milesij qui Abydum & Proconesum tenuerunt, condidisse creduntur. Obfederant itaque Dariani praefecti aduersam fluminis ripam, cum maximo copiarum apparatu, quum profunditate fluminis, tum riparum asperitate freti. Alexander suos intuitus, periculo loci deterritus, cum septemdecim equitum ordinibus fluium ingressus, per sagittas & tela ex aduerso coniecta, aquarum impetu laboriose perdomito, in ulterio-rem ripam ad hostem euasit, ibi Persae, ne spatio quidem ad cogendos ordines Macedonibus dato, in egressos hostes supernè decurrunt. Erat Alexander quum pelta, tum galeae pulchritudine insignis, duabus candidissimis pennis utrinque assurgentibus. Spiritridates illum & Thrifaces Dariani duces, uno tempore inuadunt: Macedo eorum altero declinato, Thrifaces petit, qui thorace munitus, diffracta Alexandri hasta, uiolari non potuit. Spiritridates ex obliquo inuectus Alexandrum in aliud cerramen intentum, nam hasta diffracta, gladium continuo strinxerit, supra galeam percutit, tantaque est bipennis adacta, ut altera ala defracta, ipsa galea penè cesserit ictu, perstrictaque sit ferro caesaries, & iam in alterum uulnus Barbarus surrexerat, quum medius a Clyro transfigitur, Alexander & ipse nihilo segnius suo praelio defungit, Thrifaces letali uulnere ad terram

Achil. statua.

Alex. uerba.

Granicus.

Priapus.

Alex. uirtus.

Pugna ad Granicum flu.

Alexand. periculum.

Clytus.

terram deiecto. Eratque per haec iam equestre praetorium constitutum, quum Macedonum phalanx traiecto anne pugnam ingressa, confestim fugam fecit. Graeci qui regis stipendia faciebant, proximum tumulum occupant, unde Alexandri fide implorata se se tueri conati sunt. Eos rex non modo non recepit, sed omnium primus per aduersum tumulum furenti similis inuectus, in medium agmen irrupit, quo certamine Bucephalus, ut quidam scribunt, equus per ilia traiectus concidit, qui eo loco steterat ad unum occidione occisi sunt. Sexcenta milia Persarum eo praelio fugata scribit Trogus. Sed tot hominum milia Darium postea secuta, Plutarchus prodidit, uiginti peditum milia, quod satis constat, & duo equitum caesa dicuntur, quum ex Macedonibus quatuor duntaxat & triginta cecidissent, & in his nouem pedites, quibus totidem statuas Lysippi opus Alexander eo loco constituit, misitque quum alijs Graecorum hostium exuias, tum Atheniensibus clypeos trecentos, quibus dedicandis id carmine adhiberetur. Alexander Philippi & Graeci absque Lacedaemonijs haec ex incolis Asiae Barbaris. Pateras adhaec praeciosaque apparatus alia multa eo praelio quaesita, ad Olympiadem matrem transmisit habenda. Attulit ea uictoria magnu Alexandri rebus monumentum, post unam felicem pugnam Macedo Sardibus est positus. Erat is locus caput maritimi Barbarorum imperij. Miletum inde & Alicarnassum ui occupat, caetera uoluntaria est deditio adeptus. Fuit Lyco amni pons ad Xanthiorum oppidu impositus, in quo aeneae tabulae fuisse dicebantur, in quibus incisae erant literae, Persarum imperium a Graecis olim euersum iri. Tabellae cum ponte excussa aliquanto antea quam ad Granicum pugnatum sit, in amnis alueum conciderant. Interfuit Lycus Celenas proximo monte ortus, Marsias tam diu nuncupatus quoad ipsi urbi infusus, per eam euoluitur. Mox in egressus quum iam maioribus aquis auditus fluere incipit, Lycus nominatur: liquidus fuit, eiusque color placido mari similis. Strabo Cadmum ait montem appellari, unde Lycus labitur, & alterum Cadmum nomine in eodem monte ortu, plurimum sub terra fluere. Lycum ipsum & Caprum in Maendrum uno ferme loco cadere, non procul a Laodicea. Tabularum fama Alexander permotus, quum aliquam diu dubius stetit, in quam potissimum partem steteret uictoriae cursum, ad dexteram conuersus, omnem oram maritimam a Lydia usque in Phoeniciam, mira celeritate subegit: inde Phrygia ad leuam modico negotio recepta, sola Celenarum arx in mora fuit, in qua recipienda quum plures essent dies consumpti, in ea castra aertur, Alexandrum Lincistaram Antipatri quem Macedonie praefecerat, generum suo regno insidiari, quo nuncio commotus Alexander aliquam diu dubius fuit, an de eo supplicium fumeret: at ueritus ne quis in Macedonia motus sequeretur, in uinculis habere tutius uisum est. Celenis inde receptis Gordium urbem quem Sangarius amnis interfuit, non tam praedae spem ullam quam oraculum secutus inuasiit. Distat id oppidum paribus spatijs a Pontico & Cilicio mari, qua parte est angustissima Asiae inter duo maria intercapedo, & ueluti Isthmus quidam, in eo fuit Gordij Midae patris iugum cum fatali nodo. Vetus erat oraculum, fore, ut qui eum nodum soluisset, is Asiae imperio potiretur. Vrbe capta, Alexander templum Iouis ingressus, ubi loramenta illa cum iugulo afferuabantur, impatiens longioris morae uictoriferocissimus nodum gladio circuncidit, quoad occultiora capita intrinsecus solubilia sint facta, atque ita uel elatus oraculi sortem, uel impleuit. Erantque iam res Macedonum in aperto uictoriae cursu, quum Darius tam multis Alexandri successibus alijs super alios percussus, omni praefectorum administra-

Macedoni uictoria.

Spolia in Graeciam missa.

Tab. fatales.

Marsias.

Lycus & Caprus flu.

Gordium.

Vbi Asia angustissima.

Nodus Gordij.

tionem reiecta, quando eorum pluribus in bello cura, omnibus fortuna defuisset, suo ductu & auspicijs iam inde rem gerere constituit. Fuit is Darius haud ab eo oriundus qui post Cambyfis imperium sublati Magis Persarum est regno potitus. Artaxerxes enim qui fuit Darij illius nepos, qui que de regno cum Cyro fratre disceptauit, ex centum quindecim uxoribus & pellicibus plures habuit filios, quorum tres iusto erant matrimonio nati, Darius, Ariarates, & Ochus. Darius maximus natu praeter Persarum morem, ubi nisi cum morte regis imperium non mutatur, a patre adhuc uiuo regio est fastigio collocatus. Caeterum ille post insuetum paterna pietatis exemplum, cum quinquaginta fratribus, quos cogitati sceleris socios sibi ascuerat, capitales patri infidias instruit. Nec causa min⁹ scelestae, quam consilium quod Astalam paternarum pellicum unam insigni forma ab eo non impetrasset, interficendi patris consilium ceperat incestus filius. Caeterum sceleris conuictus, cum fratribus nefariae conuersionis conscijs, cognati paricidij poenas, dijs pater nae maiestatis ultoribus, dedit. Interfectae cum his uxores & liberi, ne uestigium tanti sceleris extaret ullum, Ochus igitur in regnum successit, qui domesticas infidias ueritus, cognatoru sanguine & strage regiam domu sedauit, atque per haec omni suspicione liberatus bellum Armenijs intulit. Erat in his castris Codomanus homo manu promptus. Is ex pro uocatione in pugnam magno cum fauore progressus, caeso hoste suis uictoria attulit, Persarumque laudem senescentem in pristinam gloriam restituit. Id praeclearum facinus Ocho materiam praebuit Codomani Armeniae praeficiendi, eo deinceps extinto magno omnium consensu ex praefecto Persarum est rex declaratus, Darijque nome, ne quid regiae maiestati deesset, est ei datum. Hic igitur Macedonum bello potitus, quum eorum uires indies magis auergerent, priusquam incendium in regni uiscera penetraret, hostium conatibus occurrendum ratus, accuratissimum ex toto regno habuit delectum. Sexcenta hominum milia sub eius signis fuisse Plutarchus scribit. Curtius totum ferè orientem ait ad arma conuictatum. Copias Xerxis exemplo x. milium hominu loco ad tepus parato in Mesopotamiae campis Darius est dimensus, qui cum iactabundus a Caudemo Atheniensi (erat is Alexandri iussu Athenis deiectus) quaesiuisset, an talis exercitus satis ei uideretur ad Macedonum opes perferendas, tum ille magis uere quam oportune docuit non in auro & in multitudine, sed in uirtute militum consistere uictoriam. Aperuit inde duram & seueram Macedonum militiam, periciamque & uirtutem in praelio. Hortari proinde ut id aurum ad fortiorem militem ex Graecia conducendum Darius conuerteret. Cuius uerba non aliter quom omen quoddam infaustum Barbarus auersatus, etsi miti alioqui tractabilique erat ingenio, iussit tamen hominem ad supplicium corripit. Rapior, inquit, ille ad mortem uilia suadens, sed uideo mortis meae ultorem paratum. Tu quidem licentia regni subito mutatus, documētum eris posteris, ut qui magnae se fortunae permiserint, naturam primo suam dediscant. Sera deinde poenitentia subijt regem, ueraque eum praedicasse cofessus, sepeliri iussit, Timoclemque Mentoris filium iuuenem impigru peregrinis militibus praefecit. Suis inde cum copijs profecto, ipsa imminetium maloru species duplici est illi in somnio representata. Macedonica phalanx primo illi igne depalci uisa est, ut Plutarchus memorat. Curtius castra ipsa magno fulgore collucere regem imaginatum prodidit, & mox paulo Alexander ad se adduci uisus est sibi ministrare, ea amictus stola qua ipse uti consueffer, quum regi seruiret. In eadem figura uariat itidem Curtius, qui Darij ait per quietem uidisse Alexandrum ad se adduci eo habitu

Darius.

Vnde Darius ortus.

Quinquaginta filij ab Artaxerxe intercepti.

Codomanus.

Darij copiis.

Caudemus ad supplicium rapitur.

Insonnia regis.

bitu quo ipse rex salutatus fuerat, equo deinde per Babylonem uectum, ac cum ipso equo repente ex oculis abductum. Fuit haud dubie diuinitas illa praefagientis animi. Ceterum pestis regum terribilissima aduulatio effecit, ut non solum, non incepto destiterit rex, sed maiore etiam fiducia in hostem ire sit ausus, cōiectoris totū schema alio, quam sentiebāt, deflecentibus. Adijciunt & aliud omen, Darium, quum primum regnare cepit, Persicā acinacis uaginam mutari iussit in eam formam, qua Græci tempestate illa urebantur, ac tum Chaldaeorū plures uaticinatos, futurum, ut Persarum imperiū ad eos trāsi-
Adulatio regū pestis.
 irēt, quorum rex esset uaginam imitatus. Ipse tamen uana spe plenus ad Euphratē castra mouit, eratq; regium agmen interca ita instructum, ut ignis quem Persae lacrum & æternum arbitrabantur, argenteis altari-
Regij comitatus forma.
 bus preferretur. Magi trecēti & sexaginta quinque puniceis amiculis uelati sequebantur, pari numero dierum, quos apud illos annus habuit. Iouis inde currū trahebant equi eximij candoris, his solis equi hærebant insigni magnitudine, auræ uestes erāt & uirgæ aureæ ijs, qui illorum sedebāt dorso, nec procul inde uehicula decem auro & argēto cælata, quibus duodecim gentium hæbebat equitatus medijs armis instructus, proximi ibant barbarico cultu longe conspicui decem milia numero, qui immortales sed aliter Persica lingua nuncupati, aurei torques manicateque uestes, quum auro, tum gemmis distinctæ, quindecim milia modico inde interuallo, muliebri magis cultu, quam armis conspicui, cognati regis appellati, mox Doriphori his hærebant regiam uestem induere asueti, hi regis currum præbāt, quem deorum ex auro ornabāt simulachra, aureum iugum intermitentibus gemmis, duo hinc aurei genij surgebant, aurea in medio Aquila alas pandenti similis. Purpureis Darius tunicis amiciebatur, albo distinctis, palla superiniecta cum accipitribus aureis, seini-
Regius amicitias.
 uicem rostro incessentibus, aurea zona cinctus, acinace inde suspenso, cui gemmea erat uagina. Caput cærulea fascia obtolutum, albo distincta. Post currum decem milia hastatorum, hastæq; argenteo exculptrae, & spicula auro præfixa. Ducenti ferme propinquorum dextera laqueaque regi adequitabāt, claudēbantque id agmen triginta milia peditum, ac secundum agmen trecēti regij equi. Inde stadij interuallo, Sisingambin Darij matrē uehebat currus eximie instructus, & alter mox proximus regiam coniugem. Cætera mulierum turba equis sedēbat. Darij liberi cum nutricibus, & spadonum multitudinem sequebantur, & cum his cæclx regie pellices, & ipsæ regali cultu amictæ. Post sexcēti muli, & camelī trecēti numero, cum regia pecunia, sagittariorum præsidio sequeunte, propinquorum amicorum que coniuges proxime ibāt, lixarum & calonum greges, leuisq; armaturæ extremum coge-
Pellicum numerus.
 bat agmen. Et Darius tali in Macedonem processit apparatu, quē aliquis Persicæ luxuriæ ignarus, non exercitum illum ad bellum exeuntem, sed amœnissimū aliquid fecerit sus comitatu credere potuerit. Omnia in Macedone diuersa, pro auro ferrū, pro cultu squallor, pro ocio solertia, & facere & pati magna tam rex quam milites parati. Sed dum Euphratem Darius copias trāsmittit, Alexander interea Paphlagonia & Cappadocia receptis, Ciliciam petit. Est Cilicia asperi & prærupti montis circuitu præterquā à mari inclusa, perpetuū iugorū ambitus in duo cornua reductus, theatri penē formam exprimit. Littus inter utrunq; extensum pro scena esset, nisi in uastum curuaretur sinu campestris regio, crebris amnibus planitiem distinctu-
Alex. exercitus.
 gūtib; & in his Pyrrhamus & Cydnus, Corycum hic nemus croceo fœtu olim memorabile, tres angustū ad eam aditus, quibus modico præsidio insensit tuta est regio ab omni hostili incurſu. Erat tum Ciliciæ præfectus Arſanes qui audito Alexandri accessu

omnia ferro & igni in agris absumpsit, ut in iastate regione hostem commeatus inopia fatigaret. Sed multo tutior futura erat prouincia, si angustias quibus Macedo intraturus erat, ualido præsidio infedisset, quod bellorum inscitia, aut certe nimio metu percussus, ac proinde consilij inops Barbarus non fecit. Arſanes paucis in motum angustijs, quas Pylas uocant, relicto, ipse ad populandam terram omnē suarum uirium conatum uertit, tanquā totius rei summa in ea sita esset, si nihil hosti ad prædam relinquere-
Pyle Cilicia.
 retur. Cæterum qui in præsidio erant se ad cædē destitutos rati, ne appropinquantem quidem hostem rulerunt, in nulla re magis Alexandrē suam miratus est felicitatem, postquam loci naturam inspexit, iter angustum uix quatuor armatorum capax, dorsum montis uia prærupte, & accliu multis intercurrentibus riuus inuinet, quo fit ut paucissimi multa hominum milia nō remorari solum, sed lapidibus etiā superne deuolutis obruere potuerint. Macedo angustijs potitus, copias Tarsum admouit. Et iam Persæ adorti urbem incendio absumere, sed Parmenionis interuentu ad hoc ipsum inhibendum cū expeditissima manu missi fugatis hostib; Tarſen, præfenti sunt clade seruati. Tarsum Cydnus uadiis interfuit, in Tauro monte haud procul ab ipsa urbe ortus, atq; in Cilicium mare apud Rhegma stagnū euoluitur. Cæpestri est loco Tarſus sita, Argiuorū opus, qui Io Inachi filiam querentes, cum Triptolemo his locis confedisse dicitur. Erat tum anni æstas, quum hostibus inde deiectis, Alexander sudore & æstu fessus, lucido aquarum nitore, placidoq; fluminis allapſu inuitatus, positus uestibus in conspectu agminis nudatum corpus gelidissimis merſit aquis, pulchrū in duce exemplū ratus leui & parabili cultu corporis esse cōtēntus. Mirum hic accidisse aiunt, subito horrore natantis mēbra diriguisse, pallorēq; secutum toto propemodū corpore uitali calore destituro, expiranti similē, ministri nec satis cōpotē mentis in tabernaculum deferunt, mœror & luctus ingens inuasit uniuersum exercitū, dolere simul ac miserari regem omni ætate & memoria clarissimum medio uictoriæ cursu non bellico casu, sed laucaro lucidari aquarum mollissimo extinctum iri, sed suū fortunā alumnum, quem ad immortalitatem nominis extulerat haud passa est diutius iacere. Vbi uis illa grassantis morbi paululum remisit, cepit ipse sibi constare, medicos ad subita curationē urgere. Enim uero Darius iam quinque dierum itinere aberat. Satiū igitur rus strenue mori q̄ tardius conualescere, necessitate medicis imposuit curationis præcipit adē. Id eo amici grauius ferebant, q̄ fama erat Dariū mille talenta interfectori popuuisse, neq; medicis præceptis quicq; placebat, ne si præter spē aliquid euenisset in crimen uerteret, in fontesq; pro fontib; ad suppliciu raperetur. Unus in his erat Philippus Acarnan, q̄ Alexandri adhuc pueri curā à patre creditā habuerat. Is pollicitus est se operā daturū, ut porione una continuo rex morbo leuaretur. Iubet eā Alex. subito parari, arma enim & acies penē in cōspectu esse, & aduētatis hostis fremitus aures circūsonare. Interea Alexandro libellus à Parmenione redditur, in eo erat scriptū, ut rex sibi à Philippo medico caueret, quem sciret à Dario mille auri talentis, sororisq; aut filiae cōnubio corruptum. Cōmotus Alexander aliquādiu secū anceps deliberauit, an Philippi curationē repudiaret, inde fatius ratus, alieno scelere quam suo metu, in lecto ab hoste opprimi, Parmenionis epistola puluino subdita medicū expectat, quo demū admissio, leuamānu libellum tenens, poculum intrepide hausit, inde ad Philippum respiciens dat illi epistolā cognoscendam, in quo cum magis signa exandescerent, quam exterriti extirissent, omni suspitione eiecta, lætus rex ac spei plenus dat medico dexteram: Si dij, inquit, Philippe pmisissent, quo meū in te animū expiri uel-
Tarſus urbs.
 les, hoc

les hoc certe nō alio modo expertum uoluisses. Nec dubium mihi fuit quin si prius hanc epistolam legisset, minime passus esses bibi à me ob iniectam suspitionem hoc quod dilueras. Nunc uideo te non minus de tua fide q̄ de mea salute esse sollicitū. Cæterū dum ille hæc loquitur uis medicaminis interius recepta, ita corpus affixit, ut pene facta sit fides Parmenionis indicio: nā intercepta uoce, animus unā deficere uisus est. Instare Philippus fomentis, ac nūc cibi, nunc uini odore, illum excitabat, medicamēto deinde in uenas diffuso, sensim toto corpore est salubritas recepta, ita ut triduo ille in suorū conspectū uenerit. Spectare Macedones non minus libenter Philippum, q̄ regem, illius dexterā osculari, gratulariq; simul omnes. Darius factus certior hostem grauisimo morbo decubuisse, & ut in gratiam augeri solēt, quæ grata regibus creduntur, quū modica spe uitam trahere diceretur, ut Macedones intra Ciliciæ angustias opprimeret, quinque dierū spatio Euphrate uisurato, in eam terrā ire pergit. Erat in Persicis transfuga quidā Macedo nomine Amyntas, is ubi Alexandrum conualuisse allatum est, & iam sese pugnæ comparare, Darium monuit, ne ita ad hostem properaret, nec pergeret uelle in Ciliciæ angustijs dimicare, ubi locorum natura omnia hostibus meliora fierent, camporum uastitate opus esse ut hostis Persicis uiribus uinceretur. Probabat id consilium Darius, sed uereri se dicebat, ne Alexander & hostes inde effugerent. Mitte, inquit Macedo, istud timere, Alexander si recte eum noui non modo nō fugā molitur, sed certum etiam habeo, ita fore, ut cunctanti tibi sit haud multo post cū omnibus copijs affuturus. Darius Macedonis uerba aspernatus, nihilo secius in Ciliciā ire pergit. Occupauerat interea Alex. Solos urbem, arcūq; præsidio imposito ludos pro salute sua uotos Esculapio & Mineræ fecit, eo Parmenio præmissus ad explorandos locorum situs uenit, qui angustijs per quas ad Iſsum urbem penetrandum erat, milite insensit, urbem ipsam à Persis relictam præsidio muniuerat: ad Iſsum proinde castra transfert, quo sinus Ciliciæ oræ uastissimus nomē obtinuit, eratq; Parmenio auctor, ut ibi Alexander Darium operiretur, futuras dicitans auxilio Macedonibus regionis angustias, aduerſum tantā uim hominum, quantā secum hostis trahere dicebatur. Et iam Darius erat Ciliciam ingressus, quū Etymocles qui à Pharnabazo Græcos milites acceperat, re gem ut antea Amyntas monuit, ne inuictū alioqui exercitum in arcum conijceret, qui retro cōuersus in Mesopotamiæ campis hostem operiretur, ubi Macedonum paucitas circumueniri à pluribus posset. Non tam regi q̄ purpuratis ea sententia displicebat, criminariq; Etymocles & Græcorum qui cū eo erant apud Darium fidem. Corruptos eos dicere ab Alexandro ut Persarum uictoriā quoquo modo possent remorarentur. Censebant proinde Græcorum phalangem cum ipso duce statuendā in medio, atq; ab uniuerso exercitu telis confingendam. Negat Darius se id scelus admissurum, ut milites suam fidem secutos tam fœde trucidaret, neminē affirmans stolidum consilium capite luere oportere. Inde ubi Alexandrum in Ciliciā cōmorari sensit, fractos esse dicebat ferocissimos Macedonū spiritus, atq; ipsius ducis uigorem cum ipso morbo extinctum. Porro igitur copias admoturū, pecuniam Damasci cum præciosissimis rebus deponi iussit, matre, uxore, & cæteris domesticis more patrio sequentibus. Ita sane accidit ut eodem tempore Alexander ab Iſso ad fauces quibus Syria aditur peruenerit, & Darius ad eū locum quem Amanicas pylas uocat, admouerit copias. Habuit Barbarus ab initio perſualum, Alexandrum congressum suum declinare, quæ res materiam illi præbuit, ut postmodum quum Macedo iam angustias teneret, sese illi in conspectum dederit, cuius

subitus accessus non nihil turbauit Macedonum copias, qui magis itinere q̄ pugne parati, arma extemplo expedire coacti sunt. Tum primum ferunt Alexandri fiduciam in sollicitudinem uersam, ubi tempus adesse uidit, quo unius pugne euctu, palam fieri oportebat, fuisset ne fortuna sibi per totum successus infidiata, an se tuendum perpetuo suscepisset, omnia itaq; intentius curare. Interfluebat Pyrrhamus amnis utraq; aciem, misitq; Darius uiginti milia sagittariorum, qui fluuio superato hostem pugna intentum à tergo adorirentur, aut si fieri posset circumacto ad montes hostibus imminentes agmine subiectam hostium aciem superne inuaderēt, ac præcipitem darent. Cæterum ignauia eorum, quibus id negotium est datum, salubre regis consilium fecit irritum. Ipse sic structa acie stetit. Dextrum cornu Nubarzanes tenuit, cum equitatu & uiginti sagittariorum milibus, eratq; Timocles cū Græcis milibus triginta milibus numero. Validissima hæc copiarū pars, est Macedonicæ phalangi opposita. In læuo cornu Aristomedes Theſſalus procurabat, cum uiginti milibus peditum expugnacissimis gētibus. Ipsi regi ab eodem cornu dimicaturū tria milia lecturum equitum & triginta peditum inhærebant. Hyrcani inde & Medi equites, & sex milia iaculatorum, funditorumq; eos præcedebant. Ingens præterea multitudo stabat matrē & cæteros regis necessarios, uelut armorum uallo complexa, eratq; regia acies à iugis montium ad mare extensa. Alex. Phalangē, qua nihil erat apud Macedonas ualidius, in fronte constituit. Dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur, huic proximi stabant Conō, Perdicas, Meleager, Neoptolemus, Amyntas, sui quisq; agminis duces. In læuo quod ad mare pertinebat, Craterus & Parmenio sunt curae iussi. Equites ab utroq; cornu locati, ante aciem constituit funditores sagittarijs mixtos, iussit & Cerenſes ante agmē ire leui armatura instructos. Parmenioni imperat ut quantum possit cornu ad mare extendat, recedatq; à montibus, quos hostes, quia à rege præmissi fuerant, iadudum inciderant, sed illi Agrianorū aspectu, quos Alex. eis, re antea prouisa, opposuit, confestim fugati disiectiq; sunt, atq; ita cōtigit, ut pene priusquam confertum sit prælium, Macedonum cornu sit mettu qui à tergo imminebat, liberatum. Vbi igitur ad teliactum propinquæ sibi acies sterere, Alexander in primam aciem concurrans, Macedones gestarū rerum futuræq; gloriæ admonere, futurum, ut ea pugna, si prospere pugnata esset, omnium gentium imperio potirentur. Græcos ueterum ipsius gentis inuitiarum & quod toties Persici reges alienam libertatem oppugnauit uenissent. Illyricis & Thracibus rapinæ & latrocinij assuetis, fulgentes in aduersa acie uestes, aurum, aliaq; præciola prædæ expostata ostendit, tempus adesse ait, quo ex inopibus & egenis, si uiri sint, diuites & clari fierent, siue in patriam redire uelint siue captarum regionū amœnitate perfrui, nō defuturam illis facultatem utrobique laute uiuendi. Et ut cuiusq; erat gentis animus, ita aut monendo aut irritado ad prælium hortari: inhibere adhæc procursum in hostem, ne nimia festinatione fatigaretur spiritus, priusquam inita esset pugna, atq; ita demū terribili clamore à Persis sublato, utriusq; ferocissime cōfligitur. Darius & equites cū ingenti strepitu in læuum Macedonum cornu primo impetum faciūt. Cupiebat Darius magis equestre prælium fieri, ob Macedonicā phalangem quā inuictam sciebat, & ex altera parte dextrū Alexandri cornu hostiū multitudine circuire cœperat, quod ubi Macedo fieri uidit, duas equitū alas ad iugū montis, qua hostē circūagi oportebat, statuit, suosq; à tergo tueri iubet, ceterosq; in mediā acie infert, subductis inde Theſſalis equitib;, ipsorū præfectū occulte iubet circuire tergū suorū, Parmenionēq; se adiungere, ne ille ui Persici

Alexandri fiducia

Darij strata

Persica acies

Macedonū act

Alex. adhortatio

Acierum cornu

Darius in Cilicia properat.

Cydnus fluuius

Alex. Solos urbem occupauerat.

Etymocles cōsilius.

Philippum dicitur.

Alex. egregium facinus.

Congressus Darius & Alexandri.

Atrox praeliū. ui Persici equitatus obrueretur, praeliū interim tam atrox erat, ut tela hinc inde emissa, inter se concurrētia sine effectu caderent, mox uero confertis manibus gladios stringunt, atq; interim ita cohærebant, ut pes pedi hæreret, eques equiti, collocatoq; utrinque gradu, singuli inter se dimicarent, non timido, non ignauo cessare licuit, stabant suo innixi uestigio nec gradum nisi periacentium stragem his aut illis promouere dabatur, strepitu & fragore armorum montes, ualles, littus, & omnia sonare, & milites in hunc modum dimicabant, at reges ipsi nihilo secius sua militaria que obibant munia. Lustrabat sollicita indagine Alexander, an Darium adeptus singulari certamine interficere posset, sublimes curru nunc huc nunc illuc uolitantem, opima spolia ex caeso rege quærens: eum ita uestigantem Oxartes Darij frater intuitus cum equitibus quibus præerat fraternum curru circumsepsit, tum demum ibi atrocior est pugna coorta, clarissimiq; Persarum duces, in cōspectu regis fortiter dimicantes occubuerunt, Trountes & Sathaces Egypti præfectus ambo in faciem, ut in aduersum uulnus conciderat, ingens circa illos strages edita, peditem simul & equitum, Macedonumque fortissimi, etsi non adeo multi, itidem occubuerunt. Alexandri quoque dextrum femur leuiter est ense perfrictum. Chares Alexandrum à Dario uulneratum prodidit, ipse quum de ea pugna ad Antipatrum scripsit, à quo id uulnus accepit, haud quidem significauit. Iam & equi qui regem gestabant partim fessis, partim uulneribus confecti, quum præcipites ageretur, ueritus ille ne ad terram effusus ab hoste opprimeretur in equum ascendit, quem post se in hos calus paratum habuit, regisque insignibus abiectis acie excessit. Tum cæteri metu perculsi & ipsi post regem terga uertunt, qua cuiq; parebat uia, ad fugam sese per æqua & iniqua expediunt. Cædit fugientes eques à Parmenione immixtus, in dextero Macedonum cornu non nihil laboratum, sed fuga & metus à dextro Persarum cornu ad læuum delatus, siquid adhuc animorum in acie stabat, ita fregit, ut hac quoque parte fuga aperte inclinaret, tum uero Dariani pecorum more passim ab hoste qui ne fugio hærebat, totis campis & circa montes caesi, plurimi tamen præoccupata fuga alij alijs tramitibus in tutum euaserunt. Castra Macedo regio magis quam bellico apparatu referta occupat. Cædes hic quoque edita, sed maior prædæ quam cædis cura. Diripere milites mulieribus ornatus, neque illarum corporibus parcere, uagabaturque uictoris fauitia per armatos & inermes, fortes & imbelles, nulla mali facies deerat totis castris, multus erat ubiq; luctus, multus pauor ac trepidatio. Darij tabernaculum, ut regio erat luxu instructum, in Alexandri aduentum alleruari placuit, ibi Darij mater erat atque uxor, quæ omnium in se oculos uerterat. Hæc forma, illa pristina fortuna & ætate uenerabilis. Iacebant in ipsius anus gremio duæ adultæ uirgines Darij filia multo mærore confectæ. Regia cōiunx paruum filium in complexibus habebat, sexto antè anno in tantam spem regni genitum. Alexander sub noctem à multa hostium inestatione fessus, in castra se recepit, iussitque principes ad conuiuium uocari, ipse iactatione uulneris interesset non potuit. Cæsa captaque ex Darianis eo die centum peditem milia, ut Curtius scribit, & decem equitum. Trogus peditem sexaginta milia ceci disse ait, & decem equitum, quadragintaque milia capta. Hi ueriora mihi tradidisse uidentur, quam Plutarchus, qui undecim milia tantum desiderata auctor est, sed in numero à librarjjs erratum credere æquum est. Macedonū quoque fides sic apud auctores ipsos, equites centū quin quaginta, pedites duodeciginta desiderati. Postquā Alexander in castra uenit, Dariano arcu, curru, & alijs insignibus prolatis, quæ ille sese ad fugam expe-

A diens abiecerat, percubuit rumor Darium perijisse, ad quam famam, tam sæua comploratio circa regias mulieres est subito orta, ut tora castra sint ad nouū illum tumultum concitata. Admonitus Alexander humanæ uicis, miseratus que afflictam mulierū fortunam, Leonatum ad regium tabernaculum misit, qui captiuas consolaretur, nunciaret que Darium uiuere. Cæterum regie mulieres Macedonem armis adhuc cinctum intuitæ, raræ ad cædem eum uenire finiendi doloris cupidæ obuiâ illi progressæ, ad eius genua procumbunt, iugulum que ferendū enudant imo uiuere, inquit ille, uos que Alexander bono animo esse iubet, nunciat que Darium uiuere, ac fuga elapsam. Postridie ipse cum Ephestione, cætera multitudine exclusa, tabernaculum ingressus, præmissis, qui se uenturum nunciaret, ita contigit, ut quum Ephestio aliquanto oris maiestate prætare, Darij mater Alexandrum arbitrata, priuatum hominem pro rege patrio more adorauerit, tum admonita ab Eunuchorum uno, non eum esse Alexandrum, mulier confuso ore errore excusans suum, ad Alexandri pedes procubuit. Tum ille reginam attollēs, haud, inquis, mater errasti, nam & hic Alexander est. Erat Ephestio in primis Alexandro charissimus, cum quo una fuerat educatus, omniaque secreta iam inde à pueris communicare solitus, fuisse que per hæc Alexander non minus amicitia quam bellica uirtute felix, si tali in cæteros amicos moderatione fuisset, à qua tantum abfuit, ut Clytium & alios quosdam ex cohorte amicorum, non minus stultè, quam crudeliter occiderit. Sed tam pulchrè ille ab initio nascentem fortunam tulit, ut à nullo regum qui ad id tempus fuissent, clementia uinceretur & cōtinentia. Etenim regis filias iam maturas uiro, non minus sancte quam sorores habuit, à Darij cōiuge quæ formæ præstantia omnes eius ætatis foeminas antecelluit, non solum abstinuit, sed appositis custodibus cauit, nequis eius pulchritudini illuderet, mandatq; simul omnem ornatū mulieribus restitui. Ferunt Darij filium cōplexum, quum puer ex ipsius osculo & complexu aliquandiu suauiter pependisset, ad Ephestionem cōuersus, quàm uellem, inquit, Darius aliquid ex hac indole habuisset. Sifingabis Darij mater tantam in rege humanitatē intuita: Dignus es Alexander, inquit, qui tantum regem, non felicitate solum, sed æquitate etiam superaris. Dignus cui ego & aliq; precemur, quod Dario solitæ precari sumus. Tu quidem me matrem & reginam uocas, sed ego pristinae fortunæ haud immemor famule appellationem & seruitij iugum, sub tanto rege, iam inde æquo animo feram. Alexander bonum animum habere iubet, ac bene de se sperare, inde tabernaculo egressus tres aras in Pyrrhami fluminis ripa constituit, Ioui, Herculi, & Mineruæ, corporaque caesorum sepeliri iubet, permisit que reginæ, ut quos ex suis uellet patrio more funeraret. Plutarchus auctor est Alexandrum acie egressum, Darij tabernaculū subiisse, quod sanè fieri potuit, ut diuersus à matre & sorore Darius tenderet, ibique quum omnia auro & argento collucerent, Persicam opulentiam aspernatus, hoc cœne dixerit imperare fuit? inde balneum, inquit, Darij subeamus, imo tuum Alexander respondit ex familiaribus unus, uicti enim bona, uictoris sunt. Nec Alexander diu ibi commoratus, Syriam petijt. Interea Parmenio Damascum præmissus, urbe prodicione recepta regia est pecunia potitus. Multo opulentior hic quam in castris prædæ quaesita est. Tradidit Curtius auditio Parmenionis accessu, conatos Persas fuisse aurum ex urbe in tutum transferre, cæterum hostium interuentu gestantium agmen metu & pauore disiectum, per uias aurum & pecuniæ filcos effusos iacuisse, ut milites auro ouisti preciosissima quædā temerè occurrentia, ut uilia fastidirent, septè milia iumentorū onera portan-

Comploratio regiarum mulierum.

Alexan. iussu Darij matrem & uxorem.

Clementia Alex. in capiti.

Contemptor deliciarū Alexandri.

Præda ingens Damasci quaesita.

Vulneratur Alexander.

Darij fuga.

Darianorum fuga.

Capiuntur Darij castra.

Cæsarum numerus.

portantium, atque hominum triginta milia Damasci capta. Sacrapum coniuges ac liberi multi, & in his Ochi qui ante Dariū regnauerat, uxor, atq; filia, tres numero adhuc uirgines. Capta est & Barsane uxor Memnonis, & ipsa mulier eleganti forma, quā ut Aristobolus scribit, Alexander Parmenionis impullu compressit. Fuit Menon multi nominis apud Dariū, qui sub initium Dariani belli perierat, à ceterarū congressu pertinacissime Alex. abstinuit, tantum dicere solitus Persicas puellas dolores esse oculorum: fuit nec multum alioqui rei ueneræ dediturus, quippe qui ad Parmenionem scripserit, in somno & coitu se mortalitatem intelligere. Fuit & ceteri perantissimus, quod ex ea epistola, quæ dedit ad Adan, quam Caria reginam designauerat, potuit intelligi. Miserat illa ad regem, quum oblonia quædā, tum optimos coquos, quorum ministerio uteretur, quibus repudiatis meliores se habere est professus, quos à pueris Leonidas pædagogos sibi comparasset, ut ad prandium antelucano itinere uteretur, moderatiore prandio ad cœnam. Duo talentorum hilia signatæ pecuniæ in parte prædæ reperta. Argenti præterea immensum pondus. Darius magnis itineribus, cum quatuor milibus Græcorum, modicoque suorum comitatu, ad Euphratem delatus, fluuiū superato ad Alexandri epistolā dedit superbe scriptā, qua petebat ut accepta quantacūq; uellet, pecunia, sibi matrem, uxorem, & liberos restitueret, ipse si sa peret, amicus sibi sociusq; ex Asia excederet, aut si a niora non admitteret cōsilia, secum æquo Marte cōtenderet, nihil magis Alexandrum offendit, quàm quod Alexandri nomē non regis Darii in epistola posuisset, rescriptit tamen, docuitq; à Persis primo ortam belli causam, qui sæpius in Græciam, ad alienam libertatem oppugnandā transmississent, & patrem suum Philippum, quum eam iniuriam ulcisci statuisset, ipsius fraude, qui illi percussorem subornasset, perijisse. Sibi quoq; capitales infidias, pari fraude instructas, mille talentis medico promissis, quo nihil turpius dici possit, licitari hostium capita, quū arma teneret. Sed dijs, inquit, scelerū ultoribus fretus, iam magnam Asia partem subiegit, teq; iusto prælio uictum castris & exercitu exui, & nunc (licet minime meritis) si ad me supplex ueneris, omnes necessitudines tuas à me gratis accipies, uincere enim, & uictis consulere satis didici. Dabo adhuc fidem te impune ad me uenturum, ne metus tuis commo dis obster. Postremo illud tibi succurrat, quoties posthac ad me scripseris, te non ad regem tantum, sed ad tuum regem scribere. Therippo ad Dariū cū humilissimi literis misso, confestim Alex. in Phœnicem descendit, Biblumq; primo deditione recepit, inde Sydonem: obtinebat tum regnū inter Sydones Strato Darij amicus. Is quia deditio ab oppidanis facta est, indignus ab Alexandro habitus cui regnum restitueretur. Ephestioni permillum, ut quem Sydonij regno dignum arbitrarerent, ex illorū sententia regem declararet. Erant Ephestioni hospites Dariorum quidam, hi oblatum ultro regnum pertinaciter recusarunt, prædicantes id fastidium patrio more non recipi, nisi ab ijs, qui regia essent stirpe procreati. Laudati iuuenes ab Ephestione, quod magnitudine animi spernerent ea, quæ per ignem & ferrum cæteri mortales pererent, iussi sunt cum alijs bonis circumspicere, qui omnium optime esset id nomen inter Sydonios laturus, tum demum multis ambitibus, res ad Abdolominum quemdam longa cogitatione regie stirpi annexū, est delata. Incolebat is ab omni armorum strepitu remotus suburbanū hortulum, multa parsi omnia, quo contigit, ut agrestis operi intentus sit rex consalutatus, illud se ab ijs, qui ad id misi fuerant ratus, non sine cūctatione regis nomen & insignia recepit. Ceterum multis eius inopiam & fordes criminantibus, ad Alexandrum

Memnon.

Alexandri tem perantia.

Darij literæ ad Alexan.

Alexandri res ipsissim.

Alex. Biblum & Sydonē cepit.

perditus, haud, inquit Macedo uiri indoles famæ generis repugnat. Videndum est, inquit, quo animo inopiam tuleris: tum ille, utinam Alexander sic regnum ferre possim. Hæc manus satis ad uictū fuit, nihil habenti nihil defuit. Eo sermone Alexander delectatus, nō solum Stratonis supellecilem ad regia instruendam derulit, sed ex Persica etiam præda dono quædam habere dedit, regionemq; urbi circumiectam eius ditioni subiecit. Sed dum hæc in Phœnice geruntur, Amyntas qui ab Alexandro ad Dariū transfugerat, Persicis opibus ad Pyrrhamū fratris, haud magis huic, ad quem uenerat fidus, q̄ illi, quem deseruerat, cum fortuna fidem mutandam ratus, ex fuga Tripolim delatus, in Cyprū cum quatuor milibus transfugit, & ex Cypro in Egyptum, consilio eius terræ per occasionem occupandæ. Pelusium igitur primo occupat, dein Mephim copias admouit. Interim Egyptij gens nouadis rebus apti or q̄ gerendis, nouo motu cōsternati ad Persica præsidia delenda Amynthæ ductu decurrunt. Fit prælium. Persæq; eo certamine uicti intra urbem cōpeluntur. Inde iterum acie congressi adeo egregie uicerunt, ut Amyntas, & qui cum eo uenerant, ad unū omnes sint occisione occisi. Tentarūt Darij duces, ex Pyrrhamica acie in Paphlagoniā fuga delati, Lydiam recuperare, copijs partim secū ductis, partim ex proximo quaesitis. Sed horum fortuna nihilo melior fuit, q̄ regis in Cilicia fuerat, triplici prælio ab Antigono Lydię prætorē uicti, cum multa cæde pro uincia cesserunt, & ne non ubiq; Persicæ opes affligerentur, per eosdem dies Macedoniæ clausis præfectus Aristō, qui ad Hellesponti oram recuperandā fuerat missus, nauali prælio uicti, eius nauibus partim captis, partim medio pelago depressis. Pharnabazus Darianæ clausis diuersa parte præfectus, præsidio in Chium insulā introducto, Andrium primo, inde Syphenum aliasq; plureis insulas occupat. Ne Græcia in toto rerum motu quieuit. Agis Lacedæmoniorum rex, octo milibus militum receptis, qui post prælium in Cilicia cōmissum domum incoluissent, Cretensibus interim sua studia, inter Macedones & Spartanos, uariantibus. Sed motus omnino leuiore. Vnum illud certamen, unde cætera pendebant, omnium gentium in se oculos uerterat. Iam enim tota Syria, totaq; Phœnicæ præter Tyrum Macedonum armis cesserat, habebatq; stantia in cōtinentis ora contra Tyron Alexander, eo Tyrorum legati uenerunt cum aurea corona, & larga cōmeatus copia, magis societatem q̄ imperium accepturi. Hos Alexander, comiter accepit, dixitq; se Tyrum iturum, ut Herculi, qui ibi religiosissime colebatur, oraculi iussu sacrificaret. Esse extra urbem Herculis templum Tyrij responderunt in eo loco, quem ipsi Phalætyron nuncuparent, futurum docent, ut rex ibi rite sacrum perageret. Haud tenuit iram Alexander, cuius impotens erat. Ergo, inquit, quia insula sit Tyrus, inuictū cōtemnit exercitum? Enim uero scient Tyrij, haud multo post se in continenti esse: uideat igitur utrum à me urbem intrari an oppugnari malint. Cum his legari sunt domum dimissi. Tyrij uero loci opportunitate freti, ad Macedonum obliuionem ferendam omnia studio cōparant. Quatuor stadiorum fratum insulam à Phœnicum terra dirimebat, idque ita Aphrico obnoxium, ut nulla moles crederetur fluctibus illius flatu concitatis obstatura. Erant tum fortè Tyri Carthaginensium legari, qui eo uenerant, ut annua sacra more patrio Herculi facerent, fuisse Carthaginenses à Tyro oriundi, quod alia in parte operis est à me significatum, ab his Tyrij confirmati, ut obliuionem forti animo ferrent, non defutura ex Africa auxilia. Pollebant tum toto mari Carthaginensium opes, quibus pollicitationibus Tyrij confirmati, per muros & turres disponunt

Verba Abdolomini ad Alex.

Amyntæ cōnatus.

Vincuntur Tyri & mari Persæ.

Tyrij Alexander drum excludunt.

Tyri insula situs.

disponunt praesidia, arma iunioribus diuidunt, opifices, quorum inges erat copia, in officinas distribuit. Extiterunt sub initium illius oppugnationis dira ostenta in urbe, riuus sanguinis foliibus flare incipientibus per ignem fluxere, & miles in castris, quum panem fregisset, sanguinis guttae subito emicuerunt, quo prodigio territus Alexander, ab Aristandro uate est confirmatus, qui ad Tyrios id pertinere ostendit, quando cruor intus non foris fulus esset, misit nihilominus Alexander caduceatores, qui Tyrios ad pacem hortarentur, quae non solum non accepta est, sed contra ius gentium legati sunt ab his interfecti, & corpora in pelagus proiecta. Ea Macedo iniuria adhuc magis irriatus, quia nauibus carebat, perpetuo aggere Tyrum continenter reddere est adortus. Imminabat manifesta in ore omnium desperatio inexhaustum opus auersantium, ad quorum animos confirmandos Macedo pro cōcione dixit se sibi per quietem uisum Heraculis ductu in urbem induci, irēt & numinis fauorē fecuti, legatorū umbras fortiter ulciscerēt, eāq; urbē excinderēt, cui⁹ temeritas nobilissimę uictorię cursum ausa sit remorari, atq; per hęc omni cūctatione excussa exercitus operi admotus est. Adicit Plutarchus aliud Alexandri in somniū, imaginatū fuisse regem, in quiete, se Satyrum uidere sibi plauderem, quem in conspectu lasciuientem aliquandiu capere nequiuisset, postremo tamen in manum uenerit, ac super ea re consulti uates interpretati sunt, haud dubie imaginem illam ad uictoriā pertinere, Græcā uocem secuti, quę in duas partes diuisa, Tua Tyrus, sonaret. Veteris Tyri materiam a tot milibus hominum comparatam absorpserat profundum pelagus surgebatq; interim agger, non ita tamen ut omnino fluctibus extaret, cauillabantur Tyrij leuibus nauigijs incurstantes, rogarēq; Macedones an Neptuno maior esset Alexander accendebaturq; proinde eo contemptu adhuc magis militum animi ad incœptum opus exequendum. Alexander ne tanta uis hominum uni urbi alsideret, partitus cum Perdica & Cratere copias, quos ad obsidionem relinquebat, ipse in Arabiam proficiscitur. Erant eius gentis agrestes infesti Macedonibus ex Libano lignantibus. Sed dum Alexander abest, Tyrij onerariā unam sulphure & bitumine illitam in aggerem secundo uento immittunt, immisillam ac molibus impactam continuo succendunt. Emicuit statim flamma, duasque turres, & opera in fronte aduersus hostes constituta corripuit: qui in turribus erant, partim flammis perire, partim in subiectum mare desiliētes, sudibus & contis ab ijs qui ex oneraria in scapham descendērāt excepti, ad unum periere. Haud igitur tantum opera cōsumpta sunt, sed tota etiam moles maris impulsu ab imo conculsa corruit. Interea Alexander ab Arabica expeditione reuersus, mutata operis ratione, non latus aggeris, quod ab initio fecerat, sed frōtem in uentum & pelagus obuertit, ramalibus arborum cum truncis in imum uadum deiectis, molibusque superstratis. Sic quoque quum magna esset opus ex parte confectū, imis partibus conculsis, plurifariam cœpit labefactari. Interea classis ex Cypro affuit Alexandro inter abeundi cōsiliū & perseuerandi dubio, cuius aduentu Macedo confirmatus, primo hostem tentandum duxit, an ad certamen elici posset. Tyrijs haud pugnam inire ausis (aderāt enim Macedoni naues centum octoginta numero) Alexander hostium nauibus quę urbi hærebāt demeritis, muros bellicis instrumentis disturbat, remoniri noctu mœnia Tyrij, alterumq; interitus murum studio attollere, ut ne priore disiecto hostes in urbem mœnibus nudatam ui irumperent. Cæterum haud unus terror Tyrios agebat, iam enim agger ad Darii scutum urbi propinquus erat, classis mœnia circuibat accipiti proinde malo circumuenti, omnem spem animo eiecerant. Interea foeda tempestas interdium or

Prodigiā

Alexan. legati a Tyrijs occiduntur.

Oppugnatur Tyrus.

Insulanorū succissus.

Mutatio operis.

Urgentur arctius Tyrij.

ta, Macedonum naues fameliceras circa littora dissecit, quibus diebus legati a Carthaginensibus uenerunt, domesticum bellum excusantes, quo impliciti auxilia progenitoribus suis mittere nequirent, urgeti Syraculanis armis non solum Africam, sed ipsam quoque Carthaginem, in cuius conspectu hostes statua haberent, durarent ipsi tantisper, dum ali quod a praesenti bello laxamentum daretur, totum commeatum in de & auxilia benignē affutura. Nec Tyrij tanta spe destituti animum demittunt, liberis & uxoribus in Punicā nauim impositis, animo includūt omnia prius extrema experiri, quā urbem dedere, quicquid malorum immineret fortius etiā laruri, si charissimam sui partem extra periculi fortē haberent. Erres Tyriorum in hoc erant statu, quum quidam in cōcionem uenit affirmans, uisum sibi per quietem Apollinem dicere, uelle se ex urbe discedere, & aggerem, quem Macedones statuisserent, in syluestrem saltum commutare. Plutarchus eā in somnij specie pluribus ait obtigisse, ut Apollo diceret se aliquando ad Alexandrum transiturum, ob id que eius basim aurea catena a Tyrijs alligatam, ipse quoque iam inde Alexandrinus cognominatus. Erant qui sacrorum ritum ex longo intervallo reuocandum censerent, ut humana hostia Saturno immolaretur. Hic dirus Tyriorū ritus ad Carthaginensēs qui fuerunt inde oriundi defluxit, plures ætates & ipsi humanis hostijs usi dicuntur. Tenuit inde aliquandiu acris certamen: subeuntes nauibus Macedones muris tenaciter hærebant, iam Macedonica classis interuentu nauium multitudo superabat. Contra Tyrij harpagonibus, suspensisque tigno falcibus hostes supra modum infestabant. Sed nulla re magis hostes conficere, quā feruida arena superne in eos deiecta, & quum multa in castrum certamina exhausta essent, tēdio longioris moræ, consilia agitare cœpit Macedo, obsidionis soluendæ. Cæterum tam infesta rediscere, quā frustra Tyrijs hæere regē pudebat, æstuabatque interim ira, quum circa molem mari impositam subitum ostentum extricit, belua inuisitata magnitudinis dorso sese attollens, crebroque pulsu pelagus euerberans, ab aggere ad urbem contendit. Fuit id prodigium utriusque non ingratum sed Tyrijs tanta inde fiducia orta, ut nauibus, si quę supererant, decertare sint ausi. Hic uicti, & intra portum compulsi maiorem nauium partem amiserunt. Biduo post atrocior oppugnatio est Tyrios adorta, totis uiribus Macedo connixus, ut in urbem irrueret, tantaque insulanorum pertinacia interea est dimicatum, ut sex milia oppugnatōrum circa muros interfecta dicuntur. Alexander (nullius opera magis eo certamine enituit) exturri nauibus imposita adeo ardentem in hostes dimicauit, ut plerique hostium telis, gladio, umbone, è mœnibus ab eo sint præcipites deiecti. Sæuitum sine discrimine in Tyrios. Fuitque illud præcipuæ admirationi, quod armatorum nemo ad deorum opem confugit, nec exciuitate irato hosti obiecta superfuisset quisquam, nisi Sydonij, qui in castris militabant, cognationis necessitudine adducti (utriusque enim ab Agenore erant) nauibus celeriter admotis, plurimos furto subtraxissent, quindecim milia seruata ab his dicuntur, quo intelligi potest, quā opulenta tum fuerit Tyrus, unde tantus mortalium numerus furto fit uictori hosti subtractus. Satis constat, duo milia, quibus ira pepercerat, regis iussu circa littora crucibus affixa. Carthaginensiu legatis in urbe deprehensis ueniam dedit, addita belli deniciatione, quod presentium rerū necessitas moraretur. Vrbs septimo mēse quā oppugnari cœperat capta est, atq; incendio cōsumpta. Post Tyri excidium literæ iterum a Dario sunt Alexandro redditæ, quibus eum hortabatur, ut filia Satirpe sibi matrimonio cōiuncta, dotis nomine acciperet, quicquid intra Hellepontū & Halim

Tyrij liberos & uxores Carthaginem ablegant.

Apollo Alexandrinus.

Marinū phasma.

Tyros uicinitur.

Tyriorum excidium.

Darij literæ ad Alexand.

gentium ac terrarū esset, quod si oblatae conditioni minus acquiesceret, sciret uariabilem esse fortunā, nec postrema primis semper respōdere, quod si nulla fortunæ inuidia timenda esset, illud saltem cogitare, non semper in Cilicię angustijs rem inter se futuram, transeundum Euphratem esse, Tygrim, Araxem, & Hydaspem magna sui regni munimenta, ueniendum in apertos campos, ubi suæ paucitatis Macedonē pœnitere oporteat. Accedere adhuc quod tantum sibi terrarum superesset, ut senescendum sit prius Macedoni, quā uel pacatus eam obire possit. Alexander ijs, qui literas attulerant, Dariū aliena promittere respondit, quando ea quę dotis nomine dare se uelle polliceretur, alius iam pridem belli iure teneret. Nec esse aliud id agere, quā uictos uelle uictoribus leges dare, quod inauditum ad id tempus esset, sed tanti belli eam sibi exiguam mercedem uideri. Persepolim caput regni, & ultimi orientis oram, suo imperio destinasse. Satis scire quocūq; Darius fugiturus esset eodem esse se peruenturum. Postremo desineret sibi flumina iactare, cui ne maria quidem ob stare potuissent. Cum Darij nuncijs a se dimissis Macedo, Cilicia Socrati tradita, Phœnicia Philotæ, Andromacho Syria Cele cognominata, Ephestione cum classe præmissa Gazam copias admouit. Sed dum suo ductu hæc Alexander gereret, eius prætores pari felicitate regiones plurimas inualere. Chalas Paphlagoniam, Lycaoniam Antigonus Balacrus, Idarne Darij prætores superato, duomilia militum cepit, & Amphoterus & Egilogus clx. nauium classē, inter Achaiam & Asiam, in suā potestatem redegerunt. Inde Tenedum occupat aliquandiu obseffam, ubi Pharnabazus Darij præfectus est captus, necita multo post & Aristonicus Methymnæorum Tyrannus, qui ad Pharnabazum cum aliquot nauibus ueniebat, in Macedonum potestatem uenit, receperunt & Mytilenem Alexandri duces, quam Persę præsidio obtinebant. Darius desperata pace ad reperandum exercitum animam intendit Bello Bactrianorum duce, cum ingenti exercitu Babylonem accessit, qui ab initio ferocia gentis & perfidia, quasi regnum affectaret, cœpit Dario esse suspēctus. Sunt Bactræ bellicosissimi, & a Persico luxu abhorrentes, nec a Scythica feritate multum diuersi, utpote ab ea gente oriundi. Nec Alexander interea satis scire, quod consilium regi esset, aut quod tenderet, mira enim fide secreta Persis celare moris fuit: quippe quibus uetus disciplina silentiū capitis periculo sanxerat. Nullum probrum grauius quā linguæ apud eos uindicatur, grauisimo supplicio dignos arbitrati, quibus graue esset tacere quod homini facillimum natura uoluisset. Ergo omniū ignarus Gazam oppugnare adortus, cuniculum ad urbē agere cōstituit, & ut hostium animos ab omni sensu auerteret, turres iussit mœnibus admoueri. Cæterum arena rotarum lapsus retardante, quum multi superne uulnerarentur, dedit Macedo signum receptui. Postridie oppidū corona cingit, maiusq; circa mœnia initum erat certamen, quum coruus superuolans, cespitem siue gleba quadam superne demissa, Alexandri humerum percussit, inde turre bitumine oblita sedens, implicitis tenaci materia alis captus est. Plutarchus in quodam machinamēto sedisse ait, ibiq; funiū nodo implicitum hæsisse. Id intuitus Aristander uates fore dixit, ut urbs breui caperetur, uerum periculum esse, ne rex eo die uulnus aliquod acciperet. Cessit Alexander aliquandiu suorū præcibus fatigatus, quod hostes cōspicati, rati id ducis metu euenire, portis repente patefactis in hostem erumpunt. Macedo & si sua sponte certamē magna ex parte remiserat, ubi plus æquo fe de grauari sensit, retro conuersus pugnam fortiter instaurat, eoque tumultu in præliū reuocatus, parum abfuit, quin a quodam sit Arabe oppressus, qui pro transfuga ad

Alexandri res ipsam ad Dariū.

Praefectorum Alex. successus.

Bactrianorum ferocia.

Silentium Persarum.

eum uenerat, cuius istu declinato ratus se fatali periculo defunctum, aciem cum imperu irrupit. Ibi sagitta per loricā adacta altius uulneratur. Philippus medicus relum humero detraxit, obligato deinde uulnere, dum in prælio adhuc obdurat, tātum sanguinis ex nimia corporis iactatione, aut nihil sentienti illi, aut certe dissimulanti, est effusum ut subita membrorum & corporis defectione, subnixo genu ad terram deflueret. Cadens ab ijs qui proxime steterant, exceptus est, tacitaq; mœstitia in tabernaculo delatus. Bœtis, qui urbi præerat, Iosephus Abisna sim uocat, Macedonem extinctum ratus ouanti similis est in urbem reuersus. Cæterum Alexander paululum uulnere leuatus, aggere aduersus hostiū mœnia extructo, ea cuniculis haud uno loco subruere adortus (Erāt omnia interiora urbis Macedonū telis obnoxia, & murus cuniculis multifariā dirutus) late ruinam traxit, qua Alexander inter primos irruens, alterum uulnus accepit, crure saxi istu conuulsiato. Sequitur est non minus quā Tyri in captam multitudinem, cæsaq; Persarum & Arabum circiter x. milia. Bœtis capta urbe ingentem circa se reddidit hominū stragem, uiuusq; è media cæde abstractus, contumaci uultu, ad conspectū irati regis constitit. Offendit ea constantia uictoris animum, ut iusta ira in rabie exierit, traiecto itaq; per talos loro, curru aligatum, citatis equis crudeliter per urbē distraxit. Achilles exemplum, a quo prognatus esset, imitari se distans. Et Gaza in hunc modum capta est, urbs in Iudæa finibus (inde usq; in Antilibanum Iudæa Sarabo ait appellatā) sterili & arenosa regione ut ad mare posita, regum pecunia illuc belli tempore delata nomen loco fecit: ut quidam meminerunt. Ex Gaza Alexander Hierosolymam, infesto agmine petijt, ut Iosephus scribit, qui ab Hestere Iudaica uel la Artaxerxis conuubio illustrata, ad Alexandri tempore gentilem intermitit historiam, unum interim memorabile secutus quod iunioris Artaxerxis tempore contigit. Regnauit is uno Ocho interiecto, ante Dariū ab Alexandro uictum. Orta inter Iesum & Ioannem, Heliassii filios, Hierosolymis de pontificatu discordia, Iesus a fratre & in templo interfectus, quod scelus in Iudæa nunquam antea acciderat, Vagolus Artaxerxis præfectus Ioannē uiolati patricio discipulo reum, capitali supplicio affectit. Iadus inde patris est sacerdotium adeptus. Erat huic frater Manasses. Hos quoq; cum domesticum malū inuasisset, neq; pudor, neq; infelix patris ac patruū exitus obstiterit, quominus inter se dignitate, si non ui, æmulatione saltem cōtenderent, eoq; certamine accēsus Manasses, Isacham Sinabalthi Samaritę præfecti filiam duxit uxorem, fociq; potentia fretus, futurum arbitrabatur, ut dignitatem uel inuito fratre obtineret. Cæterum tantum abfuit ut noua affinitas illi adiumento fuerit, ut a sacris sit populi consensu tanquam impius repulsus, quia alienigenam duxisset uxorem. Ea Manasses iniuria instructus ad focerum contendit, qui Iadus & populo iratus in omnem ultionis occasionem erat intentus. Vincitur interea Darius in Cilicia, quo accedit, ut sub primū Alexandri in Phœniciam accessum, ille cum octo milibus armatorum in Macedonum castra uenerit. Misit Alexander, quum Tyrum obsideret, Hierosolymam ad Iadum pōtificem, ut cōmeatum & auxiliariē copias in castra mitteret. Responsum est Iudeos sacrata fide teneri, ut uiuo Dario, nulli præter quā ipsi uni, seruirent. Minatus est Alexander, Tyro capta, hostiliter se copias Hierosolymis admoturum, distulit tamen non nihil eam ultionem, tantisper dum Gaza caperetur. In de uero citato agmine eodem ire pergit. Ingens metus ciuitatem inualerat, augebatq; præsentem curam duarū nobilissimarum urbium excidium. Nemo erat cui non persuasum esset, futurum, ut superbiissimus hostis urbē quoquo

Vulneratur Alexander.

Gaza capitur.

Crudelitatis exemplum in Alexan.

Discordia Hie rosolymis de pontificatu orta.

Iaddus & sacerdotes pro-
cedit obuiam
Alex.

Deus uisus A/
lexand.

Alexan. libe-
ralitas in Iudae-
os.

Alexan. Aegy-
pto potitur.

Alex. Hammo-
nem Iouē adijt

modo captā excidio daret, aut certe Sinabalthi im-
pulsu cædem in ea ingentem ederet. Mæror igitur
& luctus omnium animos occupat. Interim Iaddus
diuino oraculo per quietem, uisus est sibi moneri, ut
festa fronde ciuitatem ornaret, sacerdotumq; mul-
titudine in candida ueste extra urbē producta, ipse
pontificali habitu cultus uenienti regi iret obuiam.
Cum sacerdotibus igitur & frequenti populo Iad-
dus urbe egressus, regem certamini intentum, ad lo-
cum quem Saphin indigenæ dicunt, Latini Scopu-
lum, obuium habuit. Ibi Alexander candidatorum
cæterum intuitus, & in his antistites cum bisinis sto-
lis, Hierachum adhæc Iacinthina & aurea stola ami-
ctum, supra caput Cydarim cū lamina aurea, in qua
erat inscriptum Deinomen, subita religione percul-
sus, solus rex illum adijt, supplexq; Dei nomē ac nu-
men adorauit: ipsumq; pontificē ueneratum est. Sta-
bant stupore defixi Syriæ reges, & qui ex Phœnici-
bus uelut ad certam prædam fuerant Macedonem
secuti, uenerabundum regem mirati, Mæfisco car-
mine eum mente alienatum credere. Cæterum ne-
mo erat qui eum palam rogare auderet, unde subita
illa mentis alienatio, ineptaq; superstitio incessit a-
nimum. Parmenio, ut erat regi familiaritate coniu-
ctus, postremo percontatus dicitur, quid rei accidis-
set, quod hostium principem tam ineptē adoraue-
rit. Tum ille, non sacerdotem, sed Deum cuius hoc
sacerdotium est, sum ueneratus, inquit: quippe quū
in Macedonia adhuc essem, dum mecum cogitarē,
qua ui, quo consilio Asiam subigerem, simili habitu
species mihi per quietem obuersata est, quæ præcep-
it me fortiter Asiam inuadere, fore, ut suo ductu,
Perfarum opes euertirem. Tetigit itaq; religio ani-
mum ubi primum pontifex in conspectum uenit.
Nec dubium est quin Deus fuerit, cuius olim imagi-
nem tali habitu media quiete concepi, cuius prou-
dentia puto hæc omnia euenire. Cum his ille Iaddū
& alios secutus, Hierosolymam pacatus adijt, atq;
templū ingressus, Iudaico ritu Deo sacrificauit. Pro-
latus inde illi est Danielis liber, in quo scriptum erat
futurum, ut Græcorum rex olim Perfarum regnum
euerteret, uehementer gauisus se eum esse interpre-
tatus est. Iaddum proinde & sacerdotes amplissi-
mis donauit muneribus, concessitq; petentibus, ut
proprijs uterentur legibus, tributumq; in septē an-
nos remisit, pollicitus quādo Babylone petentis es-
set, permitturum Iudæis qui illic esse dicerentur, ut
& ipsi suis legibus uiuerent. Manasses & qui cum eo
Sanabalathi opibus freti, aliud sibi templum in Sa-
maria circa Gazarim montem constituerant, Macedo-
nis studio in Iaddum deteriti haud multo post
patrium cultum receperunt. Mansitq; Iudæis is rerum
status incolumis ad Alexandri inuersionem, quæ sub
eius successoribus deinceps pertulerant, suo postea
loco dicitur. Alexander Hierosolymis digressus A-
egyptum petijt. Est Aegyptiæ terræ locus cui A-
lexandri castra nomen inde mansit, hic septimis ca-
stris postquam est a Gaza profectus, Macedo conse-
dit. Aegyptij uenientem magno studio acceperunt:
nam præterquam quod gens ipsa sua natura est no-
uarum rerum cupida, Perlarū opes tum in se ode-
rant, quod auare nimis superbeq; sibi imperatū cre-
debant, ipse primo Pelusium uenit, ubi maiore co-
piarum parte relicta, Nilo subuectus Memphim na-
uigauit. Erat ibi Astaces Darij prætor: is subita Aegy-
ptiorum defectione perculsus, octoginta talenta,
omnemque regiam supellestem Macedoni tradi-
dit. Ex Memphi inde ad interiora Aegypti progres-
sus, rebusq; totius gentis ira compositis, ut nihil ex
patrio instituto sit ab eo mutatum, Hammonis Iou-
is adeundi cupido animum incessit. Credebat en-
nim, aut certe credi uolebat, se Ioue nō Philippo ge-
nitum, quia humanarum rerum fastidium transgressus,
augustior mortalibus eo mendacio ui-

deri cupiebat, an quia Draco Olympiadi dormienti
uisus aliquando accubare, quo uisu Philippus eius
congressum iam inde declinasse creditur, eam ut ue-
nesicam auerfatus, aut certe religione contactus, ge-
nitum se uidisse arbitratus, qui uxoris consuetudine
teneretur. Cæterum illa satis urbanē filium uanita-
tis huius admonuit, eum per literas precata, ne per-
geret in se lunonem irritare, matrem Iouis pellicem
mentitus. Sed quæcunq; illum ratio mouit, neque
memoria cladis in ipsis olim locis acceptæ (consta-
bat enim l. hominum milia, à Cambise ad Hammo-
nem spoliandum missa, arenarū cumulis obruta pe-
riisse) neq; alia multa quæ proponerentur incōmo-
da, ab instituto itinere auertere potuerunt. Prædica-
bat Aegyptij steriles arenas iacere, quas ubi solis ua-
por accendisset intolerabili æstu uestigia exurerent,
nec tantum cum ardore sideris colluctandum, sed
cū tenacissimo sabulo, cuius altitudo gressum mo-
raretur, addere his aquarum inopiam, quos aliquan-
to maiora ueris prædicantes, haud aliter, quàm si om-
nia uana dicerentur, Macedo aspernatus est. Secun-
do itaq; amne cum quibus uoluit ad Mareoticam
paludem descendit, ubi Cyrenensium legati cū mu-
neribus illi affuerunt. His benigne appellatis, amici-
tiæq; cum ea gente inita, destinatum iter exequitur.
Visus ab initio tolerabilis labor, nondum uisus soli-
tudinibus aditis, uerum ubi sterili & moriente ter-
ra immensæ arenarum campi patuerunt, haud secus
quàm profundum mare ingressi, terram oculis re-
quirebant, non arbor, nō culti soli uestigium ullum
occurrebat. Et iam defectu aquæ laborare cœperat,
quū cælo repente nubibus obducto, densus ad ter-
ram imber est deiectus. Profuit cælestis aqua nō so-
lum ad leuandam sitim, sed estus quoq; tolerabilior
factus, arenaq; hausto humore firmiorem gressum
præbebat, quandam odoris fragrantiam exhalans,
dicuntur & corui uolatu suo quam duces arenarum
uastitate aberrassent, iter ostendisse præpeti uolatu.
Quarto demum die ad templū peruentum est. Den-
sum ibi nemus, multiq; fontes dulcibus aquis syluā
abluunt, & ut Curtius scribit, mira ibi tēperies, uer-
no tempore perquam similis, Hammonij terram in-
colunt, quibus ad meridiem Troglodytæ adiacent.
Sunt Troglodytæ Aethiopes, qui ad Arabiam & ru-
brum mare extenduntur. Altera Aethiopia ad occi-
dentem solem Hammonij propinqua. Septentrio
nem uersus Nasamones, gens Syrtibus uicina, nauig-
iorum spolijs quæstuosā littora obsidet, nauigiæq;
maris æstu destituta notis sibi uadis occupant. Cæ-
tera ad Aegyptum & aurorā arenarum obtinent so-
licitudines. Hammonij medium nemus, pro arce, tri-
plici muro circumdatum habuere, munitionum intā-
ma habuit tyrannorum regia: alteram huic circun-
iectam regis coniuges pellicēsq; tenebant cum fi-
lijs. Postremā illam atq; extimā itellites, & qui re-
gibus militabant. Ignobilis multitudo sparsim toto
nemore habitabant. Res mira est quod de Hammo-
nis fonte hic tradit, mane tepidis fluere aquis, meri-
die frigidissimis, die in uesperum inclinante incale-
scere, post mediā noctē æstuarē, deinde à media no-
ctē ad lucem feruorē illum remitti. Quod apud Hā-
monios pro deo colebat, haud ea forma uideri, qua
Iouē Græci & aliæ gentes figurabāt. Vmbilico simi-
lis fuit, smaragdo & gemmis cōpactus. Hunc quū
responsum perebat sacerdotes nauigio aurato, mul-
tis hinc inde argenteis pateris pendentibus gesta-
bant. Post matronæ & uirgines inconditum carnē
patrio more canentes, sic numen propitiari ratæ se-
quebantur. Sacerdos igitur maximus natu. Alexan-
dram uenientem intuitus filium appellat, id nomē
illi Iouem patrem reddere affirmans. Tum Rex hu-
manæ sortis oblitus, id accipere & cognoscere, re-
spondit, & ut erat carmen in assentationē iam antea
compositum, quum inde consuleretur, an sibi orbis
impe-

Alexandri
felicitas.

Hammonij,
Troglodytæ,
Aethiopes.

Nasamones.

Fons Hammonij.

Hammoniorū
deus.

Alexander Iou-
is filius uoca-
tur.

Alexandriæ
conditio.

Oraculum.

Dinocrates ar-
chitectus.
Alexandriæ si-
gura.

Anni Mundi.

Consules.

Neapolis.
Palæpolis.

Philonis hono-
res.

Tarentini.

imperium destinaret, terrarum omnium gētiumq;
cum rectorem fore respondit. Postremo sciscitatus
an patris percussor ab unum penas dedissent, ne-
gavit antistes ipsius patrem esse uiolabilem. Cæte-
rum qui Philippum regem occidissent, abunde pœ-
nas sui sceleris iussit. Fuerunt qui scriberent templi
antistitem quum Alexandrum Græcæ salutare uolu-
isset, filiumq; appellare, Pædios barbare pro Pædiō
dixisse, quam ille uocem pro oraculo sit cōplexus,
tanquam Iouis filius esset appellatus, sed ut cūq; res
acta est, ipse quod satis constat, sacerdotes muneribus
amplissimis prosecutus, templum donarijs ditauit.
Inde ex oraculo reuersus, urbem inter Mareoti-
cam paludem, & mare, octoginta stadiorū aream cō-
plexus condidit, eamq; à suo nomine Alexandriam
nominauit. Plutarchus priusquam ad oraculū iue-
rit, urbem ab eo conditam scribit, atq; de ea conden-
da animo secum agitanti uisum fuisse per quietem,
senem quandam ueneranda canitie astare, qui hos
uersus ex Homeri odyssæa caneret. Præterea undiso-
no quadam iacet insula Ponto. Quam Pharon ap-
pellant Aegyptia littora cōtra. Pharus quæ tunc in-
sula erat, paululum supra Canopicum ostium, con-
tinens postea facta est. Ex eo loco Alexander Isthu-
mum contemplantus, qui in speciem coronæ quaq;
uersum æquis spatij excurreret, loci opportunitatem
intuitus, ibidem fundare urbem est adortus. Eā
Dinocrates architectus, memorabili ingenio metatus
est, quindecim milium passuum laxitate inserta,
ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato, la-
ciniolam dextra læuæq; anguloso procursum. Ferunt
ad urbis figuratorem, quum terra alba deesset, in
nigri campi planitie farinam fuisse pro sulco insper-
sam, ad quam diripiendam quum plurimæ aduolaf-
sent aues, cæteris male angurantibus, augures fero-
citate & opulentiā urbis, quæ plurimos esset mor-
tales alitura, auspiciatissimo auium uolatu, portendi
interpretati sunt. Dum autem urbs conditur, cepit
impetus regem in Aethiopiā penetrandi. Sed quia
grauior belli cura instabat, Esquilo Rhodio, & Peu-
ceste Macedone, cum quatuor milibus hominum,
uniuersæ Aegypti præsidere iussit, ad residuum Dari-
iani belli transigendū conuertitur. Fuit hic annus,
quo Alexandria condita est, quater millesimus ab
orbe cōdito, primusq; & septuagesimus supra octin-
gesimū. Olympiadis uero centesimus annus tertius.
Quo anno Alexander Epirota huius auunculus, in
Lucania, ut supra est significatum, perijt. Quum in-
terim Romæ consules essent, C. Perilius & L. Papyri-
us. Hi ut in Romanis rebus quæ exteras præcedūt,
nonnihil immoremur, patrum decreto Samnitibus,
quia superbe Romanorum legatis respondissent, ar-
maq; iam ex confesso instruerent, Fregellas repeti-
turi, bellum intulere. Sabellicus ager primo popu-
latus est, & tria ex ea gente oppida in potestatem re-
cepta, Alifæ, Callirifæ & Ruffrium: Apuli & Luca-
ni, qui neq; hostes, neq; focij ad id tempus fuerant,
in fœdus & amicitiam populi Romani ultro uene-
runt. Neapolitani, & Palæpolitani, quia iam pridē à
Publio Philone obsidebantur, quum non pauca in-
digna à Samnitibus & Nolanis præfidiarijs pateren-
tur, haud multum diuersa ab ijs, quæ pati solent qui
bello capti sunt, Nymphij ductu & Cariali, Samniti-
bus per expeditionis specie urbe ablegatis, Roma-
num præfidiū intra mœnia accipere. Receptis Græ-
corum urbibus triumphus Philoni decretus est, cui
duo noui honores contigerunt, & quod ei consula-
tu defuncto imperium est prorogatum, & quod iam
actō honore triumpharit, quod Romanorum nulli
fuerat ad id tempus dari. Vix fuerant Romani Pa-
læpolitano bello defuncti, quum recens aliud est il-
lis item à Græcis in diuersa Italia parte exortum.
Tarentini à quibus ex Neapoli & Palæpoli implo-
rata fuerant auxilia, ubi Romanorum fidem secutos

audiuere, accusata sociorum inconstantia, qui im-
ploratis à se auxilijs deditonem fecissent, odio in
Romanos & ira flagrare incipiunt. Hortatur igitur
Samnites, ut forti animo bellum sustineant, auxilia
promittentes, subornant & Lucanorum quosdam,
qui ipsi inter se multati uirgis, in media suorum con-
dione quererentur, iussu se Romani consulis fœdæ
cessos, quod in Romana castra ingredi ausi essent: ad
id mendacium, nam credita res est, tanta animorum
mutatio est facta, ut confestim missi sint, qui cum
Samnitibus societatem renouarent. Subita res, ut
neq; causam satis conspicuam, ita ne fidei quidem
multum habebat. Coacti à Samnitibus obsides da-
re, & præfidia in arces & munitiora loca accipere,
præcipitante ira nihil recusarunt. Nec ita multo
post fraus apparuit, autoribus defectionis Tarentū
pfectis, sed amissa sui potestate nihil supererat, nisi
ut frustra consilij pœniteret. Sunt Lucani medij in-
ter Picentes & Brutios ad inferum mare, à Samniti-
bus orti: eorum oppidum Peltum ad mare cum por-
tu Græci Possidoniam dixerunt. Et gens ipsa suo peri-
culo à Romanis defecit. Romæ interea quum inge-
nuus adolescens, ob paternum æs alienum Papyrius
fuisset addictus, essetq; ille insigni forma, ætateque
adhuc iniuriæ obnoxia, mala libido Papyrium cepit
stupri adulescentulo inferendi. Tum uelut ex flore
ætatis aduentitium crediti fructum percepturus in-
celsto sermone nexum compellat, qui quum flagitiū
auribus non admitteret, nec minis quæ secundo lo-
co adhibita sunt, moueret, magis ingenuitatis suæ,
quàm præsentis fortunæ memor, Papyrius iussu nu-
datus multis afficitur uerberibus: ille ubi primum
poruit se in publicum proripuit, ibi in concione li-
bidinem & fœuitiā fœneratoris questus, adeo mul-
titudinem, quū misericordia, tum rei fœditate com-
mouit, ut cum tumultu & clamore sit in curiam con-
cursum, ibi impotens iniuria plus ualuit, quàm fœ-
neratorum conspiratio. Iussi sunt consules ad popu-
lum ferre, populūsq; id sciuit, ut Romanus cuius ni-
si noxam meruisset, donec pœnam lueret, nemo in
uinculis haberetur. Atq; ita nexi soluti sunt, cautiq;
ne in posterum neferetur quispiam. Eodem anno
Vestini & ipsi se Samnitibus iunxere. Populus & si
apparebat bellum cum Marfis, Pelignis & Maruci-
nis habendum, si Vestini armis incesserentur, bellū
tamen aduersus eam gentē iussit, in quo maior Ro-
manæ ciuitatis animus, quàm consilium extitit, sed
euentus docuit fortunam fortes iuuare. Vestinos Iu-
nius Brutus fortitus est, & Furius Camillus (hi duo
tunc erant consules) Samnium. Exercitus utroq; du-
cti prohibitiq; hostes tuendorum finium studio co-
pias iungere, sed uis morbi Camillum bello subtra-
xit: iussus itaq; dictatorem dicere, L. Papyrium cla-
rissimum ea tempestate uirum dixit, à quo Q. Fabius
Maximus Rutilianus magister equitum est dic-
tus, uir nobilis rebus eo magistratu gestis, discor-
dia tamen quam cum dictatore exercuit adhuc no-
bilio. Brutus in Vestinis hostem agrorum popula-
tione in prælium euocatum acie fudit, fulumque
castris exiit. Mox urbes oppugnare adortus, Ca-
tinam & Cingiliam ex ea gente ui captas militi di-
ripiendas dedit. In Samnio res in acie prosperè cel-
sit, sed uictoriam imperatorum discordia fœdauit.
Repetiturus ex urbe auspiciam Papyrius, magistro
equitum denunciatur, ut intra castrorum uallum se
teneat, nec cum hoste manum se absente, aliquo
modo conferat. Fabius post dictatoris digressum,
quum per exploratores cognouisset, omnia perin-
de soluta apud hostes, qui ad Imbrinium sedebant,
ac si in Samnio nemo Romanus esset, spem bene-
gerendæ rei secutus, ferox iuuenis, structo exer-
citu ad hostem contendit: ibi ea pugna fortuna
fuit, ut quum non dux militi, neque miles duci de-
fuisset, ad uiginti milia hostium sint caesa. Quidam

Lucanorū de-
fectio.

Lucaniæ situs

Papyrij libido

Nexorum so-
lutio.

Consules.

Dictator.

Samnitium ca-
des.

autores fuerunt, bis dictatore absente in Sarnites p-
 sperare dimicatum, in quibusdam annalibus rem to-
 tam silentio prætermittam scribit Lilius. Vbi literæ
 ad senatum de rebus prospere gestis perlatae sunt,
 Dictator quia contra suum imperium dimicatum es-
 set, & quod non ad se aliquid magister equitum de
 eâ uictoria scripsisset, cæteris eo nuncio lætis, ipse ira
 rû plenus curia sese proripit, mox ex urbe in castra
 profectus, nemini dubium fecit, quin Manlij exem-
 plum securus, ad Fabij supplicium potius q̄ ad bel-
 lum properaret. Fuit id Fabio salutis quod ante Papy-
 rij accessum per nuncios ad hoc ipsum concurrere
 iussos, factus erat certior, quo in se animo dictator
 repereret castra: cõcione aduocata Fabius fidem mi-
 litum aduersus dictatoris iniuriam implorat, restau-
 rum non tam ira neglecti imperij, q̄ inuidia sibi præ-
 re præ laudis Papyrium ultionis cupidum ad exerci-
 tum uenire, amentem inuidia, alienæque uirtuti ira
 rû. Haud dubie dolere quod uictoria ad hostes non
 trãsfertî possit, ut se & alios eius laudis participes,
 maiore inuidia urgeret, Papyrium iram spretu impe-
 rij præ se ferre, tanquam non eadem mente pugnari
 uentisset, qua pugnata doleret. Nec dubium esse
 quin haud multo pacatior tribunis & centurioni-
 bus, quam sibi in castra uenturus sit. Sed quia inui-
 dia ut ignis summa peteret, in se uelut ducem consi-
 lii sequere, suum caput & uitam petere, qua extincta,
 nihilominus in plures sequitur esset. Aderent pro-
 inde in sua causa omnium libertati, nec dubium esse,
 quin si in tuenda uictoria eundem ille militum con-
 sensum in castris offenderit, qui in pugna fuit, futu-
 rum, ut animum in mitiore sententiâ inclinaret:
 postremo q̄ se uitam fortunæque suas, illorum fidei
 uirtutiq̄; permittere. Ex tota concione clamor red-
 ditus est, atq; uox hortantium, ut bono animo esset,
 nec Romanis legionibus saluis uim ab ullo reformi-
 daret. Affuit nec multo post dictator, qui concione
 aduocata, Fabium ad tribunal citari iussit. Facto in-
 de silentio: Quæro, inquit, de te Q. Fabi, quum sum-
 mum sit dictatoris imperium, pareantq; illi Consu-
 les, Prætores, cæteri q; urbis nostræ magistratus, an
 & magistrum equitum eiusdem dicto obediendum
 esse oporteat? illud etiam interrogo: expediuerit ne
 turbatis auspicijs in hostem ire? an illa more maio-
 rum ex urbe repetere? Simul & illud dicas, potuerit
 ne magister equitum ea religione esse liber, qua di-
 ctatori obstitit? Quin illud quoq; respondeas, an ego
 hinc abiens uertuerim te, ne quid me absente in
 hostem moueres? an lacessitus etiam ne in acie de-
 scenderes? Quod meum aspernatus imperium, in-
 certis auspicijs, turbata religione, contra militarem
 morem, contra patrium institutum cum hoste con-
 sfigere es ausus. Hęc respondeas uolo, extra caue uo-
 cem mittas, tu licet interim accede huc, & uirgas
 expedi. Fabius quando aduersus ea nihil responde-
 re poterat, quod accusator idem & iudex capitis se-
 deret, cæterum uitam sibi eripi posse affirmabat, ge-
 starum rerum gloriam non posse, & quum per hæc
 parum purgaret quin accusaret potius, redintegrata
 ira Papyrium illum spoliari iubet, uirgasq; & secures
 adhiberi. Fabius fidem militum implorat, licetoribusq;
 uestem lacerantibus, ad Triarios tumultuantes sese
 recipit. Inde tota concione clamor oritur, alibi minę
 alibi preces exaudiri, legati dictatoris sellam circum-
 stantes, iram lenire conati quum nihil proficerent,
 ut in sequentem diem ultionem differret obrestari,
 ne irritata concione maior seditio oriretur. Seuire
 nihil fecius Dictator, Fabiumq; ad se retrahi impera-
 bat. Cessisset illius pertinaciæ uictus, nisi per oppor-
 tunè nox interuenisset, cuius beneficio Fabius ex pe-
 riculo substractus, è castris Romam abiit, ibi autori-
 tate patris, qui rex Consul & Dictator fuerat, Sena-
 tu in curiam uocato, multa de Dictatoris sæuitia in
 se & crudelitate dicere exorsus, quum extra curiam

Dictatoris ira in Fabium.

Implorat militum fidem Fabius.

Dictator.

Fabium capi iubet. Militaris motus.

Fabius Romam profugit.

exauditus est clamor licetorum multitudinem sum-
 mouentium, iam enim Dictator aderat, qui Fabij di-
 scessu audito, cum expeditissimo equitatu abeun-
 fuerat insecutus. Tum in curia iterata contentione
 comprehendi Fabium Papyrius iubet. Hic primo-
 ribus patrum & Senatu uniuerso deprecantibus,
 quum ferox dictatoris animus nihilo leuius sequeret,
 tum Fabius pater. Quando, inquit, Papyri, neq; Se-
 natus auctoritas, neq; ætas mea, ac hlij uirtus te miti-
 gare possunt, Tribunos plebis appello prouocoque
 ad populum, uidebo an prouocationi cessurus sis,
 cui rex Romanus Tullus Hostilius celsit. Itum inde
 ex curia in concionem, ibi multa Fabius de dictato-
 ris superbia ad populum questus, nunc Quintij Cin-
 cinnati dictatoris, in L. Minutium clementiam cele-
 brare, nunc Camilli in Furium magistrum equitum
 mansuetudinem, quærere interdum & quid tandē
 plus filius passurus fuisset, si exercitum amisset, si
 fufus, fugatus, castris exutus esset, quod ultra dictato-
 ris uolentia fuisset processura, quam ut eum uerbera-
 tum necaret, quod supplicium inuito exercitu, in-
 uito senatu, populo nõ probante, superbissimus di-
 ctator uictori intenderet? Hęc ille multis lachrymis
 dictans, Deum atq; hominum fidem implorare.
 Srabatq; iam Senatus maiestas & fauor multitudi-
 nis Tribunitiumq; auxilium pro Fabio. Contra rei
 militaris disciplina & dictatoris imperium, non ali-
 ter quam numen quoddam ad id tempus inuolabi-
 le gratiæ obstabant. Accedebat Manliana imperia,
 & Bruti qui urbem liberauit, exemplum futurum,
 ut disciplina militari per gratiam soluta, non miles
 centurionis, non centurio Tribuni, non Tribunus
 legati, non legatus consulis, non magister equitum
 dictatoris amplius pareret imperio, non imperato-
 rum edicta, non auspicia obseruarentur, uagi & sine
 comiteatibus milites in pacato & in hostico errarent,
 signa desererent, non cõuenirent ad edictum, iniussu
 ducum pugnarent, non ordines seruarent, nõ signa,
 non locum retinerent, cæca & fortuita pro solenni
 & sacrata militaris disciplina haberetur. Hęc Papy-
 rius quum non minus uerè quam ferociter iactaret,
 stuperetq; Tribuni, in preces populus repente con-
 uersus est. Iam Fabius iuuenis & pater contentionis
 oblitus, ad dictatoris genua procumbentes, iram &
 supplicium deprecari. Tum dictator silentio facto,
 Bene habet, inquit, Quiritis, Vicit disciplina milita-
 ris. Vicit imperij maiestas. Non noxæ eximitur Q.
 Fabius qui contra dictatoris imperij dimicauit, sed
 criminis damnatus donatur Pop. Rom. Tribunitium
 potestati, precarium non tribunitium auxilium fe-
 renti. Viue Q. Fabi felicior hoc ciuitatis consensu
 quam uictoria, in qua paulò antè exultabas, id faci-
 nus ausus, cuius ne pater quidem si dictator fuisset,
 ueniam daturus fuerit, mecum ut uoles in gratiam
 redibis. Romanæ ciuitati cui uitam debes, nihil
 posthac maius præstare poteris, quam si hic dies
 satis tibi documentis dederit, ut tam domi quam for-
 ris legitima imperia pati possis. Atq; cum his Fabi-
 us iussus nihil iam inde pro magisterio agere, à Pa-
 pyrio dimissus, à tristi nuper certamine ingens leti-
 tia secuta est. Senatus & Tribuni plebis Fabio gratia
 lari, foro decedentem summis sunt laudibus prose-
 cuti. Per eos dies frumentatores Romani exercitus
 in Samnio ab hostibus circumuenti, quum subueni-
 ri potuissent, quia legati Fabij exemplo deterriti ni-
 hil mouere sunt ausi, cæsi sunt ad unum, quæ clades
 dictatoris inuidiâ auxit haud mediocriter apud mi-
 lites, qui sua sponte illum inuisum habebant, quod
 implacabilis Quinto Fabio fuisset, & quod ueniam
 quam militibus negasset Pop. Ro. deinceps dederat.
 Nec prius Dictator sensit quanto inter suos odio fla-
 graret, q̄ iusto prælio cum hoste cõmissio, milites nõ
 solò uincere noluit sed multis uulneribus acceptis
 pene uictus in castra reuersus est. Dictator dissimula-
 ta

Fabius pater ad populum prouocat.

Donatur Fabi us po. Ro.

Ita militum in Papyrium.

Iata iniuria, saucios obeundo, alios comiter appellã-
 do, breui sibi militaria studia reconciliauit, ita ut una
 animi militum & corpora sanata sint. Circumactæ
 inde per hosticum cum multa præda legiones, quo-
 ad uarijs cladibus Samnites subacti, pacem à Dicta-
 tore petierunt, singula militibus uestimenta & an-
 nuum stipendium pacti, inducias in annu impetra-
 uere. Dictator Romam reuersus de Samnitibus tri-
 umphauit. Cæterum priusquam magistratu abiret
 comitijs habitis consules creauit C. Sulpitium Lon-
 gum & Æmylium Ceritanum: Alij Aulum scripsere.
 Nec Samnites diu quieuerunt, sed non multo post q̄
 Romanę legiones Sarnio sunt abductæ, Apulis in so-
 cietatem belli ascitis rebellauerunt. Sunt Apuli ad Io-
 nium mare siti, terram ipsam Daunij & Peucetij A-
 puli tenuerunt. A Pilum filio Daunius esse quidã
 crediderunt: alij à Diomedis focero. Siticulosa &
 campestris regio à Septentrione Ferentanorum ha-
 bet terram ad mare confertam. Ad meridiem Cala-
 briæ contigua est. In Apuliam igitur Æmylius con-
 sul cum exercitu est missus. Fuerunt qui scriberent
 Apulos non tam armis petitos à Romanis, quam à
 Samnitium iniuria defensos: Sulpitius alter consul
 in Samnium profectus, late hostium regionem ua-
 stauit. Romæ per id tempus nocturnus terror ciui-
 tatem somno excussit. Conclamatum est ad arma
 actumultuatum, uelut omnia hostibus plena essent.
 Vbi uero illuxit, neq; terroris ullus auctor, neq; cau-
 sa comparuit. Tusculani eodem anno Fabia rogati-
 one ad populum sunt uexati. Tulerat ille ut quãdo
 ea ciuitas Priuernatibus & Veliternis in bello fauif-
 set, puberibus cæsis, liberi & coniuges sub corona
 uenirent. Quo periculo Tusculani percussis, cõ-
 iugibus & liberis Romam populariter uenere. Sor-
 didati Romanas tribus cum lachrymis circuire, ua-
 luit; plus misericordia, q̄ causa. Omnes tribus ro-
 gationem antiquarunt præter Polliam, quo accidit,
 ut multas post ætates raro quisquam Polliæ tribus
 candidatus Papyriam tribum, quæ ad Tusculanos
 attinebat, in suffragijs tulerit. Adeo iniurię dolor te-
 nacius hæret mortalibus, quam beneficij memoria.
 Habuit sequens annus consules Q. Fabij & Ful-
 uij, instabatq; graue cum Samnitibus bellu. Fama
 erat conduxisse eos ex finitimis uim hominum in-
 gentem. Aulus Cornelius Aruina est Dictator crea-
 tus, qui delectu accuratissime habito in hostem con-
 tendit. Tantum abfuit ut Samnites Romanum exer-
 citum suos fines ingressum, ut antea, effugerint, ut
 multitudinem freri, uisito ad Romana castra uenerint
 nullam dimicationi moram facturi, fuissentq; castra
 oppugnare ausi, quia Romanus intra munitiones se
 tenebat, nisi nox intrerent. Dictator multis igni-
 bus circa uallum accensis silenti nocte castris profe-
 ctus est, ne cogere iniquo loco dimicare, nec taci-
 tus Romanorum digressus hoste fessellit, quin Sam-
 niticus equitatus extremum agmè adeptus, tumul-
 tuoso certamine iniecto remoratur abeuntes, inde
 sub lucem peditum robur affuit, ibi quum ne castra
 quidem Romanus metari posset, in Samnitum con-
 uersus pugnam conserit. A quinta diei hora ad octa-
 uam adeo accipit marte est dimicatum, ut aduersæ
 inter se acies suo utraq; gradu obnixæ starent, mul-
 tus interim cruor fufus, tantumq; laboris exhaustu,
 ut militi uires, uis sua ferro, ducibus consilium deef-
 fet. Interim Samniticus equitatus in Romanorum
 impedimenta ex improuiso impetum facit, hos præ-
 da intentos, M. Fabius magister equitum Dictato-
 ris iussu tumultuose adorsus cõ multa cæde & stra-
 ge dissipat, pedestrem inde aciem alis paululum cir-
 cunductis à tergo inuadit, tantumq; hostibus ter-
 rorem iniecit, ut illico ordines turbati sint, acies que
 illis fluctuare cœperit. Tum dictator manu & uoce
 suis significare, ut fortius instarent, se uexilla equi-
 tum & parmas cernere dictans. Ibi redintegrata

Consules.

Apuli.

Nocturnus ter- vor.

Consules.

Dictator.

Pertinax pu- gna.

pugna, periculi & uulnerum milites oblici, in aduer-
 sam aciem irruunt, refractisque hostium cuneis, cæ-
 des ingens & fuga edita, sed maior aliquanto ubi fu-
 ga inclinare cœpit, equitibus dispersatis obequanti-
 bus. Adeo Samnitium opes ea pugna conciderunt,
 ut damnatis armis Brutulum Papium rupti fœde-
 ris autorem cum omni præda primis excursionibus
 parta, per legatos Romam Samnites miserint. Ca-
 priuos & quæ ex præda agnita sunt, recepit Roma-
 nus Populus. Cæterarum rerum deditio irrita fuit.
 Dictator Romam reuersus de Samnitibus trium-
 phauit. Fuerunt qui id bellum à consulibus gestum
 proderent, Dictatorem que Romæ creatum ut lu-
 dis præfideret, quod Plautius prætor morbo impli-
 citus non posset. At siue consules, siue dictator Sa-
 mnites uicerit, hic annus eum præcessit, quo Roma-
 næ legiones ad Caudinas furcas à Samnitibus sunt
 sub iugum missæ, quam cladem Macedonum re-
 bus, quæ præcipuam sequentis libri partem obtine-
 bunt, ordine subiiciemus.

Samnitium clades. Samnitium deditio.

ENNEADIS IIII. LI-
BER V.



Mminebat iam totus Dario Alexan-
 der, quum hæc quæ diximus in Ita-
 lia gerebantur, eratq; uelut ad ulti-
 mum certamen Macedo profectus,
 quando ex Syria affertur, Androma-
 chum, eius prouinciæ præfectum, ui-
 tum à Samaritis concrematum, ad cuius interitum
 uindicandum Alexander profectus, defectionis au-
 tores capitali affectu supplicio. Menon qui postea
 Samariæ est præfideri iussus, Aristonicum & Chry-
 solaum Methymnæorum tyrannos suis populari-
 bus necandos tradidit. Contriuit inde Alexander
 nonnihil temporis in Græciæ & Syriæ rebus ordi-
 nandis. Atheniensibus quod illi fuerant per lega-
 tos precati, captiuos restituit: Rhodios & Chios le-
 uauit quo grauior præsidio: Mitylenæis ob egre-
 giam in se fidem, pecuniam quam in bello impende-
 rant, & obfides restituit. Cyprios reges à quibus in
 Tyro expugnanda fuerat adiutus, magnis est hono-
 ribus profectus. Misit & Amphoteron cum classe
 ad Cretam liberandam, quæ magna ipsius parte ad
 huc Persarum & Parthorum armis tenebatur, & ut
 mare piratarum latrocinio purgaret. Postremo au-
 reo cratero cum pateris xxx. Tyrio Herculi dono
 missis, iter ad Euphratem militibus pronunciat. In-
 terea Darius circa Babylonem exercitum pene di-
 midio maiore quam in Cilicia habuerat, studio con-
 traxerat, maiore etiam cura in eo instruendo quam
 antea adhibita, equitibus & equis ferrea regumen-
 ta, ferreis laminis inter se certa serie connexis, qui
 priore pugna tantum iaculis fuerant usi, gladios &
 scuta adiecit. Maior equitum numerus factus, du-
 centiq; falcati currus ad hostium terrorem instru-
 cti. Ex summo temone præfixæ ferro eminebant ha-
 stæ, à iugo utrinq; terni gladiorum mucrones, è ro-
 tis plura spicula surrecta, in aduersum stabant. Alia
 deinde falces subnixæ rotarum orbibus hærebant.
 Alia demissæ ad terram, ut quicquid curribus qua-
 drigrarum impulsu actis obuium fuisset, fœde truci-
 darent. Exercitu in hunc modum instructo, Darius
 Babylonem proficiscitur, cui dexter Tygris fluebat, læ-
 uis Euphrates. Obtexerat ingens agmen Mesopo-
 tamia campos. Regionis natura & fluiorum ratio
 alio est à nobis loco relata. Et iam haud procul ho-
 stis abesse dicebatur, quum Darius Satropacem &
 Mazeum cum aliquot hominum milibus ad Euphra-
 tem præmisit, qui Macedonem transitu fluminis ar-
 cerent, omnemq; citiorem regionem popularent,
 ii 5 ut fi

Samaritarum motus.

Recens Darij apparatus.

Falcati cur- rus.

ut si demū coacti essent cedere, Macedonicus exercitus in deserta & uasta regione fame conficeretur. Ipse cum cætero exercitu ad Arbellam uicium processit, ubi præcipua farinarum parte cum cōmeatu relicta, Lycum quinque dierum spatio ponte superauit, inde ad Brumellum alterum amnem, octoginta ab Lyco stadia, cum omnibus copijs cōsedit. Regionis natura idonea uisa est ad explicandas copias, ac si qua tellus uepribus uestita esset, omnia solo æquari iussit, ne non ubique libero campo cōcurreretur. Alexander etsi non poterat non mirari tantum copiarum Dario esse, quātum fama ferebatur, omnis tamen periculi cōtempor undecimis castris ad Euphratem uenit, cui Dariani duces metu perculli facile cesserunt. Tum Macedo fluuium ponte transgressus, paucorumq; dierum quiete militibus data, in hostem ire pergit, atque ita quarto die præter Arbellam ducens, haud procul ab hoste Tygrin fluuium, ut Curtius scribit, superauit. Est Tygris omnium orientis plagæ fluuiorum natura uolentissimus, quippe qui à sua celeritate sit nomen sortitus, Sagittam Persæ Tygrin uocant. Ibi equite ad imperium fluminis mitigandum superiore parte constituto, & infra uadum uelut altera ala ad eos qui impetu aquarum raperentur excipiendos, submissa, ipse primus inter pedites armis supra caput impositis, in ulteriorem ripam euasit. Fœda inde colluctatio medio alueo coorta est, quum lubrica saxa uestigium fallerent, potuissetq; exercitus facile deleri, si hostis Macedonem ægre fluuiio emergentem subito inuassisset. Sed fortuna expeditionis illius comes uenit Darium talem occasionem perpicere. Aberant, ut dixi, non multū Macedones à Darianis castris, quū Satropaces mille lectos equites secum habens in eorum conspectum explorabūdus uenit. Milit in eū Alexander Aristonem Peonum equitum præfectum, prælioque repente conferto, Persæ amisso duce fugam capessunt. Macedo quum biduo in ripa fluminis stantia habuisset, in sequentem diem iter pronūciari imperat. Accidit interim ut circa primam noctis uigilia luna repente defecerit, nitoreque sideris obtinebrato, uelut sanguineis maculis sit illius facies fœdata. Religio & metus ingens Macedonū animos inuasit, uulgo fremere stulte fieri, quod tot milia fortissimorum hominū temerarij iuuenis conatus sequerentur, iam Macedonia & patre abdicatione, cœlum ab eo uanis cogitationibus affectari, iam amnes, sidera, deos ipsos eius improbilissimis uotis obistere, se tamen nihilo fecius in ultimas terras traduci per uulnera & mortes, & iam prælium instare, quo non ut ad Granicum cum tumultuario exercitu, non ut in Cilicia in angustijs montium & fluuiorum sibi dimicandum sit, sed cum toto orbe terrarum, paucissimos de uita certaturos. Exaudiri passim huiusmodi querelæ, necres procul à seditione aberat. Alexander eo motu turbatus, Ægyptiacos uates in concionem produxit, qui lunaris deliquij ratione patefacta affirmare sunt ausi, id sidus sæpe aliàs Persarum regibus cladem portendisse, qua prædicatione pristina militibus audacia restituta est. Nihil enim tam facile multitudinem regis quā superstitio. Sequa alio qui, impotens, mutabilis, ubi religio aliqua animū incesit, melius uatibus quā ducibus parat. Nec Alexander diutius moratus, secunda noctis uigilia motis castris in hostem ducit, Gordyæos ad læuam montes habens. Interim ex Darianis castris quæ interceptæ fuerant, cognouit Macedo Græcos qui in castris erant, ab hoste ad se interficiendū magna mercede sollicitari. Recitasset illas pro concione Alexander, nihil de beneuolentia militū dubitans, nisi à Parmenione fuisset monitus, parum caute fieri quod militum aures eiusmodi promissis imbuerentur. Et iam hostis ad centrum sexaginta stadia adesse dicebatur, quum Alexandro nunciatur Sta-

Vbi Darius cōsederit.

Tygris fluuius

Superat Alex. Tygrin.

Deliquium lunæ.

Seditio in Alexandria.

tyram Dariani uxorem, quæ agmen sequebatur, continui itineris labore, animiq; ægritudine extincta. Plutarchus dolore partus ait inter foccos & filiarū manus expirasse. Emisit lacrymas ferox alioqui iuuenis ad eam nuncium, atque ad tabernaculum in quo defunctæ erat corpus reuerfus, familiariter cū matre Dariani acerbū reginæ casum deplorauit. Inde Silitigambem & filias cōsolatus, magnificentiſſimorum rerum apparatu eam funerari. Semel Alexander eā uiderat posttricie quā in Cilicia dimicatum est, eiusque excellentem formam intuitus, non libidinis, sed gloriæ materiam in ea sibi questam existimauit. Dignus qui nunc quoque talis mansuetudinis & cōtinentiæ ferat fructum. Tyrotes, siue ut alij scribunt, Tyreus ex intimis eunuchis unus, deceptus cū stodibus in Dariani castra penetraruit. Is coniugis mortem nunciavit regi. Credere ille primo quia stuprū pari noluisse ab hoste interfectam. Vbi uero uictoris lacrymas, & funeris pompam audiuit, alia confestim animo orta est suspicio ne captiue consuetudine superbissimus hostis se priuatum doleret. Tabernaculum itaque ingressus tormenta expediti iubet, quibus adhibitis Tyrotem sibi fateri imperat, fuisset ne cōiunx sua dum uixit ab Alexandro compressa. Ille intrepide quæstioni oblatum deos testari inuocareque, reginam ulque ad exitum uicis caste & sancte apud uictorem habitam, tum demū facta fide, diu uelato capite, manibus ad os reductis, amantissimam coniugis fleuit interitum. Inde manantibus adhuc lacrymis manus ad cœlum tollens, deos patrios precatos dicitur, ut sibi regnum stabilirent, uel si cadere necesse esset, hostem ipsam, qui rāta in suos usus esset pietate, sibi in regnum succedere paterentur. Misit inde decem legatos in castra qui cum eo de pace agerent, atque omnem terram quæ intra Helleſpontum iacet & Euphratem cum filia desponderent, haberetque Ochum filium obſidem omnium quæ promitterentur, orare adhæc, ut xxx. aurū talentis sibi matrem & filias uirgines restitueret, respiceret etsi iuuenis humanæ uitæ fragilitatem, uel suæ coniugis acerbissimo casu monitus, quæ florentissima esset ætate nuper extincta. Illud etiam cogitaret, facilius quædam uincere homines quā tuerī, ac multo plura mortalium manus rapere quā conuincere. Hæc illi dicere iussit atque identidem testari, nihil æque Darium subegisse, ut tertio pacem peteret, quā ipſius Alexandri iustitiam & continentiam, quibus uirtutibus suarum pudicitia & dignitas tam inter hostes quā si apud se fuissent, incolomis prædicaretur. Alexander legatis iussis concilio cedere quid primores suorum conſentent sciscitari cepit. Cæteris tacentibus Parmenione cēſuit, ut captiui accepto auro restituerentur, nec uideri sibi pacem quæ amplissimis offerretur conditionibus repudiandam, Macedoniamque potius quā Bactra & Indos respici oportere. Tum Alexander si ego pecuniā malle quam gloriam, essem Parmenionis perquam similis, nunc magis mei quā illius memor, de paupertate securus ostendam me regem esse nō mercatorem. Nihil uanale apud me sit, inquit, captiuos honestius dono quā precio restituiam, si restituendi sint. Inde legatis iterum introductis, ite ait, & Dario renunciate, nullum apud hostem esse gratiarum locum, superuacuumque fuisse mihi agere gratias, quod humane & comiter penes me habuerim matrem & cæteros, non id nostræ amicitia quæ nulla est, sed meæ potius naturæ debet. Neq; enim in fœminas & pueros, sed in eos arma gerimus, qui mecum certare possunt & uolunt. Nā quod ad pacē attinet, deliberare fortissimā in eā hosti redderem, si fieri posset ut Darius bona fide mecum in gratiā rediret. Quod autē fieri nō possit, uel ex eo exploratū habeo, quod nūc milites p literas ad defectionem, nunc amicos ad capitales mihi insidias instruendos, pecuniā

Statyra regina nœ interitus.

Tyrotes Dariani eunuchus.

Dariani lacrymæ.

Dariani precæ.

Pax à Dario petitur.

Ferox Alexandri responsum.

pecunia sollicitat, quare ad internicionem non ut legitimus hostis, sed ut percussor & ueneficus est ferro & igni persequendus. Præterea quid attinet mihi polliceri, quæ sunt ultra Euphratem, quum ego non ea solum, sed quæ citra quoque sunt armis obtineam: aut filiam mihi despondere, quam ipse sit seruorum uni matrimonio locaturus? Ite, inquam, & illi nunciate, quæ ad hunc diem amittit, & quæ nunc quoque habet, præmia belli esse, & iam tempus instare, quo fortuna sit ambobus suos regni fines decretura, nec me arbitretur eo consilio Asiam petiisse, ut ab alijs leges acciperem, sed ut darem. Si inferior & non par Darius mihi esse posset, impetraret forsitan quod optat, sed neq; cœlum duos soles habet, uel quia ferre non possit, aut quia nolit: neq; tellus saluo eius statu duo summā habere potest regna. Proinde aut deditonem hodie, aut pugnam in crastinum parat, nec aliā sibi quā expertus est polliceatur fortunā. Legatis hæc renunciare iussis, ipse imbelli multitudine cum impedimentis & modico præsidio in castris relicta, in hostem contendit. Darius audito Macedonum accessu, suis ut ad extremū certamen se expediant, edicit, cupiebat quādo multitudine abundabat, aperta planitie dimicare. Acies inde ita instructa, ut Bactriani equites mille in læuo cornu starent, & cum his Dahæ Aracoſij, quos centū falcati currus sequebantur. Proximus quadrigis stetit Bessus cum octo milibus equitū, qui & ipsi Bactriani, Massagerq; aliarumq; gentiū plurimi. Persas inde cum Sogdianis Ariobarzanes & Oriobates ductabant. Præſſe his & Orſines, suum genus ad prisicum Cyrum referēs. Quinquaginta falcati currus his attributi. Bradates inde cum Caspianis Indis & accolis rubri maris claudabant agmen, quinquaginta alie quadrigæ pari ratione instructæ. Qui minore incolunt Armeniam, Babylonij, Medi, Phryges, Caræones & Parthi extremo cornu sublede. Atq; in hunc modum sinistra acies est à Dario instructa. Alterius cornu maioris Armeniæ gētes Caddusij, Cappadoce, & Syri in fronte cōstituerunt, quibus quinquaginta falcati currus hærebāt. Summa copiarum omnium equitum quinq; & quadraginta milia, ut Curtius scribit, peditum, c. milia. Trogus centum milia equitum, peditū quadraginta in ea acie stetit prodidit. Tātum enim copiarum Darius ad bellum reparauit, ut ille autor est. Plutarchus decies cētum milia in prælium productū credidit, cui propemodū accedit Curtius, qui exercitū penē duplo maiorē eo, qui in Cilicia fuerat, à Dario reparatū diuerso testatur loco: ut merito suspicari possit, parum sibi Curtium constare, qui copiarum numerum in acie locatarum adeo extenuat, nisi aliquis dixerit, parum in tegre locum ad posteros custoditum, ut dextro Dariani cornu eam Curtius summam, non toti aciei tribu erit. Atq; ita ille instructus in hostem processit. Cæterum dum Darius prælio se comparat, subitus interim pauor Macedonum animos occupat. Cœli fulgor æstiuo tempore ardētī similis internitētis ignis præbuit speciē. Quo suorum metu animaduerso, tumulum Alexander occupat, quæ Mazeus audito hostium accessu reliquerat, atq; ibi per noctē quiete & hortatione sunt militū animi instaurati. Plutarchus autor est, Parmenionē & alios Alexandri amicos cōspicatos quicquid soli inter Nyphatem & Gordyæorum mōtes iacet, hostium ignibus collucere, quum inde etiam uelut pelagi lōgius resonātis grauis fremitus redderetur, animo reputantes, quantā certaminis moles cum tam numeroſo hoste instaret, Alexandro suadere ausos, ut noctu conſigeret, ne terribilis & immanis illa hostiū acies militū oculis obijceretur, quibus uulgarum illud feroſissimus rex respōderit: Ego uero, inquit, uictoria furari nolo, istud latrocinantū est, nō fortium uirorū legitimeq; bellatū: malo me fortunæ pœniteat quā uictoriæ

Dariani acies.

Bellatorum numerus.

Macedonū pauor.

Alexandri uerbum.

pudeat. Inde somni & quietis impatiēs curarū æstus fluctuabar animus, nūc ex summo tumulo in dextrū cornu oculum intendere, nunc in læuum defecere aciem. Postremo longo peruigilio fessus sub lucē in tam altum est soporem resolutus: ut iam ducibus signum expectantibus, iniecta sit suspitio, quid esset q; præter morē cunctantius in conspectum ueniret. Demū hilari uultu, & quasi manifesto uictoriæ præſagio in eius ore prominente tabernaculo egressus, suos ad pugnā hortat, ita acie instruxit, ut in dextro cornu Clyrus, Philotas, & cæteri præfecti equitum ordine cōsisterent, post illos Macedonica Phalax staret, post Phalangem Argyraspides, quibus Nicanor Parmenionis filius præerat: subsidio his esset, Cenos Orestes, & Lycesta: Peregrinum inde agmen sequi, cuius Amyntas erat princeps. Aderant Philagus & Balatros nuper in societatem asciti, & ipsi quidē moderatores. Læuam cornu Parmenio & Craterus obtinere sunt iussi cū Peloponnesum Achgorū & Locrum equitatu, hos Thessali equites clauderent: Philippus dux cum acie peditū equitibus clauderetur, & hæc sinistra cornu prima fuit acies, quæ ne circumueniri ab hoste posset ualida manu cinxit: nec cornua recta fronte, ut solēt, sunt præſidij firmata, sed auerſa à suis facie hinc inde steterē, altera uelut acie longo ordine producta, ut si barbarus multitudine fretus circuire suos aggressus esset, utrinque aduersam in se haberet aciem, à lateribus Agriani in hunc modum stare, à tergo Illyrici cum Thracibus militibus mercede conductis, atque ita eo die Macedonum acies constitit. Præceptum inde est: ut falcatos currus ex aduerso immisos patefactis ordinib; trāſmitterēt, inde in circumactu ex obliquo quadrigas suffoderent: uel si taciti hostes currus amittent, ipsi equos clamore territarēt. Impedimenta cum captiuis & modico præsidio post aciem munitiore colle constituit, dat inde negocium ipsis ducibus, nam præ nimio strepitu imperium exaudiri non poterat, ut circueundo aciem equites docerent, in dicio comperit esse, murices ferreos ad equorum ungulas suffodiendas certa camporum parte, qua Macedonicus equitatus procurſurus uidebatur, leniter sub terra esse ab hoste conditos, locus omnibus communistratus, ut certis erat metis ab hoste notatus, ut facilius à suis id insidiarum genus declinaretur: ijdem iussi per partes militem hortari, ut Granici fluminis ut Ciliciæ, Syriæ, Ægypti, aliarumque uictoriarum memor, acriter dimicaret sterneretque hostem toties uictum, sciretque illius dici uictoriam, totum orbem Macedonicis & focijs in prædam daturam. His illi hortationibus & alijs similibus, quæ in tali discrimine adhiberi solent, ut præceptū erat agmen curre. Alexander in dextro cornu erat. Darius ex aduerso læuam procurabat, qui sublimis curru hostium paucitate contempta, uenisse diem prædicabat, quo Persæ ignominiam ad Granicum, & in Cilicia acceptam abolerent. Longo inde sermone usus quo omnia complexus est, quæ ad uictoriam pertinere uidebantur. Per patrios, inquit, deos, æternumq; ignem uos precor uiri Persæ, per Cyri memoriam, qui tanta indole nobis hoc regnum peperit, ab ultimo dedecore hodie nomen gentemque Persarum uindicate, quam gloriam à maioribus accepistis posteris relinquite, in uestra dextera libertatem, opes, spem futuri temporis geritis, contemptu non metu mors effugitur: ite uiri fortes, & mecum aciem ingressi pro patria, pro liberis, pro uobis ipsis fortiter dimicite, nam quod ad me attinet uos moneo & hortor, ut uestrum regem in prælio imitemini, siue ille fortitudinis, siue ignauitæ fuerit exemplum. Nec ille pluribus affatus, ubi Alexandrum uidit obliquasse agmen nē in murices incideret, tum & ipse repente auerſum ab eodem loco equitatum in hostem immittit.

Macedonum acies.

Murices.

Adhortatio Alexandri ad suos.

Dariani adhortatio ad suos.

Falcati curus cum impetu & fragore in equites impacti, dextera læuaque stragem primo conflictu insignem ediderunt, turbati que sunt ordines, dum illos ut iussi erant per aciem transmittunt, auxerunt hunc metum Scythæ & Caucaſij equites, à Mazeo immiſſi ad Macedonum impedimenta diripienda. Quod fieri in tuitus Parmenio Alexandro confestim nunciare iubet, hostes impedimentorum direptioni imminere: cui ille, I, & Parmenioni nuncia, oportere nos hodie acie uincere, ut illa & quæ hostium sunt habere possimus. Interea qui miſſi erant disſecto præſidio tumultum occupant, captiuos ſoluunt, multi captiuorum ſoluti circa Siſingambim circumfusi ſtabant, uicisse Dariuſ prædicantes, Macedonibus cæſis ſuos in prædam diſcurſiſſe (perſuaſum fuit his quando ſui eſſe irrupiſſent hoſtem acie proſſigatum) illa uero eſt multi hortarentur, ut bono eſſet animo, immobilis & ſine uoce nullum lætitiæ ſignum præ ſe ferēs ſtabat, ſiue quia rem tantam non temerè crederet, ſiue quod fortunam poſt tot clades aridare incipientē irritare non fuerit auſa, adeo ut quid mallet eam in tuitibus incertum fuerit. Ocurrunt eo Amyntas præfectus equitum incertum ſua ſponte, an Alexandri iuſſu, ſed quum Scytharum impetum ferre nequiſſet, ſeſe ad regem recepit, magis amiſſorum impedimentorum telus, quam uindex. Miſſus inde eo Aretes dux hæſtatorum, quos Sârifiſphoros uocabant. Interea curus qui primo concurſu equites turbauerant in phalangē illati, dextera læuaque iuſſoſis equis, multa aurigarum ruina diſtrahuntur. Pauci ad extremam aciem peruenerunt. Ibi ſæda ſtragem editur, iacebant paſſim membra humi effuſa. Quædam adhuc palpitantia, alia ut ſuo habitu obriguerant, aut gladium, aut parmam tenentia. Aretes Scytharum ducē interfecto grauitèr hoſti inſtabat. Is recenti Bactrianorum equitum occurſu, quos Dariuſ ſuis auxilio miſerat penè obrutus eſt, multisque amiſſis in aciem reſugit. Tum Perſæ clamore ſublato in hoſtem quaſi ubique proſſigatum incurruunt: Inſtare ſuis Alexander ac terriſos caſtigare, præliumque ſua præſentia haud uno loco inſtaurabat. Nouiſſime conſpicatus ſequum hoſtiū cornu rareſcere, quod Bactrianorum equitum diſceſſu acciderat, qui Scythiſ auxiliuſ ad impedimenta miſſi fuerant in eam partem Macedo grauitèr inuectus periſſet, haud dubiè à ſuis excludit, ni Agriani equites in Perſas eum circumuenire adortos, effuſis repente habenis impetum feciſſent. Hi ſubita ui deſtrati, Macedonico agmine quod cum rege intercluſum undique præmebant omiſſo, in Agrianos impetum uertere conati ſunt, & Bactriani qui ad impedimēta, ut ſuis auxilio eſſent occurrerant, ſeſe ad ſigna recipiebant, cæterum conſertis agminibus non patuit illis reditus. Et iam reges ambo uno globo dimicabant, curru Dariuſ, Alexander equo. Ibi atrox utrinque certamen accenſum. Pulchrum quiſque putabat in ſui regis conſpectu cadere. Fertur aquila ſupra Alexandri caput penè immotis alis aliquandiu pependiſſe, quo augurio Ariſtander uates confirmatus, candida ut erat ueſte amictus coronam ſuis intendens, uictoriæ nunciuſ ad eſſe exclamat. Ea uoce Macedones alacrius connixi, per æqua & iniqua ruere. Tum ibi auriga qui ante Dariuſ ſedebat haſta tranſfixus concidit. Perſæ iuxta ac Macedones regem occubiſſe crediderunt. Hi alacri clamore ſublato prælium inſtaurant, planctus inde & ululatus repente ortus aciem æquo adhuc Marte dimicantem ita perterrituit, ut momento temporis ſecuta ſit fuga. Qua inſpecta deſeruit Darij curruſ ab ijs, qui circa illum pugnam obibant. Tum ille ſtricto acynace dubitaſſe dicitur, an fugæ dedecus honeſta morte uitaret, cæterum eminens curru, quia nondum ubique aperta erat fuga, ſuos deſerere erubuit: ſed res

ſiſingambis cōſtantia.

Diſſiciūtur ſalcati currus.

Perſarum ſuccellus.

Congreſſus regum.

Ariſtander uates.

semel inclinata ſiſti non potuit amplius. Nam alijs ſuper alios ſe pugnae ſubtrahentibus, ſolutis ordinibus, uia ad cædem & ruinam eſt hoſtibus facta, ac tum demum Dariuſ rebus perditis, & ipſe in fugam auertitur. Cædit uictor Macedo fugientium terga, ademeratque interim omnem periculorum proſpectum denſiſſimus puluis, ut aurium ſenſus multo habilior eſſe quam oculorum ad hoſtem perſequendum. Cæciderat iam per longa ſpatia Alexander fugientium agmen, quum trepidus illi à Parmenione nunciuſ aſſuit, læuam cornu multitudiſne hoſtiū ita deſtruari, ut niſi conſeſſim auxilio ad eſſe reſiſti nō poſſet amplius. Inſtremuit ferocille, eripitque ſibi occaſionem aſſequendi regis queſtus, anceps, ſuis ne auxilium ferret, an fugientium terga premeret, ad poſtremam uictoriam ſequebatur, quum in altero hoſtium cornu rei male geſtæ fama, & fuga regis nunciata, ita Mazeum & alios perculit, ut conſeſſim ea quoque parte pugna remiſerit. Mirari primo Parmenio, quid eſſet quod hoſtis ſua ſponte à prælio diſcederet. Verū ratus non ſine cauſa id fieri, ad ſuos conuerſus: Ecquid uidetis, inquit, milites, hoſ qui modo tam ferociter pugnam ciebat pedem terriſos referre? nimirum Alexander diuerſa parte iam dudum ſuſum hoſtem inſequebatur, & nos hic ſegnes ſtamus? Ite & nobiliſſimam uictoriam pro uiribus iuuat. Suſtinere Mazeus hoſtem, ac primo lento gradu agmen prælio ſubtrahere conatus eſt. Nec Parmenio nimis effuſo curſu inſtabat timēs inſidias haud enim reſciuerat quatenus diuerſa parte Alexander prælio eſſet functus. Tum uero Theſſaliſ peropportune tela inhiſcentibus, Mazeus citato gradu ſuo agmine Babylonem contendit. Dariuſ ad Lycum de reſcindendo ponte agitaffe dicitur, ſed non ignarus quantum hominum ſecum in fugam traheret, qui ad unum perituri uidebantur, ſi ſuperandi fluminis fuiſſet facultas adempta, in tactu poſt ſe reliquit, malle ſe diſtans ſequenti hoſti iter dare, quam ſuis fugientibus præcipere, inde inſtaurato curſu media ſerè nocte ad Arbelam deuenit. Alij interim alios caſus fortiti, & quo ſuus quæque impetus traxit, eo fuga inclinauit, multi cæſi, ali j ad riuos & flumina delati, æſtu & ſiti conſecti, nimio humore hauſto exanimati ſunt. Alexander ad Lycum progreſſus, quum pontem fugientium turba opplerum offendiſſet, tantum hoſtibus terrorem ſubito acceſſu iniecit, ut multi ex ripis, quidam alij ex ipſo ponte cum totis armis in rapidum amnem deſiliuerint, ibique impetu aquarum & armorum pōdere depreſſi, altis ſunt gurgitibus abſorpti: & iam nox inſtabat, Alexanderque ex Lycu æſtu & labore feſſus ad ſuos reuertebatur de læuo cornu ob ea quæ nunciata fuerant adhuc ſolicitus, quum interim equites à Parmenione miſſi, ab ea quoque parte uictoriam nunciant. Sed magnum interea rex adijt periculum, iam enim parta uictoria exiguam manuſ & incōpoſitam trahenti, repente hoſtium agmen fuit obuium, ibi nouo certamine iniecto, quū hoſtium dux inſeſto curſu in Alexandrum deſerretur, ab eo eſt haſta tranſfixus, ea res auxilio fuit Macedoni. Barbari qui numero & ferocia ſuperiores erant duce ſpoliati, cunctantius prælium obire ceperunt, inde tenebris ſeſe intendentibus fuga dilapſi, hoſti uictoriæ reliquerunt. Atque hunc exitum habuit pugna illa memorabilis in Aturiæ campis trans Lycum, iuxta Gaugamelam uicem commiſſa, qua Dariuſ uictus imperium amiſit. Perierunt eo die Perſarū quadraginta milia, quorum numerus iniri potuit. Macedonum paulominus trecenti deſiderati. Vicinque eo die Alexander magis uirtute, quam fortuna, magis conſilio quam loco, ob idque uictoria ipſa multo ſpecioliſſima eſt uiſa. Dariuſ qui, ut dixi, media ſerè nocte Arbelam uenerat, quo & amicorū pauci regis ueſtigia ſecuti, & militū manuſ ingens uenerat, hios pro concione

Darij fuga.

Mazei fuga.

Perſarū clades ad Lycum.

Cæſorū numerus.

concione aſſatus, docet uidere ſe breui futurū, ut uictor hoſtis omnia uoluntaria deditioſe occuparet. Cæterum laruruſ ſe æquiore animo inexhausta Macedonum famem Perſica gaza expleri, quæ celeri curſu uictoriam ſequi, reliſtūrumque ob id ſe omnia quæ a deſſent, aurum, pellices, & omnē precioliſſam ſupelleſtilem, ut quū ijs, quæ ſibi oneri, potius ad res gerendas quæ emolumentū fuiſſent, ſeſe hoſtis immerſiſſet, à priſtina uirtute degeneraret. Expedire ſibi interea intacta ſui regni loca adire, ubi bellū ex integro repararet, edoctus iam ferro tutius quæ auro bella adminiſtrari. Hiſ ille quū ſuorū animos erexiſſet, haud multum ibi cunctatus, ne hoſtium interuentu opprimeretur, cum ea manu quam habuit in Mediam iter intendit. Nec ita multo poſt Arbela Alexandro traditur, ubi præter opulentiffimā totius exercitus prædam, regia ſupelleſtilem cum quatuor milibus talentorū regi eſt præſentata. Nec diu ibi ſtatiua habita, ob morbum qui uulgaris ceperat. Profectus inde Macedo per loca ducens Arabiæ propinqua, odorum fertilitate & paſcuſis inſignia Memnium uenit, cauerna ibi eſt cum fonte bituminis, ex qua materia Babylonis mœnia magna fuerat ex parte interlita. Ducebat ex Memnio Babylonem Alexander, quum ex inſperato Mazeus, qui ex acie fugerat cum filijs illi occurrit, ac ſeipſum urbemque uictori dedit. Fuit ea deditio Alexandro admodū grata, quod regia urbe, quæ laborioſa alioqui obſidione fuerat expugnanda, primo potitus eſſet acceſſu. Mazeum igitur & filios cōplexus, urbē quadrato agmine ingreſſus eſt: tota ciuitas uidendi ducis ſtudio, obuiā uenienti effuſa eſt. Multitudo ob id ipſum muros occuparat. Bagophanes arcis & regiæ pecunię cuſtos, ne ſtudio erga Macedonem à Mazeo uinceretur, uiam, qua rex urbem iniritus erat, foris & coronis inſterni iuſſit, argenteis altaribus ab utraq; parte cōſtitutis, miram odorum fragrantiam ſpirantibus. Præbant Magi patriū cæmen canentes, poſt Chaldaei, inde opiſices cū organis & ſidibus ſui generis regum laudes canere ſoliti. Præibat & Babilonicus equitatus, luxurioliſſo magis quam bellico cultu inſtructus. Ipſe curru inuectus per urbem regiam intrauit. Poſtero die omnē Darij pecuniā & cæteram Gazam recognouit, ſed nihil æquē regem ac cæteros delectauit, quam magnificentiſſimū urbis apparatus, de quo in Semiramidis rebus explicadis loſgor à me habitus fuit ſermo. Adijciam quod Curtius Babylonis arcem præter cætera miratus eam uicentū ſtadiorum ambitu fuiſſe prodidit, murorum ſaltigio octoginta pedes in cælū educto, & in arce pēſiles hortos proceritate arborum miraculo uſenda, in hiſ frugiferas quaſdā octonum cubitorū craſſitudine, quin quagenos pedes cacuminiſ extētes, quod citra fidem penè ſit, tantam arborum proceritatem in aliena terra coaleſcere potuiſſe. Hortorum moles uiginti lati parietes ſuſtinebant, inter ſe undecim pedum interuallo diſtantes, ut procul uiſentibus, quædam ſyluarum ſpecies montium uerticibus impoſita uideretur. Fuitque ibi Alexander quatuor & triginta dies, adeoque breui illa temporis intercapedine captus eſt Perſicis illecebris exercitus, ut haud dubiè loſge debilior futurus fuerit, ſi priuſquam ad priſtinam diſciplinam reuocaretur, fuiſſet alicubi hoſtem adeptus. Curtius auctor eſt, adeo impudicè Babylonios conuiuari, ut matronæ etiam nobiliſſimæ abiecto pudore, uel lamenta corporis frequenti conuiuio deponant: ſed dum parum utili exemplo Macedonum exercitus Babylonis delicijs ſaginatur, ad undecim milia peditū, & quingenti equites Alexander in ſupplementum uenere, & cū hiſ quinquaginta principum Macedoniæ ſilij iā adulti qui illi miniſtrarent epulas, ac circubiculi fores per uices excubarent. Admouebat eiſmodi miniſtri pugnatū regi equos quum opus eſſet, uenantem comitabantur, Enam uero quum uacuus

Darij prudentia.

Darij ex Arbela digreſſus.

Alexander Babylone potitur.

Babylonica luxuries.

Babylonicæ arcis apparatus.

erat ille, ubi mane ſurrexiſſet poſt rem diuinam peractam ſedens prandeat, poſt reliquum diei dormitabat, & interdum etiam totum diem, aut uenabatur & nonnunquam per iocum uulpes, ſagittabat etiam aliquando, aut citatos curſus aſcendebat celeriter & deſcendebat, ut in prælio. Legebat præterea, aut ius militibus dicebat, ſingulorumque deſideria cognoscere. Cornabat ad altam noctem, trahebatque potando loſgiſſimos ſermones, aſſentatoribus ſupra quæ dici poſſit, deditus: quæ res quum ipſi ad uitium nocuit, tum familiarium quibusdā qui aſſentari neſciebant, aut certè ſi ſciſſent nolabant. Babylone igitur profecturus, Agathonē arci præfecit, Mazeum Babyloniam Sarrapem cōſtituit, Mitreni qui Sardis prodiderat Armeniam attribuit. In Sarrapem terrā primo exercitus eſt adductus, ibique militari certaminē propoſito, nouem, qui omnium fortiſſimi iudicati ſunt, Chiliarchas creauit, quum ad id tempus qui cōhortibus præſentent quingentos non mille ſub ſe milites habere conſueſſent: ſignum profectioſis interdiu obſeruari iuſſit ſumum ex ſumma pertica, quæ regio imminere tabernaculo, noctu uero ex eodē loco flammam. Sarrapem aggreſſus, quum Sulas uerſus iter interdiſſet Abaulitiſ filius quæ regiōni præſidebat, à patre miſſus deditioſe pollicitus eſt. Accepit eum comiter Alexander, cæterū urbem ad eū Abaulitiſ obuius regi fuit, Dromades, Camelos, & duodecim Elephantos ſecum habens, ex Indiæ nuper à Dario ad uſum belli acceſſit. Ibi Gazā ſuperducentos annos à Perſicis regibus cōgeſtā Macedo eſt adeptus, & in hiſ quadraginta milia æris talenta, Archelao ad Suſarum præſidium reliſto arcis & theſaurorum curam Callicrati demandauit. Suſianorū Satrapiam Abaulitiſ qui ultro deditioſe fecerat reſtituit, matremque & Darij liberos in ea urbe collocauit. Miſitque Siſingambis purpureā ueſtem dono, quæ ex Macedonia fuerat illi delata, eā per internūcium hortatus ut neptes nobiliſſimo operi admoueret, cuius ratio ut facilius condiſci poſſet, miſit & opiſices eius artiſ peritos, qui uirgines inſtituerēt. Fertur Siſingambis adhuc regiōſ ſpirans falſus ad eū nunciū lacrymas fudiſſe, præſentem fortunā ſibi exprobrari interpretata. Nulla maior cōtumelia apud Perſicas mulieres habebatur, quæ ſi lanæ manuſ admodum uere cogentur. Edoctus Alexander in quanto illa mœroris eſſet, ad eam ingreſſus gentiliſ inſtituti inſcitiam excuſauit. Nam quod ad Macedonas attinere, ueſtem qua tum ille cultus eſſet, ſuarum ſororū non priuæ fortunę mulierū opus eſſe docuit. Atque ita illa in ſpem honeſtioris fortunę reſtituta, Suſis profectus, quartis caſtris Alex. ad Tygrum uenit, eū accolæ Phasiſ uocant. Oritur in Vxiōrū montibus, ad ſtadia ſerè l. præceps per ſyluas & ſaxa ruit, potius quæ ſuat. Acceptus inde camporū planitie mitior factus, ad c. ſtadia euagatus, Perſico mari uno oſtio inſunditur. Vxiōrum regiō Suſis finitima eſt, longoque tractu in Perſidem excurrit, hanc terram Tygri omnibus copijs traiecto Macedo tumultuoſe inuaſit, ubi non nihil eſt à Madate regiōſ præſecto à curſu, quem in Perſidem intenderat, retardatus. Erat locus quem hoſtis præſidio inſederat, parum aditu habilis, fueruntque ob id irriti primi Macedonum conatus. Multi qui per ſaxa, & abruptos ſcopulos caſtellum temerè ſubierant, ſæde uulnerati ſe ad ſignare ceperant. Fuiſſetque, non ſine regis & aliorū indignatione ibi diutius laboratū, niſi occultioribus ſemitis expeditorum manuſ montibus inſinuata, iugum caſtello imminens occuparet. Tum Macedo ſupra caput repente conſpectus, tantum terrorem hoſtibus iniecit, ut alij per auerſa loca oppido egreſſi in pacatū profugerint, plures ut in re tepida ſeſe in arcē receperunt. Inde à Madate triginta ad Alexandrum miſſi, qui ſalutem cū arce paciſcerentur, triſte reſpōſum illis redditum non eſſe amplius ueniæ locum. Ter-

Alex. exercitatio quum bello uacuus eſſet.

Alex. Suſis præſtitur.

Darij mater eſt & filie Suſis collocantur.

Tygris ortus eſt fluxus.

Vxiōriæ ſauces.

ritus Madates ad Sifingambem occultè misit, qui eam rogaret ut ab Alexandro exitium, quod sibi & suis instabat, deprecaret. Duxerat Madates ei⁹ fororis filiam uxorem, erat & Dario alio qui arcta iustus cōsanguinitate. Illa præsens fortunæ haud oblita, multum diuq; dubitauit, an id ab Alexandro peteret, uerita ne uictoris in se indulgentiā fatigaret, demum propinqui dūtaxat sui uitam, nec alterius, per literas à rege suppliciter precata est. Ea fuit regis clementia, ut in Sifingambis gratiam haud Madatè solū, sed omnes qui cum eo in præsidio fuerant, incolumes dimiserit, oppidanosq; immunitate donauerit: & hæc uictor Alexāder captiuæ tribuit, quæ ne mater quidem plura à uictore Dario impetrasset. Vxorium gente subacta triduo Alexander ad Persidis angustias uenit, quas Susidas Pylas uocant. Rupes supra iactum teli prominentes, Ariobarzanes cū quindecim milibus hominum occupauerat, iussit ille suos quietos expectare quoad Macedonicū agmen esset angustias ingressum. Stabant itaq; hostes uelut inter pugnae fugæq; consilium ancipites, quo aspectu Macedones confirmati montium fauces audacius ineunt. Tum Dariani hoste iniuriæ opportunum nacti, subita uicoorti, cum clamore & strepitu grandiora saxa in subiectum agmen deuoluunt, rueret illa cum fragore & impetu, multamq; secum impulsorum lapidum ruinam trahere, donec in densos milites deuoluta, obiectas pharbas cum ipsis corporibus obtruerant. Fœda ibi strages momento temporis edita est, alij super alios afflicti in numerum cadebant: metu deinceps in rabiem uerso, conatur Macedones obiectis scutis in aduersos hostes ire, saxorum crepidines muricesq; manibus prensantes tum aliquando atrocior uis orta, tantaq; telorum uis est supernè effusa, ut diffracta solutaq; scutorum crate, miserabili modo proiecta & attrita corpora sint ad imum cum strage deuoluta, atq; ita pluribus amissis, multis etiam vulneratis, Alexander cum exercitu male affecto, ad triginta retro stadia remensus, castra est in aperto metatus. Hic alterum regi iter in Persidem à locorum peritis demonstrabatur, cæterum noluit ille insepultos milites relinquere. Cōsiliij itaque inopem captiuorum unus, qui Lycio erat patre procreatus, matre Persica, docet, dorso montium iter in Persidem parere. Calles esse multa arborum densitate perplexos, perpetua montium iuga à Caucaſo ad rubrum mare extensa, mille & ducentorū stadiorum longitudine, mira arborum densitate uestiuntur, secundum iuga parti spatio, sed plurimum campestris Persica regio excurrit, uicis & urbibus frequens. Araxes eam intersecat, multorum secum torrentium euoluens aquas, herbas & floribus uestiens quicquid abluit. Regio haud alia toto oriente salubrior. Alexander quum inter loquēdum audiuiſſet eum Lycium esse, qui indicium faciebat, memor oraculi quo monitus fuerat, fore, ut Persidem Lycio duce ingrederetur, Cratero ad custodiam castrorum relicto, cum expedita manu & equitibus sagittarijs ducem secutus, per montes ad hostem ire statuit, Cratero attente obseruare iusso, ut quum prælium initum sensisset in montibus, confestim faucibus copias admoueret. Tertia uigilia noctis silenti agmine monstratum iter ingressus, per abrupta loca, & aditu difficillima primò itum, tetra fuit militum colluctatio in locorum anfractibus, foueisq; niue referis, multi imprudenter in altiores niues collapsi, potius auxiliantes ad se trahere, quam inde alleuari possent, demum ubi multo labore in summum iugum est uentum, Philotam, Cenonem, Amyntam & Polypercontem, cum expedita manu sensim procedere ad hostem iubet, ipse longiore ambitu circumuectus, ita ut maiore diei parte laboriose consumpta fessis militibus substitent, in secunda uigilia sequentis noctis per

Susidas Pyla.

Macedones à Pylis cum castris repelluntur.

Araxes fluiuius

Alexā. expeditio.

A confragosa loca sub lucem in editum montis uerticem euasit, unde subiectæ hostium stationes uideri poterant: Ibi dato suis signo hostem à tergo inuadit. Fuit primo atrox pugna Persis fortiter resistentibus. Craterus interim audito clamore subito cum alia manu angustias occupat, Ariobarzanes & alij hostium armis undique degrauiati, quando præsens periculum bene pugnandi necessitatem imponebat, non solum hostem iustinent, sed memorabile etiam prælium edunt. Nudi quidam ut in re subita, armatos Macedones cōplexi ad terram deijcere, deiectis tela adimere, ademptis in eos uertere conati sunt. Demum superante Macedonum multitudine ac cæteris cadentibus, Ariobarzanes cum quadraginta equitibus, per medios hostes elapsus, Persepolim caput gētis, celeri cursu cōtendit, unde à custodibus urbis exclusus, Macedonum interuentu, qui è uestigio sequebantur, cū suis interfectus est. Alexander traducto agmine, eo quo hostis statura habuerat, castra fecit loco. Inde Persepolim ituro literæ à Tyridate reddunt (præerat is regis pecunia) scriptum erat his, imminere qui in urbe erant regijs thesauris, ut eos diriperent, nec si uis intenderetur armatæ multitudini resisti posse. Properaret ipse occupare nefarium hominum consiliū subito accessu, ut his intactis potiretur. Alexāder huiusmodi literis commotus, cum copijs ad Araxē cōtendit, eo superata castra ad duo stadia ab urbe collata. Fœdum ibi spectaculum regis & aliorum oculis oblatum, ad quatuor milia Græcorum, qui diu in hostium potestate fuerant, corporibus miserabili modo truncis, in cōspectum suorum uenere, alijs pes alter deerat, alijs manus, quibusfdā oculi eruti, nonnullis aut aures, aut nares præcisæ, inscripta q; corpora figuris literarum, quibus Persæ utebantur. Magna ibi misericordia, & comploratio orta, ubi uoce agniti, forma ob acceptā cladem humanæ dissimilis. Rex eos consolatus iubet bene sperare, fore ut omnes in Græciam reuerterentur uiatico & uectura adiuti. Illi uero haud ignari, nullam tam aptam infelicibus patriam esse quam solitudinem & malorum obliuionem, illud quoque animo uoluntantes, celeriter lachrymas in aliena calamitate exarescere, nec fideliter diligiquenquam ab eo cui fastidio sit, etsi non dearent qui patriæ desiderio tenerentur, plures eò inclinarunt ut ab Alexandro locum peterent, ubi procul à conspectu Græciæ miserabilem illam corporum calamitatem uelut in occulto haberēt. Iam Macedo iusserat mille denarium, & iumentum singulis assignari, ut domum abirent, quum interim ad illius pedes supplices iacuerent, nullam præ pudore uocem emittere ausi, quorum consilium ubi rex exploratum habuit, iumenta, inquit, uobis & pecuniam pro uiatico destinaueram, nunc quod uos manere uelle intelligo, ut in his terris cōmodè esse possitis, non minus libenter præstabo, assignatoq; illis agro quem colerent, terna milia denariorum singulis & binas uestes dedit, addita his armenta cum pecoribus & frumento, ut coli serique possent attributus ager. Postero die milites pro concione affatus, nullus, inquit, milites locus fuit unquam magis Græciæ infestus, quam arx hæc Persarum regum, quam ante oculos habetis, hinc procellæ illæ bellorum quæ toties maria & terras concusserant. Hinc illa immensa agmina, Darij prius, mox Xerxis imperio Europæ infusa, haud dicam urbium excidia, cædes hominum, direptiones, rapinas, & alia mala, quæ bella ipsa ferre solent, quæque maiores nostri ab his pepersi sunt olim, quorum umbris non uideo quomodo sanctius parentari possit, quam inimicissimæ urbis excidio quæ malorum omnium illis origo fuit & caput. Hic præterea multo maior regum Gaza congesta est, quam uspiam locorum alibi. Itæ & urbem Græco nomini inimicam, auxi refertam, magna q; parte

Depelluntur Persæ ex Pylis Susidis.

Fœdum Græcorum spectaculum.

Alexan. munificentia in Græcos multos.

parte meti destitutam occupate, diripite, qua potitū, uere ulti hostem Persicumque regnum uidebimini. Haud multa hortatione opus fuit, prædæ cupiditas ita omnium animos accenderat, ut momento temporis oppidum à Barbaris magna ex parte destitutum, sit à militibus captum. Curtius autor est, tantum hic auri & argenti ex regia Gaza quæsitum, quantum neque Susis, neque alibi terrarum. Plurarchus Alexandrum scripsisse ait Persepolitam prædam Susianæ æqualem fuisse. Sed quanta fuerit ex eo conijci potest, quod dena milia mulorum iuga, & quinque milia camelorum, diuitias, & reliquæ regis domus instrumentum uexisse traditur. Satis constat milites uasa immensi precij dolabris inter se partitos. In nulla captarum urbium maior est cædes edita. Multi etiam Barbarorum desperata salute hostium manus uoluntaria morte euaserunt. Incenderunt quidam proprias ædes quod hostis facturus uidebatur. Alexander arce ualide præsidij munita, cū mille equitibus, & expedita peditu manu sub ipsum Vergiliarū sidus, in interiora Persidis loca penetravit. Per inuios saltus & niuosos agmine laboriosissimi meo acto, agreſte genus hominum uicium habitans domuit. Ventum inde ad Mardos gētem bellicosissimam, & multum à cætero Persarum cultu horrentem. Specus effodiunt, in quos, se, liberos & cōiuges condunt. Pecorū ferarumq; carnibus promiscue uictitant, fœminis horror quidam, atque hirtæ comæ prominentes, uestis super genua, funda fronte uincunt. Id illis telum & mundus est. Hos quoq; idem fortunæ impetus domuit, unde Alexāder trigesimo die, quum in eam expeditionem exierat, est Persepolim reuerſus. Hic in tempeſtiuis conuiujs & immo dica temulentia fœdare cepit nobilissimæ uictoriæ laudem. Adhibebantur castrensia scorta regio conuiuio, & in his Thais Attici generis femina, omnium quæ castra sequebantur, ob excellentem formā nobilissima, eam postea Ptolemæus regnans scortum habuit. Hic quum iam in multum uini Rex & alij prouecti essent, illa Alexandrū allocuta dicitur. Maximum, inquit, Rex omnium laborum, quos Asiatica sum expeditione perpessa, hac nocte fructum percipi, quod in superbissima Persarum regia Alexandri regis inuictissimi conuiuium celebret, sed multo maiorem perceptura, si Xerxis regiam, qui nostras olim Athenas cremauit, mea manu incendēt, quod & tibi gloriæ sit, si ad posteros tradatur, ut Atticæ mulieres secutæ Macedonum castra, patriæ excidium fuerint ultæ, quod tot classes, tot exercitus, tot duces, ex terra Græcia profecti, ad id tempus ulcisci nequiuisſent. Hæc illa, atque una spectante rege facem accendit. Plausus confestim & tumultus toto conclaui oritur, cæterisq; ad id facinus hortantibus, ebrijs imperator, ebrium scortum secutus, facem & ipse corripuit, idem alij faciunt, clamoreq; sublato ad regiam incendendam discurrunt. Milites qui extra urbem tendebant, flammam conspicati, rem fortuitam rati cum aqua in urbem concurrunt, ibi regē inter cæteros materiam igni suggererent intuiti, abiecta aqua alacri animo & ipsi faces subdunt. Nemo erat cui non persuasum esset, excisa regia urbe, Alexandrum retro abiturum, atque ita fore, ut uictores & præda onusti breui domum reuerterentur. Et domus illa incluta tot regum alitrix, totius orientis imperatrix & domina, Græciæ & cæterarum gentium terror, hunc infelicem habuit exitum; quæ decem milium nauium classem aliquando instruxerat, exercitus tam numerosos coegerat, ut maria pedibus peruia fecerint, montes à continenti absciderint, flumina uno haustu exiccarint, per ludibrium meretricia manu incensa & excisa est. Vrbs quoque cum regia absumpta est, ut procedente tempore, ubi Persepolis fuisset, ignorari potuerit, nisi Araxis uicinitas, qui ad uiginti stadia præterfluebat, in signem

Persepolitana Gaza.

Opulenta præda.

Mardorū gēs.

Thais scortum nobilissimum.

Incenditur Persepolitana regia.

Persepolis excidium.

locum fecisset. Fuerunt qui eius consilij Alexādrum ignarum fuisse crederent, sed nemo alius tantū fuisset facinus patrare ausus. Persepoli deleta, continuo Macedo in Mediam contendit, Darium secutus. Erat tum ille Ecbatanæ quæ caput fuit gentis. Parthi reges postea locum tenuere, aberatq; Alexander ad mille & quinquaginta stadia ab hoste, nec flumina, aut mōtes erant ulli qui uictorem exercitum diutius morari possent. Tū Darius magis prælio quam fugæ intentus (nullus regum maiore animo aduersam fortunam meo iudicio tulit unquā) ita est suos pro cōcione allocutus. Si me, inquit, uiri fortissimi, cum ignauis & timidis fortuna coniunxisset, & ijs qui pluris uitam q̄ laudem æstimarent, tacerē ne frustra hodie apud uos uerba facerē, sed maiori quam uellem documento & uirtute uestram & fidem expertus, magis ac magis eniti debeo, ut talibus sim amicis dign⁹, quàm dubitare an uestri similes adhuc sitis, ex tot milibus hominum, quæ ad hoc bellū semel atq; iterum comparauit, uos soli hominū me bis uictum, bis fugiētem, secuti estis. Fides uestra & constantia facit, ut me adhuc regem esse credam. Desertores & transfugæ in meis urbibus regnant, non ut ab hoste eo honore digni habeantur, sed ut talibus uos illecebris & prgmjs sollicitati, ex fidissimis perfidi, ut illi, efficiamini. Cæterum uos ut fortes uiros decuit meam fortunam licet afflictam, quàm uictorum sequi maluistis, digni quibus, si ipse non possem, dij immortales pro me gratiam referant, ac referent quidem, si fides, si iustitia cœlestibus curæ est. Nulla erit tam luda posteritas, tā ingrata fama, quæ non meritis uos laudibus sit in cœlum latura. Nunc uero, si consilium fugæ, à qua uehementer abhorret animus, aliquando agitaſsem, uestra uirtute confirmatus, hosti obuiam ire cogito. Etenim quouſque adueniam & externum regem uitabundus mei regni fines uagus perluſtrabo, quum liceat fortunam belli experto, aut ea quæ amici recuperare, aut honesta morte præſenti calamitate defungi, nisi forte fatius esse dicar aliquis uictoris arbitrium expectare, uelit ne me seruatum ut Mazeum & alios, uini genti præficere, an suæ iræ potius quam gloriæ indulgere, quod nefas dij auertant, ut hoc decus capitis mihi adimere quicquam, aut condonare possit, quin uiuus nunquam hoc imperium amittam, cuius idem erit finis qui & uitæ, si hic animus uobis est, uiri fortes, hæc sententia, parata est unicuiq; uestrum libertas, nemo fastidium & superbiam Macedonum coegerit ferre, sua cuique dextera tot malorum, aut ultionem pariet aut finem. Verumenim uero fortuna, quod omnes scitis, uariabilis est, & quia mutari potest, haud immerito mitiores uices expecto. Quod si dij cœlestes pia & iusta bella auerſatur, id quæ euenire uelint, quod nolo ominari, ut fortibus tamen uiris honeste mori licebit. Quare uos per maiorum umbras oro & obtestor, qui memorabili laude totius orientis regna tenuerunt quibus Scythia cecidit, Thracia subacta est, Græcia concussa, Macedonia stipendiaria facta, ut nobilitatem ueſtrā totiusq; gentis dignos spiritus geratis, eaque animorum constantia, qua cætera pertulistis, extremam hanc pugnae sortem experiri uelitis, me certè aut uictoria egregia in perpetuum nobilitabit, aut pugna. Perſtrinxit omnium animos ferocissima Darij oratio. Erat cum eo ad triginta milia pedum, & in his quatuor milia Græcorum, quorum fida strenuaque opera fuerat rex haud uno loco usus: Equitum tria milia & trecenti. Consensus tamen non mediocris aderat sequi uolentium. Sed Bessus Bactrianæ urbis regionis quæ præfectus, & Nabarzanes consilium inter se nefarium iniuerant, regis in suam potestatem redigendi, ut apud Macedonem gratiam iniarent, aut si id consilium minus processisset, regni eo occiso inuadēdi. Tum ibi Nabarzanes rē ad exitum perducere

Oratio Darij ad suos.

Oblique carpit adititios.

Verba uero rege digna.

Copia que Darij aderat.

Nabarzanis ambitiosa oratio.

perducere adortus, Darij orationē ita excepit. Scio me, inquit, rex, sententiam dicturum parum tuis auribus iucundam, sed medici grauiores morbos asperis remedijs curant, & nauium gubernatores, quum ancipiti periculo tenentur, cæterarum rerum iactura, quicquid seruari potest redimunt. Ego non ut cladem ad eas ullam consulo, sed ut te & tuum regnum salubri consilio serues. Dijs aduersis iam pridem bellum gerimus, perinaxque fortunæ tenor rem Persicam multis cladibus alijs super alias afflixit. Nonis igitur inijs opus est auspicia & regnū alicui tradas consulo, huncque tanti sper regem appellari pariaris, donec Asia decedat hostis. Victor deinde tibi regnum restituat, hoc breui futurum ipsa ratio promittit. Bactra intacta sunt, Indi & Sacæ, & aliæ pleræque gentes, unde inuicti exercitus parari queunt ad bellum sæpius instaurandum, si instaurato opus sit, ita ut maior belli moles super sit hostibus, quam ad hunc diem exhausta sit. Quid enim beluarum ritum in perniciem nō necessariam ruimus: uirorum fortium est, magis mortem contemnere, quam uitam odisse. Ignauis etiam & inertes, præsentis fortunæ tædium, sæpius uitam abiecerunt. Virtus nihil in expertum relinquit. Vltimum omnium mors est, ad quam non pigre accedere satis est. Præstat itaque, ut Bactra, quod regnum intactum est, petamus. Bessus que ibi tantisper regis appellationem gerat, donec res Asiæ præsentis bello defunctæ sint, ac tum tibi regi ille incolume regnum restituet. Darius ad tam indignam uocem neque iræ, neque uoci pepercit. Inuenisti, inquit, pessimum mancipium optatum tibi tempus, quo parricidium aperires, strictoque acynace in eum irrui. haud dubie interfectorus. Cæteri Bessus Bactrianique, deprecantium specie illum circumstant uti curi, scilicet, si in ultione perseverasset. Nabarzanem dilapso continuo rex iubet agmen procedere. Patron, qui Græcis militibus præerat, uidens haud dubie Bessum & Bactrianos. Dario imminere, rogauit ut Græcorum præsidio, qui omnem spem salutis ab Alexandro desperassent, suum corpus munit, quod Darius facere recusauit, falsus malle se extrema omnia inter suos pati, quam transfugam fieri. Sequebatur interim Bessus regium currum, feddasset se continuo infando parricidio, nisi ueritus esset, ne apud Alexandrum nullam gratiā iniret, quod regem ad se uiuum non perduxisset. Rem itaque in proximam noctem distulit: Darius sub noctem suo rē custodia destitutus, uehiculo pellibus undiq; coniecto, fugam in Parthienem intendit. Regia supplicem à Bactrianis direpta est. Inde Bessus Persarum agmine sibi multis pollicitationibus adiuncto, regem tertio die assecutus, aureis compedibus uinxit. Alexander interim cognito hostium consilio, quod de futuro prælio agerent, Tabas usque processerat, ibique audito Darij casu, & quod hostis ad quingenta stadia abesset, qui citato agmine Hyrcaniam petiturus crederetur, quāta maxime potuit celeritate ad eum Macedo ire perseverauit. Plutarchus tria milia stadia & ducenta undecim dierum spatio Alexandrum equo sedentē confecisse scribit. Curtius quingentis stadijs ab hoste abfuisse autor est, quum regem a suis destitutum accepit, sed quantuscunq; fuit ille cursus, quum primum appropinquare auditum est, hostes fuga disiecti, alij aliō dilabuntur. Bessus & Nabarzanis ad Darij currū accedentes, eū hortantē, ut equum conscendat, secumq; fugam capebat: ille deos ultores adesse testatus, Alexandri fidem implorat. Tum ambo ira accensis tela in regem conijciunt, multis que uulneribus confossum in curru pro mortuo relinquunt. Nabarzanis Hyrcaniam uersus fugam intendit. Bessus paucis comitantibus in Bactra. Ad tria hominum milia, sub primis Macedonum accessum ferro interiere, cæteris Alexandri iussu uenia data est. Interim iumenta que erant curru alligata,

Darij ferocia.

vincitur Darij.

Alexandri celeritas.

Bessus & Nabarzanis Darij cōsidiunt.

A sine rectore ad quatuor stadia militari uia aberrantia in conuallem quandam decesserant, haud procul fons inde erat, ad quem monstratum, quum Polystrates Macedo æstu & siti cōfectus uenisset, aquam galea haustam poturus, iumenta inhærentibus telis deficientia conspicatur, nouitate rei commotus ad currum accessit, ibique Dario reperto, aquam ori adhibuit, ut extremum spiritum trahentem resciceret. Haust ille aquam, arque addidit. Quisquis mortaliū es, hoc ad extremam calamitatem mihi accidit ut pro tali in me beneficio gratiam tibi referre nequeam. Referet Alexander, Alexandro uero dii immortales, quod in matrem meam, uxorem, & liberos, pius & clemens exitit. Tu que oro in meæ pietatis argumentū, hoc dextre pignus illi dato, ac precare etiam ne meum corpus insepultū iacere patiar. Atque hæc dicentem accepta Polystratis manu uita destituit. Et Darius rex in hunc modum perijt. Ad quē uidendū quū Alexander & multi accurrissent, dicitur rex lachrymis temperare nequiuisset, demptaque sibi chlamyde iacentis corpus contexit, postremo regio more funeratum, reliquias corporis maiorum tumulis inferri iussit. Plutarchus autor est, corpus ab Alexandro ad matrem quæ Sufis erat missum. Cecidit cum Dario Persarum regnum, ducentesimo ferme anno quā conditum erat. Fuitque hic annus à mundi origine septuagesimus septimus supra octingentesimum ac quater millesimum. Quo anno Alexandria in Ægypto condita est. Et Alexander Epirota in Italia perijt. Quo item Romani Palæopolitanos in ora Campaniæ obsidione domitos, ad deditionem compulerunt. Quapropter bellū est populo Romano cum Tarentinis ortum, & Agis Sparranorum rex congressus prælio cum Antipatro Macedoniæ præfecto, fortiter pugnando mortē occubuit. Fuit hic Agis multo iunior illo, & ab eo diuersus qui Peloponnesiæ belli tempore diu Athenas ex proximo infestauit. Hic qui iunior fuit Græcia in spē recuperandæ libertatis erecta. Lacedæmonijs autoribus, copias Alexandro absente in Macedones parauit. Sed medio belli apparatu, cum Antipatro qui ad primos cum Spartiatum motus cū ualido exercitu occurreret, manum conferere coactus, adeo ferociter in hostes dimicauit, ut inclināte suorū acie intrepide omnem Macedonum impetum solus exceperit, atque ibi cōminus eminusque peritus, multisque uulneribus confosus, tādix exaduerso stetit, quoad fluuio sanguinis exhaustum corpus supra arma corruit ad terram, inde à suorū globo (non enim adhuc tota acies ad fugam inclinat) sublatus in pedes, quum paululum quiescisset, in hostem ferocius quā antea conuersus, suos ad prælium instaurandum hortatus est. Fuitque deinde certamen acerrimū. Spartanis uetera decora intuentibus, præsentia & multo maiora Macedonibus, his pro gloria & imperio, illis pro libertate dimicantibus. Locorum angustia effecerant, ut ad multum diei sit dubio Marte dimicatum. Demum Spartanorum fortuna inclinante, Agis ubi res perditas uidit, se à quibus gestabatur deponi iussit, ibi cum dolore uulnerū pedibus consistere non posset, poplitibus innixus, ut spatium daretur suis euadendum, clypeum hostibus obiecit, ferum uibrans ab hostibus querere: Ecquis eorum iacenti sibi spolia detraheret. Nemo erat qui comminus laceffere auderet, sed multa in unū tela uno tempore cadebant, quæ impune excepta in hostē remittebat, donec pectore læcea traiecto, moribundus in clypeum procubuit, minor felicitate, uiribus & animi præstantia nihilo Alexandro inferior. Qui nuncio amissi exercitus cum Zopyrione in Sythia, haud tantum doluisse dicitur, quantum lætitia & gaudio est affectus, quod duos æmulos reges, Agim & Alexandrum auunculum, eodem tempore extinctos accepisset, quo clades illa Scythica nunciata est.

Darij interitus.

Anni mundi.

Agis.

Agis regis uirtus.

Quantū ad solidam uictoriā decessit.

Perierit cum Agide quinq; milia Spartanorū. Et ex Macedonibus haud amplius trecenti cætero exercitu uulneribus affecto. Fregit ea clades nō Spartanos solum sed ceteros etiā Græcos, qui ab illis steterant. Lacedæmonij misis ad Alexandrum legatis ueniā impetrarunt, paucis eius defectionis autoribus supplicio affectis. Maior omnino clades fuit, quæ Zopyrionis temeritate in Scythia accepta est. Is Ponticæ regioni præfectus, ociosum se ratus, nisi aliquid suo ductu ea quoque parte gereretur, cum xx. milibus hominum, Scythis, qui supra Pontum incolunt, bellū intulit. Cæsusque cum toto exercitu pœnas luit innoxie gentis temere laceffitæ. Sparranum bellum Curtius compositum scribit, priusquam Darius fuplio in Mesopotamia uictus: Trogius in Parthiarum Alexandrum fuisse ait, iam Dario extincto, quō de Agidis & Alexandri auunculi interitu Macedo factus est certior: sed quæ Curtius ait propiora uero sunt, ob Alexandri cædem, quam aliquanto antea nunciari oportuit, si interim quum Alexandria conderetur, ille in Italia perijt, ut Liuius scribit: quāquā utrinque ut uideo euenire potuit. Satis constat luctū uniuerso exercitui, ob auunculi mortem, ab Alexandro triduo indictum. Ipse Dario sublato, quum subitum patriæ desiderium militum animos incelsisset, & iam palam uoces iactarentur, Persico bello perfectio finiri oportere militiam, quo militari motu Alexander instructus, uocatum ad concionem exercituum, in hunc modum affatus dicitur. Nemo uestrū est uiri fortissimi, quem non merito satietas gloriæ, finiendæque militiæ desiderium teneat, si ea tantum spectet quæ ad hunc diem gessimus. Etenim ut Illyrios omittam, Triballos, Bœotiam, Thraciā, Spartam, Achæos Peloponnesum & alias terras in Europa, quæ partim meis, partim meorum ducum auspicijs, Macedonum armis cessere, ecce hoc biennio ab Helleponto bellum exorxi. Ionas & Æolidem seruitio exemimus, Cariam, Lydiam, Cappadociā, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphiliā, Pisides, Ciliciam, Syriam, Phœnicem, Ægyptum, Armeniam, Mesopotamiam, Persidem, Medos, Parthienem in potestate habemus, ut plures expeditione una provincias ceperimus, quā cæteri imperatores urbes. Nunc uero si tot captarum gentium imperium stabile, & mansurum nobis arbitraret, uel uobis renitentibus ad matrem & cæteras necessitudines reditum festinarem, ut cum his laude uobiscum parta porissimum fruerer, ubi uos quoque uiri fortes, liberorum, coniugum, parentū læticia expectat. Verissimum uictoriæ fructus optata quies, & rerum per uirtutem partarū secura possessio, sed in nouo & tumultuoso adhuc imperio, tempore opus est milites, dum efferatissimæ gentes mitioribus ingenijs imbuantur, effrenatos mores consuetudo melius, quā metus mulcet, fruges quoque sua lege certoque tempore mitescant necesse est. An putandum est innumeros populos, alterius imperio, & nomini assuetos, non sacris, non moribus, non linguæ cōmercio nobis coherentes, eodem prælio domitos, quo uicti sunt, & qui nostris armis magis quā suis moribus quiescunt, tam paratos fore, quā hodie sunt, si immatura uictoria relinquantur? fallitur opinione si quis cōtingere id posse arbitratur, qui nunc præsentibus metuunt, absentibus hostes erit, cum feris bestijs nobis res est, quas caute inclusas magis tempus quā natura mitigat: sed quid attinet hæc dicere, quasi omnia quæ Darij fuerunt armis subegerimus? Hyrcaniam Nabarzanis tenet. Bactra non solum possidet Bessus, sed mihi natur etiam nobis. Sogdiani, Dahæ, Massagetae, Sacæ, Indi, sui adhuc iuris sunt. Omnes hi una si terga nostra uiderint, ut hostes sequentur, nostroque iugo excusso, suū his gentibus quas tenemus sine ullo certamine imponet. Suis autem quiscque placidius pareat, quæ externis & ignotis. Aut proinde quæ cepimus

omittenda sunt, aut quæ non habemus occupanda, sicut agris corporibus, nihil quod nociturū sit medici relinquunt, ita nos quicquid nostro obest imperio recidamus necesse est. Parua sæpe scintilla ignis magnum fuscitat incendium: sed nihil tuto contentur in hoste, quippe qui negligendo uiolentior fiat. Nec Darius hæreditariū Persarum accepit imperiū, sed in Cyri sede Bagoæ eunuchi opera locat⁹ est. Nec mirum uobis uideri debet, si quis dixerit, quantumcunq; est hoc imperium facile à Bessio, nisi nostra obstant arma, breui occupatum iri. Et nos parum iuste fecimus, si ad hoc Dariū uicimus, ut Bessio eius seruo imperiū traderemus, qui ultimū scelus ausus, quæ regē suū, cui hostis pepercisset, in uinculis cōiectum propria manu peremit. Hinc ergo regē patimini milites? Peroratio. quem ego in crucem tollere iam dudū meditor, omnibus regibus gentibusque meritas luiturū pœnas. At Hercules si hic idem nūcietur uobis Helleponti, aut Lydiā uastare, dolore perciti, quæ nostræ uictoriæ præmia corrūperet, ad ultionē festinaretis. Quanto autē præstat nunc, territi, & uix mentis cōporem opprimere? Quatridui iter est, nec per niues aut montium abrupta eundū, sed plana omnia & prona. Ad ipsum uictoriæ limen est uentū, pauci nobis fugitiui, & sui domini interfectores assequedi sunt, quibus supplicio affectis, haud mediocri nostræ gloriæ fiet accessio. Etenim tam nō solū extincti regis odiū finiuisse uidebimur, sed eius etiam mortē uindicasse, atque ob id quoque Persæ multo obsequentiores facti, facilius nostro affuescēt imperio. Magna militū alacritate est ea oratio excepta, ac quo ueller sese duceret, acclamati. Nec rex multum deinceps cunctatus, Cratero cū ijs copijs, quibus præerat, ad Parthienem obtinendā relicto, ternis castris in Hyrcaniā uenit. Hic Phrygium iussu per aperta loca ducere, ipse cū phalange & expedito equitatu, ad uiginti milia passuum, pergressus, ad Zioberim amnem peruenit. Fluuit is haud ab facie, præcepis primo & uolētus, mox tellure abforptus, post aliquot milia passuum ad auras emerfus, nihilo mitior Rindacho amni miscetur, mixtusque nomen amittit. Quatriduo hic circa fluuiū castra habitata. Quadrato inde agmine in Nabarzanem itū, à quo litēra uenerat, quibus ille causam reddebat, cur Darium occidisset, quæ ille sibi uitam prius adimere uoluisse, quæ nihil mortalibus sit charius. Si Alexander ad se uenire iussisset, intrepide se ad eum uenturum, nihil quidem ueritum, quin fidem suam tantus rex sanctē esset custoditurus: Deum à Deo falli non fore: quod si indignus uideretur, cui fidē daret, multa patere fugienti exilia, patriā esse ubicunq; uir fortis sibi sede delegisset. Ad hæc nihil Macedo respondit, sed properare ad opprimendum hostem, pugnatamen intentus. Erant enim loca aditu difficilia, patens uallis ad Caspium pelagus erat extēsa, cuius latera uelut brachia utrinque excurrentia, in semiplenæ lunæ speciem admissum mare amplectuntur. Cercetæ læuū latus accolunt, Mofini & Chalybes dexterum, Leucosyri & Amazonum campi. Id mare, alij Caspium, alij Hyrcanum uocant, sed neutrum ratione caret, pisces in eo diuerso ab alijs colore, & aqua dulcior quā alibi: quo argumento adducti quidam, Mæotidis paludis humore huc infuso, mare ipsum dulcorari arbitrati sunt. Estque coniecturæ huius autor Curtius, Plutarchus ut tribus alijs terrarum locis, hac quoque parte Oceanum terrę infundi arbitratus est, quā Plinius aliquanto antea celebrauit opinionem. Ptolemæus ab omni exterioris fluctus cōmercio alteriusue maris Hyrcanum uindicat. Valle igitur syluestri ad mare nullo hostium occurfu peruenit Macedo. Ibi præter alios commeatus, quorum tum regio abundabat, pomorum uis ingens passim exercitum alebat, uberrimum gignedis uuis solum, frequens arbor querno ferme folio, idque multo meliore tingiæ. Legatur necesse est ante ortū solis, alioque eius

Peroratio.

Zioberis.

Rindachus fluiuius.

De Caspij maris natura.

Melin solijs.

eius radijs contactu euanescent. Aruas oppidum primo Alexander petijt, quo Phradates Taurorū p̄fētus occurrens, ultro deditioem fecit, cuius exemplum secuti Satrapes Hircaniæ pleriq; secū gentes tradiderunt. Venit eō Artabazus cum notem filijs, is se & liberos Macedoni uenienti ultro dedit. Habebat is secum Græcorum manum, fuerat Artabazus Philippi hospes factus, iam inde ex quo Ochi regis temporibus exul uenit in Macedonia. Hoc fuit in causa ut illum iam nonagenarium, & ad pedes procubentē, Alexander dextera alleuarit. Tū senex ego, inquit, Alexander tua felicitate lætus, hoc uno torqueor, q̄ diutius tuæ clementiæ fructum ob ætatem percipere non possum. Cōuersus inde ad filios, eos obtestatus est, ut randiu uiuere uellent, quoad utiles Alexander esse possent. Alexander non Artabazum solū & filios benignè excepit, sed in senis gratiam, Græcis quoq; qui cum illo uenerant, dedit ueniam. Fuerunt hi decem milia & quingenti, quorum unus Democrates Atheniensis, qui semper Macedonum opibus fuerat aduersatus, desperata salute, sibi manum intulit. Mardorum gens inde bello petita est, qui neque legatos miserant, neq; impetrata facturi uidebatur: nō dū iter cum expedito exercitu ingressus Macedo prima luce eorū fines irrupit, fuitq; ibi tumultus magis quàm prælium. Barbari collibus quos in federat deturbati, fuga dissipantur. Capri inde uici cultoribus deserti. Montuosa loca ad quæ hostes profugerat, aditu difficillima, arboribus inexplicabili nexu, à teneris incolarum studio incrementum affuerat: eratq; genti pro uallo & mœnibus id munitionis genus. Circuire septem Alexander, atq; omnia à suis teteri iubet, si qua possint irrumperere. Multi interim hostium intercipiuntur, sed & Macedonum quoque nō pauci, ignorantia locorum, in Barbarorum manus inciderant. Et in his Bucephalus insignis equus captus, qui charissimus erat regi. Nobilissimi equi iactura rex permotus hostibus nunciari iussit, fore, ut ad unum omnes ferro obruncarentur, nisi in columem equum sibi restituerent. Mardi minacissima regis denunciatione terri, equū & alia dona ad regem miserunt. Inde quū nihil fecius oppugnarentur deditio facta est. Obsidibus ab ea gēte acceptis, quum Alexander ad Darij regiam, quæ in Hyrcania fuit, contenderet, Satribarzanē accepta fide e occurrunt, secum habens Bagoam spadonem, cuius consuetudine ob elegātem formam Darij tenebatur. Erat Hyrcaniæ finitima gens Amazonum, regnabatque tum in his locis Thalestris, omnem latē terram inter Caucaſum montem, & Phasim imperio obtinens. Hęc uisendi regis cupiditate accensa, cum una equitum ala fines egressa est. Longū inde iter emensa, priusquam in conspectū uenisset, præmisit qui regi nunciarent, uenisse Thalestrim Amazonum reginam ipsius adeundi cupidā. Tum facta ueniendi potestare, cum trecētis mulierib; ut Curtius scribit, ad regem uenit. Vbi igitur primo stetit, cōfestim equo desiluit, binas hastas manu gestans. Erat læua pars uestis ad pectus nuda, sinusq; in nodum collectus. Intuebatur Thalestris regem interrito uultu, habitumq; corporis tantarum rerum famē imparem (nā non omnia uni dii dederunt ut sapiens ait poëta) tacitis iustabat oculis. Semper hominibus Barbaris ueneratio in maiestate corporis non parua fuit, marginorūq; operum non alios capaces putant, quā quos eximia specie donare dignata sit natura. Cæterum interrogata nunquid aliquid petere uellet ad regē, haud uentia est fateri se eo consilio ad Alexandrū uenisse, ut ex eius congressu conciperet, si se non indignam existimaret, ex qua regni heredem tolleret, si puer editus esset, muliebrem stirpem gentili inlustrato secum habitura. Rogata an una militare uellet, regnum sine custode à se relictum causata cōmilitum detrectauit. Contendere tum nihilo fecius ne

Artabazus cū filijs uenit ad Alexandrum.

Democrates.

Mardorū fuga

Bucephalus captus.

Mardorū deditio.

Thalestris Amazonum regina.

Cōgressus Thalestris & Alexandri.

ferex suo cōgressu frustraretur. Absumpti inde tredecim dies in obsequij desiderium. Trogus triginta scribit: quod tempus ad conceptum deprehendendum magis idoneū fuisse mihi uidetur, quā quod Curtius posuit. Thalestris ubi uerū implese sibi uisa est, in regnū cum suo comitatu abiit. Meminerunt rei huius præter Curtium & Trogum; pleriq; Græcorum: Clitarchus, Polycritus, Onesicritus, Antigenes, & Histros. Plures contra id figmentum arbitrati sunt, & in his Aristobolus, Chares, Hyngelus, Prolemæus, Philon Thebanus, Hecateus Eretrensis, Philippus Chalcedicus & Duris Samius, quibus Alexandri testimonium (ut Plutarchus scribit) ascriptum, qui ad Antipatrum singula perscribēs, Scytharum regem sibi filiam despondere uelle significauit, nulla interim Amazonum mentione facta. Lyfimachus qui ex Alexandri comitatu unus fuit, quantum Onesicriti librū asperratus dicitur, qui hæc habuit, quæ de Amazone sunt ab illo & alijs prodita. Secūdam hæc Macedo in Parthiā profectus (ut sunt hominum ingenia, quæ cum fortuna sepius mutantur) felicitate nimia corruptus, barbaram primo stolam induit, dubium, ad conciliandos barbarorū animos, an ut Macedonas teteret, possent ne à patrio ritu, ad barbarum traduci. Inde deorum fastigium æmulatus iacere ante pedes pariebatur, uenerabundos homines, qui ad suum cōspectum ueniret, sumpto diademate, quali Darius fuerat usus alio purpuram uariante. Literas ad hæc Asiaticas Darij obſignabat annulo. Pellucibus ccc. & lxx. ut ille, regiam repleuit. Sequebantur & spadonum greges, & ipsi muliebria pati affuerat, ingemiscbant ueterani mliſti acuehementem indignari, eratq; iam propemodum unus in totis castris sensus, plus amissum esse tā clara uictoria, q̄ quaesitum. Alexandrum ex imperatore clarissimo Darij Satrapem factum uideri: Ipse ad conciliandos sibi barbarorū animos, Roxanen, ut quidā tradunt, eleganti forma uirginem sibi matrimonio iunxit. Cæterum plures auctores sunt Roxanen aliquanto postea, locoq; multum diuerso, ab Alexandro in matrimoniu receptā. Triginta præterea puerorū milia barbarici sanguinis Græcarū literariū disciplinā instrui iussit. Macedonicoque ritu armis affuecere. Alienariq; per hæc militum animis, res haud procul à seditione aberat, quum per opportune affertur, Bessum regio habitu sumpto Artaxerxē à suis appellari, Scythasq; & cæteros Tanaidis accolos, bellū studio comparare. Tum Macedo in hostē moturus, omnes ferē totius exercitus sarcinas in apertam iubet planitiem contrahi. Mox haud uno loco subiecta flamma momento temporis omnia corripuit incēdium. Tū uero quisque pro se quæ maxime necessaria putauit flammis subtrahere est conatus, cætera luxuriæ instrumenta promiscue deflagarunt. Tulit eā cladem miles equiore animo, quōd Alexander suas quoque res ignibus cremādas subiecit: in Bessum inde mota sunt castra, magnisq; itineribus in eum Macedo tendebat, quū factus est certior Satribarzanem, quem ipse Ariorum genti præfecerat, ad hostem defecisse. Alexander barbari defectione commotus, cū expeditissima manu, ad eum opprimēdum iter deflexit, subitus regis aduentus adeo hostem percussit, ut Satribarzanē cum duobus militibus equitū prouincia digressus, ad Bessum celeri fuga abiierit. Infederat Ariorum multitudo ingens locum undiq; præruptum, quo prægrandi lignorum materia militari opere admota, atque subiecto igni, fumo & æstu semineces barbari arce deturbati, partim in subiectū ignem desiluere, partim in ferrum temerē ruētes occisione ad unum occisi sunt, pleriq; etiam per rupes & abrupta loca montis præcipites acti, uoluntaria morte occubuerunt. Pauci semiuictis corporibus uiuui in potestatem sunt redacti. Recepta inde per deditioē urbe, quæ caput erat gētis, in Dracas transfijt Macedo

Historigraphi.

Mutatur Alexandri uita.

Alexander Roxanen ducit uxorem.

Alexandri incēdium.

Alexander Ariū recepit.

Domestici in regem conuenerunt.

Parmenio & Philotas filius ab Alexandro occiduntur.

Euergetas.

Aracosii.

Paropamisadae.

Macedo quinque milibus peditū, atq; equitibus quadringētis, ex Macedonia, Græcia, & Lydia in supplemenum, quū adhuc in Aria esset, acceptis. Erat Draucarum Satrapes Nabarzanēs, qui cum Bello Darium obruncauit. Is nefariæ cædis sibi cōscius, auditu hostium accessū in Indiam aufugit. Sed dum hic Macedones statua haberet, Dymnus quidam ex Caleſtra Macedonia oppido, cū pleriq; alijs regi infidius est. Amabat is Alexandri exoletum Nicomachū nomine, quem ratus fore ut in societatem sceleris ascisceret, destinatae cædis participem fecit. Ille ut commodius falleret iureiurando pollicitus est, rē in occulto habiturum, inde per Cebalinum fratrem, ne suspicionem cōiuratis faceret, dat operam ut regi indicium deferretur. Cebalinus Philotē Parmenionis filio qui plurimum apud regem autoritate & gratia ualebat, primo rem aperuit: ut per eū rex de ijs quæ pararentur certior fieret. Is ubi alia atq; alia cauendo indicium de industria derectare uisus est: Cebalinus per Metionem armentarij præfectum, rem detulit. Iubet cōfestim Alexander Dymnum ad se trahi, qui destinatū partidij cōscius, cōtinuo sibi manum intulit. Inde quaestione habita pleriq; conuicti sceleris, pro concione, Macedonico more lapidibus cooperiti sunt. Philotas & ipse multis cruciatibus prius affectus, ut cōiuratorum unus occisus est, Occisus & Parmenio pater, tanquam & ipse eius consilij non ignarus. Eum Mediæ Alexander præfecerat, nec ullius opera magis fuerat eo bello usus, quippe qui omnibus prælijs læuū cornu procurare solitus esset. Perijt ille septuagenarius secutus ex Macedonia regem, cum tribus filijs, quorū Hector minimus natus, quum Alexander in Ægypto esset, fortuito casu in Nilum nauigio excussus perijt. Nicanor quum ex Hyrcania Alexander in Ariam duceret, raro multo prius decesserat, & Philotas cuius nunc metio facta est. Plutarchus duos priores filios prælio absumptos scribit. Non defuerunt qui crederet Parmenionem & Philotam inuidia intersectos, quando iam antea Philotæ ingenio regis animus offenderetur: quippe qui quum Antigonæ Pydnæ, scorti haud ignobilis consuetudine teneretur, puellæ in dicio Alexander comperit, ferocem iuuenem iactare solitū nunc sua, nūc patris opera, Macedonibus haud uno loco uincere contigisse, qua insolenti prædicatione ratus Alexander suam laudem denigrari, occasionem magis quàm crimen secutus, utrunq; occiderit. Ad quod ipsum non medio ceter creditur à Cratero impulsus, qui cum Parmenione & Philota nihil obscuram exercebat similitatem. His ita peractis Alexander in Euergetas, iter pronūciari iubet. Id nomē gētis ab eo inditum, q̄ Cyni regis exercitum frigore & fame confectum, recto & comeatibus olim iuuissent. Euergetas in potestatem redactos, ob egregiam fidē quam Cyro olim præstitissent, Alexander grādū pecuniam donauit. Aliquot dein, in gentis statu ordinando, diebus consumptis, relicto qui regioni præficeret, Aracosios subegit, sibi exercitū, qui sub Parmenione fuerat, recepto, sex milia Macedonum erāt, & Graij generis quinque milia, Mennona Aracosijs prætorem dedit: ipse cum cætero exercitu Paropamisadas agreste hominū genus, & inter Barbaros in conditum bello petijt. Ea regio ad septentrionē magna sui parte exposita, ad occidentem solem Baſtrianis subnixa, ad meridiem Indico pelago iacet obuersa, gentis ædificia ex laterculis carinato fastigio, in quo ad domicilium illustrādum, foramina relinquuntur, uites & arbores hyeme aduersus frigora humo tegunt, celum tanto rigore obstringitur, ut neq; auium uestigium, neq; ferarū tota regione extet ullū. Obscura cœli uerius umbra, q̄ lux nocti similis, premit terram. Talis cœli inclementia uaria clade affectit exercitum. Multi frigore exanimati, aliorū pedes aduisti, quidam etiam penē oculis capti. Incolæ armato-

rum speciem tum primum intuiti, tanto sunt metu perterriti, ut præ nimia formidine omnia in apertū deferrent, ueniā suppliciter orātes. Circuire rex suos inter eundem, alios iacentes erigens, alios corporis adminiculo sustinens, nunc affectum agmen agere, nunc extremum cogere, nunc in medio ipeſtare, donec ad cultiora est loca peruentum, exercitusq; largo commeatu recreatus: Proceſsit inde Macedo ad Caucaſum montem, cuius dorsum Asiam perpetuo iugo diuidit. Hinc pelagus quod Ciliciā subit, illinc Caspiū mare ipeſtat, & cætera Scythiæ deserta. Taurus Caucaſo committitur, à Cappadocia se tollens, Ciliciam præterit Armeniæq; motuosa, atq; ita plura inter se iuga, uelut serie cohærentia, perpetuum ad orientem extendunt dorsum. Omnia Asiæ flumina his orta. Hęc in rubrū & Indicum mare, inde illa in Caspium & Ponticum dilabuntur. Caucaſus septemdecim dierum spatio ab exercitu est superatus. Mōstrabatur ibi rupes in qua Prometheus religatus fabulose tradebatur. Græci scriptores Alexandro aduantes apud Paropamisadas speluncam se uidisse affirmare sunt ausi, in qua Prometheus religatus fuisset. Sed integræ fidei scriptores, nihil eius rei meminerunt. Trogus autor est, non Parapamēnos solum, quos Curtius Paropamisadas, alij Parapamisas uocant, sed Hydaspes quoq; ea expeditione domitos, & alias pleriq; gentes, quæ ad Caucaſi radices accollunt, urbemq; his locis Alexandriam nomine, super amnem Tanaim viij. & xl. stadiorum muro in urbē deducto, septem dierū spatio cōditam Curtius prodidit. Sed dum hæc circa Caucaſum geruntur, Bessus regia appellatione tumens, in tempestiuis conuuijs de bello cōsultabat, nunc hostis temeritatem, nunc Darij uecordiam accusans, qui florētissimo exercitu hostibus in Ciliciā angustijs obiecto, Macedonibus gradum ad uictoriam fecisset. Obiecturū se Alexandro Oxum amnem, dū ex Chorasmijs, Dacis, Saxis, Indis, Scythis, qui trans Tanaim incolerent, auxilia contraheret. Approbantibus id consiliū cunctis, qui una uino incalescant, Cobares natione Medus, magiæ disciplinæ haud ignarus, præfatus in primis multo utilius seruis esse dicto regis parere, quā consilium adferre ullum, ita tum est apertè factus. Quā parum, inquit, mortalium natura sapiat, quū ex multis alijs rex cognosci potest, tum ex eo quod dicam maxime. Nemo est qui in proprio negotio non minus sapiat, quā in alieno. Turbida est ratio eorum qui sibi cōsulant, alijs metus obstat, alijs cupiditas, alij alio affectu trahuntur. Nemo, aut pauci omnino sibi sapiunt. Magnum est regni onus. Insigne istud, aut moderate ferendum est, aut quod deus auertat, in te cito corruet. Consilio non impetu opus est. La trant timidiore canes non mordent, & altiora flumina sine strepitu labuntur. Fugæ consilia, ut uideo, moues, uelut iter non ubiq; tutius sit uictori, quā uicto, quanto utilius tutius que sit tibi nomen regis per eum tibi stabilire, qui dare potest tibi regnum, si uolet, atque idem auferre. Consilium habes fidele, quod tardius exequi superuacuum erit. Nobilis equus uirgæ umbra regitur, ignauus ne calcaribus quidem excitari potest. His Bessus uerbis non solum non paruit, sed in tantam exarsit iram, ut stricto acinace fuerit Magum traiecit, nisi ab amicis esset inhibitus. Cobares inter tumultū elapsus, ad Alexandrū transfugit. Habuit circa se octo milia Baſtrianorum Bessus, quoad Alexander in Indiam proficisci est creditus. Vbi uero in Baſtra iter flexit, alijs aliō dilapsis, solus cum modica clientum manu defuitus, adhuc ferociter bellum meditabatur. Interea in Ariorum gente Satribarzanēs transfuga, qui hostibus præerat, quum fortē acies in prociūto staret, adp̄ta sibi galea, in medium proceſsit, alta uoce in clamans, an ex hostibus esset, qui secum ueller singulare certamen obire. Tum Eriginus, etſi iam grauis ætate, pul-

Taurus mons. Caucaſus.

Spelunca Prometheus.

Cobaris magi uerba.

Bessi ira.

chrum tamen ratus cū duce hostium depugnare, capitis & menti caniciem offentans, dimicaturū se dixit, ut ex euetū unius senilis ingens certamen gestandi regis est inter equites & milites ortum, tantisper dum uulnus curaretur. Ille ratus fore, ut dum unis omnino se crederet, alio offenderet, per uices gratissimum, onus utriq; partitus est. Ad Marupenta dein quartis castris uentum est. Parebat urbs lxx. stadiorum ambitu, qua recepta Aulorū, qui iustissimi inter Scythas habentur, ac bellorum expertes, legati superuenerunt deditiōnem ultra facientes. Fūerat ea gens iam inde à primi Cyri temporibus libera. Hos benigne Alexander audiuit, laudatosq; in fide recepit. Misit inde Penidā ad eos Scythas, qui supra Bosphorum & Mæotim incolunt quos transire Tanaim, ueraret. Ipse interim diligēter regionē exploraret, & locorum situm animo conciperet, consideraretq; locum urbi super ipsius amnis ripā statuendū. Dificulter id consiliū Sogdianorum defecit, cuius gentis ad septem milia ex improuiso ad arma recurrerant, falsis rumoribus impulsū, Bactrianos equites Macedonem idcirco ad se accessuisse, ut infesto exercitu trucidandos obijceret, ad quem motū comprimendum Spitamenes est à rege missus. Cæterū animi ad defectionē semel inclinati, ad officii retrahi nequiverunt. Alexander transfugarū defectionē cōperta, Craterū Cyropolim obsidere imperat, ipse aliā regionis ubi bema corona adortus, ut cepit, signūq; dato ut puberes interficerent, reliqua multitudo prædā fuit militi. Vrbs diruta est, ut unius excidiū cæteris documento esset, ne extrema experiri uellent. Misit & ad Memacenos Macedo genitē ualidā equites quinquaginta, qui eos ad deditiōnem faciendā hortaretur, ut finitimorū excidio edocti periculum, quod uniuersis immineret, uoluntaria pace subterfugerent. Hos benignē acceptos, extrāq; munimenta iussos tēdere somno & uino grauatos in tēpesta nocte Memaceni adorti, cōtra uis gentiū interficiunt. Barbarorū perfidia adeo regē uniuersę gēti reddidit infestū, ut Cyropolim interim captā, quam ob Cyri memoriā incolumē seruare i animo habebat, diripuerit. In duobus ille regibus præcipuā animi uirtutē miratus dicitur, in Semiramide & Cyro, atq; ob eā rem amborum memoriā semper ueneratus est. Memacenorū obsidio diutius tenuit, q̄ rex ab initio persuasum habuit, nullaq; ciuitas laboriosius à Macedone est oppugnata. Quum rex incautē muros subijisset, ceruice saxo percussa, parū abfuit quin caligine oculis obruta caderet. Sed nihil ea clade territus, nō prius incepto destitit, q̄ murorū parte cuniculo nudata, urbem ui cepit, captā diripuit, direptā solo æquari iussit. Misit & Menedemū, cum tribus milibus peditū, & cccc. equitibus ad Maracandam urbem, quā Spitamenes transfuga occupauerat. Ipse ad Tanaim perfectus locum castrorum, quem sexagenū stadiorum habuit, muro circumdedit, urbēq; Alexandriā nuncupauit. Id opus tāta est celeritate perfectū, ut xviij. die q̄ ibi metatus est castra, domus tectāq; saracq; cōstitierint. Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europeos uocant, diuidit, id Asiæ Europæq; confinium. Et hæc non paruo quidem errore de Tanai, & rebus ab Alexandro circa illum gestis, prodidit Curtius. Etenim magna Asiaticæ terræ pars fuit, inter Tanaim & Hyrcanum mare, quæ non sensit Macedonum arma. Estq; huius opinionis autor Strabo. Is quia in tanto Asiæ motu, hæc quoq; terra magnos contraxerat exercitus, persuasum habuisse quōsdam exiussit, mat eum gentium tractum famā Alexandrum obtinuisse, sed quum Strabo hoc ipsum, tum Plutarchus haud obscurē demonstrat Alexandrum, & qui cum illo in Asia fuere, opinione deceptos, quia Hyrcani maris aquam dulciorem gustu deprehendissent ad Mæotim se paludem peruenisse, cuius Tanais est æcola. Cadunt in Hyrcanum pelagus grandiora flumina,

Singulare certamen.

Sitis militum.

Oxus fluiuius.

Passus tradidit Alexander.

ueriti ne ad unum uicti cæderentur, ultro deditiōnem fecere, quum xxx. milia numero essent. His in fide receptis, ubi castra mota sunt, ingens certamen gestandi regis est inter equites & milites ortum, tantisper dum uulnus curaretur. Ille ratus fore, ut dum unis omnino se crederet, alio offenderet, per uices gratissimum, onus utriq; partitus est. Ad Marupenta dein quartis castris uentum est. Parebat urbs lxx. stadiorum ambitu, qua recepta Aulorū, qui iustissimi inter Scythas habentur, ac bellorum expertes, legati superuenerunt deditiōnem ultra facientes. Fūerat ea gens iam inde à primi Cyri temporibus libera. Hos benigne Alexander audiuit, laudatosq; in fide recepit. Misit inde Penidā ad eos Scythas, qui supra Bosphorum & Mæotim incolunt quos transire Tanaim, ueraret. Ipse interim diligēter regionē exploraret, & locorum situm animo conciperet, consideraretq; locum urbi super ipsius amnis ripā statuendū. Dificulter id consiliū Sogdianorum defecit, cuius gentis ad septem milia ex improuiso ad arma recurrerant, falsis rumoribus impulsū, Bactrianos equites Macedonem idcirco ad se accessuisse, ut infesto exercitu trucidandos obijceret, ad quem motū comprimendum Spitamenes est à rege missus. Cæterū animi ad defectionē semel inclinati, ad officii retrahi nequiverunt. Alexander transfugarū defectionē cōperta, Craterū Cyropolim obsidere imperat, ipse aliā regionis ubi bema corona adortus, ut cepit, signūq; dato ut puberes interficerent, reliqua multitudo prædā fuit militi. Vrbs diruta est, ut unius excidiū cæteris documento esset, ne extrema experiri uellent. Misit & ad Memacenos Macedo genitē ualidā equites quinquaginta, qui eos ad deditiōnem faciendā hortaretur, ut finitimorū excidio edocti periculum, quod uniuersis immineret, uoluntaria pace subterfugerent. Hos benignē acceptos, extrāq; munimenta iussos tēdere somno & uino grauatos in tēpesta nocte Memaceni adorti, cōtra uis gentiū interficiunt. Barbarorū perfidia adeo regē uniuersę gēti reddidit infestū, ut Cyropolim interim captā, quam ob Cyri memoriā incolumē seruare i animo habebat, diripuerit. In duobus ille regibus præcipuā animi uirtutē miratus dicitur, in Semiramide & Cyro, atq; ob eā rem amborum memoriā semper ueneratus est. Memacenorū obsidio diutius tenuit, q̄ rex ab initio persuasum habuit, nullaq; ciuitas laboriosius à Macedone est oppugnata. Quum rex incautē muros subijisset, ceruice saxo percussa, parū abfuit quin caligine oculis obruta caderet. Sed nihil ea clade territus, nō prius incepto destitit, q̄ murorū parte cuniculo nudata, urbem ui cepit, captā diripuit, direptā solo æquari iussit. Misit & Menedemū, cum tribus milibus peditū, & cccc. equitibus ad Maracandam urbem, quā Spitamenes transfuga occupauerat. Ipse ad Tanaim perfectus locum castrorum, quem sexagenū stadiorum habuit, muro circumdedit, urbēq; Alexandriā nuncupauit. Id opus tāta est celeritate perfectū, ut xviij. die q̄ ibi metatus est castra, domus tectāq; saracq; cōstitierint. Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europeos uocant, diuidit, id Asiæ Europæq; confinium. Et hæc non paruo quidem errore de Tanai, & rebus ab Alexandro circa illum gestis, prodidit Curtius. Etenim magna Asiaticæ terræ pars fuit, inter Tanaim & Hyrcanum mare, quæ non sensit Macedonum arma. Estq; huius opinionis autor Strabo. Is quia in tanto Asiæ motu, hæc quoq; terra magnos contraxerat exercitus, persuasum habuisse quōsdam exiussit, mat eum gentium tractum famā Alexandrum obtinuisse, sed quum Strabo hoc ipsum, tum Plutarchus haud obscurē demonstrat Alexandrum, & qui cum illo in Asia fuere, opinione deceptos, quia Hyrcani maris aquam dulciorem gustu deprehendissent ad Mæotim se paludem peruenisse, cuius Tanais est æcola. Cadunt in Hyrcanum pelagus grandiora flumina,

Affectus militum in Alexandria.

Memacenorū perfidia.

Alexander uulneratur. Memacenorū excidium.

Alexandria.

Tanais fluiuius.

Ochus. Oxus. Iaxartes flu.

Mira aquarū ciuculatio.

Scytharū oratio ad Alexandrum.

mina, ex Scythiæ montibus decurrentia, Ochus, Oxus, Iaxartes, quorum Aristobolus Ochum maximum omnium fluminum, quæ in Asia uiderit secundum Indica arbitratus est. Hunc Strabo Tanaim falso appellatum ab ijs qui cū Alexandro fuerunt existimat, quo errore Polycletus, Tanaim ex Indiæ montibus lapsum in id mare cadere arbitratus est, conatus cōiectura haud inepta ostēdere, lacum eum esse, non mare, quia serpentes aleret, & dulcioris esset gustus, quàm cætera maria. Idem Curtius, & qui Curtium in eum errorem traxerit, Bactrianam ab occasu Tanai fluuii allui opinari sunt, sed quantum Tanais ab ea terra distat facile deprehenditur. Taurus ex Paphlulia affurgens, perpetua iugorum serie, in Hyrcaniam extenditur, cuius septentrionale latus habent Gele, Cadusij, Mardi, Hyrcani, Parthi, Margiani, Arij, tum deserta regio, quam Samus amnis interfecat. Suntq; ab Hyrcano mari ad Arios sex milia ferè stadiorum. Inde Bactriana est regio, cui Curtius & qui eius erroris autores fuere, Tanaim affinem fecerunt, quum tot alio qui gentes longissimāq; terrarum spatia, Tanaim, qui in Ripheis ortus montibus in Mæotim labitur, à Bactris procul dirimant. Ptolemæus quod ad Alexandriam attinet, duas urbes uel nō minis in Sogdianis retulit, quarum alterā Oxianam uocat, ab Oxo credo, qui terram ipsam à Bactriana diuidit: quo apparet Oxum esse, siue Ochum, ut alij tradunt, quem illi Tanaim falso nominant. Sed ueveor ne maiore uerborum complexu, quàm necesse fuit locus sit hic à me discussus, quum omnes qui de ratione terræ scribunt, opinionio, quam sequimur, haud dubiè aspulerent. Illud memorabile adijciunt, quod ad Caspium mare attinet, tanto impetu flumina quædam ex rupibus, quæ aliqua sui parte mari prominent, suas aquas in subiectum pelagus eiaculari, ut infernum litus ne aspergine quidem cadentium aquarum attingatur, sitq; exercitibus peruium, uulgoq; locorum indigenæ æstiuis horis conuiuia ibi inter se celebrent. Alexander urbe, ut diximus, condita dubium aliquādiu habuit, deberet ne Scythas bello persequi, an Bactrianorum defectionem ulcisci. Cui deliberanti nuncius affertur, Menedemum, qui in Bactris fuerat relictus, in insidiis lapsū, cum duobus milibus peditum, & trecentis equitibus cælum. Hic ille etsi ceruicis uulnere haud satis conualuerat, dolore & ira acceptę cladis, quam pro magno habuit negotio occultare, ne suorū animi à rerum gerendarum cursu auerterentur, esse sibi in animo pronunciat, statim in hostem ducere, atq; equestres copias rariū fluiui traicere. Ipse indetidem noctu summotis tabernaculi pellibus, hostiū numerum, qui ultra flumen erant, ex ignibus in conspectu accēsis, tacitus explorat. Et iam omnibus ad traiciendum paratis uiginti Scytharum legati uenerunt in castra, qui ubi ante regem cōstituerunt, maximus natu ita est eū allocutus. Si dii immortales Alexander tui corporis habitum (erat enim in illo presentia oris omnino maiestate nominis inferior) immensę animi istius cupiditati parem esse uoluisset, iam te totus orbis non caperet unaq; manu orientē tangeres, altera occidentem, ac tum quoq; haud dubiè requireres, ubi tanti nominis fulgor cōderetur. Sic quoq; plus nunc (quod fari liceat) concupisti q̄ capias, an si humanū genus tibi cesserit, cum syluis & fluminibus, cumq; ipsa rerum natura bellare incipies? An ignoras immētas arbores diu crescere, una deinceps hora, aut hominum iniuria, aut casu extirpari? Leo quoq; minimarum auium sit pabulum, & ferrum consumit rubigo. Nihil est tam solidū & firmum, cui nō demum ab inualido sit periculum. Quid tibi rei cum Scythis est? aut qua nostra iniuria lacessitus, nobis bellū iners? & quis homo effes, & unde uenires ignorare poteramus, in profundis syluis agentes, nec quod ad nos attinet, ulli hominū seruire

possimus, nec cuiquam imperare desideramus, contenti uno iugo bouum, aratro, sagitta, & pharetra, fruges amicis impartimur honesto labore quæstas. Eminus hostem sagitta petimus, cominus uero hasta. Tu te ad latrones persequēdos uenisse gloriaris, quū istud ipsum sit uere latrocinari, eos tibi ad prædā deligere, à quibus nulla sis iniuria affectus. Iam à Lydia ad Bactra omnia tibi subiecisti, nunc nostris pecoribus inhias, quid tibi dinitijs opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium facietate parasti famem, ut quo plura haberes, acrius quæ non habes cuperes. Bellum tibi ex uictoria nascit, quum pax ex bello alijs queratur. Verēnimuero ista ratione quo tibi plura parabūtur, eo minus quietus esse poteris. Ecce dum Bactra subigis, Sogdiani in te arma induerunt. Nemo alienigenam dominum uult pari. Trāsi modo Ochum, uelocior Scytharum paupertas erit, quàm Macedonicus exercitus tot gētium spolijs onustus. Rursus quū procul nos à bello esse credideris, tum fortassis aut à frōte insultabimus, aut à tergo erimus, eadē uelocitate & fugimus & sequimur. Nos deserta & humano cultu uacua sequimur, non urbes, non opulentos agros, facileq; hostem ludimus, rursusq; quū opus est petimus. Contine proinde fortunam tuam pressis manibus, lubrica est, tuæq; felicitati impone frenos. Sine pedibus aiunt fortunam esse, manus tantum & pennas habere, atque eadem quum manus porrigat, pennas comprehendendi non patiat. Denique si deus es, benefacere mortalib; debes, non obesse, munera impartire, non sua eripere cuiq;: si homo, hoc quod certe es, te semper esse cogita. Stultum est eorum meminisse, propter quæ tui obliuiscaris. Quibus adhuc bellum nō intuleris, bonis amicis uti poteris, nam firma & stabilis est inter pares amicitia, inter dominum & seruum, ne media quidē pace, amicitia ulla esse potest. Nec de Scytharum fide, si in amicitiam recepti sunt, quicquam dubitari oportet, qui eam colendo iurāt. Græcis iusiurandum cautio est, nos religionem in ipsa fide nouimus. Qui non reueretur homines, saluet & deos. Nec tibi amico opus est, de cuius beneuolentia dubites. Scythicę gentes magnā Asiæ partem obtinent, magnam & Europę, si bellum cū uno eius gentis populo contraxeris, cum omnibus erit habendū, tam hic quàm ibi tuo imperio finitimi sumus. Proinde hostes an amicos habere uelis prius q̄ arma inferas, tecum etiam atq; etiam cōsidera. Quū ad hæc Macedo nihil pacate respondiisset, ut erat in omne uetutum præceptis, confestim copias fluuii admoquit, rates primo in hostem missæ, has sequi pedites iussi utriusq; incubates. Equestres Scytharū acies aduersam ripā magno agmine infederat, qui in prima fronte rariū constitere, obiecto clypeo in genua subfiedere iussi sunt, ut cæteros protegerent, a lateribus locati erant qui tormenta in hostes intenderent. Remigem lorica indutum, clypeorum testudo inter agendum tegebat, erat rex in prima rate, multumq; sollicitus an ripā obtinere posset, siquidē tāta uis sagittarum ab hoste sub ipsum appullum in Macedonem missa est, ut pauci è primoribus, intactis corporibus, in hostiū euaserint. Celsit feliciter regi quod ubi prima ratis terræ appropinquare cœpit, tormentis subito in hostem excussis, quia nullū telum in cōfertum agmen iritum cadebat, paululum celsit hostium acies, quo factū, ut plures una cōnixi continuo ripā occuparint. Tum uero strepitus & clamor applicatum, penè priusquā ullum sit iniectum certamen, hostem in fugā uertit. Tenuit tamen nō nihil pugna. Scythæ fusi fugatiq; ad mille & octingentos equos amiserunt. Victor Macedo fugientes ad noctem usq; persecutus est. Transgressus iam Liberi patris terminos, quorum monumenta lapides erant, crebris interualis dispositi, arboresq; proceræ, quarum stipites hædera contexerat, Alexander ad

Peroratio.

Alexander Oxū transfregit.

Liberi patris metia.

concordiam benignitatis famam captiuos Scythi sine precio restituit, ut de uirtute se contendere non de uita aut diuitijs, intelligerent. Vix credi possit quantum ea uictoria famæ & celebrata inter Scythas & alias gentes Macedoni parauerit. Nulla gens in terris Alexandri armis par futura credebatur amplius. Sed illi quibus Macedonum uires cū ijs, quæ ea tempestate populi Romani fuerunt, conferre curæ fuit, multum diuersi à uulgi opinione fuerunt, & in his Lilius Romanarum rerū autor clarissimus. Is omnia quæ uictoriam parere possunt, militum copiam, uirtutem, duces, ducum felicitatem, diligenter complexus, adeo hæc Romanis, per id tempus, quo res Macedonum longe lateq; Alexandri ductu florere, superfuisse existimat, ut uelut ab alijs regibus gentibusq; ita ab hoc quoq; Quiritium nomē, si ille in Italiam uenisset, fuerit in colume māsūrum. Nec (quod ad imperatorem attinet) Alexandrum egregium fuisse ducem inficiatur, sed multum illi ad celebritatem contulisse, quod unus inter suos auerit, quod adolescens nullum sæuientis fortunæ impetum sit expertus. Cyrum quem omnium ducum maxime Græci probauerunt, ut alij reges ducesq; omittentur, nō paruū exemplum fuisse humanorum casuū, mutabilisq; fortunæ. Romanos duces ut illi tantum conferentur, cum quibus bellandū Alexandro fuisse, si hos sibi hostes destinasset M. Valerium Coruū, C. Claudiu, M. Rutilium, C. Sulpitium, T. Manlium Torquarum, Q. Publium Philonem, L. Papyrium Cursolem, duos Decios, Quin. Fabium Maximum, & M. Curium indole & ingenio nihilo inferiores Alexandro, idem autor arbitrat, quippe qui ea militia imbuti essent, quam sub regibus primo Romanus populus imbibisset, tumij, Valerijque regum exactores confirmassent, Valerij, Fabij, Quintij, Cornelij auxiliissent. Nec quia Alexander militaria opera obiuerit, quo est illius nomen & imperium illustratum, Torquatus ei aut Valerius Coruinus cefsissent, qui prius insignes milites, quàm duces fuerunt. An Papyrius illi corporis robore cefsisset? An Decij deuotis corporibus in cuneos hostium ruentes? An unius iuuenis consilij, ne singuli duces nominentur, superari potuerit senatus ille, quem Cyneas hostis haud multo postquam hæc gesta sunt intulisse, ex regibus constare dixit? Nec periculum fuisse, ut quàm quiuis horum, aut castra diligentius metaturus esset, aut cautius insidias uitaturus. Rursusne, aut pugnæ tempus aptius captaret, melius aciem instrueret, subsidijs firmaret: nec cum Dario rem illi futuram fuisse, qui spadonum & fœminarum maius penè agnien quàm militum traheret, uerius præda quàm hostis. Vicit demum ille incruentus, nil aliud tã bene ausus, quàm uapam contemnere. Longe alius Italiæ quàm Indiæ situs, per quam ille comessabundus temulentum circumegit agmē. Horridiores Lucaniæ tumuli, domestica clade insignes, oculis occurrissent. Quid quod ille secundis reb⁹ meritus, barbaricq; illecebra capt⁹, similior Dario quàm sibij si fuisse Italiam ingressus? Quid corporis habitus? Quid humi iacentium desideratæ adulationes, uictis etiam non modo uictoribus graues? Quid infanda supplicia? in cœnis mediæque potatione amicorum cedes? uanitasq; ementitæ strispis? Nec maius aliquid à Græcis pro Macedone allatum idē autor ait, quàm quod Parthi, quos ille subegit, graui prælio Romanos uicerint, quasi uero ea gens, non fuerit postea sæpius à Romanis uicta. Nec illud multo maius habendum, quod ubiq; Alexander feliciter pugnauerit, quū multi ex Romanis ducibus, pari felicitate bellarint, ut nulla nō acie uictores extiterint. Inuidio igitur cum inuidiis belladum fuit, habuissentq; Macedonem unū Alexandrū: Contrā Romanorum pleriq; extitissent, uirtute, consilio, felicitate pares. Nec si copiarū collatæ essent, copijs

Comparatio Ro. & Macedo.

Quid pro Macedonia Græci offerant.

res Romana fuisset inferior, quando scriptores quidam cum triginta milibus peditum, & quatuor duratæ equitum, Macedonū Asiam traicisse memorent. Etenim si Persæ oriētē domito, aut Indi accepsissent, talia auxilia impedimento potius ad rem gerendam, q̄ adiuuamento fuissent, quum interim duccena quinquagena milia peditum censeretur, urbanocq; delectu decem nonnunquā scriberentur legiones, sepeq; p̄ eos annos quaternis quinisque exercitibus sit res pub. foris administrata. Accessissent his sociæ uires, Hetruria, Latini, Sabini, Marfi, Picentes, Equi, Volsci aliæq; gentes fortissimæ Italiæ incolentes. Arma Macedoni clypeus & sarissa, Romano securum & pilum habilius, & telum perniciosius. Illi Phalanx, sed confusa. Huic acies ex pluribus ordinibus compacta. Vterq; statariæ pugnæ aptus, sed Romanus ad tolerandum laborem melior. Vno prælio uictus Alexander bello uictus esset. Romanum quē sub id tempus non Caudium, non Transimenum, nō Cannæ fregissent, nulla certè acies fregisset. Ille aut etiā si prima prospere euenissent, confessus esset, sibi in Asia cum fœminis bellatum, quod Alexander eius auunculus dixisse fertur. Postremo bella punica facile demōstrant, an populus Romanus uinci potuerit, quoruū spacijs ne par quidem Macedo fuisset, atq; sic demum ille colligit, fuisse Romanum nomen aliquando prælio uictum, bello uero nunquā. Sed nos hæc ex Liliij dissertatione, pluribus fortasse q̄ instituti operis breuitas exigit, executi sumus. Nūc quādo ex magnitudine rerum ab Alexandro gestarū, eo processisset sermo, ut Romanarum uirū mentio ex collatione fieret, ut nostratia, quod ubiq; penè fecimus, peregrinis præferantur, iā in ijs, quæ per id tempus Ro. Po. in terra Italia gessit, nō nihil immorabimur. Principio eius anni quo Romanæ legiones ad Caudium, cuius proxime mentio facta est, à Samnitibus circumfessæ iugum subierunt, Cōsules Romæ creati sunt, T. Verurius, & Sp. Posthumius. Hi Samnium prouinciam adepti, copias in hosticum eduxerunt. Iam Samnites & ipsi Herennij Pontij ductu arma induerant (quam rebellionis causam prætenderent, proximo uolumine explicauimus.) Incendit Pontius suorum animos ad Romanorū uim fortiter propulsandam. Expiatum dicere quicquid celestium irarum erat ex rupto fœdere, dedito ad supplicium autores uiolatæ pacis, deditorem ipsam à Romanis neglectam. Omnia Samnites fecisse, quæ ad placandos deos hominesq; fieri potuerunt. Nec se uidere quid Samnium aut Romanis, aut dijs fœderum, deberet amplius. Quod si cum potentiore nihil humani iuris inopi relinqueretur, ad deos intolerandæ superbiæ uindictas suam Samnites causam relegarent, aut si quibus satis factum uoluissent aliter placari non possent, nisi sanguinem hauriendum, suaque corpora lanianda darent, irent & fortiter uitam, parentes, liberos, penates, aduersum superbissimum hostem tuerentur. Iustum esse bellum, quibus & necessarium. Pia etiam arma, quum his solis spes uitæ relicta esset. Talibus Herennius quum multum iræ suorum animis addidisset, ad Caudium non multo post cum ualido exercitu con-sedit. Mittit inde decem milites pastorali habitu, qui pecus in conspectum Romani præsidij darent, captique Samnitium legiones dicerent, Luceriam in Apulia circumfedere. Romani consules castra ad Calatiam fecerant, apparebatque ita futurum, ut Lucerna obsidione audita, continuo ad opem socijs ferendam occurrerent. Milites pro pastoribus in castra adducti, quum de statu prouinciæ appellati idem omnes dicerent, facile fidem fecere. Duæ uiæ erant, una per oram superi maris, sed quo tutior eo magis proluxa, reliqua per Caudinas furcas, saltus duo sunt præalti, atque syluestres iugorum perpetuitate inter se iuncti, iacet inter eos satis pa-tens

Consules.

Herennij ars in includendo Ro. exercitu.

Intercluditur Ro. exercitus inter Caudinas furcas.

Herennij patris duplex sententia.

Irriti Rom. conatus.

Oratio L. Lentuli.

tēs clausus in medio campus, herbidus, & aquis irriguus per quem medium est iter. Huc aduētib⁹ in trandæ sunt angustia, tum si retro abire uelis, aut eadem qua te insinuaueris, uia petenda est, aut per arctiorem impeditioremq; saltum euadendum. Hæc igitur Romani consules temere ingressi, quum ad ultiores angustias occupadas, citato agmine irerēt, multa mole arborumq; deiectu obseptas inueniunt fauces, tum demum fraude hostium cognita, præsidium quoq; in summo iugo conspiciunt. Conuertit inde retro cursum miles, eadem qua uenerat, in apertum euasurus. Hunc quoq; aditum obice, & armis oclusum conspiciunt, stupore defixus consistit. Tū ibi alius alium intuentes, tacito obtutu requirere, & quæ omnium fortuna futura esset: In solitus torpor simul mentes occupat. Mox ubi consulum prætoriam statui ceperunt, ad munida castra conuertuntur, uelut munitio ulla adiuuamento esse posset, quo minus capri caperentur. Multa per diem inter duces & milites iactata, qua arte, qua ui inde abirent, atq; per irrita consilia luce exacta, nox incertos opprellit. Tū Herennius dux patrem in tantare consulendum ratus, misit, qui ab eo sciscitaretur equid sibi agendum putaret? Romanas legiones cum consulibus intra Caudinas furcas à se iam dudum obsideri. Incolentes cum suis ducibus exercitum mittendos censuit senex, quod consilium quum uulgo displicuisset, secundo ad eum filius misit, qui iterum ab eo sciscitaretur, quid opus esset facto? uideri sibi respōdit, Romanos ad unum interficiendos. Herennius in tam diuersa sententia anceps patrem in castra plaustro aduehi iussit. Ibi senem coram sciscitatus, ecquid tam diuersæ in eadem consultatione sententiæ sibi uellent? Tum ille, uidebam, inquit, conducere Samnitibus, ut cum potentissimo populo per summum beneficium pacem firmaret. Id quia displicuit duos consulares exercitus interficiendos duxi, ut res Romana, huiusmodi clade afflicta, in plures annos accisa iuuenture, minus formidabilis fieret. Tertiū nullum esse consilium affirmans, quod initum Samniticæ rei expediret. Quid, inquit, ille si media quadam uia ingressi incolumes dimittamus, & uelut bello uicti leges pacis à nobis accipiant? Istud ait senex neq; amicos parat, neque hostes tollit, seruetis modo quo ignominia irriteris. Ea est Romana ges, quæ ne uicti quidem quiescat. Vos qui quid feceritis, Deos secundare uolo, atque his dictis senex caristris excessit. Romani interim post multos irritos ad erumpendum conatus, quia super alia mala inopia rerum omnium premebantur, ad hostes mittit, qui pacem peterent, quam si equam impetrare non possent, hostem ad pugnam prouocarent. Pontius debellatum esse respondit, inermes quum singulis uestimentis sub iugum se Romanos missurum, conditiones pacis fore, ut Samnitium sinibus Romanus decederet, Colonias abduceret. Suis inde legibus Romani Samnitesq; uiuerēt. Si quid eorum displiceret, uerit legatos ad se redire. Vix maior lustrus castra occupasset, si renunciarum esset mortem ibidem omnibus oppetendam. Nec Consules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam necessaria quicquam hiscere. Tum L. Lentulus legatus, Audiui ego, inquit, ex patre meo, se unum fuisse eorum, qui negabant Capitolium auro à Gallis esse redimendum, quum fossa & uallo clausis, etsi non sine periculo, sine certa tamen pernicie eruptio fieri potuisset, quod si hodie tali fortuna premeremur, ut quemadmodum illis ex superiore loco in hoste decurrere liceret, si quā paucissimi etiā essemus, potius discrimen aduendum, quàm præsentem ignominiam accipiendam censerem, uellemq; fieri posse ut hodie ego pro salute populi Rom. meum hoc caput deuouerem, primus ut ego in hostium legiones irruerem, duo Consulares exercitus me cadente ser-

uarentur. Sed quum ea sit locorum iniquitas, quibus tenemur, ut ne cum hoste quidem pugna detrectante manum conferere liceat, sitq; aut fortunæ cadendum, aut ad unū hic omnibus cadendum, subeundam hanc indignitatē quantumlibet magnam, parendumq; necessitati censeo, redimendamq; armis ciuitatem, quam maiores nostri auro redimere non recusarunt. Hic enim omnis ætas militaris est, quam seruando patriam seruamus, ad necem dedendo deseritur patria ac proditur. Consules huiusmodi hortatione adducti, in colloquium cum Pontio uenere, ibi negantes fœdus ullum fieri posse iniussu populi Romani sponsonie rem transegerunt, fore, ut statetur conuenire. Consules sponsonie, Præfecti, Legati, Quæstores, Tribuni militum. Sponsonum nomina monumentis literarum postea extiterunt. Sexcenti præterea equites obfides dati, qui ca-pite iuerent, si pacto non staretur. Claudius annali scriptor, fœdus ibi percussum tradidit, sed falso, ut Lilius existimat. Tempus inde constitutum ad emitrendum exercitum, redintegratus est in castris dolor, ac uix miles à uiolandis consulibus abstinebat, quorum temeritate tanta esset ignominia accipienda, nunc arma intueri, quæ hostibus relinquenda essent, nunc ludibrosam iugi species animo obuersari, fœdissimamq; per socias urbes in patriam reditus, quo triumphantes redire cōsueissent. Consules licitoribus abire iussis, paludamentisque exuti, seminudi sub iugum missi, à quo indigno spectaculo milites non aliter auerterunt oculos, quàm ab scelerere aliquo atrocissimo. Tum ut gradu quisq; proximis erat, ita fuit ignominia subiectus, ipsæ deinceps legiones, circumstant armati exprobrantes, conuiciamque facientes singulis, quibusdam etiam ferum intentatum, uulnerati etiam atq; interfecti nonnulli, qui contumaciore uultu hostem respexissent. Atq; in hunc modū Romanos exercitus ad Caudium locorū iniquitate, nō uirtute hostium subiugari cōtigit. Triste agmen quū Capuā ante noctem ingredi potuisset, noluit, incertū, lociorum fidem uentū, an ut pudorem celaret suū. Eucit iusta miseratio superbiā Campaniæ ciuitati ingentia, fauces, purpura, lictores consulibus, uestimenta & com meatu alijs benignè dara. Capuam ingredientibus senatus & populus obuiam sese effudit, multaq; hortando monendoq; consolari dolentes. Nec ulla superiorum comitas tanti fuit, ut aut in sermonem prumperet quisquam aut oculos attolleret. Postridie quum nobilissimi quiq; iuuenum, abeuntes consules communi nomine profecuti essent, nec ex toto agmine uerbum elicere potuissent, in curiam retulerunt, nullam maiorem cladem pop. Rom. accideret potuisse, prostratam ac in omne tempus extintam cum ea clade Romanā indolem, cecidisse Martium illum uigorem, atq; inuictum animū Romanorum, nec Samnites in præsens tempus uicisse solum, sed perpetuam sine sanguine uictoriam adeptos. Hæcque illis affirmantibus, Offilius Acalanius clarus genere, longè aliter se opinari dixit: silentium illud, hixosque in terram oculos, & quod aures ad omnia solatia obstruissent, intuentē lucis pudorem esse, ingentemque irarum molem agitantis animi indicium, aut se multum opinione falli, aut breui futurum, ut Caudina uictoria inexpectatum afferret Samnitibus luctum, tristioremq; eius rei euentum ipsis quàm Romanis futurum. Hæc tum Campani uariè coniectare. Romæ interim accepta clades infamis erat, perculerat primo ciuitatem fama obfidionis, secutus inde acceptæ ignominia nuncijs, qui non minus tristis fuit, quàm si exercitus ipsi acie delecti essent. Circa forum uelut in publico luctu tabernæ clausæ sunt, iustitiumq; in foro prius ceptū quàm in dictum. laticlavi annuliq; aurei postri, nec ciuitas duces solū, sed innoxios etiā milites odisse,

Turpis Romæ emissio.

Romani ignominia.

Campanorum officium in Romanos.

uulgoq; negare urbe aut tectis accipiendos. Flexit tamen ciuitatis iram miserabilis illorum aduentus. Quippe qui noctu urbem ingressi, quum se quisq; domum tacitus recepisset, plures dies foro omniq; publico congressu abstinerunt. Consules & ipsi in priuato abditi, nihil iam inde pro magistratu agere sunt ausi. Demum senatusconsulto iulsi dictatore dicere, Q. Fabium Ambustum, mox Ælium Petum, comitorum causa, dictatorem dixere. Per interregnum inde comitia distracta, quoad consules creati sunt, Q. Publius Philo, & L. Papyrius Cursor, clarissimi ea tempestate duces. Hic eo die, quo creati fuerant, quum magistratum iniuissent primum omnium de Caudina pace ad senatum retulere. Ibi Spur.

Posthumij sententia.

Posthumius primus sententiam dicere iussus auctor fuit, ut ipse & collega quando populū Ro. sua sponcione obstringere nequiuissent, nudi uinctiq; hostibus dederentur, conscriberentq; consules exercitū, copias finibus hostium admouerent, nihilq; prius gererent, quam sui deditio rite facta esset. Hæc quū ille dissuisset, tanta eius constantiæ admiratio patres incelsit, ut uix crederent eundem esse, qui tam fœdæ pacis nuper auctor extitisset, misereri etiā multū presentis fortunæ, adeo ut ex tribunorum collegio, L. Linius & Q. Melius intercedere conati sint, quo minus dederentur. Sed eo plus ualuit religio & ciuitatis dignitas: ut ipsi tribuni qui intercedere erant ausi, ultro in ordinem redacti cum cæteris dediti sint. Delectus prope uoluntarius fuit. Scriptæ ex eodem milite nouæ legiones. Exercitusq; cōfestim ad Caudium ductus. Ibi feciales ad hostium portas progressi, uestes sponforibus pacis detrahi iubent, manusq; post tergum uinciri. Hic quum licet uere cundia maiestatis Posthumij laxius uinciret, quin tu (inquit) arctius necis ut deditio rite fiat: tum ubi ad tribunal Pontij uentum est, Au. Cornelius Artina fecialis ita uerba fecit. Quandoquidem homines iniussu po. Ro. Quiritium fœdus ictum in i

Deduntur sponforis fœderis.

ponderunt, atq; ob eam rem noxam nocuerunt, ut populus Romanus impio sit scelere solutus, hostes homines uobis dedo. Hæc dicenti feciali Posthumius femur quanta maxime ui potuit genu perculit, claraq; uoce ait se Samnitum ciuem esse. Legatum contra ius gentium a se uiolatum, ut bellum iustius po. Roma. gereret. Neque ego, inquit, Pontius deditio nem istam accipiam, neq; Samnites ratam habebunt quin tu Posthumi immo po. Ro. si deos esse censes, stet pacto: ac si sponforis penitet, restituat in eū locum, unde sponcione educæ sunt legiones, tum omnia pro infectis sint, recipiant arma, quæ per pacem tradiderunt, redeant in castra, ac quicquid habuerunt pridie quam in colloquium sit uentum habeant, tum bellum & fortia consilia placeant, tū pax & sponcio repudientur. Nunquam ne causa deficiet, cur uos Romani pacto non stetis? Sic Galli inter accipiendum aurum, quo urbem redemeratis, oppressi sunt, sic pacem qua nunc legiones recepistis irritam habetis. Non probat Po. Ro. responcionem quia pax ignominiosa est, restituat legiones, quas per illam recepit, sic satis fœderibus fecialibusq; cerimonijs fiet. Ego uero istos quos dedere simulatis, nec accipio, nec dedi arbitror, ac ne moror quidem quin iratis dijs in ciuitatem sponcione obligatam redeant. Geratur bellum quia Publius Posthumius legatum fecialem genu perculit, atque ita fiet ut dij Posthumium Samnitum, non Romanum credant. Pudere deberet Romanos talia religionum ludibria proferre, pueris potius quam senatu aut imperatoribus digna. I Licetor, deme uincula Romanis, moratus sit nemo quo minus ubi uisum fuerit, abeant. Hæc Pontius. Illi uero dubium publica fide, sua certe liberata ab Caudio in Romana castra sunt reuerfi. Samnites animo præflagantes, quam infestum bellum esset sibi ab Roma renatum,

Posthumius et alij dediti non recipiuntur.

atum demum Pontij senioris utramque sententiam laudare. Sarricani interim ad Samnites defecerant, & Fregellæ Colonia noctu ab Samnitibus ipsis occupata. Sustinuerunt Romani Coloni tumultu exciti hostium arma, quoad per præconem inermibus salus promissa est. Tum pluribus auersa porta oppido dilabentibus, qui hostium fidem secuti, in oppido subsederunt, ira renouati belli circumdato igni ab hoste sunt cremati. Consules inter se prouincias partiti sunt. Papyrius Luceriam ire pergit, ubi Romani equites asseruabantur. Publius in Samnio substitit, aduersus Caudinas legiones. Pontius anceps consilij in Apuliam ne contenderet ad opem Lucerinis ferendam, an in Samnio se hostibus obijceret, potior sententia uisa est cum Publio de summa rei dimicare: ille ubi certamen instare uidit, quū milites ad concionem uocasset, ut eos ad ignominiam eo prælio sibi uendam hortaretur, sermo nullus haberi potuit præ nimio clamore signum ad pugnam poscentium. Suus cuique animus ultionis cupidus hortator aderat. Itum itaque in præliū tanta festinatione, ut signiferi penè præcipites, urgentium impulsu, in hostes iuerint, pilaq; uelut inutilia temerè coniecta, ut cominus res gereretur. Nihil ibi imperatoria arte opus fuit, hostem militaris ira penè prius fudit, quam prælium confereretur. Exuti castris Samnites Apuliam fuga perierunt. Ibi agmine iterum coacto Luceriam sese conferunt. Publius Samnitium castris potitus, plus inuisi hic sanguinis quam in acie hausit, magnaq; pars prædæ præ nimia ira corrupta est. Papyrius interea per maritimam Apuliæ oram Arpos uenerat, inde Luceriam progressus proximus hosti confedit, fuisseq; rei frumentariæ inopia ab Romanis non minus, quam ab hoste laboratum, ni Arpi abundè omnia ministrassent, odio magis Samnitium, quam ullo Romanorū in se merito. Erat ora illa Samnitium populationibus ualde infesta. Arctior inde obsidio est Samnites adorta, ubi Publius consul cum uictore exercitu euenit. Hostes ubi rerum omnium inopia laborare cœperunt, acie dimicare constituunt. Romani & ipsi læti aciem ex aduerso explicant. Superueniunt interim Tarentinorum legati denunciantes, ut Romani Samnitesq; finibus Apuliæ abscederent, quod nisi facerent, fore, ut ipsi arma in eos induerent, per quos suo edicto minus obtemperatum esset. Papyrius ad eam denunciationem, quando Pullarij omnia prospera nunciarent, se in prælium iturum dixit, uanissimi in crepans gentem, quæ præ domesticis discor dijs suarum rerum impotens, alijs gentibus pacis & belli leges auderet præscribere. Samnites se in Tarentinorū fide esse clamitantes arma inhiuere, confelsi se parere malle, quam Tarentinorum auctoritatem aspernari: Romani cōsules uallum hostiū militè subire iubent. Hic momento tēporis repletis fossis, munitioibus disiectis castra miles irrumpit, cæde & ruina omnia cōplens. Fuissentq; hostes ad unum obruncti, nisi duces militem a cæde imperio & minis reuocassent, dolere uulgo omnes interpolatā suæ iræ dulcedinē, ob idq; consules odisse, sed p cōcione edocti sunt, sexcentorū equitum, qui in hostium potestate essent, rationē haberi oportuisse, ne qui in urbe inclusi erant, suorū cæde irritati, florem Romanæ iuuentutis crudelissimè necarēt. Laudare milites quod suæ iræ itū esset obuū, omniaq; prius ferenda existimare, q̄ salutem tot fortissimorum iuuenum proddendam. Papyrio igitur cum parte copiarum ad obsidionē relicto, Publius Apuliā peruagatus, multa oppida in fidem recepit. Nec ad Luceriam interim minus prosperè res gesta est. Hostes qui in urbe erant, rerum omnium inopia adacti, ad consulem miserunt qui pererent, ut equitibus receptis obsidionē Romanus solueret. Responsum est, oportuisse eos Pontium Herennium ducentem suū con-

Consulares prouincie.

Exiuntur Samnites castris ad Caudium.

Exiuntur castris Samnites ad Luceriam.

consulere, quo autore Romanas legiones sub iugū misissent, quid uictis patiendum esset. Nunciari ergo iussit, ut rebus intra urbem relictis, cum singulis uestimentis, qui incolumes esse uellent mœnibus egrederetur. Septem milia hostium sub iugum missa. Præda ingens in urbe quæ sita est, receptaq; ferme omnia, quæ Romani ad Caudium amiserant. Et quod omnium lætissimum fuit, Pontius totius gentis imperator cum cæteris subiugatus: quanquam de eo dedito obscurior ad posteros manauit fama. Fuerunt qui proderent à L. Cornelio dictatore hæc gesta, sub quo L. Papyrius Cursor sit equitum magister functus. Verum siue hic fuerit, siue alius, qui eam Romani nominis ignominia ultus est, ubi Romam uenit triumphum, quod satis constat, egit insignem, ac secundum eum, qui ob urbem à Gallis receptam Camillo decretus est, omnium, quos Roma ad id tempus uiderat, clarissimum. Secuti consules Q. Aurelius Ceretanus & L. Papyrius Mugilanus, an Cursor, qui superiore anno consul fuerat, parum perspicue traditur. Aurelius cum Ferentanis uno secundo prælio debellauit, eorū urbe quo uicta acies fugam inclinauerat, in deditioem recepit. Pari fortuna belli Papyrius est usus, atq; aliquanto etiā maiore, qui Sarricani pacem petentibus respondit, nisi Samnitium præsidio quod fecum haberent interfecto, aut tradito, non esse cur pacati à se quicquam expectarent. Minacissimo consulis responso territi oppidani, quum dum in urbe factiones essent, quæ ad Samnites reuæ traxerāt, ad promerendam Romanorum gratiam occulte docet consulem, qua hora noctis, & qua regione Samnites ex oppido egressuri essent. Cæterum Romanæ factionis uiri, eadem hora consulem intra urbem accepere, atque ita uno tempore Sarricum est receptum, & Samnites in infidias præcipitati, occidione occisi sunt. Papyrius auctoribus defectionis interfectis, tum demum Romam reuersus, de hostibus sub iugum ad Luceriam missis, & Sarrico recepto ut nonnullis placuit, celebrem triumphum egit. Multa quidem de fortitudine, & seueritate huius imperio sunt memorie prodita, equitibus petentibus, ut pro re bene gesta aliquod laboris remitteretur, ne nihil (inquit ille) remissum dicatis, cum ex equis descenderitis, ne dorsum demulceatis. Et Prænestinorum prætorem qui cunctantibus suos ex subdijs in primam aciem eduxerat, ad se accersitum, quum forte ante tabernaculum in ambularet, sola uoce penè exanimauit, licetore in alium usum securim expedire iussit. Enim uero ille in se ferum stringi arbitratus, quū uix pedibus subito percussus metu confisteret, licetor (inquit Cursor) radicem hanc mihi excidito, ambulanti bus incommodam. Hæc consul, atq; una Prænestinū ultimi supplicij metu cōsulum, citra sanguinē multatū dimisit.

Samnites ad Luceriam iugum subiugantur

Consules.

Samnites ad Sarricum cedunt

De prælijs successibus.

ENNEADIS IIII. LIBER VI.

Alexand. successus.



Tres Italiæ in hunc se modum habebant. Alexander interea Scythis qui ad Oxum occurrerant, prælio superatis: Sacarum gentem in deditioem recepit, inde Cratero cū robore copiarū sequi iussit, ipse ut improuiso accessu hostem opprimeret, cum expeditissima parte exercitus, ad Mercantum urbem cōtendit. Menedemi mortem ulturus, qui illis ipsis diebus, quibus Scythas uicerat, cum duobus milibus, ut alio est loco significatū, fuerat à Spithamene oppressus. Cæterum ille auditio Macedonicum accessum in Bactra celeri fuga abiit: Alexander ad locum cædis progressus, iubet suorum corpora sepeliri. Conuer-

sus inde ad hostilis terræ populationem, Sogdianū agrum uri imperat, puberes ad unum interfici. Est Sogdiana magna ex parte deserta, ad cōtingentia stadia obtinent uastæ solitudines. Polytimetus amnis in his gentibus, præceps aliquamdiu fluens in arctum contrahitur, ibique terra absorptus, certo uelut mugientis terræ argumento longe subterlabitur, longum uelut sulcum humida telluris facie trahens. Huc xxx. Sogdianorum nobilissimi ad Macedonis conspectum adducti, quum ad supplicium trahi imperasset, ubi quid mandaretur per interpretem didicissent, continuo lætum carmen more gentis canere occæperunt, ac tripudio quodam gaudium testari. Miratus hominum constantiam Alexander, sciscitatus est, quid esset quod paulo post morituri letarentur: respōdisse dicuntur nihil sibi in morte optatius contingere potuisse, quam ut iussu inuicti regis exstinguerentur. Honestissimam se mortem illam arbitrari quam patrio more cantu & lætitia celebrarent. Tum rex rogari iussit, an suo beneficio seruati, sibi non inimici uicturi essent. Illi se nunquam inimicos cuiquam fuisse testari sunt, sed illatam propulsare uoluisse iniuriam, at si uita donarentur, beneficio cum eo, ut antea armis, certaturos. Quærenti regi, quo pignore fidem apud se obligaturi essent? uitam quam acciperent pignori futuram responderūt, reddituros se illam quoties repeteretur. Tali uiuorum indole delectatus Macedo, incolumes domum dimisit, qui fide in Macedones egregia, iam inde inter suos populares fuere. Sogdianis in potestatem redactis, Bactra Alexander peruenit. Eo Bessum adduci iussit, ut ob Darij parricidium, supplicio afficeret. Plutarchus auctor est Disphendo mene dissipatū. Id supplicij genus tale fuit, ut proceres arbores multa ui in se curuata intenderentur, inde singulæ corporis partes singulis alligatæ, remissis subito cacuminibus in diuersum sint dilcerptæ. Et Bessus qui Darium occidit, hūc sortitus est exitum. Alexander aucto nouis supplementis exercitu, ad eas gentes quæ defecerant, recipiendas mouit. Miles siticulosa regione pluribus locis puteos effodit, sed quum haud facile aquarum uenæ terram aperientibus occurrerent, neque ex Oxo qui cœnosus fuebat aquari posset exercitus, ferunt repente in regio tabernaculo fontem extitisse, quem Macedo uanæ originis iactator, diuinitus oblatum uideri uoluit. Curtius eum haud ab initio animaduersum credit. Plutarchus pinguis liquoris fontem fuisse scribit, oleoque neque gustu neque odore dissimilis, & quod maiori fuit admirationi, tradidit eam terram non alere oleam, quanquam & Oxi fluminis aqua adeo pinguis sit naturæ, ut qui in eo loti fuerint, cute uelut oleo perfusi, nitescant. Macedo flumine traiecto, ad Margianam confedit. Circa eam sex oppidis condendis lecta est sedes, ut uelut frenâ domitarum essent gentium. Erat ibi petra ingens undique prærupta, lupercilio in arduum uerticem stadia triginta erecto. Ambitus trecentorum erat stadiorum. Ex specu qui in prærupta parte erat, & qui in unico angusto calle adiri poterat, manabat fons perennis aquæ, quæ cum strepitu per præruptum petrae cadebat latus. Hunc Arimazeus Sogdianus cum triginta milibus armatorum obtinebat locum, commeatu in bienniū comparato. Erat os antri angustum, introrsus uero adeo late patebat, ut plura milia hominum commode sua amplitudine, uastisque caperet recessibus. Visa est ab initio loci facies, ut erat natura inexpugnabilis, mistique ob eam rem Copham Artabazi filium Macedo ad barbarorum animum tentadum, an ad uoluntariam deditioem compelli possent, ipse cōtinuo reimpetrata, alio abiturus. Arimazeus non solū nō quicq; pacate respondit, sed cauillabundus ex Cophæ qui missus fuerat, quæsiuit an alatos hostis habe-

Sogdiani.

Sogdianorum constantia in morte.

Bessi interitus. Disphendome nis supplicij.

Fons repertus.

Petrae Bactriæ situs.

Præcepta Alexandri consilium.

haberet milites. Tantum abfuit ut superbissimum Barbari responsum regem fregerit, ut ira accensum ad ea etiam audenda impulerit, quæ ne alius cogitare quidem fuisset ausus. Trecentos ex Macedonica Phalange, qui per rupes & in uia priusquam in auro-rari cõtingeret pecus agere consueuerat loca, magna spe præmiorum oneratos, gladio & iaculis cingit. Inde occulto ad eam partem ducit petre, quæ maxi-me ab hostium conspectu fuit auersa, per asperas & prominentes cautes quoquo modo possint in sum-mum iugum iubet euadere, quod ubi adepti essent, uelut ex militari hasta suspenderent, edicit. Ibant iuuenes in apertum uitæ discrimen tam præcipiti ascensu, quam hostium ui nisi eos fallerent perituri. Consumpta nox tota est, cuneisq; interim, ac funi-bus & uncis ferreis cum natura loci pugnatum, de-mum xxx. & amplius lapsu exanimatis, cæteri sub lucem felsei in summum uerticem euasere. Alexan-der accepto signo instructum exercitum loco ad-mouet, Cophæ iterum ad barbaros misso, qui cum his de deditioe faciendâ in colloquiũ ueniret, qui bus si nihil pacatius respondissent, milites qui eorũ capitibus imminerent, ostenderet. Ille Arimazeum à pace abhorrentem ex speluncæ uestibulo spectare iubet, quid spei ipsi & alijs esset. Barbarus Macedo-nicam cohortem summo iugo sedentem intuitus, alis quod per contemptum prius dixerat, eos illuc delatos credidit, ac tum percussus animo ad regem uelut rebus iam perditis accessit. Educta inde tota multitudine Macedo Artabazo locum dedit præsi-dio obtinendum. Arimazeum & cæteros defectio-nis autores circa petram crucibus affixit. Inde triper-tito in Bactrianos mouit quorum multi armis suba-cti, alij uoluntaria deditioe in Macedonum pote-statem concesserunt. Attinas interim regionis præ-sectus, cum ccc. equitibus in insidias præcipitatus, cum tota equitum ala perijt, eam cladem Craterus, qui ad primam rei famam eo occurrit, egregie ultus est, mille hostium occisione occisis. Curtius lega-tos à Scythiis, qui supra Bosporum Cimerium inco-lunt, Alexandro Maracadam repetenti cum Berde, quæ ad eam gættem miserat, occurrisse ait, sed quàm procul à Bosporo tum res gererent supra est signi-ficatum. Petebant Scythæ uti Macedo Scytharum regis filiam in matrimonium reciperet, aut si puellæ nuptias repudiaret, pateretur Macedonum princi-pes cum primoribus Scytharum affinitate iungi, i-psum regem regum haud grauare ad Alexandrum uenturum. Miserat Phartaphanes Massageris & Da-cis coniunctus, qui Alexandrum sibi conciliarent, utraque legatio benigne audita, castraque sunt in Arzariam promotæ, ibi nemora longo murorũ am-bitu ueterum regum iussu circumdata, nobilium fe-rarum uim ad uenatorium usum alebant ingættem, eratq; nemus quatuor ætates intactum. Huc produ-ctum exercitum iussit Macedo feras agere, ipseque leonẽ immani magnitudine Lysimacho, qui se obie-cerat, repulso fortiter prostrauit. Atque ex hoc casu Curtius fabulam credidit ortam, quod quidam Ly-simachum à rege Leoni obiectũ falso prodiderint. Quatuor milia ferarum ibi cæsa dicuntur, atq; rex eodem nemore cum uniuerso exercitu hilare epu-latus, Maracadam redijt, ubi Sogdianam Artabazo-ætatem excusante, Clyto destinat prouinciam. Hic ille Clytus est, à quo Alexander quum ad Granicũ pugnaret, ab icetu imminentis Barbari seruatus est, uetus Philippi miles, & Hellanices frater quæ Alex-andrum educauerat. Eum Alexander post die in prouinciam abiturum regio cõuiuio admouit, me-dioq; accubitu quum rex iam uino incaluisset, im-modicè, ut sæpè aliàs, res à se gestas iactare est ad-or-tus, & quod ueteranorũ plus animum offendit, quantum sua interim magis extollebat, tantum pa-ternam gloriam obrectando eleuabat, in nobilissi-

Alexander Leonem prostrauit.

Clytus.

Alexandri ita-tantia.

mamque illius uictoriam inuectus, qua ad Chero-niam totius Græciæ opes Philippus fregit, ad se ea tempestate adolescentem trahens, si quid in ea me-rito laudabile accidisset, qui primus in sacram The-banorum cohortem irruisset, asperrari cætera eius certaminis opera, ut obscura nullaq; memoria di-gna. Audire hæc alij, multiq; in ipsius gratiam ea quæ dicerentur, uehementer probare. Clytus qui ipse parum sobrius erat, inter eos qui proxime ac-cubabant, Euripidis illud submissa uoce iactasse di-citur, quo significabatur, haud recte comparatum quod regum duntaxat nomina trophis inscribe-rentur, uictoriam alieno sanguine partam inscripi. Tum uero res Philippi maiore uoce, ut iã ab Alexan-dro audiretur, referens ita æstimabat, ut cum præ-sentibus non solum æquilibrium faceret, sed præ-ponderare etiam uideretur. Ausus adhæc aliqua oblique iactare de Parmenionis & filij cæde. Qui-bus temulētus rex adeo ira exarsit, ut illum primo cõuiuio excedere iusserit, inde adhuc cunctantem, quum proximi abducerent, nec interim lingua præ-ceret, sed illius uanitatem eludens, quod Iouis etiã filius stulte uellet credi, ueriora quæ se illi dicere, quã Hammon Iupiter dixisset, tantus irarũ æstus regis animum occupauit, quantum uix sobrius ferre po-tuisset. E lecto itaque repente profiliens, abrepta lan-cea ex spiculatoris manu, Clytum percutere cona-tus est, peregriffet quæ facinus, nisi confurgentibus, qui proxime accubabant, regi manus iniecissent. Im-plorabat ille militum fidem, comprehendit se à pro-ximis amicorum clamitans, ut nuper Dario accidisset, signumque tuba dari iubet, ut milites in regiam armati coirent. Ptolemæus, Perdicas & alij, qui illi circumferebant, eius pedibus aduoluti, rogare eum suppliciter, ne præsentis iræ indulgeret, differret ulti-onem Clyti in sequentem diem, illum & alios in i-psius potestate futuros. Obsurderunt aures obstre-pente ira, & iam impotens animi factus, in uestibu-lum procurrit, ibi uigili excubanti hasta ablata Cly-tum ex triclinio exeuntem lancea transfigit, cadentis quæ cruore aspersus, Inquit, ad Philippũ & Par-menionem, amborum studiosus. Male humanis in-genijs natura consuluit, quod sæpius tráfacta quàm futura, & quum amplius mutari non possunt per-pendimus. Satiatus cæde animus, ubi in locum iræ facti estimatio successit, nunc mortui personã, nunc cædis causam reputans, quod amicum, quod senẽ, & innoxium, & inter pocula interfecisset, quod lau-des patris haud minus iracunde, quàm conuiuium audiuisset, pudere simul ac poenitere cœpit facti, poenitentiaque non minus præcepta quàm nuper ira oc-cupat animum, confestimq; telum ex Clyti corpore eductum in se uertit, admoueratque pectori cuspi-dem ferro inçubiturus, ni subito eorum qui tum il-li fortè apparebant, occurrit, hasta ex eius manibus fuisset extorta. In tabernaculum inde delatus humi deiectum corpus affligit, gemitu eiulatuque mise-rabili lanare os unguibus, circumstantes quæ ro-gare, ne tanto dedecore se superstitem esse sinerent. Per hæc nox tota acta est. Subibat animum & alia reptatio, futurum arbitrat, ut attonitis amicorum ani-mis, nullus esset secum amplius sermonem socia-turus, uiuendum sibi iam inde in solitudine fera-rum ritu, quæ mortalibus sunt terrori. Triduum in-de clausus iacuit, quæ milites ubi obstinato ad mo-riendum animo in morore perseverantem uiderit, tabernaculum ui irumpunt, multumque ac diu il-lorum precibus reluctatum peruicerunt, ut cibum caperet. Plutarchus partim Aristandri monitu leua-tum scribit, qui ad deorum iram cædem ipsam re-ferens, domesticam illam cladem regi accidisse præ-dicabat, quod eo anno fuisset Bacchi anniuersari-um intermissum, partim Callisthenis suauissimo ser-mone, sed multo plus Anaxarchi peropportuno ada-

Excandescit Alexander iram.

Alexander Clytum interfecit.

Audi Alexanderi consternationem.

Anaxarchi adagium.

adagio, qui ad eum repente ingressus, quum alia ad regiam potestate pertinetia, tum illud in clama-rit. Ius & fas proinde si nescis Alexander, Ioui cõmi-nus asidens, ut quicquid regibus facere libuerit, li-ceret id, ac recte fieri intelligatur. Adhuc uerunt & milites suum leuamen coram affirmantes. Clytum iure cæsum, nec passuros se fuisse eã sepeliri, nisi rex id fieri imperasset. Fuit inde Alexander Maracandis aliquor dies, Ephestioneq; cum parte copiarum in Bactrianam misso, in Sogdianam, quam Clyto desti-nauerat, Amynta qui prouinciæ præfideret, ipse Xe-nippa cum cætero exercitu est profectus. Est terra hæc Scythicæ propinqua, unde Bactriani exules sub Alexandri accessum sunt ab indigenis pulsi, mox e-questris prælio uicti, iterum ueniam ab Alexandro impetrarunt. Quibus in fidẽ receptis in Nauram Ma-cedo cum omnibus copijs uenit. Obtinebat eam gẽ-tem Simithrides, qui ex matre duos liberos procre-arat, filij in ea gente quod alibi sit auditu infandum, cum matre cõcumbunt. Obstitit Simithrides, loco-rum opportunitate fretus, non nihil Macedonũ con-natibus. Iterum ubi munimentorum parte discussa, machinas petrae quã infederat, admoueri uidit, Ox-xarte etiam hortante, qui ad hoc ipsum fuerat ab A-lexandro missus, se & suos deditit, duobus filijs A-lexandro traditis, qui sub eo militarent. Restituit Macedo Simithridi principatum, mox per loca ad-itu difficilia, ultro hostes inlecutus, qua expeditione Philippus Lysimachi frater perijt. Dracæ sunt inde subacti, Spitamenes eius gentis principatum occu-pauerat, qui quã ab uxore quã unice amabat, neq; hortatu neq; precibus compelli posset, ut Alexandro se dederet, aderat iam Macedonicus exercitus, quin illam identidem admonentem, & iam longioris fu-gæ laborem propemodum detrectantẽ, stricto acy-nace haud dubie interfecisset, nisi à cæde necessario rum interuentu fuisset reuocatus. Secubuit ille non nihil, mox intermissæ consuetudinis impatiens, con-tingentem ad se reuocatam suppliciterq; fatiscientem, in pristinũ congressum restituit. Nec ita multo post mulier recentis iniuriæ memòr dormientem obrũ-car, unoq; famulo comitata, in Macedonum castra penetrat, caput habens quod uiro ademerat. Plus ualuit apud regem atrocitas facti, quam gratia, sce-lestam feminam nullo humaniore responso digna-tus, castris iubet excedere, Dracisq; in fidẽ receptis, in Cabazam regionem duxit. Agebatur per saltuosa loca agmen, & iam biduum nubilo cælo fœdamq; tempestatem interminante, iter agerat, qui tercia dies multo nubilosior orta, totam cœli faciem hor-rendo atrore fulgoribus intermicantibus uestijt. Se-cutus fragor cadentium fulminum fœdamq; tempe-stare militum oculos & mentem perstringens. Tum densa grandio præcipiti casu supereffusa ira exercitũ affixit, ut eo quo quisq; fuerat loco deprehensus, hu-mi procuberet contegens se armis. Quidã arborum stipitibus hærebant, obrigescitibus interim men-bris, multi eodem habitu, quo hæserat arboribus, inter se obuersi exanimis reperti sunt. Fuisset eo sal-tu pars maxima exercitus consumpta, nisi rex hor-tando singulos circuisset, ægre humo attollens cor-pora torpore defixa, deerrantq; uires ad continuand-um iter, nisi toto saltu iussu regis ignes confestim excitati essent, quibus refectus miles paulatim gres-sum remolitus est, signaq; obseruauit. Saltu itaq; e-merfis, loca humano cultu frequentia corporibus affectis auxilio fuere. Hic rex admoto igni cœperat alijs rigentes artus fouere, quum gregarium mili-tem Macedonici sanguinis intuitus uix ob laborem & frigus sese in armis traducentem, nec iam multum compositem mentis, exiliens Alexander in fellã, qua ipse erat ad ignem perductus, in sua ipsius sella collocauit. Nec ille prius, aut ubi quiesceret, aut à quo acceptus esset agnouit, quàm uitalis calor ma-

Nauram cum matribus concumbunt.

Barbara mulieris facinus.

Fœda tẽpora.

Alexandri humanitas in militem.

iore sit parte corporis receptus. Tum uero regiam sedem & regem ipsum stantem intuitus, consterna-tus animo trepide confurgit, obliuionem & impru-dentiam excusaturus. Cui Alexander hilari uultu, ecquid nescis miles quanto meliore sorte uos Ma-cedones, quàm Perse sub uestro rege uiuatis? Illis ca-pitale est in regis sella consediisse, tibi saluti fuit. Postero die pro cõcione pronunciauit omnia quæ amissa essent militibus redditurum, fidemque præ-stitit. Peropportune contigit, ut Simithres iumen-ta plurima, & duo milia camelorum, pecorumque uim ingentem dono regi in castra miserit, quæ Bar-bari munificentiã cladem exercitus & famem conti-nuo leuauit. Certatum est ab Alexandro cum Simi-thre munificentiã xxx. milibus pecorum, quæ ex Sa-cis in prædam Macedones illis ipsis diebus egerat, dono datis. Mota sunt deinde castra in Cohortandi Satrapis regionem, qui se cum tota gente Alexandro uenienti tradidit. Eum Macedo benigne acceptum pristinum principatum tenere permisit. Cæterum quum duo ex tribus filijs iussu essent Macedonum castra sequi, obtulit & tertium pater, in de conuictio Barbara opulentia instructo regem accepit: quod ut multa comitate celebraret, triginta nobiles induxit uirgines, & in his filiam eleganti forma. Roxane erat puellæ nomen. Conuertit illa in se omnium oc-ulos pulchritudinis præstantia, sed regem omnium maxime, qui iam suis cupiditatibus, inter tot fortu-næ obsequia, minus imperabat. Captus itaque Per-sicæ puellæ uultu, eam sibi uxorem à patre petijt. A-chillem, à quo ipse genus duceret, cum captiua coi-uisse prædicans, & ad regnum stabiliendum uole-bat id connubium pertinere, per quod & uictis pudor, & uictoribus superbia minui uideretur. Nulla igitur mora facta est, puellæ patrem in sperato ritu laetum mensæ admouet. Ibi Macedonico gau-dio panem (hoc erat apud eam gentem sanctissimum cõuentium pignus) diuisum uterque libat. Credi-bile est, per hæc, qui id sacrum primi instituerunt, o-stendere uoluisse, parco & parabili uictu conten-tos esse debere, qui corpora & animos iugali uinculo sociarent. Sic Asiæ & Europæ rex potentissimus, & qui Darij uxorem & filias non aliter quàm pa-ter inflexerat, ignobilem uirginem sibi matrimo-nio iunxit, ex captiua procreaturus qui uictoribus imperaret. Pudere Macedones tam ignobilis con-nubij, uerum Clyti exitu edocti, uultu quæ pars ho-minis præcipuè seruit, assentiebantur. Hinc Alexan-der Indiam periturus, ex omnibus prouincijs tri-ginta milia iuniorum legi imperat, perducique ad se in castra iubet, uerius obfides quàm milites, ne-quid à tergo moueretur, centum & uiginti milia ar-matorum sub signis erant, quæ ad bellum regem sequebantur. Gliscere interea in tanto rerum suc-cessu gloriæ cupiditas, ut iam non aliter quàm pro-stratis humi corporibus se saluari pateretur. Su-perabatque abunde aduolatio perpetuum regnorum malum, quorum opes sæpius quàm hostis dira pes-tis euertit. Macedones tamen minus facere, im-moderatius Græci, genus hominum in id uitium propensissimum. Et in his Cleo Siculus, qui ple-no conuiuio Alexandro de industria triclinium e-gresso, sermonem intulit, oportere eum pro Deo, ut Liberum patrem & Herculem uenerari. Factu-ros omnes non pie tantum, sed prudenter etiã, si in conuiuium redeuntem in terram prostrati ex-ciperent. Haud perplexè in Callisthenem ea di-rigebatur oratio. Erat is ex Aristotelis confobrino genitus, eloquentia singulari liberoque ingenio, & ob eam rem ab hominibus sui generis diuerso. Ridens Callisthenes Cleonis uerba, diuinitatem se qui hominem solere, non comitari dixit, neque Herculem, aut Liberum patrem, conuiuij decreto deos factos, prius naturã mortaliũ oculis amollitã, quàm

Alexandri munificentiã.

Alexander Roxanem ducit uxorem.

Panis libatio.

Alexandri copia.

Cleonis Siculi assentatio.

Callisthenis libertas.

quàm fama in cœlū receptos. Scilicet, inquit, Cleo ego & tu deos facimus, à nobis diuinitatis suæ Alexander opinionem accepturus est: liber experiri quid præstare possis, fac aliquem regem si deum potes facere, facilius est regnum dare quàm cœlum, dii sine inuidia audierint, quæ Cleo dixit, eodemque cursu res ire patiantur, quo illorum benignitate ad hunc diem fluxere. Posteri Cleo, si nescis, hoc mortuis tribuunt. Ego feram immortalitatem regi præcor, ut uita diuturna sit, & uictura maiestas. Nemo fere fuit Macedonum, qui Callisthenis uerba non probaret, sed quatum sermo ille alios delectauit, tantum regis offendit animum, qui proximo loco latens, expectabat quo assensu exciperetur Cleonis adhortatio. Etenim ex composito ad dicendum uenerat. Alexander dissimulata ad tempus ira, conuiuio uelut eorum omnium, quæ acta erant, ignarus se reddidit. Nec ita multo post Polypercontem, qui ruderet Persas ad eum ingressos procubentes, e lecto quo accubebat ad terram præcipitè dedit, furidensque, uidet, inquit, te idem fecisse quod stulte in alio ridebas? Hac ille uis est in Polypercontem usus, sed maiori Callisthenem odio infestatus, obliquis uocibus iam inde incessere non desistit, audita uox eius dicentis, odisse se sapientem, qui nihil sibi sciret. Etenim uero Callisthenes parum mentis compos à multis habebatur, quam uelut amentiam iratus rex illi exprobrabat, concitaueratque; per hæc sibi Alexander multum odij inter suos populares. Orta interim est & alia multo perniciosior inuidiæ causa, quod Hermolaum unum ex nobilibus ministris, quia leoni, quem ferire destinasset, se obiecerat, seruiliter uerberari iussit, qua iniuria ille accensus, cum nobilissimis quibusdam ex sua cohorte in regem coniurauit, ut illum conuiuio sub lucem egressum, quum primū dormire cœpisset, obruncarent, peregrissentque per ocium destinatum cædem, nisi Alexandro fatidica mulier occurreret (uerfabatur hæc familiariter in aula) ex triclinio exire uolenti, conuiuij iam pene soluti, in secundam diei horam protrahendi, autor extitisset. Successerunt interim alij in stationem, coniuratiq; præsentis occasione frustrati, quasi deus aliquis suo aduersaretur consilio, uehementer cœperunt sibi timere. Plurimum dierum orbis euoluendus erat, priusquam in stationem reuocarentur. Consilium igitur, quod plures dies pertinaciter celauerat, Epimætēs Eurilochō patri prodidit. Eurilochus reperi ad Alexandrum detulit. Capti coniurati, & cum his Callisthenes, qui ut Curtius scribit, uelut destinati sceleris particeps, cum cæteris capitali est supplicio affectus. Alij in quibus est Chares, eū in uinculis extinctum tradidere, septimo mense quàm custodiri cœperat, nullius cædes apud Græcos maiorem regi concitauit inuidiam: constans fama erat Callisthenem eius consilij expertem, per inuidiam in crimen deuocatum perijisse. Ipse ne ocium ferendis rumoribus natum, diutius morando aleret, in Indiam mouit. Indiæ situm cum ipso ritu gentis, in relatione rerum à Semiramide in ea terra gestarum, abundè retuli. Multi Indorum reguli Alexandro regionis terminos ingresso, nouarum rerum cupidi, præstò affuerunt, se & sua ultro dedentes. Cæterum ubi indigenarum uoluntaria illa deditio remisit, apparebatque; per loca parum pacata eūdum, Crætero post se cum Phalange sequi iussit, Perdica cum copiarum parte præmisit, ad eos subigendos, qui imperium auersarentur, & ut per recta pergeret, ad Indum fluuium duceret, nauesque; ad exercitum traiciendum expedit. Curtius ait Ephestionem cum Perdica missum, sed in Baetrianam idem autor ait cum parte copiarum eum post Clyti cædem ab Alexandro missum, expeditionis causa an præsidij parum liquido tradidit. Mota sunt inde castra, multaque; inter eundem gentes prælio uictæ, & urbes pleraque; expugnatae, sequi-

Alexandri sum perbia.

Fatidica mulier.

Callisthenes ab Alexandro interficitur.

Indica expeditione.

tumque; in omnem sexum & ætate, ut alijs documento essent, ne imperium detrectarent. Ignis domibus iniectus, & moenia disturbata. Hoc uictoriae cursu ad Nyfam urbem Macedo peruenit, huius incolæ à Libero patre se conditos affirmabant. Vrbs ad radices montis sita est: Meron quod latina uoce femur dici queat, indigenæ appellant. Vnde Græci materiam adepti creduntur mentiendi, quæ de Baccho & Iouis femore in fabulis tradiderunt. Nysei quum aliquot dies obsidionem pertulissent, Macedoni cesserunt. Rex ea uictoria potitus, montem cum toto exercitu conscendit, uitibus & hedera uertex abundat, multaque; perennes aquæ inde manant, pomorum uarij & salubres luci, lauri bacca, hic decem dies hedera & pampinis instructi milites, lasciuia quadam, bacchantium more per montem euagati, rege epulas large exhibente, atque; totum id tempus per remulentiam & crapulam consumunt. Nec interim repertus est qui exercitum sopore & uino sepultum hostiliter inuaderet, quum uel muliebri manu deleri potuerit, adeo nonnunquam ingens gloria fortunæ magis est, quàm uirtutis beneficiū. Dædala mox regio inita. Omnia hic indigenarum fuga deserta, pari ratione quicquid terrarum inde ad Coasperm fuit, nullo maiore negotio, Macedonum imperio accessit. Coaspe superato, emittit is in Cophem fluuium, Cenoneque; ad Beiræ urbis opulenta obsidionem relicto, rex in Mazacas processit. Cleophes Aslacani regis nuper defuncti urbem, natura & opere munitam, cum quadraginta milibus hominum obtinebat. Hic dum Macedo urbis munimeta circum, crus eius sagitta configitur, educto telo equum, qui subito ei admotus est, ne obligato quidem uulnere conscendit, pergitque; nihilo secius negotium obire, mox ubi frigescens uulnus grauiare cœpit, dixisse fertur, se existimari Iouis filium, ægri tamē corporis uicia sentire. Fuit obsidio illa paucorum dierum. Nam aggerem in muros erecto, admotisque; turribus, barbari mœnibus diffisi in arcem cœcessere, atque; legatis inde ad regem missis, pacem suppliciter impetrarunt. Regina cum nobilium foeminarum cœtu aureis pateris uina libantium, ad regem uenit, paruoque; filio Macedonis pedibus admoto, non solum ueniam adepta est, sed regia appellatione à uictore rege salutata: multi persuasum habuere, plus formæ ab Alexandro quàm fortunæ datum. Pueri quod satis constat, quæ postea enixa est, Alexandri nomen ab ea est inditū. Ad Noram urbem deinde Polypercontem missus, Barbaros prælio uictos in potestatem redegit. Magnus interim agrestium & castellanorum cœtus ad pertram factus dicebatur (sic enim loca dixerunt saxo abrupta) arcem ipsam peculiari nomine Dorinim Indiæ gentes uocarunt. Locus ut fama erat, olim ab Hercule obsessus capi non potuit. Copijs eo admotis, Alexander uoragines ad radices circūiectas repleri iussit, ingenti sylua ad id opus deserta, ut imæ partes saxi, in metæ speciem surrecti, saltem teneri possent. Quod Macedo adeptus, in aduersum montem aciem erexit. Expediti milites in summum eua dere conati, supremo saxorum deiectu ad unum ferè obruti sunt. Perijt in his Alexander uir fortissimus, quem in hostem euntem rex monuerat, ut memor esset nominis, quod secum commune haberet. Macedo primo conatu frustratus, consilium ceperat soluendæ obsidionis, quum Barbari qui biduū post uictoriam ad tympanorum cantum egerant, subita desperatione adacti, filij fuga noctu sunt inde abire conati, nec trepidatio illa Macedonem fessellit, qui Indorum consternatione animaduersa, clamorem sustulit quo illi adhuc magis percussis, per abrupta saxa formidine præcipitè pluribus amissis benescio noctis in pacatum decessere. Alexander in summa petra uictoriae aras erexit, Sisoostique ad præsidium relicto, ad Echolimam transtulit castra, ex cuius

Nyfa.

Femur.

Bacchatur uir Hor exercitum

Dædala.

Massacrarum gina.

Alex. milis perijt.

Alex. petram obimet.

Omphis.

Taxilles rex.

Abiasaris rex.

Dracones.

Pori bellicus apparatus.

cuius loci angustijs Ericem cum xxx. milibus hominum depulit: Sextidecimis mox castris ad Indum fluuium contendit. Omphis interea illi cū toto exercitu, sexque; & quinquaginta elephantis, officij causa factus est obuius. Fuerat is autor patri, ut pacate Macedonem acciperet, seque; & regnum illi traderet, ad quod ipsum Ephestio aliquanto antea præmissus, non nihil fuerat hortatus, sed tam subitæ deditiois illi causa fuit bellum, quod cum duobus potentissimis regibus Abiasare & Poro inchoatum iam antea habebat. Regnabant ambo illi late ultra Hidasperm, qui læuus Macedoni fluens Indo infundebatur. Præbuit Omphis primo aspectu hostis speciem, & iam Alexander equites in cornua subducebat, quum ille præuectus equo, quia solus adequitans pacem petere non bellum uisus est pacatorem sibi Macedonem reddidit. Alexander cum eo congressus, ubi quis esset, per interpretem cognouit (nam Omphis iam antea per Ephestionem deditioem fecerat) clementer & humane complexum, regnare permisit, ibique; regijs insignibus sumptis, patris nomine qui ante Macedonem obierat diem, eius populares Taxillem dixerunt, ille præter aureas coronas, quas regi & primoribus dono dedit, octoginta signati argenti talenta Alexandro obtulit, quæ ille Taxili non solum reddidit, sed mille etiam talenta de manubijs superadiexit, uasa adhuc ex auro & argento, cum Perlicis uestibus, & equis triginta insignibus. Vix regia liberalitas tantum Taxilem Macedoni deuinxit, quatum amicorum animos offendit, adeo ut Meleager supra cenam largiore uino usus, gratulari se Alexandro dixerit, quod uirum in India reperisset talentis mille dignum. Tenuit rex iram, quod satis superque; Clyti à se intercepti pertæsum erat, tantū respondit, inuidios homines nil aliud esse quam sua ipsorum tormenta. Sub id tempus Abiasaris legati ad Alexandrum uenerunt, qui regem & omnia quæ rex haberet, ut iussi fuerant, illius potestati subiecerunt. Onescritus qui non rerum Alexandri, sed mirabilium potius scriptor fuit, ex his legatis Macedones audiuisse prodidit, duos Dracones in Abiasaris regno nutriti, quorum unus octoginta esset cubitorum, centum alter & uiginti. Perhumane Abiasaris legatos Alexander accepit, fideique; firma retro ad regem remisit. Misit & ad Porum Alexander, quem fama sui nominis ad deditioem compelli posse arbitrabatur. Cleochares qui ad eum est missus, his cōditionibus cum Poro pacem firmare est iussus, ut ille stipendiarius Macedonum esset, & Alexandro uenienti in finibus regni pacatus occurreret. Poro se stipendium neque illi neque alij pensurum respondit. Alterum facturum libenter, ut in finibus regni Macedonem uenientem exciperet, ita ut cum eo acie congressus, de regno & uita dimicaret. His Alexander commotus, confestim ad Hidasperm copias admouit. Quicquid terræ inter Hidasperm & Acetinum iacet, Poro per id tempus parebat, trecentis ferme urbibus frequens, & sylua prope Emodos montes, unde cedrum, abietem, & pinum post uictoriam Macedo ad naualem usum sibi petijt. Peropportune interea Barzentis & Garmazus rex exiguae Indorum partis qui se Barzenti iunxerat, cum triginta elephantis ad Alexandrum uenit: nulla parte belli magis hostium opes ualere credebantur, quàm eiusmodi beluarum multitudinem: nam & Poro qui ulteriorem Hidaspis ripam infederat, triginta milia peditum, quinque elephantos, & octoginta ex aduerso constituerat, qui de industria irritati, horrendo stridore perstringebant aures Macedonum. Ferebatur adhuc fluuius præcepse, subiectisque cautibus spumidus & uiolentus, ripis altioribus cohibitus, sic quoque quingentos passus ab utraque ripa ad alteram patens. Erant insulæ quædam medio flumine, & ipse ab Indis in-

A fessæ. Irritum circa earum unam certamen Alexandro fuit, in quo Nicanor & Symachus Macedonum promptissimi, hostilium telorum multitudine cooperiti perierunt. His cadentibus cæteri metu præcipitante in fluuium defilire, quos uiolentus amnis uorticofo impetu absorpsit. Hic Macedo consilij inops in omnes partes animum uersabat, contra Poro quia ab initio fortuna aspirasset, exultare gaudio, certamque spem alere. Erat insula extra conspectum, præcipua inter alias magnitudine, quæ copias in Barbaros transmittere Macedo constituit, atque ad hostium oculos ludibrio aliquo, ab eo quod uere parabatur, auertendos, Ptolemæum iussit cum parte exercitus aliquanto dextera ripa fluminis diuersum adequitare, ibique; alia atque; alia quam iam exercitum traieciturum tumultuose assimulare. Ad hæc regiam cohortem, uelut in statione esset ante regium tabernaculum, quod in hostiū conspectu erat, ociose inambulare, Atalumque æqualem suum, eodemque; oris habitu atque corporis, regio amictu cultum, in Pori & aliorum conspectu, qui in aduersa ripa sedebant sæpius obuerfari, uelut nulla interim alia præter illam, quam Ptolemæus moliri uidebatur, superandi fluminis iniretur ratio. Verterat ille iam dudum in se hoste tumultu & clamore. Alexander interea nubilum & caliginosum cœlum adeptus, silentio iuber naues, quæ ad traiciendum paratæ erant, ad destinatum animo locum contrahi, hic omnium primas nauim ingressus maximam exercitus partem in ulteriorem ripam, quæ à nullo tenebatur, exposuit, & iam suos in ordine redegerat, quum trepidè Poro nunciatur ceteriorē amnis ripam à Macedone teneri, ac breui quadrato agmine affuturum. Barbarus ad ea nihil terditus, Hagā fratrem cum quatuor milibus equitum, & centum curribus ad pugnam instructis hostibus iuber occur rere, singuli currus duos sagittarios habebant, & totidem clypeatos, cum duobus aurigis. Interim densus imber cœlo effusus, inutilem reddidit curruū apparatus, paucissimis Macedonum primo congressu obrutis, equi in uoragines & lacunas suo impetu acti, currus cum bellatoribus & aurigis ad terram su derunt. Alij clamore hostium consternati, in subiectum amnem præcipitauerunt curricula. Iam & Poro ipse aderat, qui dispersos currus intuitus, proximis amicorum distribuit elephantos, hos sagittarij & pedites sequebantur. Simulachrum Herculis huic agmini præferebatur, maximum ad bellandum incrementum, flagitium retrum existimari, si quis id signum in acie deseruisset, capitale erat ijs qui illud in pugna amississent. Tintinabula pro tubis aures circumsonabant, ad quorum cantum bellatorum aures demulcerentur. Macedonibus non beluarum tantum species, quibus insueti erant cōgredi, sed ipsius quoque regis aspectus fuit à principio formidolosus, excedebat non nihil Barbarus humanæ stature modum, uehebaturque prægrandi elephantō, tantum inter beluas sua eminente, quantum rex ipse inter alios Indos corporis proceritate præstabat, arma auro erant & argento distincta. Terribilem agminis aspectum Alexander intuitus, Video, inquit, par meo animo periculum, cum bestijs & uiris fortibus hodie dimicandum, inde ad suos conuersus cum ego, inquit, Ptolemæo, Perdica & Ephestione comitatus in læuum hostium cornu impetum fecero, uideritisque regem medio prælij ardore uersantem, tum Cenon nostrum dextrum cornu repente in hostem mittat, & turbatis Barbarorum ordinibus iuferat signa. Antigonus Leonatus & Tauron mediam eodem tempore aciem inuadant, hastæ sunt uobis longæ & præualidæ, his beluarum rectores deturbare, easque rectoribus excussis confodite, atque in suum agmen præcipientes agite, est id anceps auxilij genus, & in suos perniciosus,

Infeliciter Macedones pergnant.

Pori ferocia.

Pori signa.

Alexan. uerba

Stratagemata Alexandri.

sius, quam in hostes sauit, in hos imperio, in illos metu & consternatione grassatur. Tantum Macedo locutus, simulq; in aduersam aciem incurrat, mouit haud multo post uti iustus est Cenon. Macedonica Phalanx & ipsa in mediam aciem ferociter inuehitur. Iusseratq; ab initio Porus beluas in Macedonũ equites immitti, sed segnius illæ actæ, quã sua mole, tum rectorum ignauia, quæ res spatium equitibus dedit, pugnae prius conferendæ quàm beluæ in occursum fuerint. Iuuit pluuuus dies rem Macedonicã, quod arcus quibus Barbarus uulgo utitur alsiduo madore minus ad pugnam habiles fuere: turbatur itaq; statim hostium acies, ita ut neq; imperium exaudiretur ab ullo, neq; per se quisquam quid ad pugnam expediret, satis intelligeret. Alius itaq; iungebat aciem, alius dirimebat, stabat pleriq; in uestigio, conabantur alij Macedonem circumfiteri. Porus hos manu & capite imminens, alios uoce in ordinẽ reuocabat. Verum ubi id fieri non posse uidit, cũ eo hominum globo, quem circa se habuit, elephantibus in aduersum Macedonem actis præliũ capessit. Terruit beluarum stridor Macedonũ equos, animal ad omnia pauidum, turbatisq; equitum turmis aperta fit fuga. Tum Alexander Agrianos & Thracas in elephantos immittit, qui telorum multitudine ex aduerso coniecta, eorum impetum primo inhibere, inde Phalanx audacius inuecta, multis uulneribus in se beluas irritant, ibi foeda strages orta, Macedonumq; haud pauci sunt à beluis obruti: acerbum & atrox spectaculũ erat, milites cum totis armis proboscide arreptos, suis rectoribus à belua trucidandos porrige, anceps diu fuit certamen, quoad securibus in hunc usum paratis beluarum suffragines cepit feriri, adhibita & copides, est id falcati gladij genus, ad elephantorum manicas amputandas, atq; tum demum uulneribus affecti, rectoribus aut sauiendo excussis, aut inuitis, in suos impetum uertere: ibi Porus hoc quoq; præsidio spoliatus à pluribus peritus, momento temporis, nouem uulnera à tergo & à pectore accepit, resistebat tamen donec eum deficientem rector intuitus belua qua sedebat, in fugam uertit. Concitat in eum fugientem Bucephalum Alexander, sed bellator equus pluribus confossus uulneribus procubuit, rege magis deposito q̃ effuso. Mittit Alexander dum equum mutat, Taxilis regis fratrem, qui Porum ad deditiõne hortaretur, cuius uoce audita Porus, etsi uiribus iam magna ex parte effœtis, conuersus tamen in illum, agnosco, inquit, fratrem Taxilis sui regni proditorum, atque cum his arrepto telo, quod unicum supererat, Barbari pectus transfixit, in deperito cursu quum iam belua & uulneribus & labore deficeret, à fuga destitit, obiectis que uenienti hosti pedibus, quibus stipatus erat, prælium paululũ instaurauit, iam enim Alexander recenti equo usus aderat. Cadunt hic quoq; momento tẽporis haud pauci, donec Porus alijs uulneribus super alia acceptis, ad terram defluxit, rector sua sponte regem corpus acclinasse arbitratus, statuit elephantum in genua, id intuiti pedites, & ipsi pugnam remittunt, circumfistunt Macedones regium corpus spoliandi studio, tum belua iterum sauiens, hostem procul distinebat, leuatumq; humo regem proboscide suo tergo impoluit. Sed hæc quoque telis cooperta concidit. Regem uehiculo exceptum ita est Alexander allocutus: Quod malum, inquit, quæ te infelix Pore tenuit amentia, ut cognita rerum à me gestarum fama fortunam belli malueris, quàm nostram amicitiam experiri, præferam quum quàm clemens essem Taxilis fortuna te docere potuisset? Tum Porus atollens paululum oculos: Neminem, inquit, mortalium me feliciorẽ arbitrabar, siquidem meas noueram uires, nondum tuas expertus, nunc te fortiorẽ esse pugnae huius docuit euentus. Rogatus quid ui-

Atror certamen.

Copis.

Bucephalus in terficiunt.

Pori facinus.

Mirum in elephanto.

Verba Pori ad Alexandr.

ctorem statuere oportere arbitraretur, quod hic dices, inquit, suadet, quo expertus es, quàm cadauca sit humana felicitas. Plus monendo Barbarus profecit, quàm si uitam precatus esset. Alexander magnitudinem animi in hoste miratus, non solum seruauit, sed in magno etiam honore habuit. Eum utique diligenter curatum, in amicorum numerum ascieuit, ascitum maiore quàm antea tenuerat, regno donauit. Mox in dya uictoria lætus primum omnium milites pro concione laudauit, pollicitus fore, ut nõ multo post omnes, gemmis, margaritis, auro, ebore abundarent. Inde singulos copiarum duces, aurea corona, & mille aureis nummis donat. Cæteris pro cuiusque meritis, suus est honos redditus. Circa flumen urbes duas condidit, Niceam unam ab insigni uictoria: Alteram quam à nomine equi in pugna amisi Bucephalam appellauit. Plures tamen tradiderunt equum non statim absumptum, sed post longam uulnerum curationem. Onesicritus eum senio & labore confectum prodidit, eius morte quod satis constat uehementer indoluit Alexander, amicum & familiarem sibi ademptum ratus. Proximis inde nemoribus ad naualem usum iussit ingentem materiam parari. Rhinoceros in locis uagari dicuntur. Animal buxei coloris, uno in naribus cornu. Hostis elephantu natura quæsitus, cornu ad saxa prius limato se pugnae cõparat. Longitudo corporis non minor huic quàm elephantu, crura multo breuiora. Motus ab Hidaspe castris ad interiora Indiæ est iri, ductusq; interim exercitus per syluas stupendæ proceritatis, mira imbi cœli temperies, & loca fontibus irrigua, serpentiumque uis ingens auri fulgorem reddentium, uirus haud ullum magis noxium, icũ præsens mors sequebatur, donec ab locorum indigenis sit remedium monstratum. Per deserta dein loca ad Hiarotim est flumen uentum, iunctum erat anni opacum nemus, syluestrium pauonũ multitudine frequens, urbs regionis caput non muro solum, sed palude etiam cingebatur. Hæc ubi oppugnari cœpta est, oppidani nouo genere pugnae iunctis inter se curribus, Macedonem excipiunt, sed nullo momẽto uicti & intra menia compulsi, quia iam scalæ cœperant mœnibus admoueri, palude subito traiecta, multi urbem reliquerunt, cæteri ab hoste oppressi cum patria hostiliter uexati sunt. Castra mox ad aliam urbem translata, totius gentis caput, quo incolarum fuga inclinauerat. Hic quum duarum factionum alij aliõ rem traherent, dum orta inter eos seditione, nihil medium cõsulitur, per eos qui erant deditiõnis faciundæ autores, patefacta repente porta Macedo urbe potitus cede abstinit, uenia omnibus data. Conciliauit ea res Alexandro magnam clementiæ famam, quo contigit, ut breui pleræque ciuitates non ignobiles in fidem uenerint. Itum inde in Cathæam Sophitis regionem, gentem sapientia optimis que institutis inter Indos præstantem. Liberi ab ineunte ætate non parentum arbitrio tolluntur, sed eorum quibus id negocium publicè iniungitur, tenerorum infantium illi habitum inspicunt, ac si qui segnes ab initio, aut parte aliqua corporis debiles deprehenduntur, necari iubent. Connubia non opibus & nobilitate, sed formæ præstantia conciliant inter se, liberorum magis quàm uoluptatis causa. Strabo author est uxores hic cum uiris uita defunctis cremari. Sophites tum late in ea terra imperabat, regia urbs quum Macedo copias admouisset, nullum habuit in muris præsidium, nullas pro portis stationes, id secum miratus Alexander, anceps non nihil stetit inter spẽ desertæ urbis & metum insidiarum, sed quum rex & alij starent in ea admiratione defixi, portis repente patefactis, Sophites cum duobus filiis multum inter alios eminens (Onesicritus pulcherrimũ forma ibi regem creari prodidit) ad Alexandrum cum magno

Bucephalia urbs.

Rhinoceros.

Pauones syluestres.

Alexandri successus.

Cathæa regio. Gentis institutum.

Sophites regis curis.

Vir de canibus.

Bucephalia urbs.

Rhinoceros.

Pauones syluestres.

Alexandri successus.

Indi magnitudo.

Urbium frequentia.

Sangaridum opes.

magno comitatu uenit. Erat illi uestis auro & purpura distincta, aureis soleis inseruerat gemmas, brachia & lacerti margaritis nitebant, ex auribus insigni candore lapilli suspensi, aureum illi sceptrum bellis distinctum, quo Macedoni tradito, precatus est, ut se, liberos, omnemque gentem suam in fidem acciperet, nec rex est eam deditiõnem aspernatus. Currius tradidit canes hic sine latratu feras insectari, præcipueque leonibus esse insectos. Admouit id spectaculum regis & Macedonum oculis Sophites, obiecto Leone duobus canibus breue fuit certamẽ, beluæque confestim exanimis iacuit: tantaque illis conficiundæ feræ auditas, ut ne crure quidem canis regis iussu resecto, à tenacissimo morfu diuelli potuerit. Sed fides rei huius sit apud eos, quibus cura fuit id literarum monumentis tradere. Nec minus à fide abhorret, quod Albanorum regem eidem Alexandro canem dono misisse aiunt inuistatæ magnitudinis, cuius specie Macedo delectatus, ursum illi primo obiecerit, quem per contemptum intuirus, non modo non allatruuit, sed immobilis etiam iacuit, iussit rex aprum proferri, nouissime & damam, his quoque nihilo magis sollicitatus quum pari contemptu adhuc hæreret, offensus ea corporis segnitie iracundus imperator, canem generosi alioque spiritus occidi imperat. Nunciauit id fama muneris auctori, confestim que alterum illi misit pari magnitudine, addidit & preces, ne canis ferociam in paruis, ut fecerat, experiretur, sed in leone aut in elephantu, ditos fuisse sibi eiuismodi canes, hoc qui reliquus esset interempto, fore præterea nullum: nec Macedo distulit rem periclitari, leonemque protinus uidit ab eo prostratum, elephantum deinde perductus, haud alio magis spectaculo rex lætatus dicitur, inhorruit canis toto corpore belua inspecta, inde latratu intonuit, mille stadijs ut Aristobolus, artificij dimicatione, hinc atque illinc bestiam insectare, donec assidua rotatum uertigine, terra grauius eius casu concussa, solo affixit. Sed ego neque pro ueris hæc affirmanda dixerim, neque quoniam sunt ab alijs tradita, pro uanis repudianda. Alexander regno Sophiti restituro ad Hypanim fluium proceffit, hic postremus est omnium fluuiorum, qui Indum ingrediuntur, qui quindecim numero traduntur, quibus infusus tantum augetur, ut ad centum stadia, ut quidam memorant, ab una ripa ad alteram late pateat. Indus (ut qui uerecundius hæc tradiderunt dicunt) quinquaginta duobus ostijs in Eoum mare euoluitur, mille stadijs ut Aristobolus, ut Nearchus mille & octingentis inter se distantibus. Regio quæ inter Hidaspe & Hypanim iacet, nouem habet gentes, quarum ciuitates quinque milia numero traduntur, neque ulla Co Metopide minor. Alexandro ad Hypanim tendenti Phegeles Sophiti regno finitimus cum donis occurrit, eo in fidem recepto triduo post Macedo Hypanim superaturus, Phegelem percontatur, equaniam terræ essent ultra fluuium. Docet ille undecim dierum trãs Hypanim solitudines esse, excipere inde Gangem omnium Indiæ fluuiorum maximum, Gagaridumque ulteriorem ripam esse, & Pharrasiorum, quorũ rex esset Grammen, esse illi in armis ducentum milia peditum, & uiginti equitum, duo milia quadrigarum, & quod præcipue timori accessit, tria milia elephantorum. Incredibilia hæc primo regi uideri, ex Poro inde quem secum habebat, uera omnia esse cognouit, tantum adijcere ad metum eleuandum, ultimæ fortis hominem ibi regnum obtinere, opiõis filium, qui in diem fordido quæstu famem propullare consueisset. Cæterum præstantia formæ conciliatum reginæ, primo rege per insidias interfecto, mox regno tutelæ nomine recepto, regijs quoque pueris crudeliter necatis, regnum occupasse, ab eo que Grammẽ procreatum uilem, suis-

que ob ingenij sortem popularibus inuisum, paterna fortunæ magis quàm suæ memorem. Pori affirmatio uariè affecti Macedonis animum, regẽ & beluas aspernari, contra locorum situm & uim fluminis extimescere, nec interim satis scire, quàm animati essent milites ad se in ultimam terras sequendum, nam post prælium ad Hidaspe cum Poro commissum multo remissiores erant Macedones facti ad extrema prælia tentanda. Non erat igitur militibus, qui & regi animus, hic cupiditate gloriæ accensus, ac totius orbis imperium mente complexus, uideri sibi in primordio suorum operum adhuc stare. Contra illi labore fessi longinquam finire militiam optabant. Et iam multi senes sub pellibus facti, ad ad extrema terrarum per labores & pericula traducti, militiam nihil obscure detrectabant. Periclitaturus itaque rex suorum animos pro concione, ita est exercitum allocutus, ut multo minora esse contenderet, quæ de ijs Indis accepissent, qui trans Gangem incolerent, quàm uulgo fama ferrentur, sic pugna ad Granicum commissa magis arduam expectationem, quàm opus fuisse, sic Ciliciæ fauces, sic Mesopotamiæ campi, Tygris, Euphrates, & Hidaspes maiores, inquit, animo occurrebãt, quàm postea subigendo uisi essent. Tacere se numerosos hostium exercitus, & beluarum greges, quos uincendo experti essent maiori incõmodo suis quàm Macedonibus fuisse. Nec Gangis latitudinem extimescendam, qui quo latius flueret, eo mitius. Nec multum referre aiebat, an tria milia Elephantorum essent, ut falsis rumoribus ferretur, an quot ad Hidaspe cum Poro nuper fuissent, cum uno aut altero consternato, torum agmen in suarum partium perniciem rueret, nec quod ducetum milia peditum, & uiginti equitum aduersam ripam infiderent, si cum longè maioribus copijs, sæpius ac prosperè semper conflixissent: adesse præterea Baetrianos auxiliares, Scythas, Dracas, Sogdianos, qui haud antea affuisent, etsi ipsorum Macedonum manus, non Barbarorum intueretur, cum quibus quoties in acie staturus esset non paucitatis suæ, non hostium multitudinis, se memorem futurum. Adhiberent modo animos alacritatis & fiduciae plenos, quando non in limine suorum laborum, sed in exitu atque eo ipso minime pœnitendo starent, uincendo ad extremum terrarum peruenisse, terrarum omnium uictores domum reuersuros, si paululum adhuc niti uellent, nec malos agricolas imitarentur, qui maturas fruges per inertiam è manibus labi paterentur, maiora essent periculis præmia, diuitem & imbellem regionem esse, crederent se ad prædã & gloriam, non ad prælium duci, dignos esse qui talibus spolijs quibus litrus illud abundaret, onusti in patriam redirent, dignos qui nihil inexpertum, nihil metu omisum relinquerent. Rogare obtestari que per eximiam ipsorum gloriam qua humanum fastidium excederent, per sua in singulos, omniumque in se merita, quibus inuicti contenderet, ne se alumnũ & commilitonem (ne regem diceret) humanarum rerum terminos aduentem desererent, cætera imperasse se, illud unum à suis precibus contendere, qui nisi in suis manibus palmam infringerent, Hercules & Liberi patris (ab esset uerbo inuidia) breui gloriam esset æquaturus. Nullus ad ea uerba securus est militaris clamor, quin oculis ad terram defixis mœstum milites silentium tenere. Tum ille, ubi est, inquit, milites clamor ille uestræ alacritatis index? ubi ille meorum Macedonũ uultus? quid furdas pulso aures? iam in solitudine mihi esse uideor: quid nemo responderet? neget saltem aliquis, sed esto solus ire perseuerabo, obijcere me fluminibus & beluis illis, quas perhorrescitis, inueniam qui desertum sequantur. Non sequentur Alexandrum Macedones. At Scythæ & Baetriani sequi

Alexandri horatio ad milites.

Mœstum militum silentium.

uolent, mori prestat quam imperium precibus mer-
 cari. Ite duces domū. Ite deserto rege ouantes. Ego
 hic desperata à uobis uictoria, aut certæ mortis lo-
 cum inueniam. Stabat adhuc immota cōcio, lacry-
 mis ubertim manantibus, donec Pœnus, sic enim
 scriptum reperio apud eos quos sequimur, sed Pœ-
 nus libentius legerim, tacito militum cōsensu, pau-
 cis est regem affatus, quibus ostendit paratos esse
 Macedones regem & imperatorem suum per æqua
 & iniqua sequi, ceterum respiceret ipse suorum ora,
 atque habitum corporis, trunca iam debilitata uul-
 neribus membra, cicatricibus reliquum corpus de-
 formatum. Nihil præter militiæ nomen Macedoni-
 bus superesse, non uires, non cultum denique patri-
 um, omnia mutata, iam uulgo Persico cultu Macedo-
 nes uti, quia Macedonicus tam procul deferri nō
 possit, in eas terras uentum, unde si ueteranus mil-
 itus fiat, uix tantum uitæ superfit, ut in patriam redi-
 re possit, pateret ueteranorum corpora maiorum
 sepulcris inferri, misereretur eorum senectæ, parceret
 illorum infirmitati, per quos clarissimam ade-
 ptus esset uictoriam, nec pergeret, dum laudum cu-
 piditatem sectaretur, florentissimi olim exercitus
 reliquias Indias beluis lanandas objicere, aut abfor-
 bendas fluminibus, parceret sibipsum, nec fortunam
 suam nimis onerado fatigaret. Quod si in India bel-
 lare adhuc uellet, fleteret saltem ad Oceanum cur-
 sum, maximam eius terræ partem, quæ ad Eoum
 mare exposita esset, ipsius armis adhuc esse intactā,
 nec circuitu peteret gloriam, quæ ad manus posita
 esset, illuc potius belli impetum fleteret, unde non
 minor uictoria, cæterum longe tutior expectari pos-
 set. Quod ad milites attineret, neminem non Macedo-
 num libenter iturum, quo ipsius fortuna duceret
 modo & salutis & breuioris militiæ spes aliqua,
 efferto iam ætate & uulneribus militi, in futurum
 ostenderetur. Excepit militaris clamor Pœni sermo-
 nem, fleusq; & miserabilis comploratio orta, re-
 gem & patrem appellantium. Circumstabant ex se-
 nioribus pleriq; ueniam ætati implorantes. Huius-
 modi consensu uictus Alexander, quia nec castigare
 obfinitos poterat, nec iratos mitigare, amenti simi-
 lis, ex concione se in regiam proripuit, eaque clausa
 biduū mitigandæ iræ indulfit. Postremo in publicū
 egressus ex quadrato lapide duodecim erexit aras,
 monumentum suæ expeditionis in omne æuū,
 castrorumque metas latius propagari iussit, ut uicti
 molitiones ipsæ hostibus terrore essent, maiorque
 suarum rerum in posterum maneret fama. Quin &
 arma aliquanto ampliora quam milites gestarent
 relinquū iussit, & frena multo grandiora, ut maiorē
 sui admirationem apud locorū indigenas relinque-
 ret. Inde ab Hypane ad Acefinem amnem, qui Pori
 regis terminus erat, ad ortum solis reuersus, mille
 nauium classe Pori & Taxilis opera ad tempus in-
 strueta elephantis cum impedimentis propter ama-
 nem sequi iussit, ipse cum toto exercitu, secundo
 fluuio delatus ad confluentem Hydaspis & Acefi-
 nis in Soborum regionem copias exposuit. Hi ma-
 iores suos ex Herculis comitatu fuisse memorabāt,
 ægros olim ab ipso heroe, quum Indiam circuiret
 his locis relictos, ferinis pellibus in argumentum
 rei amiciebantur, clauas pro telo habentes. Sexagin-
 ta milia Barbarorum ripam obtinebant, quibus in
 fugam actis, aliquot eorum urbes Macedo ui cepit,
 una hoste à menibus repulso, aliquamdiu petulit
 obfisionem. Eam quum Macedo obsidere perseue-
 rasset, desperatis rebus oppidani incenderūt, seque
 cū liberis & uxoribus in medios ignes uelut graui-
 ora ab hoste expectanda essent, præcipitarunt. Nec
 procul inde Hydaspes & Acefines Hydaspī à meri-
 die infusus, cum Indo confluunt. Quæ flumina tan-
 tos suo congressu cient fluctus, tanta uadatum obli-
 matio, ut uelut irato mari uaste concitentur, unde

Pœni respon-
sum ad Alexan-
dram.

Aræ Alexandri

Sobi.
Populi ex co-
mitatu Hercu-
lis.

Hydaspis &
Indi confluit.

A magno cum periculo eo fluminum congressu labo-
 ratum, ut duobus nauigijs absorptis, regia quoq; na-
 uis tam proxime periculum adierit, ut Alexander
 positis uestibus, sese uelut naufragus expediuerit.
 Cæterum remorum pulsu euerberati fluctus cesse-
 runt. Statuit ibi Alexander in ripis aras pro fluuio-
 rum numero, inde in Sâdracas & Mallos est uentū.
 Trogus Ambros & Sycibros uocat. Idem autor est
 ipsam gentem ad lxxx. milia hominum in armis ha-
 buisse. Curtius minorem posuit numerum, sed quæ
 tæcunq; tum illis copiæ fuere, ex eo ingentes fuisse
 suspicari libet, quod Macedones hic quoq; multa
 de regis pertinacia questi, pene militiam detrecta-
 rint. Placatus tamen precibus & hortatione exerci-
 tus sub primam lucem est hostibus admotus. Barba-
 ri dubium metu an seditione inter eos orta, in pro-
 ximos montes, non expectato ut prælium iniretur,
 dissipata multitudine fuga concesserunt. Alexâder
 hostium impedimentis potius, ad Mallorum oppi-
 dum scalas admoueri iubet. Curtius Sandracarum
 non Mallorum id fuisse scribit, Demophonte uate
 frustra clamitante, ut incepto abstineret, periculū
 ingens ipsius uitæ imminere. Hic ceteris cunctanti-
 bus omnium primus in muros euasit. Stabat undiq;
 telis expositus, multaque interim è proximis turri-
 bus cadentia excipiebat tela, quum scalis festinan-
 tium pondere diffractis, omni suorum auxilio desti-
 tutus, non nihil uim cadentium telorum pertulit:
 inde suis hortantibus, ut sese è murorum fastigio,
 saltu ad terram demitteret, excepturos se eum ruen-
 tem suo complexu, ac statim protecturos, non solu-
 non id fecit, sed facinus ausus est incredibile, mul-
 to que ad famam temeritatis quam ad gloriæ infir-
 gnus, in urbem hostium plenam præcipiti saltu de-
 siluit: potuisset uiuus opprimi, non modo interimī,
 nisi hostium segnitia, aut fortuna potius eum solo
 afflictum protexisset. Ipse confestim in pedes ere-
 ctus, uibrans gladium, clypeum hostibus obiecit,
 saluti fuit arboris stipes, cui inherens hostem à fron-
 te distinebat, perfregerant galeam laxa è muris con-
 iecta, egredique uim telorum excipiebat, multo labo-
 re fessus, & iam genu subnixus pugnabat, quum cor-
 pus sustinere non posset, tum duo propius accedere
 ausi unus post alterum ab eo letali uulnere excepti,
 concidunt, transfigitur interim sagitta duorum cu-
 bitorum qualibus Indii intuntur, paululum supra
 dextrum latus, quo uulnere afflictus, magna ui lan-
 guinis continuo effusa, moribundo similis remisit
 arma, qui uulnus intulerat, uelut uoti compos eo oc-
 currit, ut cadentem spoliaret, ipse ut hostem corpo-
 ri manum injicere sensit, ultimi dedecoris indigni-
 tate cōmotus, linquentem animum reuocans, nu-
 dum hostis latus subiecto mucrone hausit, iacebat
 circa regem tria cadauera, Barbaris stupentibus, al-
 tera manu ramos arboris apprehendit, atque ita sub-
 nixus, quum se paululum alleuasset, continuo in ge-
 nua recidit, ac sic uix compos mētis uitam tueri. Af-
 fuit interim Peucestes, mox Timeus, inde Leona-
 tus & Aristonius qui hostibus muro deturbatis per
 media tela eo aduolarunt, hi obiectis ante regem
 clypeis Barbarorum imperum sustinent, sed quum
 miles adhuc cessaret, Timeo & Peuceste cadenti-
 bus, duo reliqui grauius uulnerati, uix à rege ho-
 stem distinebant, tum Macedones rabie accensi (ru-
 mor erat regē cecidisse) dolabris muros haud uno
 loco subruunt, inde per oppidum cum cæde eua-
 gati obuium quenque ut regis interfectorem cu-
 pide obruncant. Alexander in castra relatus, inspe-
 cto à Critobolo uulnere quum sectione opus esse
 appareret, quia hamos haberet ferrum, timidusque
 ille manus admoueret, quid, inquit, rex cunctaris?
 quin me uel moriturum hoc dolore liberas? an tim-
 mes ne mee hæc mortis reus, quū insanabile sit uul-
 nus? Parela cæcigitur plaga, quū larga uis sanguinis
 afflu-

Alexandri in
Gloria aduer-
sus Sandracas.

Alex. periculū
in Mallis.

Falsus rumor
regij interitus

effluxisset, caligine oculis oborta, uelut exanimis ali-
 quando iacuit, donec comploratione circa illum or-
 ta, ad se redijt. Iam rumor exierat in Barbaros extin-
 ctum esse regem, ad quam famam redarguendam,
 septimo post die, uulnere nondum curato, in cōspe-
 ctum militum uenit. Hinc Polyperconte cum cæte-
 ro exercitu Babyloniam, ut Trogus scribit, misso,
 ipse cum lectissima copiarum manu, secundo flu-
 mine in regionem ab incolis nuper belli metu deser-
 tam, cæterum frugum & pecoris abundantem de-
 latus, aliquot ibi dies uelut in pacato habuit castra.
 Rogari interim à primoribus Macedonum, ut in bel-
 licis negocijs obeundis iam inde cautius ageret, sua-
 que cultodire uitam, ne militaria munera temere
 capeffendo, pulcherimam uictoriam, ducis inter-
 ritu deformaret. Obscura bella, inquit, & igno-
 biles pugnas nobis deposcimus, tu te ad ea pericu-
 la referua, quæ tuam magnitudinem capiunt. glo-
 ria ex fardido hoste quærita cito obolefcit, quibus
 rex pauca subiungens: Ego, ait, uiri fortes, non æta-
 tes, sed gloriæ magnitudine, uitam metior. Ecce an-
 nos octo & uiginti natus magnam orbis partem a-
 deptus, uideor ne uobis in augenda gloria, cui uni
 me semel deuotus, honestè cessare posse? Sed cur ui-
 dear? ego ubicumque pugnauero in theatro terra-
 rum orbis me esse existimabo, nobilitabo ignobilia
 loca, aperiam cunctis gentibus terras, quas longe
 natura submouerat. In his operibus extingui, si ita
 fors ferat, pulchrum & laudabile arbitror, ea sum
 stirpe procreatus, ut non tam longam uitam, quam
 nominis immortalitatem optare debeam. Vos ite-
 & me ab intestina fraude & domesticorum insidijs
 custodire. Philippus pater tuor in acie, quum in
 theatro fuit. Et rex suos hæc uoluit curare. Interea
 legati duarum gentium, quas nuper oppugnare cœ-
 perat, ad eum uenere, deditioem facturi. Trecentos
 erant equites, quos Macedo splendidissimo accepit
 conuiuio, centum lectis auro & purpura modico in-
 ter se spatio instratis. Intererat epulis Dioxippus A-
 theniensis pugil nobilis, regi ob uirium præstantiam
 haud medio critere charus. Hunc uelut regij conuiuij
 saginæ additum, Horatas Macedo maledictis in-
 festabatur, adeoq; liuori indulgens, ut nō contentus
 conuicio ad singulare etiam certamen protuocaret,
 nec Dioxippus pugnam detrectauit. Postridie rege
 & legatis spectantibus, pro celsis Macedo accinctus
 gladio, in lœua lanceam habens & aureum clypeum,
 dextera leuiorem hastam quam Macedones Saris-
 sam uocant. Dioxippus coronatus atque oleo ni-
 tens, hac manu puniceum gerens amiculum, altera
 prægrandem & nodosum stipitem, sese in conspe-
 ctum dedit. Iniquum ab initio certamen omnibus
 uisum. Nemo non Dioxippum augurari sua temer-
 itate periturum. Contorsit itaque in eum sub pri-
 mum congressum Sarissam Macedo, qua ille pau-
 lulum declinata priusquam lanceam ex læua in dex-
 teram transferret, eum Dioxippus occupat, hasta-
 que stipitis ictu perfracta, gladium exerere conan-
 tem amplectitur, nodoque cruris implicitum, præ-
 ualidus pugil grauius ad terram resupinat, ferroq;
 è manibus extorto, iacenti stipitem intentat, necul-
 tra in protuocatore regis interuentu sæuit. Ipse
 paucis diebus eadem inlectatione in suspicionē de-
 uocatus, quod aureum poculum ex triclinio furto
 subtraxisset, tam fœdæ calumnix impatiens, datis
 prius ad regem literis, quibus crimen purgaret, sibi
 manum intulit. Legati paucis diebus reuersi, mille
 & triginta quadrigos currus regi dono adduxe-
 runt, mille leura Indica, & candidi ferri centum ta-
 lenta. Cicures leones adhæc inusitata magnitu-
 dinis, & cum his tigres, lacertarumque ingenti-
 um pelles, ac testudinum puramina. Mora deinde
 castra. Cæterum quum tota Indi fluminis uastitas
 natium magnitudine operiretur, tertium passim lo-

Alex. uerba de
seipso.

Luxus regalis.
Dioxippus.

Singulare cer-
tamen.

Indorum mu-
nera.

corum accolæ, ultro deditioem fecere. Condita
 est hoc tractu urbs quam rex à suo nomine Alexan-
 dria uocauit. Musicanos inde & Præstos utram-
 que gentem inter Indos non ignobilem, Macedo
 subegit. Est & Sabi regis terra hinc hostiliter inita,
 regia urbs cuniculo capta, fuitque ea res miraculo
 Indis militarium operum ignaris, quod armati, me-
 dia urbe, uelut terra geniti repente extirillent. Pe-
 tijt Sami regnum quattuoriduo post Alexander, ho-
 stesq; insidijs exceptos ad quingentos cecidit, mil-
 le & amplius cepit, alij metu in urbem coniecti, fer-
 rum ueneno tinxerint. Multi Macedonum ea op-
 pugnacione faucij extincti sunt, perijisset & Prole-
 mæus, qui postea in Ægypto regnauit accepto uul-
 nere, nisi per quietem herba regi demonstrata es-
 set, quo remedio ille seruatus est, seruati & cum eo
 multi. Fama erat Ptolemæum Philippo genitum,
 eius pellice natum satis constabat. Draco in som-
 nis Alexandro inspectus, eam herbam ore gestans,
 remedium sibi nocturna illa imagine commons-
 trari rex arbitratus, herbam studio conquisitam acre-
 pertam potioni diluit, ut Trogus scribit, dilutam
 Ptolemæo & alijs præfens remedium obtulit.
 Idem autor est, in Musicanis id accidisse. Curtius,
 qui in Sami regno hæc gesta arbitratus est, folium
 ait uulneri applicitum. Barbari præfenti spe fru-
 strati, urbem dedunt. Parthalia gens quæ ab his
 proxima fuit, hostibus regione relicta, in altos &
 deuos montes cum Mœri rege ad tempus conce-
 dit. Eorum terram populatus Alexander, opulen-
 taque inde præda abacta, ad insulam medio flumi-
 ne sitam admota est classis. Hic duces fluuialis na-
 uigationis incautius asseruatos Macedo amissit. Ius-
 si nihilo fecius gubernatores ulterius tendere, lo-
 corum quidem & gentium ignari, & iam progressa
 classis ad quadringenta stadia sine ducibus, quum
 maris aura cœpta est sentiri: capti inde, circa flu-
 uium agrestium quidam, ac rogati, quantum adhuc
 à mari distarent, responderunt se nō habere quid de
 mari dicerent, ignotam sibi rem, uerum scire se ad
 trium dierum nauigationem, uastitatem immensam
 salfarum aquarum iacere, quibus uerbis Oceanum
 significari nulli dubium fuit, triduo inde perseuera-
 tum. Tum mare fluuio mixtum sentiri cœptum, clas-
 seq; ad proximam insulam appullā, res noua, & tum
 primum uisa ualde Macedonas percussit. Subitus
 Oceani æstus, omnem terræ conspectum oculis ade-
 mit, magnoq; impetu non aliter quam torrentis ali-
 cuius transuerfæ naues, quo se milites tumultuose
 receperant, agebantur. Rei igitur ignari (nam Ocea-
 ni natura nondum cuiquam eorum erat nota) à ter-
 tia diei hora ad meridiem iactati, inde ubi dies incli-
 nare cœpit, uariante uice, modico temporis spatio
 naues in sicca tellure statuantur, aliæ alio statu ut ua-
 ria erat terræ facies, in qua quisq; erat ab æstu desti-
 tutus, hæc in prorā, illæ in puppim, aliæ in latus pro-
 cumbentes, ibi fœda colluctatio orta, metusque in-
 gens omnium animos occupat, sed aquis sub nō cœ-
 alternantibus, ubi rursus omnia sibi fluctus uendi-
 care uisus est, sublaro metu intelligere cœperunt O-
 ceani eam uicissitudinem esse. Alexâder cum paucis
 nauigijs ad ostium fluminis progressus, ad cccc. sta-
 dia in altum enauigauit, ac tum demum factus uoti
 compos sacrificio undarum & locorum dijs facto,
 ad classem reuersus est. Aduerso que deinceps fluuio
 non nihil subuectus, Leonatum premisit qui passim
 puteos effoderet, qua exercitū ducturus esset. Erat
 plurimum regio siticulosa. Nearchoq; & Onesicri-
 to iussis cum robore nauium Oceani oram usque
 ad Euphratis ostia circuire, ipse reliquū hyemis cir-
 ca Indi ripas egit, quibus locis aliquot sunt ab eo ur-
 bes conditæ, & in his una Barce nomine, ut Tro-
 gus scribit, mox ad prima ueris signa statius e-
 gressus. nonis castris in Aboridon regionem uenit.

Alexandria
Indiæ.

Sami regnum.

Herba salubris
Alexandro per
quietem mons-
strata.

Oceani æstus.

Hinc populis ultro se dederunt, bis septenis ad Barbarum amnem Macedo confedit, quo superato per desertas regiones ad Noritas venit exercitus, hic cum Ptolemæo & Leonato partitus triplici agmine, ut latius Barbaros affligeret, ductare constituit, Ptolemæus propius mare duceret, maxime ab eo diuersus Leonatus. Ipse medium agebat agmen. Peruentum interea est per Amerchosios, ad maritimos Indos, genus hominum incultum, nullo finitiorum commercio assuetum. Prominent vulgo ungues, ut nunquam resecti. Comæ hirsutæ & intonsæ, Tuguria conchis & Oceani purgamentis cõstructa, ferarum pellibus uestiuntur, piscibusque duratis, aut beluarum quas Oceani æstus eicit, uestiuntur carnibus. Nec me præterit Ptolemæum & alios eum secutos, eam maris uastitatem, quæ Indiæ præiacet, negare Oceani esse partem, sed mare undique terra ambitum. Sed plures tam græci quam latini scriptores diuersam ab eo uentur opinionem, & in his Plinius, qui haud obscuris usus argumentis, ab Indico mari demonstrat Oceanum usque in Germaniam enauigatum, & rursus ad meridiem ab Aegypto & extrema Arabia, præter utramque Æthiopiã, in Atlanticum & Hibericam Oceanum, perpetua nauigatione itum. Alexander omnibus gētibus dextera læuaque domitis, multum iam terrarum emensus, ubi ad loca humano cultu deserta peruenit, confestim commeatuum sentire cepit inopiam, palmarum radices, quam solam arborem ea alit tellus, pro cibo militibus fuerunt, ac iumenta passim cæla, ne inedia miles cõficeretur, secuta est & pestilentia, quam ciborum insalubritas fecerat, strati que erant campi cadaueribus, quo quisque ui morbi uictus procubuerat, ibi nullo opem ferente, quando agmen raptim ageretur, expirabant. Plutarchus auctor est, eorum centum xx. milibus perditum, & quindecim equitum, quæ illi quum ab Indo mouit affuere, uix quartam partem Babylonem peruenisse incolu mem. Nec prius his malis est exercitus defunctus, quam Gedrosiæ fines sit ingressus, ibi clementiore caelo, copiaque rerum omnium confirmari cepit. Eodem & à Leonato literæ perlatae, quibus significabatur conflixisse se cum Noritarum gente, atque octo milia hostium eo prælio occisione occisa. In Carmaniam inde itum. Hic Alexandri exercitus iumentis est & commeatu ab Aspaste adiutus. Rex Bacchum imitatus, quacunque erat iter facturus, uicos passim & oppida floribus spargi iusserat, crateres uino repletos ante domorum limina præterentibus statui, ipse cum regia cohorte, curribus preciosa ueste stratis, ad fistularum & tibiærum cantum uehebatur, armis eximio fulgore circumpendentibus, impudicæ mulieres lasciuia saltatione regium currum circumstrepere, atque ita septem continuos dies, per gentes non bene pacatas, comessabundus incelsit exercitus, quod merito in tanto duce reprehendat posteritas. Nam si cum uiris non sceminis, ut Alexander Epirota huius auunculus uere dixisse fertur, tum bellatum esset, mille duntaxat sobrii temulentum illud agmē longa crapula sepultum modo negocio deleuissent. Eratque Alexander haud procul à mari, quum Nearchus & Onesicritus illi affuerunt, affirmabant hi præter alia multa, quæ eo tractu explorauerant memoratu digna, stulte perisualum esse uulgo, rubras alicubi esse maris aquas quin ab Erithro rege nomē pelago inditum credere se, cuius sepulcrū, eius gentis literis insignitū, in insula haud procul à terra intuiti essent: hæc illi, quorum est Curtius auctor. Alij aquam uideri rubrã, etsi non sit affirmant, seu quia rubens sit arena, qua leuiter commota, talis existat in fluctibus color, aut quod montium qui argillosi sint repercussu, pacata pelagi facies fuscet. Nec illud uideo, quod ad illorum nauigationem attinet, quoniam modo rubri maris na-

Triperito du Macedo.

De Oceano.

Media Macedonum.

Pestilentia.

Alexandri error maximus.

Mare rubrum

turam tam cito illi exploratã habere potuerint, quã priusquam in Persidẽ uenerint, Alexandro occurri se dicantur, quum rubrum mare dici conser, quod à Persico sinu in Arabiam extendit, sed fides apud illos erit, qui hæc tradiderunt. Alexander Onesicrito & Nearcho ulterius progredi iussis, quoad per Euphratẽ subuecti Babylonẽ uenerint, ipse haud præfenti uictoria cõtenuus, ex Syria petere Aphricã statuit, Carthaginensibus iam inde à Tyria obsidione infensus, quibus subactis per Numidiam & Mauritaniam Gades proficisci, ubi Hercules metæ esse diceretur. Inde per Hiberiam & Alpes Italianas petere, eaq; domita Epirum & Macedoniã æquata Hercules gloria inuisere, tantam belli molem animo cõplexus, ingentẽ in Lybano monte materiam ad naualem usum parari iussit, Thaspacumq; in Syriam deportari, ibiq; opulentam fieri classẽ, septuagintaq; rexi, nec nauẽ minori ordine ullam: Cyprij reges æs darent stuppam & uela. Ipse Sagara gentẽ Persicam petijt. Orsines eius terræ Satrapes regi occurrit, erat is à prisco Cyro oriundus, obtulitque dono regi aurea uasa, gemmas, uestes & quatuor milia talentorũ signati argenti, largaq; ad hæc in omnes Alexandri principes usus munificentiã, Bagoan eunuchum stupro Macedoni conciliatum nullo profectus est munere, passus se regis amicos nõ scorta colere. Criminatus ab eo apud Alexandrum, quod multa talentorũ milia furatus esset ex Cyri cõditorio, quod Alexander per id tempus uisere uoluit, ut nobilissimo regi inferias redderet, indigenis quibusdam ab eo subornatis, qui id se compertum habere regi affirmarent, innoxius Orsines damnatus est, cui quã Bagoas manum iniiecisset: Mirabar, inquit ille, mulieres olim in Syria regnasse, at nũc magis miror castratum hominem regnare. Plutarchus Polymachũ ab Alexandro interfectum scribit, quia Cyri sepulchrum demolitus esset, in quo id scriptum fuisse memorant: Quisquis es mortalium, & undecunq; aduenis, aduenturum enim te scio, Cyrus sum, qui Persis imperium quæsiui. Hoc igitur humi paululũ quomem corpus tegit, mihi ne inuideas. Erat in Sagaris adhuc Alexander, cum illi à Ceno literæ allatae sunt, de rebus in Europa & Asia gestis, his scriptum erat, Zopyrum Thraciæ præfectum, dum Getas bello persequeretur, tempestatibus procellisq; subito coortis, cum toto exercitu oppressum, qua clade tota penẽ Thracia defecisset, quã Græciã status intercanihilo pacatior esset, Arpalo & Atheniensium primoribus ab eo corruptis res nouas aperte molentibus. His Macedo & alij, quæ non minus tumultuosè nunciabantur, classẽ in Græciã parari iussit. Cæterum Arpali interim cæde nunciata lætus, trajcendi in Europã consiliũ omisit, inde ueterano exercitu alieno ære liberato, præter xij. milia peditũ & duo equitũ, quæ secũ retinere statuit, cæteros exautoratos in Macedoniã dimissurus, pecuniarias mēsas in castris disposuit ad alienũ æs dissoluendũ, decem ferẽ milia talentorũ ea dissolutio decoxit regi, inde ubi auditũ est, nõ omnes dimitti, sed partem exercitus in Asia retineri, tãta rabies militũ animos inuasit, ut ipsi regi nõ aliter insultarẽt, q̃ si ex cõmilitonibus esset unus, longã illi militiã ac pericula exprobrãtes. His ægre pacatis Susas cõtendere statuit, quibus dieb; Calanus ex Gymnosophistis unus, ad id tẽpus Alexandrũ comitatus, alui fluuiũ uexatus, sibi pyrã strui iussit, Calano illi inter Græcos nomen inditum ab Indicæ uocis frequentissimo usu, ad omnem amicorum occursum, cala uox quæ apud illos salutãtis est, in eius ore esse. Viuus igitur patrio more in ignem descensurus, spectante Macedonum exercitu, ab Alexandro interpellatus, an mandare uellet aliquid, prius q̃ in ignẽ desiliret, paulo post, inquit, te uidebo, quod omen ad ipsius regis interitũ qui breui postea secutus est, haud dubie pertinuit. Onesicritus memoriae prodidit, se ad Gymnosophistas ab Alexandro missum, quos nudos Macedo agere audiuisset, corporaq; ad tolerantiam exercere, inuentosq; se ad uiginti stadia procul ab urbe quindecim homines alios alio statu meditantes, et in his quosdam nudis corporibus in feruida iacentes arena, alios cautibus sedentes, atque ita se cum Calano congressum, qui sit postea Alexandrũ usq; in Persidẽ secutus, repertũ à se Calanum meminisse Onesicritus nudum in laxis iacentem, ac continuo in risum irrupisse, ubi se chlamyde amictũ cum crepidis & pileo uidisset. Hæc; protinus fari exorsum. Olim plena erant omnia triticea & hordeacea farina, ut nũc puluere. Fontes præterea, alios lacte, alios melle, alios uino fluxisse, nonnullos etiam oleo. Tum uero mortales satietate corruptos, delitijs addictos, quas Iupiter auersatus, omnia quæ fuerant aboleuisset, ut uita per labore ageretur. Tum uero continentia & uirtutibus in medium prodentibus, bonorũ copiã iterum factam, sed cernere se rem ad satietatẽ & contumeliã iterũ delabi. Quod si sapientiã audire uellet, positus uestib; supra cautes syderis intẽperie æstuantes secum alideret, & hæc ille Calanũ dixisse prodidit. Mox cum Mandane maiore natu locutũ, qui Alexandrum eo nomine laudasset, quod unum omnium in medijs armis sapientiã respexisset, qui quum multa de rerum natura, & mentis affectibus sedandis disputasset, diceretq; Onesicritus talia apud Græcos sensisse Socratem, Pythagorã, & Diogenem, probauit Mandanis illos ut sapientes, in eo Græcos accusans, quod legem anteponeret naturæ, nec se pudore afficeret, quod nudi degerent, quum alio qui frugaliter uiuerent, optimã domum esse, quæ minimã suppellectilis indigeret. Et Calanus qui horum unus fuit, ita ut dixit, perijt. Alexander eo extincto solenne conuiuium instituit, in quo temulentis certamen proposuit, ut omnium bibacilissimus unius talenti coronã acciperet. Promachus quatuor ingurgitãs cantharos uictor iudicatus, nec multis diebus huic uictoriæ superstes, qui ut Chares tradidit, quum unum & quadraginta cyathos continenter bibisset, ex improuiso expirauit. Exercit; dein Susas ductus, ubi Alexander Statyrã Darij filiam uxore duxit, locauit & alias nobilissimas feminas Macedonũ primoribus, quæ nuptiarum celebritate, quum nouem milia conuiuarum accubuisset, singulis auream phialam ad sacrum usum, dono à rege datã Plutarchus scribit. Nec ea liberalitate contentus hic, ut ille ait, exercitũ alieno ære liberauit, pecunia creditoribus ex fide præsentata. Adduci inde in conspectum iussit triginta milia tyronum, quos pueros Macedonico habitu & militia instruendos reliquerat, qui quum iam robore starent, atque in aperto futurã strenuitatis experimenta deposuissent, mira regem læticia affecerunt, sed uix ille tantum lætus est, quantum Macedonum animi ad id spectaculum ingemuerẽ, ibiq; multo mœrore affecti, eò magis affligebantur, quod nulli dubium erat futuros se iam inde minori curæ regi, quæ partim fenio confecti, ac tum demũ quod in Sagaris accidisset, ut proximo est à me loco memoratu, quidã scripsere, uulgãtis rumoribus fore, ut rex tredecim milibus peditum Macedonici generis, & duobus equitum in Asia secum retentis, cæteros breui esset exautoraturus. Tãta Macedonum animi ira in eum exarserunt, ut subito furore correpti, cõiucia in Imperatorem & Regem iactarent, coramq; sine pudore, ut gregario militi obstrerent, contumeliosè se negligi quærentes, se per omnes præliorum usus ductos, se iam longa militia emeritos, ut inutiles dimitteret, omnesq; Macedonas inutiles & imbelles uocaret. Ipse tyrones nactus, cum his Pyrrhicam saltaret, atque orbis imperiũ quæreret. Hanc militum intemperiam ad eò ægre tulit Alexander, ut quibusdam ad supplicium correptis, cæteros pro concione

Cyri sepulchrum.

Promachi bibacitas.

Alexand. Statyrã ducit uxorem.

Tyronũ multo uido ingens.

Alexander miles liberati lieno ære.

Calani interitus.

Onesicritus memoriae prodidit, se ad Gymnosophistas ab Alexandro missum, quos nudos Macedo agere audiuisset, corporaq; ad tolerantiam exercere, inuentosq; se ad uiginti stadia procul ab urbe quindecim homines alios alio statu meditantes, et in his quosdam nudis corporibus in feruida iacentes arena, alios cautibus sedentes, atque ita se cum Calano congressum, qui sit postea Alexandrũ usq; in Persidẽ secutus, repertũ à se Calanum meminisse Onesicritus nudum in laxis iacentem, ac continuo in risum irrupisse, ubi se chlamyde amictũ cum crepidis & pileo uidisset. Hæc; protinus fari exorsum. Olim plena erant omnia triticea & hordeacea farina, ut nũc puluere. Fontes præterea, alios lacte, alios melle, alios uino fluxisse, nonnullos etiam oleo. Tum uero mortales satietate corruptos, delitijs addictos, quas Iupiter auersatus, omnia quæ fuerant aboleuisset, ut uita per labore ageretur. Tum uero continentia & uirtutibus in medium prodentibus, bonorũ copiã iterum factam, sed cernere se rem ad satietatẽ & contumeliã iterũ delabi. Quod si sapientiã audire uellet, positus uestib; supra cautes syderis intẽperie æstuantes secum alideret, & hæc ille Calanũ dixisse prodidit. Mox cum Mandane maiore natu locutũ, qui Alexandrum eo nomine laudasset, quod unum omnium in medijs armis sapientiã respexisset, qui quum multa de rerum natura, & mentis affectibus sedandis disputasset, diceretq; Onesicritus talia apud Græcos sensisse Socratem, Pythagorã, & Diogenem, probauit Mandanis illos ut sapientes, in eo Græcos accusans, quod legem anteponeret naturæ, nec se pudore afficeret, quod nudi degerent, quum alio qui frugaliter uiuerent, optimã domum esse, quæ minimã suppellectilis indigeret. Et Calanus qui horum unus fuit, ita ut dixit, perijt. Alexander eo extincto solenne conuiuium instituit, in quo temulentis certamen proposuit, ut omnium bibacilissimus unius talenti coronã acciperet. Promachus quatuor ingurgitãs cantharos uictor iudicatus, nec multis diebus huic uictoriæ superstes, qui ut Chares tradidit, quum unum & quadraginta cyathos continenter bibisset, ex improuiso expirauit. Exercit; dein Susas ductus, ubi Alexander Statyrã Darij filiam uxore duxit, locauit & alias nobilissimas feminas Macedonũ primoribus, quæ nuptiarum celebritate, quum nouem milia conuiuarum accubuisset, singulis auream phialam ad sacrum usum, dono à rege datã Plutarchus scribit. Nec ea liberalitate contentus hic, ut ille ait, exercitũ alieno ære liberauit, pecunia creditoribus ex fide præsentata. Adduci inde in conspectum iussit triginta milia tyronum, quos pueros Macedonico habitu & militia instruendos reliquerat, qui quum iam robore starent, atque in aperto futurã strenuitatis experimenta deposuissent, mira regem læticia affecerunt, sed uix ille tantum lætus est, quantum Macedonum animi ad id spectaculum ingemuerẽ, ibiq; multo mœrore affecti, eò magis affligebantur, quod nulli dubium erat futuros se iam inde minori curæ regi, quæ partim fenio confecti, ac tum demũ quod in Sagaris accidisset, ut proximo est à me loco memoratu, quidã scripsere, uulgãtis rumoribus fore, ut rex tredecim milibus peditum Macedonici generis, & duobus equitum in Asia secum retentis, cæteros breui esset exautoraturus. Tãta Macedonum animi ira in eum exarserunt, ut subito furore correpti, cõiucia in Imperatorem & Regem iactarent, coramq; sine pudore, ut gregario militi obstrerent, contumeliosè se negligi quærentes, se per omnes præliorum usus ductos, se iam longa militia emeritos, ut inutiles dimitteret, omnesq; Macedonas inutiles & imbelles uocaret. Ipse tyrones nactus, cum his Pyrrhicam saltaret, atque orbis imperiũ quæreret. Hanc militum intemperiam ad eò ægre tulit Alexander, ut quibusdam ad supplicium correptis, cæteros pro concione

ciues non milites appellari, omnesq; se missos face re pronunciauerit. Incedere inde Periarum manu isti patus. Persæ circa illum excubabant, soli Persæ illi apparebant, quæ præsidij ratio, longè ab ea quæ fuerat diuersa, ad eò Macedonum animos æmulatione accendit, ut abiectis armis, unaque duntaxat tunica amicti, tabernaculum regis comploratione & lachrymis circumfuderent, sese iniquos ingratosque fateri, implorare regiam fidem, quo libitum esset duceret: ituros se ipsius ductu & imperio in apertum discrimen mortis, nil antiquius omni tempore habituros, quàm pro imperatore optimo, quicquid adhuc sanguinis superesset, effundere. Plures dies in hoc illi luctu & mœrore fuerunt, postremò ab imperatore appellati, uiderunt illum lachrymantem. Varia inde regis oratione affecti, nunc ipsorum contumaciã accusantis, nunc bene nauatam in bellis operam gratè & amicè memorãtis, demum pluribus exautoratis, qui partim casu, partim ætate, iam inutiles facti essent, cæteri in integrum restituti sunt. Quicumque sunt dimissi, magnificentissimè donatos per literas Antipatro commendauit, ut primum in theatris locum obtinerent, coronatiq; spectarent, ut defunctorum liberis paterna procederent stipendia. Militari seditione in hunc modum composita, in Mediã concessit, ubi prouincijs rebus compositis, quum spectacula & solennes dies indixisset, tria histionum milia ex Græciã ad id missa, in publicum produxit. Per eos dies Ephestio qui cum Alexandro à pueris coniunctissimè uixerat, fato decessit, quem acerbilissimum casum tam impatienter rex tulit, ut mulis & equis detonsis, finitimarum urbium pinnacula decusserit, Glaucum medicum quo absente, Ephestio in theatro assam ex capro carnem ederat, hauseratq; pñcteris uinum, uelut eius mortis autorem, in cruce sustulit. Tibias & cætera instrumenta aliquandiu in castris canere uertit, donec ex Hammonis Iouis oraculo diuinos illi honores ut Heroum uni indixit. Extrulit eum Alexander, quod à fide propemodum abhorreret, decem talentorum milibus. Dein ad mitigandã doloris magnitudinem in Cusleos mouit, quorum puberes ad unum interfectos uelut inferias defuncto dedit. Ex Media Babylonem perenti, Nearchus cætera maris ora enauigata, per Euphratem incolumi classe subuectus, occurrit. Is in Chaldæos quosdam incidisse se aiebat, qui dixissent ad regis salutem pertinere, ut Babylone procul abesset, quam uocem aspernatus, quum pergeret ad urbem ire, in aliud insultum omen incidit. Corui sublimes uolatu se mutuo incelsentes quosdam affictos, ac penè discerptos, in illius cõspectu, ad terram demisere. Apollodoro quoque Babylonis præfecto pro rege immolanti, sine capite secur extitit, & ignotus quidam diademate & stola insignis, in regio solio ex improuiso resedit, iussum à Serapide se id facere prædicans, qui augurum iussu confestim neci est deditus. His Alexander prodigijs territis, iuxta deos hominesq; suspectos habere cepit, atque omnium maxime Antipatrum, cuius filium Cassandrũ capillis arreptũ parieti affixerat, quod Barbaros intuitus, regem adorãtes, ut adulescens nuper domo profectus, cachinno non abstinuisset. Nec ita multis interiectis diebus, quum ex Græciã & Macedonia adessent, qui Antipatrũ accusarent apud regem, atq; ille patris dignitatẽ acerbis tueretur, Alexander quid ais inquit? an putandum est uiolatos homines, tã longis itinerib; huc patrem tuũ falsò criminatũ uenisse? Tum ille, imò, ait, hoc ipsum caluniã indicium est maximũ, ut tam longis itineribus huc uenerint, ne quæ mentirentur edargui possent. Ridens Alexander, hæc illa sunt, dixit, Aristotelis sophismata, quæ utriusque plorabunt, si quenquã à uobis uiolatũ cõperero, qua minaci denũciatione tãtus timor Cassandri, animũ incelsit, ut procedere

Macedonũ cõsistatio.

Ephestionis interitus.

Eunebris impensa.

Prodigia.

Alexand. ira in Cassandrum.

Timor Cassan dri. tempore quum ipse Macedoniae & Graeciae imperaret, animaduersa forte Delphis magni Alexandri ita tua, tanto defuncti regis admonitu est terrore percussus, ut trepidatio illa aliquandiu sedari nequie- rit. Alexander plures dies sacris operatus, ut prodigi- a quae facta erant procuraret, essetque iam sacrifici- culis addictus, quum ad decimum quartum Calend. quin- tilis diem nocti porando iunxisset, Hercules scypho nondum epoto, in febrem incidit. De causa eius mor- tis non una est opinio. Aristobulus tradidit eum sae- uitia febris sicim collegisse, uinoque ab eo epoto men- te alienatum, pridie Calend. Iulij diem obiisse. Fue- runt qui traderent illi uenenum ab Iolla regio pin- cerna datum, qui erat Cassandri frater, quod quum Olympias Alexandri mater sexto anno post relin- quisset, Iollae (nam & ipse interea perierat) ossa in ultio- nem filij dissipauerit. Venenum fuisse aiunt gelidissi- mam aquam ex Nonacriae petra in Arcadia sudan- tem, quae in morem tenuissimi rosis collecta, equi- na ungula exciperetur, caeteris uasorum generibus nimio frigore factiscentibus. Creditur Aristoteles eius consilij fuisse particeps, quippe qui Antipatro transmittendi in Allyriam ueneni rationem ostend- derit. Eleuat ut Plutarchus ait, hanc receptam a mul- tis de eius morte opinionem, quod nulla ueneni ar- gumenta in eius corpore extiterunt. Perijt, ut Tro- gus scribit, treis & triginta annos natus, uir supra- quam dici possit, animi magnitudine excellens: cum nullo unquam hostium est congressus, quem non ui- cerit, nullam obsedit urbem, quam non expugnaue- rit, nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Pos- tremo qui caeteros uicerat, suorum fraude, uel quod plures probant, fatali est necessitate uictus. Eius in- teritus fama ad Darij matrem delata, abscessa ueste- que utebatur, lugubrem sumpsit, humiq; sese praeni- mio dolore affixit, & quae patrem & octoginta fra- tres uno die ab Ocho regum saeuissimo cesos uidit, parq; tanto fuit dolori, quae Dario filio amplissimi imperij fastigio deiecto & extincto superfuit, gene- ro, quem magis quam filium amauit, esse non potuit. Enimvero nepotem ac neptem auerata, quae Ephe- stioni nupsit, Stasyra enim aberat, luce & cibo per- tinaciter abstinuit, donec quinto die uita decessit. Alexandro nondum sepulto ceptum est inter du- ces de regno ambigi: requirebant illi animo, ecquis Macedonum tanti imperij dignus esset successione: erant qui regnum Herculi, quem Alexander ex Bar- sine conceperat, quoad pupillares esset annos egres- sus, asseruandum censeret. Alij Roxanes partum ex- pectandum dicere, quae praegnans ex eo relicta erat. Nonnulli Perdicae qui praefectus erat equitum, re- gnum decernebat, cui oculis requisito moriens Ale- xander anulum, quo res imperij ob signabat, tradi- disse. Quidam ad ipsos duces regni administratio- nem relegabant, qui de summa rei circa Alexandri- sellam in medium consultarent: sed quum in uarijs uoluntatibus plures regem uellent, post multas al- tercationes, Arideus Alexandri frater, ex Philippo & Theffala matre genitus, ut in regia stirpe imperij fa- stigium maneret, Meleagro peditu praefecto senten- tiam dicente, rex declarat⁹ est. Peditibus inde cum impetu curiam irrupentibus, equites Perdicae du- ctu urbe excefferunt, ortaq; hinc prima inter Macedo- nes seditio, caeteru ducibus inter se reconciliatis, Ari- deo regnu stabiliu cepit, Philippusq; ut gratior mi- litibus esset, pro Arideo a suis est appellatus. Imperij administratio, ita inter primores diuisa, ut alij duci- alias praesidio prouincias obtinerent: Ptolemaeus Arabiam, Aegyptu, & Aphricae gentes tueretur: Phi- lotae Cilicia data est: Syria & Phoenice Laomedonti Mitylenaeo. Antigonu maior Phrygia celsit. Lycia et Paphlilia Learcho. Cassandro Caria, Lydia Menan- dro, Hellefpotus cum Minori Phrygia Leonato. Eu- menes Cappadocia cum Paphlagonia fortitus. Pla-

ron Mediam, Thracis Lyfimachus & cum his pon- ticas geres Thracis finitimas. Parapamemos & fines Caucau montis Axiarches tenuit, Dracas Statanor. Amyntas Bafricanos, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanos, Armenios Phartaphares. Neoptolemus Persas. Peucestes Babylonios. Archelaus Mesopota- miam: Graeciae & Macedoniae regnum Antipater ut antea prouinciam haberet. Quidam alij aliarum ius gentium obtinere sunt iussi, earum praesertim quas ab Alexandro accepissent. Decretu ad haec ut Perdi- cas cum rege esset, copijsq; praeficeretur, quae cum re- ge assidue essent: Seleucus in castris tribunus esset: Cassander Antipatri filius regis stipatorib. praefide- ret. Meleager Perdicae opera in seditione quae ab ini- tio mota est, perijt. Rebus in huc modu compositis Alexandri corpus, quod iam septimum diem in incorru- ptum maserat, sepeliuere. Chaldej, Aegyptijq; more- gentis procurarunt, qui tacita religione cotaeti, uix ab initio man⁹ admouere sunt ausi, uelut adhuc spi- ratem regem reueriti, dein precati, ut ius fasq; esset mortalibus eum atrectare, corpus purgauer, quod odoribus refertum, aureo folio cum eius fortunae in- signibus locauer. Id postea Ptolemaeus, cui Aegy- ptus celsit, Memphi primu, mox Alexandriae collo- cauit. Sed dum haec in Asia & Macedonia geruntur, Athenienses & Aetoli bellum in Graecia summa ope instruebant, rebellandi causam ex eo adepti, q. Ale- xander ex India reuerfus, omnibus Graeciae ciuitati- bus scripserat, placere sibi exules, praeter eos qui cae- dis damnati essent, restitutu iri. Literae ab rege mis- sae, Olympio conuentu omnibus Graeciae populis re- citatae, magnum animorum motum fecere. Fremere principes ciuitatu, ac pala fateri rem uniuersae Grae- ciae perniciosam imperari, haud dubie futurum, ut exules in suas quisq; ciuitates restituti, confestim in homines aduersae factionis fauissent, & principatus & ultionis cupidi. Multe igitur ciuitates libertatem bello uindicandam censuere, sed omnium maxime Athenienses & Aetoli, qui noui motus in Persas de- lati, adeo regem ira accenderunt, ut confestim nu- merosam classem parari iusserit, ad Athenas excidio delendas, in Graeciam traecturus. Verum Arpal in- teritu audito, qui eius motus autor fuerat, ad Aphri- cum bellum, quod iam pridem animo moliebatur, omne studium, ut diximus, & curam retorfit, caete- rum parauerat nihilo secius Athenienses exercitu, ut sub id tempus, quo Alexander uita decessit, trigin- ta hominum milia haberent in armis, & ducentas naues ad bellum instructas. In Antipatru igitur co- orti, eum circa Heracleam aliquandiu obudione fa- tigarunt. Interea Demosthenes qui ob pecuniam ab Arpalo acceptam urbe eiectus, Megaris exulabat, quum Hyperidem ex Athenis publice in Pelopon- nesum missum cognouisset, ut in societate belli Pe- loponneses traheret, eum sua sponte secutus, Ar- giuos, Corinthios, Sicyonios, & alias terrae ciuita- tes, sua eloquentia Atheniensibus iunxit, quo me- rito ab exilio reuocatus, quum Athenas ueniret, na- uis publice instructa illi est obuiam missa. Miserat interea ex Heraclea Antipater ad Leonatum, cui Hellefpotus cum minore Phrygia euenerat, ut la- boranti sibi auxilium ferret. Leonati aduentum quum Athenienses praesensissent, eum procul He- raclea uenientem equestri praelio excipiunt. Fuit ali- quandiu atrox pugna, qua dux ipse graui uulnere percussus, mortem occubuit. Iunxerunt se nihilomi- nus illius copiae Antipatro, cui Leonati interitus haud proinde grauis fuit, nam & fortunatum aemul- um sublatum uidebat, & quicquid illi uirium fuerat, suis adijcere opibus cogitabat. Auctis ita- que copijs, quum par esset iam hostibus, sine alio cer- tamine, Athenienses soluta obudione in Graecia abie- runt, auditoq; Antipatri in Macedonia accessu, Grae- corum exercitus militibus domum dilabantibus, breui

Diuisio Ma- donici regni.

Curatur Ale- xand. corpus.

Novi Graecia motus.

Athen. exerci- tus.

Demosthe. ab exilio reuoca- tur.

Leonati interi- tus.

breui solutus est. Erantq; res Graeciae in hoc statu. A Interea plerique studio sapientiae uiri in ea terra illu- stres fuere, & in his Aristoteles Stagyrites Nicoma- chi & Festiadi filius, quo Alexander uisus fuit praec- ceptore, Peripaterici cognome inde adeptus, quod Athenis in Lycio Peripatru habuit, quo in ambulando philosophari sit solitus, uel quod Alexandro ex morbo coualescenti, atq; ambulati assisistens, quae da- differere soleret. Is omnes philosophiae partes erudi- te & copiose tractauit, nec min⁹ studioru cuetu q in genio felix, cccc. circiter uolumina libroru scripsit. Huius est uox illa, disciplinam senectutis uaticinam, & ueram amicitia unam esse in duobus corporibus animam. Deum, ut Plato, in corpore u finiuit, Entele- chiam animam. Platonem naturae priuilegiu dixit, Theophrastu tacitam deceptionem, Theocritu ebur- neum detrimtu, Xenocratem regnum solitariu. Rogatus quid differret doctus ab indocto, quod ui- uis, inquit, a mortuo. Tria ad profectu necessaria ar- bitratus est, ingenium, exercitatione er disciplinam. Vixit Alexandro ob Callisthenis interitum inuisus, nec minus illi inuentus, utpote qui eius necis haud infcius sit a multis existimatus, ab eo Peripaterici sunt. Platonu annos ferme xx. audiuit. Decessit ui- tra in Chalcide anno tercio feru & sexagesimo etatis, sub id tempus quo Demosthenes orator Antipatri metu Athenis fugatus, in Calabria Troezenis, ad Ne- pumi aram, unde ui abstraherat, ueneni haustu pe- rijt, & Hyperides eiusdem hostis iussu, lingua prius auulsa, Aeginae in templo Aeci interfectus est. Fuit his & Aristoteli equalis Xenocrates Chalcedonius, & ipse Platonis auditor, adeo tamu dispari ingenio, ut saepius uox Platonis sit audita, ut equo quem asi- num iungo? ratumq; Aristoteles praestabat ingenio, ut eiusdem predicatione freno in digere crederetur, Xenocrates calcaribus, quod in Ephorum & Theo- pompum ab Isocrate usurpatu autores sunt quida. Ab Xenocrate Polemo Athenien. & Crantor extite- runt. Academiici ambo, & qui his opera dederunt, Ar- cesilaus Scytha, & Crates Athenien. sed horum tem- pora aliquanto recentiora. Onesicritus Aeginensis, uel ut ab alijs tradit, Astipalensis, & Anaxarchus Ab- derites, Alexandri comites fuere, ob idq; eadem aeta- te clari, Metrodori hic, ille Diogenis discipulus. Sed Anaxarchi exitus memorabilis, qui in Nicocreonis Cyprij tyranni sinum, medio cruciatu, linguam mor- dicus praecisam posuit. Ex Aristotele Theophras- tus & alij, qui post illum in peripaterica disciplina claruerunt, Demades Atheniensis & Aeschines, De- mosthenis; cuius nuper mentionem feci, & equales & aemuli fuerunt. Fuit & Apelles Scorus per id tem- pus in suo genere clarus. Is non tantum Alexan- dri temporibus uixit, sed superfuit etiam: penes plu- rimum q caeteri in pictura cotulit, uoluminibus edi- tis, quae eam contineret artem. Venus mari exiens inter praecleara illius monumenta, insigni fama deflu- xit ad posteros, cuius inferiorum partem ueritate corrupta, nemo postea reficere est ausus. Augustus eam tabula in templo Caesaris dedicauit. Parem lau- dem in altera Venere assecutus, quam Cois imperfe- ctam reliquit. Idem in equae figuratone emulos am- bitu praualere ratus, ad mutas quadrupedes ab ho- minibus prouocauit, sua aemulorumq; pictura indu- ctis seorsum equis, hisq; ad Appellei operis imagi- nem, ut ad uerum animu hinc inuenirent. Primus cor- poris uicia in figura abscondit, Antigonis regis imagi- ne, qui ob uulnus ad Olynthum sub Philippo acce- pitum lusus erat, ex obliquo deliniata, ut quod cor- poris fuerat ademptu picturae deesse crederetur. Cam- paspen nobilissimum Alexandri scortum, & ob for- ma elegatiam regi charissimum, quia nudam ipsius inductu miru in modu expressisset, ab iuvene puel- lae cupido dono accepisse traditur, apud Alexan- drum tantum gratia & autoritate ualuit, ut rex lu-

perbissimus uerterit se ab alio quam ab Apelle figu- rari, ut a Lyfippo fingi, & Pyrgotele caelari. Clarue- runt cum eo & alij. Protogenes ad quem uidentum Rhodum Appelles nauigauit, ubi inter eos contrigit memorabile illud certamen, quo Protogenes se tu- peratum uerecundo est pudore confessus, tribus uer- ficoloribus lineis uno corpore mirifice insertis, ut quae in duarum medio nouissimè est ab Apelle de- ducta, nullum amplius deducendae locum relique- rit. Nobilissimum Protogenis opus Ialysus, ob cui- us tabulae praestantiam, ne pictura incendio defla- graret, Demetrius hostis quum ea parte capere Rhodum potuisset, abstinuit. Fuit horum equalis Aristi- des Thebanus, qui primus animum pinxit, & sen- sus omnes mirifice expressit. Vixisse cum his uideri potest Lyfistratus Sycionius Lyfippi frater, qui pri- mus ex gypso fecit imaginem, etu multum antea quod ad plasticen attinet, quae statuaria est longe uetustior, Dibuthades Corinthius primus ex argil- la typum fecisse dicatur, deliniata ad lucernae lumem à filia adolefcentis, quem amabat, facie. Multi hac quoque parte ingenij sunt laudem adepti, sed nos flores hominum delibare contenti sumus. Incide- runt extrema Alexandri tempora in duorum Lucio- rum Flacci Plautijque consulum, qui post Papy- rum Cursorem, & Aurelium Ceretanum, quorum mentio in superiore libro facta est, Rempublica for- ris administrare iussi, Flaccus Samnitibus foedus pe- tentibus, in biennium inducias dedit, Plautius ex Apulis Theanenses & Canusios populationibus fessos, ad dedicationem compulit, obudibus in fidem eorum, quae promittebant, ab utrisq; acceptis. Duæ tribus hoc anno priori sunt numero additæ Venti- na & Faleria. Theates & ipsi Apuli sequenti anno dedicationem fecere, quum C. Iunius Bubulcus, & Q. Aemilius Barbula iam consules essent, atq; per haec Apulorum animis ad accipiendum iugum semel inclinatis, tota ferè gens in dedicationem uenit. Ex Apulia consules in Lucaniam transfuere paucis- sibus Florento & Nerulo ex ea gente captis. Secuti consules Sp. Nautius, & M. Popilius, habuitq; prin- cipium huius anni dictatore L. Aemiliu, qui quu Satriculam oppugnare esset adortus, rebellandi cau- sam Samnitibus dedit: ancipiti proinde terrore est ibidem dimicatum, hinc Samnitibus, qui coacto ex- exercitu socijs auxilio uenerant, inde Satriculans eo- dem tempore patefactis repete portis in Romanos irruentibus, constitit tamen immota acies dictato- ri, mox Satriculans in urbe reiectis, tota uis in Sa- mnites uersa est, cum his quoque haud dubia est ui- ctoria pugnatum, uicti praelio hostes nocte, quae se- cuta est, silenti agmine castris excefferunt, qui quam Satriculam haud defendi posse cernerent, Postiam seu Plistiana Romani nominis socios, ut pari iniuria hostes afficerent, tumultuose circumfident. Excepit id bellum administrandu Q. Fabius dictator, consu- les Romae ut priore anno manserunt, Fabius cum supplemento ad Satriculam profectus, ibi Samnites inuenit, qui Plistiana obudione omiffa, cum maiori- bus copijs eodem quo priore anno confederant, ite- rum periculu facturi, an sociam ciuitatem obudioni- eximere possent. Imminere nihilo secius dictator Satriculans, satis habiturus, si sedendo hostem do- muisset. Contra Samnites Romanorum uallum fe- rociter obequitare, lacellereq; simul conuicio. Non- tulit eam hostium intemperie Aulus Ceretanus ma- gister equitum, quu aliquot equitum turmis in Sa- mnitem ductis equestre praelum ex improuifio con- ferit, ibique hostium ducem media acie adortus, cu- spide transfixit equo exanimem deiecit, ad cuius ca- sum Samnites dolore accensi, Aulum procul a suis auectum, circumfident, atq; equo detractu, celsi du- cis fratri, irae & mororis pleno, laniandum tradunt; eius cadauer foede trucidatu, post acerimū certame Romanu

Lyfippius. Pyrgoteles. Protogenes.

Aristides.

Lyfistratus Sycionius.

Consules.

Tribus additæ.

Consules.

Dictator.

Vincuntur Sa- triculans.

Romani aegre receperunt, fuitque tum quoque penes hos uictoria, ut priore anno. Hostis amisso duce ad Plisiam redijt, atque inde paucis diebus Romanus Sarricula ex Samnitibus & Plisiam potitus est. Dictator ex Apulia & Samnio Soram transfuit bellum. Sorani Romanis colonis interfecit, ad Samnites defecerant. Secutus uestigio hostis dictatorem ad coloniam ultionem tendentem, ad Lautulasque euntem adortus, certamine ex improviso iniecit, ad noctem usque ancipiti est praelio dimicatum. Quidam eam pugnam parum prosperam Romanis fuisse tradiderunt, atque eo praelio, Q. Aulii perijisse. Tenuit, quod factis constat, se plures dies dictator intra castrorum munitiones, oblesso magis quam obsidenti similis. Interim Claudius Fabius Auli loco in castra cum supplemento magister equitum missus, iussus quam Soram ueniret post montes in insidijs subsistere, donec signum ad procurrendum acciperet. Si gnum erat fumus est castris sublatum. Postidie militibus edicit, ut sese ad pugnam expediant, quibus ut maiorem pugnandi necessitatem imponeret, castra se incensurum pronunciauit, ne spes in tutum redeundi militi esset. Iren tigitur in pugnam eo consilio, ut non nisi uictores inde abscederent, futurum ut ea castrorum clades, hostium praeda, si acie uinceret, refarciretur. Profuit id consilium haud dubie ad uictoriam, miles enim, ubi ex acie fumum est castris sublatum uidit, ratus castra dictatoris iussu incensa, quum reuera signum illud esset, quod magistro equitum ad confurgendum ex insidijs dabatur, celauerat dictator de aduertu magistrum equitum suos, miles in iram & rabiem uersus continuo hostium aciem perpulit. Exoritur inde Samnitibus a fronte turbatis alius a tergo terror, Claudio cum fremitu & clamore aduocante, ita pluribus in medio castris, caetera multitudine dilapsa, quo quemque suus tulit impetus se periculo subtrahunt. Miles castris hostium potitus uictoria ac praeda laetus, in castra redijt, quae ubi praeter spem incendio intacta offendit, multo est maiore laetitia affectus, quam quod hostem cecidisset. Sora secandum eam uictoria oppugnari coepit, quo noui consules uenere, Q. Petilius & C. Sulpitius, exercitumque a dictatore accepto, quum ob loci situm, naturae & opere munitissimum, de obsidionis euentu solliciti essent, prospera ipsorum fortuna, ex Soranis quidam datus, qui sua sponte urbem tradere pollicitus est. Fuit ea res consulibus eo gratior, quo minus expectata, proditorumque promissis oneratum, cum decem militibus, quos ille depoposcit, ad occupandam arcem dimisere, admotaque silentio noctis urbi maiore militum manu, ut conuenerat, in se ad paucis arce, proditor urbem terrore complet, arcem ab hoste teneri clamitans, quod ubi ita esse animaduersum est, ciues sibi sceleris conscij, ut beneficio noctis in tutum euaderent, portam castris auersam temere refringunt, egressos & incaute abeuntes, Romani qui in insidijs erant, ferro excipiunt, exceptos magna ex parte trucidant, inde urbem tumultuose ingressi, nihil minorem caedem edunt, quoad deditio facta est. Sora in hunc modum recepta, Consules ccxxv. autores defectionis patratasque in Romanos colonos caedis conscios, Romam misere, qui ad unum in foro uirgis caesi sunt, ac securi percussi. Praesidio Sorae relicto, consules Aufonium genti bellum intulerunt, nam et hi Samnitibus accesserant, per eos dies quibus fuerat ad Lautulas pugnatum, Aufonia, Nuntumnae, Vesti na illorum urbes erant. Caeterum ut Sorani ita & Aufones suorum prodicione uicti sunt. Duodecim numero fuere principes inuentus, qui consulibus nunciarunt, populares suos incerta consilia agitare, postquam ad Lautulas cum Samnitibus uicti fuerant, utrum Romanos pacate acciperent, an uenientibus portas, si derent. Fore ut si media consultatione milites circa oppida mittantur, sine ullo maiore certamine illorum

Soram bellum transfertur.

Dictatoris stratagema.

Consules.

Sora proditio accipitur.

Sorani Romae securi subijcitur.

maenibus potirentur. Assenserunt consules. Illi inter se negocium partiti, cum quibus gerenda erat, quique ad suos profectus, una hora tres urbes Romano prodiderunt: saeuitque ubique est in miseros oppidanos priusquam interuentu consulis caedes inhiberi potuerit, & quod adhuc iniquus fuit, incerto crimine ges de lera est, inter Italos sua ueritate celebritateque nominis haudquaquam ignobilis. Aufonem Circes & Vlisis filium autores memorat quidam. Caeterum tantum genitris opes olim autae sunt, ut tota Italia sit inde Aufonia nuncupata. Luceria eodem anno Ro. Colonis subita defectione interfecit, Samnites in urbem accepit, sed tam his qui Soranis priore anno, sua perfidia exitio fuit, urbe paucis diebus a Romanis recepta. Lucerini cum Samnitium praesidio sunt ad unum cessi. Dubitatum est etiam Romae, an & urbs ipsa delenda esset, ualuit mitior sententia, ut urbs incolumis seruaret. Transcripta eo sunt duo Colonorum milia, & quingenti. Capuae hoc quoque anno coniuratio aduersus Ro. oppressa est, sublati capitibus defectionis, qui quae stione decreta, & dictatore ad id Romae creato, sibi ultrò mortem consciuere, & Romae non nihil inquisitum est in eos, qui honorum adipiscendorum causa, in unum coire dicebantur. Samnites spe Campanae defectionis ex Apulia Capuam petiere, eo Ro. consules uno penè tempore occurrunt. Aliquot leuiores praesidij commisisse, demum totis uiribus concurrunt. Sulpitius consul dextrum cornu procurabat, Petilius leuiter, pedes prelium primò fuit, inde equites in hostem missi, una pedite cum suo equitatu a sinistro Samnitium cornu turbauere. Ab leuo Ro. latere non nihil trepidatum, fecissetque ea parte hostis fugam, nisi Petilij interuentu, qui collegae ab initio fuerat auxilio, acies fuisset restituta. Miles audita alterius partis uictoria, praesentiaque ducis adiutus, in pugnam ferociter conuersus, breui hostem perculit, pulsum fundit fugatque, pauci ex praelio Maleuentum confugerunt. Beneuentum mox ipsi loco nomen est inditum, ad triginta milia Samnitium caesa dicuntur. Bouinum oppidum eius gentis illustre post eam uictoriam Romani consules circumfederalunt, tenuitque obsidio illa in reliquis anni. Nouis inde consulibus L. Papyrio Curfore, & C. Iunio Bubulco, Claudius Petilius dictator aliquam diu & ipse Bouinum obsedit, quo ubi allatum est Samnites Fregellanam arcem occupasse, soluta repente obsidione, ad Fregellas recipiendas occurrit, hostis eius aduentu audito, diffusus loco, raptò agmine in Campaniam decersit, ibique Nola ingressus, cum agrestibus, qui in oppidum confugerant, tueri moenia aggreditur. Fregellis receptis Dictator hostium uestigijs insistent, Nola contendit. Hic urbis situ inspecto, ut aliquanto habilis oppugnaretur, aedificia urbi circumiecta incendit, nec multis in diebus interiectis, Nola capta est, dubium, a Petilio dictatore, an a C. Iunio consule. Vtrunque enim traditur. Qui Nola uictoriae decus ad consulem traxerunt, Atinum adiecerunt, & Galatiam ab eo captas. Petilium figendi clauis causa aiunt, non ut bellum foris gereret, dictatore creatum. Sueffa & Pontia eodem anno Coloniae deducunt. Potias insulam Volsci habuerant, Sueffam Aurunci. Minturnam quoque & Calsinum ut Coloni mitterentur, senatus decreuit, missa utrobique quatuor Colonorum milia. Samnitico bello nondum profligato, aliud recens, atque omnino terribilius, ob gentis opulentiam, locorumque propinquitatem ex Hetruria est ortum. Qua propter noui consules M. Valerius & P. Decius partiti inter se puincias, Valerio ad Samnitium reliquias preuendendas profecto, eius Collega, quia puincia, morbo implicatus, obire non potuit, patrum decreto dictator dicere iussus, C. Iunium Bubulcum dixit: habuit is delectum accuratissimè in hoste confectum iturus, si quid inde moueret. Caeterum Hetruscis, etsi omnia ad bellum studio comparauerat, se tamen intra suos fines tenuerunt.

Aufonium excidium & opes Lucerinorum defeccio.

Maleuentum.

Consules.

Nola.

Consules.

Dictator.

Via Appia sternitur.

Anio in urbe inducitur.

Potitiorum interitus.

Consules.

Tibicines ebrii Romam deponunt.

Rom uirtus in Samnites.

tenuerunt. Incidit in hunc annum qui uigesimus fuit Samnitici belli, App. Claudij, & C. Plautij censura haud ignobilis, Appij memoria felicio, quod & publicam uiam lapidibus muniuit, & aquam induxit, ea opera solus perfecit, quia ob infamem senatus electionem collega pudore uictus se magistratu abdicauit, quo cogit, ut tam aqua quam uia alterius nomen tulerit, uia ab urbe fumens principium inter Tusculum & Albam ad Algidum tendit, inde porro ad Calsilinum progressa, unde uiginti stadijs a Capua latinae uiae iungitur. Idem Claudia est aqua dicta, in Auentini usque uerticem flumine corruato. Hoc quoque tempore Potitia gens ad aram maximam sacrificare solita, gentili ministerio, Appij autoritate, ad publicos seruos delegato, quum duodecim familiarum essent, intra annum extinctae dicuntur, & in his triginta puberes. Praeuiderant utique mali daemones eos interituros, caeterum ut praua superstitio in alios transferretur, enixe operati sunt, ut superstitio sa ciuitas tenacius iam inde suo errori hereret, quod ut aliquanto commodius fieret, secuta est Appij Claudij cecitas, quasi uero ille, aut primus hominum, aut ultimus in lenio captus sit luminibus. Sequentibus consulibus C. Iunio Bubulco, & Q. Aemilio Barbula, praeteriti sunt in recensendo senatu, quicumque ab Appio & collega fuerant in ordinem asciti, Tribuni militum senidni in quatuor legiones tum primum a populo creati, quod dictatoris, aut consulis fuerat ad id tempus beneficium. Tibicines, a proximis cenforibus prohibiti in eade Iouis ueteri instituto epulari, Tybur uno agmine abierunt. Quum igitur nemo in urbe esset, qui sacrificijs praecineret, legati iussu patrum sunt Tybur missi, qui publice peterent, ut daerent Tyburtes operam, tibicinibus sibi quoquo modo restituendis, qui quum Tyburrium hortatu nihil mouerentur, dissimulato negotio eos, uelut ad festas epulas diuisit. Hic uino, cuius autidum ferme genus est hominum, oneratos curribus imponunt, ac Romam sopitos deportat, nec prius suum ludibriu sensere, quam plaustris in foro relictis, plenos crapulae adhuc semihomines lux oppressit, tunc populi concursus eo factus, imperatumque ut Romae esse uellent, restitit illis uelcendi iure. Datum praeterea, ut quotannis solenni cantu ornati triduum per urbem uagarentur, tot enim dies abfuisse credere par est. Samnites dum haec Romae sunt, Romanum praesidium ad Cluuianum domitium ac deditum crudeliter trucidant. Iunius consul, cui sorte ea puincia euenerat, Cluuianum subito adortus uia cepit, puberesque ultionis cupidus ad unum trucidauit, inde Bouianum expugnat, ubi plus praedae fuit quam caedis, praeda militi benignè concessa, diffusus suis uiribus Samnis in sidias moliebatur, pecusque, ut eo Romanum praedae illecebra traheret, in loca insidijs opportuna agunt, atque id consuli per transfugas significandum curant, nulla quidem mora fuit, ductae sunt ad locum expeditae legiones, & iam miles ad abigendum pecus discurrebat, quum hostium acies ex superiore loco sese obtulit. Turbauit primò ea res militum animos, Cauding cladis recordatione, inde ubi se ad signa receperunt consulibus hortatu acies, in aduersum iugum, quod ab hoste tenebatur, magno ardore subiit, nulla locorum iniquitas, non magis quam si per aqua itum esset, sustinere potuit Romanorum imperium, captus collis, hostesque tanta ex infesso iugo strage deturbati, ut uiginti milia hominum desiderata dicantur. Sed dum haec in Samnio geruntur, uniuersum nomen Hetruscum, praeter Arretinos, Sutrium sociam populi Romani urberum summa ope oppugnabat. Alter consul Aemilius, ad socios oblidione leuados, ex urbe profectus, postridie quam ad hostes uenit, ferociter in aciem descendit, a prima ferme luce ad meridiem stetit utrinque immortu agmen, tam Ro. quam hostes expe-

stantes ut ex aduerso prius signa caneret. Postremo ne re infecta loco decederet, clamor ab Hetruscis sublatum, Rom. aciem in praelium traxit, concursum utrinque est infensis animis, neque spe militum dissimili, Romanis sua uirtute, hostibus militum multitudi ne fretis: cruentum ab initio certamen fuit, multos ac promptissimum quenque praelium absumpsit, nec prius res Ro. superior esse cepit, quam principibus fessis hastati in primam aciem occurrerunt. Contra Hetruscis nullo suffulti praesidio, ante & circa signa caesi, memorabili caede locum nobilitassent, nisi nox uictos, & iam obstinate magis, quam strenue resistent, sua umbra protexisset, nec post eam pugnam est in Hetruria quicquam relatu dignum ab Aemilio gestum, hostium exercitu magna ex parte consumpto, & apud Romanos tantum uulnerum fuit, ut plures post praelium mortui sint, qui in acie cecidissent. Tusculum bellum Q. Fabius sequentis anni consul excepit, ab Romaeque profectus, supplementum ad Sutrium duxit, sub cuius accessum Tusculi ibi sedentibus, nouae ex domo copiae uenere. Romae interea P. Sempronius tribunus plebis. Appium Claudium, ultra Aemiliae legis praescriptum in censura perseverantem, grauiter pro rostris increpuit, cauillante Appio, legemque duodecim tabularum celebrante, qua fuerat ab initio institutum, ut in quinque annos censura extenderet. Sempronius in eum ferocius coortus, hic (inquit) est Quirites illius Appij progenies, qui Decemuir in annum creatus, perpetuum sibi finxerat imperium, in quo male quaesito, pessime administrato, suis sceleribus concidit. Haec eade illa familia, cuius ui atque iniurijs compulsi, patriaque eieci, sacrum morem cepistis, haec quoque illa aduersus quam tribunicium uobis auxilium comparastis. Haec propter quam Auentinum inseditis. Haec quae Agrarias leges sceleribusque suo in uos odio semper impugnavit. Haec patrum contumacia & plebis quantum in se fuit interrupit. Haec plebi ad curules magistratus iter clausit. Hoc est nomen nostrae ciuitati multo quam Tarquinij infestius. Inde in eum conuersus, quum probris & maledictis multum diuque proficidisset, nec ille proposito auerteretur, in uincula duci iussit. Caeterum a collegio tribunorum intercessione missus, ingenti omnium ordinum inuidia ex antiquioris legis praescripto, cui centesimo ante anno fuerat abrogata, censuram administrauit. Haec domi. Fabius interea ad Sutrium cum longè maiore hostium exercitu congressus, quum natura loci, quem ceperat, tum militum uirtute adiutus, Tusculum magna strage fufum, atque in Ciminiam usque, syluam fugatum, ipsorum castris cum ingenti praeda potitur. Erat Ciminiam sylua ad id tempus Romanis inuia, ne mercatoribus quidem adita, quum omnes eam temere in eundam negarent, neque enim Caudinae cladis recens memoria animis exciderat. M. Fabius Caeso, siue ut alij scribunt, C. Claudius res Hetruriae citra ultraque Ciminiam montem exploraturum se esse pollicitus. Fuerat is forte Cere educatus, atque ob eam rem Hetrusca lingua & literis optime institutus: uno igitur duntaxat seruo comitatus, cum quo fuerat nutritus, pastoralis habitu & agrestibus telis gestisque binis armatus, ad Camertes usque Umbros penetravit, ibi quis esset fateri ausus, in senatu introductus consulis uerbis de amicitia & societate publice inuenda egit. Comi in de hospicio acceptus, consuli nunciare est iussus, si cum exercitu ad ea loca ueniret, praesidio illi Caertium iuuenturè cum triginta dierum commectatu affuturam. His ex Umbria relatis, consul praemissis impedimentis, legionibusque post impedimentum ire iussis, ipse cum omni equitatu, stationibus hostium (nam Tusci & ipsi citra Ciminiam saltum, postquam acie fusi fuerant, castra comuniuerant) in multum diei adequitauit, inde in castra reuersus, porta, quae maxime fuit hostibus auersa, occultè cum suis equitibus delapsus, sub noctem Romanum agmen affecutus, postridie

Atror praelium.

Ap. Claudius censor uexatus a trib. pleb.

Vincuntur Hetrusci. Ciminiam sylua.

Fabij exploratio.

post die prima luce, summa Ciminij motis iuga te-
nuit. Mittit inde consul milites in subiectos Hetrur-
ria campos praedatū. Fuerunt his obuia tumultua-
ria quaedam Tulcorum cohortes, quibus caesis, lon-
gè lateq; Romanus per hosticum euagatus cum in-
genti praeda in castra redijt. Quinque ex urbe legati
cum duobus tribunis plebis eo die in castra uene-
rant, Ciminij saltus transitum Fabio inhibitori: læ-
tati itaq; serius se uenisse, quam ut expeditione Reip-
pub. utilissimam impedire potuissent, inexpectatæ
uictoriae nuncij Romam reuersi sunt. Concitant ea
expeditio non proffigauit Hetruscum bellum, si qui-
dem irritatis noua clade animis, omne Thuscum no-
men, quanto nunquam antea tumultu, cōsternatum
ad arma concurrit. Necita multis interiectis diebus,
cum Fabius in priora castra redijisset, ingēs hostium
exercitus ad Sutrium confedit, ibiq; ulciscendæ cla-
dis cupidi, suaq; multitudine freti, aciem in Roma-
norum conspectum tumultuosè explicant, nullam
dimicationi moram facturi, quam ubi consulem de-
trectare uident, castrorū munitiones subeunt. Hic
minitabundus hostis ferum intentat, fremitq; non
esse uestigio abscedendū, quoad Romana castra aisi-
dendo expugnassent: mittunt proinde ad duces, ut
cibaria illius diei ad se deferri iuberent: constituisset
militem ab Romano uallo non prius abscedere,
quam ui aut arte, hostē intra inclusum opprimeret.
Consul quum suos ad altum diem in armis habuisset,
iubet cibum capere, ac paratos esse, ut quacunq;
hora signum accepissent, nihil sibi in mora essent, in-
de hortatus militum animos, quarta ferè uigilia no-
ctis, proroto repente uallo, oppletisq; castrorū fos-
sis, instructū exercitum in Thuscos effudit, ibi pas-
sim hostes strati, ac sopore uicti, quod estiuis ferè no-
ctibus solet euenire, ut sub lucē arctiore somno pre-
miantur mortalium corpora, multi alta quiete pres-
si, semioannes alij, fœdissima strage cæduntur, plu-
res armis media trepidatione captis, inter pugne &
fugæ consiliū destituti, haud maiore negotio quam
inermes sunt oppressi, cæteram multitudinem pri-
mò ad castra usque, inde his captis, ad mōtes Roma-
nus uictor cum cæde & strage multa persecutus est,
cæsa ea nocte & die qui secutus est, ad sexaginta mi-
lia Thuscorum. Castrensis præda, præter aurum & ar-
gentum quod in medium consul referri iussit, mili-
tia data. Quidam nō ad Sutrium, sed trans Ciminiam
ad Perusiam hoc euentu dimicatum memoriæ pro-
diderunt. Sed ubicunq; pugna illa insignis pugnata
est: Thuscorū opibus præsentī clade accisis, à Peru-
sia Cortone & Arctio, quæ tum Hetruscæ gentis ca-
pita fuere, legati Romā uenerunt, pacem imploran-
tes. Inducias in triginta annos his datae. Sed dū hæc
in Hetruria geruntur, Martius Rutilius Fabij colle-
ga, Alifas Samnitibus ademūt, multaq; ad hæc castel-
la, aut ui capta delataq; sunt, aut integra in potestare
uenerunt. Romana classis ad Campanæ oræ præsidium
missa, Pompeijs per id tempus est à P. Cornelio eius
præfecto appulsa, inde quum nauales socij in Nuce-
rinos fines irrupissent, abducerētq; ad mare opulen-
tam ex hostico prædam, in insidias præcipitari, cum
cæde & fæda fuga ad mare reuersi sunt. In Samnio
audita Fabij alterius consulis trans Ciminia sylum
profectione, rati hostes illum cum exercitu interclu-
sum, concurrunt & ipsi ad M. Martium extinguen-
dum eo consilio, ut si cum eo debellatum esset, con-
festum agmine in Hetruriā transirent ad rem Roma-
nam ea parte infestandam. Fuit itaq; ad primum il-
lorum accessum atrox pugna, atque incerto euentu
est luce illa dimicatum, sed eo iniquius id certamen
Romanis fuit, quod plerique equestris ordinis sunt
in acie amissi, & cum his aliquot tribuni militum &
legatorum unus, & quod maiori militibus terrori
fuit, ipse consul graue uulnus accepit. Fama eius Ro-
mam delata, decreuit senatus, ut continuo dictator

Fabij strage
ma.

LX. milia He-
truscorū cæsa.

Hetruria po-
puli pacem pe-
tunt.

Consul uulne-
ratur.

diceretur, eratque tum omnis rei bellicæ summa in
Cursore Papyrio reposita, eumque patres & cæteri
creatum in uolebant. Cæteri parum constabat Mar-
tium uiuere, ad quem mittere possent. Fabius ob ue-
teres cum Papyrio inimicitias, iam inde à magiste-
rio equitum, quod sub eo dictatore gessit, quemuis
alium prius dicturus uidebatur. Placuit igitur lega-
tos ad consulem in castra mittere, qui publicè eum
hortarentur, ne priuatum odium publico commo-
do anteferet, legatis hæc coram precantibus, deie-
ctis in terram oculis, quasi quid acturus esset, animo
agitaret, tacitus ex illorum conspectu abiit, noctis in-
de silentio Papyriū dictatorem dixit, cui quum ob
animum egregiè uictum, legati gratias postredie age-
rent, obstinatum tenuisse silentium dicitur, ac sine re-
sponso dimississe, ut appareret insignem dolorem in
genti ab eo animo cōpressum. Dictator cum legio-
nibus ad Longulam primò profectus, acceptisque à
Martio cōsule ueteribus militibus, in aciem copias
eduxit, nec hostes pugnam detrectarunt. Cæterum
neutris prælium ineuntibus, armati instructiq; sine
prelio ad noctem steterunt. Statua inde aliquandiu in
propinquo habita. Interea Hetrusci iterum ad arma
reuersi, ad Vadimonis lacum, nouo exercitu sacra-
ta lege coacti, ita ut uir uirum legerit, cum Fabiano e-
xercitu tanto animorum ardore conflixer, ut telis
ab neutra parte emissis, continuo sit gladijs dimica-
tum: nec cum Hetruscis res geri uidebatur, qui to-
ties uicti fuerant, sed cum noua aliqua gente. Anteq;
gnanis caesis successit secunda acies, inde quum hæc
quoque parum sustineret hostem, iam ex ultimo or-
dine accersiebantur subsidia, eratque res Romana in
summo discrimine, quū equites dimissis equis, ad
terram desiliunt, ibi in aduersam aciem acriter inue-
sti, Hetruscum hostem gradu submotum pedites in
stauratis animis urgent, uictaq; ipsius pertinacia, in
fugam auertunt. Concidit illo die quicquid uirum
ea tempestate habuit Hetruria, castra capta, direpta
que. Nec in Samnio minori interim periculo à Papy-
rio res gerebatur, duo erāt hostium exercitus, unius
scuta auro, alterius argento ad maiores armorū co-
natus ostentandos affabre cælara. Galeæ armitæ, si-
nistrum crus ocrea tectum, & spongia pectori regu-
mentum, tunicæ uerficoloris aurata scuta habenti-
bus, argentea, linteæ candidæ. His dextrum cornu
datum, sinistrū illis, docet suos Papyrius, armis bel-
latorem uirum opertum esse oportere, non auro aut
argento, illaq; uerius prædam esse quam arma, nite-
re talia in procinctu, cæde & cruore resper-
sua uideri, uirtutem esse decus, non fulgorem armo-
rum, eiusmodi hostium delicias fortes uiros ad præ-
dam inuitare non terrere. Irent fortes in pugnam, di-
uitemq; hostem pauperis esse militis præmium arbi-
trarentur. His hortationibus Papyrius in aciem edu-
xit. Certatum ab initio est magna utrinque pertina-
cia. Iunius Bubulcus magister equitum ab læuo cor-
nu primus hostem fudit, inde & ab sua parte dicta-
tor fecit fugam, Samnites cum cæde multa dissipati,
atque castris exuti sunt. Papyrius uictor Romam
reuersus triumphauit, aurata scuta ex ea uictoria re-
lata, inter argentariorū dominos ad forum instruen-
dum sunt diuisa, ac tum primum mos Romani fori,
quum Thensæ ducerentur, excolendi ortus dicitur.
Fabius ad Perusiam, quæ induciarū fidem ruperat,
cum Hetruscis tertio pugnauit, prospero, ut bis an-
tea euentu, quo prælio fracti hostes, ne maiorem cla-
dem adirent, urbem ipsam Romanis dedidere. Con-
sul legatis Hetruscorū pacem petentibus, Romam
præmissis triumphans in urbem est inuectus, atque
ob rem præclare foris administratam cum Pub. De-
cio consul resectus est. Hi inter se provincias parti-
ti, Decio Hetruria, Samniū Fabio euenit, qui in pro-
uinciam profectus, Alifates primò subegit, & Sam-
nites prælio fudit, in qua acie Marlii noui hostes à Sa-
mnitibus

Dictator.

Hetruscorum
clades.
Samnitium or-
natus.

Papyrius Sa-
mnites fudit.

Fori Ro. or-
tus.

Marlii &
mnites uincit.

mnitibus sterisse dicuntur. Tarquinienfes interea à
Decio in Hetruria subacti inducias in xl. annos pe-
tere, & Volturnensium quoq; castella quædam ui ca-
pta, & ex his quædā subuerfa, ne receptaculo essent
hostibus, tantusq; per hæc terror Hetruscis est inie-
ctus, ut tota gēs supplex fœdus à Decio petierit. In-
ducias in annum datæ, ea conditione, ut annuum sti-
pendiū militi darent. Fuissetq; pax in id tēpus secu-
ta, nisi subita Vmbrosum defectio materiam multis
Hetruscorū rebelladi obtulisset. Conflato igitur ingē-
ti exercitu, Decio post se relicto, ad urbē Romā op-
pugnandā tumultuosè cōtendunt. Decius hostē se-
cutus in Pipiniensi agro confedit: patres noui belli
fama perculli ad Fabium alterum consule mitterūt, ut
si quid laxamenti in Samnio esset, in Vmbriā transi-
ret. Paruit dicto cōsul, & ad Meuania, ubi hostes ca-
stra fecerant, magnis itineribus uenit, subitis Fabij
accessus, à quo toties Hetrusci uicti fuerant, adeo ho-
stem turbauit, ut multi censerent ad urbes munitis-
simas concedendū esse. Alij bellū omnino omitten-
dum. Materini (ita gens una in Vmbria nuncupata
est) non solum nō cedendum putauere, sed arreptis
armis in Fabianos metari incipientes factō imperu,
cæterā multitudinē in prælium traxere. Tum cōsul
milites ad signa reuocatos, ut irent hortat, hostemq;
uinci assueti in perpetuū uincerent, impiæq; uocis
pœnas expeteret, qua minari ausi essent se Romam
oppugnuros. Et iam signū daturus erat, quum eo
nō expectato, præ nimio militū ardore, est in hostē
procursum. Circa fidem quædam in eo prælio facta
dicuntur, ut hostibus signa medio pugne ardore sint
adempta, ac cum ipsis signiferis ad consulem abstra-
cta, militesq; ex acie in acie cum totis armis transla-
tos, gerebatq; res interim umbonibus magis quam
ferro, incussaq; & strata hostium acie una uox exau-
diebatur iubentium ponere arma. Deditio igitur in
acie facta, & primo ab ipsis belli autoribus populis.
Fabius alterius sortis provinciæ uictor in Samnium
redijt, cui ob res præclare gestas, imperiū foris sena-
tus cōsulato est in sequentē annum propagatū. Con-
sules interim fuere App. Claudius & L. Volumnius.
Salentini noui hostes Volumnio dati. Appius urba-
nis artibus aprior, q̄ bello Romæ fuit. Volumnius
rem foris feliciter administrauit, hostibus sepe præ-
lio uictis, aliquot urbes ademūt, & Fabius cui pro-
rogatum erat imperiū ad Alifas cum Samnitibus pro-
spere Marte conflictit, hostibus acie fufis, atq; intra
castrorū munimenta cōpulis. Postredie cum singu-
lis uestimētis deditos sub iugum misit. Qui cū ipsis
Samnitibus erant, præter Hemicos seruiliter uenie-
re. Hemicos Romam misit, à quibus questū publico
an priuato consilio cum Samnitibus militassent. Id
negociū mox Latinis senatus iniunxit, ut Hemicos
tam diu in custodia haberēt, donec de ea re noui con-
sules in curia rerulissent. Tulerunt id ægre Hemicos,
Anagninisq; totius gentis consiliū habentibus, uni-
uersi, præter Alatrinates, Verulanos & Ferentines
Romanis bellū indixerunt, & in Samnio Fabij de-
cessu noui motus secuti, Calatia & Sora, quæ Roma-
no præsidio tenebant, expugnatis. Iussit itaq; noui
consules inter se provinciā partiti: P. Cornelius Ar-
uina Samnites, Q. Martius Tremulus Hemicos for-
te sunt adepti. Fuit id bellum specie magis quam
euentu terribile, in seipsis ab hoste itineribus inter u-
traq; consuli castra, ut uterq; de alterius statu soli-
citus aliquot dies egerit, quæ fama Romam perlata
causam præbuit noui exercitus, ad subitos casus, cō-
scribendi. Cæteri Hemicos ter paucis diebus uicti ac
castris exuti, inducjs in triginta dies imperatis ab
senatu ad consulem reiecti, deditonē fecere. Corne-
lius interea uijs ab hoste infestis, quū belli dilationē
commeatus inopia diutius ferre nō posset, abstine-
rentq; interim prælio Samnites, consilij inops, obse-
so propior erat quam obsidenti, quum ex insperato

Fabius Um-
bros superat.

Consules.

Hemicos bel-
lum.

Consules.

Hemicos uicti.

clamor simul & puluis procul excitus significarunt
collegam auxilio adesse. Samnites Martium incom-
posito agmine uenientem conspicati, cōtinuo in eū
impetum faciunt, neq; in re subita consilium Roma-
no desuit, quin sarcinis in medium cōiectis, priusq;
manus confereretur, aciem Ro. cōsul instruit. Mox
inito prælio, quū hinc inde acriter dimicaretur, Cor-
nelius suos hortatus, hostium castra celeri cursu oc-
cupat, quibus incensis cum clamore & fremitu in
præliū fertur. Samnis castrorū clade animaduersa,
ubi aduentantium quoq; strepitum hauit, fugam
circumspicere incipit. Sed improuisa repercussus,
dum deliberanti similis segnius se ad fugā expedit,
florētissimus alioqui exercitus in medio cælus est.
Pauci media trepidatione dilapsi, in proximos mō-
tes confugere, ad triginta hominum milia eo præ-
lio Samnites amiserunt: superuenerunt cædi aliquot
recentes ipsius gentis cohortes quas Romanus pro-
cul intuitus præsentī uictoria ferocum clamore in-
uast, fuissetq; illarum fors nihilo felicior, nisi fuga
dissipati in proximos montes ad suos, qui fuga ser-
uati eadem loca infederant, sese proripissent, nec
Romanus locorū iniquitate deterritus, à persequē-
do hoste abstinuit, quin cursu instaurato per cliuos
& abrupta saxa ad hostem ire pergit, fuissetq; breui
loco potitus, hostibus recenti clade cōsternatis, ni-
si Samnitibus ex superiore loco ueniam petētibus,
annuo stipendio, tunicisq; in singulos milites impe-
ratis consules potestatem fecissent legationis Ro-
mam ad patres mittēdæ. Martius collega in sua pro-
uincia relicto Romam profectus, de Hemicis trium-
phauit. Statua illi equestris in foro decreta, tribus
populis qui in fide permanferant suæ leges reddite.
Id illi potius q̄ ciuitatem uoluerunt. Anagninis ciui-
tas sine suffragio data. Hoc anno ædes Salutis à C.
Iunio Bubulco cénforge locata est quæ consul in Sam-
nio uouerat, ab eo & collega uia per agros, publica
impensa, factæ. Fœdus quoq; hoc anno tertium est
cum Carthaginensibus renouatū, ut Lilius scribit.
Polybius sub id tempus, quo Pyrrhus in Italiam ue-
nit, id factū arbitrari uidetur, in quo ait antiquorum
fœderum formulæ id additum, si cū Pyrrho fœdus
perculserint, curato uterq; populus ut alterutri auxi-
lium ferre liceat ijs quibus bellum inferretur, si Car-
thaginenses socij tē auxilium Romanorum postula-
bunt, nauigia præbeto ad traiciendum, belligeran-
dumq; si Romani socij tē Romanorum postulabūt,
marī Carthaginenses opitulantor, in terram uero ut
descendat nemo cōpellit, suis quisq; stipendia solu-
uit. Idem autor est, in primo fœdere quod inter u-
trunq; populū, Iunio Bruto, & M. Valerio consulis
est ictū: hi enim primi consules Romæ fuerūt, duo-
detriginta annis ante primā Xcix in Græciā expe-
ditionē, huiusmodi iurandū utrinq; adhibitu, ut
Carthaginenses per deos patrios iurati sint. Fœdalis
uero P. Ro. sumpto in manibus lapide, postq; inter
partes de fœdere conuenerat, sic sit locutus. Si recte
& sine dolo malo hoc fœdus atq; iurandū facio,
Dij mihi cuncta felicia præstēt. Si aliter aut ago, aut
cogito, cæteris omnibus saluis in proprijs legibus,
in proprijs laribus, in proprijs tēplis, in proprijs se-
pulchris solus ego peream, ut hic lapis è manibus
meis decideret. Nec locutus plura, lapidem manibus
deijcit. Atq; hunc uerulissimū iurandū morem
apud Ro. Polybius fuisse ait, quod à Lilio & Diony-
sio prætermisum equidem miror. Eorū neuter, nisi
opinione fallor, iurandū huius meminit in histo-
ria. Habuit hic annus dictatorem, P. Cornelium Sci-
pionem, à quo P. Decius magister equitū est dictus:
his comitia consularia habentibus L. Posthumius
& T. Minutius cōsules creati. Calpurnius Piso hos,
Q. Fabio & P. Decio subiecit biennio prætermisso,
quo Claudius & Volumnius prius, mox Cornelius
& Martius consules fuerunt. Noui consules, quia
m m Samni-

Fœda Samni-
tium strages.

Ædes salutis.

Tertiū fœdus
cum Carthagi-
nensibus ictū

Forma uetustū
fœderis.

Dictator.

Consules.

ENNEADIS IIII. LI

BER VII.



L T hæc quidem paucis annis, post magni Alexandri interitum, à Romanis in Italia gesta, quo temporis interuallo, res Macedonum in Asia & Europa, sua uelut mole laborantes, domestica labefactari discordia cœperunt: accensis semel ad certamen animis, adeo id malum in una gente exarsit, ut præualidæ regni opes, mutuis conuulsæ cladibus factæ sint, quum aliarum gentium, tum Romanorum uiribus obnoxia. Perdicas, penes quem regiarum copiarum potestas erat, Ariaratem Cappadocum regem obnoxium subito bello adortus, uictumq; prælio, & obfisione fatigatum, ad eam desperationem redegit, ut auro argentoq; cum preciosa ueste, ceteroque ornatu de industria corrupto, coniugibus & liberis, alijs super alios interfectis, ipsorum corpora, seq; ipsum in accensis ignes deiecerit. Nihil igitur ex eo bello præter uulnera adeptus, ut ad maiora rerum momenta regiam auctoritatem acquireret, Cleopatram magni Alexandri sororem, quæ alteri Alexandro, qui in Lucania periit, nupserat, ne Olympiadem quidem inuicta, uxorem sibi iungere conatus esset. Sed per Antipatrum id obtinere non potuit, quem prætextu nouæ affinitatis, prius capere fuerat Perdicas adortus, illius filia sibi in uxorem petita, qua fraude instructus Antipater, non solum non illi filiam dedit, sed quo minus Cleopatram nuptijs potiretur sua auctoritate effecit. Oritur nec multo post bellum inter Perdica & Antigonom, cui maior Phrygia obuenierat. Causam cur inter se bellare cœperint, non reperio. Fauebant Antigono Craterus qui regie erat pecuniæ præfectus & Antipater, qui pacem cum Atheniensibus composita, summa ope nitentur omnes Perdica conatus euertere. Ille alienatis rebus Arideum cum Alexandri filio, in Cappadociam traxit, ut de summa belli cum ijs, qui in partibus adhuc erant, consultaret. Erant qui in Macedoniam bellum transferendum dicerent, ad ipsum caput & arcem regni, Olympiadem ibi esse Alexandri matrem, non mediocre momentum ad res gerendas, cuium fauorem futurum, ob Philippi & Alexandri nomina. Cæterum ueriti ne Asia à se relicta à Ptolemæo occuparetur, ab Ægypto, quam ille obtinebat, placuit bellum auspiciari. Eumeni ultra Paphlagoniam ab initio decretam, Cariam, Lyciam, & Phrygiam adijciunt, ut maiores adeptus uires, Antipatro audacius occurreret, si ipsis Ægyptiaco bello occupatis, in Asiam transire conaretur. Alceta Perdicae fratre & Neoptolemo auxiliariis datis, cū quibus ille bellum administraret: atque ita Macedonum potentia, in duas uelut diuersas factiones diuisa, ab hostili sanguine, in seipsam, malo consilio, peiore euentu, suas uires & arma diuertit. Mouit igitur in Ægyptu Perdicas terrifico armorum apparatus, nec Ptolemæus ociosis interim auribus acceperat, quæ à Perdica & alijs eius factionis in se parari dicerentur, quin nulla non in Ægyptios moderatione omnium fauor adeptus, finitimos reges fœdere sibi & amicitia obstrinxerat. Cyrenæq; suo imperio adiecta, iure formidabilis erat hostibus. Parabat igitur summa ope bellum, primis Perdicae conatibus occursurus, cuius superbiam multi interea exosi ad hostes fugam meditari, & in his illustres quidam, quorum Neoptolemus traducere secum copias conatus cum Eumene, cui datus fuerat belli socius, conflixit. Cæterum uictus ad Antipatrum & Polypercontem aufugit, quibus autor fuit, ut Eumenem ob recetum uictoriam secure agentem, subito accessu inuaderent, suum ne tunc Polypercon an Antipatri duxerit exercitum, parum

Ariaratis regis facinus.

Cleopatram Alexandri sororem.

Novi bellorum motus in Asia.

Ptolemæi consilium in nouo bello.

parum compertum habeo: satis constat Euridices imperio, quæ Arideo coniuge aduersa ualitudine implicito, primas in administrando regno sibi partes uendicabat, Polyperconti exercitum ademptum, Cassandroq; ductandum darum, sentit tamé Eumenes se insidijs peti, uertitq; ut presenti erat consilio, in insidiatores periculum quos ad se ueniētes, ac nocturno itinere festos, nihil minus quam insidias timentes, inopinato excepit prælio. Exceptos primo congressu perculit. Hic Polypercon, ut Trogus falso credit, ictus concidit. Plutarchus Craterum scribit, eumq; à Neoptolemo in prælium adductum, spe transitionis à Macedonibus ad eum faciendæ, quod Eumenes ueritus, de Crateri aduentu milites sub pugnae tempus celauerit. Sed siue hic, siue ille cœcidit, Neoptolemus & ipse cum Eumene mutuis uulneribus collustratus, ita ut galeis capite aut illis thoraces sibi etiam inuicem conceperint, postremo Neoptolemus uno sub genu uulnere accepto, mox circa ceruicem altero, fortiter occubuit. Duplici prælio uictor Eumenes, non nihil presenti rerum successu socios in partibus continuit. Perdica interea in Ægypto, militari seditione interfecto, Eumenes ob Crateri mortem, à Perdicano exercitu, cum Phytono Illyrio & Alceta Perdicae fratre hostis iudicatur. Quod ubi ille compertum habuit, periclitari statuit Eumenem animos, pro cõcione multa de presenti iniuria questus, potestatem fecit omnibus libere quæ uellent loquendi, qua uoce suarum partium studium erexit, ut ultro milites duces ipsum cõsolarentur, polliciti se ferro Macedonum decreta rescissuros. Hoc militari consensu cõfirmatus Eumenes, ut uniuersum exercitum sibi deuotiores redderet, Cleopatram Alexandri sororem ad se accessit in primorum conspectum dedit, ut in partibus eam esse intelligerent. Nihil ad militem in officio cõtinendum æque ualuit, ac mulieris unius adhortatio, adeo Alexandri memoria omnium animos inuaserat, ut uel mortui umbra, per necessitudinum uestigia coleretur. Nec ita multis interiectis diebus, passim totis castris Antigoni literæ repertæ sunt, præmium Eumenis percussoribus statuente: cuius rei periculo territus Eumenes, milite ad concionem uocato, magnas se omnibus gratias debere professus est, quod nemo repertus esset, qui nefarij spem præmij secutus, fidei sacramentum uiolare esset ausus. Sed ne quisquam opinione deciperetur, libellos qui in castris dissecti essent ad militum in se fidem experientiam sua opera confictos non ignorarent. Verum salutem suam in omnium potestate esse, nec Antigonom, aut ducum aliquem, sic uelle uincere, ut alieno sanguine pessimum in se statuunt exemplum. Hæc ille multa arte mentitus, labantes militum animos à presenti scelere deterruit, & in futurum cauit, ut si quid simile accidisset, non se mercede inuitari milites arbitrarentur, sed ab ipso duce suam fidem potius tentari. Nec Antigonus multo post cum ualido exercitu affuit, cum quo Eumenes prælio congressus uincitur, uictusq; cum parte copiarum in proximum castellum aufugit. Hæc Trogus. Proditione Plutarchus uictum Eumenem scribit, cui rebus propemodum perditis, adeo animus superfuisset, ut proditorem ad hostem fugientem irrequieto cursu assecutus, ad supplicium retraxerit. Illud in duce non minus memorabile fuit, prælio uictus, quum à conspectu insequentium hostium paululum deflexisset agmen, auersis itineribus ad locum ubi commissa erat pugna reuersus, caesorum corpora in unum coarctuata, uillarum foribus, aliaq; domestica materia cremauit, inde Antigoni impedimenta assecutus, quum facile diripere potuisset, ne suos præda impediores redderet, abstinuit. Sed factus ob unam aduersam pugnam hosti impar, ad Noram in Cappadocia Lycaoniaeque finibus, cum sexcentis equi-

Crateri interitum.

Eumenes hostis iudicatur.

Eumenis ars in aperto periculo.

Vincitur Eumenes.

Eumenis uirtus.

tibus se recepit. Hic ab Antigono ad colloquium excitus, parum abfuit quin Macedonum incurfu, in Crateri ultionem, sit discerptus. Ægre ab Antigono sub mota multitudine seruatus est. Cinxit deinceps Antigonus oppidum uallo, præsidioque ad obsidionem relicto, cum cætero exercitu in Phrygiam concessit. Eumenes interea, ut uiros & equos ad subitotos casus expeditiores haberet, locum in oppido constituit, quo se iuuenes assidua luctatione exercerent, equos anteriore parte suspendit, ita ut prioribus unguis altius subnixis posteriores terræ niterentur, atque ita crebra flagelli excussione, clamoribusque circumstantium consternati sublimis corpus calcibus & assultu agitabant. Tenuit aliquandiu ea obsidio, interea nunciata Antipatri morte, qui fato in Macedonia decesserat: Antigonus maiora animo concipiens, Eumenem inducias cum eo pactus obsidione soluit, equitibus ex pristino exercitu collectis, quia sibi præfectura adempta non restituebatur. Duabus alis equitum fretus omnia circa Cappadocia crebris excursionibus infestat. Trogus non Antipatri mortem, sed quia ab Antipatro auxilia Eumeni missa essent, soluendæ obsidionis causam fuisse prodidit. Imminebatque iterum illi Antigonus, ob ea quæ fiebant, uerum omnium auxilijs destitutus, ad Argyraspidas inuictum Alexandri exercitum se contulit. Hi post regis interitum nullius se imperio subiecerant, ueteris militiæ gloria inflati, ducem fastidiebant. Horum ferocia tempestiuo alloquio adeo Eumenes flexit, ut eum in commilitonem prius acceperint, mox paulatim pro duce se gerentem sua sponte audire cœperit exercitus. Mira interim arte usus dicitur, ad salutem suam primoribus commendandam. Simulata inopia ab Argyraspidum principibus, multum argenti mutuo accepit, ut ueriti illi ne creditam pecuniam amitterent, de sua incolumitate solliciti essent. Vnius igitur Eumenis nutu omnia gerebantur, quum subito assertur Antigonom cum exercitu adesse. Tum Argyraspides Eumenis impulsu in prælium progressi, magis sua discordia, quam hostium uirtute uincuntur. Coniuges & liberi quos secum habebant, cum omnibus fortunis hostibus prædæ fuerunt. Nec uictori iucrenta acies constitit, quinque milibus hominum prælio amisit. Plutarchus (nam Trogus eorum quæ scripsimus, est autor) ad Pasitigrum fluuium multa hostium cæde concursum scribit, ac quatuor milia eorum capta, secundumque eam uictoriam Argyraspidas in Gabeorum agrum hypernatum concessisse, qui in uicis ac uillis subito Antigoni accessu facile opprimi potuerint, nisi Eumenes cum expeditis equitibus progressus igneis plurimos in hostium conspectu sub noctem accendisset, quæ ignium species magni exercitus castra procul metita, Antigonom tam diu ab instituto cursu inhibuit, donec Argyraspides in unum coierint, nec ita multo post acie dimicatum, Macedonicamq; Phalangem ab Antigonianis loci & temporis iniquitate uictam, omnibusque impedimentis exutam. Quacumque clade Argyraspides fracti legatos ad Antigonom mittunt, qui liberos, uxores, & res amissas sub conditione pacis reposcerent. Antigonus, cuius res fuerant eo prælio haud mediocriter accisæ, comiter se omnia redditurum pollicetur, si Eumenem sibi traderent. Tum neq; pudor Macedonibus obstitit, neque militare sacramentum, cõtinuo in Eumenem manum iniiciunt. Alij ex fuga eum retractum scribunt. Sed quoquo modo uis illata, ubi reuictis manibus in militum conspectu stetit, facta est ei loquendi potestas, quod ut sibi facere permitteretur, multis precibus contenderat. Cernite, inquit, milites habitum & ornamenta ducis uestri, quæ non hostium quisq; imposuit, nam id quidem solatio in summa calamitate esset, uos me ex uictore uictum, ex imperatore

Eumenis exercitatio in obsidione.

Argyraspides

Vincuntur Argyraspides.

m m 2 capti-

Samnitium clades. Staius Cellius captus.

Equicum nomen sine deletum.

C. Flauius edilis.

Fasti uulgantur.

Aedes concordia.

Q. Fabij Maximi optima instituta.

capitium fecit, militari sacramento sapius hoc anno adacti. Haud enim decet miseros cuiquā conuincari, unum oro, ut si propositorum Antigoni in me perdendo summa constiterit, inter uos me mori patiamini. Neque enim illius interest, quemadmodū aut ubi cadam. Enimvero si uestra indulgentia mortis ignominia effugero, soluo uos iureiurando, quo mihi astricti estis. Conficite hic me rogo ipsi multis uulneribus, aut si religio, aut pudor prohibet, date mihi ferrum. Imperator pro uobis id faciet, quod uos pro me facere debuistis. Obaudire hec Argyraspides, nec fecius dedendum fremere. Tum Eumenes à precibus in iram uersus: At uos, inquit, detota capita respiciant dii peritiorum uindictas, talesque precor uobis exitus dent, quales uos uestris ducibus dedistis. Vos Perdica sanguine nuper resperis estis. In Antipatrum penè eadem moliti, ne Alexandro quidem, si ille mortalium manu cadere potuisset, parsiuri. Vltima nunc ego uestra perfidorum uictima has uobis diras imprecor. Inopes extorresque omne aeuum in hoc castrensi exilio agatis. Hauriant impium sanguinem deuota arma, quibus plures uictros quam hostium duces abstulisti. Hæc ille locutus iræ plenus ad Antigoni castra custodes præcedere cepit. Sequi exercitus captiuo similis, triumphū de se ipso ad uictoris castra ducens. Visaque est ad deditiois species pulchrior Antigono quam innumeræ Alexandri uictoriae fuissent. Quod quum ille orientē uisisset, ipse eos à quibus oriens uictus fuerat, armis subactos ac sibi deditos uideret. Vbi in castra uentum est, Antigonus rebus ex fide restituit, ipsos domitores orbis suo exercitui dimisit. Eumenes uerecundia pristinae amicitiae ad suum conspectum uenire non est passus. Nonnihil igitur in carcere astrictum, demum bidui inedia confectum iugulari fecit. Et Eumenes hunc exitum habuit. Euridice interea Aridei regis uxor quum per uiri ualitudinem primaria sibi officia in administrando regno uendicaret, exercitum Polyperconti iam antea ad eum, Cassandro dari imperat. Coeperat Polyperco Euridice suspectus esse, ob Olympiadem Alexandri matrem, cum qua parum ipsi Euridice conueniebat. Cassander accepto exercitu, in Græciam post Antipatri obitum transgressus, multas eius terræ urbes, quæ à Macedonibus defecerant excidit, & iam Laedæmonem obsidebat, quum turbato Macedoniæ statu, exercitum ex Peloponneso abducere est coactus. Olympias Alexandri mater ex Epiro in Macedoniam reuersa, Æacidem secum habens Molossorum regem, quum Aridei regis & Euridices iussu regni fines ingredi prohiberentur, Philippi & Alexandri memoria tantum apud Macedonas ualuit, ut ab rege ad eam populariter transeuntes, in mariti & filij regnū ipsam restituerint. Nec illa muliebri iræ temperauit, Arideo & Euridice interfectis, mox principum capita foedissima est cæde debachata. Perijt Arideus sexto sui regni anno. Nec Olympias diu incolumis mansit, quin Cassandri aduentu percussa, diffusaque Macedonibus, quos certo sciebat cum fortuna fidem mutatuos, cum Hercule Alexandri filio, quem ex Barsane tulerat, haud multo postquam in Cilicia prospero Marte pugnauit, & cum Roxane nuru in Pictuam urbem concessit. Securæ eam abeuntem Deidamia Æacidæ regis filia, & Thessalonice, & ipsa clara Aridei patris nomine. Ibi aliquandiu à Cassandro obsessa, demum incolumitatem pacta, se hosti tradidit. Eam deditam quia ob fidem quam acceperat, uiolare nefas erat, occulte subornat Cassander, qui Olympiadem apud Macedones crudelitatis & scinitiae in suos accusarent, & ut sunt multitudinis studia quæ facile cum fortuna mutantur, magno omnium consensu damnata est. Olympias ubi percussores ad se missos sensit, duabus ancillis innixa ultro illis obuiam processit. Qui ad cædem

Diræ Eumenes

Argyraspides Eumenes dunt.

Eumenes exitus.

Olympiadis scinitia.

Olympiadis cedes.

uenerant, Philippi & Alexandri memoria animum subeunte attonitis similes ferrum inhibuerunt. Superueniunt inde alij à Cassandro missi, illa ubi ferrum in se nudari uidit, non euilatu & uociferatione, sed uirorum fortium more, composita circa corpus ueste ut honestius caderet, pluribus uulneribus confossa concidit, ut magni regis uxorem multo maioris matrem cadendo facile agnosceres. Ea extincta Cassander Thessalonice Aridei filiam sibi uxorem iunxit. Alexandri filium cum matre in Amphipolitanam arcem custodiendos mittit. Hoc potius crediderim, ut post Eumenes interitum, Barsine quæ illi nupserrat, ad filium sese receperit, quàm quod Trogus ait: Roxanem circa Olympiadem fuisse, quum illa Pictuam aufugit, quam ex Alexandro grauidam relictam, à Statyra Darij filia, statim post uiri interitum, interfectam Plutarchus tradidit. Ducibus aduersæ factionis in hunc modum sublatis, pacatè inter se facturi uidebantur, qui ex Alexandri successoribus adhuc supererant. Cæterum cupiditas regnorum alina, uictores ipsos in aliquanto foedius quàm nuper defuncti essent, certamen coiecit. Ptolemæo, Cassandro & Lyfimacho postulantibus, ut pecunia Alexandri ductu, sed communi periculo & labore parata, quam penes se Antigonus habebat, ex æquo diuideretur. Negat ille diuisionem ullam ferri oportere, qui ut honestius bellum suscipere uideretur, Olympiadis à Cassandro interfectæ se uictorè profertur. Nec passurum Alexandri filium diutius cum matre custodiri. Tenebat Ptolemæus Ægyptum, cum parte Africæ, parebat & Cyprus illi, & non parua Syriæ pars usque in Phœnicem, ut fortius suas opes ad futurum bellum confirmaret, sacrorum prætextu Hierosolymam sabbatorum die ingressus, qua luce Iudæi gentili instituto tractare arma prohibentur, sine ullo maiore certamine urbem Syriæ clarissimam obtinuit. Meminit oppressionis huius Iosephus in historijs, & Sabatarides, qui Iudæos superstitione sua libertatem amisisse prodidit. Et Ptolemæus iam tantus erat. Cassandro uero Græcia & Macedonia parebant. Hi suis opibus freti, Seleucoque & Lyfimacho, cuius Thracia erat & Pontici maris ora, in focios ascitis, enixè bellum, terrarique in Antigoni comparant. Primo itaque armorum motu Demetrius Antigoni filius, siue ex fratre nepos, ut alij crediderunt, Ptolemæi conatibus occursum, cum ualido exercitu in Syriam profectus est. Erat tum Demetrius duos & uiginti annos natus, maioreque ferocia quàm consilio ad Zamam, seu ad Calamam, ut Trogus ait, cum callidissimo duce congressus, Alexandrique militiæ affueto, ingenitè prælio uictus ad xiiij. milia hominū una acie amissit, quorum quinque occisione occisa dicuntur, reliqua multitudo capta. Ptolemæus hostium castris potitus, Demetrio regium tabernaculum, cum toto apparatu, & captiuis omnibus restituit adiciens hæc, non de omnibus simul, sed de regno & gloria magnos uiros certare oportere. Sed dum hæc in Syria geruntur, Cassander ex Apollonia rediens in ingentem Abderitarum cœtum incidit, qui ranarum muriumque multitudine patrium solum relinquere coacti, nouas sibi sedes quaerebant: ueritus ille ne profuga manus, desperatione rerum, Macedoniæ quietem, si in eam terram irrupisset, subito accessu turbaret, in socios recepit, istoque in id foedere, agrum illis in Macedonia finibus assignauit, inde Alexandri filium iam quatuordecim annos natum, cum Barsane matre, occulte interfecit, ueritus ne Macedones Alexandri memoriam secuti puerum adulescere incipientem, in auium patriumque regnum restituerent. Addiditque scelus sceleri, Roxane cum altero Alexandri filio haud multo post pari fraude interfecta. Adeo nihil in regia stirpe reliquum esse uoluit, quod regno male parto formidolo-

Noua Macedonum discordia

Demetrius uincitur.

Ptolemæi dictum.

Ranarum muriumque uis.

Barsane cæsiuo à Cassandro interfecta.

dolosum esset. Plutarchus, ut loco non multum diuerso est supra significatum, post Alexandri obitum Roxanem à Statyra Darij filia cum sorore necatam prodidit. Sed dum Cassander per hæc scelera suas opes firmat, Demetrius reparato ex integro exercitu, iterum Syriam ingreditur. Ptolemæus ratus adulescentem una aduersa pugna fractum modico negotio superatum iri, Cillem unum ex purpuratis obuiam illi misit, qui improuiso hostiū accessu oppressus, cum octo milibus hominum est à Demetrio captus, captiuorum numerum cum ipso duce Demetrius patris permisso, Ptolemæo restituit, ut hæc illi par gratia repens uideretur. Adeo de gloria inter se tunc, non minus quàm de regno, summi duces bellarum, ut honestius tum bella gererentur, quàm hodie amicitiae colantur. Demetrius Syria recepta in Nabatheos Arabes expeditione fecit, ac parum abfuit, quin aquarum inopia (est enim plurimum Arabia fructuosa) iuita & exercitu sit periclitatus. Locorum difficultate ægre superata, sese in tutum recepit. Reciderantque his motibus res Macedonia in nouam rerum discordiam, & uelut in nouas factiones, pars uictrix sua sponte abierat, quum Ro. in Italia Aulo Genutio, & Ser. Cornelio conf. Soram & Albam in Equis colonias deduxerunt. Eodem anno Arpinatibus & Trebulanis ciuitas data, & Frusinares, quia Herculicos ad bellum sollicitasse indicio cooperiti sunt, capitibus coniurationis securi percussis, tertia agri parte sunt multati. In Umbria quoque nonnihil bellarum, suntque ad duo milia hominum in spelunca quadam igni & armis oppressa. Bellum sequenti anno ab Equis renouatum, qui Albam coloniam expugnare adorti, tantum terrorem Ro. iniecerunt, ut M. Liuius & Q. Æmylius consules iussu patrum Q. Julium Bubulum dictatorem dixerint. Is primo congressu Equos subegit, paucisque diebus triumphans in urbem est reuerus. Salutis ad eam quam consul uouerat, & centor locauerat, Dictator dedicauit. Æmylius consul in Salentinis Cleonymū Laced. qui classe nuper appulsa Thurias occupauerat, prælio uictum ad naues compulsi, occupulum in altum abire coegit. Cleonymus ex Salentinis expulsi Italiae oram circūuectus ad intima Adriatici sinus litora peruenit, ibi per ostium præalti fluminis (annem Meduacum uocant) in stagna quæ intra litus late parent, transgressus, copiarum partem in interni litoris accolae prædatam misit. Græci ex improuiso egressi, ingentem agrestium fugam & trepidationem fecere. Vicos aliquot subita ui captos incendunt, lateque prædam ad naues agunt. Terror interea Patauium perlata iuuentutem confestim in prædones exciuit, uno itaque tempore & Græci per agros palati, & naues quibus per internum flumen ad loca cultu frequentiora penetrauerant, sunt oppressi, qui cæde dilapsi ad littora refugerant. Veneti locorum accolæ exceptos magna ex parte inter fecerunt. Cognitum inde maiorem classem cū ipso duce haud procul abesse. In hanc quoque factus est impetus, fueruntque præcipue adiumento expedita nauigia, ad stagni & fluiorum usum comparata, quorum agilitate locorum accolæ freti, tantum negotij Græcis à tergo & à lateribus incessentes fecerunt, ut Cleonymus, uix quinta nauium parte incolumi, in altum abiuerit. Liuius autor est nauium rostra monumentum illius uictoriae in Iunonis templo quod Patauij fuit asseruata, quæ sua etiam ætate uiderentur, naualeque certamen in ipsa urbe diu postea fluiuali alueo celebratum. Anno quo hæc gesta sunt Carfeoli Colonia in Marfos deducta est, & Hetrusci rebellaturi credebantur, quapropter M. Valerius dictator est creatus: in Marfos prius itum, qui bus prælio uictis, Miloniam ex ea gente, Plifiam, & Fresiliam paucis diebus dictator ex ea cepit, ad postmodum Marfis parte agri multatis, Romanus pacem

Liberalitatis hostium.

Consules.

Consules.

Salutis ad eam.

Cleonymus à Patauinis pelitur.

Carfeoli colonia.

restituit. In Hetruscos inde Valerius bellum uertit. Hic dictatore absente, qui Romam auspicio causa abiuerat, Romanæ cohortes in hostium insidijs præcipitatae aliquot signis amissis cum multa cæde & trepidatione, sese in castra receperunt. Acceptæ cladis fama ad urbem perlata dictatorem in castra exciuit. Romæ ad eum terrorem stationes sunt circa portas dispositæ, & in muros rela trepide cōgesta. In provincia quietiora dictator omnia inuenit. Nam M. Æmylius Paulus magister equitum, castris in munitiorem locum translatis, exercitum nō modo non exterritum, sed pugnae etiam cupidum intra munimenta tenebat, cohortibus uallo exclusis quæ signa amiserant, has ignominia causa subsidio excubare iusserat. Sub dictatoris reditum castra in Rusellanum agrum sunt translata: hic quoque Tuscus Ro. insidijs capere est adortus. Sed quum fraus parum processisset, aperta est ui dimicatum ac parū abfuit quin pabulatorum præsidium pene prius sit ab hoste oppressum, quàm ex castris dictator subsidio affuisset, sub cuius accessum eques inter pediti ordines immixtus hoste turbauit. Secuta peditem acies, quam Tuscus quoniam sustinere nequiuisset, cū multa strage in proxima castra refugit. Sed neque uallum, neque munitiones ullæ uictis adiumento fuere. His quoque exuri terribilique cæde affecti, rebus noua clade accisis, iterum pacem petierunt. Pax negata est. Inducia in biennium data, stipendio in annum, & frumento duorum mensium imperato. Fuerunt qui scriberent Hetruriae statum, sine cæde ulla, à dictatore pacatum. Sequens annus M. Valerio, qui priore anno dictator fuerat, & Apuleio Panfa consulibus, foris pacatus fuit. Domi inter patres & plebem uetus certamen renatum, plebe postulante, ut ex suo quoque corpore pontifices & augures crearentur, quod ad id tempus non fuerat impletum. Multum diuque de iure auspiciorum est inter Appium Claudium & P. Decium disceptatum. Erat illius filius, qui se latino bello, pro omnibus legionibus, deuouerat. Ibi quū multa citro ultroque dicta & responsa essent, ac ferme omnia quæ olim pro Licinia rogatione, eo Decius suum sermonem flexit, ut diceret, non oportere Claudium suam & aliorum nobilitatem tam insolenter plebi exprobrare, quando illi qui primo Romæ patricij facti essent, non è cælo fuissent missi, sed qui patrem ciere auumque potuissent, at filium suum & patrem & auum consularem ciere posse, & alijs innumeris id licere, nec de auspicijs, quæ soli patricij habere dicebantur, plura dici oportere. Talia & quum P. Sestius primus de plebe consul est factus abunde decitata. Quum Licinius Stolo primus magister equitum. Quum Martius Rutilius primus dictator & censor. Quum P. Philo primus prætor. Conspicuos illos & multos postea de plebe in curuli sella, in toga prætexta, tunica palmata, toga picta, triumphali corona præditos, tantumque abfuisse, ut eorum quicquā inuitis dijs factum uideri possit, ut iam inde ex quo plebeij ad eos honores admisi essent, multo maior meliorque respu. facta esset, ac tum quoque, si quod recens bellum oriretur, haud dubium cuiquam esset, quin nihilo maior spes in patricio duce, quàm in plebeio foret. Quod in pluribus reip. casibus experientia ad id tempus docuisset. Tum ad populum conuersus Decius: Certamen, inquit, patricij petunt Quirites, neque quaerunt quem certaminum euentum habeant, modo uestra commoda remorentur. Ego quod bonum faustum felixque uobis & reip. sit, legem hanc uti rogatur fuerit subeundam censeo. Adeo Decij ualuit autoritas, ut sequenti die lex lata sit. Creatique primum è plebe pontifices P. Decius legis suator, P. Sempronius Sophus, C. Martius Rutilius, M. Liuius Denter. Quinque augures plebeij Cla. Genutius, P. Elius Petus, M. Minutius.

Rusellanum ager.

Consules.

Decij uerba contra nobilitatem.

Pontifices.

Augures.

Claudius Martius & T. Publicius, atque ita nouem augurum, & pontificum octo numerus est factus, quum ad id tempus, quatuor pontifices & quinque augures, atque omnes patricij fuissent. M. Valerius eodem anno legem de prouocatione bis antea ab hominibus eius familiae latam, ut diligentius sanciretur, autor extitit. Valeria lex tantum uetabat, ne quis ciuem ad populum prouocantem uirgis caederet, aut securi necaret, quod si quis fecisset, is improbe fecisse uideretur. Porcia lex, quae postea lata est, longe uehementior, quippe quae si quis Romanum ciuem uerberasset necasset ue, graui poena afficiebat. Idem Valerius consul hoc anno in Equos bellum gessit, sed fama eius gesti obscura, quia nihil in eo acciderit memoria dignum. Apuleius collega Nequinum in Umbria obsedit. Fuit id oppidum, ubi nunc est Narnia, locus quia in arduo & praecipiti situs erat, capi non potuit. Tenuit itaque, obsidio in sequentem annum, qui M. Fuluium Perum & Lu. Manlium Torquatum consules habuit. Anienis & Terentina tribus his consulibus ueteri numero additae & lustrum conditum. Nequinum oppidanorum prodicione captum, qui noctu consulem in urbem induxere. Eo colonia aduersus Vmbros missa, atque à Nare fluuio Narnia appellata. In Hetruria bellum est Gallorum interuentu motum. Eruperat ea gens hostiliter in Thuscum fines. Hetrusci ut eam Gallorum procellam in Ro. auerterent, magnam cum Gallis pecuniam paciscuntur, ut ex hostibus socij facti, secum in Romanos bellum gererent. Barbari pecuniam adepti negant eam sibi eo nomine appensam, ut in quenquam militarent, sed ne Thuscum agrum popularentur. Postulare igitur ut in partem agri reciperentur, si se socijs in bello uellent, quod ipsum quia uulgo est negatum, pecuniam ingentem sine labore sortiti, retro abierunt. Nec Romani eo secius in Hetruriam legiones misere, ubi T. Manlius consul in ferocioris equi circumactu ad terram effusus, triduo exspirauit, in cuius locum M. Valerius surrogatus, confestim in Hetruriam ad exercitum uenit. Post eius accessum hostes in munimenta se tenentes, etsi ante oculos uidebant passim agros uastari, uicosque & uillas incendi, ut acie decertare compelli nequiere. Nec in Hetruria quicquam deinceps memorabile est eo anno gestum. Proximo ineunte Lucanorum legati ad nouos consules L. Cornelium Scipionem, & C. Fuluium uenere questum de iniuria Samnitium, qui hostiliter suos fines uastarent, quod ab illis in societatem belli trahi nequiuissent. Caeterum malle se prius omnia extrema adire, quam Romanam amicitiam uiolare. Orare proinde ut uniuersam gentem acciperent in fidem, arcerentque ab se Samnitium iniuriam, obsides ad fidem daturus se esse, etsi bello cum Samnitibus inito abunde sua apud Romanos probata esset fides. Cum Lucanis foedus percussum, bellumque illatum Samnitibus, quia res solenni modo repetitas non reddidissent. Consules inter se prouincias partiti: Scipio Hetruriam obtinuit, Fuluius Samnites. In Hetruria ad Volaterras incerto euentu ad noctem usque dimicatum. Hostis silentio noctis profectus, haud dubiam Romano reliquit uictoriam. Postridie Scipio in acie descendit, ut manum cum hoste confereret, cognitaque eius fuga castris positur, inde late per hosticum euagatus, praeter agrorum uastationem multos uicos & uillas incendit. A Fuluius quoque per id tempus grandis pugna est in Samnio ad Bouianum depugnata, qua acie haud dubie uictor Aufidenam de Samnitibus cepit. Quanti ea uictoria apud Romanos fuerit, ex eo potest intelligi, quod Fuluius Romam uenienti datum est, ut triumphans urbem ingrederetur. Inde cum ex Samnio & Hetruria maior belli moles in sequentem annum o-

Leges.

Nequinum oppidum.

Narnia.

Consules.

stenderetur, fremerent hinc Thuscum Gallos quoque modo ad bellum accersendos, inde Samnites suos duces accusarent, qui Lucano bello auersi, florentissimum exercitum Romanis caedendum obiecissent, magno omnium ordinum consensu. Quintus Fabius Maximus consul est factus. Eratis rei militaris atque urbanarum artium Romanae ciuitatis peritissimus, P. Decius ei collega datus. Et iam hi de fortitione prouinciarum & delectu accuratissimem habendo consilia conferebant, quum ex Nepepe & Sutrio affertur in Hetruria concilijs de pace agitari. Ea res utrunque consulem in Samnium auertit. Diuersi tamen in hostem mouere. Per Soranum agrum Fabius, Decius per Sidicinos, uterque suam regionem popularus. Caeterum Fabius hostem ad Tiphernum nactus suos continuo in aciem eduxit. Nec Samnites pugnam detrectarunt, satius rati cum uno consulari exercitu, quam cum duobus dimicare. Fuit primo pedestre praelium, inde & equestre iniectum, aciesque in utroque certamine Samnitibus immota stetit. Pugnantibus, ut si quando aliam, obstinatis animis, & quum nulla ui gradu submouerentur, resistere praeter opinionem. Fabius consilij inops aliquandiu anceps stetit, qua ui quae arte hostem deturbaret. Sed ut uir erat quum aciri ingenio, tum praesenti consilio in dubijs rebus, dat Scipioni legato negocium, hastatos primae legionis quam occultissimè ex acie subtraheret, hisque ad proximos montes circumductis, sese hosti ex summo iugo ostenderet. Erat ubique interim atrox pugna, creueratque hostibus animus quod ad omnes Romanorum conatus immoti, locum tenuissent, quum ex montibus repente clamor exauditus, praesenti praelio occupatos perculit. Resistere tamen. Verum Fabius Decium collegam cum legionibus adesse clamitans, tantum militibus ardorem subdidit, ut confestim gradu hostem submouerint fugarintque: caesa praelio ad tria milia hostium & quadringentos. Signa militaria tria & xx. capta. Iunxissent se Apuli Samnitibus priusquam ad Tiphernum dimicatum esset, nisi Decius ad Beneuentum obuius illis factus, praelio hostem fudisset. Duo hostium milia hac quoque acie caesa. Decius secundum eam pugnam iterum Samnium ingressus, quinque & quadraginta locis in hostico fecit castra. Fabius sex & octoginta. Gimetramque urbem cepit. Regio toto populationibus & uastitate deformata est. L. Volunnius & Appius Claudius inde consules facti. Imperium Fabio & Decio, ut rem in Samnio gererent, prorogatum. Deciusque collega absente adeo hostium opes populationibus afflixit, ut Samnites patrio solo pulsi, facto agmine in Hetruriam abierint. Ibi concilio populorum Hetruriae coacto, omne Thuscum nomen in Romanos concitarunt. Hortati sunt ut finitimos accolae Gallos secum ad id bellum traherent: futurum, ut trium gentium uiribus res Romana breui ad internicionem redigeretur. Decius interea ad uicos & oppida circumagens exercitum, Marguntiam ualidam gentis urbem, ui captam diripuit, inde & Romuleam, mox & Ferentinum, ubi ad tria milia hostium circa muros caesa sunt. Erat id oppidum in Samnio diuersum ab eo, quod haud obscuri est nominis hodie in Hernicis. Sunt qui Romuleae & Ferentini expugnationem ad Fabium non Decium trahant: Alij nouorum consulum eam laudem fecere. Verum dum haec in Samnio geruntur, ex Hetruria tumultuose affertur, iam omne Thuscum nomen bellum in Romanos consciuisse, ingentemque uim hominum in Samnitium castra confluisse: Vmbros praeterea in societatem belli ascitos, Gallos sollicitare. Terribilis bellii rumor, Appium in Hetruriam exciuit. Volunnius aliquando antea cum exercitu in Samnium fuerat profectus. Ab Appio leuiores quaedam pra-

Consules.

Fabij stratagem.

Samnitium caedes.

Consules.

Thuscorum & Samnitium caedes.

lia fuerant parum prospere gesta, creuerantque ob eam re hostibus animi. Et iam prope erat, ut neq; milites duci, neq; dux militibus satis fideret. Volunnius interea aliquot ex Samnitibus castra cepit, quum literis est in Hetruriam accersitus, ut collegae opem ferret. Fuerint Appij literae an ab alio confictae parum liquet. Enim uero ubi eo Volunnius uenit, ab Appio rogatus dicitur, an in Sano res saluae essent, aut quanam causa eum impulisset, ut prouincia relicta in alienam cum exercitu uenisset. Res, inquit, Volunnius, satis ibi prospere sunt, tuisque huic literis accersitus ueni, quae si false sunt, nec ullus est mei usus extemplo couerlis signis in Samnium, unde ueni, bona tua & omnium uenia reuertar. Tu uero ab eas, inquit Appius, nec enim te morae aliquis. Bene haec Volunnius ait, malo operam hanc frustra mihi insumptra quam aliquid aduersi accidisse. Consule conuerti signa iubente, Appiani exercitus legati simul & tribuni trepide circumstant, nunc illum, nunc imperatorem suum orant, ne sua discordia reu. perderent, plures Volunnius & obtestari simul & monere, ne Romanas legiones in aperto discrimine relinqueret, si qua clades incidisset desertori magis quam deserto noxae futura. Rem eo adducta ut omne decus dedecusque gerendae rei penes Volunnius futurum esset. Neminem quaesiturum quae fuerint Appij uerba, sed quae Romani exercitus sit fortuna. Dimitti eum ad colles, sed a rep. retineri. His querelis consules penè inuitos in concionem traxere, ibi Appij cauillationibus, quum Volunnius identidem inceperetur, q. ex muto & elingui extemporalis sua opera factus esset orator: Mallem, inquit ille, Appi, ut tu à me strenuè facere didicisses: q. ego abs te scire loqui: quando resp. non uerbis sed re indiget, conditionem fero Samnium malis, an Hetruriam obtinere. Etenim uter nostrum melior sit imperator belli exitus declarabit. Tum clamor ex tota concione ortus, hortari ut ambo in Hetruria essent. Perente autem Volunio, ut clamore sibi significaret, uel lenire se ibi manere an abire, tatus iterum clamor elatus est, ut hoste è castris exciuerit. Tu uero arreptis armis, suos Volunnius in acie educit. Sequitur Appius, ueritatis ne omnes legiones, se inuito collegam sequerentur. Fuit praelium ab initio penè tumultuariū alijs super alios utrinque in pugna uictibus. Hetrusci Volunio oblatis sunt, Samnites Appio, qui medio pugnae ardore Bellonae in illis locis ad e uouisse dicit. Fuit deinceps aliquandiu anceps certamen. Postremo fusi hostes in castra copelluntur, quae Romanus uictor oppugnare adortus, in nouum incidit praelium. Tueri Hetrusci Samniticaeque cohortes uallum, tata animorum pertinacia, ut lōge maior in castris, quam in acie, sit caedes edita. Ad septem milia & trecetos hostium caesi, duo milia centum & uiginti capti. Castra capta milites diripuere. Sed dum consules omnisque Romana uis in Hetruscum bellum uersa est, nouus hostium exercitus ex Samnio egressus, per Vestinos in Campaniam Phalerinamque agrum descendit. Tum multa praeda grauem Volunnius ex Hetruria rediens, circa Vulturum amnem adeptus, castris exiit, exutum fugat, multaque caede disijcit. Hic quoque ad sex milia hominum caesa, duo milia & quinquaginta cum ipso duce capti, & quod laetissimum Romano fuit, super aliam praedam sanè opulentam, septem milia captiuorum & amplius sunt recepta. Praesens Samnitium morus, & quia in Hetruria post Volunij digressum hostes ferocius coorti Vmbros & Gallos accersere dicebantur, Romae tatum terroris fecere, ut iustitium indictum sit, habitusque delectus non solum ex iunioribus, sed seniorum quoque: sint cohortes aliquot conscriptae, libertinique centuriati. Leuarunt hunc ciuitatis metum Volunij literae, quibus significatum est, Campaniam praedatores ad Vulturum oppressos. Re-creata laetissimo nuncio ciuitas, iustitium remissum, de-cretaque est consulis nomine supplicatio, duae coloniae

Appij superbia.

aduersus huiusmodi Samnitium motus destinatae, ad ostium Liris una, quae Minturnae est postea appellata: altera in Vestino, ubi Synope Graeca urbs fuit. Colonia ipsam Ro. Sinuessam dixerunt. Caeterum quatuor gentium conspiratio quae in armis esse dicebatur, ab coloniarum deductione ciuitate auertit. Thuscum, Galli, Umbri, & Samnites in unum coierant, binasque castra fecerant, quando tanta uis hominum unis teneri non poterat. Ob haec igitur, & quia comitiorum tempus instabat, L. Volunnius Romam reuocatus, priusquam centuriæ ad suffragia uocaretur, graui oratione populum admonuit, ut meminisset die illo aduersus quatuor ferocissimas gentes duces legi oportere. Quanta enim belli moles instaret, uel ex eo intelligi posse, quod aduersus Hetruscos & Samnites duobus consulibus duobusque consularibus exercitibus opus fuerit, ut in Hetruria res publica eo anno ex sententia administraretur. Accessisse Vmbros & Gallos omnium gentium Romano nomini infestissimos, non gratiam, non genus, sed uirtutem in futuris ducibus spectandam. Ex uniuersa ciuitate legendos qui in tanto rerum motu rempublicam felicitate, prudentia, autoritate tueantur. Inclinant omnia studia in Fabium Maximum tum Romanæ ciuitatis longe principem. Is quum diu multumque imperium detrectasset, aetatem excusando, parumque proficeret, à populo petit, ut quando praecipuum rerum gerendarum momentum in ducum concordia uerteretur, sibi P. Decium collegam daret, cum quo bis consul fuisset, concordique animo rep. administrasset. Dedit id libens ciuitas, ac Decius cum Fabio consul est creatus. L. Volunnius imperium foris prorogatum. Multa eo anno prodigia extiterunt, quorum auerrucandorum causa, supplicationes in biduum sunt decretae. Vinum & thus publice praebitum, à uiris & feminis passim supplicatum. Certamenque ex ea re inter mulieres ortum. Virginia Auli Sulpitij filia patricij generis, caeterum plebeio uiro L. Volunio, qui superiore anno consul fuerat, matrimonio locata, patriciarum coetu facellum pudicitiae, quod in foro Boario fuit ad rotundam eadem Herculis adire prohibita, mulier feroc, contumeliae impatiens, in parte aedium, quas in longo habuit uico à prophano usu exclusa, aram plebeiae pudicitiae constituit, hortataque est eiusdem ordinis matronas, daret operam, ut ara illa à sanctioribus castioribusque quam patritia, coli crederet. Ita contigit, ut pudicitia iam inde duobus in urbe locis sit culta. Nulli nisi spectatae pudicitiae, & quae uni nupisset, fas erat ad patriciam illam aram, aut plebeiam sacrificare. Vulgata deinceps religio, & à pollutis frequentari coepit, nec matronis solum, sed omnis ordinis mulieribus. Postremo ritus non modo non integer mansit, sed in obliuionem etiam uenit. Eodem anno sceneratoribus quibusdam mul-tatis: Gn. & Q. Ogulnij aediles curules aenea in Capitolio limina, & trium mensarum argentea uasa, in cella Iouis, Iouemque in culmine cum quadrigis posuere. Plinius fictile id opus fuisse auctor est, & ad Ruminalem scum Romuli & Remi simulachra sub lupa uberibus statuerunt, aenea haec ex aliena materia, L. Iulius haud diserte posuit. Visitur hodie Romae signum ex aere factum, apud urbis conseruatores, lupa est duos ad ubera infantes habens, sit ne uetus illud signum, de quo L. Iulius, an aliud recens ab eo diuersum haud affirmare auisim. Ortum inde inter consules certamen, patribus extra ordinem Hetruriam Fabio decernentibus, Decio eam rem ad sortem reuocante. Caeterum populus ad quem Decius à patribus confugerat, haud minore consensu quam senatus, extra sortem Fabio prouinciam detulit. Nec ita multo post Fabius cum quatuor milibus & sexcentis, quos ex ingenti multitudine nomina dare uolentium in supplementum legerat, in Hetruriam concessit. Habebatque tum Appius prioris anni consul

Minturnae. Synope. Sinuessae.

Consules.

Prodigia.

Pudicitiae ara.

Lupa aenea.

castra haud procul ab hoste ad Archanā oppidum. Huc quum Fabius contenderet, in Romanos lignatores incidit, qui Fabij accessu audito, lecti illi occurrerant, feliciter uenire iubent, palamque Rom. Pop. agunt gratias, quod inuictum sibi ducem destinassent. Rogati inde quo tenderet, quum lignatum ire se respondissent, tum Fabius, nonne & castra uallo munita habetis? Duplici, inquit, uallo nec adhuc satis nobis tuti uidemur. Ite retro consul ait, affatim lignorum in proximo est, uallum cōuellite. Procursum itaque in castra, ubi Appio & alijs cōsularis imperij ignaris nouus est terror iniectus, posteaquam tumultuosius uallū à calonibus cōperat refigi. Cessit inde metus, ubi consul appropinquare dictus est, atque eius iussu id fieri. Fabius Appio ad urbem missus, postridie motis castris, aliquandiu est per hostium euagatus. Dein appetente uere, legione una ad Clusium relicta id oppidum rum Camarfolim appellabant, ipse Romam ad consultandum de re publica rediit. Legioni ad praesidium relictae L. Scipionem praefecit. Ibi Appio prioris anni consule, qui praetor urbanus erat famam belli augente, placuit ut Decius quoque cum Fabio eo anno in Hetruria esset, L. Volumnio Samnium mandaretur. Cōsules ex urbe cum legionibus Clusium tendebant. Interea Senones Galli Romanam legionem, quae in Hetruria à Fabio relicta fuerat, ex improuiso adorti, Scipionem tumulum urbi proximum capere conantem, ut suos inde tutaretur cum tota legione circumuentum trucidant. Fama est ne unum quidem superuixisse, qui cladem nunciaret. Quidam eam cladem ab Vmbris illatam memoriae prodiderunt, nec adeo rem afflictam, quin pabulatoribus circūuentis à castris continuo auxilium affuisse, ac tum hostem ad praedam procul fugatum. Cōsules hoste ad Clusium non reperto, Apenninum transgressi, in Sentinati agro cōfederunt. Hostes ubi Romana castra in proximo uidere, ita inter se comparant, ne quatuor gentium fortuna, in unum pugnae discrimen conijceretur, ut partiti copias, alij in pugnam descenderent, alij extra aciem Romana castra oppugnarēt. Gallis & Samnitibus pugna delegatur, Vmbris interea & Hetruscis castris imminerent. Haec hostium consilia Clusini transfugae ad Romanos cōsules deferunt, ad quae discutienda, Fuluius & Posthumio, quorum hic in Vaticano, ille in Phaliscis, ad hos casus, exercitum habebant, copias Clusium admouere imperant, lateque hostium fines populari. Huius populationis fama Tuscos ex Sentinati agro, ad cladem arcendam citra Apenninum reuocauit, quibus absentibus cōsules rem gerendam rati, hostem praelio laceflunt, biduum leuioribus praелиjs datum. Postremo totis uiribus in planiciem descensum, Interea quum utrinque instructi staret, lupus ceruā ex proximis montibus persecutus, medium inter utramque aciem percurrit spatium. Inde cerua ad Gallos cursu delata configitur. Lupus in Romanos auersus per medios ordines (data est enim Martiae ferā ad euadendum uia) incolumis euasit. Dextro cornu Galli, sinistro Samnites constiterunt. Gallis se Fabius obiecit cum prima & tertia legione, Decius quintam & sextam aduersus Samnites tenuit. Secundam Volumnius & quartam per id tempus in Samnio habebat. Adeo aequis ab initio uiribus est utrinque concursus, ut si Hetrusci praelio interfuisent, clades omnino ingens fuisset eo die Romanis aduenda. Trahere Fabius de industria praelium: etenim satis scire hostium ferociam, cum ipso ardore pugnae, remissum iri. Nota erant Gallorum ingenia laboris & aestus intolerantissima. Terribilia primo & ferocia, mox fluida & remissa. Contra Decius quicquid uirum habuit primo certamine effudit, & quia pedestris pugna frigidior erat, equitatum in hostes concitat. Ipseque

Clusium olim Camarfolis.

Ceditur Romana legio ad Clusium.

Augurium.

Ferox concursus.

Gallorum ingenia.

A globo immixtus, ad rem bene gerendam caeteros hortatur. Bis Decius fudit aduersum equitatum, per ruperatque iam in medias Gallorum alas, quum in nouum genus pugnae incidit. Armatus hostis in effedis sedens, ingenti equorum & rotarum strepitu inuectus Romanum equitatum nouitate rei territum in fugam auertit, uirosque & equo ruentes improvida fuga proculcat. Multi uehiculis in medium agmen actis obruti, nec Galli interim ullum respirandi spatium territis dabant, inclinaueratque haud dubie ab ea parte fortuna. Decius ubi, neque precibus, neque minis sisti posse fugam uidit, paternum secutus exemplū, M. Luitio pontifice quem ad hoc casus penes se in acie habuit, praefari carmen iussit, se & hostium legiones dijs manibus deuouit. Deuotus Gabino ritu cinctus, qua confertissima erat Gallorum acies, bellatorem equū immisit, ibi infestis telis undique peritus extemplo concidit. Ducis interitus qui terrori alioqui militibus esse solet, mirum dictu inclinā aciem à fuga reuocauit. Hortari pontifex ac testari uicisse Rom. fato consulis defunctos esse omni periculo. Gallos & Sānites telluri & dijs manibus deuotos iam pugnae immemores alienata mente astare, irent deuotamque aciem sternerent. Et iam Martius & Cornelius Scipio cum subsidio aderant à Fabio missi, ita pugna non solum ea parte instaurata est, sed ceptus etiā sterni hostium globus. Fabius Gallis dextro cornu fatigatis, Samnitibusque fugam circūspectantibus una equitum ala immissa, quae à tergo Barbaros inuaderet, terrore illis incutit, quos loco sub motos principes tertiae legiois degrauari iubet. Et iam palam utrinque hostes fusi passim staturēbatur, quum consul ad Samnitium castra oppugnanda occurrit, quae Gellio hostium duce cadente momento temporis sunt capta. Caesa eo die quatuor & uiginti hostium milia, octo capta. Nec Romanis ea uictoria incruenta fuit septem milibus ex Deciano exercitu, mille & trecētis ex Fabiano in acie amissis. Spolia hostium Fabius in unū coaceruata uictor Ioui ex uoto cōcremauit. Decij corpus postridie inuentum, multis militum lachrymis honorificentissime est funeratum. Per eos dies quibus in Sentinati agro est prospere à Romanis pugnatum, Gn. Fuluius in Hetruria hostiles agros late popular, manum cum Tuscis conseruit, ac tria hostium milia & amplius una acie cōfecit. Samnitium agmen castris exutum, quum in Samnio consternatum abiret, à Pelignis circumuentum, ex quinque milibus qui pugnae supererant mille ferme obruncati sunt. Fabius Romā reuersus, de Gallis Sānitibus & Vmbris triumphauit. Celebrata est eo triumpho militari carmine Decij cōsulis mors, militibus octogeni bini eris dati ex praeda, sagaque & tunice munera ea tēpestate rara. L. Volumnius in Samnio hostem in Tifernum montem cōpulsus, iniquitate loci nihil deteritus fudit fugauitque. Rebus utrobique bene gestis, in Hetruria tamē & Samnio nihilominus bellū adhuc residuum erat: nā & Tusci Perusinis autoribus rebellauerāt post consulis digressum, & Samnites Vestinū & Formianum agrum praedati, omnia terroris compleuerant. In eos Appius Claudius praetor cum Deciano exercitu est missus. Fabius in Hetruria reuersus quatuor milia Perusinorum praelio occidit, cepit ad mille septingenta & quadraginta. Appius & ipse collatis cum Volumnio castris, in Sānites acie dimicauit. Atrox pugna fuit, Romanis aegre ferentibus, quod toties Samnites rebellassent, Samnitibus spe ultima uitae & fortunatum dimicantibus. Caesa ergo Samnitium sexdecim milia & ducenti, duo milia capta, & septingenti. Fuit hic annus rebus bellicis felix, sed ciuitati pestilens, uariisque prodigijs sollicitus: nam & terram multifariam pluuisse ferunt, & in Appij Claudij exercitu plerique fulmine isti sunt. Ob quae prodigia sunt libri Sibyllini aditi, & Q. Fabius

Gallorum commentum.

Decij deuotio.

Caeorum hostium numerus.

Fabij triumphus.

Perusinorum caedes.

Prodigia.

Gurges

Gurges cōsulis eius anni filius, aliquot matronis stupri damnatis ex multato ere Veneris aedem ad circū maximum statuentiam curauit. Habuit sequens annus cōsules M. Posthumium Megillum, & M. Atilium Regulū. Ambobus Samnites prouincia data, bellum anno sexto & quadagesimo iam antea inchoatum, adhuc cum his erat. Posthumius aduersa ualitudine implicitus Romae fuit. Atilius in Samnium profectus in ipsis finibus hostem obtinuit habuit. Hic Sānites, quod uix Rom. toties uictor fuisset ausus, Romana sunt castra oppugnare adorti. Tantum ultima desperatio nonnunquam audere cogit. Texerat caligo ingens terram, ut lucis etiā usum adimeret, hac teporis opportunitate Samnites freti, improuiso accessu, decumana porta, custodibus caesis, in Romana castra irrumpunt. Clamore inde sublato quaestorium occupant, Opimiumque quaestorē obruncant. Consul subito tumultu excitus duabus cohortibus ad praetorij custodiam relictis in hostem uadit, anceps primo certamen fuit, ut in re dubia, inde militū globus consulis praesentia & periculo cōmotus, summa ope annexus, hoste castris eiecit. Eiecto instare infidiarū metu nō est ausus. CCC. hostium periere, Romanorum cc. circiter & xxx. Tantum audaciae atulit successus ille hostibus, ut pabulatione infesta coactus sit consul hostium finibus excedere. Is terror ad urbem perlatus Posthumium alterum cōsulem, qui uix bene à morbo conualuerat, in prouinciam traxit. Ibi duo cōsules cum duobus exercitibus hostium ingressi, Posthumius Miloniam post acerimum certamen expugnauit. Caesa dicuntur ad tria hostium milia, quatuor capta & septingenti. Ad Ferētinum mox itum. Hoc & alia pleraque oppida sine certamine ex Sānitibus capta, unde ab hoste populariter fuerat migratum. M. Atilius maius omnino negotium cum hoste habuit, & in Lucernis finibus primo in certo euentu congressus, agmen adeo uulneribus affectum in castra reduxit, ut postridie quam neque precibus, neque minis in acie educere possent, statuerit uel solus in praelium ire, certo moriendi consilio, priusquam à Samnite toties uictor se circūuallari pateretur. Enimvero hostes procul abitari, quum una recta uia esset, quae ante Romanorum oculos ducebat, aliam omnino specie praebuerunt à fuga longē diuersam, uelut ad Romanum uallū oppugnandum pergerent, non fugam meditari. Tribuni primo & ceteriones, mox reliqua acies pudore affecta, eundem cōsulem in aciem esse secuta. Samnites ubi hostem adesse uident, sarcinis in mediū cōiectis, sese ad pugnam expediunt. Vtrinque acies nihil immota stetit, atque anceps an pugnam capefferet. Dein praelio inito Romani in fugam uertuntur. Tum cōsul cum equitibus, cursu ad portas delatus, ferri aciem in fugientes uertit, equitibus ut idem faciant edicit, alta uoce milites increpans, nunc timidos, nunc ignauos uocat, aut redeundū in aciem esse proclamat, aut ante uallum pro hostibus cadēdum. Miles necessitate adductus in hoste uertitur, & consul Statori Ioui aedem uouet, si fuorum fuga eo die sifteretur. Cōuersis signis redintegratur praelium pulsi; retro ad impedimenta Samnites, illic iterū haesit pugna: ubi uero hostis à Romano equite circūuictus quum à fronte satis superque à milite grauaretur, post caedem & stragem multam, ad ditionem se cōuertit. Septem milia deditorum & septingenti sub iugum missi. Pugna ad quatuor milia absumplerat, nec incruenta obrigit ea Romanis uictoria, septem milibus & ccc. desideratis. Paucis inde diebus alter Samnitium exercitus praeda onustus in Atiliū ipsum, à Luceria redeuntem, incidit. Hic quoque hostis subito praelio exceptus praeda exiuit, multusque in medio caesis, foeda fuga dissipatur. Tentauerat hi Interamnam Romanā coloniam in Latina uia occupare, quod inceptū quia ijs irritū fluxerat, magnā ex circūiecto

Cōsules.

Samnitium facinus.

Miloniam capitur.

Atilij ferocia.

Samnitium deditio.

Interamna.

A agro praedam abegerant. Res Interamnatibus restituta. Ipsi Atilio comitorū causa Romam uenienti, ob ingentem militū iacturam, & quod captiuos hostes iniussu patrum sub iugum mississet, negatus est triumphus. Posthumius alter consul, quia in Samnio iam belli materia deerat, in Hetruriam transgressus, Vol finem agrum primo uastauit, duobus milibus hostium caesis, qui ad arcendam populationem occurrerant. Rossellanus inde ager uastatus, & oppidum cum magna hostium caede expugnatum. Ob haec & quia res Hetruscorum multis cladibus alijs super alias fuerat accisa, pax fuit in reliquo anni. Tribus Hetruriae urbibus, ut tum opes erant, ualidissimis, Volturnijs, Perusia, & Arretio pacem petentibus induciae in quadraginta annos datae multaque quingentum milium eris singulis ciuitatibus indicta. Posthumius Samnio & Hetruria domitis, quū Romā reuersus à senatu triumphū nō impetraret, quia in Hetruria iniussu patrum ex Samnio bellū transulisset, ad Tribunos plebis cōfugit, res inde ad populū delata, cuius suffragio inuitis patribus Posthumius celebrē triumphū egit. Claudius Quadrigarius scripsit Posthumium, post aliquot urbes in Samnio captas, ab hoste in Apulia fufum, Lucariamque cōpulsam, nec uter cōsulum in Hetruria bellum gesserit apud alios satis liquet. Qui hunc annum proxime secutus est, L. Papyriū Curio rem cōsulem habuit, qui ingenti praelio, & quanto post Papyriū patrem fuerant à nullo uicti, Samnites trauit. Miretur hic aliquis, nec immerito, quoniam odo una gens toties caesa, aut temerē bellū reparare sit ausa, aut reparando par tot cladibus esse potuerit. Quod saepius rebellauerunt Sānites, partim ferocem ingenium fecit, partim locorū opportunitas. Mōtana ferme est eorum regio nec multū externis armis peruia ira, adhuc & inueteratū cum iniuria odiū, supra uires animos exagitabat, ut quū maxime uiceretur se haud uinci putarent: sed nihil aequè in tot annos bellum traxit ac populorum multitudo, ut credere par sit, non uno tepore ab omnibus bellatum, atque ira euenisse ut dum alij interim eiuldē gētis in armis essent, ad reparandam sobolem satis sit teporis quiete scētibus datū. Cōiurauerat igitur per id tepus, quod haud antea acciderat, omne Samnitium nomen. Estque sacra lege, ut olim, inter eos foedus ictū. Ioui sacri fuit caput eius, qui ad Imperatoris edictū nō extemplo assuisset, quiue illius iniussu deseruisset signa. Ad quadraginta armatorū milia hac lege uelut iniurata Aquilonia conuenerant. Hic in medio castrorū loco linteis & cratibus cooperto aram statuerunt, ad quā multis uictimis caesis centuriones nudis ensibus circumstantabant. Huc sigillatim primores gentis admoti iurare cogebantur, quae audita ibi uisaeque essent nulli se ennucliaturos, se deinde familiamque suā cum tota stirpe execrari, nisi ad imperatoris edictum conuenirent, citiusque in acie occumberēt, quam ex acie metu refugerent, aut si fugientē uidissent quēquam nisi pro hoste habituri essent. Plerique id sacramenti genus detrectantes ante aram ipsam, cōfossi perierunt, ut corpora inter uictimas proiecta caeteris terrori essent, quo minus id iurandum abnuere auderēt. Ouius Paccius homo magnus natu sacro praetor fuit, qui se ex ueteri Samnitium disciplina morē hūc haussisse affirmabat, tam religiose, nec aliter à maioribus suis olim coniuratum dicitans, quum illi adimendae Hetruscis Capuae consilium cōpessent. Igitur primum agmen ex lectissimo quoque sexdecim milia armatorum habuit, ea legio linteata dista est à tegumento septi, in quo fuerant sacramento admoti. His arma insignia data, & cristatae galeae, ut inter ceteros eminent: uiginti milium & amplius alter armatorum habitu linteatae legioni dispar, atque hoc hominum robore Samnites ad Aquilonia cōfederunt. Sp. Caruilus Papyrij collega, aliquanto prius

Induciae Hetruscis dantur.

Cur Samnites toties rebellauerunt.

Sacratū foedus.

Legio linteata.

Cōsules prius.

præius in prouinciâ uenerat cum his legionibus quas M. Artilius superioris anni consul in agro Interam-
 nati reliquerat, cepitq; Amiternum oppidū de Sam-
 nitibus. Duo milia hic hominū cæsa, quatuor & am-
 plius capta. Paucis inde diebus Papyrius cōsul, cum
 nouo exercitu Samnium ingressus, Duroniā expu-
 gnauit, maior hic cædes, quàm ad Amiternum edita,
 inde consules per hostium agrum euagati, ad Comi-
 nium Caruilius confedit, Papyrius ad Aquiloniam,
 ubi hostes ab initio castra fecerant. Hic aliquot dies
 leuiorib; prælijs absumpti. Postremo Papyrius ex-
 tremæ dimicationi intentus, ad collegam mittit (di-
 stabant inter se Romana castra ad uiginti milia pas-
 sium) esse sibi in animo postredie cum hoste confli-
 gere, daret interim operam, ut Cominiū acrius ag-
 gressus, hostem interim occupatum haberet, ne suis
 iuppeticas iret. Ipse prius quàm signum pugne pro-
 poneretur, pauca pro cōcione militum de uano ho-
 stium apparatu locutus, Non galeæ, inquit, uiri for-
 tes, non clypei, non linteæ tunicæ, quæ ab hoste ad
 terrorem ostenduntur, plus in acie ualent, quàm fer-
 rum, hoc opus, quum res gerenda est, hoc aduersos
 cuneos respicit, uiamq; sibi ad uictoriam facit. Illa
 quidem non tam pugne necessaria, quàm gestu de-
 cora, estq; illecebra quædam hostium ad prædā an-
 helantium. Quid si non sæpe experientia cognitum
 esset quàm uanus sit eiusmodi rerum apparatus, ac
 tum maxime quum aurea argenteaq; eiusdem genis
 acies à patre meo occisione occisa est? Honestiora
 quidem tū spolia uictoribus fuere quàm ijs, qui an-
 tea gestauerant esse potuissent, & iam forsitan fami-
 liæ nostræ datum, ut aduersus maximos huius gen-
 tis conatus Papyrij duces opponamur, spoliaq; à no-
 bis referantur ad publicorum ornamentū locorum
 idonea. Scio ego deos fœderum ultores adesse, q; to-
 ties hostes petita fœdera fegerint, nec arbitror gen-
 tem ipsam magis unquam infestis habuisse deos, q̄
 hoc tempore, quo illorū aras humano sanguine fœ-
 darūt, inuitusq; sit miles seipsum deuouere coactus
 ita ut merito sint deos infestos, ciues, & hostes eodē
 tempore habituri. Milites in spem bene gerendę rei
 huiusmodi sermone erecti, alacri clamore pugnam
 deposcūt, dolentq; in posterum diem certamen dif-
 ferri. Nemo erant, qui non pugne cupiditate teneret-
 ur, ita ut Pullarius in auspiciū à consule missus, quū
 pulli non pascere mentitus solistimum consuli tri-
 pudium renunciare sit ausus. Lætus consul tāquam
 uera audiisset, signū pugne proponit, interim trās-
 fugā in dicio ad consulem defertur uiginti hostium
 cohortes Cominium profectas, quod ne collegā la-
 teret, misit qui cursu celerissimo id illi nunciaret, inde
 copijs in æquum eductis, dextro cornu L. Volum-
 nium, læuo L. Scipionem præfecit, C. Cæditium &
 Trebonium legatos equitū alis præesse iubet. Spu-
 rio Nautio edicit, ut mulos clitellis detractis, cū co-
 hortibus alarijs, occultè mōtib; circumageret, in-
 de medio congressu ex colle prius demōstrato cum
 strepitu & clamore noui subsidij speciem suis exhi-
 beret, & iam concursuræ erant utrinq; acies, quū ad
 consulem defertur ortā esse inter Pullarios de auspi-
 cijs contentionem. Ipsi, inquit, uant, siquid fraudis
 inest, mihi solistimum tripudium nunciatū est. Hæc
 ille, atq; una mandat Pullarios in prima acie consti-
 tui. Mirū hic accidisse aiunt, ut priusquā pugna orta
 sit, Pullarius ante aciem stans telo saucius cōciderit.
 Sed qualia hæc habēda sunt, sæpius est à me signifi-
 catum. Id ubi cōsuli renūciatū est, dii, inquit, in prælio
 sunt. Luit mendacij penam noxiū caput. Cui hæc
 dicēti cornus, uel malus dæmon potius superne oc-
 cinuit, quo lætus angurio cōsul signa canere clamo-
 remq; tolli iussit. Raro aliās tam disparibus animis
 prælium est initum. Hinc ira, ardor, spes, militem in
 prælium rapit. Illinc implicitus superstitione miles,
 religionis metu à fuga prohibetur, accurrere dirus

Amiternum.

Duronis.
Cominium.

Oratio Papy-
rij ad suos.

Romana acies.

Pullarij inte-
ritus.

ille sacrorum apparatus, aræq; fando nefandq; san-
 guine consperæ, sæua execratio, ac furiale carmen
 fugæ obstabat, plus ciuem q̄ hoste timere. Stat Ro-
 manus contra, attonitumq; metu hostem, atq; ægrè
 pugnantem, ab utroq; cornu urget, & iam cædes ad
 hostium signa peruenerat, quū procul densius puluis
 significauit recetes adesse copias. Is Nauti⁹ erat qui,
 ut cōsul iusserat, ramis arborum torrido solo uersis,
 cum suis de industria densum puluerem excitabat.
 Perculit subitus aspectus non Samnitem solum, sed
 Romanum etiam militem Papyrij cōsilijs ignarū: ibi
 cōsul alta uoce collegam Cominiū capto adesse con-
 clamat, irēt milites atq; enixius conati hostes prius-
 quam alter exercitus adesset, funderent fugarentq;
 totāq; sibi præsentis uictoriæ laudem uindicarent.
 Hęc ille equo sedens, unaq; centurionibus imperat,
 ut repente patefactis ordinibus, spatium equitibus
 darent ad hostes inuadēdos, qui signo accepto cum
 fremitu in aduersam aciem decurrunt. Interea hinc
 Scipio, inde Volumnius nihilo secius Samnitē ster-
 nūt. Hostes undiq; degrauati, ui hominū deorumq;
 neglecta, simul iurati iniuriatq; fugā capessunt. Pe-
 ditum agmen ex acie reuultum ad Aquiloniā in ca-
 stra fugam inclinat, equites & omnis nobilitas Bo-
 uianum, castra à Volumnio extēplo capta sunt, Sci-
 pio qui ad Aquiloniam cursum intenderat, suos hor-
 tatus, ad terram desiluit, scutoq; super caput elato,
 portas subiit, pergit. Secuti mox alij, factaq; testudi-
 ne in urbē Romanam irrupit. Tenuit tamen certamē
 cum hoste ad noctem, cuius filio⁹ oppidani & qui
 eō ex acie confugerant agmine decesserūt. Cæsa uno
 die ad Aquiloniam triginta hostium milia, cccxljij
 milia capta & amplius, signa militaria septem & no-
 naginta. Pari euentu ab altero consule res ad Comi-
 nium gesta: admouerat ille urbi copias præsidij cir-
 ca portas dispositis, ne qua fieri possit eruptio, quū
 nuncium accepit de uiginti cohortibus, quæ eō ue-
 nire dicebantur: tum præsentis usus cōsilio, Decium
 Brutū cum legione una & uiginti cohortibus alarijs
 uenientibus mittit obuiā, mandatq; ut si infidij ex-
 ceptum hostem opprimere nō possit, procul saltem
 ab urbe acri cerramine distineat. Ipse scalis haud u-
 no loco admoris testudine ad portas succedit, & in
 muris & pro portis resistit ab initio hostis, atrox pu-
 gna utrobique fuit. Postremo refractis portis, muroq;
 pluribus locis subruto, ubi uictorem intra mœnia
 Samnites uiderunt, in forum est concursum. Ibi pau-
 lulum redintegrata pugna est, fuissetq; per omnē se-
 xum & ætatem sine discrimine cædes euagata, nisi
 subito abiectis armis uicti ueniam implorassent. XI.
 milia ccc. in fidē consulis uenere, ad quatuor milia
 cæsa. Cohortes, quæ ueturę dicebātur, in castra me-
 dio itinere reuocatae neutri prælio interfuerūt. Ege-
 runtq; rerum omnium incerti noctē unā, inter Comi-
 nium & Aquiloniā. Postredie sub lucē rebus p̄ noctē
 utrinq; exploratis, præcipiti fuga Bouianū concesserunt:
 cc. extremi agminis quod Romani equites car-
 pebāt, amissis. Aquilonia & Cominiū urbes direpte
 uno die desagrarunt. Mutua inde congratulatione
 consules castra iunxerūt, atq; uterq; suos, ut erāt cu-
 iusq; merita, Corniculis, Armillis, Aureisq; coronis
 donauit. Mox ubi per literas Romam significarunt,
 q̄ feliciter respu. in Samnio administrata esset, diuer-
 si cum suo exercitu, Papyrius ad Sepinū oppugnandū,
 Caruilius Volanam abierunt. Romæ quadri-
 duum ob res feliciter in Samnio gestas supplica-
 tum. Caruilius paucis diebus, Volanam, Palumbi-
 num, Herculaneum de Samnitibus cepit, atque ad
 Herculaneum bis pugnatum, cæsa que ad decem mi-
 lia hostium. Erant que res Samnitium per hæc quā-
 rum nullo antea tempore accita, quū Consules ius-
 si sunt inter se Hetruriam prouinciam sortiri: iam
 enim Hetrusci, Phaliscis in societatem belli ascitis
 defecerant. Caruilio Hetruria euenit. Ad Sepinum
 durus

Samnitium su-
por.
Papyrij strata
gema.

Hostiū cædes.

Comitium ca-
pitur.
Aquilonia.

durius certamen cum hoste fuit, cæterum urbe bel-
 licis operib; & uirtute militum capta, iræ Papyrius
 indulgens, crudeliter uictoriam exercuit: ad septem
 milia cæsa & quadringentos: capta plus minus tria
 milia. Et iam omnia erant niuib; operta, quum Pa-
 pyrius exercitum Romam reduxit, magno omnium
 ordinum consensu triumphus illi decretus est, præ-
 lata ante currum præter hostium spolia æris uicies
 centum milia, auri tria & triginta milia atq; omnia
 in ærariū, non sine militum indignatione quod præ-
 da frauderentur, illata. Consul ædem Quirini dedi-
 cauit. Eam ipse an pater uouerit partem constat, tem-
 plum ipsum, forum cæteraq; urbis loca sacra & pro-
 phana exornauit ex hostium spolijs, quorum tanta
 fuit copia, ut colonis socijsq; finitimis, in hūc usum
 ex urbe trāsmissa sint. Ab triumpho in Vestinū agrū
 qui Sānitibus erat infestus, hybernati duxit. Carui-
 lius interea Troilum oppidum in Hetruria ui cepit
 fueritne id oppidum quod alij Trofulū dixere: un-
 de & Rom. equites, quia locū sine ulla peditiū opera
 ceperint, fuerunt Trofuli appellati, haud facile dixe-
 rim. Expugnauit inde Caruilius castella quædam mu-
 nitissima. Phaliscis pacem perentibus in biennium
 inducias dedit, pactus centum milia grauis æris, &
 ut eius anni stipendiū exercitui pederet: ipse quoq;
 triumphans in urbē ingressus ccc. nonaginta milia
 grauis æris præ se tulit, militib; ceteros binos asses
 ex præda diuisit, duplū centurionibus & equitibus,
 cæteram pecuniam ad ædem fortis fortunæ locan-
 dam seposuit. Ædes hæc iuxta ueterē illam à Seruio
 Tullio erectam constituta est. Lusit hoc anno con-
 ditum P. Cornelio Aruina & C. Martio Rutilio cen-
 soribus. Suntq; capita ciuū censa cclj. milia, cccxxi.
 fuit census ille sextus & uigésimus à primis cen-
 soribus. Eodem anno, ob res feliciter foris gestas, po-
 pulus coronat⁹ Romano ludos spectauit, palmæq;
 uictoribus datæ. Creati inde consules Fabius Gur-
 ges, Fabij Maximi filius, & Iunius Brutus cognomē-
 to Scæua. His consulibus ne non semper causa esset
 aliqua, quæ ciuitatem recēti aliqua imbueret super-
 stitione, quū fortē annus ille pestilēs esset, ex Sibyl-
 linis libris de more aditis, relatum est Æsculapiū in
 eius mali remedium ex Epidauro Romam accersen-
 dum. Verum cōsulibus bello occupatis, quia eo an-
 no nemo est in Græciam missus, supplicatio in diem
 unum illi decreta est. Adhuc res populi Romani, ea
 ferie, qua Liuius per reges primo, mox per annuos
 magistratus explicauimus: iam hinc alius seruandus
 ordo, quando neq; illius monumenta, neq; aliter
 extent, quæ uelut fastos eius gentis nobis suggerāt,
 quōd in tanta rerum explicandarum multitudine, sa-
 tis habiturum lectorem existimo, si seruatō tempo-
 rum ordine, per quos res gestæ sint, nō ignorabitur,
 quod in externarum etiam gentium rebus referen-
 dis est à me ab initio operis seruatū. Nunc ne ni-
 mium in nostris immoremur, Macedonum gesta se-
 quens habebit relatio. Nam dum hæc quæ diximus,
 à Romanis in Samnites & Hetruscos geruntur, res
 eius gentis nihilo minore motu quàm antea cōcul-
 sæ sunt. Ptolemæus, Cassander & alij diuersę factio-
 nis, quibus Antigonū opes merito suspētæ erant
 (creuerant enim omnino magis quàm ut singuli æ-
 mulari possent) bellum summo studio in unum cō-
 parant. Cæterum quia Cassander in Europa aduer-
 sus finitimos in armis erat, Lyfimachus cum in-
 gentibus copijs ad Ptolemæum & alios socios mi-
 sit. Erat Lyfimachus Macedo, claris ortus natali-
 bus, sed militari gloria & laude ingenij clarior, adeo
 philosphiæ studijs ab initio captus, ut Callisthe-
 nem, quem ob coniurationis suspicionem Alexan-
 der occidit, auribus, naso, labijs, crudeliter trunci-
 cautea cum cane inclusum, audire persequerit, eiq;
 in remedium malorum uenū miscuisse sit credi-
 tus, tulissetq; id ille à rege superbissimo haud qua-

Ingens ex Sam-
nitibus præda.

Ædes Quiri-
ni.

Troilum capi-
tur.
Trofulum.

Ædes fortis
fortunæ.
Census urba-
nus.

Consules.

Lyfimachi stu-
dium.

quam impunē, nisi maior fuisset uirtus quàm suppli-
 cium. Leoni, ut quidā scribunt, Alexandri iussu ob-
 iectus, manum manipulo inuolutā in fauces irruen-
 tis beluę iniecit, linguamq; fortē adeptus non prius
 ab ea cōuellenda desistit, quàm rege, & qui cum eo
 aderant stupentibus, beluam exanimem ad terram
 deiecit. Fuit id constanti exemplum illi, apud Alex-
 andrum saluti, quippe qui iuuenem data uenia in-
 ter familiares recepit. Nec ille, propterea minore fide
 in regem, utpote qui Alexandrum postea solus
 per uastas arenarum moles fideliter fuerit comita-
 tus, quum insectandorum hostium studio dux fero-
 cissimus procul à suis deerrasset. Qua sane expedi-
 tione rex equo desiliens, Lyfimachi frontem impru-
 dens cōlauciat, ibi quum sanguinis fluius aliter
 fisti non posset, diademate à capite sublato uulnus
 obligauit, quæ res auspiciū illi fecit regie in poste-
 rum dignitatis. Alexandro uita defuncto, prouin-
 cia omnium asperissima illi celsit, Thracia cū tota Pon-
 tici maris ora, tantū uirtute ceteros duces anteire est
 creditus. Accessit & Seleucus nouus hostis Antigo-
 no: fuit Seleucus Antiochi filius, qui unus fuit ex cla-
 ris Alexandri ducibus. Is uxorem Laodiceam habuit,
 quæ ea nocte qua Seleucum concepit, per quietem
 sibi uila est cum Apolline concumbere à quo annu-
 lum anchoræ figura insculptū in fidei argumentum
 accepisset, eumq; in lecto reperit, diligenterq; aller-
 uatū, Laodice Seleuco de sua origine edocto in Asiā
 cum Alexandro eunti dedit. Adicitur fabulę Seleu-
 cum & ab eo procreatos femur natiua anchora infi-
 gnitum habuisse, sed de his apud lectore fides erit, il-
 lud satis constat, regnum in Asia adeptum, quatuor
 clarissimas ibidē urbes cōdidisse. Seleucia à suo no-
 mine iuxta Tygrim ccc. stadiorū circuitu, & à patris
 Antiochi nomine Antiochia apud Daphnē. In Pieria
 Laodiceam & Apameā, hæc ab uxoris nomine, illam
 à matre nūcupatam. Principio castrorum tribunus
 ab Arideo & alijs creatus, post in Macedonia digres-
 sum Babylonē occupauit, Bactrianos uicit, & Indo-
 rum gentes, quæ post regis interitū præfectis subita
 defectione cæsis à Macedonib; defecerāt, in quibus
 ad imperium reuocadis, magnū illi negociū fuit, cū
 Sandrocho, qui iussus olim ab Alexadro ob noxam
 quandam occidi, fuga ad Indos sibi salutē quæsiue-
 rat. Ferunt fatigatione corporis, quum forte medio
 fugæ tempore in nemore quodam sopore pressus ia-
 cuisset, leonē enormi magnitudine ad eū accessisse,
 qui sudorem corpore manantem placide lampserit,
 atq; somno excitatū beluæ immanitate exterritum
 placide reliquerit. Hoc quoq; prodigio ad spē regni
 impulsus post Alexandri interitum Indis ut rebella-
 rent persuasit, cæsisq; Macedonibus regnū occupa-
 re est ausus. Seleucus rebus cum Sandrocho cōposi-
 tis, ad sociale bellū redijt. Ego causam belli à Seleu-
 co in Antigonū susceptū fuisse arbitror, quōd eo In-
 dicitis reb; occupato Demetrius Antigonū filius Me-
 sopotamiam ingressus, dimidium Babylonis occupa-
 uit, ex altera parte urbis Seleuci præsidio expulso:
 uerum quia tota urbe potiri non cōtigit, ratus haud
 diutius in ea commorandum in qua incolumis esse
 non poterat, prædabundus iter ad mare conuertit,
 quo tumultuoso nūcio Seleucus excitus, rebus In-
 diæ ad tempus cōstitutis, hostis Antigonū, ob eam
 iniuriam, sit in Mesopotamiam reuersus. Inuidia,
 quæ cæca est, ut dicitur, Antigonum adegit, hostilia
 in Seleucum moliri, quem sua opera in principatu
 constitutum ægrè ferebat, tam latè sibi regnum ad
 orientem propagare, ut & Indos quoque imperio
 subigeret. Cæterū ut aliquo maiore negotio ex tā
 speciosa uictoriæ cursu excuteret, filium ad Baby-
 lonem occupandam cum exercitu misit. Demetri-
 us Mesopotamia relicta quum Alicarnasseum à Pro-
 lemæo obsideri accepisset, iter ad mare conuertit,
 urbemque opportuno accursū obsidione liberauit.
 Rebus

Lyfimachi præ-
gna cum leone

Diadematis
usus.

Seleuci ge-
nesis.

Anchora.

Urbes à Seleu-
co conditæ.

Sandrochi
casus.

Demetrius di-
midium Baby-
lonis occupat.

Rebus inde prospere fluētibus, nō suo magis quā
 patris consilio in Grāciam, Caſſandri imperio ſub
 iectam, tranſmiſit, ut eam in libertatem reſtitueret.
 Tenuit ab initio anceps conſultatio, unde potiſſi
 mum id bellum inchoari oporteret. Cenſebat qui
 dam primum omnium Athenas uelut unicum Græ
 cæ lumen, Caſſandro adimendas, præſidiumq; ipſi
 urbi imponendum. Negauit id ſe facturum Deme
 trius, beneuolentiam dicitans optimum eſſe regni
 fundamentū firmumq; præſidiū. Ducentis igitur &
 quinquaginta nauibus exercitu in Grāciam depor
 tato, conſeſſim eſt magnus animorum motus ſubſe
 cutus, ſub ipſius in Atticam apuſſum. Adminiſtra
 batiam decimum annum rem Athenienſem Deme
 trius Phalereus, Caſſandri permiſſu, homo in peripa
 tetica diſciplina clarus. Nulla unquam ciuitas maio
 res cuiquam honores tribuit, trecentæ æneæ ſtatue
 atq; earum equeſtres plurimę ab Athenienſibus illi
 erectæ dicuntur. Id gratiæ an fortunæ ſit datū, haud
 facile dixerim. Satis conſtat ciuitatem ab eo uectiga
 libus & ædificijs magnificē & utiliter auctam. Is por
 tu Demetriana claſſe occupato, quia Athenienſes ap
 perterat ad defectionem ſpectabant, cum hoſte egit, ut
 liceret ſibi Thebas cum amicis & domeſticis profi
 ciſci. Id non ſolum non eſt à Demetrio illi negatum,
 ſed data etiam ab eo opera, ut incolumis cum qui
 bus uellet in tuto ſtatuere: poſt cuius digreſſum
 Athenienſes omnes eius ſtatuas euerterunt, præter
 unam, quæ in arce fuit, quæ ſubita animorum muta
 tio arguit, quā incerta ſit popularis aura, quæ per
 æqua & iniqua ab ijs, qui ad repu. accedunt, incerto
 captatur euentu. Ipſe de ſtatuarum euerſione factus
 certior, dixiſſe fertur. At illi uirtutē euertere nō po
 tuerūt. Poſt Caſſandri interitum, qui haud multum
 deinceps ſecutus eſt: Demetrius in Ægyptum nauig
 auit, ibiq; apud Ptolemęum Soterem diu uerſatus
 aſpidis morſu iſtus obdormiſceti ſimilis obiit. Me
 dia in eo dicendi figura, philoſophiæ ſcilicet, & ora
 toriæ particeps. Primus Atticam eloquētiam incli
 naſſe creditur. Iosephus apud Philadelphū, non So
 terem Ptolemęum honorificē uerſatū ſcribit, cuius
 rex opera, in bibliotheca Alexandri conſtituenda ſit
 præcipue uſus. Demetrius Antigoni copiarum parte
 Athenis relicta (nā Munichia adhuc Caſſandri præ
 ſidio tenebatur) Megaras conceſſit. Huc illi aſſertur
 Crateſipolim quæ ab Alexandro fuerat Polypercō
 ti data, ſceminam Perſici generis, elegantī forma, cu
 pere ſecum congregi. Intemperans iuuenis, & in li
 bidines pronus, relicto ad obſidionem exercitu, cū
 expeditiſſima manu ad Crateſipolim, quæ patris e
 rat, ire pergit. Vbi ad conſtitutum locum uenit, pa
 rum abſuit, quin tabernaculo paululum à ſuorum cō
 ſpectu auerſo, ut commodius mulieris accreſſum ce
 laret, hoſtibus in eam occaſionē erectis, ſit turpiter
 cum ea oppreſſus, fuga tamen ad ſuos incolumis e
 uasit. Eius tabernaculo cū omni ſupelleſtile hoſtes
 potiū ſunt. Nec ita multo poſt quā ille Megaras re
 diit, in urbem receptus quum multa paſſim à militi
 bus diriperentur, Athenienſibus pro finitima ciuitate
 precantibus, libertatem Megarenſibus reſtituit. In
 terea ad ſe Stilponē uocari iuſſit, de quo magna qui
 dem apud Megarenſes & cæteros Græcos in ſtudijs
 ſapiētiae erat opinio. Demetrius illum comiter affa
 tus, per humane rogat, an ei milites aliqui ademiſ
 ſent, nihil, inquit, Stilpo: ſcientiā enim adimere non
 poterunt. Cætera nā mea ſunt ſed fortunę. Captus
 Demetrius tempeſtiu hominis ſermo, ex hoſte
 eius eſt auditor factus. Poſtremo Demetrius Mega
 ris profecturus, quum ſeruitia Megarenſibus abſtu
 liſſet, ad Stilponem conuerſus dixit, Liberam uobis
 Stilpo ciuitatē relinquo. Sic Demetri eſt, inquit, ille,
 nullum in ea feruum reliquiſti. Demetrius Athenas
 reuerſus, hoſtium præſidio ex Munichia pulſo, arcē
 diruit. Athenienſibus libertatem cum patrijs legibus

reſtituit, quintodecimo anno poſtquam à Macedo
 nibus fuerant oppreſſi. Athenienſes genus hominū
 in aſſentationem propenſum publicē decernunt, ut
 Demetrius & Antigonus regū reges appellarentur,
 uocarenturq; Dij ſeruatores, eſſetq; in urbe ſeruato
 rum ſacerdos. Ara ibi erecta eſt ubi Demetrius pri
 mum è curru deſcendit, ut idem & pater Antigonus
 in peplo unā cū Ioue & Pallade intexerentur, ut dug
 tribus ueteribus adderentur, Demetrius, & Antigo
 nis, & Stratoctes adulationū inter ſuos populares in
 ueſtigator maximus, decretū tulit, ut legati, qui ad
 eos mitterentur, ut illi qui ad Olympia ſacra & Py
 thia pulcē accedebant, ſacri haberētur. Sed quātum
 Stratoctes in adulatione impudens, tantum Philippides,
 ueteris comædiæ ſcriptor ab eo uitio diuer
 ſus, qui huiusmodi leuitatis exprobandæ occaſio
 nem naſtus, quum multis claudibus poſt id decretū
 cœli iniuria Athenæ affectē eſſent, illud in comædia
 poſuit: Per quem cōbuſit pruinā uites, Per quem
 ſciſſum eſt in medio peplo, diuinos honores mor
 talibus tribuentem. Hic idem aliquando à Lyſima
 cho rege inuitatus ut diceret, ſiquid uellet à ſe impe
 tratum: unum reſpondit, ut ne quid tuorum arcano
 rum mihi credas. Fuerunt qui adhuc aliquanto im
 pudentiſſe cēſerent, ut quoties Demetrius Athenas
 ueniret, in Cereris & Bacchi hoſpitiū exciperetur, a
 lij ut ſcutum illi Delphis conſecraretur, unde publi
 cē captaretur oraculi. Quibus adulationibus corru
 ptus iuuenilis animus, facile in omne ſcelus ac flagi
 tium abiit: duxit inde uxorem Athenis Euidicē ex
 nobili Milciadis familia. Duxit & alias alibi, & i his
 Philam Antipatri filiam, per quam eſt illi poſtea Ma
 cedonum fauor cōciliatus. Ad huius nuptias, quum
 uix compelli poſſet, quia in multum iam ætatis pro
 uecta eſſet mulier, ab Antigono patre eſt admonit⁹,
 nubendum eſſe ſupra naturam, ubi lucrum oſtende
 retur. Duabus igitur ille uxoris uis uno tempore de
 ditus, ſcortorūq; cœtibus immerſus, adeo in omnes
 uoluptates præceps abiit, ut omnium opinione in
 continentiſſimus ducum eius ætatis haberetur. In
 terea Antigoni literis ſit certior, Ptolemęum Cypro
 inſulę imminere. Obtinebat & Cleonides Ptolemęi
 præfectus Corinthum & Sycionem, quę poſtea De
 metrius dicta eſt. Tentauit Demetrius Cleonidē pec
 unia corrumpere, quod ubi efficere nō potuit, ur
 gentibus de Cypro nuncijs, cum claſſe in Ptolemęū
 mouit, grauiter dolens, quōd à liberandæ Græciæ
 propoſito auerteretur. Eūti Menelaus Ptolemęi fra
 ter factus eſt obuius, quem Demetrius primo con
 greſſu fugauitq; Maiore deinde prælio Ptole
 mæum uicit, habebat iſ cētum & quinquaginta na
 uium claſſem, habebat & terreſtre exercitum accu
 ratiffime inſtrutum. Fremere Ptolemæus minaci
 terq; hoſti denunciare, ut Cypro faceſſeret, nec uel
 let ultima experiri: cōtrā Demetrius poſcere, ut Co
 rintho & Sycione præſidia abduceret, tenuitq; ue
 tercario illa plures dies, erantq; omnium gentiū ani
 mi in unius pugnæ euentum erecti, nulli dubiū erat
 quin uter ea acie uiciſſet, idem ex Alexandri ſucceſſo
 ribus maximus futurus eſſet. Habebat igitur id cer
 tamen nō ſolum ipſos exercituum imperatores an
 xios, deq; belli exitu uehementer ſolicitos, ſed alios
 quoq; ſummos duces, qui erant iam pridem in par
 tibus. Ad poſtremum quum nihil conuenire potuiſ
 ſet, haud procul Salamine prælium cōmiſcere. Teu
 cer Telamonis filius, patriā profugus id oppidū con
 didiſſe fertur. Miſit Ptolemæus nuncium ad Mene
 laum fratrem, ut intentus expectaret certamen. Id
 ubi contractum ſenſiſſet, ex Salamine cum ſexaginta
 nauibus erumperet, hoſtemq; prælio intentum à
 tergo inuaderet. Nec Demetrium latuit hoſtis con
 ſilium, miſitq; decem naues quę fauces, quibus eru
 ptio faciēda erat, occuparet: ipſe terreſtribus co
 pijs in littore colloctis, primo penē cōeuruſu hoſtilē
 claſſem

Adulationem
Stratoctis.

Philippida.

Sycio poſtea
Demetria
dicta.

claſſem auertit. Cæterum terrore ſemel incuſſo, na
 ues ſua ſponte turbatas toto mari diſſipat, alias ca
 pit, alias fluētibus mergit, ſexaginta numero naues
 captæ, cætere cum ſuis turmis paſſim alto ſunt ma
 ri depreſſæ præter octo, quæ Ptolemęum fugiētem
 ſecutæ ſunt. Demetrius uictor, omni regio comi
 tatu, cum ingenti pecunia, bello apparatu eſt poti
 us, & in his Lamia femina ea tēpeltare quum for
 ma, tum tibiā cantu longē celeberrima. Menelaus
 & ipſe non multo poſt, cū ipſa urbe, & nauibus quas
 habebat uictori eſt deditus, & cum his equites mille
 & ducenti, peditum duo decim milia. Victoris pie
 tas & ingnifi liberalitas, uictoriam per ſe nobilem,
 multo nobiliorem reddidit, cæſorum hoſtium cor
 porib⁹ ſepultura deditis captiuos reſtituit ſine pre
 cio, armorum quoq; uim ingentē dono miſit Athe
 niēſibus. Præclaræ huius uictoriæ nūcius adeo An
 tigonum, & qui circa illum fortē erant, læticia extu
 lit, ut & iſ conſeſſim rex ſit à ſuis conſalutatus, ipſe
 mox per literas filium regē appellauerit, quod exem
 plum ſecuti qui in Ægypto erant, Ptolemęum regē
 ſalutare cœperunt. Actum demum cæteri duces, æ
 mulatione accēſi, ſe reges nominare ſunt auſi, quum
 ad id tempus tam ſuperba appellatione pertinaci
 ter aſtinuiſſent. Abierūt deinceps illi, humanæ ſor
 tis obliui, in omnem uitæ turpitudinem, ſcenicis ar
 tiſtes imitati, qui cum ueſte uocem mutant & inceſ
 ſum, & quod ſub ditis gētibus calamitoſus fuit, eo
 rū uita & mores in peius mutati ſunt. Sed ut eſt rerū
 humanarum uiciffitudo quædā, qua alternante ni
 hil homini ſuit in uitā diuturnū, haud multo
 poſt Salaminiam uictoriam, quū Demetrius ad ho
 ſtium terrorem circūageret claſſem, ſubita tempeſta
 te iactatus præcipuam nauium partem naufragio a
 miſit: & Antigonus qui ſecus mare florentiſſimum
 ductabat exercitū, quum in multas difficultates in
 cidiffet, copijs omnibus penē deletis, ſeſe domū ui
 cto ſimilis recepit. Erat ille octogenarius, ac ſuper
 ætatem iam decrepitam graui mole corporis preme
 batur, ut parum iam bellicæ effere rei idoneus. De
 metrius & ipſe ſuę naturæ nihil oblitus, ab armis ad
 ocium reuerſus, neq; modum neque moſtiam in
 perſruendis uoluptatibus poſtea adhibuit. Fuit ille
 eiufmodi ingenio, ut cum pax eſſet, omnibus uolu
 ptatibus addiſtus uiueret, quum ruſus ad arma re
 ſpexiffet, omnibus uitæ illecebris procul abiectis, ui
 tam & mores temporī accommodaret. Idq; in cauſa
 fuit, ut æquiore animo Antigonus illius libidines,
 & intempeſtiuas potationes ferret. Perſtrinebat
 tamen nonnunquam urbana cauillatone utrunque
 in filio uitium, à quo arctiore oſculo exceptus: La
 miam (inquit) credo oſculari uoluiffi. Erat fama il
 lum Lamie congreſſu & conſuetudine cupidius ten
 beri. Queſtus præterea iuuenis, quōd moleſto rheu
 mate uexaretur, uide ne Thafium ſit, inquit, aut Le
 bium potius. Ex utraque enim inſula optimum illi
 aduehebatur uinum. Sed quemadmodum Scythæ,
 quum in multum temulentiæ prouecti ſunt, arcuum
 chordas pulſare conſueuerunt, ut per eam agitatio
 nem animum ad priſtinam continentiam reuocent:
 ita Demetrius laborem & mollitiem, medio quodā
 negotio iungere ſolitus dicitur, quippe qui ſeque
 ſtra quadam, inter arma & uoluptatem, induſtria u
 ſus, naues & bellicas machinas ingenioſe fabricare
 tur, non ad ſordida & puerilia, ut pieriq; regum, ope
 ra animum intendens, ſed ad rei bellicæ uſum ma
 xime neceſſaria. Ac multo melius hæc ille, quā Eu
 ropus Macedoniæ rex abacos & lucernas fabricare
 ſolitus, aut Attalus poſt ipſum Demetrium, qui ci
 cutam & aconitū, aliasq; pernicioſas herbas plan
 re in hortis ſolebat fructumque percipere. Tolerabi
 lius illud Parthorū regū & minus à regio propo
 ſito abhorrens, qui iacula & culpidines conſiciebant.
 Audio Maomethum Orthomanum, Turcorumque

Demetrius
Ptolemæum
uincit.

Lamia.

Regis denomi
natio.

Reverſus
uiciffi
tudo.

Demetrius uer
tibilitas.

Oſculum in
eſt.

Demetrius do
meſtica opera.

Europi & At
tali opera.

Orthomanus
dia.

imperatorem, qui noſtra memoria Græcorum impe
 rium euerit, quum ſolus eſſet, ligulas & cochlearia
 cælare ſolitum, aut imagines deliniare, ut ocii quo
 quomodo in negotium uerteret. Cæterum Deme
 trius multo maiora ſecutus, quindecimremem nau
 uim contexit, & alteram uno ordine adhuc maio
 rem. Plinius trigintaremen prodidit. Ingentē præ
 terea machinam, qua aduerſus Rhodios eſt uſus qui
 Ptolemęi partes fuerant ſecuti. Machina ab euentu,
 urbium expugnatrix eſt dicta, & ipſe per hæc quæ
 fiebant Poliporthos eſt dictus, id eſt, urbium popu
 lator. Periti itaq; bello ab eo Rhodij, poſt Cypriam
 uictoriam, quibus quum minus hoſtiliter quā aſ
 ſolet, aſideret Demetrius, fortē ita accidit, ut literæ
 & quædam ad tabernaculum inſtruumdum neceſſa
 ria, à Phila ipſius coniuge miſſa, ab hoſte interce
 pra ſint, quæ quum Rhodij non ſolum non reſti
 tuiſſent, ſed ad Ptolemęum in Ægyptum tranſmi
 tenda, in hoſtis inuidiam, curaſſent, Rhodios infe
 ſtus adortus, haud tulit eorum exemplum imitari.
 Captam Ialyſi imaginem, quam Protogenes Cau
 nius ſeptem annorum ſpatio pinxerat, precantibus
 ne eam corrumperent, incolumem ſeruauit. Sunt
 qui ſcribant eum ab ipſa murorum parte, qua fortē
 tabula fuit dedicata, omnem bellicam iniuriam ab
 ſtinuiſſe. Tenuit inde plures dies obſidio, ſed quum
 multus ibi labor incaſſum eſſet exhaustus, optaret
 que longioris moræ impatiens alicunde dari ſibi oc
 caſionem obſidionis honeſtius ſoluendæ, Athenien
 ſium legati ad eum uenerunt, nunciantes Athenas
 iam pridem à Caſſandro oppugnari. Rogare itaque
 atq; obteſtari ne urbem à ſe in libertatem aſſertam
 ruſus in ſeruitutem labi pateretur, fore, niſi quam
 primum auxilio adeſſet, ut paulo poſt audiret, Caſ
 ſandri armis inuitos Athenienſes ceſſiſſe. Demetrius
 præſenti occaſione lætus, conſeſſim ex Rhodo cum
 trecentum & triginta nauium claſſe, in Atticā tran
 ſmiſit, Caſſandrumque ex Athenienſium ceruicibus
 repulſum, ad Thermopylas uſque eſt perſecutus,
 quo progreſſus Heracleam ultro deditam ſuis opi
 bus adiunxit. Mox Athenas reuerſus, multo impu
 dentiſſo ſolito, in Atticas matronas & adoleſcentes
 ingenuos inexpleram libidinem exercuit. Memo
 riæ proditum eſt, Dimoclem puerum præſtanti for
 ma, ne in balneis ab eo inſanda pateretur, in ſeru
 entis aquæ lacum deſiliſſe, atque ita repente extin
 ctum. Athenienſes tamen ob recens beneficium, a
 deo illi indulſerunt, ut decretum tulerint, quicquid
 Demetrius uellet, id ipſum apud ſuperos ſanctum,
 & inter homines iuſtum haberetur. In ceſſebatur in
 terim Stratoctes ut delirus, qui talis fuiſſet decreti
 autor, quapropter Spartanus quidam dixiſſe fertur,
 Delirus eſt Stratoctes niſi ſic deliraret. Demetrius
 Argenis profectus, totam ferē Peloponneſum, eie
 ctis inde Ptolemęi & Caſſandri præſidijs, in libera
 tem reſtituit, quo tempore uxorem duxit Deidami
 am Pyrrhi ſororem, Æacidæ regis Moſoſorum ſiliā.
 Sycionem poſtremo profectus, Sycionijs autor ex
 iritit, urbis haud procul ab ea, quam habebant, con
 tendæ, quo contigit, ut Demetrius ſit iam inde pro
 Sycione nuncupata. His geſtis in Iſthmico Græciæ
 conuentu obtinuit, ut quemadmodum olim Philip
 pus, inde Alexander, totius ſit Græciæ dux declara
 rus. Ipſe Athenas reuerſus, quum myſteria ſibi pate
 fieri uellet, quia non niſi Nouembri & Iunio menſi
 bus oſtendi ſolerent, Stratoctis inuento decretum,
 ut Ianuarius, qui tunc erat, Nouember diceretur: at
 que ita nomen ſecuti ad minora Demetrius myſte
 ria eſt admiſſus: uerum quum & maiora uidere uel
 let, pari aſſentatione eundem menſem in Iunij uer
 tere, cuius cærimoniæ illæ erāt. Per hæc Demetrius
 Athenis & in cætera Græcia imperio abuſus, com
 perit à Seleuco & cæteris regibus in ſe & patrē con
 iuratum, habereq; hoſtes ad bellū quæſita quadra
 n n ginta

Poliporthos.

Protogenis ta
bula.

Libido effre
nata.

Decretum.

Græciæ dux
Demetrius.

Apparatus bellicus. ginta peditum milia, decem equitum, elephantos quadringentos, ceterum viginti falcato currus. Qua belli magnitudine motus, cōfestim ex Græcia, cum Pyrrho Deidamia coniugis fratre, adhuc adolescentem in Asiam ad Antigonom transiit. Nec ille interea in ocio fuerat, quippe qui pari equitum numero, peditum aliquanto etiam maiore, florentissimum coegerat exercitum. Aderant insuper elephantum quinque & septuaginta. Collatis itaque in unum castris, certamen ingens de summa rei instabat. Fertur Antigonus quasi praesagiret infelicem pugnam euetum, turbatiore uultu, quam illo unquam bello, a suis uisus, filiumque pro concione militum sibi successorem constituisse. Inde remotis arbitris, longissimum cum eo sermonem praeter consuetudinem habuisse. Clades quae postea accepta est, quum seni ipsi, tum Demetrio per quietem, tristisque augurio est aliquanto prius praesentata. Hic sibi per quietem uisus est Alexandrum audire, qui diceret se ad hostem transire, & Antigonus, quum structa acie ex tabernaculo exiret, offenso pede in faciem procubuit, in pedes inde erectus, supinis ad caelum manibus a diis precatus dicitur, ut aut sibi uictoriam darent, aut honestam mortem, a turpi fuga suam laudem incolumen seruarent. Haec effatus aciem ingreditur. Fuit pugna utrinque acerrima, utpote inter exercitus & duces, qui non tam aemulatione laudis, quam odium inter se certarent. Plutarchus ad Hyleum amnem pugnatum scribit, ubi omnes terrarum reges uno tempore conflixerunt. Praelo omni parte accenso, Demetrius in Antiochum Seleuci filium cum gloriose circumfuitur. Attulit improuisione Antigoni terrorem maximum, ubi Demetrii praesidio spoliata aciem undique grauari senserunt: magna itaque pars ne in medio caederetur, subita defectione ad hostem transiit. Qui in officio adhuc erant, suorum prodicione percussit, in fugam uertuntur. Tum uis hostium ingens, uelut procella quaedam, in Antigonom ferebatur, ipse admonitus ut fuga sibi salutem peteret, Demetrium auxilio affuturum respondit, conabaturque illum ad se clamore reuocare, quum ab hoste circumuentus, multisque uulneribus confossus concidit. Demetrius ubi res perditas uidit, cum quinque peditum milibus, & quatuor equitum, fuga dilapsus Ephesum uenit, ubi ueritatis inopia & desperatione adacti Ephesiae Dianae thesauros diriperent, ne sacrilegij auctor crederetur, copijs, quas circa se habuit, in naues impositis, Athenas uelut ad unicum malorum refugium, cursum intendit. Caeterum quum Cyclades legeret, Atheniensium legati obuiam facti sunt, publice rogantes, ne Athenas annatigaret, decretum tulisse ciuitatem, ut in liberam urbem nullo modo acciperetur, qui nuper eiectus esset regno. Dolor & ira ingens subiit Demetrii animum. Caeterum quia praesentem ulcisci iniuriam, neque tempus neque uires patiebantur, humane de Atheniensibus locutus, petijt ut naues, quas in Piræo reliquerat, sibi restituerentur, quibus benigne acceptis, & cum his Deidamia, omnique regia supplicabile, in Isthmum transiit. Hic quum cerneret res suas indies deteriores fieri, nam multi Græciae populi ad hostes defecerant, Pyrrho Aetidae filio ad urbes in fide continendas relicto, cum ea classe quam habuit, in Cheronesum nauigauit, ut Lyfimachi regnum hostiliter inuaderet. Rebus illic prosperè succedentibus, exercitum & classem mirifice auxit. Ferebant aequo animo caeteri reges res Lyfimachi a Demetrio infestari, quia post Antigoni mortem, quum ipsius inter se regnum diuisissent, multa Ly-

simachus in singulos superbe & contumeliose fecerat. Nec ita multo post quum Demetrius filiam Stratonice Seleuci petenti matrimonio locasset, ipse Deidamia morbo defuncta, Ptolemæi filia sibi matrimonio deuinxit. Hic qui a Seleuco genero, quod ab Indico mari in Syriam usque sibi regnum propagauerat, Tyrum & Sydonem dono impetrare nequiuisset, ea spe praeter opinionem defuturus, Athenarum consilio recuperandarum, in Græciam nauigauit. Constantis fama erat Lacharem in magna Atheniensium seditione tyrannidem occupasse, sed cursu foeda tempestate excussus, uiris & nauibus maiore parte amissis, Peloponnesum tenuit, ubi in Messenia oppugnatione catapultis percussus penè extinctus est. Aliquot inde urbibus in fidem receptis, Athenas terra marique infestans, breui ad tantam rei inopiam redegit, ut tricenis drachmis ueniret modius frumenti. Plutarchus ait memoriam proditum, filium in ea egestate aduersus patrem, ob murem, qui forte è recto exanimis conciderat, ferro dimicasse, & Epicureae sectae quendam, fabis aequa portione distributis, liberos ea temporum iniquitate aluisse. Athenienses fame domiti, & Lachares occulte ex urbe discesserat, Demetrium praemissis qui ab eo ciuium salutem deprecarentur in urbem accipere. Ille, ut magno erat animo, non solum receptis dedit ueniam, sed obnixè etiam curauit, ut dira illa fames commeatibus undique inuentis, confestim tolleretur. Athenis praesidio firmatis, Archidamum Spartanorum regem ad Mantineam ingenti praelio uicit, mox Laconicos fines hostiliter ingressus, altera Spartanos fudit pugna, parumque absuit quin urbem ad id tempus indomitam, armis subegerit. Sed in nullo unquam regum fortuna uolubilius suas uices exercuit, ut merito illud Aeschylus saepius ex ore eius sit auditum. Tu me fortuna extulisti, atque eadem deponis. Erant res Demetrii in Peloponneso satis prosperae, quum nunciatum illi est urbes, quas in Asia habebat, a Lyfimacho oppugnari, & Cyprum in Ptolemæi potestatem concessuram, nisi matri & liberis, in Salamine Cypria oblectis, illico subueniret. His Demetrius nuncijs turbatus Lacedaemone obsidione soluit, cui ira aestuanti prosperior fortuna manu una ignem, ut dicitur, altera aquam gestans, nouam bene gerendam rei occasionem ludibunda obtulit. Cassandro extincto qui annos duodeuiginti Macedonum regnum habuerat, Philippus filius, qui regnum ab eo per manus acceperat, breui post illum obiit, cuius decessu Antipater & Alexander, & ipsi ex Cassandro geniti, de regno inter se disceptare coeperant, in qua altercatione Antipater Theffalonicam matrem, quod in diuisione regni in Alexandrum propensior uideretur, occidit, fratremque regno eiectum armis persequatur. Alexander Pyrrhum regem, qui iam adultus in suum redierat regnum ex Epiro ad se uocauit, & Demetrium ex Peloponneso: nec Pyrrhus multo post affuit, qui opera Alexandro in recuperando regno optime nauata, magnam ab eo Macedoniae partem obtinuit. Demetrius & ipse breui in Macedonia uenit, primoque congressu satis hospitaliter est ab Alexandro acceptus, mox ubi insidias sibi ab adolescente parari comperit indicio, eum conuiuio egressum militibus obruncandum obiecit. Inde causa cedis pro concione expolita, magno omnium consensu, rex salutaris est. Profuit haud mediocriter Demetrio Philae connubium, ad Macedonum fauorem & studium conciliandum. Eratque per haec ille in ingenti fama & celebritate, quod ad Græciae operes Macedoniae regnum adiecit, non poterat tamen de matre & liberis non esse sollicitus, qui iam pridem a Ptolemæo in Cypro oppugnarentur, haerebatque haec illi cura, quum insperato nuncio affertur, liberos,

Demetrius Lyfimachum infestat.

Athen. fama.

Volubilitas fortune in Demetrio.

Macedonici regni motus.

Demetrii successus.

ENNEADIS IIII. LIBER VIII.

Antiochi amor.

Erasistrati prudentia.

Seleuci in filii indulgentia.

Antigonus Demetrii filius.

Machinae molles.

ros, & matrem a Ptolemæo obsidione leuatos, atque ab eo honorifice dimissos, & filiam Stratonice, soluto Seleuci connubio, Antiocho eius filio nupsisse, reginamque ab ijs qui incolunt superiora Asiae, appellatam. Ferunt Antiochum adolescentem adhuc, Stratonices nouerca forma caprum, dum illicito amori pudore & metu repugnat, penè ad interitum perductum. Occultam languoris causam Erasistratus medicus haud uulgari solertia deprehendit, adolescenti aegrotto aspidens magnum in eo animi motum & pallorem fieri occulta indagine rimatus quociens ad eum Stratonice ingrederetur. Tum ille Seleucum affatus, & uires, inquit, nobis defunt rex, & ingenium in tuo filio curando, incurabilis illum amor ad interitum perducit. Seleucus eam desperationem miratus, quoniam tanta intemperies haec est ait, cui nullum possit remedium adhiberi? Coniugem, inquit, ille meam deperit. Tum Seleucus Erasistratum complexus, lachrymis & rogat & obtestatur, ut usuarium coniuge sibi filium seruet, non sic, inquit Erasistratus, sentias, si tuam ille Stratonice amet. Utinam, rex ait, dii aut homines eam mihi facultatem darent, ut praesenti periculo huiusmodi queam remedio occurrere, sane omnia quae mihi charissima sunt, pro filij salute libenter profuderim. Hic Erasistratus haud ultra cunctatus apprehensa regis dextera, si tali rex, ait, es in filium animo, qualem praedicas, nostra amplius opera nihil indiges, non meam, ut scias, sed tuam ille ardet Stratonice. Turbauit Seleucum rei nouitas, mox ubi per ocium caetera cognouit, indulgentissimus pater uxorem quam unice amabat, suo matrimonio abductam filio collocauit. Et Seleucus rex nouo pietatis exemplo, ita amanti filio indulgit. Demetrius interea Macedonia cum Theffalia adeptus, Bœotios subegit. Interim certior factus Lyfimachum a Dromichete rege captum Thraciam inuasit, quam Bœotij occasione nacti iterum rebellauerunt. Etenim haud multo antea, quum a Cleonymo Spartiatae praesidio accepto defecissent, armis uicti, pecunia fuerant a Demetrio multati. Recens Bœotiorum defectio Demetrium a Thraciae rebus auertum in Bœotiam reuocauit, quo quum uenisset offendit bellum magna ex parte Antigoni filij uirtute profligatum, eoque successu aequo ac debuit Demetrius lætatus, Thebas obsidione cinxit, quibus expugnandis quum totus immineret, per literas & nuncios sit certior Theffaliam a Pyrrho populari, ibi filio ad obsidionem relicto, ipse cum maiore copiarum parte ad populationem arcendam occurrit. Pyrrhus Demetrii aduentum non expectato, totam regionem ad Thermopylas usque deprædatus, Theffaliae finibus excepsit. Thebas Demetrius reuersus, quum longum uideretur expectare machinam illam memorabilem, quam ipse fabrefecerat. Fuit enim tantæ molis, ut uix duo stadia binis esset mensibus traducta, hostibus assidua oppugnatione fatigatis, uir urbem irrupit, ubi paucorum caede contentus, qui noui motus auctores fuerant, caeteris ueniam dedit, Thebisque in hunc mundum potitus, Aetolis Demetrius bellum intulit, quorum agrum hostiliter peruagatus, parte copiarum ad eam gentem infestandam cum Pantaicho relicta, ipse cum caetero exercitu ad Pyrrhi iniuriam ulciscendam proficiscitur.



ELLVM quod inter Pyrrhum est & Demetrium gestum, non una ex causa ortum uideri potest. Deidamia Pyrrhi sorore, quae Demetrio nupsit fatali morte sublata confestim regni aemulatio amborum animos ad certamen accendit, mutuae deinceps querelae, & excursiones ex Theffalia factae intercesserunt, sed nihil aequè reges ipsos in tam infestum traxit certamen, ac Macedoniae communis possessio. Nulla regnum potestas confortij patiens fuit unquam. Tenebat Pyrrhus Nymphæam urbem, & maritimam Macedoniae oram, quam mercedis nomine ab Alexandro Cassandri filio ipsius opera in regnum restitutum acceperat. Demetrius qui Alexandrum sustulit multo maiorem regni partem occupauerat, & quod ad huc magis Pyrrhum offenderat, regis erat nomen Demetrius inter Macedonas adeptus. His stimulis reges accensi, uterque alteri infestus, odium sua sponte gliscens mutuis ad id tempus offensis alebant. Postremo Demetrius Pantaicho, ut dixi in Aetolia relicto, in Pyrrhum cum maiore parte exercitus mouerat, nec ille audito hostium accessu metu defedit, sed magno animo uenientibus processit obuiam. Caeterum ambo inuicem aberrantes (casu an uoluntate incertum habeo) acie dimicare non potuerunt. Demetrius Epirum ingressus omnem regionem praedat & populatione percussit. Pyrrhus meliore fortuna usus, dum procul in hostem quadrato agmine ire pergit, in Patauchum incidit, a quo ad singulare certamen prouocatus, uno uulnere accepto, duobus illatis hostem moribundum ad terram deiecit. Pantaichi exercitus, amisso duce confestim in fugam uertitur. Conciliauit Pyrrho pugna illa non mediocrem apud Macedonas nomen, uulgo praedicare Pyrrhum unum regum omnium peritia armorum inuictumque animo Alexandri memoriam renouare, caeteris regibus fastu & superbia inflatis, id unum cordi esse, ut luxu & pompa caeteros principes anteiret, eratque Demetrius huic infamiae proximus, qui non tantum diadematis usum receperat, uestesque purpura & auro intextas, sed calceos etiam gestabat auratos. Difficiles praeterea ad eum aditus, superbissima responsa non mediocriter ab illo populorum studia alienabat. Biennio eum Atheniensium legati secuti fuerant, nec demum admissos domum dimisit, quum Athenienses ex omnibus Græcis uni apud Demetrium gratia pollere crederetur, & ex Lacedaemone quum unus ad se legatus uenisset, iracunde quaesisse dicitur, an ad Demetrium unicus missus esset, cui Laconice ille unus, inquit, rex ad unum. Sed in eo Macedoniae plurimum offendit, facta omnibus petendi potestate quid quisque a se imperatum uellet: quum ad eam spem magnus supplicantium factus esset concursus, impleissetque sinum libellis singulorum desideria significantibus, ubi ad Axij fluminis pontem uenit, quicquid libellorum fuit patefacto sinu in profluentem deiecit. Affecit ea contumelia mirum in modum populorum animos, & in primis Macedoniae. Nemo erat cui non persuasum esset, se non con temptui solum, sed ludibrio quoque superbissimo regi esse. Postremo suppliciter anus quaedam ut se audiret precata, neganti sibi audire ocium esse, ergo quid, inquit, regnas? Quae uox adeo regis animum perstrinxit, ut multo faciliorem iam inde se adire uolentibus praebuerit, remisitque multum ex solita illa uultus & uerborum contumacia. Sed nihil est tam proprium regi quam iustitia, quam Pindarus omnium legem appellauit. Est enim rex urbium rector & custos, a qua uirtute tantum illius

Causa belli inter Demetrium & Pyrrhum.

Pyrrhi uirtus.

Pantauchi caedes.

Demetrii cultus.

Demetrii superbia.

Anus libertas.

Iustitia laus.

natura abhorruit, ut expugnator urbium non moderatus insolenti appellatione dici maluerit. Et Demetrius in suos talis fuit, quo conigit, ut cum Pelae morbo grauius decubisset, Pyrrhus totam ferè Macedoniam nullo obuiam procedente populatione foederit, nec uindex ullus prius exiit, quam rex leuatus sit morbo. Ipse quum iam maiora animo agitare, etenim patrum regni recuperandi cupido animum inceserat, ne Macedoniae res sibi inpedimento essent, primum omnium cum Pyrrho bellum dissoluit, mira inde celeritate ad centum milia pedum, & decem equitum ad bellum comparauit, mox quingentarum nauium classe instructa, in qua sexdecim remes eriam fuere, in Asiam transmissurus, inexpectata bellorum mole prius quam moueret penè obrutus est. Selenchus, Lyfimachus, & Ptolemæus huiusmodi belli apparatu commoti, foedere confestim inter se icto, summa ope quisque pro se terra marique arma mouerant, Pyrrhum quoque legatione ad id missa, ut Macedoniam inuadere perpulserunt, denunciantes Demetrium tam diu cum eo pacè habiturum, donec Asiaticus esset bello defunctus, fore inde, ut ipse regnum totis uiribus conaretur euertere, nec quæ dicebantur Pyrrho aliquo modo uana existimari. Hinc itaque ille, inde Lyfimachus Macedoniam uno tempore inuadunt, classis quoque ab Ptolemæo missa, oram Græciæ subito adorta, metu omnia & trepidatione compleuit. Demetrius filio ad Græciæ præsidium relicto ipse in Lyfimachum mouerat. Nondum ad hostem uentum erat, quum ei tumultuose nunciatur, Beriam Macedoniae urbem à Pyrrho captam, omnemque regionem illi proximam populationibus, & incendijs uastari. Turbarunt hi nuncijs uehementer Demetrii animus, sed multo magis Macedoniae defectio, qui militiam primo detrectare cœperunt, quos ut in officio retineret, in Pyrrhum pronunciauit se iturum, ne Macedonia uastaretur. Hic illi fuit pretextus, sed re à Lyfimacho quam longissime abesse cupiebat, ad quem ut popularem suam Macedones transiitiois parere dicebantur. Rarus igitur haud tam propensos in Pyrrhum fore, ab Lyfimacho auersus ire cœperat, quum ex Beria quidam Demetrii castra ingressi, Pyrrhum summis laudibus extollendo, eorum homines sui generis perpulerunt, ut continuo in apertam defectionem eruperint. Demetrius factus certior de ijs quæ parabantur, haud acerbiorum motum expectandum ratus regijs insignibus depositis, pulla chlamyde amictus, paucisque comitatus in Cassandriam urbem profugit, ubi Phila eius uxor doloris impatiens, ueneno sibi mortem conficiuit. Pyrrhus haud multo postquã Demetrius è medio exceperat exercitum sine duce adortus, cæteros primo clamore dissipauit, à Macedonibus benigne acceptus, castris & imperio una potitus est. Regnum inde quod septem ferme annos sub Demetrio fuerat, cum Lyfimacho partitus, regis nomen apud Macedonas obtinuit. Demetrius quum Thebas uenisset, illud Euripidis in eum protulit quidã forma diuina in mortalem formam uersa ad Dirceos fontes & Isterum uenit. Ipse collectis nauibus ex fœda maris iactatione, qua per idem tempus penè tota est classe spoliatus, reliquiasque amissi exercitus complexus, Athenas quæ cum fortuna fidem mutauerant, non nihil obfisione fatigauit, demum Cræticis philosophi impulsu soluta obfisione, undecim ferme milia hominum sub signis habens in Asiam transmissit, ut Cariam & Lydiam à Lyfimachi dominatu auerteret. Huc transmissis exercitu Ptolemæidem duxit uxorem. Sardibus inde & alijs urbibus in Lydia occupatis aliquanto maiores sibi copias comparauit. Hinc Agathoclis Lyfimachi filij interuentu in Phrygiam diuertit, ratus fore, ut si Armeniam occuparet, facile & Mediæ status tur-

Regum fœdus & societas in Demetrium.

Macedoniæ leuitas.

Pyrrhi Macedoniae occupatio.

Demetrii res.

baretur. Ducere ille interea per aperta loca, sæpiusque cum Agathocle congressus, qui uestigio hærebat, omnibus fere prælijs uictor, urgebatur nihilominus commeatus & pabuli inopia, utpote per loca parum sibi pacata agens exercitum, inopinata deinde clades accessit in superando Lyco amne, cuius uado magna pars exercitus decepta, ut fluminis est consumpta. Hoc itaque casu fame adhæc, & pestilentia octo circiter hominum milibus amissis, in Ciliciam cursum deflexit, ubi à Tharso diripienda suorum uim abstulit, ne Seleucum offenderet, mox ipsius terre angustijs ab Agathocle infests egre à Seleuco impetravit, cuius Cilicia erat, ut cum exercitu illic hyemare liceret. Nec Seleucus in ea uoluntate diu mansit multis suspicionibus à Procleo & alijs familiaribus imbutus, uelut parum prudenter ab eo fieret, qui bellicosissimi ducis exercitum in uisceribus sui regni aleret. Quæ uerba, quum apud eum fidem fecissent, cum ualido exercitu confestim in Ciliciam uenit. Ibi Demetrius, quum à Seleuco nihil precibus impetraret, essetque uelut siluestris fera in dagine undique ferro & laqueis circumuentus, lenitate in rabiem uersa, aliquot Ciliciæ oppida subita uir diripuit, mox acie decertare ausus, Seleuci curribus euerfis, cæteroque exercitu in fugam uerso egregie uicit, uictorque angustias sibi Cilicias patefecit, pulsis undique Seleuci præsidijs, ueneratque per hęc in spem melloris fortunæ, quum in aduersam ualetudinem incidit, qua diutius confictatus magnam amissit exercitus partem multis ad hostem transeuntibus: alijs alio, ut suus quemque impetus tulit, dilapsis, quorum pars magna locorum inficitia aberrantes uarijs casibus periit. Quum igitur à morbo conualuisset, cum ijs qui in officio adhuc erant, Cilicia haud modica sui parte populata in hostium conspectum uenit. Amano deinde superato, ad Cyrristem usque regionem prædabundus uenit. Hic Seleucum sibi imminentem noctu est superare adortus, quod consilium quum parum processisset, quin prælio commisso uictus acie decessisset, cito gradu ad Amanum pylas reuersus est, in profundas inde syluas cum ijs quos forte circa se habuit sese immerisit. Caenum ubi paratam se classem habiturum arbitrabatur, per deuia loca penetrare est conatus, sed terrarum angustijs undique infests, & ex tenui comitatu pluribus in horam dilabentibus, amicorum hortatu misit qui Seleuco uitam suam, & afflictas opes dederent. Fertur Seleucus regium illi tabernaculum parari iussisse, omnia uenienti exhibiturus, quæ illius fortuna incolumi hospiti non captiuo præstari potuissent. Multi quoque rati futurum, ut breui Demetrius apud Seleucum gratia & autoritate floreret, officij causa illi obuiam processere. Nouis interim suspicionibus Seleucus à suis mutatus, priusquam Demetrius ad se ueniret, Pausaniam cum mille equitibus obuiam misit, qui eum in potestatem redactum in Syriae Cherfontem perduceret, hicque loco angustis finibus circumscripto diligenter custodiret. Unde ille, etsi regali apparatu, multaque custodum comitate Seleuci iussu habebatur, ad Antigonum tamen filium misit qui illum moneat, ut se pro defuncto haberet. Nec suis literis signum ullam amplius haberet fidem. Ingemuit Antigonus ad tam triste nuncium, literasque circa reges misit, quibus salutem patris omnibus pietissime commendauit, Seleuco se ipsum & fortunas quæcunque relique erant, obfides detulit, ut patrem liberaret. Perseuerauit ille nihilo secius in Demetrio custodiendo, qui cum ab initio & uenari solitus esset & frequenter equitare, multoque labore corpus exercere, mox uelut præsentis uitæ tædio captus, in multam sese immerisit crapulam, atque ita triennio postquam à Seleuco relegatus est naturæ cœcessit, annos iam quatuor & sexaginta natus. Nec hostis mediocriter est eius morte affectus, se ipsum incusans,

Solutio Demetrii exercitus.

Capitulum Demetrii.

Demetrii interitus.

incusans, quod in uirum gestarum rerum gloria excelleret, arctaque sibi affinitate deunctum, adeo implacabilis fuisset, nec Dromichetes quidem Thracis & barbari hominis exemplo motus, qui Lyfimachum hostem captum sponte dimississet. Antigonus ubi patrem uita defunctum accepit, in Syriam nauigare constituit, ut inde paternos cineres in suum rogam deportaret: cum ualida ergo classe in altum euectus circa insulas occurreret qui defuncti reliquias, Seleuci iussu, in Græciam deuehebant. Venerabundus ille auratam urnam complexus, qua ossa inclusa erant, in summa puppi regiae nauis collocauit, diademate & regia purpura instratam, ualidi iuuenes hastilia habentes urnam circumstant. Aderat & Xenophantes in clypeo ea tempestate modulator. Is eximia cœcentus suauitate sacrum canebat carmen, ad cuius numeros remiges non sine harmonia quadam, remorum pulsus uerberabant fluctus. Urna Demetriadem delata est, quam à Demetrio ipso nominatam, populi ex paruis circa oppidis profecti tenuerunt. Habuit Demetrius ex Phila Antigonum & Stratonem, Alexader ex Deidamia est illi natus, qui in Ægypto plurimum uixit. Genuit & Demetrius duos, unum ex Illyride femina, ex Ptolemaide alterum, qui in Cyrene postea regnauit. Ex Antigono, qui singulari fuit pietate in patre, & cui Gonato cognomen fuit, iunior Demetrius ortus, qui Macedoniae rex fuit. Huic Antigonus cognomento Doso successit, ab eo quod omnia poscentibus polliceretur, id cognome adeptus, Dostoni Philippus, Philippo Perseus, quo à Romanis uicto Macedonia ex regno prouincia facta est. Nec inter Pyrrhum & Lyfimachum, ut ad Macedoniae reuertat, diu post Demetrium eiectum fida pax fuit, quippe qui si non aperto bello, insidijs tamen inter se certabant, induciarum & belli nominibus ut nundinis, non ad iustitiam sed ad commoditatem utentes. Verum tam diu aperto bello abstinerunt, quoad Demetrius steterit, quem Macedonia eiecti, quum in Græcia uelut ex naufragio quodam uires colligeret, Pyrrhus premere non destitit, Atheniensibus eriam aduersus illum auxilium profectis, quo tempore in arcem ab Atheniensibus inductus, quum Palladi rem diuinam fecisset, digrediens loco ad eos qui officij causa circumstant conueris gratum sibi fuisse testatus est, quod tantum uis amica ciuitas credidisset, ut se in arcem deduxerit, uerum ut amicum monere se eos, parum ipsorum libertati expediturum, si temere cuius regum eum amplius locum patefecissent. Thessaliam deinceps ille, Demetrio in Asiam profecto, occupauit, quo demum profligato Lyfimachus Macedonici sanguinis, & qui unus erat ex Alexandri successores, in quo animo ferens, peregrinum hominem Macedonibus imperare, Pyrrho bellum intulit, quæ ad Esam prælio superatum studijs hominum ab eo alienatis facile regno expulit. Pyrrhus Macedonia eodem exemplo amissa, quo adeptus fuerat, quum in Epyrum sese recepisset, essetque ut Achilles, à quo prognatus erat, officij & quietis impatiens, peropportuna à Tarentinis in Italiam aduersus Romanos est accersitus. Sed de Italica expeditione aliquanto postea instituetur sermo. Lyfimachus & ipse magis belli quam pacis studijs deditus, Pyrrho Macedonia eiecto, Thracem primo, mox Heracleam bello petijt. Fuit Heraclea in Pontici maris ora, quam Bœotij pestilentia laborantes, Delphico moniti oraculo condiderunt, iussu in Pontum coloniam Herculis sacrã mittere. Heraclienfes breui sibi magnas opes parauere, & cum finitimis grauius gesserunt bella, & domestica etiam seditione sæpius agitati, ab Atheniensibus quadoque, armis periti, quod post Medicum bellum tributum pendere recussissent, in quo illud memorabile accidit: Malachus Atticæ classis dux ad id bellum profectus, quum in terra egressus agrum populatur, classe subita tem-

Xenophantes modulator.

Macedonici regni finis.

Pyrrhi uerba ad Athenienses.

Heraclienfes.

Heraclienstum magnanimitas.

pestate disiecta, in hostico uiribus & consilio destitutus, ad extremam rerum inopiam redactus, casu rursus haud dubie erat: Heraclienfes beneficij occasionem honestiorem rati quam ultionis, totum exercitum cum ipso duce, comitatibus & auxilijs adiutum incolumem misere, satis se bello adeptos arbitrati, si qui hostes uenerant, hospites suis finibus excederent. Procedente deinde tempore ciuitas, domestica seditione agitata, in tyrannidem incidit. Clearchus pluribus senatorij ordinis uis oppressis, alijs in exilium actis, præter cetera scelera indigna & nefaria in ciues edita, interfectorum coniuges inuitas suis matrimonio satellitibus collocauit, quarum plurimæ uiolentum connubium in uiros ultro ultro sibi mortem consciuerunt. Postremo Chion & Leonides afflictum suorum ciuium statum miserati, in tyranni exitum conspirant. Fuerat ambo Platonis discipuli. Quinquaginta igitur cognatorum in insidijs locant, quos sui consilij participes fecerant, ipsi mutuo se iurgio laceffentes in arcem contendunt, qui ad regem iure familiaritatis admissi, dum prius dicentem attente Clearchus audit, ab altero qui in eam intentus erat occasionem, ferro opprimunt. Spiculatorum, & qui custodiendi regis causa circumstant, continuo percussores inuadunt, armis que prius obruant, quam à coniuratorum manu subueniri poterit. Perijt Clearchus, sed sæuus dominatus aboleri non potuit. Satyrus tyranni frater principatum uelut per manus acceptum inde tenuit, multaque deinceps successione fuit Heraclea tyrannorum regia. Illa uero tempestate qua Lyfimachus intulit Heraclienfes bellum, in Helleponti & Cherfontem regionibus terra adeo horrende mota est, ut Lyfimachia urbs altero & uigesimo anno ab eo quod condita fuerat, magna ex parte conciderit. Fuitque prodigium illud Lyfimacho, & eius stirpi post paulo interitura, ac malorum omnium quæ deinceps secuta sunt. Enimvero Agathocles regis filius, haud longo interiecto tempore, ab Arfinoe nouerca ueneno sublatu est. Erat hæc Ptolemæo Lagi filio generata, fuitque hæc illi prima mali labes, pendentis que ruinæ initium. Secutæ inde principum cædes supplicia lueticum, quod Agathoclis interitum liberius questi essent. Mox qui exercitibus præerant, ad Seleucum defecerunt, quorum impulsu Lyfimacho bellum intulit, idque ultimum certamen fuit successorum Alexandri, & uelut ad fortunæ exemplum hi duo reserati annos quatuor & septuaginta Lyfimachus natus, Seleucus tribus adhuc annis maior. Etsi in ea ætate iuuenilis ambobus animus, & in expleta regnandi cupiditas, qui quum orbem terrarum ambo tenerent, angustijs se terrarum inclusos arbitrarentur, uitæ finem non annorum spatio, sed imperij finibus metientes. Lyfimachus quadraginta liberis alijs alio casu eo bello amissis, postremus ipse domestica cladi cumulus accessit. Lætus ea uictoria Seleucus, quod unus ex omni cohorte Alexandri, & uelut uictorum uictor superstit, diuinum id opus prædicabat, gloriari que ubique, suæ interea fortis ignarus, quippe qui septimo uictoriae mense à Ptolemæo magni Ptolemæi filio Arfinoes fratre in insidijs exceptus perijt, regnumque Macedoniae quod Lyfimacho ademerat cum uita perdidit. Ptolemæus per hæc regnum adeptus cum Ptolemæo fratre à quo fuerat Ægypto pulsus per literas de concordia egit, pollicitus nihil se à fratre præter amicitiam quaeriturum, eo contentus regno quod paterno hosti ademisset, adhibere præterea omnem diligentiam, ut Antigonum Demetrii filium sibi conciliaret, fororis nuptias ambire, puerorum quos illa ex Lyfimacho procrearat adoptionem pollicetur. Erantque res Macedonum in hoc statu, quum Romani Fabio Curgite Fabij Maximi filio, & Iunio Bruto cognomente Scæua consulibus, quorum nomina alio sunt lo-

Clearchi exitus.

Terræ motus.

Ultimum certamen inter Alexandrum successores.

Ultimus ex successibus: Alexander, Seleucus.

consules.

co relata, adhuc cum Samnitibus bellabant, cum quibus Fabij ductu intra eorum fines infeliciter est dimicatum, tria que hominum milia uno praelio amissa: ad quam infamia abolenda, quum in senatu forte mentio mota esset de imperio consuli abrogando, filij ignominiam Fabius pater in curia deprecatus, se legatum illi in castra iturum professus est. Profectus inde in prouinciam, percussus recenti clade exercitum adeo praesentia & consilio iuuit, ut non solum hostem praelio uicerit, sed triumphantem etiam consulem Romam sit secutus, C. Pontio Samnitium duce ante curiam actio, securi que percussio. Laborauerat iam biennio ciuitas pestilentia: tum uero quum praeterit clade se non aliter defuncturam arbitraretur, Sybillini carminis oraculum aliquanto antea uulgatum secuta legatos in Peloponnesum misit, qui ex Epidaurio Aesculapium accerferet. Legati ubi eo uenerunt, secundum publica postulata facile ab Epidaurijs optatum numen impetrarunt. Distabat Aesculapij templum quinque milibus passuum ab urbe, huc legati comiter adducti iubentur inde fumere quicquid suae ciuitati salubre arbitrarentur, quam hospitalem Epidauriensium indulgentiam, loci genius, nisi malus ille daemon potius fuit, uoluntario uisus est probare obsequio. Erat is anguis, que Epidaurij raro, sed nunquam sine publica felicitate a se uisum praedicabant: mitibus itaque oculis per celeberrimas urbis partes cunctis religione attonitis, leui tractu clarioris uelut sedis non obscura praese ferens alacritatem, ad Romanam triremem perrexit. Ibi nautis inuitato spectaculo pauentibus, placido illapsu eo descendit, ubi Q. Ogulini unius legatorum erat tabernaculum, ibique in multiplicem conuolutus orbem uelut sopore pressus quieuit. Legati optatae rei compores cultu anguis a peritis diligenter excepto, laeti ex Epidaurio in altum abiierunt. Prospera inde nauigatione usi, ubi Antium appulerunt, Anguis qui ubique in nauigio manserat, in terram prolapsus myrrum multiplici spira infudit, quae in uessibulo erat Aesculapij, triduoque Antiatit templi hospitio usus, mox sese Romanis auhendum restituit. Postremo nauis Romam Tyberino amni subuecta in insulam, quae medio flumine hodie est, ubi illi est postea templum constitutum, sua sponte transiit. Insulae huius primordium equalem Romanae libertati habuit ortum. Tempestas illa ciuitati aduersa sub praestigioso anguis aduentum (erant iam utique ea Romani defuncturi) paulatim remisit, fuitque diro cultui iam antea recepto, res haec non parua accessio. L. Posthumius uir consularis hoc anno damnatus est, quod quum exercitui praesesset militum opera in suo agro colendo fuerat usus, & cum Samnitibus iam bello fessis quarto est foedus renouatum, de his uictis & Maris, qui & ipsi rebellauerant, bis eodem magistratu Curius triumphauit. Eutropius autor est, in tantum res Samniticas huius, & P. Cornelij Rufini consulatione accisas, ita urbes excidio deletas, ut procedente tempore ceptum sit Samnium in Samnio requiri. Tunc (ut arbitrator) memorabile illud exemplum continentiae in Curio extitit, cui Samnites magnam uim auri occulte misisse dicuntur, rogasseque ut mitius Samnium uexaret, quibus ita sit ab eo occursum: Malle se aurum habentibus imperare, quam aurum possidere. Reddita tamen uictis pax est anno undequinquagesimo, ex quo cum ea gente ceptum fuerat bellum. Lustrum hoc anno conditum, censa que sunt ducenta & septuaginta duo milia ciuium. Grauis inde seditio ciuitatem inuasit ob es alienum, uarijsque certaminibus plebs agitata in Ianiculū secessit. Q. Hortensius dictator eam reduxit, mox pacato ciuitatis statu, contra Volsinenses & Lucanos est bellatum: quorum ductu aut euentu non reperio. Galli quod liquido traditur, decimo post anno quam in Senti-

Pictas Fabij in filium.

C. Pontius capto & casus.

Aesculapij templum.

Serpens Aesculapius.

L. Posthumij damnatio.

Curius.

Lustrum.

Secessio plebis

nati agro uicti fuerant, Aretium in Hetruria tumultu oppugnare adorti, Romanos sociae ciuitati opem lauros in eius urbis conspectu praelio uicerunt. Fuitque uictis eo funestior pugna, quod L. Cecilius praetor eo certamine occubuit. Manius Curius inde in prouinciam profectus, legatos in Galliam misit, qui captiuos redimerent. Hos contra ius gentium Romani nominis odio Galli interfecerunt. Quod hostium scelus ulturus Romanus Populus nouum statim exercitum misit in prouinciam. Occursum est ab hoste Romanis legionibus, priusquam Galliae essent fines ingressae. Hic atrox pugna commissa est, Galli que foeda sunt occidione occisi. Qui praelio superauerunt ex ea terra quam diu possederant, tum demum sunt Romanis armis eieci. Tum quoque Sena urbs Gallica, quae ad Adriam iacet, facta est ut Polybius ait, Romanorum colonia. L. Iuuius aliquanto prius id factum arbitrari uidetur, quo anno & Adriam coloni misit. Boij Galli aegre passis Senonas cognatos suis finibus pelli, conseruati arma capiunt, Hetruscisque sibi belli socios asciscunt. Fuit pugna quae ab his cum Romano exercitu postea pugnata est, nihilo ipsi genti felicior, Hetruscorum cornu foedissima caede dissecto, ipsi quoque maiore ex parte Romanis armis obruti, paucissimi ex acie profugerunt. Ea clade magis irritati hostes quam fracti, sequenti anno iuuentute ad bellum instructa iterum cum Romanis confligunt, quo praelio sunt penè ad internicionem caesi, eorum rebus magis quam ullo unquam certamine accisis, foedere cum Romanis icto, quinque & quadraginta annos quieuerunt. Fuitque hic annus tertius post traiectione Pyrrhi in Italiā, cuius belli causa a Tarentinis orta est, qui Romanam classem ex occasione adorti, eius praefecto cum plerisque classiariorum caeso hostiliter diripuere. Legatos ad res de more repetendas ex urbe missos, scelus sceleris addere ausi, contra ius gentium uiolarunt. Bello proinde a Romanis petiti cum imparibus uiribus Romanis essent, nec obinfitam superbiam bellum solui uellent, Pyrrhum in Italiā accersendum decernunt. Reclamabant maiores natu in hanc sententiam, ut ciuitati perniciosam, sed qui bellum malebant, quia multo in suffragijs potentiores essent, strepitu & clamore bonos audiri non permisere. Meton quidam eo die, quo de Pyrrho accersendo serendum erat decretum, coronatus cum lampade praecinentem tibicine, se frequenti concilio intulit. Hic plausu & hilaritate a sedentibus exceptus, ubi ludibundus & quasi aliquid cantaturus astitit, factumque esset undique silentium: Recte facitis, inquit, uiri Tarentini qui iocari & ludere uolentibus ueniam datis. Nunc si sapitis uos quoque hac ludendi libertate fruemini, priusquam Pyrrhus adsit, tum uero non nostro sed ipsius erit arbitrio uiuendum. Turbauit ea uox populum casurae libertatis admonitum, & iam multi sua sponte Pyrrhi nomen abhorrere, autores tamen belli ueriti ne composita cum Romanis pace ad supplicium dederentur, increpita multitudine quae temulentum in re seria audiret hominem, Meton concilio eieciuit, eieciuitque confestim ut in sua sententiam decretum fieret, obtinuerunt. Misit deinceps in Epirum ad regem legati cum donis qui dicerent se, non tam multitudinem, quam prudenti & strenuo duce indigere, affatim armorum Tarentinis & socijs esse, ad cccc. & amplius milia peditum, uiginti equitum sub signis habituros, solius dncis opera ad res gerendas requirij, caetera Tarentinos ad bellum necessaria daturus. Extulerunt legatorum uerba non regem solum, sed totam etiam Epirum in quaesuosae & inclytae Ipe militiae. Erat apud Pyrrhum Cyneas Thesalus ingenio ea tempestate & eloquentia clarus, uerpote qui Demostheni diuinitate operam dedisset. Is saepe a Pyrrho missus ad ciuitatem studia sibi concilianda

Sena.

Tarentini belli causa.

Metonis uerba admonitio.

Accersitur Pyrrhus in Italiā.

Cynea laus.

Orationis uis.

Cynea dictum

Aduentus Pyrrhi in Italiā.

lianda, quum mira felicitate uersaret populorum animos, fertur Pyrrhus in eum dicere solitus illud Euripidis, Omnia consicrit oratio, uel quae hostile etiam ferrum nequeat. Hic ubi regem ad eam expeditionem summa ope se parare uidit, ab eo familiariter quaesiuisset dicitur. Rogo, inquit, rex, si dii annuerint ut Romanos bello superes, quid his uictis postea agemus? caetera Italia subigenda nobis est, inquit Pyrrhus. Italia uero domita, quid illi ait. Siciliam Pyrrhus respondit meis opibus adiciam. Quid Sicilia uicta? Aphricam & caeteras terras nostrae ditioni subigam. Tum Cyneas, quid quum totum orbem uiceris? Tum ridens Pyrrhus, ocium, inquit, agemus, perpetuaque laetitia epulis mutuoque sermone perfruemur, Tum ille. Quid attinet per labores & pericula ea quaerere, quorum facultas abunde parata est, modo frui uelimus? Turbauit magis his uerbis regem Cyneas, quam a proposito auerit. Sed uterque parum honesta intulit, & rex, qui ocium non beneficentiam, & cultum iustitiae uictori fructum credidit, & Cyneas, qui regem in ocio retinere satius duxit, quam ab iniuria mortalibus inferenda auertere. Paucis igitur diebus interiectis Pyrrhus Cyneam Tarentum misit cum tribus milibus peditum: ipse ratibus & nauigijs omnia fariā ex Tarento, ut Plutarchus scribit, misit (Trogius ab Antigono Demetrii filio naues ad exercitum deportandum traditas autor est) cum tribus equitum milibus, & uiginti peditum, funditoribus & sagittarijs quingentis, elephantibusque uigenis, haud multo post Cyneam est secutus. Tenebatur rex iam medium Ionium, quum subita tempestate dissecta est clasis, nauium aliae in Libycum pelagus, in Italiā oram aliae cursum tenuerunt, regia nauis ad Messapiorum littus deiecta. Pyrrhus cum periculo noctu in terram adnatauit, nec ita multo post Cyneas, cum sua legione ad eum uenit, a quo Tarentum est perductus. Trogius quod ad beluarum numerum attinet (nam hac parte uirium bis Romani uicti sunt) quinqueaginta ait Elephantos Pyrrho in Italiā transmissuros Ptolemæum Macedoniam regem obtulisse in biennij usum, ac supra id auxilij genus, quatuor equitum milia, & quinque peditum ab eo data. Tanta tum Pyrrhi inter reges, aut gratia aut auctoritas fuit, ut quum Europae & Asiae regibus parum conueniret, ipse tanquam magnam momentum futurum utriusque accessisset, aequae sit ab omnibus adiutus. Nec in Aecidarum gente ullus maiore fuit celebritate, post Pyrrhum Achillis filium, na quod ad Achille attinet, omnes Homeri testimonio mortales uirtute bellica superauit. Fuit igitur Pyrrhus quem ille procreauit, Molossici regis autor, qui ex Ilio reuersus paterno principatu per absentiam amisso, in Molosside consedit, a quo regionis incolae Pyrrhidæ primo, ut Trogius scribit, mox Epirotæ nuncupati sunt. Inde Pyrrhus Dodonæi Iouis templum ingressus, ut numen consulere, Anasam Herculis neptem, inde abductam matrimonio recepit, ex qua octo liberos sustulit. Chaoniae deinde parte Heleno ob diuinandi peritiam data, concessaque illi Andromache quam post captum Ilium in partem praedae fuerat sortitus, ipse Delphis ab Oreste infidij exceptus perijt, cui Piales filius in regnum successit. Logo deinde ordine regnatum ad Arisbam, qui casti quodam Athenis liberalibus disciplinis institutus, leges, senatum, & annuos magistratus, & ciuitatis formam suis constituit popularibus, ita ut quemadmodum Pyrrhus regni conditor fuit, ita Arisbas cultiorem posteris uitam tradidit. Plutarchus Thesprotas Molossos & Epirotas eandem putare esse gentem, atque post diluuium in ea terra Phaeontem regnasse existimat, unum ex ijs qui cum Deucalione in Epirum nauigarunt. Alij Deucalionem & Pyrrham ad Dodonæum oraculum profe-

atos, in ea terra subfedisisse autumant, quae Epirus sit postea dicta. Procedente deinde tempore Neoptolemum Achillis filium in his locis regnasse, ex quo & Ianaia quam Cleodis uocant, Pyrrhus & alij liberi orti sunt, a Pyrrho inde ad Tharypam quem Arisbam Trogius uocat, ignobiles & fera barbarie obsecuri in Epiro regnum habuisse dicuntur. Tharypae Alcerem filium fuisse aiunt, Alceræ Arymbam, Arymbæ & Troadis Aeciden, a quo Pyrrhus qui in Italia aduersus Romanos bellauit est genitus. Alij Arisbæ Neoptoleum, & Aeciden filios subijciunt, ex hocque Pyrrhum ipsum genitum, Olympiadem ex illo magni Alexandri matrem, & Alexandrum qui in Lucania perijt. Neoptolemo Aecides frater regno successit, qui bellorum alsiduitate populum fatigando, suorum offensam contraxit, atque extorris regno eiecius, Pyrrhum admodum puerum reliquit, qui & ipse quum patris odio ad necem quaerere retur, furtim subtractus est, & in Illyrios delatus, traditusque est Beroe Glanci regis uxori nutriendus. Erat Beroe & ipsa ex gente Aecidarum. Mirum est ac citra fidem quod Graeci scriptores aiunt in puero euenisse, quum illi qui in periculo infantem subtraxerant ad fluuium, qui iuxta Megaras Macedoniae locum labitur, cursu deuenissent, urgerenturque ab ijs qui ad caedem pueri missi è uestigio sequebantur, ne a percussoribus opprimerentur (nam fluuius transiit uado non poterat) infantem saxo alligatum, seruatorum unum in ulteriore ripam ualidissimmo iactu incolumem emisisse, alij tragula alligatum affirmant, quem Pyrrhi casum uideri potest Maro in Camillam a Metabo patre seruatum transluisse. Glaucus siue misericordia, siue infantilibus blandimentis inductus puerum aduersus Cassandrum Macedoniam regem diu protexit, quem ille sub belli denunciatione sibi ad necem tradi deponerebat, addito huic pietati adoptionis officio, quem Glanci fauorem Epirotæ deinceps secuti, puerum undecim annos natum in regnum restituere, datis illi qui regnum ad adultam usque aetatem tarentur. Tantis inde Pyrrhus est auctus successibus, ut unus omnium regum sit creditus, qui a Tarentinis & socijs Populi Romani uiribus tuto opponeretur. Ipse magni Alexandri laudum aemulus, potius occupandae Italiae consilio, quam ut Tarentinis auxilium ferret, ad id bellum uenisse creditur. Ingenium in eo gloriae cupidum, aspectus non mitis, sed terrificus, pro denti bus osse uno superna gingiuarum parte genitus, quod & Prusias Bithyniae regis filio accidisse proditi est, rimulis in figuram dentium, ossis spatium diuidentibus. Mederi ad haec splene laborantibus dextro pede contactis. Pedis digitus maximus post mortem cremari non potuit. Pyrrhus ubi Tarentum uenit, offensus ciuitatis desidia, gymnasijs & ambulacris, in quibus Tarentini uerbis militabat, clausis acerbisimum habuit delectum. Interea & qui tempestate fuerat dissecti perpauci affuerunt. Ibi rex, etsi caeteros expectare in animo habebat, quia tamen ferebatur Valerium Leuinum consulem Lucaniam populari, cum ijs copijs quas ad manus habuit, in hoste proficiscitur, premisso ad Romanos caduceatore uelent ne se iudice cum Tarentinis de iure causam discernere. Responsum est a consule Po. Ro. neq; Pyrrhum iudice legisse, neq; hoste formidare. Haec ille atque una in Pyrrhum progressus, inter Pandosiam urbem & Heracleam ad Syrim fluuium confedit, a quo & Syris aliquando Heraclea est dicta. Fuit Pandosia Oenotriorum regia, sed Alexandri caede multo insignior facta. Pyrrhus cum Romana castra inspecturus ad Syrim adequitaster, ordinem & formam castrorum procul inuicuit. Hec, inquit, Barbarorum disciplina non est barbara, dein citiore ripa fluminis stationibus firmata, tantisper pugna abstinentum duxit, donec copiarum quae mari dissectae fuerant,

Pyrrhi progenitores.

Pyrrhi infantis discrimina.

Dentes Pyrrhi.

Valerius Leuinus.

Verba Pyrrhi de Ro.

robore circa signa conuulset. Cæterum hæc causa quæ Pyrrhum ad pugnam cunctatorem fecerat, eadem Leuino suadebat, ut prius fortunam experiretur, quam hostium vires auferentur. Fluvium itaque haud uado transire adortus, Græcos qui in aduersa ripa stationem habebant, metu dispulit. Pyrrhus tumultu excitus aciem instrui imperat, ipse cū tribus milibus equitum ad fluvium occurrit, ut hostem uado inhiberet, aut nuper fluuio emersum, & in ripa adhuc tumultuantem, subito turbaret accessu. Vbi igitur eo uentum est, Romanos quæ obiectis clypeis in acie stare uidit, atque equitatum omnem in cornua reiectum, primus omnium, uirtutē animi ac robur corporis ostentaturus in aduersam aciem irruit, statimque sublato utrinque clamore atrox est prælium initum. Ferire Pyrrhus hostem, atque unā suos exemplo & uerbis hortari, quum Epaculus Ferentanus præfectus infesto telo regem in uasit, atque traiecit equo ad terram deiecit. Hic celeris uocis occurrit defensus in alium recentem equum subito conscendit, præsentis periculo cautior factus, sed ad pugnam nihilo segnior, fuit Epaculus uirtus infelix, suffosso equo ad terram deuolutus, hostilibus armis iacens obrutus est multisque uulneribus confectus. Iam equestrīs acies Pyrrho minus ac minus constare cœperat, quum phalange hostibus obiecta, pugnam exæquauit: ibi Pyrrhus regijs insignibus depositis, gregarij militis habitu se ornat, ut cautius in media pugnaret acie, atque ita in cognis in aduersum Romanorum agmen irruit. Patum abfuit quin error ille uictoriam Romanis dederit. Ignobilis quidam Epiroticum militem pro rege adortus ad terram deiecit, deiectum spoliat. Chlamidem inde & cætera insignia clamitans suis ostentat, Pyrrhum à se interfectum quum alijs passim, tum consuli affirmat. Fecit res ipsa fidem conspectis spolijs, ingens que alacritas est Romanis orta. Hostes contra dolor & metus occupat, fuissetque statim acies in fugam uersa, nisi nudato capite rex sese uiuere inter suos alta uoce testatus esset. Septies utrumque agmen alterum pepulit, toties que retro pulsum abijt, postremo Romanorum equis infueto Elephantorū odore, & aspectu territis (nam tum primum Romani Elephantes uiderant) primo stupor equites incelsit, inde pauor & trepidatio ingessecuta est: ut qui ubique uincere consueuerunt, in ostrosa beluarum magnitudo uicoris. Pyrrhus labantem Romanorum aciem intuitus, Theffalos equites in Romanas alas metu percussas immitit. Tum cæde & strage multa aperta fuga inclinauit. Dionysius ad xvi. milia Romanorum eo prælio cæsa scripsit: nec Pyrrho gratuita contigit uictoria xiiij. milibus hominum, ut idem autor prodidit, acie amisissis. Hieronymus, Plutarcho autore vij. milia Romanorum & quatuor hostium desiderata eo die credit, Pyrrhus postridie Romanis castris potitus, que noctu fuerant à consule deserta, spolia ex cæso hoste legit, ibi acientium Romanorum uulnera trucisque uultus secum miratus, omnium se gētium breui dominum futurum dixit, si tales esset milites sortitus. Multis inde ciuitatibus in fide receptis, iunctis que sibi Brutijs Samnitibus & Lucanis, qui iam antea à Romanis defecerant, Romam ire pergit, Campaniam que foede populata, Præneste ulque progressus ad decimum octauum lapidem ab urbe, ut Eutropius scribit, castra fecit. Trogus autor est ccc. stadia ab urbe metatum, inde ueritus ne ab hoste circumueniretur (nam Romanus consul non multo post sequebatur) in Campaniam decelsit, quo legati ad illum uenisse dicuntur, ut captiuos redimerent. Ibi que rex testatus se certare cum po. Ro. de gloria & imperio (ut Ennius præclare scripsit) non mangonum more negociari, captiuos sine præcio restituit, qui mille & octingenti numero fuisse traduntur. Tro-

Coccurrit ad Syrium fluvium

Cælorum numerus.

Pyrrhus Romam adit.

Captiuorum numerus.

agus ducetos gratis po. Romano redditis ait. Erantque res Romanæ in hoc statu, cum Mago dux Carthaginiensium cum cxx. nauium classe ex fœdere in auxilium Romanorum uenit. Is curiam ingressus ægre Carthaginienses ferre dixit, quod bellum in Italia à peregrino rege illatum haberent, missum que se ob eam causam, ut focios auxilio iuuaret. Gratia actæ sunt Carthaginiensibus à senatu. Sed Mago punico ingenio, haud multo post quasi futuræ pacis autor, Pyrrhum adiit, coram speculaturus quæ consilia de Sicilia inuadenda agerent. Constat fama erat illum in Sicilia accersi, atque ea de causa ut regem Italico bello remoraretur, potius quam quod Romanis consultum uellet, clasis fuerat à Carthaginiensibus in Italiam missa. Fabritius interea homo singulari continentia, ad Pyrrhum ut Trogus scribit publico nomine uenit, de pace cum eo acturus. Plutarchus, pace à Pyrrho per Cyneam prius tentata, Fabritium ait ad regem uenisse non de pace acturum, sed ut captiuos redimeret, à qua opinione ne omnino abhorrerem, ea res fecit quod Pyrrhus, ut credere par est, in Siciliam transfreturus, Romanum bellum quo quo modo compositum uoluisset. Illud inter omnes constat, regem ob famam inter ipsos etiam hostes de Fabritio receptam experiri uoluisset, an illius animum posset auro & muneribus corrumpere. Quarta sui regni partem ei conditione pollicitus est, si secum militare uellet. Sed similis uero est quod Plutarchus meminit, quod fama & celebritate uiri Pyrrhus adductus, hospitium cum eo inire uoluit, obtuleratque ob eam rem seorsum abducto tunc auri ingentem, quo constantem repudiatur, sed ut Pyrrho uia inita, ad constantiam hominis exploranda. Postridie per speciem colloquij Fabritium secretorem in locum traxit, ubi post aulam maximus omnium elephatorum, qui in castris erant, de industria latebat. Hic sermone uix bene instituto, secundum aulai casum ingenti stridore belua Fabritij caput proboscide percussit, ad quem istum nihil uir Romanus exterritus, placide Pyrrhum respiciens: Neque heri, inquit, Rex tuum aurum me mouit, neque hodie belua. Inde regia cœnæ adhibitus, quum Cyneas quædam de Epicuro dissereret, qui hominem à cura reipublicæ submoueret, tanquam uoluptatis, cuius erat assertor, corruptrice, prædicaretque omnia esse uoluptatis causa facienda, Fabritius palam optasse fertur, ut eam diu mentem Pyrrho darent, & Samnitibus quam diu essent cum Romanis bellaturi. Quum per hæc ille regem & alios in sui admirationem uertisset, Romam est dimissus, cumque eo Cyneam à Pyrrho missum quidam scribunt, ut coram ibi de pace ageret. Verum siue tunc, siue prius ille Romam profectus est, nam utrumque traditur, multa à rege munera secum attulit. Sed nulla ei domus (quod uix, in hac auri fame qua hodie laboratur, fidem inueniat) inferre uolenti patuit. Adeo tunc par continentia studium omnibus fuit. Inclinabant tamen omnium animi ad pacem, cuius cupidus erat Pyrrhus ob Siculam expeditionem, quam animo agitabat. Romani & ipsi graui prælio uicti, ueriti ne maius aliquod discrimen respub. adiret, à pace nihil abhorrebant. Sed quum ea adhuc consultatio teneret, Appius ille Claudius, qui post censuram captus fuerat luminibus, lætica in curiam delatus, ubi dicturus sententiam stetit, silentio inter patres facto ob tanti uiri auctoritatem, sic orsus dicitur. Dolebam, inquit, antea patres conscripti, quod in hanc oculorum cæcitate incidissem, at nunc uehementer doleo, quod non sum & auribus priuatus, ne turpissimas sententias, quæ urbis nostræ gloriam subuertunt, audirem. Mox his repente illatis, que postea Ennius carmine est complexus. Quo subita & dementi ruitina, inquit, patres conscripti, flexerunt mentes illæ quæ

Fabritius.

Pyrrhus Fabritium auro corrumperet tentat.

Cyneas Romam mittitur.

Appij oratio ad patres.

quæ uobis antea steterant? Vbi illa uerborum iactantia, quæ in ore omnium nuper erat? si Macedo ille Alexander orientis domitor in Italiam uenisset, essetque cum nostris patribus, aut nobiscum acie congestus, euenire oportuisset, ut aut morte, aut turpi fuga maiorem gloriam maiusque nomen huic urbi relinqueret. Sed quàm per deum nunc diuersi ab ea uerborum iactantia abitis. Chaones & Molossos, qui semper Macedonibus prædæ fuerunt, & Pyrrhum eorum regem formidatis, quem unus ex Alexandri satellitibus regno expulit, & nunc non magis Tarentinis auxiliaturus, quàm ut domesticos hostes fugeret, in Italiam transtulit, ausus profiteri se Italiam subacturum, qui exiguum Macedoniae partem mercede adeptus tueri non potuit. Quod si turpi pace bellum cum eo solutis, non tam ille erit amicus factus, quàm alij externi reges, uelut illecebra quadam, inuitantur ad Romanum nomē bello lacessendum. Et quod omnium turpissimum sit, abijt Pyrrhus non modo impune ferens quæ per iniuriam nobis intulit, sed accepta etiam mercede autor erit fœderis cum Samnitibus & Tarentinis recipiendi. Mouit hæc Appij oratio uniuersum ordinem, animisque ad belli studium reuocatis, ita est Cyneæ responsionum. Oportere Pyrrhum prius Italia excedere, inde si uellet cum Po. Ro. de societate & amicitia ageret. Cyneas ad regē reuersus dixisse fertur, se Romæ multorum regum consellum non senatum uidisse. Alij dicunt à Pyrrho interrogatum, qualis ac quanta hostium ciuitas illi uisa esset, regum non priuatorum hominum conuentum responderit se Romam arbitrari. Nec ita multo post C. Fabritius & Q. Æmylius consules facti, quum in castris essent, occulte epistola à Timochare Pyrrhi medico est illis reddita, qua regem se ueneno sublaturum pollicebatur, si dignum sibi præmium proponeretur. Valerius Antias eum furtim ad consules uenisse prodidit, ramque à consilibus ad patres delatam, atque publice legatos ex urbe ad regem missos qui eum commonerent, ut ab insidijs suorum caueret, nulla Timocharis interim mentione apud regē facta. Claudius Quadrigarius non Timocharem, sed Niceam id pollicitum prodidit, neque legatos à senatu missos, sed literas à consilibus ad Pyrrhum regem in hanc sententiam datas. Fabritius & Æmylius consules Pyrrho regi salutem dicunt. Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenui tecum inimiciter bellare studemus, sed communis exempli & huius uisum est, ut te saluum uelimus, ut esset quem armis uincere possemus. Venit ad nos Niceas familiaris tuus, qui sibi precium à nobis peteret, si te clam interfecisset, id nos negauimus uelle, neue ob eam rem quicquam commodi expectaret, & simul uisum est, ut te certiore faceremus, ne quid eiusmodi si accidisset, nostro consilio ciuitates factum putarent, & quod nobis non placet, Romanos precio, aut præmio, aut dolis pugnare, tu nisi caueas iacebis. Plutarchus breuiore exemplo literas non nihil ab illis diuerso daras retulit, C. Fabritius & Q. Æmylius consules Pyrrho regi salutem. Neque amicorum, neque hostium fortunatus æstimator nobis esse uideris, quum hanc epistolam ad nos missam legeris, tum satis cognosces te bonis quidem & iustis uiris bellum inferre, malis uero & iniustis confidere. Hæc autem non tui gratia tibi significamus, sed ne mors tua calamitiam afferat, quasi uirtute nequiremus, te dolo superare contenderimus. Pyrrhus his literis lectis, medicum sceleris conuictum merito supplicio affectit, captiuos que sine precio ut beneficij id hostientum esset, Populo Romano restituit, ac tum demum iterum de pace acturum Cyneam Romam missum Plutarchus scribit. Vnde quum ille responsum nihilo pacatis retulisset, rex bellum executus apud Asculum cum P. Sulpitio, & Decio consilibus iterum congressus,

Consules. Timochares medicus.

quia locorum difficultate elephantis impetum capere nequiuissent, accipiti marte ad noctem dimicauit, ac triduo post acie æquioribus locis instructa, iaculatoribus que inter beluas conflutis, toto simul agmine in Romanos incubuit, qui locorum difficultate nihil adiuti, diu tamen conseruatum prælium sustinuerunt, demum ea parte qua rex suos in pugnam urgebat, Romana acies pulsa est. Sed nihil æque fugam fecit, ac beluarum impetus ad quas inhibendas nullam adhuc Romani artem commenti, uelut turbinem & procellam quandam commenti, cursum declinauerunt. Castra quo fuga inclinauerat, frenuè sunt retenta. Hieronymus sex Romanorum milia eo prælio cecidisse prodidit. Dionysius ne bis quidem ad Asculum dimicatum scribit, nec Romanos uictos, unius interim prælij mentione facta, quod noctis interuentu decerni nequiuissent. Pyrrhi brachio transfixo cecidisse utrinque supra quindecim milia hominum. Nec Pyrrhum acceptam eo prælio cladem dissimulasse aiunt, qui in recognoscendo post pugnam exercitu dixerit, Periuimus haud dubie si sic Romanos iterum uicerimus, maxima militum parte, quos secū aduexerat, duobus prælijs consumpta, & cum his omnibus ferè ducibus, atque fortissimo quoque, nec domi erant quos inde accerseret in Italiam. Contra Romani, assiduis supplementis, nullum uidebantur sentire detrimentum. His ille difficultatibus circumuentus, in nouas rursus spes incidit, hinc Siculis identidem cum aduersus Carthaginienses & Tyrannos accersentibus, inde ex Græcia literis & nuncijs significatibus, Ptolemæum, qui Seleuco insidijs oppresso Macedoniae regnum inuaserat, uictum prælio à Gallis mortem occubuisse. Enimuero immensa uis Gallorum bipertito ex Gallia uno tempore profecta traditur, ad trecenta milia fuisse dicuntur. Pars una Breinni ductu urbem Romam cepit & incendit. Altera Hernicis saltus transgressa, per Illyricum in Pannoniam penetravit, atque terra ipsa armis subacta diu haud unius regni opibus contenti, cum finitimis uario euentu bellarunt. Multis inde successibus, alijs super alios elati, duplici iterum agmine digressi, pars hæc Græciam, illa Macedonia inuasit. Tantis interim erat Gallici nominis terror, quorum arma uelut procella quædam omnia sine discrimine proculcabat, ut reges nondum lacesciti, ingenti pecunia pacem ab ea gente mercarentur. Solus Ptolemæus qui Macedoniae regnum scelere quæsitum obtinebat, Gallorum aduentum intrepidus audiuit, tanquam belua nihilo difficilius quàm scelera parrarentur, paritiorum furijs agitata Barbaro occurrere est ausus. Ille quum aliquandiu bellum cum Antigono Demetrii filio gessisset, eo uel pulso, cum Antiocho pacem firmavit. Pyrrhum aliquanto antea sibi affinitate deuinxerat, ei filia in matrimonium data: Externoque per hæc metu deposito animo ad domesticæ sceleris conuersionem, primoque Arfinoè sorori suæ insidiatus, filios quos illa ex Lyfimacho fuerat enixa sustulit, ipsamque Cassandriæ urbis possessionem priuauit. Quod scelus, ut aliquanto commodius conficeret, sororis nuptias primo ambire cœpit. Abnuere Arfinoè id matrimonium, ut quæ nullam fratris haberet fidem, magis filijs quàm sibi timēs: cum quibus se illa in Cassandria urbe continebat. Demum ultimis execrationibus apud simulacra & puluina deorum interpositis, syncera fide ipsius nuptias sibi deposcere, uelle se cum filijs eius regni consorti iungere, ipsamque reginam appellare, neque se aliam uxorem, neque alios liberos, quàm ex ea sublaturū. Arfinoè in spem magni connubij futuræque cœcordiæ adducta, cum fratre uenit in colloquium, ibi quum Ptolemæi uultus & blandientes oculi, non minorē fidē quàm iusurandum pollicerent, frustra filio identidem reclamante, matræque fratrem fraudis admonere, nuptias

Bis paucis diebus pugnatū. Ad Asculum ita cum Ro. dimicant.

Gallorum furia cessis.

Gallorum terror.

Ptolemæi fraus erga Arfinoè sororem.

nuptiæ regali apparatu multaque læticia celebrantur. Ptolemæus uocato ad concionem exercitū, sororis capiti diadema imponit, ipsamque reginā appellabat, quo nomine in læticiam effusa, quia appellationem, quam morte prioris mariti amiserat, receperat, ultro uirum in urbem suam Cassandriam inuitat, cuius potiundæ cupiditate, omnia dolo malo à rege fiebant. Prægressa igitur Arsinoe diem festū ubi in fratris & mariti aduentum indicit, domos, templa, uias, festa iubet fronde exornari, aras passimque hostias disponi, filiosque adhæc Lysimachum sexdecim annos natum, Philippum triennio minorē, utriusque forma insignem, coronatos, auunculo eidemque & uirrico, iubet ire obuiam. Eos Ptolemæus ad celandā fraudē, multa hilaritate cōplexus, diu osculis fatigat, mox urbem ingressus arcam illico occupari iubet, puerosque unā interfici, qui cum ad matrem uisus percussoribus cōfugissent, in eius gremio & complexu obruncati sunt. Arsinoe interim proclamante, quod tantum nefas nubedo, aut post nuptias contraxisset, suumque corpus percussoribus obijciente, ut filios protegeret. His igitur crudeliter interfectis, ipsa conscissa ueste duabus dūtaxat ancillis comitata, in Samothraciam concessit eo miserior quod cum filijs mori non licuisset. Furia igitur domesticorum scelerum ultricibus Gallorum copijs infandum caput obiecere, quod ut stultius periret xx. Dardanorum milia per legatos in auxilium missa repudiavit, actum de Macedonia dicens, si quum totum orientem eius terræ uiri domuissent, Dardanorum ope ad se tuendos indigeret. Habere se filios eorum, qui cum Alexandro maiorem terrarum partem armis subegissent. Quæ ubi Dardanorum regi nunciata sunt dixisse fertur, Macedoniæ regnum immaturi iuuenis temeritate casurum. Venerunt interim à Belgio Gallorum duce legati ad Ptolemæum pacem pollicentes, si eam certo auri pondere redimeret. Tum ille, audientibus legatis, testatus est metu percussos pacem à se petere, quam se Gallis haud quidem darurum respondit, nisi armis traditis suos sibi regulos obfides dedissent. Riserunt Galli uanam hominis fiduciam, paucisque in teriectis diebus commisso prælio, Ptolemæus multis uulneribus confossus uiuus capitur. Ipsius inde caput busto ademprum atque hausta affixum Galli tota acie ad hostium terrorem circumferunt. Macedones & ipsi ad unum propemodum caesi, si qui pugnare uoluerunt eos præceps fuga seruauit: fama acceptæ cladis adeo Macedoniam perculit ut passim portæ urbium sint clausæ. Dolebant simul interfectorum uicem, simulque nunc Philippi, nunc Alexandri nomen, cum steru & suspensis inuocabant, miserantque una afflictam totius gentis fortunam, ut Macedones qui rerum gestarum gloria nuper celo proximi accelsissent, omni præsidio spoliati, barbaris futuræ prædæ relicti essent. Ceteris igitur desperantibus, unus Sosthenes reperitus est qui non lacrymis & precibus agendum ratus, contracta iuuentute, Gallos uictoria exultantes non solum sustinuit, sed Macedonia etiam finibus expulsi, quæ res effectit, ut quum multi Ptolemæo sublato regnum ambirent, cæteris posthabitis, magno totius exercitus consensu, rex sit Sosthenes appellatus. Sed dum hæc in Macedonia geruntur, Brennus cuius ductu in Græciam se alterum Gallorum agmen effuderat, audita suorum uictoria, indignatus quod temere prouinciam omnium fere gentium spolijs onustam uictores reliquissent, cum centū quinquaginta milibus peditum & equitum xv. milibus Macedonia rumultuose irrumpit, cui Sosthenes cum modica manu occurrit. Tum uero facile pauci à pluribus, trepidi à potentibus uicti, intra mœnia compelluntur. Brennus totam Macedoniam late populatus, inde quasi hominum spolia forderent, ad res sacras

diripiendas conuertit animum, deos disertans largiri hominibus oportere. Delphos igitur raptim ducit agmē Apollinis templum spoliaturus. Fuit illud in Parnasi parte constitutum, rupibus & scopulis pene undique impendentibus. Ibi ciuitatem frequentia hominum ea tempestate fecerat, quum ad affirmationem maiestatis undique currentes in eo saxo confedissent: templum ciuitatemque non muri, sed præcipitia defendebant. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, exigua erat planities, & in ea profundum terræ foramē, quod ad oracula patebat, ex quo frigidus spiritus uel quadam uelut uento, in sublime expulsi, in furorem & amentias afflatis uirgines uertebat. Impulsæ Pythiæ fatidico hauitu secreta fatorum promere. Multa hic ueterū recentiorumque regum congesta erant donaria, quæ Brennus direpturus, non nihil ubi templum in conspectu habuit, deliberabūds sterit, immitteret militem confestim in prædam, an festum itinere ad radicē montis nocturna quiete reficeret. Eurydamus & Theſsalonus, qui spe prædæ se Barbaris iunxerant, tollēdam esse moram censent, dum hostes imparati adhuc essent, subitusque accessus terrori esset propugnatoribus, interiecta nocte, & animos hostibus & auxilia accessura. Hæc illi, sed Galli ex longa inopia rerum omnium opulentiam passim totis agris adepti, licentiosius per agros dispalati, in prædam uertuntur, ac procul à signis digressi, pro uictoribus euagantur, ea res saluti fuit Delphijs, qui finitimorum auxilijs noctu adacti, prius urbem firmo præsidio munire quam eam Galli oppugnare sint adorti. Habebat Brennus (Idem enim nomen huic quoque fuisse reperio, cuius ductu tum res gerebatur, quod & illi qui cum diuersa Gallorum manu Romanos olim ad Alliam uicit) ex omni exercitu lecta, quinque & lx. peditum milia, Delphij cum appendicibus sociorum circiter quatuor milia fuerunt: tum Barbarus ad suorum animos accendendos quadrigas plurimas quas puro auro fufas esse credi uolebat, & alia præclara signa ex subiecta planitie militibus ostentat, uictoribus prædæ futura affirmans, suos in aduersum montem immittit. Contra Delphij multa uirescunt, Gallosque per scopulos & saxa ardua in summū nitentes omni genere telorū obruunt. In hoc partiu certamine templi antistes, et Pythiæ cum eo, sparsis crinibus insignibusque & infulis pauidæ in primâ pugnantū acie procurrunt, deū adesse clamitantes, uictisq; eum desilientē in templum per aperta culminis fastigia, inde quū omnes opem dei suppliciter implorassent, uisum à se iuuenem, supra humanū modū insigni pulchritudine, comitesque illi duas uirgines armis instructas ex propinquis duabus ædibus, Dianæ & Mineruæ occurrisse, nec oculis hæc tantum à se uisa, sed auditū etiā stridorē arcuū, ac strepitum armorū, ne proinde cunctarentur dijs antesignanis hostem prosternere, uictoriæque deorum se socios adiungerent. His malorum dæmonum præstigijs, aut sacerdotum potius mendacio, propugnatores accensū certatim in pugnam profiliunt. Fama est subito motu terræ partē montis abscissam, in densos Gallorum cuneos cum strage & ruina multa incidisse, secutam inde fœdam tempestatem, grandinem fulminibus mixtam, quæ magnam exercitus partem consumpsit. Brennus quum inexpectatæ cladis dolore ferre non posset, sibi manum intulit: ad decem milia quæ ex ea strage emerferant, alij fame, gelu, peruigilio, alij quū per loca passim sacrilegijs infesta fugerent, ferro perire, ut nemo qui cladem nunciaret, ex tanto numero exercitu, superfuisse credatur. Nec ita multo post altera Gallorum manus, quæ à Brenno in Græciam profecturo, ad Pannoniæ fines tuendos relicta fuerat, ne soli desides uiderentur cum quindécim milibus peditum, & tribus equitū, domo profecti,

Brennus Delphos agmen ducit.

Antrum Fatidicum.

Brenni copia.

Oppugnatio Delphij.

Dæmonum præstigia.

Gallorum & Brenni regis interitum.

fecti, Geras & Triballos prælio superant. Dein Macedonia inminentes legatos ad Antigonum Demetrii mittunt (nā Sosthenes uix triennio regnauerat) qui uenalem illi pacem offerrent. Legati magno auri apparatu in castris ab Antigono excepti, ubi domum uenere auctores suis fuerunt, ut castra auro & argento referta, nullis munitionibus firmata, subito accessu occuparent. Galli haud leui illecebra adducti, noctu hostem opprimere constituunt. Præsentit Antigonus Gallorum consilia, darque suis signum, ut preciosissimis quibusque rebus sublatis in proximam syluam sub noctem concederent, ibique intēti in omnem occasionem frarent. Galli deserta castra intuiti, mirari primo solitudinem, inde & insidias ueriti, non nihil ab irruptione abstinerunt. Fuga deinceps hostium certius explorata, in prædam discurrunt, direptis castris, ut & naues diriperent, ad littus contendunt. Hic dum incautus uersantur prædæ intenti, à nautis & parte exercitus, quæ eo ex castris sese receperat, uelut insidijs excepti, in medio cæduntur, fuitque Gallorum cædes adeo ingens, ut pacem Antigono, non solum ab ea gente, sed à finitimis quoque eiusdem feritatis, in posterum præstitit. Fuit ea tempestate tanta Gallorum fœcūditas, ut maiorem Asiæ partē incredibili multitudine impleuerit, nemoque Afaricorum regum, sine Gallicis auxilijs bellaret, neque regno pulsi ad alios quam ad Gallos confugerent. Tantus terror erat Gallici nominis, siue armorum felicitas, ut nemo maiestatem suam tutam sine talibus auxilijs crederet, quo contigit, ut à Bythinia rege in auxilium uocati, cum eo post uictoriam regnum partiti sint. Terra quam mercede tenuerunt Gallogræcia appellata est. Polybius, quod ad Delphicam expeditionem attinet, existimare uidetur, biennio priusquam Pyrrhus in Italiā traiecit, Brennum cum suo exercitu Delphis extinctum. Trogus & Plutarchus, sub id tēpus, quo Pyrrhus in Siciliam bellum transtulit. De quo, ut certius omnia dicantur, altior est nobis de statu insule in situ edus sermo. Euerſo iunioris Dionysij principatu interquieuit non nihil res Syracusana, libertasque à Timoleonte restituta, inter spem & metum plures est annos retenta. Cæterum quum externa uim formidarent Syracusani, in domesticam inciderunt. Agathocles homo in Sicilia fordido loco natus, & qui nihil honestiorem pueritiam, quam domesticos natales habuit, Syracusarum & uniuersæ insulæ tyrannidem occupauit. Fuit in insigni forma, & pulchritudine corporis egregia, diuque uitam egit stupri patientia. Vbi uero per ætatem adoleuit, libidinem à uiris ad fœminas transtulit, mox eo scelerum processit, ut iam utroque sexu infamis uitam latrocinio mutauerit. Interiecto deinde tempore quum Syracusas uenisset diu sine fide, mox gregarius miles fuit. Idem quum & manu esset & lingua promptus, breui centurio, deinde tribunus est factus. Ætneo deinceps bello quum clarum uirtutis experimentum in omnium militum conspectu deposuisset, magnamque de se spem ciuibus fecisset suis, in Damalconis ducis fato defuncti locum magno est omnium consensu susceptus, cuius uxorē adulterio cognitam, post illius mortem in matrimonium recepit, nec presentis successu contentus piraticam exercuit. Inde Syracusanorum libertatem opprimere adortus, frustratus incepto, in exilium agit. Murgantini, apud quos exulabat, in Syracusanorum inuidiam, quos insensē oderant, prætozem primo inde ducem declarant, quo bello Leontinis uicinis, Syracusas obsidione cingit. Syracusani ab Hamilchare Pœnorum duce auxilium implorant. His est ad id tempus Carthaginensium hostes fuerant, miser tamen Pœnus auxilia, atque ira accidit ut uno tempore Syracusæ ab hoste defensæ sint, & à ciue hostili odio oppugnata: ibi Agathocles cum cerneret ut

Antigoni consilium.

Gallorum cædes.

Gallorum nomen.

Gallogræcia.

Siciliæ status.

Agathocles Syracusanus.

Agathocles in exilium.

ber fortius defendi, quam ut expugnari à se posset, Hamilcharem per internuncium precatur: ut intreret se & Syracusanos pacis arbitrium suscipiat, peculiaris sui obsequia in ipsum reprobmittens. Hamilchare ratus fore, ut per Agathoclem ipse multo potentior in Sicilia fieret, cum eo societatem iungit, ac quanto ille aduersus Syracusanos potentior fieret, tanto sibi & alijs Punicis imperatoribus maior gerendarū rerum facultas in insula pararetur. Agathocli nō solum pacem & reditum in urbem cōfecit, sed ut prætor etiam à Syracusanis designaretur autor exciuit. Hic ille expositis ignibus cæreis tactisque in obsequia Carthaginensium iurat, acceptisque ab Hamilchare quinque milibus Aphrorum ex principibus ciuitatis potentissimum quemque interficit. Inde uelut reipublicæ statum reformaturus, populum in theatru ad concionem uocat. Interea senatum, quem aliquanto antea in gymnasium accesserat, militibus trucidandum obiecit. Hacque peracta cede ex plebeijs nobiliores quosdam, linguaque & manu promptiores, occidit. Quibus ita gestis, conscripto exercitu, finitimas urbes inopinato bello aggreditur, sociasque interim Carthaginensium ciuitates, permittente Pœno, omnibus iniurijs uexat. Sociorum querelæ Carthaginem delatæ, magis Agathoclis iniuriā, quam Hamilcharis perfidiam inculabant, illum ut tyrannum & ad insulæ principatum anhelantem, hunc non Syracusanorum modo, sed sociorum etiam proditorē, breuique futurum nunciabant, fœdum illud incendiu Hamilcharis culpa constatum, quo tota Sicilia arderet, ipsa Libyci maris uastitas cohibere non posset, quin & Africam corripere. His sociorum querelis senatus ira accensus, tacito Hamilcharem Pœnolis damnat, ueritus credo illius potentiam, quod exercitū adhuc præficeret, & cum Agathocle sentire credebatur. Suffragijs in urnam cōiectis, nō placuit prius decretum recitari, quam ille priuatus Carthaginem uenisset. Sed id iudicium mors Hamilcharis præuenit, liberatusque est fati munere, quæ ciues tacito iudicio morti destinauerant. Atque ea res materiam Agathocli præbuit bellum Carthaginensibus inferendi, quod in suam inuidiam Pœnnum ducē scierat à suis præiudicio damnatum. Congressus itaque cum altero Hamilchare Gisgonis filio, qui cum nouo exercitu in Siciliam uenerat, tyrannus prælio uictus Syracusas concessit. Nec multo post reparato bello nihilo meliore fortuna cum Pœno conflixit. Hamilchar tyranni opibus duplici prælio fractis Syracusas obsidet. Hic Agathocles quū neque hosti, neque ad ferendā obsidionē satis instructus, iam enim & sociæ ciuitates ab eo defecerant, bellum in Africā transtulit, rem ausus, quam ne uictor quidem alius temere audere debuisset, ut qui in sua urbe impar esset hostibus, alienam bello adoriretur, & quū domestica tueri nō posset, peregrina armis inuaderet, uictoribusque uictus insultaret. Magna fuit talis cōsilijs fiducia, sed nō minor industria in re pertinaciter occultanda, Agathocle cum nullo destinatu facinus cōmunicante. Tantū Syracusanos pro cōcione horratus dicitur, ut obsidionē fortiter ferrent, breui futurū, ut Carthaginenses, Syracusas relicti, de suorum rerum statu solliciti essent. Firmaret ipsi animū in breue tempus ad ferendam obsidionem: si qui uero essent, quibus præsentis fortunæ conditio displiceret, facturū se illis liberam quo uellent abeundi potestatem. Mille & sexcentū reperti sunt, qui tyranni permissu, solum uertent, cæteros ipse præsidio & comiteu instruit. Mox seruos militaris ætatis libertate donatos, pari ingenuorum numero, in naues occulte imponit. Hic merito aliquis miretur, quod Syracusani, tam aduerso Agathoclis tempore, aut militiam non detestantur, aut qui in urbe relicti sunt, ad hostem eo absente non defecerint. Ego (quando rem alij silentio prætereunt) cōiectura ad ducor,

Agathoclis crudelitas.

Damnatus Hamilchar.

Obsidetur Agathocles. Ferox Agathoclis consilium.

ducor, Syracusanorum odium in Carthaginienses omnia tyranno domi forisque ruta praestitisse, ut seuisimo tyranno seruire maluerint, quam ab ijs uinci, cum quibus de Siciliae principatu diu armis disceptassent. Septimo itaque sui principatus anno duobus adultis filiis comitatibus, Agatharcho & Heraclida, ipsis quoque ignaris quo cursu intederetur, in Africam Agathocles nauigauit, quum uulgo crederetur in Sardiniam, aut alio procul Carthagine exercitum deportari. Postea uero quam in Lybico stetit litore, tu paucis uisus affatus, in quo discrimine res Syracusana sita esset ostendit, cui seruandae unum duntaxat relictum esse remedium, ut in hostes a se uerterent mala, quae ipsi paterentur, aliter domi, aliter foris bella tractari. Latiore uiam ad uictoriam in hostico esse, quam in proprio solo. Domi eas uires esse quas patria subministrat, foris ipsum uisus hostem uiribus uinci, deficientibus socijs & diuturni imperij odio externa auxilia circumspectantibus. Accedere ad eam spem quod Africæ urbes non muris cinctæ, non in montibus sitæ essent, sed in planis & humilibus locis, sine munitionibus, uillas & uicos iacere, quæ excidij metu facile ad belli societatem pellantur. Maius bellum ex Africâ quam ex Sicilia Pœnis exarsurum, coituraque undiq; auxilia aduersus unam urbem nomine multo ampliore quam opibus, & quas non attulerit uires inde sibi desumpturum, nec in subita Pœnorum confertatione modicum uictoriae momentum fore, quibus tam hostium audacia, quam uillorum incendia, uicorum & urbium direptiones, ex improviso sint oculis occurruræ. Addere his Carthaginiensium obfidionem, quibus hostes haud multo post intelligerent non Pœnis solum in alios bella parere, sed alijs quoque in Pœnos. Nec eos in Syracusanorum obfidione moraturos, ubi sua oppugnari sensissent. Nullum unquam bellum facilius gestu, nec ex alia provincia uberiorem praedam sperari potuisse, si capta Carthagine omnis Africâ Siciliaque uictoriae praemium proponeretur. Gloriam praeterea tantam ex eo bello asfuturam, ut nulla obliuio pulchri esset facinoris memoriam abolitura, ut ad posteros ferretur Syracusanos solos mortalium bella, quæ domi ferre non poterant, ad hostes transulisse, utroque uictores persequi ausos, obsefforesque urbis suæ obdidisse. Quantum hec oratio animorum militibus attulit, tantum prodigium, quod inter eundem illis occurrerat, occulte adimebat. Altum adhuc tenentibus sol defecerat, quod prodigium satis arguta interpretatione ad hostium excidium pertinere dixit Agathocles, quia non ante profectioem id accidisset, sed ubi bellum Africæ, ex alto intendi occurrisset. Naturalium siderum defectum semper praesentium rerum statum mutare. Haud dubie florentibus Carthaginiensium rebus, suisque iam dudum iacentibus, mutationem significari. Hisque persuasionibus exercitum in spem bene gerendæ rei erectum, simul in litore exponit, & naues omnibus uolentibus iussit incendi, ut nemo esset qui in fuga spem repositam haberet. Inde Africam ingressi, quum passim uillas & uicos incenderent. Hanno dux cum triginta milibus armatorum factus est illis obuius, commisso praelio egregie Agathocles uicit. Hanno cæteris fuga dissipatis cum tribus milibus acie perijt. Tyrannus praesenti successu elatus, multo latius Libyâ populatur, ad quinque milia passuum castra à Carthagine locat, inde suburbanas uillas & praedia amoenissima passim populari, diripere, incendio absumere. Admiratio primo stuporque ciuitates incessit, quid esset quod Carthaginiensium opes eo breui recidissent, ut ab ijs qui pro uictis habebantur ad excidium premerentur. Contemptus inde, ut fit, studio nouarum rerum animos ad defectionem accendit, ut breui urbes nobilissimæ ad Agathoclem de-

Agathocles in Africâ transfertur.

Agathocles successus.

fecerint, frumento & stipendio uictorem profecturæ. Accessit his malis uelut ærumnarum cumulus, exercitus per eos dies in Sicilia deletus, siquidem post Agathoclis discessum Pœni segniores facti, ab Antandro regis Agathoclis fratre subita eruptione oppressi nunciabantur. Cuius recentioris cladis fama, non tributarias tantum urbes, sed socios etiam reges à Carthaginiensibus alienauit, amicitiae iura non fide, sed successu pensitantes. Fuitque in his Offellus Cyrenarum rex, qui spe improba totius Africæ potiundæ, cum Agathocle per legatos societatem iunxit, cum eo pactus ut Carthaginiensibus uictis sibi regnum Africæ cederet. Cum ingenti igitur exercitu in castra ad tyrannum uenit, eiusque filium adoptauit. Tyrannus Offellam cenæ adhibitu obruncat, eiusque exercitum morte regis confertatim occupat, atque uiribus nouo scelere auctis, iterum cum Carthaginiensibus configit, fuitque recentior hec pugna Carthaginiensibus non minus quam prior luctuosa, tanta desperatio, ob rem male gestam, Pœnorum animos inuasit, ut nisi in Agathoclis exercitu seditio orta esset, transiret ad eum fuerit Bomilchar, qui tum exercitum ductabat, cuius nefarij consilij postea conuictus, in medio foro à suis est patibulo affixus, ut is locus monumentum eius supplicij esset, qui ornatum ante fuerat honorum. Sed magno Bomilchar animo atrox supplicium tulit, medio seatur cruciatu uelut è tribunali concionabundus publicæ ingratiitudinis exempla collegisse, nunc illis Hannonem obiectans falso affectati regni crimine circumuentum, nunc Gilgonis iniustum exilium, nunc tacita in Hamilcharem patrum suum suffragia, quod Agathoclem socium suis ciuibus facere quam hostem maluisset. Atque hæc ille concionanti similis uociferans in uoce defecit. Agathocles Pœnorum opibus accisis, altero filiorum cum exercitu in Africâ relicto in Siciliam nauigauit, nihil se ex ea uictoria lucratum existimans, si Syracusæ, ut antea, obfideretur. Nam & Carthaginienses, medio ardore belli, nouum in Siciliam post Hamilcharem interfectum, miserant exercitum. Fama igitur rerum in Africâ gestarum, paucis diebus, quibus illa domum reuerfus est, non solum Syracusana obfidio soluta est, sed miro ciuitatum studio Carthaginienses tota sunt Sicilia expulsi. Transmisit nec multo post tyrannus in Africam ad exercitum, ubi in militarem seditionem, ob stipendium non redditum, incidit. Eo motu ad tempus suppresso, quum haud multo post temere praelium cum hoste commisisset, maiore copiarum parte amissa, in castra redijt, duplici inuidiæ obnoxius, & quod ipsius temeritate praesens clades accepta esset, & quod needum stipendium militi daretur. Ob id ratus parum tutum sibi imperium inter iratos milites futurum, concubia nocte ex castris cum Agatharcho filio profugit. Siculi milites regem sequi conati sunt, sed à Numidarum ala excepti assequi nequiverunt. Retractus & filius in castra, qui ea trepidatione à patre aberrauerat. Ipse ijs nauibus quibus ex Sicilia nuper fuerat delatus Syracusas nauigauit. Milites à rege destituti, ubi se proditos uiderunt, filium obruncat, ipsi propriam salutem pacti, in Carthaginiensium fidem concessere. Fertur Agatharchus, quum ab Archesilao quodam interficeretur, percussorem interrogasse, quid putaret Agathoclem patrem ipsius liberis facturum, per quem ipse filio orbaretur? cui Archesilao: Satis, inquit, habeo, quod certo scio filios meos Agathoclis filio superstitibus futuros. Miserunt Carthaginienses haud multo post exercitum & duces in Siciliam, cum quibus pacem Agathocles æquis conditionibus fecit, pacatoque Siciliae statu, maioris Dionysij uestigia secutus in Italiam cum exercitu transmisit. Primum omnium Brutij sunt hostes ab eo destinati. Sunt Brutij Lucanorum pastores, qui fuga sese in libertarem alle-

Agathocles perfidia.

Bomilchar supplicium.

Liberantur Syracusæ obfidione.

Agathocles fuga.

Occiditur Agathocles filius.

Vnde Brutij diffi.

Lucania.

Lucanorum uita.

Brutia.

Brutiorum opes.

Agathocles graui morbo laborat.

Miserabilis Agathocles exitus.

Accersitur Pyrrhus in Sicilia.

asseruerunt, quod ipsum nomen arguit. Brutios Lucani rebelles & fugitiuos uocant. Panditur ab Silari usque ad Laum fluum Lucaniæ ora, inde quasi Chersonesum quandam ab Lao ad Leucopetram promontorium, quod est ultra Rhegium, Brutij tenuerunt. Trogus aliam opinatur nominis causam. Vetus peculiare eius gætis fuisse ait, ut Lucani inter pastores liberos ab initio pubertatis haberent, sine feruili ministerio, sine ueste quam induerent, aut stramento, cui incubarent, ut à primis annis parimonie assuesceret. Cibis his uenatica præda. Porus mellis & lactis & fontium liquor, ut per ea ad bellicos labores perferendos habiliores fierent. Ex his igitur quinquaginta primo, mox alia maior manus, latrocinia in finitimis exercuit. Opposuit huic iniuria, sociorum querelis fatigatus, Dionysius Siciliae tyrannus sexcentos Aphros, quorum praesidium ad excursiones inhiendas comunitum, per mulierem cui Brutia fuit nomen, latrones expugnarunt, ibique ciuitatem pastoribus ad opinionem nouæ urbis concurrentibus constituere, Brutiosque se à mulieris nomine appellari. Primum his bellum cum Lucanis fuit, suæ originis autoribus, cum quibus bello uictis pacem æquis conditionibus sanxerunt. Praesenti dein successu erecti, ceteros finitimos subegerunt, tantasque breui opes consecuti, ut & Siciliae regibus formidolosum Brutium esset nomen. Creueratque cum successu feritas, ut quum finitimos multis iniurijs infectos haberent, ab illis Agathocles imploratus, auxiliij praetextu, spe tamen ampliandi regni, in Italiam transfretauerit. Brutij terribilis belli fama percussis, legatos ad Agathoclem mittunt, qui ab eo societatem & amicitiam peterent. Quos ille comitatus admotos, alia atque alia simulado, tam diu secum habuit, quoad exercitus ipsis ignaris tramjceretur, die in posterum constituta. Fuit tamen id bellum magis nomine quæ euentu terrificum. Vis morbi ingens tyrannum adorta, infecta re in insula breui postea abire coegit, quod indies magis inualecente, adeo de eius est uita ad dubitatum, ut inter filium & nepotem, contentione de regno orta, fedata sit regia parricidio, altero que Agathoclis filio, qui minor natu fuit, à filio fratris interfecto, regnum Agathocle adhuc uiuo parricidij autor occupat. Credo hinc Agatharci fuisse filium, aut certe alterius, qui inter Agathoclis liberos maximus natus fuerit. Senex ubi nullam pellendi morbi spem reliquam superesse uidit. Theogenam uxorem & liberos, quos ex ea tulerat, adhuc pueros, cum omni pecunia & regali instrumeto, quo nemo regum ditior fuit, nauibus impositos in Ægyptum, unde uxorem duxerat, dimisit, ueritus ne praedone regni, hostem quoque pateretur. Diu coniunx reluctata dicitur, charitate uiri commota. Filij nauem conscensuri, flebili euulatu patrem amplexi tenebant, Theogena & ipsa maritum, ut nunquam amplius uisura, oculis fatigabat. Nec lenis lachrymæ erat minus miserabiles. Flebant pueri morientem patrem. Ille exules liberos. Sed profectioem necessitas finem lachrymis imposuit, est que regis mors proficiscentes secuta: Sicque Agathocles crudelitate sue, si non merita supplicia, certe ad dolorem efficacia expendit, qui liberis maioribus natu crudeliter amissis, duobus superstitibus cum matre in exilium abeuntibus, ipse regno spoliatus in orbitate & solitudine decesserit. Carthaginienses, cognitissimæ in Sicilia facta erant, occasio nem totius insulae occupandæ praebitam sibi existimantes, cum quammaximis in Siciliam copijs reuersi, multas sibi ciuitates, aut uis, aut uoluntate subiungunt. Hæc causa Syracusanis fuit, Leontinis, & alijs quibusdam ciuitatibus Pyrrhi regis ex Italia in Siciliam accersendi, & quia in Macedoniam quoque, ut supra est significatum, per id tempus, ob Ptolemæi cædem reuocaturum, quem Galli cum exercitu trucidarant, de fortuna questus quatuor Pyrrhus, quod

plurimarum rerum gerendarum occasiones in unum tempus contulisset. Stetit proinde non nihil anceps, utram potius provinciam capefferet. Postremo ad Siciliam, uelut ad instrumentum belli in Africam transferendi, animum adiecit. Praemissit, ut Plutarchus scribit, Cyneam qui ciuitatum studia sibi conciliaret. Tarentinis autem postulantibus, ut aut secum Romanum proffigaret bellum, aut liberam ciuibus urbem relinqueret, nullo benigniore responso dato, tempus expectare iussit, arceque praesidio firmata, cum cætero exercitu in Siciliam transfreta uit. Praestiterunt illi fidem ciuitates, à quibus fuerat accersitus, subito sese Regi applicantes. Multæ inde urbes, partim uis, partim uoluntaria deditione receptæ. Inde Carthaginienses adortus, Punicas opes breui tota insula affixit. Erycem inde, ubi ualidum erat Pœnorum praesidium, subita oppugnatione adortus, primus omnium, admotis scalis, oppidi muros ascendit, hostemque truci uultu territas, plures Pœnorum uno loco obruncat. Soluti inde uotum Herculi, cui ludos in urbis oppugnatione uouerat. Eryce potitus Mamertinis bellum intulit. Campani hi fuerunt, qui sub Agathocle stipendium in Sicilia facientes, Messanae urbis splendorem & opulentiam mirati, ubi primum peragendi sceleris oblata est eis occasio, per amicitiam in urbem recepti, uiolata fide, in ciues imperum fecere. Distat Messana parum omnino à Rhegio, quod in Italia est interiecto fretro. Eam Messenij condiderunt, qui Peloponnesum habitabant, quibus nomen immutari contigit, siquidem prius Zacle locus dicebatur, ab ipsius situs credo positura, quia Zanclen Siculi falcem uocent, ut Polybius ait, uel ut Straboni placuit, quia Zanclia illi curua loca dicant. Messenij igitur partim caesis, partim fuga dilapsis, eorum uxores, liberos, ut cuique medio conflictu fors obtulerat, Campani inter se partiuntur. Ita pulcherrimæ opulentissimæque urbis compotes facti, ob ferociam & contumacem ingenium, à Marte, ut Plutarchus prodidit, Mamertini sunt appellati. Et Campani ipsi tales in Messenios extiterunt, quod foedum & turpe exemplum haud multo post Romana legio, quæ Rhegij praesidio erat, imitata est. Liuius hos quoque Campanos fuisse existimat, Polybius uero Romanos. Cæterum quicumque hominum illi fuere, Decij Iubelij, uel ut alij scribunt, Decij & Campani ductu Rhegionis, ad quorum praesidium sub ipsum Pyrrhum in Italiam accessum missi fuerant, hostiliter aggressi, cum cæde & strage multa extorres eiciunt, eiectis urbem occupant. Sed tam his quam illis suum scelus exitio fuit, ac prius aliquanto Mamertini uictorem sensere, qui bello à Pyrrho rege petiti, praelio uicti, multis sunt cladibus affecti, eorumque praesidia haud uno loco deiecta. Carthaginiensibus inde pacem petentibus, unam illius assequendæ spem eis reliquam respondit, si tota Sicilia facefferent, ultraque Libycum pelagus fines sui imperij terminarent. Ad quos terramarique persequendos, quum acerbissimum haberet delectum, & qui ab initio placidus & mitis fuerat, tyranni personam induisset, non paruum in populis contraxit offensam, tulere tamen ciuitates aliquandiu regis insolentiam. Verum Theone Syracusano regis iussu interfecto, per quem non Syracusanorum tantum, sed & multarum studia ciuitatum fuerant Pyrrho conciliata, uno tempore totius insulae in eum odia exarserunt, ut multæ ciuitates se Carthaginiensibus adiungerent, alia cum Mamertinis aduersus illum uires confociarent. Quo insulanorum consensu Pyrrhus percussus, omnem spem Siciliae retinendæ protinus abiecit. Peropportunè ad pudorem celandum à Tarentinis & Samnitibus illi literæ redduntur, quibus in Italiam, ad opem socijs ferendam accerseratur. Sicilia igitur profecturus, non metum aut desperationè præ se ullam ferens, sed

Pyrrhi successus in Sicilia.

Messana.

Ro. legio Rhegium occupat.

Mamertinorum clades.

Digressus Pyrrhi ex Sicilia.

rens, sed necessitatem accusans, quam decedendi so-
 ciorum preces imposuissent, retrò ad insulam con-
 uerfus, ò qualem, inquit, Romanis & Carthaginien-
 sibus palæstram relinquo. Nec Mamertinos, quum
 inde solueret, pacatos habuit, nec postquam soluit
 Carthaginenses ipsos, utrinque petitus, aliquot na-
 ues ancipiti prælio amisit. Quin ubi Italiam tenuit,
 Mamertini euestigio secuti, extremum agmen car-
 pebant, exercitum in locorum angustias cõiectum,
 à tergo & à lateribus adorti, duos elephantos pro-
 strauere, & circa beluas multi uno tempore occu-
 buerunt. Pyrrhus ira accensus, à prima acie in præ-
 lium ruens, omnem in se hostium impetum conuertit,
 hicque quum non leue uulnus accepisset, paulu-
 lum acie excedere coactus est, dum plaga obligaretur.
 Proceffit interim in mediũ ex Mamertinis quidam,
 magna uir statua, nec minore uirum ostentatione,
 Pyrrhum si uiueret, ad singulare certamẽ pro-
 uocans. Rex ira & dolore percitus, ut erat cruore re-
 sperfus, truci & terribili aspectu in aciem redijt, ho-
 stem que repente assecutus ita ualidè, ut Plutarchus
 scribit, eius caput percussit, ut uehementi ictu us-
 que ad infimas partes descendit, defluxerintque ad
 terram hincinde dimidiati corporis partes. Mamertini
 tantum regis robur intuiuit, factaque unius cæde per-
 cussit, ab hoste ulterius inspectando desisterunt.
 Pyrrhus iam inde pacatus, Tarentum uenit, triginta
 peditum milia secum trahens, uiginti equitum.
 Hic nouo sociorum delectu habito, in hostes ire pergit.
 Erat tum cõsul Manius Curius Dentatus, cuius
 collega Cornelius Lentulus in Lucania habebat
 exercitum. Pyrrhus, parte una copiarum in Lucania
 missa, ne Cornelius suis auxilium ferre posset,
 cum robore exercitus in Curium tendit, qui circa
 Beneuentum metatus erat castra. Mirum est quod de
 hoc Cornelio proditur. Plinius Ruffi cognomen illi
 reddit. Per quietem is oculorum uisum postea ami-
 sisse dicitur, quum id sibi accidere somniasset.
 Fecit rex sub primum accessum pugnae copiam
 hostibus. Curius quia neque auspicijs satis pro-
 spera nunciabantur, collegamque constituerat ex-
 pectare, certamine consulto abstinebat. Ibi Pyrrhus
 opprimendi hostis cupidus, priusquam alter consul
 cum exercitu adesset, elephantos delectumque
 copiarum robur, per hirtos & arduos salutes
 circumuectum, ex superiore loco in Romana castra
 immittere conatus est. Sed agmen noctu extinctis
 luminibus aberrans luce oppressum, priusquam
 ex implicitis & arduis locis in apertum euaderet,
 à Romanis inspicitur. Trepidatum est non nihil in
 castris ad primum hostium conspectum. Ceterum
 Curius necessitate coactus, legiones in beluas &
 hostium agmen, uirgultis & locorum anfractibus
 praepeditum, immittit. Facilis fuit uictoria turbatis
 sua sponte hostibus. Multi quidem caesi, & ex
 elephanti nonnulli capti, aliquot etiam praecipitati.
 Pro spera hæc pugna adeò Curius extulit, ut iustam
 cum Pyrrho pugnam haud multo post pugnare sit
 ausus. Variè ab initio dimicatum, ab uno cornu
 pulsi hostes, & quia in aperto res gerebatur,
 Romanus Elephantorum impetu percussus, ex altera
 parte in castra usque est penè praecipitatus, hic
 milites, qui pro uallo stabant, iussu consulis
 ex superiore loco in beluas impetum faciunt,
 quas immodico terrore in suos praecipites
 agunt. Ibi soluta disiectaque hostium phalange
 fuga continuò secuta est, ex fuga uictoria orta,
 quæ tantum opinionis Romanis rebus attulit,
 ut breui tota Italia illorum armis cesserit.
 Quidam auctores sunt tria & uiginti milia
 hostium caesa. Sunt & quatuor Elephanti ex
 hoste capti, acrum primum in triumpho deducti.
 Nunquam maiora continentiae exempla in Romana ciuitate
 extiterunt. Constat Curium ex tam opulenta
 praeda nihil præter fagineum guttum attigisse.
 Idem Samni-

tium Legatos cum auro ad se missos reiecisse
 dicitur, ineptæque legationis ministros appellasse,
 testatus malle se habentibus aurum imperare,
 quam locupletem fieri. Pyrrhus post aduer-
 sam illam pugnam ad Beneuentum pugnatam,
 Tarentum se recepit. Hic arce Heleno filio
 & Miloni, uni ex amicis, tradita, cum ijs
 copijs quæ supererant, in Epirum trans-
 misit, anno sexto ab eo, quo in Italiam
 uenerat. Id factum tali bello adeptus, ut
 militari disciplina, fortitudine atque
 uigore animi, omnes sui temporis
 imperatores longè anteciret, sed qui
 sæpius certa pro incertis amiserit,
 quare ab Antigono malos lufores
 imitari dicebatur, qui tesserarum
 casu felices, aleam in peius uertant.
 Incidit id bellum, quod cum
 Pyrrho est gestum in annum, ut
 Nepos Cornelius scripsit, quadringentesimum
 ac septuagesimum urbis Romæ,
 quo tempore Antigonus
 Demetrii filius Græciam obtinebat.
 Macedoniam, quum Pyrrhus in
 Italiam transiisset, Ptolemæus
 cognomento Ceranus, cui Solthenes
 successit, & mox priusquam in
 Italia debellari contingerit,
 idem Antigonus, cuius proxime
 mentio facta est. In Ægypto
 Ptolemæus regnabat cognomento
 Philadelphus, ex eo Ptolemæo
 natus, qui fuit Lagi filius, unus
 que ex Alexandri ducibus, quo
 rege Soltratus Gnidius turrim
 in ingressu Alexandrini portus
 ad dexteram construxit, ubi
 Pharos insula Homericò carmine
 celebris. In Syria Antiochus
 Seleuci filius, Pontifex in Iudæa
 Simon Oniæ filius, & mox
 Eleazarus eius frater, quo
 Pontifice Ptolemæus Philadelphus
 centum uiginti milia Iudæorum
 libertate donauit, qui in Ægypto
 seruitutem seruiebant. Erant
 huius literæ ad Eleazarum
 Pontificem, ut ad sacram
 Hebræorum historiam in
 græcum sermonem uertendam,
 sibi ex se minoribus Iudæorum,
 & qui sacrarum essent literarum
 peritiores ad se mitteret.
 Sed ex unaquaque tribu
 petitos uidentur literæ ad
 Eleazarum datæ significare.
 Ceterum Eusebius septuaginta
 missos prodidit, cui magis
 scriptorum usus, quam ueritas
 aspicitur. Lex duorum &
 septuaginta dierum spatium
 in Græcum uersa est, Phalerij
 Demetrii procuratore, qui
 tum regis praerat Bibliothecæ.
 Is roganti regi quid esset,
 quod Græcorum nemo diuinæ
 legis meminisset, religionem
 dixit obstitisse. De cetero
 Theopompi & Theodectæ
 clade ceteros scriptores,
 diuinum arcanum nihil
 attingere ausos, quonia
 horum uterque pauca suis
 scriptis ad eam legem
 at tinentia immiscere ausus,
 hic luminibus aliquandiu
 captus, ille mente alienatus,
 suæ impietatis supplicium
 expendissent. Qui ab
 Eleazaro in Ægyptum
 missi fuerant, post conuersionem
 legis, in Palaestinam,
 magnis muneribus à rege
 donati, abierunt. Magna
 adhæc donaria Philadelphus
 Hierosolymis in templo
 dedicauit. Eleazari epistola
 triginta aureas pateras
 fuisse significat, & argenteas
 totidem, crates quinque,
 centum talenta. Iosephus
 mensam ex folido auro,
 eximii ponderis adijcit.
 Eusebius autor est, quarto
 Philadelphij anno hæc fieri
 contigisse. Eutropius in
 trigésimo ferè anno reijcit,
 cui ne accedam Eusebij
 facit autoritas. Is si uera
 colligit, iam tum Eleazarus
 fato decesserat. Vixerunt
 eadem tempestate cum
 Alexandri successoribus,
 & ijs qui ab illo geniti
 sunt, in terra Græcia
 clari ingenio uiri Theophrastus,
 cui diuinum dedit nomen
 eloquium. Fuit is Etesius
 ac Melanthi filius. Leucippus
 primò audiuit, mox Platonem,
 postremò Aristotelem, cuius
 de functi loco in Chalcide
 docuit. Cassandro charis-
 simus. Ad quem librum de
 regno scripsit. Et Ptolemæus
 ad eum ex Ægypto misit
 qui eum accerferent.
 Huius uox illa, Quum uiuere
 incipimus, tunc morimur.
 Eius monumenta multa &
 uaria, quippe quæ ducenta
 triginta duo milia uersuum,
 & amplius haberent. Strato
 Lampacenus, qui Philadelphum
 Ptolemæum instituit.
 Demetrius Phalereus,
 cuius

Digressus Pyrrhi ex Italia.

Luforis milii mores.

Temporũ supputatio.

Pharos.

LXXX, interp.

Theophrastus

Demet. Phala.

cuius nuper mentio facta est. Heraclides Ponticus,
 & ipse Aristotelis auditor, quem Attici à tumore
 uentris Pompicum dixere. Fuerunt his temporibus
 interiectis Crates Thebanus, Metrocles Maronita,
 & Hipparchia eius soror Cynicæ disciplinæ affectatores.
 Metrochis illud est. Aliud pectus parari, ut
 prædia, aliud tempore & diligentia, ut disciplinas.
 Idem suos libros combussisse fertur, falsus somnium
 phantasmata illa esse. Alij Theophrasti commentarios
 ab eo combustos prodiderunt. Menippus Ponticus
 & Menedemus, qui furiali habitu usus dicitur,
 pulla tunica amictus ad pedes demissa, quam
 puniceus balteus astringebat. Arcadicus pileus
 capiti impositus cum duodecim Elementis in
 textis. Tragici cothurni, proluxa barba, & uirga
 in manu fraxinea, atque horum uterque Cynicus.
 Zeno Citiæus adhuc memoratus in Pyrrhi tempora
 descendit, Stoicæ disciplinæ longe princeps, Cratis
 & Stilponis auditor. Alij Xenocrati operam dedisse
 ferunt. Extant huius quoque præclare quædam
 dicta. Nihil fastu & superbia indecentius. Melius
 peditibus labi quàm lingua. Eius scolarum sæpius
 rex Antigonus Demetrii filius ingressus post eius
 obitum dixisse fertur. Heu quale spectaculum
 perdidit? Quia in Pesianacta porticu freques
 fuit, ab eo illius affectatores, qui Zenonij prius
 nominati sunt, Stoicorum nomen tulere. Erato-
 thenes poëtas eos ab initio nuncupatos
 prodidit. Duo idem principia posuit, Deum
 & materiam, sempiternum illum, atque
 omnia per materiam creare. Perijt Zeno
 iam grandis natu octauo & nonagesimo
 ætatis anno. Sunt qui septuagenarium
 decessisse memorent, ac uitali spiritu de
 industria suppresso uitam finiuisse. Epicurus
 Atheniensis & ipse in hæc tempora incidit,
 Cargei ortus. Est is Attici soli pagus, duode-
 gesimo uitæ anno Athenas se contulit,
 quum Xenocrates Academia teneat, florere
 que tum maxime in Chalcide Aristoteles,
 eius dogma infame ut fœdæ uoluptatis
 assertor. Sunt qui illud ab insigni calumnia
 uindictent, laudatamque ab Epicuro uoluptatem
 dicant, quæ ex ueri rectique contemplatione
 oriatur, consentiuntque ipsi scripta huic
 opinioni. Negat ille se bonum ullum
 intelligere, in his uoluptatibus, quæ ex uenere,
 oculis, auribus, & saporum suauitate
 oriuntur. Plurimum Leucippo in ijs, quæ
 de natura scribit, & Democrito accedit,
 quod eius epistola ad Herodotum nescio
 quem demonstrant, nam ut ad Alicarnaleum
 illum, qui historias scribit, datæ uideri
 possint, ipsa temporum ratio repugnat.
 Aequalis his Timon Apolloniates, qui
 Sillos scripsit. Is quia cum Stilpone
 Megarijs est congressus, merito his
 æqualis habendus. Fuit & alius obscurior,
 ea tantum infamia notus, quod in
 humani generis odium est prouectus.
 Sed ille Peloponnesiaci belli tempora,
 aut praecessit, aut exigere non potuit.
 Fuerant & Menander Cephiseus, ut
 Apollodorus scripsit, & Philemon,
 uterque socco clarus, atque inter se
 non aequales solum, sed uterque alteri,
 clara æmulatione, infestus. Illustrior
 tamen Menander, quippe qui fulgore
 sui nominis cæteris eiusdem carminis
 autoribus tenebras induxit. Varro
 autor est, quinque & septuaginta
 ab eo comædiæ scriptas, in quibus
 quinque uincere contigerit. Apollodorus
 quinque supra centum ab eodem editas,
 atque octies coronatum prodidit.
 Satis constat Philemonem, prauis
 hominum iudicijs, illi poëtico certamine
 praelatum, & ob eam rem à Menandro
 ex occurfu aliquando familiariter
 rogatum, an rubore afficeretur,
 quum se uinceret. Atque hi tum
 uiri ingenio & sapientia clari
 fuisse dicuntur. Rome Fabritius
 censor Publium Ruffinum
 Consularem uirum senatu mouit
 quod decem argenti pondo facti
 haberent, lustroque condito
 censâ sunt ciuium capita decem
 septuaginta unum milia,
 ducti uiginti

ti quatuor, & cum Ptolemæo Philadelpho
 Ægypti regis iuncta est societas. Sextilia
 uestalis damnata insecti circa
 Collinam portam uiua est desossa.
 Nouæ in Lucaniam Coloniae per
 id tempus ductæ Composita &
 Pofsidonia, Pestum ante
 nominatum. Id Sybaritæ
 condiderunt. Lucani, conditoribus
 eiectis, urbem tenuere. Postremo
 Romani eo Colonia missi.
 In inferi maris ora urbs sita,
 unde & sinus in quo sedet
 nomen est sortitus. Cæterum
 dum hæc in Italia sunt, Pyrrhus
 in Epirum reuersus, quia ab
 Antigono, qui Macedoniam
 tenebat, supplementum ad
 Romani belli usum, per legatos
 non impetrauerat, cupidus ad
 hæc quæstiuosi alicuius belli,
 cum octo milibus peditum, &
 quingentis equitibus Macedo-
 niam ingressus, quum tantum
 prædandi studio regni fines
 inuasisset, auctus præter
 spem duobus milibus, qui
 primo motu ad ipsum defecerant,
 in Antigonom ire pergit.
 Cruenta deinceps pugna fuit.
 Pyrrhus cæsa auxiliari Gallorum
 manu ex Antigoni commilitio,
 beluisque Indicis pari strage
 disiectis, hostium phalangem
 adortus, ad deditionem
 compulit. Antigonus exercitu
 exutus in maritimas regni
 urbes sese recepit. Pyrrhus
 spolia prælio capta in templo
 Itonidis Mineruæ suspendit,
 eulogio uictoriæ addito.
 Præcipua inde regni parte
 potitus Macedonum animos
 offendit, quod antiquorum
 regum sepulchra auri cupiditate
 passus esset dirui à Gallis,
 quos à custodia sui corporis
 remouerat. Magnū inde
 aliquod facinus porro obiturus,
 cum quinque & uiginti
 milibus peditum ac duobus
 equitum, non multo post
 Peloponnesum ingreditur,
 populare nomen bello astruit,
 tumores dissipat eo consilio
 se in eam terram uenisse,
 ut eius ciuitates à super-
 bissimo Antigoni dominatu
 uindicaret. Hęc palam,
 occulte uero Cleonymi uiri
 Spartiatæ pollicita secutus,
 Lacedæmonem occupare
 in animo habebat. Pacatus
 igitur exercitus tadium
 incelsit, quoad Spartiatarum
 sint fines initi, tum late
 in prædanti & populationem
 est discursum. Quærentibus
 Lacedæmonijs, quod se bello
 haud indicto, contra ius
 gentium hostiliter inuasisset,
 Nec uobis curæ est, inquit
 Pyrrhus, uiri Spartiatæ,
 quod facturi estis alijs
 denunciare. Exercitu inde
 ad urbem admoto, magnum
 hostibus terrorem iniicit.
 Spartani nocte, quæ
 secuta est, consilium ineunt,
 quando uix tantum hostem
 laturi crederentur, ut
 uxores & liberos in Cretam
 ablegarent. Tenebatque
 adhuc ea consultatio; quum
 Archidamia uirago quædam
 senatum stricto gladio
 ingressa, conuicio adortur
 de republica consultantibus,
 multum, ut dicitur, quæ-
 sita, quod Lacedæmonij
 uiri persuasum haberent,
 posse Spartanæ mulieres
 euerfa patria uitam ulterius
 agere, quibus uerbis
 discussa ea consultatio fuit.
 Vbi uero ad uallū hostibus
 obijciendū inuictus cõuersa
 est, ut nocturno opere
 urbem cõmuniret, hor-
 tantur eos matronæ &
 uirgines quiescere, ut
 interdū fortius dimicaret,
 ipsæ irrequieto opere
 fossam cubitorum latitudine,
 quatuor profundam, uallo
 superimposito, priusquam
 illucesceret, urbi circumducit.
 Nec legnius, pugna
 prima luce inita, tela
 pugnantibus suggerentes,
 una uoce hortabantur,
 ut fortiter pro patria
 dimicarent. Pyrrhus
 uallū ferociter aggressus,
 magnum illico affert
 Spartanis ne gocium.
 Diuersa parte Neopolemus
 filius, discussis haud
 uno loco curribus, quos
 oppidani pro uallo obiecerant,
 irruptioni imminere,
 nisi Acroratus adolescens
 impiger cum globo
 iuuenum Neoptolemi in
 præcipiti & arcto loco
 stantem, difficili prælio
 fatigatum, ab irruptione
 auertisset. Erat Acroratus
 Arei filius, qui tū
 Spartanæ rei præerat,
 auxiliariæque copias
 pro Cortynensibus
 Cretico bello ꝑul domo
 ductabat, amabatque
 iuuenis nihil obscure
 à Cleonymi uxore,
 qua iniuria ille irritatus,
 autor Pyrrho fuerat
 Spartanæ rei subiro
 bello inuadendæ.

Pofsidonia o/ lina Pestum.

Pyrrhus Macedoniam inuadit.

Pyrrhus Peloponnesum pergit.

Archidamia Spartanæ indoles.

Spartanarum mulierum inuadoles.

Acrotati adolecentis laus.

Fractis igitur ea parte hostium conatibus, oppugnationeque frustra in ferum dici protracta, tota laus re-
tentae urbis penes unum fuit Acrotatum. Ibat iuue-
nis multa caede conspicuus, uiri simul & mulieres
praetereunte fauore & planctu proferebantur, mul-
tae inuidebat etiam Cleonydi amorem strenui adol-
lescentis, quaedam in super uoces iactare sunt ausae,
uade age Acrotate, tibiq; Cleonyda habeto, liberos
que tui similes patriae procreato. Proxima nocte ui-
sus est sibi Pyrrhus per quietem cernere Lacedae-
monem a se fulminibus incensam, laetusque ea ima-
gine multo maiore conatu, quam antea, urbem inua-
surus dar pugnae signum militibus. Lyfimachus no-
placere sibi eam uisionem praedicabat, quoniam lo-
ca fulmine contracta inuia fierent, quem ut delirum
Pyrrhus aspernatus, copias uallo admouet. Fuit hoc
quoque certamen nihilo mitius priore, atque rex
hostiam cadaueribus oppletam transgressus iam ur-
bi imminerebat, quum equus per ilia effossus concidi-
dit, ipseque praecipuus humi effusus, praesenti pericu-
lo milites in se ardore pugnae auertit. Urbs hoc quo-
que die ualide defensa est. Affuerunt interim ab An-
tigono auxilia, & Areus non multo post cum copijs
superuenit. Duplici itaque praesidio Spartani recrea-
ti, audacius urbem tuebantur. Pyrrhus quando iam
hyems apperebat, abacta ex circumiectis agris multi-
plici praeda, in Laconico solo hyemare in animo ha-
bebat, quum Argos fatalem urbem per Aristei fac-
tionem aduersus Aristippum Antigoni amicum,
est accersitus. Carpebat extremum abeuntis agmen
Areus, cum lecta Spartiarum manu, adeoque in se-
sto gradu uestigium premebat, ut coactus sit Neo-
ptolemus regis filius manum cum hoste conferre,
qua tumultuaria pugna, quum strenuus adulescens
omnes hostium impetus ferociter exciperet, telo
ictus concidit. Trogus scribit eum in Spartana op-
pugnatione, quum in mediam urbem irrupisset, ab
hostibus circumuentum perisse, morteque patri nunci-
ata unam ferunt ab eo uocem emissam. Tardius
quam timui. Plutarchus cuius diuersa est sententia,
Neoptolemo cadente factam ait a Macedonibus fu-
gam, nec prius ab ea trepidatione cessatum, quam in
apertos campos pulsam emerisset agmen. Tum ibi
Pyrrhus, audita morte filij, in Spartiatis temere ruen-
tes, conuerso secum agmine, omnia hostium cada-
ueribus loca impleuisse, ac tum demum uelut inferijs
filij manibus datis, ipse praesenti caede contentus, a
persequendo hoste abstinuit. Vbi igitur Argos uen-
tum est, caduceatorem ad Antigonom misit, qui &
ipse aliquanto antea ab hominibus suae factionis ac-
cersitus, circa urbem castra fecerat, ut secum in aper-
tum armorum certamen descenderet, cui ille suam
militiam respondit non magis armorum quam tem-
porum esse. Si Pyrrhum suae uitae taderet, satis mul-
tas ad interitum uias patere. Argiui ad utrumque mi-
serunt rogantes, ut suis finibus abscederent, nec oc-
cium inuiderent ciuitati utriusque amicae. Caeterum
Pyrrho Argis assidenti, haec sunt propinqua mor-
tis prodigia oblata. Defecta boum capita postquam
non nihil humi intermorta iacuere, repente linguas
cum gemitu exertauerunt. Et in Argo Lyceus sacer-
dos, fanatico cursu per urbem euagatus, cernere se
omnia cadaueribus plena uociferatus est. Pyrrhus
noctu muros subiens, per portam ab Aristeo patefa-
ctam, in urbem copias immisit, silentioque est in fo-
rum itum. Caeterum ubi cardines portarum, quae in
dicis beluas non capiebant, submoueri cepti sunt,
suo stridore ciues excitant. Post ubi strepitus & pro-
peratio militum ex uijs auditus est, sublato clamo-
re, ad arma concurrunt. Antigonusque ex diuersa
parte in urbem irrupit, filio cum parte copiarum ad
Aristippum transmissio, ipse cum caetero exercitu
haud procul a moenibus pugnae intentus subsistit.
Pyrrhus ubi clamorem in urbe sublatum audiuit,

Pyrrhus Ar-
gos accersitur.

Neoptolemus
Pyrrhi filius
cadit.

Antigoni uer-
ba in Pyrrho.

Prodigia.

Pyrrhus Ar-
gos accersitur.

ueritus ne sui foro peilerentur, illatis signis, per a-
qua & iniqua equites ad locum proferre iussit. In-
certi itaque rerum omnium duces, quia per noctem
& in tanta edificiorum perplexitate nulla disponen-
dae aciei ratio aderat, lucem expectabant. Sub pri-
mam igitur auroram Pyrrhus omnia ex aduerso ho-
stilibus obsepta armis conspicatus, uehementer com-
motus est, sed nihil aequum mouit ac ueteris oraculi re-
cordatio, quo monitus erat, tum fatale tempus affu-
turum, quum in Tauri & Lupi pugnam incidisset,
quorum simulacra Argiui, ob antiqui facti memo-
riam, in foro insigniter sculpta habebant. Fama fuit
quod Danaus ex Aegypto ad ea loca appulsus, in id
certamen incidisset, inspecto quoque pugnae euentu, ubi
lupum, quem pro aduena acceperat, uictorem sit in-
tuitus, Lyceo Apollini uouerit templum, Gelano-
rum inde, qui regno ea loca obtinebat, bello ador-
tus uicerit, porroque fugarit, atque ita uoti compos-
sit factus. Pyrrhus huiusmodi imagine percussus,
tum quia consiliu occupandae urbis in casum abi-
erat, ad Helenum filium portarum exitum obsiden-
tem mittit, qui statim muros urbis dirui iubere, ut
agmen minus telis obnoxium in apertum educeret-
tur. Adulescens errore deceptus, uelut ad subsidium
uocaretur, confestim equitum globum cum elephan-
tis in urbem per portam intulit. Et iam Pyrrhus com-
posito agmine suos ex foro subducere coeperat, quum
duo agmina sibi occurrerent, adeo omnia repente tur-
barunt, ut neque signa seruari, neque imperium ul-
lum exaudiri posset. Auxit militum trepidationem
Indica belua, casu quodam in ea porta qua euaden-
dum erat sua mole afflicta. Tetra ibi colluctatio or-
ta, militesque inter se presisi, neque fugam expedire
poterant, neque in pugna redire. Pyrrhus hanc suo-
rum fluctuationem intuitus, in signi galeae detracto,
ut minus nobilis esset, in oppidanos conuersus, qui
a tergo instabant, ualide pugnam ciebat. Ibi forte ab
Argiuis aniculae filio leuiter hasta uulneratus, quum
imperum in percussorem fecisset, mater quae super-
ne spectabat, filij periculum intuita, regulam amba-
bus manibus arreptam, super regis galeam effudit,
quo ictu diffracta casside, spondylisque secundum
cervicem attritis lumina deficiunt, habentisq; manu
fluentibus, haud procul loco quo fuerat ictus omni-
bus ferè ignotus concidit. Nouit tamen cadentem
Zopyrus quidam, qui sub Antigono militabat. Is
cum paucis eo accurrens, detracta iacenti galea, gut-
turi ferrum admouit. Pyrrhus interea ad se reuer-
sus, adeo toruis oculis percussorem intuitus dicitur,
ut attonitus ille os & mentum pro ingulo reci-
derit. Caput ad Antigonom Alcyoneus filius attu-
lit, quem pater baculo percussum Barbarum appel-
lauit, quod se rati uiri sanguine polluisset, inde chla-
myde oculis admota, familiariter necessarii morte
lachrymauit, Antigoni auti sui & Demetrii patris uo-
lubilem fortunam recordatus. Helenum Pyrrhi fi-
lium sordida ueste ad se adductum, priore cultu in-
ducto, incolumem in Epirum remisit, pari humani-
tate in caeteros Pyrrhi amicos usus, corpus regis ho-
norificentissimè funerari. Et Pyrrhus qui omnium
ducum, secundum Alexandrum, maximus ea tem-
pestate iudicatus est, in hunc modum periit. Taren-
tini post Pyrrhi digressum, bellum in Romanos con-
tinuo reparant, caeterum domesticis uiribus diffisi,
ad Carthaginiensium opes confugiunt. Nec ita mul-
to post a Fabricio Lusino & C. Claudio consulibus
praelio uincuntur, & cum his Carthaginienses, qui et
si nodum hostes ex confesso erant, senserunt tamen
se posse a Romanis uinci. Tarentinis uictis pax & li-
bertas (quum Romani ipsorum arce per Milonem,
ut Eusebius scribit, potiti essent) restituta est. At-
que hoc bello Romani defuncti, Rhegium obsidet,
oppidumque recepto, tota legio, quae contra publicam
fidem Rheginos urbe exegerat, per extrema suppli-
cia extin-

Lupi & Tau-
ri certamen.

Turbatur Py-
rhi agmen.

Pyrrhi interi-
tus.

Consules.

cia extincta est. Multi sibi conscij qualis exitus se &
alios ob patratum scelus maneret, ad extremum di-
micando in pugna occubuerunt, qui uiui in potesta-
tem uenere Romam missi, ut documento alijs es-
sent, in foro uirgis caesi sunt ac securi percussis. Urbs
Rheginis restituta. Accidit per id tempus, ut Apol-
loniatum legati ad senatum missi Romae a iuueni-
bus quibusdam pulsati sint, quo flagitio neius gen-
tium impune uiolatum uideretur, iussu populi lon-
tes ad suppliciu Apolloniatibus dediti sunt. Inde Fa-
bio Pictore & Quintio Gulone consulibus, Picens
nouus hostes facti, Romana in se arma exciuerunt. Fuit
hic annus quintus & octogesimus supra quadringen-
tesimum ab urbe condita, qui item quintus fuit
ante primum bellum Punicum, quo Romae argen-
teus est numerus primo percussus. Picens belli cau-
sam non reperio, ipsa gens a Sabinis oriunda uoto
uerè sacro, cuius opes adeo procedente tempore cre-
uere, ut uno tempore trecenta & sexaginta milia Pi-
centum in fidem Romani populi uenisse dicatur. P.
Sempronius & Appius Claudius bellum in Piceno
administrarunt, breuique uictoriam adepti, insigni-
ter ob rem bene gestam Romae triumpharunt. Ari-
minum in Togate Gallie finibus colonia per id tem-
pus facta, Romani eo coloni missi. Umbri urbem ab
initio habuerunt, Ariminum flumen illi proximum,
utrum alteri nomen dederit, uel facile dixerim.
Missi & Beneuentum coloni eodem tempore. Id in
Sannio est, olimque Maleuentum dictum. Tetra
hoc tempore prodigia apparuerunt. Fontes pluribus
locis cruore fluxisse dicuntur, & lac in speciem plu-
uiæ nubibus pluisse, cum Umbri non nihil deinde
& cum Salentinis Marco Attilio Regulo, & Iu-
nio Libone consulibus est bellatum, qui & ipsi ar-
mis uicti in deditioem uenere.

Consules.

Argenteus numerus.

ENNEADIS IIII. LIBER IX.



Larum erat ubique gentium Roma-
num nomē, et in terra Italia sine con-
trouersia princeps, quum inquietus
Siciliae status ipsius populi arma pri-
mo trans freti elicuit, sensimque coe-
git externis bellis affluere, mox
assueta & ferocior facta auspaticissimè ad alias trans-
misi gentes. Mamertini qui Messanam tenebant
(hinc enim primi belli Punici causa est. Romanis or-
ta, nisi prius aliquis uiolatum foedus a Pœnis dixe-
rit, qui Tarentinis aduersus Romanos auxilio uene-
rant) quandiu legionis quae Rhegium occuparat,
praesidio usi sunt, ciuitatem & agrum ab omni exter-
na iniuria non solum tueri potuerunt, sed res Syra-
cusanorum & Carthaginiensium infestando, solici-
tandoque, eo uenere, ut nonnullas illorum urbes si-
bi tributarias fecerint. Post Rhegium uero a Roma-
nis receptum quantum Mamertinis est uirium adem-
ptum, tantum Syracusanis creuit audacia ad eos bel-
lo persequendos. Erat tum Syracusanorum dux Hie-
ro, qui postea rex fuit. Hunc non multo prius milita-
res copiae ab ijs qui Rempublicam domi administra-
bant dissidentes, tumultuosè sibi ducem cum Arre-
midoro crearunt. Erat Hiero admodum adulescens,
caeterum uniuersis naturae dotibus adeo ornatus ut
nihil in eo quod regium esset, praeter regnum, desi-
deraretur. Is Syracusam cum exercitu ingressus, adeo
clementer moderateque in homines aduersae factio-
nis uictoria usus est, ut magno omnium ordinum fa-
uore, quum antea acciderat, dux iterum sit crea-
tus. Maiora inde quam ut dux ad tempus esset ani-
mo complexus, Lepitinis uiri apud multitudinem
gratissimi filiam sibi matrimonio deuinxit. Mox in

Hiero.

Mamertinos profectus, de industria sediciofam mi-
litum manum hostibus trucidandam obiecit, qui-
bus ad unum propemodum caesis, cum caetera legio
ne incolumi in urbem reuersus, nouum ac sibi fi-
dum militem conducit. Paucis inde diebus, exerci-
tu moribus & armis instructo, quum hostem uano
succesfu sciret praecipitantiorem factum, stultiusq;
sibi occursum, citata manu ex Syracusis duxit in
Mylaeum agrum, confixitque cum hoste circa Lon-
ganum fluuium, quem non solum fudit fugauitque,
sed eorum etiam duces captos, Syracusas uinctos
perduxit: ea uictoria tam grata Syracusanis fuit, ut
Hiero cum exercitu in urbem reuersus, rex a ciui-
bus, & omni militari turba, magno sit fauore & con-
sensu appellatus. Mamertini una aduersa pugna fra-
cti, suisque uiribus diffisi, alij ad Carthaginienses
confugiunt, eisque sese & arcem dedunt, alij lega-
tione ad id prius missa, ciuitatem Romanis tradunt.
Dubitatum aliquandiu Romae est, an Mamertini au-
xilium iuuandi essent, quod alienam urbem infanda
prodicione occupassent, qui id scelus in Rhegino-
rum gratiam, nuper ipsi grauius in legione una uindica-
cassent. Caeterum quia Carthaginiensium opes non in
Sicilia et Africa solum, sed in Hispania quoque ma-
ioribus in dies augebantur incrementis, quam tu-
tum sibi & caeterae Italiae esset, auxilia Pop. decre-
uit, ne Messana a Pœnis capta, in eorum potestate fo-
ret, quoties libitum esset, uelut ponte ad id parato,
in Italiam transmittendi. Erant tum consules Ap-
pius Claudius, cui cognomentum Caudex fuit, &
M. Fuluius Flaccus (pro Fuluius apud quosdam, Q.
Fabium reperio) fuitque hic annus nonagesimus
supra quadringentesimum ab urbe condita. Clau-
dius cum exercitu Mamertinis opem ferre iussus est,
de cuius aduentu illi certiores facti, Carthaginiensium
praefecto, qui paucorum studio fuerat in arce
collocatus, partim terrore, partim dolo urbe eiecto,
Romanum ad se consulem accersunt, ciuitatem ur-
bemque illi tradunt. Carthaginienses praefectum,
qui praesidio exceserat, in crucem sustulerunt, ac lu-
bito copijs terra marique coactis, classe ad Pelorum
constituta, Messanam obsidione cingunt. Hiero &
ipse, Mamertinorum odio, quos insula eiectum tri-
cupiebat, foedere cum Carthaginiensibus icto, cum
ualido exercitu Messanam praefectus, diuersa parte
urbis circa montem quem Chalcedicum uocant, fecit
castra. Romanus consul tantam bellorum pro-
cella ueritus, primo expertus est, an rebus pace com-
positis, Mamertinos bello liberare posset: ubi uero
legati in utraque castra missi, nihil pacati retrò se-
cum tulerunt, Claudius aduersus Hieronem egres-
sus, iusta acie cum eo conflixit. Diu anceps fuit pra-
elium, postremo Romani suis fugatisq; Siculis egre-
gè uincunt. Multi hostium sunt in acie caesi, caeteri
regem secuti, trepidè in castra refugiunt. Syracusani
praesenti clade percussis, silentio noctis domum uer-
sus iter tendunt. Hos Romani sub lucem allecuri
(nam neque silentio neque tenebris falli potuerunt)
noua caede per agros dissipant. Per hosticum inde
consul euagatus, castra Syracusas admouit. Philinus
qui primum bellum Punicum scripsit, Romanos ad
Carthaginiensibus & Syracusanis duplici praelio cir-
ca Messanam uictos prodidit, mox Hieronem & Pœ-
nos metu percussos, relicta obsidione, tota insula
dissipatos, pro uictis abijisse, ac tum demum Roma-
na castra Syracusas admota, quo nihil magis est a fi-
de alienum, quam ut ij qui bis uictores fuissent, bis
caesos & fugatos fugerint: sed uero propiora sunt
quae Polybius prodidit, qui eorū est autor, quae prio-
re sunt a nobis loco relata, etsi in hoc quoque habeo
quod mirer, qui quū bina hostium castra circa Mes-
sanam statuisset, Punica & Syracusana, Hierone ui-
cto confestim Syracusas itum dixerit, cui fidei nemo
non cunctantius accesserit, Pœnis terra marique Messa-

Hieronis actus

Hiero rex
creatur.
Mamertini ui-
cti.

Mamertinis
open fert
Ro.

Rom. praelio
Hieronè uin-
cunt.

næ assidentibus, Claudium in hostium finem castra transferre ausum, præsertim quum nihil à tergo parati relinqueretur: sed credibile est Carthaginenses sociorum clade territos, soluta repente obsidione in tutum cõcessisse. Fama rerum à Claudio gesta rum Romanæ perlata in causâ fuit, ut patres in spem erecti Romanæ rei in Sicilia propagandæ, sequenti anno, M. Valerium & C. Octavianum consules, cum duobus exercitibus in eam insulam miserint, ad quorum adventum pleræque Syracusanorum & Carthaginensium ciuitates ad Romanos defecere, quam Siculorum inclinationem Hiero intuitus, conducibilis sibi ratus Romanorum partes, quam Pœnorum sequi, præsertim quum Syracusani inueteratū odium aduersus Pœnos gererent, legatos ad cõsules misit, qui ab his pacem & societatem peterent. Romani, quia Carthaginenses maria circa insulam infederant, ue riri ne cõmeatus sibi intercluderentur, commodissimam Romanæ rei eam pacē arbitrati, his conditionibus cum Hierone societate iunxere, ut rex captiuos Romanis sine precio restitueret, & centum argenti talenta penderet. Eutropius ducenta scribit, Syracusani socij amiciq; populi Romani appellarentur. Hiero per hæc conciliatus, iam inde in studio & obseruantia Ro. nominis quandiu uixit, constantissimè perseuerauit, quo contigit, ut Romanorum fauore & beneuolentia Syracusanæ res sub eo tam prosperæ & felices fuerint, q̄ sub regū nullo antea fuissent. Probauit Romanus populus eam pacem, fretusq; socij regis opibus, ut maior esset uni exercitui omnium rerum copia, alterū ex insula consulē cum suis copijs in Italiam reuocauit. Lustrum per id tempus Romæ conditum est, cenlaq; sunt cclxxij. milia ciuiū. Decius Iunius Brutus primus in urbe gladiatorum munus edidit, Coloniaq; Sarnia deducta est. Carthaginenses posteaquā Hieronem cum Romanis fœdus percussisse auditum est, maioribus opus esse uiribus arbitrati, Ligurum & Gallorum uim in gentem mercede conducunt, ex Hispania quoq; miles stipendio accensitus, copiasq; Agrigentum contrahunt. Est urbs ipsa in ora insulæ sita quæ meridie spectat, inter Himera flumen & Hipsum. Agragas id oppidum olim dictum, Ionumq; fuisse coloniam quidam arbitrati sunt. Thucydides Geloos locum tenuisse ab initio existimat, & à propinquo flumine Agraganthem appellatum, Gelam ab Eutimo Creten si & Antiphemo Rhodio conditā. Nec eo anno quocum Hierone pax facta est, memorabile aliquid in prouincia geri contigit. Secutus est tertius belli Punici annus, qui consules habuit L. Posthumium & Q. Æmiliū. Quidam autores sunt, his consulibus fœdus cum Syracusanis ictum, sed Polybius, quem se quimur, prioris est anni autor. Consules exercitui in insulam deportato, speculati hostium consilia, qui unum in locum omnem bellicū apparatus contulerant, Agrigentum ad octo stadia proximè consederunt. Erat anni æstas, & iam maturæ in agris segetes, cæterum quia longior futura erat obsidio, milites pascim per agros frumentatū effusi, in spem hostem adduxerunt rei per occasionem bene gerendæ: itaque eruptione ex oppido facta, una pars castra inuadunt, alij in frumentatores faciunt impetum. Militaris disciplinæ seueritas, quum sæpe aliàs, tum eo die rem Rom. tutata est. Morte multabantur qui apud Ro. castra aut signa deseruissent, constitutoe præsidio decessissent. Id in causâ fuit, ut quum Carthaginenses multo plures essent, castra tamen non modò defensa sint, sed hostes cū multa cæde in urbem reiecti. Periculum eius diei effecit, ut neque Pœni aut si sint amplius castra inuaderē, neq; Romani latius euagari. Consules exercitum in duas partes diuiso, bina circa urbem castra muniunt, unum ad Æsculapij templum, altera Heracleam uersus, duplici deinde fossa urbem cingunt, interius una ad hostium eru-

Consules.

Pax Hieronis & Romanorum

Gladiatorum munus primū.

Agrigenti uentus.

Consules.

Institutum militare.

ptionem in hibendam, altera exterius ne obseisis auxilia alicunde inferri possent, præsidijq; per interualla dispositis, quinque mensium spatio Romanus sedendo hostē fatigauit. Iam fames in urbe sentiri cœperat, erant enim ad quinquaginta milia hostium, quæ obsidione premebatur. Hannibal, penes quem erat summa imperij, Carthaginem misit, qui nuncia rer, in quo statu res Punica ad Agrigentū esset. Carthaginenses suorum periculo permoti, nouum in Siciliam exercitum, cum magno elephantorum numero, & naues quàm plurimas ad bellum instructas, ad Hannonem alterum ducem mittunt, ut Agrigentum obsidione leuaret. Is cum omni bellico apparatu Heracleam profectus Herbesium, ubi Romani horreum habebant, prodicione occupat, quo adempto continuo in castris inopia sentiri cœpta est, fuissent que coacti cõsules, breui obsidionem soluere rerum omnium egestate, nisi Hiero ex Syracusis commeatum & alia ad bellum necessaria Romanis benigne suppeditasset. Hanno quia ingens pestilentia uniuersum exercitum inualerat, cerneretq; suos ad pugnam feroces, expeditis equitibus præmissis, qui Romanum ad pugnam elicerent, ipse cum quinquaginta elephantis, instructa acie, ex Heraclea est subsecutus. Insi fuerant equites, iniecto prælio, retrò paulatim abire, secumque procul à castris Romanum trahere. Numidæ quibus id negocium datum est, ex Romanis castris equitem iritatum ad Hannonem usque pertraxerunt, qui uelut in insidiis precipitari, conspectis hostibus, statim terga uertunt, at que aliquot in fuga amissis, trepidè castra repetunt. Assuit haud multo post Hanno instructo agmine, collemque decem stadia à Romanorum castris distantem occupat, nec duobus inde mensibus quicquam est, hinc aut inde motum. Interea Hannibal, crebris per noctem ignibus ac nuncijs, Hannoni significabat multitudinem quæ in urbe erat, famem amplius ferre non posse, multos longa inedia fessos ad hostes defecisse, atq; in horas plures deficere, quo suorum periculo motus, Hanno est parum suis uiribus fidens, in aciem tamen copias eduxit. Consules qui ob eas, quas diximus, difficultates nihil magis quam pugnam uolebat, ne quid in mora essent, confestim & ipsi suos in prociūtu statuerunt. Cruentū ab initio fuit certamē, mox prima Carthaginensium acie pulla, in elephantos Romanos uictor incidit. Cæterum tantus fuit fugientium sequentiumque strepitus, ut beluæ exteritæ in suos impetu aures fœdam continuo stragem dederint. Pœni rebus perditis, alij aliò fuga delati sunt. Consules elephantibus, qui in acie steterant, & hostium spolijs potiti, in castra copias reduxerunt. Ex re bene gesta, negligentia, ut affoler, orta est apud Romanos, læti militis præsentis uictoria minus attentè per noctem uallum asseruant: quam occasionem nactus Hannibal cum omnibus copijs, quas Agrigentū habuit, in tempesta nocte urbe egressus, utraq; Romanorum fossam palearum manipulis adæquat, inde per medias hostium stationes silenti agmine in pacatum abiit. Romani cognita hostium fuga, in urbem, quum iam nemo repugnaret, hostiliter irrumpunt, multaq; opulentia reuertam diripiunt. Patres nuncio uictoriæ huius accepto, rati fore, ut si aliquando enixius rem Punicam urgerent, breui tota Sicilia potirentur, qua in deditonem redacta, nulli dubium erat quin Romana res magnum esset incrementum habitura, accuratiore delectu habito, L. Valerium & T. Octavianum consules in prouinciam mittunt. Interea Agrigento à Romanis capto, quum nemini dubium esset Romanas opes terrestri bello ualidiores Punicijs esse, magna pars Siciliæ ad consules defecerat. Obstant tamē Carthaginenses maris imperium, eaq; res in causâ fuit, ut Punica classe haud multo post in Siciliam appulla, omnes ferè maritimæ urbes metra

Carthaginensium apparatus.

Hanno Agrigentum uenit.

Rom. uictoria ad Agrigentū.

Hannibalis fuga & strage.

Consules.

Prima Roma. classis.

Consules.

Panormis. Lypara.

Cornelius deditur.

Hannibalis fuga.

Mylæ.

sint à Pœnis receptæ. In festabatur interea & Italia ora ab altera Carthaginensium classe, quum interim Aphrica ab omni hostili iniuria immunis esset. Hæc patres animo reputantes, quum plane perspicerent, præter alia incommoda, ne bellum quidem ipsum ad optatum exitum perducere posse, nisi hostium conatibus mari iterum obuiam, de classe publice paranda decretum tulerunt, quæ centum uiginti haberet naues, quarum centum quincuplici ordine agerentur, terno reliquæ. In hoc nauticæ rei apparatus quinquaginta edificatio perdifficilis fuit, quarum nullus erat in Italia usus, quo magis miranda est uetus illa animorum præstantia, Populiq; Ro. magnitudo, qui nauticæ rei ad id tempus ignarus, ita intrepide pelagus tractare sit ausus, priusque cum hoste nauali prælio certarit, quàm ullum fecerit rei maritimæ periculum. Nam quum in Sicilia primo Romani transiret, Tarentinorum Locrensiū & Rheginorum fuerant nauibus p̄si, quum ipsi ea tempestate ne lembum quidem ullum publice possiderent. Erant per id tempus circa fretum pleræque Carthaginensium naues, ex quibus quinqueremis una femilacera forte ad Romanorum manus peruenit, hoc unum illis exemplar fuit ad nouas ædificandas. Huius instar centum aliæ fabrefactæ breui in portibus federunt. Sed dum hæc studio naues textuntur, multitudo ingens ad remigium exercebatur, subfellijs in arena dispositis futuri remiges insidentes, ad nutum & uocem unius stantis, qui medio ordine uersabantur, remorum pulsuum accomodabat, intendentes remos unâ atque inhiabentes. Moueri si mul eunsti ac simul residere. Sicque plures dies exerciti, posteaquam naues quæ instructæ erant, conscenderunt, ueram in salo experientiam dedere. Exi eratque per hæc annus. Secuti consules, Cn. Cornelius Asina, & C. Duellius Cornelius, cui classis data est. Is cum omnibus nauibus ad fretum usque Siculum progressus, cætera classe in ora Italiæ relicta, ipse cum septemdecim nauibus Lyparam traiecit. Erat tum Hannibal Carthaginensium dux cum Punica classe Panormi (est is locus in occidua insulæ plaga) auditoque Romani consulis ad Lyparam apultu, Boodem Carthaginensem nobilem cum xxx. nauibus ad eum opprimendum ire iubet, nec casum id consilium celsit. In tempesta nocte Pœnus Lyparam delatus, Romanas naues cum consule intercludit faucibus portus insensis. Est Lypara ex Æolijs una, præcipua inter alias magnitudine, à Lyparo rege qui eam tenuit nomen inuulæ datum, pro cedente deinde tempore Gnidij coloniam deduxerunt. Cornelius subito malo percussus, inops consilij sese cum nauibus tradidit. Linius ait per speciem colloquij deceptum ab hoste Cornelium captum fuisse: & Hannibal præsentis successus elatus paucis diebus interiectis, cum quinquaginta lectis nauibus ex Panormo Romanam classem in specturus, proxime Italiam nauigauit. Cæterum contrarium quam Romani cursu delatus, ex improuiso in hostium conspectum uenit, subitaque & inopinata ui oppressus, parte nauium amissa, ipse præter spem omnium au fugit. Agebat tum forte C. Duellius circa littus copias, hic de collegæ casu factus certior, relicto tribu nis exerciti, confestim ad mare descendit, nec ita multo post quum Punica classis haud procul abesse diceretur, appareretq; nouum & insuetum Romanis certamen insitare, quàm accuratissimè potest, naues ad prælium ornat, quæ quia tardiores essent, ne Punicarum agilitate medio certamine eluderentur, lignea instrumenta ad hostium naues innectendas singulis quinqueremibus imponit, coruos nautas uocabant. Interea exploratorum indicio cognouit Duellius hostium classem ad Mylas stare, est is quoque locus in occidua insulæ parte, inter Phalacrum promontorium & Heliconis fluminis ostium. Te-

nuerunt id oppidum Zancle, qui Himera condiderunt. Huc Romanus consul pugnandi studio deuehitur: at Pœnus audito hostium aduentu, sese in prælium expedit, centum & triginta nauibus in altū adductis. Erant Carthaginenses in magna spe uictoriæ, haud aliter euenturum rati, quàm ut eo die prosperè pugnarent, quando cum eo hoste res futura esset, qui nullam rei naualis calleret peritiam, uerum longe aliter euenit, quàm Pœni animo conceperant: enim uero ut classes inter se propinquare cœperunt, corui in Romanorum nauium proris conspecti, hostes nouitate rei percussos, cursu inhiuere, mox quæcumq; ea ars esset contempta, facto impetu, pugnam capeffunt. Romani machinarum iactu confestim quæ primo loco congressæ fuerant, tenaciter innectunt, innexasq; magno animo pontibus irrumpunt. Erant corui uelut pontes quidam sex uel naum in gradus sua longitudine digesti, lignæq; columnæ qui circa nauium proras stabant, lummo loco impositi, qui libramentis quibusdam remissi, præcipiti rotæ uolubilitate, in aduersam nauim cadentes, quacumq; parte incidissent, tenaci nexu alligatâ, quasi per gradus euntibus peruiam faciebant. Cæduntur itaq; Pœnorum pleriq; ferocissimo Romanorum incurfu, sed plures subito stupore depressi, sese turpiter dedunt. Fuit id certamen terrestri multo quàm nauali similius. Triginta Carthaginensium naues, quæ principio prælium iniuerunt, ad unam in hostium potestatem uenere, & in his prætoriam septiremis, quæ Pyrrhi regis fuisse ferebatur. Hannibal, ubi rem perditam uidit, in scapham desiliens ad suos prætrepidus euasit. Ciere interea nihil legnitus pugnam Carthaginenses, machinas tantum declinare, non à fronte ut prius, sed in latera incurstantes, ignari coruos ea ratione compactos, ut non solum in frontem caderent, sed utroq; uersum de extra leuâq; hostem alligarent. Tum uero in alterum recens discrimen dilapsi hostes, pari euentu excepti, sexaginta nauibus amissis, in fugam uertuntur. Quidam autores sunt xxx. Punicas naues eo prælio captas, xliij. mari depressas. Septē milia hominum in uictorū potestate uenisse. Tria milia desiderata. Romani maris potentia præter spem adepti, uictorij cursum secuti, Segestâ urbē hostili obsidione liberant, Macellâ capiunt, utraq; mediterraneâ in australi insulæ plaga. Oris interim inter Romanos & socios de uirtute cõtentio, adeoq; æmulatio illa utrorūq; animos accendit, ut quanq; in proximo tenderet, bina tamē essent castra. Hanc occasionē Hamilchar, quæ pedestribus præerat copijs, secutus, ex improuiso lociorū munimenta aggressus, ad iij. milia hominum occidit. Hannibal cum suis nauibus quæ prælio super fuerant Carthaginē reuersus, nō multo post cum aliquot triremibus in Sardiniam mittit, ubi nihil est meliore fortuna usus, quum portū inledisset quendam à Romanis ex improuiso circumfessus, classem fere omnē amittit. Ipse media trepidatione elapsus, ubi primū Carthaginē uenit, ob rem toties male gestâ, est cruci affixus. Duellius Romanam reuersus, primus Quiritium naualem triumphū egit. Additus illi insuper honos, ut à cena reuertenti tubicines præcinerent, & incensum funale præferretur. Polybius C. Sulpitium, & A. Attilium Consules Duellio subijcit. C. Aquilium Florum Eutropius & L. Scipionem, à quo Corsicam uastatam scribit & Sardiniam, multaq; captiuorum milia Romam abducta, atq; de his triumphatum. Sed non Polybius sequimur. Is autor est Sulpitium in insulam profectum, confestim copias Panormum admouisse, ubi tunc hostes erant, Pœnoq; pugnam detrectante, Romanum inde consulem auersum, Hippanam oppidum occupasse, mox Mystratum & Camarinam, quam Syracusani condiderunt. Cæterum dum hæc à Sulpitio geruntur, Attilius, cuius erat imperiū classis, ad Tyn-

Naualis pugna.

Corui nauales.

Numerus captarum nauium.

Hannibalis successus.

Honores Duclij.

darum stationem habebat, inter Heliconem & Tineum flumina in occidua Sicilia ora, unde hostium naues in alto conspicuas, mandat suis, ut se quam celerrime sequantur, ipse cum decem nauibus ante alteram classem in Pœnos temere euehitur, Carthaginienses alios Romanorum adesse intuiti, alios aut in portu stare, aut certe in ipsis faucibus procursum moliri, rati illos se suis subsidio affuturos, decem naues, quæ cum consule erant subito circumstant. Has partim mari deprimunt, partim fuga dilapsas perssequuntur. Parum abfuit quin & prætoria sit nauis capta. Cætera deinceps classis in congressum uenit, ubi Punicis nauibus diuisis, earum ordo depressæ sunt, decem captæ, reliquæ Lyparas cursum tenuerunt. Ex ea pugna ita est successum, ut primas uictoriæ partes sibi utrinque uendicarent, qua mutua persuasione contigit, ut tam hi quam illi maioribus, quam unquam antea, uocis nauale prælium optarent. Subinitium igitur ætatis instructi paratiq; utrinque ad bellum exiit. Romani cum tremibus trecetis ac triginta Masianâ primo conuenere, ad dextram in lura Pachinum præteruerti, eò peruenerunt, ubi tunc terrestres erant Romanorum copiæ. Carthaginienses & ipsi trecetas & quinquaginta naues habentes ad Lilybæum confederunt. Est id oppidum in promontorio ad Aphricum uentum obuerso, ubi confinium Siciliæ est & Sardolæ pagi. Breuissimus ex eo loco in Libyam cursus centum & uiginti septem milibus passuum à Carthagine distat. Mirum est quod Varro tradidit, ex hoc promontorio Strabonem quædam solitum naues percipere, quæ ex portu Carthaginiensis proficere, ita ut & numerum exponeret. Romanorum consilium erat in Aphricam nauigare, ut eò omnem uim belli ex Sicilia uerterent, Pœniq; non minus de solo patrio quam de Sicilia pugnare cogentur. Carthaginienses qui haud ignari erant, quam facilis in Libya futura esset Romanis uictoria, certi erant omnia prius pati, quam incoluim classe linerent Romanos eius nauigationis fieri compotes. Erant tunc consules M. Atilius Regulus, & L. Manlius Volso, qui paratis omnibus quæ ad nauale prælium & Libycam expeditionem attinebant, è pedestribus copiis lectissimum quenque in naues imponunt. Classis omnem quadripertito instrunt, & uelut in ter restri acie, quæ ultimo loco steterunt naues triariæ dicebantur. Habebat Romana classis supra centum quadraginta milia hominum. In singulis nauibus treceterant remiges, & legionarij milites centum uiginti numero. Aliquanto maior uis hominum, ut & nauium Pœnis aderat, sed multo plures nauibus prælijs quam terrestribus assueri: quem mortalium numerum duarum quæ potentissimarum urbium discrimen, non modo qui uiderunt, sed etiam ad quos hæc fama olim peruenerit, merito mirari possint. Romani duces, quum cererent sibi obliqua nauigandum, propter hostium occursum quia illi nauium agilitate plurimum pollebant, ita aciem instrunt, ut in fronte duas sexiremes statuerint, parum inter se distantes, quarum una Atilius, altera Manlius uehebatur. Inde secundum duas illas cæteræ naues una post aliam, certis inter se spatijs, gemino ordine, sequebantur, ita ut quo magis à primis illis distarent, ita à tergo ordines latius panderet, quo contigit, ut duarum alarum extreme maxime inter se distarent, figurarentque duos rectos angulos, uelut duabus lineis æque à fronte qua prætoriarum naues stabant deductis. Atque ita primæ Romanæ classis partes in procinctu steterunt. Tertia pars ex obliquo, uelut basis quædam ab uno ordine ad alterum extensa, absoluti reddidit trianguli formam. Post hunc ordinem onerariæ sequebantur armis, commeatu & equis onustæ. Agmen triariæ naues cogebant, ita dispositæ, ut præcedentis agminis cornua ab utra-

Pugna naualis

Lilybæum.

Strabonis uis acutissimus.

Consules.

Ingens bellorum numerus.

Rom. classis.

que parte superarent. Punicæ classis præfecti, qui in hoc ipsum erecti stabant, ut iniecto prælio Romanum à cursu remorarentur, suos paucis hortati, ut non de Sicilia possessione eo die crederent se certaturos, sed de patria, liberis, & omnibus quæ sunt mortalibus charissima, quibus quoniam uera esse constabat, non mediocriter Pœnorum animi in presens sunt certamen accensi. Carthaginiensium præfecti erant Hanno & Hamilchar, qui conspicati Romanæ classis ordinem, cõfestim & ipsi classem partiti sunt, huius præcipua parte in altum delata, dextrum cæterarum uirum cornu Hanno cum uelocibus nauibus tenuit, sinistram proximam terræ Hamilchar, cui quarta pars classis ut firmiter esset. Atilius & collega tenuerunt Carthaginiensium aciem intuiti, facto impetu in aduersum hostium agmen prorumpit, quibus Pœni, quod facere iussi fuerant, facile cesserunt, ac simulata fuga duos primos ordines à cætera classe secum abstrahunt, basis cum onerarijs, quæ remulco agebantur, à fronte nudata tardius sequebatur. Tunc ex Hamilcharis nauis dato ut inter duces conuenerat signo, qui in altum prouecti fugam simulauerant, in pugna redeunt, & Hamilchar à tergo instat. Fuit igitur cruentum prælium Romanis que ordinibus per hæc diuisis, Hanno ex alto circumuectus, à tergo triarias inuadit naues. Hic quoque laboriosa & anceps pugna fuit, mutuaque cædes. Cæterum nequid alicubi laxameti esset, ordo ille, qui onerariæ & Hippagines traherent, à frõte nudatus, ab eo Punicæ classis qui post Hamilcharem steterat, ordine inuaditur. Ita triplex pugna una hora pugnabatur, & quia nauium numerus ubiq; penè par erat, certamè & ipsum anceps. Postremo Hamilchar superatus fugam arripuit, Manlius fugientibus ferociter instat. Atilius cum suo cornu in eos conuertitur, qui triarias naues & quæ Hippagines propemodum obruerant. Romanorum animi aduentu consilis, multo ferocius prælium cient, atq; ita hostes à fronte & à tergo presens nauium celeritate in altum abeunt. Tota uis constitulum uersa est in eam Punicæ classis partem, quæ proxima stetit littori. In hanc Manlius & Regulus conuersi, ad quinquaginta Carthaginiensium triremes momento temporis opprimunt. Atq; in hunc maximum modum est eo die circa Lilybæum dimicatum. Cõsulæ sunt quatuor & uiginti Romanorum naues Pœnorum triginta & amplius, quatuor & sexaginta captæ. Consules reparata classe, Punicisq; in pugna captis ad tepus instructis prioriq; numero adiectis, in Libyam ire pergunt. Ad Mercurij promontorium (est is locus in fronte Libyæ) Romana classis primo appulsa est, inde Clipeam petunt (est urbs hæc in promontorij parte sita) subductisq; haud procul hinc in terram nauibus, fossa & uallo ualide communiunt, præsidioq; tutissimo firmant. Subita inde oppugnatio Clipeam adorta est, quæ res magno metu leuauit Carthaginiensium animos, qui ab initio persuasum habuerunt, fore, ut Romani recto cursu Carthagine peterent, quo accidit, ut post Lilybæanam pugnam irrequieto opere Pœni urbem cõmuniuerint. Totis itaq; uiribus domi forisq; terra ac mari bellum reparant. Consules Clipea haud multo post potiti, eam præsidio firmant, atq; una in hostem profecti, Carthaginiensem agrum terroris & populationis cõplent, suburbana ædificia incendunt, captiuorum supra xxx. milia ad naues adducunt. Interea nuncijs ad cõfules uenere cum patrum decreto, ut eorum unus cum ijs copijs, quæ ad bellum necessariæ uiderentur, rem in Aphrica gereret, alter cum classe & cætero exercitu Romam reuertetur. M. Atilius cum xl. nauibus, & quindecim milibus peditum, equitibus quingentis, in prouincia relictus est. Reliquas copias, cum ingenti præda & omni captiuorum multitudine, in Siciliam primo, mox in Italiam Manlius incolumes deportauit. Carthaginienses rati, quod erat, Aphricam à Romanis

Pœnorum classis.

Classium confluxus.

Primi Ro. successus in Aphrica.

Carth. imperatores.

Reguli consilium.

Victoria Carthaginiensium.

Serpens.

Tunes capitur à Regulo.

Pœni de pace agunt.

Romanis belli sedem destinari, duos imperatores Bostarem & Hadrubalem constituit. Affuit & Hamilchar ex Heraclea, cum quinque milibus peditum, qui tertius dux illi additur, ut communi sententia tres duces rem Punicam administrarent. Et iam illi Carthagine mouerant, quum Atilius Adan urbem oppugnare adortus. Eò Pœni duces cum omnibus copijs sunt profecti, ut suppetias laborantibus socijs ferrent. Vbi uero in conspectum hostium uenere, collem urbi proximum occupant, habebantq; interim illi omnem spem bene gerendæ rei in equitatu & elephantis repositam, mox ex tumulo, in quo ab initio sederant, in arduum & præruptum locum castra transferunt, quo consilio parum liquet. Cæterum Regulus elephantos & equites in eo esse loco intuitus, in quo nullus eorum futurus esset usus, si pugna repente cõmitteretur, priusquam hostes sui erroris admoneretur, rem gerendam ratus, motis angustias ab utraq; parte cingit, inde certamine iniecto Pœnum undiq; sollicitat. Mercenarij copias non nihil Romanos à præsentis conatu distinuerunt, & iam propemodum ea parte pellebatur Romana legio, quia omnis peregrinorum militum imperus incuberat, quum diuersa parte Attilianæ cohortes in summum iugum euasere. Tum Pœni accipiti periculo perculli, per abrupta loca beluas & equos in planum præcipites agunt. Palsim hostes cæsi, fuga haud uno loco inclinauit, alij aliò delapsi. Polybius cætorum numerum non retulit. Eutropius duodeuiginti milia hostium desiderata scribit, quinque milia captâ & cum his elephantos duodeuiginti. Attilius hostium castris potitus haud diu uictorie cursum sededo remoratus est, quin longe lateq; per hostium agros euagatus, quum ad Bagradam flumen forte consedisset, in nouum & memorabile certamine incidit. Stabulabatur loco flumini proximo serpens inusitata magnitudinis, quem quum in festo occursum ex aquatoribus quosdam necasset, nec aliorum impune quisquam illi occurreret, Consul balistis & catapultis uelut molem quandam grauissimam expugnauit. Eius exuuiæ. cxx. pedum longitudine, & maxillæ usq; ad Numantinum bellum in publico pepedisse dicuntur. Sunt huius rei autores, Gallius Tuberonem secutus, L. Iulius, Plinius & alij pleriq; quo magis miror Polybium, qui id bellum diligentissime scripsit, totum locum silentio præterisse. Nec multi inde dies intercessere, quibus Atilius Tunes oppidum. xv. milibus passuum à Carthagine uicinitate, ubi castra fecit Ro. consul, inde aduersum Carthagem uelut ex arce quadam decursurus. Petijt interim per literas ad senatum missas Regulus, ut sibi successor mitteretur, tantum caufatus quod suus agellus à mercenarijs cultoribus uastaret, tantum ab initio res rustica Rom. aut studio ant honoris fuit. Cæterum quum Romano bello, supra quam ferre possent, res Punicæ grauaretur, ingens uis Numidarum eius temporis occasione nata, in Carthaginiensium fines hostiliter irrupit. Fuit clades illa non minus Carthagini calamitosa, quam quæ à Romanis nuper fuerat illata. Magnus itaque metus & desperatio Pœnos inuaserat, fugaq; undiq; ex agris in urbem facta. Atilius cetero sciebat breui futurum, ut aut Carthago caperetur, aut iugum coacta acciperet, ueritus tamen non nouus consul, qui propediem successurus dicebatur, famam rerum à se magnifice gestarum totam ad se traheret, ultro cepit de pace cum hostibus agere. Carthaginienses qui soluendi belli cupiditate incredibili tenebantur, confestim principes ciuitatis in castra ad consulem mittunt, qui rem cum eo componeret. Sed tantum abfuit ut ob iniqua Reguli postulata quicquid confici potuerit, ut legati ne audire quidem æquo animo quauerint conditiones, quæ ab ipso proponebantur. Enimuero Romanus imperator omnia

quæ Carthaginiensibus relinquerentur, beneficijs loco eos habituros arbitrabat. Legati igitur iniquas leges auersati, in urbem, re infecta, reuertuntur, qui cum in senatu retulissent, quam ignominiosam pacem cum Romanis habituri essent, adeo ira exarserunt animi, ut omnia extrema prius ferre decreuerint, quam quicquam Punico nomini ignominiosum, aut rebus à se antea gestis indignum, sibi imperari paterentur. Redierant interea illi qui in Græciam ad conducendum militem missi fuerant, adduxerantq; secum non paruum militum manum mercede conductam, & in his Xantippum Lacedæmonium uirum impigrum, & in armis diu exercitatum. Is audito Carthaginiensium cum Romanis cõgressu, & quam parum utiliter fuissent castra in arduum translata, quum per plana & aperta loca ob elephantos & equites, quos tum Pœni duces habebant, in hostem iri oportuisset, nihil obscure iactabat, nò Romanorum uirtute, sed suorum ducum stultitia, Carthaginienses calamitose prælio superatos, quæ hominis asseueratio in curiam delata, in causa fuit, ut in senatum Xantippo accersito, quum eadem constanter affirmaret, spemq; faceret Punicæ rei breui tempore in integrum restituentæ, si consilio & ratione bellum administraretur, totius rei summam patres decreuerint. Continuo cum ipso duce mutati animi. Mox ubi apparuit quanto tutior salubritatq; disciplina ab eo quam à prioribus ducibus adhiberetur, omnis militaris multitudo adeo restituta est, ut nihil magis optaret, quam prælium. Hunc animorum ardorem secuti duces, Xantippi iussu, copias in apertum educunt. Erant sub signis peditum ad duodecim milia, & quatuor equitum, elephantum circiter centum. Atilius audito hostium accessu, etsi non nihil mouebatur, quod uidebat ductandi rationem apud hostes mutatam, per aperta enim & plana ducebatur exercitus, uenienti tamen Pœno obuiam processit, castraq; mille & cc. passus procul ab hoste metatus pugnam expectabat. Ibi Pœnorum ducibus rem Xantippo permittentibus, ut ipse suo arbitrio disponderet, in instruenda acie tali est consilio usus, ut in fronte beluas constituerit, in dextro cornu Carthaginiensium legionem stare iusserit, læuo mercenarios. Atilius ubi hostem ad pugnam instructum uidit, confestim educit suos in aciem. Aduersus elephantos expeditissimus quisque ex toto exercitu constitit. Post huic ordinem multiplici subdiuo acies firmata, equites per cornua distributi. Signa militaria non in fronte, sed intra aciem retenta, eratq; de industria in fronte Romana acies contracta, ne ui elephantorum impetu agmen perumpi posset. Obfuit Romanis coarctatio illa aciei, præbitaq; est occasio hosti, qui equitatu abundabat, circumueniendi agminis. Beluis enim à rectoribus in aduersum agmen adductis, confestim Barbarus equitatus utrinq; cuneatam aciem inuasit. Romani equites hostium multitudine perterriti continuo terga uertunt. Pedites qui in dextro cornu steterant, elephantorum impetu paululum declinato, mercenarium militem, qui ex aduerso cucurrerat, facile propellunt, pullum in castra prosequuntur. Contra qui altera parte beluarum agmen declinare nequuerunt, earum incursum cæde conculcantur. Anceps aliquantulum certamen fuit, Romanis magis ad salutem, quam in spem uictoriæ pugnantibus, uerum ubi extrema acies à Punico est equitatu circumuenta, & à fronte Carthaginiensis legio infestius urgebat, Romani ex omni parte degrauari, alij à beluis obruti sunt, inuestigio alij interfecti. Qui ex profligata acie effugerunt conati sunt, equitibus media planitie occupantibus perire, pauci in castra peruenerunt. Quingenti, qui cum Atilio consule aliò fugam intenderant, cum ipso duce in hostium potestatem redacti sunt. Octingenti ex hostibus atque hi mercenarij eo die cæsi.

Xantippo res Punicæ committitur.

Prælium.

Profligatur Ro. acies.

caesi. Ex Romanis, præter duo milia, qui cum signis in castra euaserant, & qui cum Regulo capti dicuntur, ad unum caesi omnes. Eutropius quindecim milia hominum cum Attilio capta prodidit, & triginta milia caesa. Ego qua ratione id fieri potuerit, haud sane intelligo, si sexdecim milia peditum autore Polybio, & quingenti equites ad obtinendam provinciam cum ipso Attilio in Africa remanserant, nisi suspicetur aliquis, tam numerosum exercitum à Regulo post college discessum ex Africis auxiliariis constitutum, sed horum fides sit apud illos qui hæc memoriam prodiderunt. Pœni spoliatis hostium cadaueribus urbem ouantes repetunt, Attilium uinctum trahentes, cuius uiri casus utile exemplum esse potuit mortalibus, ne secundis rebus nimium elati humanam imbecillitatem contemnerent. Regulus qui tam superbas leges nuper hostibus imponebat, ut nihil uictis præter uitam relinqueret, paucis horis alienæ potestatis factus, ne uitam quidem in tuto habuit. Simul & Euripidis illud quod ad Xantippum attinet, fidem inuenit. Vnius rectum consilium magnam uincere militum multitudinem. Superuicille sua prudentia exercitum ad eam diem inuictum, restituitque Pœnis ciuitatem multis cladibus afflictam, collapsosque uiuorum animos in spem pristinam erexit. Ipse optime sibi consulens, Punicam re in pristinum statum restituta, priusquam parta gloria in inuidiam uerteretur, in Peloponnesum abiit. Enimvero quæ præclare ab hominibus fiunt, magnam sepe inuidiam contrahunt, cui ciues domestica ope frater commodius resistunt, peregrina conditio omnis præsidij expers uelut mole & ruina quadam obruitur. Nuncius acceptæ cladis Romam perlatum, maiorem tristitiam, quam metum ciuitati attulit. Cæterum ubi satis constitit deletum esse in Africam exercitum, consulem captum, & qui in acie fuerant Clipeæ obsideri, confestim classis decreta est, quæ opem laborantibus ferret. Carthaginenses quæ aliquot dies Clipeæ obsidissent, ualideque Romani moenia tuerentur, incepto abstinerunt. Et quia constat fama erat Romæ opulentam classem instrui, quæ in Africam mitteretur, percussit Carthaginenses nouo hostiū apparatu, confestim ad cursum impediendum ducentarum nauium classem expediunt. Erat tū Romæ consules M. Æmylius, & Seruius Fuluius Nobilior. Hi cum ccc. nauibus in Sicilia transgressi, in Africam primam tempestatem nacti oras solunt prosperaque navigatione usi haud procul aberant à Mercurij promontorio, quum Punicam classem obuiam habuere, factoque in eam repente impetu, ceteris in alto disiectis, centum & quatuordecim naues, cum naualibus turmis, hostibus ademerunt. Polybius est huius numeri autor. Eutropius qui omnia in maius auget, centum & quatuor in alto depressas ait, triginta cum propugnatoribus captas, quindecim milia hostium eo die partim capta, partim cum nauibus demersa. Consules, secundum eam uictoriam paucis diebus in Africa comorati, Romanoque præsidio ex Clipea per oceanum deducto, Sicilia ex Africa repetit. Eratque iam classis pelagus emensa quod inter Lybiam iacet & Siciliam, quum in conspectu Camerinæ urbis, insulæ oram legens, in tantam maris sæuitiem incidit, ut pro rei atrocitate citra fidem sit referre ex tam opulenta & numerosa classe, octoginta duntaxat incolumes superfuere, cccxxxiii. aut absorptæ sunt nudis, aut scopulis illisæ uniuersum littus naufragijs & cadaueribus impleuere. Maiorem hominum iacturam uno tempore in mari factam, nemo ad id tempus, aut postea quod sciam memoriam prodidit. Incidit ea clades in decimum annum primi belli Punicum, qui quingentesimus fuit ab urbe condita. Fuerunt qui eam cladem consulum temeritati ascriberet, quippe qui inuitis gubernatoribus atque identidem ad momentibus, importuosam Siciliae

Cæsarum numerus.

Attilius Carthage perducitur.

Xantippi uirtus.

Consules.

Pugna naualis

Naufragium in gens.

Temporū supputatio.

orā inter Canis & Orionis signa nauigare non oportere, præterea tamen successu elati, institutum semel cursum tenuerunt. At sic habet, in terris ubi uirtus & audacia ualeat plurimum rem Romanam feliciter administrari contigit. Contra in mari, ubi ars & prudentia requiruntur, quum sæpe alias tum hoc bello ducū temeritate insigniter afflicta est. Fama cladis huius Carthaginenses in spem erexit Siciliae adhuc armis retinendæ. Continuo itaque Hasdrubal cum classe trecentarū nauium, & elephantis centum & sexaginta in Siciliam est missus, qui copijs Lilybæi expolitissimas Romanorum ciuitates ex occasione grauius infestaret. Patres etsi multum ob cladē nuper acceptam re maritima abhorrebant, ne tamen maris possessione cederent, classem tanto studio repararunt, ut trium mensium spatio, cc. & xxx. naues sint ad bellum instructæ. Cum hoc maritimæ rei apparatus, Au. Aquilius, C. Cornelius consules in Sicilia transgressi. His consulibus, ut Eutropius significare uidetur, argenteus nummus est primum Romæ percussus. Consules in Sicilia missi ubi Messanam uenerunt, acceptis nauibus quæ superioris anni naufragio superfuere trecentarū nauium classem expleuere. Hinc digressi, Panormum subita ni adortiuntur, duobus locis circa urbem metati. Paucis inde diebus arcem tormentorum uidebant capiunt, & cū arce ea pars urbis capta est, quam Neapolim dixere, quo casu oppidani percussu haud multo post Romanis cessere. Nec aliud in provincia, quod dignum sit memoria, est eo anno gestum. Mox noui consules, C. Seruilius Cepio & Gn. Sempronius in provincia missi, classe & exercitu à ueteribus consulibus accepto, in Africam traiecerunt. Hi diu multumque per hostiū euagati, ad Lothophagorum insulam deuenere, Meninx dicitur, haud multum à minore Syrti distans, ubi locorum inscitia in breuia delati, subito pelagi recessu aquis destituntur, classemque in arido constituta, consilij inopes, ad desperationem penes sunt redacti, mox alterno maris aestu naues fluctibus ablatæ, plurimarum rerum iactura prius facta, ut remorurum in altum abierunt. Consules in Sicilia delati, non nihil Panormi confederunt, unde digressi subita & atroci tempestate iactati, cl. naues amiserunt, quæ recentior clades adeo rem Romanam affecit, ut à mari iam inde abstinentium multi in curia fremerent. Missi itaque noui consules pedestribus copijs, L. Cecilius Metellus & Q. Curius (quidam Furium pro Curio scribunt.) His sexaginta duntaxat naues datæ ad frumentum conuehendum, & alia exercitui necessaria, quo contigit rem Punicam iterum fieri superiorem. Nam & mare late obtinebat Punicæ classis, & terrestribus copijs hostes non minus quam Romani pollebant. Accedebat elephantorum metus, qui post Libycam cladem Romanorum animos incesserat, ut biennio neque in Africa neque in Sicilia ausi sint cum Pœnis æquo Marte dimicare. Quo militum metu animaduerso, continuo latum est decretum, ut noua classis ad bellum instrueretur. Interea Curius alter consul in Italia decesserat, erant enim iam noui consules designati, C. Attilius & L. Manlius. Hasdrubal audito consulis & exercitus digressu, Metellusque cum dimidio copiarum relictus diceretur, ex Lilybæo profectus, exercitum in Panormitanum agrum induxit. Satis quidem Pœnus exploratum habebat, nihil magis Romanum militem horrere, quam elephantorum occursum. Metellus ubi Hasdrubal pugnam cupidus sensit, intra mœnia exercitum tenuit, simulans se hostem formidare: quo uano consulis metu elatus Hasdrubal Panormitanum agrum populat, exercitum ad urbem admouit. Tenuit se Metellus tādium, quoad Hasdrubal est proximū flumen tranare adortus, tū expeditos milites mittit, qui tela in beluas iacerent, atque irritatis in fossas urbis refugientes earum impetum declinarent, uim adhuc telorum ingentem & in muris & circa fossas disponit, ut undique

Nautici apparatus Carthagen. & Romanorum.

Consules.

Breuias & Syrtis.

Naufragium.

Consules.

Consules.

Metelli stratagemata.

dique beluæ ex proximo incesserent. Ipse uero parte urbis cum robore copiarum paratus constitit, in omnem occasionem intus. Elephantorum magistrum gloriae cupidum, ne expectato quidem ducis imperio, in Romam pedites impetum faciunt. Ille (quod facere iussi fuerant) fugam capeffunt, præcipitesque in fossas abeunt. Sæuiebant beluæ in extremo aggere destitutæ, ceterum momento temporis, & ijs, qui in muris stabant, & à militibus ad hoc ipsum promuro dispositis, telorum multitudine obruantur, uulneribusque irritatæ in suos cum impetu uertuntur, agmina perturbant, magnamque Pœnorū stragem sua sponte edunt. Nec à Romanis in tanta occasione cessatum, quin hostem beluarum sæuitia turbatum adorti, facile in fugam uertunt. Multi igitur circa fluum oppressi periere. Elephantum x. cū suis magistris in potestatem uenerunt. Cæteri sefforibus excussis circa fluum uagi, ad unum capti, qui centum triginta numero fuisse dicuntur. Sunt & xxx. milia Carthaginensium caesa. Extulit recens uictoria Romanorum animos, factumque est ut omni ope niterentur, cum hoste in Sicilia bellare, missisque noui consules confestim in provinciam. Metellus Romanam reuersus egregium de Pœnis triumphum egit, quem elephantorum numerus multo conspectiorem fecit. Et res duorum populorum in hoc statu erant circa Siciliam: in Græcia post Pyrrhi interitum res nihil quietiores fuere, nam Peloponnesi ciuitates mutuis inter se odijs accensæ in bellum ruebant, multisque cladibus citro ultroque illatis & acceptis sollicitate tumuloseque agebant. Sed Epirorum clades omnium terribissima, qui Aristotimi subita tyrannide oppressi quum multi in Ætoliam confugissent, missique ab Ætolis legati essent, ut exulibus sitas necessitudines tyrannus remitteret, annuere ille Ætolorum postulatis uisus est, liberisque extoritur & uxoris potestatem fecit abeundi: inde urbem longo agmine egressus, præciosisimaque secum asportantes, rebus omnibus spoliatis in carcerem coniecit. Ibi tyranni iussu pueri in matrum complexibus sunt crudeliter interfecti, uirgines ad stuprum raptæ. Hanc tyranni sæuitiam ulturus Helematus quidam (erat is senex & liberis orbis uirgine & rerum omnium securus) fidissimos amicorum domum uocat, quos quum ad libertatem ferri oporteret, & ultionem patriæ hortaretur, nec ciues in sententiam tyranni metu traheret, clausa domo se ad Aristotimum miserrum interminatur, ut ad se tanquam ad coniuurationem opprimendam occurreret: quo metu illi adacti in Helemati uerba contra tyrannum iurant, eaque conspiratione nefarius Aristotimi dominatus est extinctus. Et hæc in Epiris. Antigonus uero terea, & cum Ptolemæo Ægypti rege, & Spartanis uarie bellauit, sed maius illi à Gallogræcis negocium iniectum, qui aduersus regem acie dimicaturus, quum ex auspicijs cognouissent magnum sibi periculum instare, non in metum sed in furorem dira religio uersa est. Expiandi omnis gratia filios & uxores promiscue trucidant. Tanta tum Gallos rabies inuaserat, ut ne ætati quidem parcerent, cui uictor hostis haud dubie fuerat pariter, bellumque internicium cum liberis liberorumque matribus secuti, pro quibus bella suscipi à cæteris gentibus solent, quasi uictoriam scelere redemissent, ut domestico erant cruore resperfi, haud meliore euentu quam omine pugnam capeffunt. Scelerum furie, ac peremptorum manes oculis obseruantes, multo faciliorem Antigonum uictoriam fecere, ut dii homines & omnia in parricidarum exitium coniuuasse credantur. Antigonus hac uictoria usus, in cæteros hostes impetum deflectit. Ptolemæus & Spartani per occasionem illius fines inuaserrant, cæterum uictorem Antigoni exercitum ueriti in pacarum pro uictis cesserunt. Hoc duplici successu Antigonus supra

Metelli uictoria.

Helemati factio.

Galorum inauditum flagitium.

modum elatus, Atheniensibus qui à Demetrio patre aduersus illius rebus freti decesserant, bellum intulit. Interea Alexander Epiri rex iniuriæ magis quam beneficij memor, Pyrrhi patris mortem ulturus, Macedoniae fines populatur: quo motu Antigonus ex Græcia excitus, ubi primum est Macedonum fines ingressus, subita defectione militum, regnum & exercitum amisit. Tum uero Demetrius eius filius per indole supra ætatem insigni, exercitu ad bellum reparato, Macedoniam amissam non solum recepit, sed patrio etiam regno Alexandrum spoliavit. Tanta uel militum inconstantia uel fortunæ uarietas fuit in regnis ea tempestate, ut plerique ex regibus repente exules facti sunt, rursus ex exulibus reges. Sed quum Alexander ad Arcades confugisset, haud minor Epirotarum desiderio, quam sociorum auxilio, in regnum restituitur. Per idem tempus Magas Cyrenarum rex uita decessit qui priusquam morbo decubisset, miserat in Ægyptum qui ad finiendam cum Ptolemæo fratre certamina eius filio Beronice, quam ex Arsinoe extulerat, matrimonio desponderat. Arsinoe uero interim defuncto, uelut se inuita ea cum Ptolemæo affinitas inita esset, pro infecto habuit id connubium, Demetrioque ex Macedonia accersito puellam matrimonio locat. In placendi studio ab uxore in focrum conuersus, cum ea stuprum haud multo post fecit: longa deinde consuetudine mulier addictus, omnium in se odia conuertit. Milites incestum decessit, in Ptolemæi filium fauorem conuertunt. Postremo eodem processit militare odium, ut in Arsinoe complexum sit Demetrius à militibus confossus, à Beronice uxore, ut creditur, immisus. Audita certe est uox eius precipientis, uti matri parceretur: atque ita illa domesticum stuprum ultra dicitur, incoluim pietate, & in matrimonio sortiundo secuta est patris iudicium. Et hæc quidem procul Italia, unde C. Attilius & L. Manlius consules, post claram Metelli uictoriam, in Siciliam missi, breui Pœnos recenti clade percussos in Lilybæum compulerunt. Erat hic annus primi Punicum belli decimusquartus, qui quartus & quingentesimus fuit ab urbe condita. Conuulerant hostium duces omnem bellicum apparatus in eam locum, quem sedem belli & arcem sibi in Sicilia delegerant. Lilybæi opportunitatem consules secuti, binis hostem castris circumfuderunt. Turribus inde alijsque bellicis operibus urbem oppugnare adorti, omnia quæ ad expugnationem atque terra marique huc studio contrahunt. Erant Lilybæi ad decem milia propugnatorum, præter urbanam multitudinem, quorum Himilcho dux erat, homo impiger, & in armis diutissime uersatus. Is nunc muros tormentis discussos interius reficere, nunc ire cuniculis obtinui, aliosque hostium conatus consilio & armis frustrari. Erumpere interdum ex urbe, impetuque in Romanas stationes facto, bellica opera corrumpere. Sed dum nihil utrinque remittitur, parum abfuit, quin paucorum consilio oppidum sit Romanis traditum. Fuit Pœnis res una adiumento, quod tantisper dum proditores occultè in Romana castra ingressi, tradendæ urbis cum consulibus tempus & rationem quaerant, proditoris iudicium est ad Himilchonem delatum. Pœnus nefarij consilij auctoribus urbe exclusis, omnem militum metum intra mœnia compressit. Interim Carthaginenses reputantes, in quo statu res Siciliae essent, cum Regulo egerunt, ut Romam reuersus, cum patribus de pace ageret, quæ si minus impetrari posset, de captiuis saltem commutandis transigeret, fide ab eo accepta ut Carthaginem rediret, si de captiuis nihil fieri placuisset. Ille ubi Romam uenit, & uxorem & liberos à suo remouit complexu, tanquam Romanus esse desisset, iam inde ex quo in hostium potestate uenerat.

Variarum regum fortuna.

Demetrii stuprum cum socru.

Temporū supputatio.

Regulus Romanus mittitur.

Voca-

Vocatis inde in curiam patribus autor extitit, ne fecus cum Carthaginensibus sancirent ulli, qui multis cladibus alijs super alias fracti, suis iam uiribus aperte diffiderent. Breui futurum ut inuicti iugum acciperent. Nec quod ad captiuorum commutationem attineret, tanti se faciendum restatus est, ut plura corpora uirorum fortium, pro se iam sene ac penè decrepito, & ob id gerendis bellis parum utili, Pœno restituerentur. Vtroque per hæc negotio infecto Carthaginem redijt. Pœni non tam uiri sanctitatem quam suam causam intuiti, illum priuilegio, uarijsque cruciatibus, usque ad exitium torserunt. Quiddam autores sunt, hæc de Regulo aliquanto prius accidisse, quam Lilybæum sit oppugnari ceptum. Lilybæana quod satis constat obsidione Carthaginem nunciata, Pœni secum reputantes, in quanto discrimine essent prædiaræ copiae, quas hostis circūfederat, Hannibalem Hamilcharis filium cum quinquaginta nauibus & decem milibus peditum illis superpetas mittunt. Is ad Ægusam insulam prius delatus, inde secunda aura, ne Romanis quidem obijcere se ausis magno suorum clamore & alacritate Lilybæum tenuit. His copijs Himilcho auctus, repente copias ex urbe educit Romanorum opera inualurus. Romani hoc ipsum prius suspicati, iam dudum haud imparati stabant ad tales casus. Circa portas igitur hostibus ferociter occurrunt. Erant uiginti Pœnorum milia, qui uno tempore eruptionem fecere. Romani uero aliquanto plures. Atrox ubique erat pugna, sed circa machinas multo atrocior, tantaque hic animorum contentione est dimicatum, ut quicumque cum hoste congressi sunt, penè ad unum eo loco quo primum steterant conciderint. Ad postremum quum nihil Himilcho præter militum iacturam lucrifaceret, signum dedit receptui. Hannibal post eam pugnam noctu cum suis nauibus Lilybæo digressus Drepanum profectus est ad Haerbalem qui ubi præsidebat. Erat secundum Lilybæum is locus Pœnis charissimus, utpote ab belli usum peropportunus. Est urbs sita in occidua insulæ ora, inter Bathum fluiuium & Segestanum promontorium, in falcis speciem curuato littore, quod nomen ipsum argumento est, nisi potius sit fides poëtis habenda, qui à Saturno falcem his locis abiecit fabulantur. Distat Drepanum à Lilybæo quindecim milia passuum. Tenebat adhuc Lilybæana obsidio, imminerebantque Romani hostibus terra ac mari, quum Rhodia nauis insigni celeritate, ex Carthagine Lilybæum ingressa est: hicque per ocium speculata in quo statu res essent, per medias Romanorum naues elapsa, retro abiit. Ea res cōsules impulit ut fauces portus sint obstruere adorti, onerarias aliquot in unum uadum deprimunt ingenti materia illis superiecta. Cæterum immanis maris altitudo irritum opus fecit. Vix tamen ex altera parte ostij agger constitit, quo contigit ut paucis diebus Romani quadriremen unam Carthaginensium uelocissimam, uelut uado herentem eo loco opprefferint, qua usi haud multo post & Rhodiam illam Lilybæum reuerfam ceperunt. His duabus circa portum constitutis, omne suorum commercium Romani hostibus ademerunt. Eratque iam undique Pœnis præsidij spes adempta quum ex insperato bene gerendæ rei occasio illis est oblata. Vehementior uentus, & uelut procella quædam repente orta, bellica Romanorum opera mirum in modum cōcutiebat, qua occasione hostes usi, haud uno loco ignem ex aduerso iniiciunt, flamma aridæ materię insinuat, turres, arietes & machinas ferè omnes momento temporis consumpsit, quo contigit, ut iam inde Romani duces uallo tantum & fossa inclusum hostem habuerint, fame domituri quando aliter subigi nõ posset. Ab Roma interea decem milia hominum in supplementum missa, annoque per hæc circumactio Claudius Appius Pulcher, & Caius

Reguli exitus.

Atrox pugna.

Drepanum.

Incendium.

Iunius consules fiunt. Appius Lilybæum est missus. Is sub primum accessum, lectissima parte militum in naues imposita, Drepanum ad Haerbalem opprimendum nauigat. Perculit Pœnum Romana classis sub lucem ex alto conspecta. Idemque satius fore arbitrat' fortuna experiri, q' pati se ab hoste, faucibus portus in seipsis, oblideri, militum turbam ad portum signo conuocat, ibi paucis affatus, aut fortiter dimicandum esse ostendit, aut omnia mala, quæ longa obsidio ferre potest, subeunda. Tum omnibus suam operam ultro deferentibus, poscentibusque alacri clamore pugnam, in naues illico cōsentum est, nec mora ulla fuit, iussis nauium gubernatoribus eo cursum dirigere, quo se tendere uisissent, ipse primus portum egreditur, egressus in Romanos appropinquantes cursum desecit. Trepidatum primo à Romanis in explicanda acie, cum consili ordinem ab initio mutari placuisset, demum subductis in altum nauibus, ipse in læuo cornu constitit. Haerbal in altum præteruectus, cum impetu à mari in Romanos reuertitur. Diu æqualiter certatum. Lectissimi milites ab utraque parte pugnant. Mox procedente prælio, agilitate nauium & nauatarum peritia, Pœni superiores esse ceperunt. Illud interim Carthaginensibus perutile fuit ad uictoriam, quod Libycæ naues pelagus tenebant, unde pronior fiebat in Romanos impetus, & rursus quum degrauari ceperent facile pugnam eludebant, celeriter in altum recursum. Contra proximum littus omnia Romanis impeditiora reddebat, protracta tamen in plures horas est pugna. Ad postremum Romanarum nauium aliæ littoribus impactæ, aliæ medio stuctu uel hostium depressæ, uix triginta numero cum consule fuga dilapsæ sunt, cæteræ præter eas quæ in hostium potestatem uenerunt, ad unam periere. Tres & nonaginta captas Polybius scribit: apud quosdam reperio habuisse classem illam, ducentas & uiginti naues, quarum paucae cum consule fuga seruatae sint, uiginti captæ cum suis turmis, cæteræ medio certamine depressæ. Ad octo & uiginti Romanorum milia, partim cæsa, partim in uictoriam potestatem redacta. Auxit cōsulis inuidiam sprete religio, quod in pugnam iturus, quum pulli ex cauea emissi tripudium non fecissent, eos in mare contemptu religionis abiecisset, ludibrio etiam uerborum adhibito, ut biberent quando esse nolent. Nec multo se ciuiliorem post pugnam præstitit. Iussus à patribus dicere dictatorem, Ca. Glauciam dixit, ultimæ sortis hominem. Mox magistratu abire coactus, ludos prætextatus spectauit. Polybius eum in iudicio concidisse scribit. Cæterum nec ipsi tantum ea offensa probro fuit, sed sorori etiam Claudie, quæ quum aliquando solenni ludorum die nimia hominum frequentia molestius uexaretur, dixisse fertur, utinam frater meus uiueret, iterum Ro. classem perditurus: quæ uox siue omen fecerit, siue cædis memoriam renouarit, adeo multitudinis aures offendit, ut mulier maiestatis rea subierit iudiciu. Patres etiam ingens uulnus acceptum censebant, reparata tamen confestim classe, L. Iunium consulem in Siciliam mittunt. Ille cum sexaginta rostratis nauibus Messanam uenit, quo ex tota Sicilia præterquam ex Lilybæo contractis in unum nauibus: cxx. rostratarum classem impleuit, super onerarias, quarum uis inges fuit. Harum dimidia parte quæstori data, ut cum his cōmeatum ferret in castra, ipse haud multo post cum lxx. nauibus euntem secutus est, frumentum à mediterraneis ciuitatibus accepturus. Miserat per eos dies Haerbal Carthalonem cum triginta nauibus ex Drepano, omnia circum littora scrutari iussit, atque ubicunq; naues, siue inregras, siue corruptas offenderet daret operam, ut in suam potestatem redigeret. Ferox ille primum omnium in eam classem, quæ ad Lilybæum stabat, non solum impetum fecit, sublatoque nauarijs

Consules.

Nauale bellu.

Numerus amissarum nauium.

Appij peruersitas.

Reparant Ro. classem.

narijs clamore Himilcho excitus, cognita tumultus causa milite ex urbe educto Romanos ferociter inuadit, qui undique circumuenti, in non mediocriter periculum sunt adducti. Carthalo aliquot Romanorum nauibus aut captis aut corruptis, ex Lilybæo profectus, Heracleam petijt, ut commeatus, qui ea parte in Romana castra uehebantur, interciperet. Oram legenti speculatores naues Carthaloni nunciant ingentem nauium numerum aduentare. Ille fiducia rei nuper gestæ, hostem aspernatus, obuiam ire pergit. Romanus quæstor, cognito Pœnorum accessu, imparem se hosti ratus, in proximum littus naues multa trepidatione subduxit. Erant littorum anfractus & rupes pelago imminentes, unde Romani Punicas naues sagittis & fundarum iactu arcerunt. Carthalo paucis onerarijs, quas sub primum accessum opprefferat, secum abductis, ad ostia proximi fluminis confedit, hostium nauium digressum obseruaturus, ut ubi eas in altum euectas uideret, ubi to incursum caperet. Interea consul ex Syraculis Pachinum præteruectus, Lilybæum uersus australem insulæ oram legebat, quum procul Punicas naues cōspicatus in proximum sese portum recepit, hostium fortunam simul & uirtutem ueritus. Carthalo quia haud facilis erat locorum expugnatio, portum inter utraq; Romanorum classem medium cepit, ut abeundi facultate utriusque adimeret. Interea Punicæ classis magistri scdam tempestatem, quæ imminerebat, præuidentes Carthalonem mouent, ut confestim Pachino superato tutiorem portum caperet, quibus ille obsecutus, satis mature periculum euasit. Romana classis importuosius deprehensa locis, adeo uehementer conflata est, ut ex tanta nauium multitudine, nihil quod utile esse posset superferret. Proximum littus exercitum seruauit. His maritimis claudibus, alijs super alias acceptis, fractus Rom. Pop. iterum hostibus maris possessione celsit, terrestribus deinceps uiribus tantum staturus. Contra Pœni præterquam quod & pelago imperabant, in magna etiam spe erant terrestris belli ex sententia conficiundi. Iunius consul post amissam classem Lilybæum in castra se contulit, curarum plenus omnia circumspicere, an præclarum aliquod facinus à se peragi posset, quo præsentis cladis apud suos leuaretur infamia: necita multi dies intercessere, quibus ille Erycem per proditionem occupauit, simul & Erycinæ Veneris tēplo & oppido potitus est. Eryx mons Siciliæ mari imminens inter Drepanum & Panormum, huic tamen quam illi uiciniore, omnes Siciliæ montes præter Ætnam sua magnitudine excedens, in eius uertice plantities cum Erycinæ Veneris templo, omnium quæ tum in insula erant, opulentissimum, paulum infra uerticem urbs longissimam ac difficillimum undique habens aditum. Carthaginenses amisso Eryce Hamilcharem, cognomento Barcham, classi præfecerunt. Fuit hic Annibalis pater, qui postea sexdecim annos in Italia bellum gessit. Hamilchar in Italiam classe delatus, omnem maritimam oram populatione fecidauit. Erat hic annus inchoati belli decimum octauus. Ex Italia Hamilchar Brutiorum ora Locrorumque uastata, Panormum cum classe se contulit, ibique locum gerendo bello aptissimum, haud procul Panormo, occupat. Hinc ille (erat enim situs loci natura munitissimus) ex arce quadam profectus, usque Cumas omnem Italiæ oram sæpius populatus est: in his Pœnis locis quum fere triennium castra habuisset, terra marique rem Romanam uexare non destitit. Interea in Italia duæ à Romanis coloniæ deductæ, Fregellas circa Lyrim fluiuium, & in Salentini Brundulium. Duo etiam prætores tum primum creati ceperunt. Fuerunt eo triennio, quo Hamilchar in Panormitano agro habuit castra, multi uarijque utriusque ciuitatis conatus, multæ etiam clades hinc inde illatæ & acceptæ, sed

Carthalo classem urget.

Naufragium Romanorum.

Eryx à Rom. capitur.

Fregellas & Brundulium duæ coloniæ. Prætores duo.

quæ ad Erycem & Egusam insulam postremo gesta sunt, maiore fama ad posteros manarunt. Cætera Polybius Eutropius & Florus, quos autores L. Iunio intercepto sequimur, preste & obscure, ut parum cognitu necessaria præterierunt. Erat in Romanorum potestate Eryx, duplicique præsidio tenebatur, uno ad ingressum montis, altero circa replum in uertice constituto, non defuit tamen qui oppidum Hamilchari proderet, quo accidit, ut Eryce à Pœnis inuito, Romanis qui in summo iugo erant in magno discrimine constitutis: nec Pœni ipsi minus laboraturi erant, opportunos ad urbem aditus Romanis præsidio obtinentibus. Atque ita obsidentes & obfessi incredibili animorum obstinatione durabant, certi extrema omnia potius tolerare, quam hostibus cedere. Quum igitur in hunc modum bellum traheretur, essetque interim Hamilchar Italiæ maxime infestus etenim iam annos fere quinque Romani abstinerunt mari, cōmoti patres, simul hostium iniuria, simul quia haud dubie apparebat id bellum non aliter ad exitum perducii posse, summo studio classem comparant. Cæterum diuturni belli sumptus ærario exhausto, priuatim ciues in hunc usum pecuniam contulerunt. Plerique quinquerem unam proprio sumptu construere & ornare non recusarunt. Tanta tunc erat reipublicæ charitas, propagandique imperij studium, cc. quinqueremes ad Rhodiam illius circa Lilybæum captæ similitudinem cōtexas, C. Lucatius consul sub initium ueris in Siciliam egit. Is subito accessu Drepanitarum portum & alia loca Lilybæo circumiecta occupat. Drepani machinas & bellica opera admouet, urbem expugnaturus, eratque haud procul inde Punicæ classis, sed quo propinquior erat hostis, eo minus ille remittere de ijs, quæ ad remiges & nautas exercendos at tinebant, haud ignarus quantum res maritimæ momentum præsentis bello attulissent. Carthaginenses audito hostium in mari apparatu, & ipsi summa ope cōnuxi naues ex aduerso comparant, his Hånone præficiunt, qui cum classe domo profectus, ad Hieronensem insulam confedit, ut inde prima tempestate in Siciliam transmitteret. Lucatius audito Pœnorum aduentu, optimis quibusque ex pedestri exercitu in naues impositis, confestim ad Egusam insulam nauigat. Linius Egatē uocat. Florus Egates est ea insula contra Lilybæum. Ibi milites consul hortatus ut in crastinum se ad pugnam comparent edicit. Vbi uero sequenti die illuxit, uetusque hostibus secundus esset, nec mare satis quietum, aliquid quando consul dubius stetit, utrum cum hoste dimicaret. Reputans deinde quanto maiore spe pugna iniretur, si cum Hånone, qui commeatu classem onustam haberet, quam si postea cum expeditis ad pugnam nauibus, & cum Hamilchare duce, quo nihil per id tempus terribilius audiebatur, configere cogereur, uenientibus satius occurrere uisum. Ferebantur Carthaginenses prospero uento, qui Romanam classem ex aduerso conspicati, subductis cōtinuo uelis, sese prælio accingunt. Confirmatis interrim utrinque animis fit pugna, in qua quum omnia diuersa essent, quæ olim ad Drepanum fuerant, diuersum quoque pugna sortita est exitum. Romani celerrimas & expeditas habebant naues, quibus remiges exercitatissimi erant, & ob eam rem acres, & ad omne facinus impigri, optimi adhæc milites, ex uniuerso exercitu delecti. Pœnis naues onaste, & rudis aderat miles, quem, simul ac pugnari ceptum est superari contrigit. Quinquaginta naues uel fractæ uel fumberiæ, septuaginta cum turmis captæ, ceteræ mutato uento ad Hieronensem se fuga receperunt. Capta supra eos qui perierant ad decem milia hominum. Eutropius duo & triginta prodidit, tredecim milia interfecta: ex Romana classe duodecim naues in pugna depressæ sunt. Carthaginenses

Erycina obsidio.

Consul.

Egusam Ægatē uocat.

Naualis Rom. uictoria.

Carthala. deperatio.

noua & inusitata clade percussis, etsi ad ferendum bellum promptissimi erant, suis tamen rebus accisis, quum belli ulterius alendi iniri ratio non posset, Hamilcham scribunt, rem Punicam praesenti clade adeo collapsam, ut non esset cur ex domo comearum, aut classem expectaret amplius. Ipse igitur de pace & bello quicquid uisum esset statueret, idque faceret quod e re ipsa sibi uideretur. Ille optimi sapientissimi que ducis usus officio, quandiu Punicae rei spem aliquam superesse uidit, nullum unquam laborem aut periculum subire reculauit, omnia prius summa industria & audacia expertus pro insula retinenda, postremo Carthaginensium rebus ubique fractis, tempori & necessitati celsit. Neque enim optimum ducem uincere tantum scire oportet, sed cedendi etiam tempus non ignorare. Legatos igitur ad Lutatium misit (nam Aulus Posthumius eius collega Romae fuerat a Metello pontifice, quia flamen esset, ad bellum exire prohibitus. Metellus sub id tempus quo Romani sunt praesenti bello defuncti, ex aede Vestae, quae incendium contraxerat, paladium & sacra eripuit) Lutatius non ignorabat quam res Romana longo esset bello exhausta, pace ultro delatam haud hosti denegandam censuit, quae his demum conditionibus est inter duces composita, ut amicitiam inde Romanis & Carthaginensibus esset, prorsus tota Sicilia Poeni abstinerent, neque deinceps bellum Hieroni inferrent, neque contra Syracusanos Syracusanorum uel locios mouerent arma. Carthaginenses captiuos omnes redderet sine pretio, talenta argenti Euboica duo milia & ccc. Romanis annos. xx. penderent. Has conditiones populus Ro. probare noluit, sed in Siciliam. x. legatos cum auctoritate misit. Hi pauca foederi addiderunt, ut omnibus insulis quae inter Siciliam & Italiam iacent Poeni abstinerent, tempusque pensionis corripuerunt mille talentis priori summae additis. Atque in huc maxime modum terra marique est de Siciliae possessione inter Penos & Romanos, praeterquam ad exitum uario euentu certatum. Bellum sane diu turnum, in quo cum alia multa acciderent memoratu digna, tum quod quingentis quandoque nauibus hinc inde bellatum. Polybius autor est amississe populum Ro. eo bello naues septingentas, praeter eas quae naufragio perierunt, Penois ducentis minus. Fuit hic annus quo primum bellum est solum, quartus & uigesimalis, uel, ut alij scribunt, alter a uigesimo, ab eo quo arma utrinque mota sunt. Urbis Romae quartuldecimus supra quingentesimum, quo tempore Macedoniam regnum Demetrius tenebat maioris Demetrii nepos Antigoni filius. In Aegypto Ptolemaeus cognomento Euergetes, Philadelphus filius, primique Ptolemaei nepos. In Iudaea Pontifex Onias Eleazar, a quo per manum sacerdotum accepit, ex fratre nepos, is ut Eusebius scribit, quia annuum tributum Ptolemaeo non reddidisset, Aegyptiaco bello petitus esset, nisi Iosephus, qui ea tempestate multum apud regem gratia pollebat, in Aegyptum legatus profectus esset, Ptolemaeo satisfacturus. Is non solum destinatum bellum depraeator excusit, sed Iudaeam etiam & finitimis praesse iussus est. Regnabat in Syria Seleucus Antiochi filius, qui Laodices matris impulsu Beronice nomen suum, & fratrem ex ea natum ad caedem persecutus in Pataram compulit. Hanc Ptolemaei regis sororem Antiochus, qui fuit maioris Seleuci filius, Laodice adhuc uiuae superduxit uxore. Beronice & regii pueri miserabili casu commotae Asiae ciuitates puero & matri auxilia aduersus Seleucum decernunt. Ptolemaeus & ipsa sororis periculo commotus, cum ualido exercitu in Asiam transiit. Beronice ante fratris excessum uel expugnari non potuit. Caeterum fraude circumueta cum puero trucidata est. Indigna res omnibus uisa, atque Seleuci scelus Asiae

urbes detestatae, uno tempore, magno consensu, ab eo deficiunt, seque & classem, quam ad opem Beronice ferendam comparauerant, Ptolemaeo tradunt. Erat is haud dubie Seleucum spoliaturus regno, nisi ob domesticam seditionem, medio rerum actu, trepidis nuncijs in regnum reuocatus esset tantum aut odium Seleuco nefarium parricidium, aut Ptolemaeo miserabilis sororis casus fanorem comparauerat. Post Ptolemaei digressum quum Seleucus, in genti classe fretus, Asiarum ciuitates hostiliter persequeretur, subita tempestate naues amisit. Res qui dem calamitosa, sed in primis Seleuco optata, quippe qui adeo miserabilis infensis ciuitatibus uisus est, ob cladem illam terribilissimam, ut ira in misericordiam uersa sua sponte in fidem redierint. Ille uero praesenti successu erectus Ptolemaeo bellum infert. Sed homo ad ludibrium fortunae natus, qui que ad hoc ipsum uidebatur ortus, ut quaesitas imperij opes perderet, uictus praelio in Antiochia aufugit. Erat huic Antiochus frater admodum adhuc puer a quo Seleucus auxilium per literas implorauit. Asia citra Taurum montem conditione ei delata, si in eolumi regno, praesenti bello defungeretur. Antiochus non auxilium fratri sed impium latrocinium laturus, studio se ad bellum comparat. Ptolemaeus de Antiochi aduentu factus certior, ne cum duobus bellandum esset, inducias cum Seleuco in decem annos pacificum. Antiochus interea, Gallicis auxilijs precio conductis hostem se fratri obtulit. Fit igitur praelium, quo puer Gallorum uiribus & audacia uictor, parui abfuit quin ab auxiliarijs ipsis prodicione sit interfectus. Galli Seleucum cecidisse rati Antiocho capitaliter insidiabantur, ut regnum regia prole spoliatum sibi praedae & rapinae obnoxium redderent. Ille praesenti periculo commotus a Gallis se auro uelut ad praedonibus, redimit, societatemque cuius iungere coactus est, qui nuper mercenario nomine militabant. Eumenes rex Bithyniae amborum fratrum opes mutuo bello afflictae intuitus, uagantem Asiae possessionem inuasurus, Antiochum & Gallos, etsi uictores, recenti tamen praelio adhuc fractos, ex improviso aggreditur, facilisque fuit uictoria ex semiuictio hoste. Atque ita Asia, uelut in medio relicta, pluribus uno tempore aut praemium, aut praeda fuit. Seleucus & Antiochus de Asia certabant, Ptolemaeus sororiae ultionis titulo hinc infestus aderat, inde Eumenes & Galli terram populabantur. Antiocho uicto magna Asiae partem Eumenes subegit, Nec sublatum praelio Seleucus & Antiochus fratres sibi minus infesti erant, sed ab externo hoste aucti, ceu quae ab Eumene siebant ad se nihil attinerent, in mutuum exitum bellum reparant, fuitque proximum praelium Antiocho infelix, qui exercitu spoliatus, in Cappadociam aufugit ad Artamenem locorum suum, unde haud multo post, quum capitales ab eo insidias sibi instrui indicio coepisset, occulta fuga dilapsus, quum nusquam sibi tutus uideretur, ad Ptolemaeum profectus est, tutius sibi fore ratus si se hosti quam fratri crederet. Ptolemaeus eum non nihil in custodia habuit, hincque mulieris operaliberatus, quum procul inde fugam intendisset, a latronibus in quos per deum errabundus inciderat est oppressus. Seleucus ipsidem ferme diebus equo praecipitatus tertio sui regni anno periit, post quem Antiochus cognomento Magnus, Syriae regnum annos sex & triginta tenuit. Is demum Asiam, & quicquid citra Taurum possedit, a Romanis bello uictus, ut suo loco explicabitur, relinquere coactus est. Erant Romani per id tempus quo haec in Asia gerebantur, Punico bello defuncti, & ne subito ab armis discederent, Phalisci in causa fuerunt, qui ut saepe alias rebellantes a Q. Lutatius & Manlio consulis bello petiti sunt, magnoque praelio uicti. Quindecim milia hostium uno praelio caesa. Sexto die

Seleuci scelus

Seleuci Antiochi praelium

Antiochi erroratio

Antiochi Seleuci mors Antiochus magnus

Phalisci

die quam ad hostes uentum erat in deditionem recepti, agroque ex dimidia parte multati. Duae tribus per id tempus, aut aliquanto antea prioribus additae, Velina & Exquilina. Ennius poeta per id tempus Tarenti ortus est. Liuius poeta primus Romae fabulam docuit. Callimachus elegi carminis scriptor in ipsum primi belli Punicum initium Nepotis Cornelij testimonio incidit. Templum Iani, post Phaliscos in deditionem redactos, terra marique pace parta, est clausum, ut Florus prodidit: fuitque hic annus ab urbe condita quartuldecimus supra quingentesimum. A primo Numae anno sub quo primul claudi contigerat, septuagesimulseptimus ac quadringentesimus. Sub id tempus. Sp. Caruilij Ruga togatorum primus cum uxore diuortium fecit. Eodemque anno Naeuius poeta fabulas ad populum edidit. M. Varro libro quem de poetis scripsit, hunc primo bello Punico stipendia fecisse prodidit. Caeterum Iani templum breui post bello a Liguribus orto est patefactum. Causam belli in Liguria gesti non reperio. L. Cornelius, quod satis constat, & Fuluius Flaccus ipsi genti bellum intulerunt. Ligures inter Macram & Varrum flumina sedes habere circa alpium latera, qua in Ligusticum iacent pelagus obuersa. Plinius eius gentis originem ignorasse uidetur. Strabo ex Graecia oriundos existimat, coniectura usus, quod ut Graeci aereis uterentur scuris, totamque in uniuersum gentem partitur in Ingaunos & Intemelios. Contra Plinius supra duodecim populos memorat, Liguribus plurimum ex pecore uictus, lacte hordeaceaque potione. Naualis materia frequens. Arbores eximie crassitudinis diametro selesse octonis patent pedibus, mortaria & mensae sunt ex ea materia. Pelles inde & mella, Vinum genti austerum & picatum, muli & equi ex eadem terra, tunicaeque & sagula. Lingurium quod electrum alij uocant, eandem terram habere arbitrat Strabo, quod Graecorum plerique cum eo falso tradiderunt. Plinius procul electrum nasci autor est, fallaque esse omnia, quae de Phaeronte & Eridano a multis Graecorum sunt memoriae prodita, esseque insulas in septentrionali oceano, ubi electrum gignitur, Glessaria eorum una uocatur. Electrum germani glessum uocant nascique medulla pinei generis arboribus defluente, ut gummi in cerasis, ut resina in pinis manat arboribus humoris abundantia. Lingurium Demonstratus ex urina Lynceum fieri credit, e maribus fuluum & igneum, e foeminis languidius ac candidius. Quidam Langurium id uocant existimant esseque in Italia bestias Langurias. Zenothemis eas Langas uocauit, circa Padum id ferarum genus, stabulari arbitrat. Metrodorus & Sudines ex arbore, quae in Liguria sit, id nasci prodiderunt. Sed talium fides sit apud eos qui haec tradiderunt. Deceatae Maxubij & Eburiates Ligusticae gentes in occultas latebras refugientes diu Ro. Consulibus frustrati sunt, hos postremo Fuluius longa indagine adeptus, igni circumfessos expugnauit. Sunt qui tradant tum primum Lentuli & Fuluij ductu Romana signa trans Padum promota, pugnatumque cum Insulibus & Liguribus, caesaque tria & uiginti milia hostium, quinque capta, deque his Romae triumphatum. Si Eutropius uerus est autor, qui Ligusticum bellum statim Punico subiicit, in id tempus incidisse oporteret bellum quod in Aphrica Carthaginenses crudelissimum cum Spendio & Mathone gessere. Satis constat per haec tempora & plura terra prodigia fieri contigisse. In Piceno fluitus cruentis aquis sua sponte currit. In Hetruria caelum ardere esse uisum, Arimini noctu tres lunae in caelo conspectae. Id prodigium Cn. Domitio & L. Anno consulis factum Plinius autor est, quod ad caeli ardorem attinet, quum Gn. Papyrius & C. Caecilius consules fuere tempus alioqui haud diser

Ennius

Templum Iani iterum clauditur

Diuortium primum Naeuius

Liguria sedes & diuisio

Electrum Glessaria

Lingurium

Bellum Ligusticum

Prodigia

te possit. Haecque post primum bellum Punicum in Italia a Romanis gesta, Carthaginenses interea in multo periculosisse bellum, quam quod ad id tempus cum Romanis gesserant, in Aphricam reuersi inciderunt. Id Aphricum a loco in quo est gestum nominari contigit, cuius originem fuisse ferunt. Quum Hamilchar percusso cum Romanis federe se magistratu abdicasset, copias quas ex Eryce & Lilybaeo deduxerat, Gisconi tradidit domum de portandas. Giscon res nouas ueritus, si tanta uis hominum uno tempore in Aphricam delata esset, praesertim cum plura militibus deberentur stipendia, quae reddi aerijs inopia non poterant, pro magno habuit negotio, eos factis de industria interuallis, per partes mittere, ut qui primo altero uel loco transmissi essent, confestim exautorati dimitterentur. Carthaginenses partim negligentia, partim stipendij defectu non solum non id fecere, sed iusserunt etiam ut qui primi uenerant nouissimos expectarent. Mox ubi omnes copiae affuerunt, paululum penuria est singulis datum, ac simul iussi duces copias urbe educere. Id quum cunctantius feret, uellentque multi in urbe impedimenta relinquere, cum omnibus rebus pene praecipites sunt Carthagine eieci. Ut igitur in Siccam coire, in ocium & socordiam abierunt, quod magnis exercitibus perniciosissimum fuit semper. Hi igitur tumultuose stipendium sibi debitum reposcunt. Alij multo maius quam deberetur impudenter efflagitant. Praemia militaria repetunt, ab ipsis ducibus medio ardore belli supra stipendium promissa. His sua sponte tumultuantibus Hanno superuenit, qui multa de aerijs inopia locutus, quum aliquam stipendij remissionem postulasset, continuo multitudo, uelut stipendio & spe praemij uno tempore fraudata, in tantam iram exarsit, ut magis dux deesset quam uoluntas eruptione seditioni. Merebant tum Punicum stipendium Hispani, Galli, Ligures, Baleares, Graeci quodque non pauci, & Aphri. Quae multarum gentium colluui in causa fuit, ut discordia semel mota cohiberi amplius nequieuit. Raptis itaque per iram armis Hannone & caeteris ducibus contemptis, Carthaginem tumultuosius ire pergunt. Vbi uero ad Tunes uentum est, nunc corrupta uoce Tunisum dicunt, haud procul inde castra muniunt. Erant hi supra uiginti milia armatorum. Carthaginenses subito malo percussis trepidare metu, ac quibus remedijs praesenti periculo irent obuiam sollicite requirere, faterique sua errata, & quod tantum mercenariorum militum unum in locum coire passis essent, & quod impedimenta militum liberos & uxores penes se relinqui nolissent, ubi intra moenia inclusi pro obsidibus ciuitati esse poterant. Omnia igitur quae ad militarem iram leniendam pertinere creduntur, censent mature adhibenda. Commeatus & alia ad uitae usum necessaria affatim in castra ferri iubent, ibique tanti nec pluris uenire, quati ipsimet milites uellent, quotidieque legati in castra mittebant, qui benigne pro cocione milites alloquerent, omniaque a se expectare iuberent, quae a gratissima ciuitate expectanda essent. Haec placamentorum genera, tantum abfuit ut saeuientem multitudinem aliquo modo delinuerint, ut uel ex hoc ipso sit miles audacior factus, quia nihil obscure se timeri intelligeret. Precia igitur equorum, quos in bello amiserant, reposcunt, adduntque in horam aliquid impudentius prioribus postulat. Praeuelebant in multitudine nouarum rerum cupida seditionis simi quique: demum eo est decursum, ut Giscon, quo illi in Sicilia duce uis fuerant, suo arbitrio finiret, quid supra stipendium militibus deberetur. Is cum pecunia Tunes profectus cum singularum gentium ducibus congressus, se uenisse docet, ut stipendium militibus dissolueret, hortaturque ut singuli suos in

Aphricum bellum

Militaris seditio

Tunes

Gisconis stultitiam

Finis primi belli Punic. Leges Carth. datae.

Temporū supputatio.

Asiae motus.

Beronices caedes.

officio continerent, futurum, ut omnium desideria publica gratitudine explerentur. Erat per hæc Giskon facile mortum cōpressurus, nisi Spendius Campani sanguinis homo seruus Carthagine fugitiuus, & Matho Apher genere, proximusque inuidie, quia ab initio insigniter esset in ea seditione uersatus, iupplidium uterque formidans, si concordia secuta esset, Aphros multis implent suspicionibus, fore prædicantes, ut cæteris gentibus exautoratis, ipsi qui Aphricæ indigenæ essent, totius facti inuidiam suo capite haud multo post luerent, persuasum habere Carthaginenses totius discordiæ originem ab Aphricæ terræ incolis ortam, quibus stimulus prior iræ adhibitis, adeo in apertam rabiem erupit seditio, ut quicumque aut ducum, aut priuatorum in medium uerba ausus est facere, confestim sit lapidibus obrutus, turbaque in hunc modum sæuiente, quum nemo esset qui hiscere amplius auderet, subito omnium consensu Spendius & Matho duces multitudinis creantur. Giskon & si nihil interea prætermisit, quod ad pacem pertineret, omnia pollicendo, quum à quibusdam frumenti quoque militibus dandi mentio iniecta esset, id quoque se daturum pollicitus est, si Spendium sibi dederent, ad quam uocem adeo excauduit multitudo, ut pecuniam publicam, quam ille secum attulerat diripuerit, Giskonem ipsum pene discerptum in uincula coniecit, actum demum omni spe concordia abiecta, sæua coniuratio inter milites inita est, apimique ad bellum conuersi. Spendius & Matho missis ad omnes Aphricæ populos legatis, eos hortantur, ut ad sæuam & crudele Carthaginensium imperium extingendum sibi adiumento essent. Nulla fere ciuitas fuit que non his libenter accesserit, certatimque duces commeatu, pecunijs & milite iuuarunt. Duces ipsi bipertito hostem aggressi, uno tempore Hipponem & Vticam, nam hæc duæ tantum urbes adhuc in fide erant, obsidione cingunt. Carthaginenses graui & inopinato bello percussi, nullam inire queunt rationem, nullum consilium quo tot difficultatibus uno tempore incumbentibus, eant obuiam. Exhaustum ærarium, exhaustos longo & difficili bello ciues. Tributarias urbes cum hostibus sentire. Non amicos adesse unde subsidia expectarentur. Nam tanta in eos odia undique exarserant, ut mulieres, quæ sæpe uiros & liberos, ob uecigalia non soluta, in seruitutem adductos uiderant, incredibili consensu hostium duces iuuerint, quicquid muliebris mundi adhuc supererat in medium conferentes. In summa rerum difficultate Carthaginensium animi haud omnino conciderant, copijs, quantum ea temporis angustia patiebatur, contractis, duces præficiunt Hannonem. Interea Spendius & Matho præterquam quod Vticam & Hipponem obsidione premebant, ad Tunes etiam habebant castra, ita ut ad septuaginta hominum milia in ternis eorum castris militarent. Excludebantur Carthaginenses ab omni Aphrorum commercio his locis ab hoste inuisis. Fuit urbs quam illi habuerunt, in Cherfonefo sita, cum Isthmo trium milium passuum, quo Aphricæ iungitur. Hinc illi Vtica fuit ex aduerso Tunes. Ex his castris crebræ fiebant Carthaginensium usque excursiones. Procefferat nonnihil bellum, quum Hanno Vticensibus auxilio est missus, qui quum sub primum accessum elephantorum obiectu hostes profligasset, contentus acie uicisse Vticam ingreditur, ubi ad curam corporis conuersus, occasionem hostibus dedit, qui fuga disiecti fuerant, in proximum collem sese recipiendi, peropportuneque grassandi in ea castra, quæ ille extra urbem fuerat metatus. Hostes Carthaginensium negligentiam intuiti, facto in eorum munitiones impetu, modico negotio expugnant, ibi militibus qui ad præsidium relictis fuerant scede cę-

sis, bellicas machinas & alia impedimenta diripiunt. Simili fociordia non multo post ad Sorzam uisus, quum bis turbatos hostes urgere destitisset, uisam Carthaginensibus præbuit, ut abrogato ei imperio, Hamilcharem bello præferent. Data huic decem milia hominum, hæc enim copiae tum Carthaginensibus ex conductio urbanoque milite fuerunt, & elephantis septuaginta. Celebre Hamilcharis nomen, eaque res ciuitatem in spem maximam erexit, hostibus audaciam ademittit. Ipse quando omnia circa Isthmum à Spendio & à Mathone tenebantur, ut ne expedito quidem militi in Aphricam transensus pateret, quia è republica esse cernebat, exercitum extra Cherfonefum traducere, præter Macheræ fluminis ostia, qua amnem lenius fluere Borea Septentrionæ spirantibus sagacissime deprehendit, traiectis silentio copijs, Sephyram petijt. Erat id oppidum circa Macheram, quod hostes sub initium belli occupauerant. Erant Sephyræ ad decem milia hominum, & quindecim ex Vtica audito Hamilcharis aduertu confestim cum Spendio affuere. Ibi Pœnus dux ubi se hostes & à fronte & à tergo habere sensit, paululum circumacta agrum, ut simulato metu Spendium ad congressum sollicitaret, hinc beluis, inde legionarijs in hostem missis, subito fugam fecit, cæsaque sunt eo prelio ad sex milia hominum, & duo capta. Cætera multitudo metu dispersa, partim Sephyram, partim in Spendiana castra, ex trepida se recepit fuga. Hamilchar Sephyra capta late per hosticum euagatus, plures ciuitates ad imperium retraxit. Spendius Mathonis hortatu qui ad Hipponem sedebat, & Autaricus Gallorum dux Hamilcharem secuti, elephantorum metu per ardua ductare. Hi ubi auxilia affuere, (erant enim cum Spendio ad sex milia ueteranorum, & duo Gallorum, quæ sub Autarico militabant) ternis castris Hamilcharem in planitie sedentem circumsistunt. Is in summa rerum difficultate consilij inops, diu secum quæsiuisset dicitur, quia uia, quæue arte instans periculum discerneret, sed quum plura animo explorasset, Harua Numidarum quidam illustris, adolecens impiger, Hamilcharis famam secutus, primo cum eo in colloquium uenit, inde cum duobus milibus hominum in castra ad ipsum duces sese contulit, cui Hamilchar filiam in uxorem despondit. His ille copijs auctus, pugnam quam iam dudum ciebat hostis, non amplius detrectandam ratus, suos in aciem eduxit. Ferrox & cruentus utrinque fuit occurfus, & uictoria aliquandiu anceps. Demum beluis aduersam aciem proculcantibus, Haruaque strenue operam nauante, Carthaginenses egregie uincunt. Spendius & Autaricus quatuordecim hominum milibus amissis, uicti acie cesserunt: decem milia circiter cæsa dicuntur, cæteri uiui in hostium potestatem uenerunt. Hamilchar clementer uictoria usus, captiuos potestatem fecit secum si uellent militandi, aut conditionem domum abeundi, ut nequid rei ipsi amplius cum Spendio esset. Interea milites, qui in Sardinia erant, Spendianorum exemplum secuti, Bostarem & Pœnos, qui cum imperio in insulam uenerant, in potestatem redactos, crudeliter trucidant, atque arce occupata in apertam erumpunt defectione. Huius motus fama Carthaginæ delata, confestim Hanno cum nouo exercitu est in Sardinia missus. Hunc noui milites, inita cum ueteranis cõiuratione, cruci affigunt. Nec duplici scelere contenti tertium adijciunt, quicquid Carthaginensium in tota insula fuerat, ad unum interficiunt. Arcibus inde & oppidis potiti insulam nonnihil tenuere, donec orta inter eos & insulanos discordia, milites expulsi in Italiam abierunt. Atque ita Sardiniam à Pœnis alienari contigit. Spendius & Autaricus ueriti ne Hamilcharis benignitas rebus suis officeret, atrox facinus committunt, uelut

Hamilchar bel li dux.

Giskonis supplicium.

Hamilchar Spendium fugat.

Hannonis & Hamilcharis simulatio.

Spendius & Autaricus duces.

Hamilchar uictoria.

Defectio Sar, dimic exercit.

Romanorum munificentia in Pœnos.

Spendij periculum.

ti, uelut literæ ex Sardinia & Tunete uno tempore significarent, ut Spendius & Autaricus sua corpora custodirent, compertum indicio esse, in castris uagari, qui à Carthaginensibus subornati, ipsorum ducum captibus insidiarentur, multa pro concione questi, eo militarem multitudinem perpulere, ut Giskoni, qui in custodia erat, & septingentis cum eo Carthaginensibus captiuus extra uallum deductis, manus præciderint, membraque laniant, postremo fractis cruribus, uiuos in scrobem ad id factam, coniecerint. Hoc illi scelus machinati, ut Hamilchar, suum exemplum secutus, in captiuos sæuire cogeretur. Miserunt Carthaginenses legatos ad repetenda proiectorum cadauera, at non id tantum negatum est, sed responsum etiam ne caduceator quilibet aut orator ad se ex urbe ueniret amplius, futurum, ut si qui eò uenissent pari supplicio affecti, ut illi insepulti abijcerentur. Hamilchar hostium crudelitate irritatus, quoscunque captiuorum tunc habuit, aut postea cepit, bestijs laniantes obiecit, Hannonemque cum altero exercitu ad se uocauit, cum quo breui in tam apertas similitates & contentiones uenit, ut Carthaginensium decreto & militum uoluntate, Hanno sit in re uerbo reuocatus, hincque perpetui odij origo inter ipsos duces exitit, quod usque adeo eorum animis insedit, ut Hannibal qui Hamilcharis fuit filius, secundi belli Punici temporibus non magis infestus Romanos foris, quam domi Hannonem habuerit. Per id tempus Vticenses & Hipponenses, qui in Carthaginensium fide, quæ præsentis bello, tum cæteris Aphricæ motibus constantissime permanserant, subita animi mutatione ad hostes defecerunt, Carthaginensibus, quicumque apud illos tum forte erant, interfectis, cadaueribus in subiectas murorum fossas, in argumentum publici odij proiectis, nequid præsentis calamitati deesset. Quibus Carthaginensium cladibus Spendius & Matho elati Carthaginem obsidere adoriuntur. Hamilchar interea & Hannibal, qui illi post Hannonem collega datus est, omnia hostibus reddebant infesta, in eo præcipue intenti, ut commeatus undecunque aduectos interciperent. Nec urbes interea arcta laborabat anno, Hierone ex Sicilia frumentum, & alia auxilia Carthaginensibus mittente. Ægre ferebat callidissimus rex Punicum nomen extinctum iri, ratus Carthaginensium opes Romanis suspectas id præstare, ut ipse charior semper populo Rom. esset, quam si sublato omni æmulationis studio, insulæ securitas se & Syracusanos Romanis contemptibiles redderet. Quin & Romani ipsi, ut Polybius scribit, nihil ad fociam urbem subleuant dam, per id tempus, cessauerunt. Inciderant ab initio leues inter eos suspensiones, quod quingentos circiter homines, qui ex Italia in castra hostium frumentum deferebant, Carthaginenses in uincula coniecerant, quibus haud multo post in gratiam Romanorum dimissis, factum est, ut & ipsi continuo Carthaginem frumentum miserint, & alia necessaria à focijs ex Italia comportari permiserint, ueterintque in hostium castris quempiam negociari. Nec Vticenses sese & urbem dedentes senatus recipiendos cenfuit, ne ictum foedus aliquo modo uiolaretur: militum quoque legatos, qui ex Sardinia uenerant insulam daturi, audire noluerunt. His auxilijs Carthaginenses adiuti, facile obsidionem pertulerunt. Contra Spendius Hamilchare commeatus intercipiente, ad eam rerum omnium inopiam redactus est, ut proximior oblesso quam obsidenti esset. Tum uero rerum egestate adactus, soluta obsidione cum I. milibus hominum ex omni numero delectis, in Hamilcharē contendit. Cæterum beluarum occursum metuens, per ardua libentius ductabat, fiebant tamen quotidie leuiores prælia, quibus Carthaginenses plurimum uincebant. Hamilchar nunc simulata fuga hostem

in insidias trahere, nunc improuiso accessu premerere, demum locorum opportunitatem nactus, hostiles copias fossa & uallo cinxit, breuique ad eam rerum omnium inopiam redegit, ut suis ipsorum corporibus in media uelcerentur. Vna spes supererat, si auxilia sibi à Tunete mitterentur. Interea captiuorum primo, mox & feruorum corporibus crudeliter absumptis (hoc sane ciborum genere nõ alio aliquandiu usi sunt) ubi omnem spem, quam in suis repositam habebant, irritam uidebant, fame domiti, Spendius ab Hamilchare impetravit, ut ad eum legatos mittere liceret, quibus has Pœnus condiciones pacis tulit, ut liceret sibi decem ex hostibus, quos uellet, deligere, cæteri cum singulis uestimentis abirent. Spendius & Autaricus & alij qui inter hostes inuidiæ imminabant, ad supplicium dedunt, id quod Libyes ægre ferentes tumultuari cœpissent, armaque capellerent, equitatu illis cum elephantis obiecto, ad unum omnes, qui supra xl. milia fuere, momento horæ, Pœnus imperator trucidauit. Serra loco non men fuit, ubi cædes edita est. Secundum hanc uictoriam magna parte Aphricæ, partim ui partim uoluntate recepta: Tunes Pœni duces castra transtulerunt, ut Mathonem cum residua hostium parte opprimerent. Primum omnium Hamilchar Spendium & Autaricum in suorum conspectu in crucem sustulit. Matho interea Hannibalem Hamilcharis collegam conspicatus negligentius se in castra recipientem (nam diuerso loco ab Hamilchare metabatur) facto in eum impetu, disiecta militum manu quæ illum comitabatur, duces ipsum in potestatem redactum deposito Spendij corpore in eandem crucem sustulit, trigintaque nobiles Carthaginenses circa Spendij corpus trucidat, & Matho per hunc modum in Carthaginensibus sæuijt. Que Hamilchari tardius, quam in magna castrorum distantia succurri posset, nunciata sunt. Nec multo post Matho Tunete digressus, ad Macheræ ostium castra circa litus fecit, & ex Carthagine Hanno iterum ad Hamilcharem in castra cum nouo exercitu est missus, & cum eo xxx. legati, qui Punico nomine utrumque orarent ut priuatam similitatem patriæ anteponerent. Quorum auctoritate duces permoti, uterque alteri ad tempus ueteres offensas remissere, incredibili que animorum consensu bellum in Mathonem gerere perseuerarunt. Itaque post uarios conatus, certo utrinque consilio apud Leptim de summa rei acie decretum. Hic Mathonis exercitus maxima ex parte cæsus. Qui ex acie fuerant, sese Hamilchari dederunt. Hipponenses soli & Vticenses perpetrati sceleris sibi conscij, nullum ueniam locum relictum arbitantes, pertinacius in partibus mansere. Verum ubi omnem uim belli in se uersam uiderunt, quum nulla reliqua spes externi subsidij esset, ea conditione quæ Carthaginenses probarent, in fidem redierunt. Atque hunc exitum habuit bellum Aphricum, omnium quæ ad id tempus gesta fuerant, crudelissimum, in tertium annum & aliquot menses fortuna sæpius uariante distractum. Matho & cæteri captiui in triumphum ducti meritum sui sceleris supplicium luerunt. Nauigabant Romani interea in Sardinia suauis militum, qui ex ipsa insula in Italiam profugerant. Id ægre Carthaginenses ferre, qui neque præsidium neque locum ullum in insula habebant, illius tamen possessionem sibi uen dicabant, parabatque cum exercitu in insulam transmittere. Romani eam belli causam nacti, Pœnos criminantes, quod contra Sardos nomine, re uero in se bellum compararent, confestim & ipsi nouos exercitus in Sardiniam mittunt, uelut hic primis eorum motibus occurfuri. Pœni duobus grauisimis bellis defatigati, quum se parum idoneos intelligerent, qui tuto Romanis uiribus resisterent, temporari cedendum rati, nõ modo insulam, ut Polybius ait, Romano populo habendam reliquerunt, sed maturata etiã

Infandus obessorum cibus.

Spendij supplicium. Hamilcharis uictoria.

Mathonis factus.

Aphrici belli finis.

Pœni Sardiniam Ro. relinquunt.

Matho & Spendius duces seditionis.

Mulierum studia in contumacitas.

Hannonis fociordia.

ensione, mille & cc. talenta miserunt Romam, ne alieno tempore graui se bello implicarent. Sunt qui scribant, à T. Manlio & C. Atilio consulis de Sardis triumphatum. Quo apparet, aut à Pœnis nō paruum negocium in recipienda insula iniectum Romanis fuisse, aut ab ipsis insularum imperium non sine armis receptum, quando honos illi citra pugna à Romanis, haud decerni consueuerit: ac tum demū aiunt quidam templum Iani secūdo clausum, quod quarto circiter anno post primi belli Punici exitum contigisse oportuit. Corsi quoque per id tēpus sunt uicti, & Spoletum colonia in Vmbris ducta. Nec Pœni Aphrico bello soluti ab armorum studiis quieuerunt, quin Hamilcharem, per quem Aphricum fuerat bellum profugatum, in Hispaniam cū exercitu mittunt, qui à colonis Herculis exorsus, magnam Hispaniæ partem Punici opibus adiecit, multis Iberiæ ciuitatibus bello subactis, plerisque æqua conditione in societate & amicitiam ascritis. Postremo quum efferatissimis gentibus bellum intulisset, medio gerendarum rerum actu, nono ferme anno, ex quo id bellum inchoauerat fatalem diem obiit. Hædrubal ipsius gener publico decreto in copiarum imperium successit. Sed dum ea ab Hamilchare in Hispania gerebantur, Romani nonnihil in Illyrico bellarunt. Teucas Illyriorum regina, quæ in regnū Agroni successit, domesticis opibus freta (nihil enim Illyriorum regnum maiores ea tempestate distant copias, pedestres equestresque, quam Agron cui Teucas nupsit) iuuat hæc primo auxilijs Medionios aduersus Ætolos, qui Illyriorum interuentu non solum obsidione liberati fuere, sed Ætolorum etiam spolij, qui ab auxiliari manu fusi fugati que sunt insigniter ditati. Suarum igitur rerum successu Teucas elata, suis potestatem fecit nauigandi, marisque latrocinium in quocunq; finitimorum exercendi. Classem adhæc suo nomine instructam emisit, quæ omnem oppositam Italiæ oram prædaretur. Nec ita multo post Illyrij Phœnicem urbem in Epiro nobilissimam Gallorum prodicione occupant, militauerant hi Galli primo in Sicilia cum Carthaginensibus, inde ad Romanos, Punici opibus in insula fractis, transierant, sed quum haud multo post Erycinæ ueneris templum temere uiolassent, direptis hostiliter donarijs, Romani scelus auersati, armis exutos, in naues imponunt, impositas procul Sicilia & Italia ablegandos curat. In Epirum delatos Phœnicenses aduersus Illyricos, ad præditiū urbis, stipendio conduxerant. Epirotæ iniuriam ulturi, exercitu tumultuose collecto, Gallos & Illyrios in Phœnice obsident. Interea trepide in castra affertur, quinque Illyriorum milia, Scerdilaidæ ductu, obseis supplicis uenire. Tum Epirotæ partitis copijs, alij obuiam hostibus occurrunt ut in Antigoniæ angustijs uenientes exciperent. Alij ad obsidionem remanent. Illyrij & Galli audita hostium ex castris profectio, fluuio noctu superato, locum hostibus propinquum occupant: inde prima luce in pugnam digressi, medio negotio hostem fundunt, atque uno prælio prospere gesto Antigoniæ contendunt, cæteras Epirotarum copias cum Scerdilaidæ oppressuri. Epirotæ munitiora loca insidentes, pugna pertinaciter abstinebant. Interea literæ à regina afferuntur, quibus copiæ domum reuocabantur, quod quædam Illyricæ ciuitates ad Dardanos defecissent. Sunt Dardani Illyricorum cognati, utraq; gens, si Appianus uerus est autor, à Polyphe-mo & Galathea est. Tres filij ex his geniti, Illyrius, Celtus, & Galus, unde Illyrij, Celtæ, & Galatæ sunt. Ex Illyrio Achilleus ortus, Autaricus, Dardanus, Medus, Taulantius, & Perebeus. Vnde Achillei, Autarici, Dardani, Medi, Taulantij, & Perebei, Illyricæ gentes conditæ. Muliebris stirpis, Partha, Dactra, Dafara, à quibus Partheni Daortij & Dafarenī no-

Spoletum colonia.

Hamilchares interitus.

Teucas Illyriorum regina.

Illyrij Phœnicem in Epiro occupauit.

Illyriorum origo.

minari, & ipsi inter Illyricas gentes nō obscuri. Autaricus Peonum habuit & Scordiscum, unde Scordisci & Peones. Ex Peono Triballus Triballorum autor, qui ad Istrum fluuiū sedes habuere. Græci eos Illyrios arbitrati sunt, qui supra Macedonia & Thraciam à Chæonibus & Theprouis ad Istrum usq; fluuiū sedes habuere, cuius terræ longitudo habet xv. dierum iter. Romani scriptores longitudinē ipsam sex milium stadiorū prodiderunt, mille & cc. latitudinē. Mediterranei itaq; Dardani, agreste hominū genus, speluncis sub fimo defossis pro domibus utunt, musicæ tamen studiosi, tibias & fides uulgo usurpant. Reginæ literis Scerdilaidas reuocatus, inducias cum hostibus pactus, domum reuersus est. Eratq; per hæc Illyricū nomen Græcis ciuitatibus nō parum formidolosum. Nec ita multo post, legatis ad Teucam reginā missis, domum reuersus est. Eratq; per hæc Illyricū nomen Græcis ciuitatibus nō parum formidolosum. Nec ita multo post, legatis ad Teucam reginā missis, cum Acarnanibus Illyrij societate & amicitiam inuere, quo cōrigit ut Illyriorum amicitia secuti, Achæis & Ætolis hostes sint facti. Illyrij, quū sæpe aliàs, tum etiam quum Phœnicem obtinerent, ex Italiæ ora prædā asportarūt, mercatoresq; Italici generis alto mari interceptos præditi sunt. Quum ergo multi questum de Illyricorū iniuria ad Senatū uenissent c. & l. Coruncani ad Teucam legati in Illyricū mittunt. Obsidebat tum forte illa lliam insulam, quæ una omnium adhuc imperium detrectabat. Legati huc ad reginam uenerunt, quibus sociorum querelas exponētibus, ita illis occurrit, ut diceret, daturam se operam, ut nulla publicè iniuria Romanis fieret. Cæteri prohibere suos, quo minus priuatim fructum è mari caperēt, neque regij id moris esse, neq; se inhibituram. Tum ex legatis minor nati, forititer quidem, sed parū tempestiue: At quoniam, inquit, Romanis & Teuca optimus mos est, priuatas iniurias publicè uiscerendis, iunandiq; iniuria affectos, dabimus operā dijs uolētibus, ut uel inuita regiam istam consuetudinē emendes. Tam feroci responso eo iracundiæ, cuius ille sexus impatiens est, processit Teucas, ut iure gentium neglecto miserit, qui legatos à se dimissos adorti, iuniorē obruncarent. Legati cede Romam nunciata, delectu confestim habet, paraturq; studio classis: interea Illyrij, pluribus Liburnicis in Græciæ oram missis, alij Corcyram ad nauigarunt. Cæterum portis admisi, arreptis gladijs, quos in urnis habuerit, portarum custodes obruncant, clamore sublato occurrit eo ex composito alia maior manus atque instructior à portu, mœniq; tumultuose occupant. Dyrachini & si in re subita percussis armis ab initio abstinerunt, paucitate tamen hostium inspecta, in eos impetum faciunt, atq; modico negotio urbe eictos, præcipientes ad naues agunt. Duces classis, solutis repente è portu nauibus, cæterā classem affecti Corcyram obsident. Corcyrei auxiliū ab Achæis & Ætolis implorant, matureq; x. Achæorum triremes bello instructæ, Corcyram cursum intendunt. Illyrij septem cataphractis nauibus Arcanum aucti, cum quibus societate inuierāt, suisq; Liburnicis freti, ad insulas, quas Paxos uocant, cum Achæis cōfligunt. Hic multo maioribus est animis quam uiribus dimicatum, fuitq; proinde pugna ab initio acerrima, uerum circumuenti à pluribus Achæi uincuntur, una eorum nauis cum tota turma altis fluctibus depressa, quatuor ab hoste captis, cæteræ in altum abierunt. Tulerunt Corcyrei, secundum eam pugnam, nonnihil obsidionem, postremo omni spe destituti, sese hostibus dedunt, Demetrio Phario cum præsidio intra urbem accepto. Illyrij Corcyra per dedicationē recepta Dyrachium obsidione repetunt. Sub id tempus C. Fuluius Centimalus cōsul cum cc. nauium classe Corcyram cōtendit, ratus Corcyrenses nondum deditos teneri adhuc obsidione. Alter cōsul L. Posthumius terrestribus copijs per Italiam ducebat. Fuluius & si Corcyra alienata, uenit in pro-

Illyridis fines.

Legati Ro. ad Teucam.

Legati Ætolæ denunciatio.

Illyrij Dyrachio pelluntur.

Illyrij Corcyram obsident.

Rom. Corcyra recipiunt.

Leges Teucæ reginæ dicit.

Hædrubalis successus in Hispania.

Gallorū motus.

prouinciā, Demetrii tamen uoluntatem experiri placuit. Is ubi plus æmulos ad reginam ualere sensit quam sibi tutum esset, Romam miserat, qui senatui urbem & quæ in ipsius potestate essent pollicerentur. Præstitit Barbarus fidem atque urbem cum Illyriorum præsidio Romano consuli tradidit. Fuluius Corcyrensis in societatem receptis, Demetrio duce uisus ex Corcyra Apolloniā transmisit. Eodem tempore L. Posthumius ex Brundisio copias traiecit. Erant sub signis ad uiginti milia peditū, & duo equitum. Apollonia in fidem recepta, Romana classis Dyrachium contendit, ad cuius aduētum Illyrij soluta statim obsidione in pacatum cesserūt. Dyrachini obsidione liberati & ipsi in amicitiam & societatem sunt ascriti. Illyriæ inde oram legens Fuluius, Parthenos & alias littorales gētes ultra detitas in fidem recepit. Illam deinceps itum, unde hostium obsidione discussa plura Fuluius oppida paucis diebus ademit, & cum his lembos uiginti com meatu onustos. Teucas multiplici clade fracta, cum quā paucissimis se Rizonem recepit, oppidū procul à mari in Rizonis amnis ripa munitissimum. Consules pleriq; Illyriorum urbibus Demetrio traditis, Dyrachium petiere. Nec ita multis interiectis diebus Fuluius cum classe in Italiam transmisit. Posthumius cum legionibus Dyrachij hybernauit, cum quadraginta nauibus ad bellum comparatis, & nouo delectu ueteribus copijs ex socijs adiecto, deditas urbes ab omni iniuria defensus. Sub initium ueris Teucas per legatos pacem à Romanis his conditionibus impetrauit, ut quotannis tributum Populo Romano solueret, ut tota ora Illyrica, præterquā paucis locis excederet, nisi ultra Lyllum, nisi cum duobus lembis nauigaret. Icto cum Teuca fœdere Posthumius ad Achæos & Ætolos misit, qui utriq; genti nunciarent, quam Romani causam habuissent in Illyricū transfretandi, & quæ breui tempore in prouincia gesta essent, quibus demum conditionibus pax Teucæ reddita esset. Benignè legati ab utraq; gente excepti, tacitus tamen meus omnē Græciam incersit, quod Romana arma in Græciæ oram primum penetrassent, sed nihil æque Achæos Ætolosq; ac fœdus cum Illyrijs ictum sollicitos habuit, qui Græcos omnes in fense odissent. Posthumius Corcyram profectus, ibiq; insularum rerum compositis in Italiam transmisiit. Atque hæc prima Romanorum in Illyricum trās fretatio fuit. Hædrubal interea, incredibili uirtute, Punicum imperium in Hispania augebat, urbemq; egregiam condiderat quæ Carthago cognomento noua dicta est, nec Romani diutius passi essent emulas Pœnorum opes in ea terra adeo augeri, translatis illuc armis nisi per id tēpus Gallici belli merus, ut sæpe aliàs, tuendæ Italiæ negocium inieciisset. Quanquam ne sic quoque Hispaniarū cura omnino omiſsa est, legatis ad Hædrubalem missis, qui cum eo fœdus renouarent, in quo disertè positum est, ne Carthaginensibus Iberū annem cum armis traicere liceret. Secundū id fœdus Romani bellum in Gallos cōparant, quibus incolumibus satis apparebat nunquam rem Romanā in Italia stabilem futuram. Qui uenerant Galli annos quinque & quadraginta, uerū ubi seniores gentis, qui acceptarum cladum non ignari erāt, fato concesserunt, suboleueratq; parua & rudis iuuetus ueterum malorum prorsus ignara, quocūq; res ferret Romanum nomen temere infestare, inuitareq; Transalpinos Gallos ad bellum secū in Romanos obeūdum. Moliri hæc in primis ciuitatum principes nouarum rerum cupidī, inscianter dum multitudinē, quo cōtigit, ut Trās alpinis Gallis Ariminū progressis Boiorum exercitum à suis ducibus dissentire cepere, utpote nouorum motum ignarus, prælium que cum Transalpinis commiserit, qui cognatarū gentiū confictus in causa fuit, ut Romanus exercitus, qui ex ur-

be ad occursum festinabat, iam domo profectus, aut dita Gallorum pugna, quasi confecta prouincia, iter retro auerterit. Quanto dehinc anno, M. Lepido consule, C. Flaminius legem tulit ad populum, ut ager, unde Senones Galli eieci fuerant, militibus diuide retur, cuius rei fama adeo eius gentis animos offendit, ut confestim atrocissimū ex ea gente bellū exarferit, multi Gallorum, & in primis Boij, qui omniū proximi erant periculo, palā fremere, non de gloria amplius Romanos, sed de totius gētis prædā & interitu certare, quibus stimulis animi ad ultionē accessi, nihil magis quam bellū optabant. Magno itaq; studio Boij & Insubres primi consilia conferunt, cōmuniq; nomine per legatos trans alpes missos, Congolitatum & Anorestem Gallorum reges in Italiam accersunt, & cum his Gestatas Rhodani accolas, qui inde nomen creduntur adepti, q. alienum stipendiū merere consueſſent. Hos magnopere hortantur, ut quā maximum exercitum possent, ad Romanum bellum cogerēt, quæstus belli in præsentia socios admonentes, & quæ in posterū ab Romanis iniuriæ uniuersam gentem manerent, ne ipsius populi conatibus iretur obuiam. Simul dāt fidem se socios belli futuros, res à maioribus suis in Romanos gestas adijciunt, qui nō solum eos uicissent acie, sed Romam etiam ipsam captam & direptam incendissent. His hortationibus Galli accensū haud multo post tumultuose in Cisalpinam Galliam trāsſuere. Nullum unquā agmen terribilius alpes ad id tempus tranſcenderat, quibus Boij & Insubres continuo suas copias iunxere. Veneti & Cenomani Romanorum amicitiam Gallorū societati prætulērunt, quæ res in causa fuit, ut Galli in Hetruriam transirent, coacti sint suarum uirium partē ad Insubrum præsidij relinquere. Romani periculosi belli fama iā antea percubili, accuratissimū delectum in urbe & tota Italia habuerunt studioq; omnia ad bellū necessaria ad id tēpus expe diuerat, & nequid nō ad præsens periculū auertendum adhiberit uideretur, Sibyllino carmine moniti, duos Græcos uirū & uxore, duosq; Gallos uiuos in foro Boario defoderunt, diu sacrorum ritū & Romanæ ciuitati inſuetū. Vbi igitur alpes tranſire hostis dictus est, L. Æmylius cū exercitū Ariminū missus est, ut uenientē hostē trāsitu prohiberet. C. Atilius alter cōsul principio anni in Sardiniam ad insularorū motus cōprimendos exercitū deportauerat. Fuit curæ patribus cognoscere, quātum auxiliorum in Italia ad bellū ex urbe uniuersis socijs scribi cōtingisset. Polybius & Plinius auctores sunt, peditum septies milia, & septuaginta equitum, eo tumultu, Romæ & in cætera Italia conscripta. Liuius trecenta milia fuisse scribit, sed Polybio libetius accedo, qui disertè posuit singularum gentiū copias. Socij tunc erant, Sabini, Tusci, Vmbrī, Salsinatæ, Veneti, Cenomani, Latini, quorum octoginta milia peditum, & quinque equitum, relata erant in tabulis: Samnites, quorum septuaginta peditum & septem equitū milia: Iapiges, Mellapij, Lucani, Marſi, Marucini, Ferētani, Vestini, Romanorum simul & Campanorū ducenta & quinquaginta milia peditum, equitū xxiiij. milia. Nullo unquā bello maiore animorū consensu est in externos hostes ab uniuersa Italia cōspiratū, ut non res populi Romani geri uideretur, sed singule gentes, pro libertate, pro patria, pro liberis, sibi dimicaturæ uiderentur. Galli superato Apennini iugo in Hetruriam descenderunt, quibus quinquaginta milia peditum fuere, ut Polybius scribit, & duo equitum. Et iam Clusium prædabundi proceſſerant. Distat id oppidū trium dierū spatio ab urbe Roma, ibi Gallorum ducibus nunciatur auxiliares copias Romanorum, quæ circa Apenninum sedes haberent, è uestigio hæreret. Præerat his prætor Vrbanus. Galli simulata fuga, se Fesulas noctu recipiunt relictis ad hoc ipsum equitibus in castris, ut postridie

Accersuntur transalpinī Galli. Gestatæ.

Superstitio Romana.

Consules.

Copie Romæ.

Gallorum copia procedunt.

hostes castris praedae illecebram secuti, in insidias praecipitaretur, quae omnia quum ex sententia euenissent, ad sex milia auxiliatorum inter Clusium & Fesulas occiderunt. Cetera multitudine metu disiecta, alij aliud dilapsi in tutum abierunt. Pars non parua quum ex trepida fuga se in proximū collē recepisset, à Gallis est obsideri coepta. Affuit interea L. Aemilius consul, qui audito Gallorum transitu ex Arimino, citato agmine, ad hostem contederat. Ex ignibus, qui ex ipsis castris per noctem accensi sunt, qui in tumultu ab hoste tenebantur, consulem adesse coniectantes confirmati animo, per densam syluam expeditos dimitunt, qui consuli nunciarent, in quo statu res essent. Ille in tanto fociorum periculo haud cunctandū ratus Tribunis militum mandat, ut prima luce legiones educere maturent, ipse cum equitatu praecedens ad tumultū ire pergat. Galli & ipsi onusti praedae, Anoerestis regis suasu statuerunt ultra Apenninum in Insubres praedam deportare, confestim ubi se ea exonerassent, in Hetruriam reuersuri. Soluta itaque obsidione, priusquam Aemilius adesset, secus maris litus in Cisalpinam Galliam coposito agmine iter intendunt. Se, qui abeuntes, Aemilius in omnem recuperandae praedae occasionem erectus: abhorrebat interea ab omni certamine animus, quoniam longē impar uiribus esset hosti. Instabat tamen illi abeūti, quum bona Romanorū fortuna, Atrilius alter consul ex Sardinia in Italiam reuocatus, copias quas Pivis exposuit, secus mare agēs, haud procul à Telamone promotorio hostem obuuium habuit. Est Telamō inter Crauiscas & Populoniam. Aemilius abeuntium uestigio haerebat, quibus auditis Atrilius fortunam Po. Ro. admiratus, quae hostem in medium duorum exercituum coniecisset, in certam bene gerendae rei spem erectus, legiones tribunis militum tradit, iubetq; in hostem progredi, quousq; locorum opportunitas sinat. Ipse collem uiae eminentem conspicatus, quo Galli deflexuri uidebantur, cum lecto equitatu occupare constituit. Vix eō Romanum euaserat quum & Galli equites qui ad id mīsi fuerant appropinquantes ex captiuis cognoscunt, à C. Atrilio altero consule locum occupatum. Tum uero apparuit à fronte & à tergo rem gerendam esse, quum ab initio persuasum habuissent Aemilianū id agmen esse, quod per uiarum compendia p̄gressum ex aduerso occurreret. Igitur Galli se se praelio expediunt, utrinq; aciem firmant, Gestatē & Insubres in Aemiliū uertuntur. Boij, Taurini & alię gentes aduersus Atriliū in fronte constitunt. Boij & Insubres auratis fulgebant sagulis, Gestatē in credibili ferocia & laudis cupiditate, nudi ante acie stabant, rati se per eum modum expeditores fieri ad praelium. Principio circa collē atrox fuit certamen, quo Atrilius consul fortiter dimicans occubuit. Caput eius ad reges delatum Galli ad terrorem circumtulērunt. Instare propterea nihilo fecius Romani equites, quin ob irā extincti consulis, aliquanto fortius connixi, Gallicū equitatum, cum multa cæde, in fugā uertunt. Cruentum inde praelium inter pedites fuit, non modo uiuentibus, sed audientibus etiam horrendum ac sola fama ad posteros mirabile futurum. Triplex exercitus duabus frōtib; dimicabat, eratq; interim tātus ubiq; strepitus, adeo horrendae uoces & ululatus, ut mōres, saltus, mare, litus, uno tempore mugire crederentur. Sed nihil aequae Romanam aciem terrebat quam praegrandia & nuda Gallorum corpora ante aciem constituta, bellico quodam motu sub clypeis agitata. Contrā multum ad pugna incendo spe Gallicae praedae potiundae, tota enim ex aduerso torquentibus & aureis sagulis fulgebat acies. Primo igitur Gestatē, qui nudi manum conferere, telorum multitudine à Romanis coniecta, multi eodem quo steterant loco transfixi conciderunt. Alij uelut rabie in Romanum ferrū moribundi ruebant. Pauci ad suos

in vulneribus coeacti retro abierunt. Cum Insubribus inde & Boijs & Taurinis alijsq; ferocibus gentibus res fuit. Ibi pugna uelut stataria, gladijs gerebatur. Hic quoque Galli passim sternebantur. Erat Romanis ferrum habilis ad punctum & caesim feriendum, praegrande & obrusum hostibus, scutaque Italici firmiora. Stetit tamē illis immota acies, donec Romanus equitatus, ex colle, uelut procella quaedam, effusus in aduersam aciem iam male coherentem impetum dedit. Tum demum hostes perditis rebus fugā moliti sunt. Pedites eo quo steterant loco ad unum caesi. Equites alij aliud dilapsi, acceptae cladis nunciij, in tutum abierunt. Cesa sunt eo praelio quadraginta Gallorum milia, decem capta, & cum his Congolitanus rex. Anoerestes cū paucis dilapsus, non multo post sibi mortem consciiuit. Consul spolijs hostium lectis, ac Romam missis, in Insubrum terram uictorem exercitum duxit, atq; ibi late omnia praedatus, cum ingenti praeda Romam reuersus, armis & torquibus Gallicis Capitolium ornauit. Secuti consules Q. Fuluius & T. Manlius, qui Boicū agrum ingressi, omnem gentem ad deditionem compulerunt. Quo minus autem in ceteros sit Gallos bellatum, pelli-lentia in causa fuit. Profecti sunt sequenti anno, P. Furius, & C. Flaminius in Galliam cum exercitu. Flaminius etiam contra auspicia. Hi circa Padi & Abduae confluentem castra facere conati, subito Insubrum accessu in pacatum abire compulsi sunt. Cenomanorum inde auxilijs aucti consules, per loca magis Alpibus uicina Insubrum fines iterū ingressi, multo maiorem uim hostium in se conciuere. Quinquaginta milia ex ea gente cum Romanis castra contulerunt. Consules quia multo inferiores erant numero, aliquandiu addubitarunt, quid facto opus esset, nec multum credere Cenomanis, ueritū ne subita transiitione ex socijs hostes in acie fierent. Demum fortē quidem, sed periculosum consiliū secuti, Cenomanis ultra flumen traductis, pontem, qui Abduae erat impositus, rescindunt. Atq; ita uno tempore omnis insidiarū est motus ademptus, & necessitas fortiter dimicandi militibus iniuncta, omni spe fugae sublata. Haec quum illi maiore animo quam ratione fecissent, copias in aciem educit, nec Galli pugnam detrecharūt. Vicerunt in acie Romani, magis tribunorum arte, quam consulum disciplina, qui hastis à triario acceptis tam diu cum ante signanis hostilem impetum distinuere, quoad Gallicus ille procedente pugna remisit imperus, quum consulum inscitia parum idoneo fuisset loco acies instructa. Galli multis cladibus affecti pacem perlegatos petiere. Marcus Claudius Marcellus, & C. Cornelius consules, gloriae cupidi, non expectato ut provinciae ordinarentur, in Galliam cum exercitu profecti sunt. Galli desperata pace ultimo se certamini accingunt, triginta milibus Gestatarum circa Rhenum habitantium conductis Romanum praestolari. Consules Acerras urbem inter Padum & Alpes obsidere, ad quam obsidionem solvendam Insubres, parte copiarum trans Padum missa, Clastidium Populi Romani oppidum, oppugnare sunt adorti, quod ubi consulis nunciarum est, Marcellus cum equitatu, & parte expeditorum peditem ferre auxilium laborantibus properat, cui uenienti Galli ferociter occurrunt, intulitque à principio trepidationem aliquam Romanis subitus Callorum accessus, postea uero undique hostes à Romanis circumuenti, cum multa cæde dissipati, multi ferro occubuerunt, alij in Padum flumen praecipitati sunt. Marcellus medio cōstitū Viridomarum Gallorum regem (Plutarchus Britomarus appellat) obuuium obruncat, iacentiq; opima detrahit spolia, quae tertia à Romulo supremaque Feretrio sunt Ioui suspensa. Miror Polybium rem tantam in historijs silentio praeteriisse.

Insignis Rom uictoria.

Consules.

Flaminij ferocia.

Consules.

Acerra.

Viridomarum.

In Pom-

Tertii opima spolia cui sunt dicanda.

Gallici belli finis.

In Pompilij Numae commētarijs scriptum fuisse reperiō, prima opima spolia Ioui fuisse dedicanda. Altera Marti. Tertia Quirino. Galli qui apud Acerras obsidebantur, simul ac suos ad Clastidium uictos au diere, Mediolanum fuga petunt. Cornelius urbe omni genere commeatus referta potitus, hostem è uestigio secutus, Mediolanensem agrum populatus est, ciuitatem quoq; ipsius gentis caput in deditionem accepit. Plutarchus Mediolanum ait à Marcello fuisse captum, ac tum demum Gallorū duces nullam in armis spem amplius habentes, se & sua Romano populo dederunt. Hicq; Gallici belli finis fuit, quo nullum ad id tempus, aut maiore animorū obstinatione, aut militum audacia, atrocitate pra-

liorum, interfectorum multitudine, copiarum numero, memorabilius in terra Italia fuerat gestum. Istris quoq; sub id tempus est bellum illatum, quia Romanorū naues frumento onustas interceptissent. Minutius Rufus & P. Cornelius cōsules bellum intulere. Fuitq; ea prouincia perdifficilis, uicti quidem Istri sed uictoria Romana haud incruenta fuit. Conditum Romae lustrum, censaque sunt ciuim capita ducenta & septuaginta milia. Libertini qui ad id tempus in totum corpus ciuitatis dispersi fuerat, in quatuor sunt tribus digesti, Exquilinam, Palatinā, Suburranam, & Collinam: Coloniae q; Placentia & Cremona in agrum à Gallis captum sunt sub id tempus deductae.

Consules. Istri uincuntur.

Libertinorum tribus.

ENNEADIS QUARTAE FINIS.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORICAE AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QUINTAE, PRAEFATIO.



I qua pars fuit Rapsodiae huius, in tam longa rerū serie, in qua mihi praefari licuerit, eo certe uenimus, ut non solum id facere liceat, sed ne insecordia suspicionem incidam, cogar etiam fateri, me bellum omnium, quae Pop. Ro. terra marisq; ad id tempus gesit, & periculi magnitudine, & rerum apparatu maxime memorabile scripturum. Enimvero si quis Romanorum res gestas à primordio urbis diligenter consideret, multa quidē sub regibus facta reperiet sed quae haud dubiè plus indolis praeseferant, quam admirationis, fueritq; tyrocinium illud futurae uirtutis. Mox parta libertate, etsi multo maiora sunt, sub consulibus ceterisq; magistratibus, domi forisq; praclare gesta, tamen intra Italiae fines, & cum ipsis fere Italiae, Athletici certaminis, eorum comparatione, quae postea secuta sunt, similitudinem quādam habuisse uideri possunt. Cum Sabinis, Hetruscis, Hernicis, Volscis, de finibus bellatū. Cum Samnitibus, Campanis, Marsis, Apulis, Lucanis, & cetera Italia, de principatu. Fueruntq; haec niciteria & gymnastica praemia. Certatum inde est, cum Pyrrho, cum Gallis, sed in eadē terra, fuitq; illud omnino maius, sed uelut in stadio contendere. Cum Pyrrho de gloria dimicatum est. Cum Gallis de agro, & tumultuose semper. Prima omnium Carthago adu- tam ciuitatem arenae, & stadio assuetam, in uerum traxit armorū certamen. De Sicilia post sessione intraq; infulam primo bellatum, sed ignotis adhuc inter se uiribus, nec inueterato odio, magni terra marisq; uiribus conatus, magnae cladis illatae & acceptae. Cessatum inde aliquot annos, datumq; id necessitati potius quam stomacho. Tum uero non multo post ad arma recursum, non minoribus animis, quam tum utriusq; ciuitatis opes essent: nō in Sicilia, ut ante, res gesta, non in Aphrica, sed Italia ipsa ab initio belli sedes facta. Huc tempestas & procella illa armorum, Annibalis ductu, ex Hispania effusa. In hoc theatro Martis, tot annis, tantis uiribus, tam uario euentu bellatum, ut propiores periculo fuerint, qui postea uicerūt. Nullo unquam bello res Romana, tā multis saeuisq; cladibus afflictā est. Perculit Ticinus fugauit Trebia, strauit Trasimenus, afflixerunt Cannae, ac propemodum extinxerunt. Contra, iacentem Nola excitauit, erexit Capua, Metaurus spe sustulit, Aphrica palmā obtulit. Nec interea Sicilia tantū, ut primo bello Punico cocussa est, nec Aphrica ut extremo, sed uno incendio, Italia, Gallia, Hispania, Aphrica, Sicilia, Sardinia, & cum his omnis ora Graeciae bello conuulsa est. Quid quod ne Asiae quidem status, ad eam belli rabiem immotus mansit, ut omnes terrae uno bello laborasse credantur? Magna & grauiora bella Pop. Roma. quum prius tum postea gesit, sed nullum, meo iudicio, magis uarium, laboriosum, cruentum. Nullum, in quo

Gallorum consilium.

Telamon.

Ro. Fortuna.

Duo consules exercitus Gallia circūstiterunt. Atrilij consulis casus.

Atrox pugna.

Romana

Romana uirtus clarius fulserit, plus roboris & ferocia imberit, maiores spiritus extulerit ad reliquas gentes subigendas. De hoc igitur bello, tam memorabili, erægo in fronte Enneadis huius dicturus, nisi pauca externa præferenda essent, quæ Polybius, temporum rationem secutus, ipsi bello prætulit, & quia ab illius autoritate discedere, nec historiæ in hac parte utile sit, nec mihi commodum, in Græciæ rebus explicandis non nihil immorabimur, priusquam secundi Punici belli causæ à nobis referantur.

ENNEADIS V. LIBER PRIMVS.



RATVS Sycionius, qui per id tēpus Achæorum dux erat, quo Carthaginenses ad Ægulam à Luctatio uicti, Sicilia possessione exciderunt, quum plures Achæorum urbes à tyrannide tenerent, Sycione patria aliquanto antea liberata, Antigoni regis præsidium ex Corinthiaca arce deiecit, Corinthijsq; in libertatē restituit, Megarēses pari successu seruitio exemit. Fuerūt Achæi ab initio sub regibus, ac primus omnium in his regnauit Tifamenes Orestis filius, post Heraclidarum descensum Laced, pulsus, ab eo ad Sygi regis tēpora perpetua successione regnatum. Sygi filij, qui ex legitimo & moderato regno ad tyrannidem desciuere, populorum consensu eiecti, à regibus ad populū temp. trāstulere. Inde res eius gentis sepius uariari cōtigit, mansitq; utcunq; potuit, ad Philippi & Alexandri tēpora, uetus illa publicæ administrationis forma. Ciuitates, quæ ex æquo agebant, decem erant numero. Olenum, Elice, Patræ, Dimæ, Phare, Tritæa, Leōtia, Bura, Ceraunia, & Carima. Harum Olenum Elice, & Bura terræmotu interiit: accessit his Corinthus, postquā ab Antigoni, ut dixi, dominatu liberata est. Restitit inde Aratus quum Antigoni conatibus, tū Demetrii eius filij qui decimo sui regni anno, sub id tempus, quo primū Romani in Illyricum aduersus Theucam reginam transmiserunt, uita decessit. Tū tyranni, qui in Peloponneso duorum regū opibus freti plures eius terræ urbes uolenter prefferant, Arati uirtutem & felicitatē ueriti, ultro principatū deposuerunt, atq; horū primus Lyfidas Megalopolitanus, qui uiuio adhuc Demetrio reip. uolens ascriptus est. Secuti inde Aristomachus Argiuorū tyrannus, Cleonimus Philiafortum, & Hermoniorū Xenon, qui in ordinem redacti, publicum gentis nomen sunt & studium secuti. Et hæc accessio breui est Achæorum rebus facta. Hoc rerum incrementum Ætoli labefactare cupientes, in Achæos & Acarnanes Achæorum fœderatos, Cleomenem Lacedæmoniorum regem, Alexandrum Epirij, & Antigonom qui post Demetrium iuniorem tutor Philippo relictus pupilli matre sibi matrimonio deuincta, quindecim annos tenuit Macedoniæ regnum, uno tempore ad bellum concitabant, Acarnanum urbes cum Alexandro, Achæorum uero cum Antigono diuisuri. Primi belli motus à Cleomene extiterūt, qui quum Tegeam, Mantineam, & Orchomenum fraude occupasset, eximiti & legitimo principatu, tyrannidem exercere adortus, in Megalopolitanorum finibus fundauit oppidum quod Atheniense est postea appellatum. Ea iniuria Megalopolitanos cōegit Achæorum ope implorare, Achæi & ipsi, suarum uirium non ignari, Antigonom in societatem belli traxerunt. Semel atque iterum interea Achæi cum Cleomene congressi, iuxta Lycæum primo, mox ad Laodiceam, non longè à Megalopoli, cæduntur. Tertio prope Dymeam ad Hecatombeum (id nomen loco fuit) fusi sunt acie, atque fuga disiecti. Tor u-

Aratus Sycionius.

Antiquus Achæorum statuas.

Sygius.

Achæorum incrementa.

Vincuntur Achæi.

Ætolijs Cleomenes subnixus, Caphias, Pellenem, Pheneum, Argos, Phliuntem, Cleonas, Epidaurum, Hermionen, Trœzenem, postremo Corinthum Achaico nomini ademit. Aratus quia Corinthij, Achæorum præsidio eiecto, Cleomeni urbem traderant hâc occasionem nactus, Acrocorinthum eorum arcem, quod prius ne Achæorum animos offenderet, haud facere fuerat ausus, Antigono restituit, quæ res multo propensiorē Antigonom reddidit ad res Achæorum auxilio tuendas. Cleomenes quum haud procul Sycione castra haberet, audita Antigoni alienatione, ad Isthmum castra transtulit, locum quæ inter Acrocorinthum & Onios montes fossa & uallo communuit, ratus fore, ut Antigono ab Isthmi ingressu prohibito, ipse haud multo post totius Peloponnesi imperio potiretur. Antigonus per Eubœam, Ætolis Theropylarum transitum inhibentibus, ad Isthmum uenit. Ibi Cleomenes uenienti occurrit, castra ex aduerso metatus. Sed dum ambo circa Isthmum sedent, Achæi Argos recipiunt, quæ res non mediocriter fregit Cleomenis conatus, ueriti ne dum à fronte ualidissimum hostem sustineret, captis Argis à tergo intercluderetur. Igitur fugienti similis ex Isthmo profectus, Argos subita oppugnatione tentauit, Argiuisque fortiter resistentibus, copias in Laconiam reduxit. Antigonus Peloponnesum ingressus Acrocorinthum primo, inde & Argos recepit. Cæterum aliquatō prius quàm hæc in Achaia facta sunt, Alexander rex Epiri, qui Acarnanibus, Ætolorum impulsu, bellum intulerat, pluribus eius gentis urbibus potitus, uita decessit. Fuit huic uxor & soror Olympias Pyrrhi Epirotarum regis filia, enixaque ex eo erat uirilis stirpis Pyrrhum & Ptolemæum, alterius sexus Pthyam, quam Demetrius iunior sibi matrimonio iunxit, eaque affinitate grauis est offensa Demetrio contra facta apud Antiochum regem Syriæ, qui sororis impulsu Demetrium bello petijt. Fuerat hæc multo prius illi matrimonio locata, quæ iniquo animo ferens Pthyâ sibi superductam, eam iniuriam apud fratrem muliebriter quæstâ, non solum à uiro alienauit, sed hostem etiam reddidit infestissimum. Nouæ affinitatis causa Olympias à Demetrio adiuta, non solum Epiri regnū defendit quod tutricis nomine filijs adhuc pueris administrabat, sed Acarnaniæ etiam partem quam Alexander belli portionem acceperat, ab Ætolorum iniuria tuebatur. Perijt nec multo post Demetrius, quo accidit, ut Olympias & Acarnanes Macedonum auxilio destituti, ad Romanos miserint, auxilium aduersus Ætolorum iniuriam implorantes, nec multo post ex urbe legati sunt in Græciam missi, qui Ætolis denunciarent, ut ex Acarnaniæ urbibus præsidia deducerent, sinerentque eam gentem liberam esse, quæ una ex omnibus Græcis aduersus Ilenses, autores sui generis, olim ad Troiam non militasset. Superbè admodum Ætoli eam legationem audiuerunt, responderuntque oportere Romanos prius portas suæ urbis aperire, quas Punici belli metu clausissent, quàm suū in Græciam imperium

Cleomenis conatus.

Demetrii iunioris & Antiochi simul.

Romanorum legatio ad Ætolos.

Superbū Ætolorum responsum.

imperium transferre cogitarent. Simul illud, qui ex alienis urbibus præsidia deducere conarentur, propriam urbem aduersus Gallos tueri nō potuisse, neque captam recipere, nisi auro redemissent, quæ gentē longè maiore manu Græciæ fines ingressam, nullis externis uiribus Græci adiuti occisione occidissent, sed tantum eorum cadaueribus concessa. Contrà Romanis domestica clade attonitis totam Italiâ illorum armis occupatam. Pellēdos igitur prius Gallos Italiæ finibus, quàm alienarum urbium tutelam susciperent. Qui præterea homines Romani essent, pastores quidem qui solū iustis dominis latrocinio ademptum teneant, uxores rapuerint, quādo ob generis obscuritatē à finitimis connubia non impetrarent, quorum urbs penè prius sit parricidio fœdata, quæ ædificari cœpisset. Ætolos semper Græciæ principes fuisse, nec tantum dignitate sed uirtute cæteros eius terræ populos præstare, qui non solum Philippum regem sed Alexandrum, quē totus orbis formidabat, contempserunt. Monere igitur Romanos, ut præsentī fortunæ contētī essent, nec in se arma sollicitarent, quæ Gallis perniciofa fuissent, Macedonibus formidolosa. Legatione cum his dimissa, ne fortius loqui quàm facere uideretur, Epirotarum fines tumultuose ingressi, subita populatione uastabant. Habuerunt sedes Acarnanes inter Acheloum, qui in Ambracium sinum elabitur, ab Eueno Antirium usque, Corinthiaco tenus Isthmo erāt Ætoli. Inde dextero littore Achæi circa Corinthiacum sinum. Tradiderat iam regnū filijs Olympias, cuius supra mentio facta est, quum Ætoli sunt Epirum adorti, & iam Pyrrho maiore natu defuncto Ptolemæus ductabat exercitum. Is cum in Ætolos infestum agmen ageret, ita accidit, ut & ipse graui morbo correptus, paucis diebus defunctus sit uita. Nec Olympias diu superuixit. Supererant ex regia stirpe Nereis & Laodamia ex Olympiade & Alexandro genitæ. Quarum Nereis Geloni Hieronis Syracusani filio nupit. Altera quum ad auram Dianæ confugisset, incursum populi, interfecta est. Laodamiæ cædem tota gens fame postea & intestina discordia luisse dicitur. Milo qui eam interemit subito furore captus, nunc ferro, nūc lapidib; in fementipsum sæuiens duodecimo parricidij die extinctus est. Et hæc in Ætoliarum stirpe uenerunt, aliquanto priusq; Antigonus esset ab Achæis in Peloponnesum accessurus, qui Acrocorintho & Argis receptis, profectus Arcadiam uersus, ex munitionibus à Cleomene instructis hostile præsidium deiecit. Mox Ægij, frequenti Achæorum conuentu, dux omnium sociorum creatus est. Nechyems adhuc exierat, quum Tegeam petijt, super Macedonicum exercitum, sociorum etiam appendicibus fretus. Tegea metu dedita, Antigonus Laconicam terram ingreditur. Hic aliquot leuib; prælijs cum Cleomene per alterius partis occasionem gestis, in Orchomenum iter deflexit, unde auxilia Cleomeni missa audierat, urbeque nullo maiore negotio potitus, Mantiniam oppugnatione adortus: hac quoque uita capta, Eream & Thelphusam recepit. Secuta inde tam fœdæ tepestates, ut coacti sint Macedones iterum in hyberna concedere. Vnde Antigonus cum expeditorū manu ad Ægium profectus, ut in publico Achæorū conuentu de summo belli consultaret. Cleomenes hostis absentiam nactus, Megalopolim prodicione captam diruit. Tenuerunt reliquum hyemis uelut bellorum feriæ. Sub initium ueris, quum Antigonus Argis esset, & cum eo exigua mercenariorum manus (nam Macedones procul inde hyemauerant) Cleomenes cum suo exercitu in Argium agrum tumultuose irrupit, futurum existimans, ut fatigatus Argiuorum quere lis Antigonus, ad arcendā iniuriam in certamen exiret, quo ob copiarum absentiam haud par esset sibi futurus, aut si intra mœnia se teneret, Argiuo agro im-

Acadiri exitus.

Antigoni expe ditio.

pune uastato, suorum animi eo successu ad res gerendas audaciores fierent. Nec Lacon sua est spe deceptus. Antigonus absente exercitu prudentissimū ducis usus consilio, qui uanos rumores publicæ salutis nunquam anteponit, quādiu Cleomenes in proximo fuit, sese Argis tenuit. Mox recepto ex Macedonia, ubi hyemarat, exercitu, cum mercenarijs & auxiliarijs copijs, Laconum fines iterum inuisurus, castra mouit. Aderat Antigono octo & uiginti peditum milia, equites mille & ducenti. Cleomenes hostium aduētū per exploratores cognito, omnes regionis aditus, suffosis cæsisq; arboribus circumquaq; obstruere est conatus. Ipse cū uiginti milibus armatorum ad Sellasiæ fauces confedit, uelut compertum haberet, ita fore, ut per ea loca Laconia esset hostis inualurus. Duo colles erant, quorum unum incolæ Euam, Olypum alterum nominabant. Via inter hos media, quæ per ripam præterlabentis fluij Spartam ducebat. Cleomenes faucibus utrinque inselsis, in Eua gregarium militem & socios collocat, quibus ducem Euclidem fratrem constituit, ipse cum Lacedæmonijs stipendiarijs Olympum infedit. Vtramque ripam fluminis equitibus & stipendiariorum parte firmat. Antigonus ad hostem progressus Cleomenis in disponendo exercitu diligentiam & industriam conspicatus, prælio abstiniuit, castris haud procul inde circa Gorgylum amnem locatis. Plures deinceps dies per irritos conatus absumpti. Postremo ambo duces rem totam prælio decernere constitunt, uirtute, prudentia, felicitate inter se pares. Antigonus Macedones Icutatos & Illyrios quibus Demetrius Pharius præerat, ijs qui Euam infederant opposuit, cohortibus alternatim dispositis. Post hos Cretenses, Acarnanes, & Achæos stare iubet. In hoc cornu Alexander Admeti filius, & Demetrius iulsi sunt curare. Ipse cum mercenarijs & Macedonum phalange aduersus Olympum stetit. Accepit itaque signo uix Illyrij & Icutati Macedonum in aduersos equites imperum dederant, quum Spartanorum stipendiarij circa ripam locati, Achæorum cohortes nudas postremo loco conspicati, per montis latera decurrentes in summum discrimen hostem adduxissent, à fronte & à tergo incurstantes, nisi Philopemenes Megalopolitanus adhuc admodum adolescens prudentia supra ætatem singulari, se & suos ab hoste circumueniri conspicatus, ad equites, qui proxime stabant, conuersus ut se sequerentur, si uictoriam partem uel lent, inclamasset. Atque una in hostilem equitatum inuectus Laconum stipendiarios, ut equitibus auxilio adessent, proposito auertit: quo contigit, ut eo successu Antigoniæ cohortes elatæ aduersum collem, qui ab Euclide infidebatur, scandere occiperint, in quo Spartatarum non paruus est error animaduertus, qui quum per montis decliua occurrere hostibus potuissent, facileque in præceptis deturbare, ut uestigio adhuc titubantes, uelut maiorem stragem edituri, quieto statu pasci sunt eos in summum iugum euadere. Ibi Macedones & Illyrij planitiam adepti hostem ferociter urgent, locoq; summorum, modico negotio fundunt, fusumque cum multa cæde & strage, per supinum collem præcipientem agunt. Acre interim certamen erat inter equites, in quo præcipua Philopemenis enituit opera, qui traiecto equo, quum pedestre ciceret prælium, ad extremū utroque crure sagitta transfixo, fortiter adhuc dimicans occubuit. In Olympo duo reges iam dudum magno conflictu congressi, cruentam inter se pugnam edebant, eratque interim mars utrinque anceps. Sed Cleomenes audita suorum fuga ex Eua, cerneretq; equestre certamen sibi parum ex sententia procedere, cū Laconica phalange per hostes erumpere conatus est, ibi Macedonum uia afflicta, disiectis ac pascis fratris Lacedæmonijs, cum equitibus quàm

Antigoni consiliū.

Sellasiæ fauces.

Gorgylum amnis.

Prælium.

Philopemenis indoles.

Cædes.

Lacedæmoniorum cædes.

Gratulatio in caelos.

Cleomenis in Aegyptum sum 84.

Clamor exitialis.

Ptolemæus Philopator.

Secundum bellum Punicum.

Hamilchar.

Annibal accersitur in castra.

quàm paucissimis Spartam contendit. Incredibile est relatu, quàm constanter Spartiæ eâ cladem tulisse dicantur, quum nemo in acie propriæ salutis periculis, non amissum coniugæ matronæ fleuerunt, filiorum mortem laudarunt senes, filia cælis parentibus præsentem uicem gratificari, suâ dolere, quod non sibi quoque pro salute patriæ mori contigisset, publicam non priuatam fortunam lamentari. Superuenit his querelis Cleomenes suo hostium cruore fœdatus, qui urbem ingressus non humi sedit, non potum sibi afferri iussit, non cibum quo haustum labor corpus reficeret, sed ut erat armis septus stans parietis accliuus, ubi quatuor milia tantum prælio superfuisse uidit, hortatus ciues, ut se ad meliora reipublicæ tempora seruarent, cū coniuge & liberis ad Ptolemæum Euergetem, cuius in bello societate usus erat, in Aegyptum nauigauit. Quod autem ad regum societatem attinet, paucis diebus, quibus est ad Selandiam dimicatum, Ptolemæus (ut Philarchus in historia scripsit) Ad Cleomenem miserat, qui consuepta Spartanis auxilia denegaret, quæ causa Cleomeni fuit prælii maturandi, ne sui regia societate destituti, à præsentis belli studio auerterentur. Post Euergetis interitum, Cleomenes Philopatoris Ptolemæi fraude circumuēsus, ut suo postea loco dicam, sibi manum intulit. Antigonus Lacedæmonenullo maiore certamine potitus, præter spem omnium permisit, ut Spartani suis legibus uiuerent. Paucis inde diebus, quum Spartæ adhuc esset, ex Macedonia affertur fines regni ab Illyrijs uastari, quo nuncio commotus, cum suis profectus per Arcadam Argos est reuersus, ubi tantisper commoratus est, donec Nemei ludii celebrarentur: inde citato agmine in Macedoniam profectus, sub primū accessum hostem acie congressum, magno prælio superauit, quo certamine tantis usus est clamoribus, ut ruptis uenis profluuo sanguinis non multo post sit extinctus, regno, quod plures annos tutelari nomine obtinuerat, Philippo Demetrii filio per manus tradito. Per id tempus Ptolemæus Philopator sublato patre in Aegyptu regnare cepit, & Antiochus Seleuci filius in Syria, post Seleuci patris interitum, ut supra est memoratum, dum seriem rerum longiuscule sequeremur. Nunc ad secundū belli Punicī primordia redeo, quod Pœni Annibalis ductu Pop. Rom. intulerunt, atque ob hoc ipsum quidam Annibalis bellum appellare maluerunt. Fuit is Hamilcharis filius cognomento Barchæ, à quo & Barchina factio. Eo duce extremis primi Punicī belli temporibus Carthaginienses in Sicilia usi sunt, idemque Aphricum bellū, quod illi continuo successit, non minori uirtute, quàm felicitate quinquennio, ut Linius scribit, ex suorum sententia composuit. Polybius quadriennio id bellum proficigatum auctor est. Postremo rebus Aphricæ compositis nouem annos Punicum imperiū in Hispaniâ, incredibili successu auxit. Idem Polybius decem annos illum in Iberia exercitibus præfuisse memorat. Quo uita defuncto Hasdrubal ipse gener octo deinceps annos, cum imperio, in eadē fuit provincia. Is quoque Carthaginiensium opes, ut loco non multum diuerso est à nobis demonstratum, belli & pacis artibus magnopere auxit. Ab hoc Annibal, qui nouē annorum, ut Polybius scribit, patrem fuit in Hispaniam comitatus, incertum quando inde domum reuersus, quū iam adulescere cœpisset, accersitus, Hannone diuersæ factionis principe frustra reclamante, atque identidem admonente, illum sub legibus domi tenendum hominibus Barchinæ gentis principibus ex aduerso nitentibus, in castra est missus. Vbi adeo præclara militiæ rudimenta deposuit, ut non multo post non plus illi patris memoria, aur Hasdrubalis autoritas, quàm propria uirtus, ad fauorem & gratiam apud milites concilian dam ualeret. Hinc contigit, ut Hasdrubale extincto confestim prærogati-

ua militari imperator sit ab exercitu salutat. Polybius Hasdrubalē in lecto per infidias occisum prodidit. Linius auctor est ab ignobili Barbaro interfecum, qui domini sui, quem Pœnus imperator necauerat, mortem ex sententia ultus, medijs cruciatibus letitia gestiens expirauerit. Carthaginienses militarem cōsensum secuti, ut Annibal cū imperio in provincia esset publice decreuerunt: accepto itaque imperio quum annos sex & uiginti natus esset, cæterū tanquam Italia sibi provincia fuisset decreta, nihil cunctandum ratus Saguntinos bello inuadere constituit, quorum causa latis sciebat Romanū bellum concitari, sed ne tam cōsilio quàm casu ad id bellum tractus uideretur, Olchadum fines (sunt hi trās Iberum) cum exercitu ingressus, Carthæiam urbem opulentam ex ea gēte captam diripuit. Scriptorum quidam Carthæiam eam esse memorant, quam ueteres Tartessum dixerunt. Alij Betim ipsum Tartessum olim nominatum crediderunt. Finitimæ ciuitatis, unius clade percussæ, ultro imperium subiere, factique sunt ex socijs stipendiarij. Annibal benignè suis prædam partitus, Carthagini quæ in Hispania est, cum exercitu hybernauit. In Vacceos inde sub uernum tempus mouit, Hermandicamque eius gentis urbe paucis diebus potitus. Arbaceam oppugnat. Hanc oppidanorum uirtus defensa aliquandiu Pœnum à præsentis uictoriæ cursu retardauit, postremo & ipsa celsit, unde Annibal digressus, quum onustū præda traheret exercitum, in discrimen incidit maximum. Ex Hermandica profugij cum exulibus Olchadū & Carpentanis, quos ad bellum concitauerat, exercitum præda impeditum circa Tagum amnem ex improuiso adorti, subita ui turbant. Abstinent prælio Annibal, erat enim numero militū multo hostibus inferior. Metatus itaque, citra annē castra suos à pauore & cōsternatione recepit, noctu in ulteriorem ripam uado agmen transmisit. Habet Tagus ortum in Celtiberis, per Vectones & Carpentanos fluens, pariter tractu à Beti & Ana fluminibus, mox Lusitaniam scindens, ad æquinoctiale occasum Oceano insunditur præalto ostio stadium uiginti latitudine. Oceani cū adeo circumiectos inundat campos, ut ad centum & quin quaginta stadia late pateat pelagi facies, nauigatur ab ostio introrsum aliquot milia passuum gradioribus nauigijs, mox fluuiculis lembis. Annis pisciū feracissimus & ostreorum abundans. Pœnus traiecto flumine loco paululum ab alueo remoto instructum tenuit agmen, ut ea intercapedo hostem ad traijciendum inuitaret. Erant Carpentani cum Olchadum & Vacceorum appendicibus supra centum milia. Hi hostē meru celsissime rati, sublato clamore, qua cuique proximum fuit, in amnē procurrunt. Locauerat Annibal in ripa fluminis equites, qui temerè fluuium ingresses subito occursum exciperent, exceptos medijs aquis trucidarēt. Multi igitur ferro, alij equorum impulsu in medios gurgites resupinati, uorticoso amne perierunt. Siqui aduersam ripam pertinaci conatu, aut ui fluminis acti tenuerunt, ab elephantis, qui aduersa ripa ad hoc ipsum stabant fœde obruti sunt. Pœnus hac prælii parte defunctus, cæteram multitudinem sua sponte turbatam prius quàm animum ab ea trepidatione reciperet, toto agmine adortus, cum multa cæde disiecit. Agrum inde Carpentanum populatus omnem gētem ad conditionem compulit. Secundum eam uictoriam omnes trans Iberum gentes, præter Saguntinos, Punicis armis cessere. Hi quum cererent quantum sibi periculi ab Annibale instaret, per quem accidisse cū finitimis belli causæ ferebantur, Romā legatos mitterunt, qui auxilium ad bellum, quod haud dubiè impendebat, à senatu & populo implorarēt. Erat in eo fœdere, quod Romani nouissime cum Hasdrubale in Hispania percusserant, diserte cautum Saguntinis ut ab ijs Pœni uelut à socijs Romani populi abstinerent.

Hasdrubalis caedes. Annibal imperator declaratur.

Olchades. Carthæia.

Annibalis successus.

Tagus fl.

Annibalis stragem.

Saguntinorum legati.

Annibal Saguntum oppugnat.

Hannonic sententia.

Barchinæ factio præualet in senatu.

Cōditiones Saguntinis propositæ.

rent. Zacinthij mixtis quibusdam in Italia Rutulorum generis, Saguntum cōdidere, ultra Iberū mille ferme passus à mari, creuit ciuitas ipsa breui terrestribus maritimisque opibus, atque in tantum est aucta, ut omnes ultra Iberum populos celebritate nominis, & opulentia anteiret. Eorum legatos Romā missos ubi senatus audiuit, confestim legatio in Hispaniam & Aphricā decreta est, ut Pœni à socijs populi Romani abstinerent. Cæterum prius quàm iij qui mittebantur, ex urbe profecti essent, omnium opinione celerius affertur Saguntū ab Annibale oppugnari. Tum certatum sententijs est in curia. Erat qui dicerent confestim exercitum in Hispaniam mittendum, alij non Hispaniam solum, sed & Aphricā provinciam consulibus discernebat. Placuit tamē nihil temere fieri, missique P. Valerius Flaccus, & Q. Fuluius Pamphilus Saguntū ad Annibalem, qui si bello non abstineret Carthagine irent, ad eum in rupti fœderis penam deposcedum. Et iam Pœnus plures dies Saguntum oppugnat, multique & uarij fuerant utrinque conat. Oppidani, etsi plures turres, & quicquid has inter murorum continebatur, hostes bellicis operibus diruerat, ualide tamen urbē ad id tempus defendentes, machinisque magna ex parte corruptis, Pœnum à mœnibus subita eruptione in castra compulerunt. Affuerunt interim ex Roma legati, ad hos nuper appulso missi Annibal, qui diceret, nec se graui bello occupatum legatos audire posse, nec illis esse tutum inter tot efferatas gentes diutius uersari. Et quia apparebat Romanos non admissos, continuo Carthagine ituros, nuncios cū literis premisit ad principes Barchinæ factionis, ne quid Hanno pro Romanis gratificari posset. Polybius priusquam Saguntus obsideri cœpisset ad Annibalem legatos uenisse scribit, quum Carthagini Pœnus hybernaret, auditisque illorum postulatibus, ut Saguntinorum amicum respondisse, ultimum se affirmantem, quod Saguntinorum principes quidam, ortā inter ciues seditione, Romanorum iussu interfecti essent. Cæterum siue legati auditi sunt, siue, ut Linius ait, exclusi, ubi Carthagine uentum est magnus in curia motus exiit. Fremere Hanno testatur prædicare se ab initio non destitisse, fore, ut Hamilcharis stirpe incolumi, nunquam Pœni stabilem cum Romanis essent pacem habituri, ac pro ijs, quæ in præsentia postularentur, tres decernendæ legationes, Romanam unam, quæ patribus satis faceret: alteram quæ Annibalem à Saguntū oppugnatione abstractū Romanis dederet. Reliquam ut res ablata Saguntinis redderentur. Hæc ille: Sed multo plus Barchinæ ualuit factio. Responsum est legatis bellum à Saguntinis ortum, nec Romanos recte facere, si Saguntinos uetustissimæ Carthaginiensium amicitia præferant. Atque cum his legati sunt Romam dimissi. Sed dum legati eunt redeuntque, Annibal parte urbis capta Saguntinos in apertum discrimen compulit. Octo mensibus obsidio tenuit, nullaque interim, præterquam ad extremum, pacis mentio hinc aut inde mora est. Tantum seruandæ fidei fuit in Saguntinis studium. Alorchus Hispanus, qui publice Saguntinorum hospes fuerat, ab Annibale huiusmodi conditiones atulit, ut urbem hostibus Saguntini relinquerent. Omne aurum & argentum publicum & priuatum uictori traderent. Ipsi cum liberis & uxoribus, & cum binis uestimentis ex urbe egressi nouam urbem, ubi ad ædificandum uictor Pœnus locum dedisset, sibi conderent. Has Saguntini leges quum Alconi prius ex urbe misso proposuisset Annibal, ratus ille ut erat populares suos, non modo non eas cōditiones accepturos, sed exitio etiam futurum huic, qui talia in concionem attulisset, ex legato factus erat transfuga, ne uitæ periculum adiret, liberius Alorchus, ut hospes, locutus, est que Saguntinos ad eam pacem, si non æquam ac necel-

fariam, uehementer hortatus. Cæterum tantum abfuit, ut hortando & monendo quicquam profecerit, ut confestim nobilissimi quique curia egressi, priusquam responsum ullum dari potuisset, omne aurum & argentum ex publico & priuato in forum contulerint, eoque in ignem, ad id repente excitatum deiecto, in eandem ipsi flammam se coniecerint. Paucorū ingēs & trepidatio ex ea re orta, ciuitatem præsentis atrocitate attonitam, ab omni imminentis periculi sensu auertit. Nec Annibal in tanta occasione defedit, sed copijs propius admotis per ipsas murorum ruinas in urbem irrupit, dato militibus signo ut puberes ad unum interficerentur, multi ubi hostem admissum uiderunt, se & filios, incensa domo, concremarunt. Alij armati non nisi cum morte prælium finiuerunt. Cætera multitudo capta sub corona uenijt. Et Saguntini tam infeliciter socialem sunt fidem ad extremum uitæ tutati. Mirabitur itaque omnīs posteritas, præclarum unius populi facinus. Nec Ro. erga tantam fidem postea ingrati extiterunt. Saguntini excidium, haud multo post, quàm ex Aphricā legati redierunt, est Romæ auditum, quæ res ciuitatem ingenti mœnore & tristitia affectit, dolere simul pudereque nullum fidelissimæ ciuitati auxilium missum. Erant tum Romæ consules P. Cornelius Scipio, & T. Sempronius, qui cōfestim iussu inter se sortiri provincias, Cornelius Hispaniam est adeptus, Sempronius Aphricam cum Sicilia. Sex in eum annum legiones decrete, & ex socijs quantum ipsis uisum esset: consulibus naues longæ centum & sexaginta celoces, duodecim, cum hac classe quatuorque & uiginti milibus peditū, duobus equitum & quadringentis, Sempronius in Aphricā trajicere est iussus, si alter consul satis esset ad Italiam tuendam. Inde & prætoribus suæ provincie cum exercitibus decreta. L. Æmylius eodem anno in Illyricum est missus aduersus Demetrium Pharium, qui Romani beneficij oblitus urbes, aut socias aut deditas hostiliter nexabat. Is Dimala capta quo hostis præcipuū contulerat belli apparatus, omne fere Illyricum nomen, paucis diebus, in fidem Romanorum retraxit. Demetrius Pharus tenebat cum ualido præsidio. Æmylius quia aperta uilocus natura munitissimus capi non poterat, noctu in insulam, partem unā exercitus occulte exposuit, suntque hi in densa sylua insidijs sedere iussi, donec ad confurgendum signum daretur. Ipse orta luce, cum uiginti nauibus portum occupat. Insulani contempta nauium paucitate, ut Romanum portu arcerent, cateruatim ad mare decurrunt. Tum ibi pugna inita, breui omnis urbana multitudo eo certandi studio confluit, qui in insidijs erant, per intua loca occulte insinuat, collē inter portum & urbem medium cum clamore occupant. Phareses subito tumultu reuocati, multa consternatione urbem reperiunt, metuque præcipitantū Romanis nauibus egressi, terga cedunt: atque ita Illyrij sunt in medio cæsi. Demetrius fuga dilapsus, quum in hos casus paratos lembos diuersa parte insulæ haberet, ad Philippum Macedoniæ regem extorris abiijt, qui certo interiecto tempore, ex Philippi hortatu, Messenem oppugnare aggressus temerè hostium muros subiens, ignobiliter ictus concidit. Æmylius Pharus captam, ne hostibus receptaculum aliquādo esse posset, diruit, rebusque suo arbitrio in provincia compositis, sub initium autumnū uictorē exercitum in Italiam deportauit, clarumque de hostibus egit triumphum. Hannibal Sagunto potitus, quum ex omni præda, multam uestem, aliisque preciosa munera Carthagine suis dono misisset, in hyberna cōcessurus, omnibus Hispanis qui sub signis militabant potestatem fecit domum abeundi, ut desideria per ocium inuiserent, sibi que ut ad prima ueris signa adiret edicere, fore distitās, ut dijs bene iuuantibus in aliam terram secum bellū transferrent. Ipse

Saguntū excidium.

Consules.

Demetrius in teritus.

Gadis transgressus Herculi vota soluit, nouis se obli-
gavit. Romani etsi magnopere in omando bello e-
rant intenti, ut tamen omnia rite fierent, priusquam
arma mouerentur, iterum Carthaginem mittunt, qui
à Carthaginensibus sciscitarentur, an publico con-
silio Hannibal Saguntum expugnasset, atque si id fa-
ctum tuerentur quod facturi uidebantur, bellum Car-
thaginensi populo indicerent. Missi sunt uiri ma-
gno natu, Q. Fabius, M. Liuius, L. Æmylius, C. Lici-
nius, & Q. Bebius. Hic Fabius quum nihil ultra quam
mandatum erat sciscitatus esset, cum Carthaginien-
sibus unus Romanos cauillo infectatus, quod du-
plici legatione duo inter se diuersa ambiciose postu-
lassent, eo decurrit ut diceret, non magis Carthagini-
enses stare oportuisse recenti federe, quod Hasdruba-
lum cum Romanis percussisset (eo enim de Sagunto
cautum erat) quam Romani conditionibus eius fe-
deris steterissent quod Hamilchar in Sicilia cum Lu-
cætatio sanxerat, in quo ipsi postea quædam mutari
uoluerunt. Summa orationis hæc fuit, ut diceret, non
esse Romanorum quærare publico an priuato con-
silio Hannibal Saguntum expugnasset, quin omnibus
ambagibus de Sagunto & Ibero omisit, aliud potius
cogitarent, & quod eorum animus diu parturi-
risset pareret aliquando. Tum Romanus toga in sin-
um collecta: Hic, inquit, uobis pacem & bellum
porro. Vtrum libet sumite. Ad eam uocem ferociter
est reclamatum. Daret utrum uellet, atque quum
Fabius se bellum dare dixisset, id se accipere omnes
responderunt, & quibus acceptum esset animis eis-
dem se gesturos. Gellius autor est, ueteribus quibus-
dam Romanorum rerum monumentis proditum,
Q. Fabium Romani exercitus imperatorem, ad Car-
thaginenses literas dedisse, quibus significauit ca-
duceum, & hastam pacis & belli tesseram Populum
Romanum mittere, utrum acciperent sibi Pœni mis-
sum existimarent. Ad quæ ita illi responderunt. Neu-
trum sese eligere. Possent tamē qui attulissent, utrum
mallent relinquere. Quod autem ipsi reliquissent id
sibi pro electo futurum. M. Varro neque hastam, ne-
que caduceum missum existimat, sed tesserulas duas
in quarum una caduceum incisum fuerit, in altera
hastæ simulachrum. Cæterum quibuscunque signis,
nam res uarie ad posteros tradita est, bellum fuit in-
dicatum, id facere quod Liuius factum scribit, magis
ex dignitate fuit populi Romani, quam de federe
disceptare. Quin quies Romani fedus ad id tempus
cum Pœnis percussisset. Primum L. Iunio Bruto &
M. Valerio consulibus, ut Polybius scribit, eo anno
quo Tarquinius regno excidit. Idem autor est pri-
mo illo federe Romanorum nomine, Antiatibus,
Ardeatibus, Aricinis, Circeijs Tarracinenibus, &
cæteris Latinis cautum, & quicumque Romano im-
perio parerent. Miror Polybium addidisse his con-
sulibus templum Capitolini Iouis dedicatum, quum
satis constet post Bruti interitum à Puluillo id tem-
plum dedicatum, si Dionysius, Liuius & Plutarchus
uera prodiderunt. Alterum fedus ictum, quo eis-
dem populis est à Romanis cautum. Pœni uero, V-
ricenses & Tyrios nouos socios ueteribus ascripse-
runt. Tertio loco sub id tempus quo Pyrrhus in Ita-
liam uenit. Mox in Sicilia quartum fedus ictum ab
Hamilchare & Lucætatio. Postremum in Hispania
cum Hasdrubale quo cautum Saguntinis erat, ac in
eo expressum, ne quid rei circa Iberum Pœnis esset.
Nec tum adiectum, ut in federe Lucætarij, ut ita de-
mum id fedus teneret, si Senatus & Populus pro-
bassent. Quod Romani aliqua in Lucætarij federe
mutarint, quia scriptum in eo fuit, ut ita demum id
teneret, si illis uideretur, eaiure mutata nemo infi-
ciabitur. Contra Pœni, quando nihil tale cautum
esset in federe Hasdrubalis, publica fide incolumi
id inritum habere non potuerunt. Causa igitur se-
cundi belli Punici Roma. fuit Saguntus contra fe-

Legati secundo Cartha. missi.

Forma indicii belli.

Quoties Pœni fedus cum Ro. percussissent.

A dus à Pœnis excisa, quod Fabius Pictor & alij plerique
scribere. Nec possum non mirari Polybium tam
acerbè Fabium insectantem, quod Saguntum expug-
nationem belli initium fuisse dixerit, non causam.
Ego ut Siciliam celeri desperatione relictam, & Sar-
diniam in ipso Aphrici belli motu à Romanis inter-
ceptam, tributum que acerbè nimis exactum, rebel-
landi causam Pœnis fuisse arbitror, ita Romanis Sa-
guntinorum iniuriam suscipiendi belli necessitatem
imposuisse. Nec enim principium illud belli dici de-
buit, si dum Saguntus oppugnaretur Ro. arma quie-
uere, nec prius quicquam hostiliter sit gestu, quam
quod post eius urbis excidium bellum est solenni mo-
do indictum. Romanorum legati ex Aphrica in His-
paniam, quod facere à senatu iussi fuerant, traiece-
re, partim ad præparanda ciuitatum studia, partim
ad ea quæ parata essent, in ueteri amicitia retinen-
da. A Bargulijis primo benignè accepti, hos illi ut
plerosque alios trans Iberum in nouarum rerum stu-
dium erexere. In Voltianis inde exprobrato illis Sa-
guntum excidio ita dimissi sunt, ut neque in Hispania
amplius, neque in Gallia priusquam Malsiliam sit
uentum, benignum ullum responsum tulerint. Han-
nibal ubi ea quæ Carthagini facta erant audiuit, fu-
turi belli molem secum reputans, cuius non tantum
dux sed concitator etiam fuisset & autor, ad prima
ueris signa nihil cunctandum ratus, ne quis casus se
in Hispania remoretur, Aphrica Hispanico præsidio
firmata, Hasdrubalem fratrem suum uirum impigru
Ibericæ præfecit, ut eam cum undecim milibus Aphro-
rum, octingentis quinquaginta Ligurijs, & Libo-
phœnicum Maurorum que equitatu tueretur, ac su-
per hos Hispani generis quidam, necnon elephan-
ti quatuordecim sunt additi. Naues quinquaginta ad
maritimam oram tuendam. Sicque uelut mutuis pi-
gnoribus Hispania & Aphrica utraq; alterius præsi-
dio firmatis, ipse cum centum & amplius milibus ho-
minum (& in his duodecim equitum milia) noua Car-
thagine profectus, maritimo itinere ad Iberum con-
tendit. Oritur Iberus in Cantabris ad radices Pyre-
neorum montium. Labitur primo per campos, &
aperta loca æquis spatij ab Lubeda & Pyreneo mō-
tibus remotus, ad quadringenta & quinquaginta
milia passuum à fonte digressus, mari, quod ab ipso
Ibericum uocant, uno ostio infunditur: Græci uni-
uersam Hispaniam ab eo Iberiam dicunt. Hic Han-
nibal per quietem sibi cernere uisus est diuina specie
iuuenem, qui diceret se à Ioue missum, ut ipsum in
Italiam perduceret, sequeretur proinde se ducē, nec
usquam flesteret oculos. Ceterum ut mortaliū cura
est semper in ueritum prona, sollicitus Hannibal quid
esset, quod post se respicere fuisset prohibitus, quū
temperare nequiuisset oculis, uidisse se eximia ma-
gnitudine serpentem, cum magna arborum & uir-
gultorum strage euestigid sequi. Tum ibi perturba-
tum animo percussurumque, quid prodigij id esset
ex genio illo cognouisse eam Italiæ esse uastitatem.
Pergeret porro ire, patereturque; fara in occulto esse.
Et Hannibali talis in quiete est species oblata, nihil
præter Italiæ excidium cogitanti, quod sæpe fit, ut
diurni sermonis cogitationis que similes quiescenti-
bus represententur species, nisi præstigiæ fuerint il-
læ demonum, innumerabilem animarum saginam
appetentium. Polybius id prodigium pro mædaciō
reijcit, uelut nulli unquam hominū talia in insom-
nijs obuerfentur, quo nihil est magis naturale. Han-
nibal præmissis qui Gallorum animos donis cōci-
liarent, ipse copijs Ibero traiectis, Ilergetes, Bargun-
tos, & Aufertanos, & Aquitanicæ partē Pyreneo pro-
pinquam armis subegit. Cui oræ Hannonem cum de-
cem milibus peditum, & mille equitibus præfecit,
ut angusticæ que Hispaniam Gallicæ iungunt, in Pœ-
norum potestate essent. Totidem inde Hispani ge-
neris quos longinqua grauari militia sensit domum
dimissis,

Quæ belli Punici secundi causa fuerit.

Initium belli quod.

Prouinciarum ordinatio.

Iberi ortus.

Hannibal in somnium.

Pyrenici mons. dimissis, ipse cum cætero exercitu Pyreneum saltu
transgressus, ad liberum castra fecit. Protenduntur
Pyrenici iuga ab interno mari Gallico non Tyrreno,
ut Appianus scribit, in Oceanum usque; ad meridiem ad Se-
prentionem extensa. Ad ortum Celtas qui & Galli
sunt: ad occasum Iberos habent & Celtiberos, à cre-
bro fulminum casu Pyrenici nomen factum existimat
quidam, alij quia fortuito olim incendio ipsa iuga de-
flagrasset, Poëtæ his locis Pyrenē indigena puellā
ab Hercule cōpressam meminere. Ex libero Pœ-
nus ad Rhodanum præter Ruscinonē processit. Varro
unum ex tribus maximis Europæ fluminibus Rhoda-
num arbitratum est. Polybius eum tribus fontibus
oriū supra intimum Adriatici maris recessum, qui
mox Lemano lacu exceptus, per aliena iura eodem
impetu seruat, sibi restitutum aliquādiu Gallias di-
rimit: cursu deinceps ad meridiem deflexo, inter Vol-
cas & Catares in Gallicum mare internum duobus
ostijs defluit, ut idem autor scribit in Sardoum pela-
gus, flumina secum deserit Ararim, Isaram & Druen-
tiam. Plinius in Alpibus Rhodanum habere ortum
arbitratur. Plutarchus non longe ab Istri & Rheni
fontibus, quod à Polybij opinione nihil est diuer-
sum. Memorabile illud de eo traditur, supermeare
ipsum in corruptis aquis Lemani lacu. Quod & Ab-
dua facit in Lario, in Verbano Ticinus, in Benaco
Mincius & Ollius in Sebino. Nomen fluuii dedit
Rhoda oppidum in Narbonensi Gallia à Rhodij con-
ditum. Hannibal huc progressus ubi ulteriorem ri-
pā uidit à Gallis inceslam, ueritatis diuitis ibi se-
dendo à Gallis circumueniretur prima noctis uigi-
lia, Hannonem Bomilcharis filium cum parte copia-
rum ad ducēda stadia per ripam aduersi fluminis ire
imperat, ac silentio ibi fluuium superare. Datis ad
duces qui uadium monstraret. Hanno ubi ad locum
uenit, caesa festinm materia, ratibusque subito con-
textis supra insulam qua fluminis impetus mitesce-
bat, copias traiecit, inde agmine p die refecto prius-
quam in hoste moueret, signo quod inter duces con-
uenerat, procul edito secunda fluminis ripa prælio
intentus ire pergit. Stabat interim Hannibal in om-
nem occasionem erectus, cæterum fumo procul con-
specto, confestim suos quos ad hoc ipsum iam dudum
paratos habuit, in scaphas & rates impositos, subla-
to clamore in ulteriore ripam emittit. Galli qui ex
aduerso stabant, ad hunc motum conciti cum uul-
tu scuta (ut mos est gentis) supra caput quatientes,
ex sua statione ad ripam decurrunt. Obtexerat flumi-
nis faciem uis nautarum, clamorque & strepitus impe-
tum fluminis percurrere conantium, præbuitque; ea
res terribile hostibus specie. Excipiunt tamen Galli
intrepide hoste ripis applicantē, ortūque; erat utriusque;
atrox prælium, quum clamor à tergo ex improuiso
redditus eos percudit. Iam Hanno captis hostium castris
cum fremitu ad flumen uehebatur. Tum Galli an-
cipiti metu percussi, haud magno negotio funduntur
alijs aliō dilapsis, Pœnus copias per occiū trajicit, ca-
straque; in ulteriore statuit ripa. Elephantum quo modo
traiecti sunt parum liquido traditur: quidam ratibus
traiectos credere. Alij unū aiunt ad magistrum de in-
dustria irritatum, atque; in fluuiū præcipiti ira irruen-
tem, reliquū agmen secū traxisse, atque; ita aquarū im-
petu in altum euectos, uadatim in aduersam ripam
pertendisse. Sed dum hæc circa Rhodanum gerun-
tur, Boij & Galli audito Hannibalis accessu, & quod
eodem anno Cremona & Placētia in suam terrā co-
loniæ a Romanis missæ fuerant. Triuiri qui ad as-
gnandum agrum Placētia uenerant, eius loci mœ-
nibus diffisi Mutinam metu petiere. Dubiū Triuiri
fuerint illi, an legati qui Boios expostulatum mis-
si ex urbe fuerant. Præterius gentium quod satis con-

Pyrenici mons.

Rhodani cur- sus.

Fluuij Lacus mixti.

Rhodani un- de nomen ha- bet.

Superatur à Pœnis Rhoda- nus.

Galli fundun- tur.

Boiorum defe- ctio.

A stat hostiliter oppugnati sunt, atque ex Mutina, pu-
blica fide interposita, ab hostium ducibus ad collo-
quium uocatos uiolato iure gentium, Galli eos in uin-
cula coniecerunt. Mox Romanum præsidium quod
in urbe erat obsidione cingunt. L. Manlius qui cum
exercitu in Gallia erat, audito suorum periculo cita-
to agmine Mutinam contendit. Eum profundā syl-
uam parum caute ingressum Galli insidijs excipiunt,
exceptum cum multa cæde & trepidatione fugien-
tium persequuntur: agmen à tergo & à lateribus est
caesum, donec in apertos emerit campos. Octingen-
ti milites desiderati, & aliquot signa militaria amisa.
Manlius cum exercitu ignominia affecto Ganne-
tum contendit. Est is uicinus Pado propinquus, ubi
Romanus ab hoste circumfessus est, atque obsidione
fatigatus, quoad Caius Attilius prætor cum nouo
exercitu affuit. Ceterum dum hæc circa Padum ge-
runtur, P. Cornelius consul, Hetruricæ oram cum lx.
nauijs præteruectus, Malsiliam uenit, ratus Han-
nibalem nondum Pyreneos montes transgressum.
Hic ubi exploratum habuit Pœnum circa Rhodanum
esse, ignarus ubi illi potissimum occurreret, ccc. mi-
lit equites cum Malsiliensium ducibus, qui ex pro-
ximo hostium consilia explorarent, opere precij ra-
tus exercitū maritima iactatione festum quiete uni-
diei reficere. Fortè ita accidit, ut Hannibal audito Ro-
consulis appulsi, quingentos Numidas, dū elephan-
ti trajicerentur, ad hostium castra speculatum mise-
rit. Hi cum speculatoria Romanorum ala fortuito
occurfu congressi, maior quam pro numero præliū
commiserunt. Multa uulnera & par propemodu m ce-
des utrinque; fuit. Postremo Numidæ metu pulsi ui-
ctoriam Romanis iam labore fessis reliquerunt. Ex
uictoribus ad clx. cecidere, Numidarū amplius du-
centis. Huius pugnæ euentus uelut omen fuit Ro-
manis futuræ uictoriæ, quæ multo ipsorum cruore
esset quæreda. Hannibal qui in animo habebat nol-
le cum Romanis manum conferere, priusquam in Ita-
liam uertum esset, ne quis casus se ab insilituro cursu
retardaret, quam diuersissimus ab hoste porro ire cō-
stituit, quod ipsum ut libentius faceret, legati à Ma-
talo Boiorū rege obuiam illi ex Italia missi, hortati
& precibus effecerunt. Ibi uero cum niuosa Alpium
iuga à suis formidari sensisset Pœnus, que cælo uer-
ticibus surrecta, immensa altitudine oculos fatiga-
bant, pro concione est milites affatus, eorumque; me-
rum castigare, qui uanam uulgi famam perhorresce-
rent. Alpes ipsa passim habitari, sæpiusque; à magnis
Gallorum exercitibus cum liberis & uxoribus at-
que impeditiore agmine transentas, nec credere fe-
quicquam tam arduum inueniri, quod non facile ab
ijs posset superari, qui ab occasu solis præfecti tot flu-
mina, tot saltus, tot ferocissimas gentes sua uirtute
domuissent. Iam Italiam non procul ab esse, ubi felix
militia, amplaque; præsentium laborum præmia mili-
tem manerent. Forti proinde animo essent, sinemque;
instituti itineris sibi campum proponerēt, qui inter
Tyberim & urbem Romam iaceret, cum quo non
tantum Roma ipsa, sed tota etiam Italia essent uno
tempore potituri. Tali Pœnus hortatione usus læ-
ua Rhodani ripa pergit porro ire, nequa hostis prius
quam in Italiā iretur, fieret sibi obuuius. Quartis de-
inceps castris ad Araris & Rhodani confluentē con-
sedit. Insulæ loco nomē est, quem flumina in unum
decurrentia medium amplectuntur. Hoc terræ spa-
tio Lugdunum urbem procedente tempore Numa-
tius Plancus condidit. Allobroges eam regione te-
nebant, gens inter Gallos opibus & fama eā tempe-
state insignis. Ibi Pœnus inter regulos fratres de re-
gno ambigentes factus arbiter, quum maiori natu
ex optatum sententia regnum restituisset, com-
meatu & uestibus contra Alpina frigora benignè est
ab eo adiutus. Hinc per Tricasticos in Vocontino-
rum oram deflexit. Mox per Trigorios ad Druen-

L. Manlius in insidias præcipitatur.

Exploratoria equitum ala.

Prima Ro. uictoria.

Oratio Hannibalis ad milites.

Rhodanus.

Lugdunum.

Druentia flu. tiam uenit. Est is quoque Alpinus amnis, cæterum eo transitu difficilio, quod quum uim aquarum uehat ingentem, nullis coercitus ripis, nauigari nõ possit, in plures simul alueos diffusus, neque semper eisdem fluens, globosa uoluit saxa, & tunc forte imbris auctus, uolentius solito fluebat, quæ res nõ medio-crem attulit uadantibus trepidationem. Ex Druentia Hannibal pacate ad radices Alpium processit, tñ ibi montium altitudo, niuesque propemodum celo immixtæ, recta informia imposita rupibus, iumentaq; torrida frigore, inculti homines & intonsi, animalia atque inanima gelu rigetia, omniaque fœdiora quàm fama ferrentur oculis oblata, cõceptum opinione metum auxerunt. Et iam in aduersos clinos agmen erigi cœperat, quum montani tumulis insidentes procul apparuerunt. Hic Hannibal per Gallos, quos ad speculanda loca præmiserat, factus certior, negari sibi transitum, ceterum ab eisdem infructus, per diem Gallos stationem asseruare, noctu in suos uicos dilabi, castra eo, quo deprehensus erat loco in confragosa ualle per diem habuit. Sub noctem uero pluribus ignibus, quàm pro numero accessis, ubi remissas sentit oppidanorum custodias, cum expeditissima peditum parte, ac promptissimo quoque ad id facinus delecto, silenti agmine angustias euasit, atque iisdem tumulis, quos hostes tenuerant, inselsis, reliquum exercitum ad mouenda castra, nuncijs & signis exiuit. Galli ubi agmẽ procedere uiderunt, & iam loca editiora ab hoste occupata præsidio teneri, non nihil se tenuerunt anticipari metu defixi. Põst ubi in ipsis montium angustijs, studio properantium, agmen sua sponte turbari uident, rati quicquid terroris adijceret, satis ad perniciem exercitus fore, aduersis rupibus per abrupta & inuia loca in Pœnos impetum faciunt, ibi equi clamoribus consternati, omnia primo turbare, confauciati inde ex his aliqui calcitrato & inquietatione ingentem circa se sarcinarum & hominum stragem edidere. Multi simul equi iumenta que onusta in abruptas sunt altitudines deuoluta, agmen interrumpi cœperat, cæterum pulsus loco hostibus Hannibal occurrit, reliquum copiarum pacate in altiora est loca traductum. Pœnus castellum, caput eius gentis, ui captum diripuit, circumiectosque uicos hostiliter populatur. Triduo põst aliquantulum uic fecit, inciditque in multo maius discrimen. Alter frequens populus misit ad eum appropinquantem legatos, qui ipsius ducis amicitiam peterent, doctos se aliena calamitate prædicantes pacem cum Pœnis multo potiorẽ Gallis esse quàm bellum: polliceri adhæc duces & commeatum, in diem quorũ obfides darentur. Hannibal, etsi non omnino fidem Gallis habebat, ne tamen repudiati ex confesso hostes fierent, obfidibus benignè acceptis, præmissum elephantis equitatu, ipse cum robore peditum intentius circũspiciens sequebatur. Vbi uero ad locorum angustias uertum est, tum ibi Galli ex insidijs cum strepitu & clamore coorti, ingetia saxa in subiectum agmen deuoluunt. Hic quoque fœda strages edita, confestim montium faucibus ab hoste inselsis peditũ agmen ab equis disingitur certamine in noctem distracto. Hannibal curarum & sollicitudinis plenus noctem unam sine equitatu & impedimentis egit. Postero die Barbaris segnius incurfantibus, salus maiore iumentorum clade quàm hominum est superatus. Nono demum die in summum Alpium iugum exercitus euasit, per auia plurimum loca, montanorumque atrocissimis infesta. Biduum in sublimi uertice statua sunt habita. Iumenta interim aliquot rupibus præcipitata, ac pro perditis relicta, uestigia exercitus secuta in castra peruenere. Additus his incommodis recens niuium casus, occidente iam Vergiliarum sidere. Postridie quum castra moueri cœpta essent, pigritia & desperatio inges

in ore omnium eminebat. Hannibal prægressus signa, in promontorio constitit, unde Italiam circumpadanosque campos Alpibus uicinis militibus ostentat. Durare iubet ac sperare ita fore, ut uno aut altero prælio Romam Italiam caput in manibus haberent, muros hostium non fines se transire arbitrentur, cætera plana & humilia uictoribus futura. Procefferat inde non nihil agmen per decliua & lubrica loca, tetra militum collustatione. Fœdum & miserabile erat, quod ubi unus aliquis semel uestigio lapsus, plures secum, dum alius alij cupit auxilio esse, in preceps trahebat. Quidam altis niuibus uelut pedica capti medio lapsu hærebant. Procedere tamen miles itineris duces securus, quo ad uentum est ad rupem in mille fere pedum altitudinem abruptam. Ibi quum equites constitissent, Hannibal miratus quid rei exercitũ retardaret, ubi ad uisendum locum processit, tum demum sensit per inuia se loca ducere, ibique circumactõ nõ nihil agmine sicubi molliora Alpium latera iter panderet, postea uero quàm abrupta omnia oculis occurrebant, tantũ niuium in summo iugo est militari opere exhaustum, in patentemque aream locus purgatus, quanto satis commode castra statui poterunt. Ingens inde lignorum materia raptim cæsa, rupibusque adhibita incenditur, saxaque ignibus perusta aceti iniectu emolliunt. Quariduum super rupem absumptum, ea demum in cliuos rescissa est, per quos etiã elephantis sunt ad humilia loca emissi. Breui totũ agmen uelut in alterum orbem ad ima transiit. Ventum primo in apricos colles, & loca irrigua, ibique iumenta triduo refecta, quiesque hominibus data. Mox & plana loca Pœnum exceperunt, accolarumque ingenio molliora. Atque ita Hannibal, Alpibus quinto decimo die superatis in Italiam uenit, nouem milia stadiorum a noua Carthagine ad ipsos Italiam fines dimensus quinque mensium spatio. L. Alimetus qui fuit eo bello captus, memorie prodidit, se ex Hannibale audiuisset, a Rhodani traiectu usque in Italiam amississe se sex & triginta hominum milia, & cum his equorum numerum ingentẽ. Cælius autore Liuiõ, per Cremonis iugum Hannibalem descendisse tradidit. Alij per Apennini iugum qua mons ipse Alpibus iungitur, unde etiã sit monti nomen inditum, sed ab agri incolâ plures crediderunt, in qua est opinione Liuius, qui neutra parte iter Pœnis paruisse constanter affirmat. Nec quantum copiarum in Italiam perduxerit Hannibal liquidõ constat. Qui plurimum scripsere centum milia peditum, & uiginti equitum ponunt: qui minimum uiginti peditum milia, & sex equitum. L. Cinus scriptum reliquit prima acie, qua Pœnus in Roma dimicauit, assuisse illi cum Ligurum, & Gallorum appendicibus octoginta peditum milia, & decem equitum. Polybius duodequadraginta milia peditum, & octo equitum Hannibalem habuisse auctor est, quum a Rhodano discessit, cæterum uix dimidium copiarum illi superfuisse, quum Italiam est ingressus. Scipio triduo post Hannibalis digressum, quadrato agmine ad Rhodanum processit, nullam pugnae moram facturũ: ubi uero castra deserta uidit, nec hostem longius progressum, opræprecium credidit ulterius sequi, ad naues reuersus. Gn. Scipionem fratrem, cũ exercitu & omni apparatu bellico, in Hispaniam aduersus Hasdrubalem misit, ipse cum quàm paucissimis, celeri nauigatione, Italiam repetit, Pœno alpes transcendentem occursum. Vbi igitur Pisas uenit, factus certior de Hannibalis descensu, deque eius exercitu Alpibus frigidibus affecto, Tyronẽ a Manlio & Artilio accepto ad hostem ire pergit, ut cum eo prius acie dimicaret, quàm per ocium copias reficeret. Sed dum Scipio Pisas applicat, cum copias a prætoribus colligit, dum Placentiam ire contendit, Pœnus interim ualidissima

Pœni ex Alpibus Italiam præspiciunt.
Pœni acie in fringuntur Alpes.
Clades amissurum hominum in Alpibus.
Copie in Italia.
Magnifica Scipionis de se uerba.

921 ENNEADIS V. LIBER I. 922

Taurinorum urbe triduo expugnata, quoniam in amicitiam ulro trahere nequiuisset, ex stantijs mouerat, defecissentque ad eum omnes circumpadani, nisi inopinatus consulis accessus Gallorum consilia opprelsisset. Et iam diuersi exercitus prope in conspectu uenerant (nam Scipio Pado superato ad Ticinum fluiuium confederat) erantque ipsi duces inter se uterque alteri admirationi, ille quia multa præclare facinora ad id tempus in Hispania & Gallia feliciter gesserat, hic quia unus omnium Romanorum ducum, aduersus se tali temporum discrimine esset imperator declaratus. Quia igitur apparebat atrox certamen instare, Publius Cornelius ita est militem pro concione affatus. Si cum eo exercitu quem in Gallia habui, in prælium descensurus essem milites, superuacuum fuisset in pugna quantumuis asperam ituros adhortari, quid enim attinisset aut equitem uirtutis admonere, qui longe maiorem hostium equitatum magna que ex parte cælum circa Rhodanum fudisset, aut militem confirmare, cum quo hunc ipsum hostem fugientem secutus satis a me uictum credidi, quod acie congregari non sit ausus. Nunc quia exercitus ille cum Gnæo Scipione fratre meo rem in Hispania meis gerit auspicijs ad quod publice comparatus erit, ne uobis dux aduersus Hannibalem deesset, ulro me huic certamini obuli. Pauca igitur uerba sunt nouo imperatori apud nouum exercituum facienda, ne aut genus belli, aut hostem ignoretis. Cum Pœnis uobis res futura est milites, quos mari terraque priore bello Punico uictos, Sicilia & Sardinia spoliastis, uiginti annos stipendarios habuistis. Erit spero in hoc certamine uobis illisque, idem qui in priore illo fuit animus, qui que uictoribus & uictis esset solet. Pugnant illi non spe, non uirum fiducia, sed necessitate coacti, nisi aliquis credat duabus copiarum partibus amissis, eos ulro dimicaturus qui incolumi exercitu certare non sunt ausi. Quid quod illi ipsi qui perquam pauci superant, non homines, sed hominum effigies, imò umbræ potius dici possunt, fame, frigore, icallo re enecti, fracti, debilitati, perustis niue artibus neruisque rigore contractis, torrida corpora, concussa arma, equi strigosi, claudi, debiles, non cum exercitu, sed exercitus reliquijs præliaturi estis milites, ut merito timendum sit ne ab Alpibus uictus non a uobis Hannibal uideatur. Sed sic certe est, diu ultores fœderum, bellum cum perfido duce sine humana ope ita profligatum uoluerit, & nequis uestri hortandi causa hæc magnifice locutum existimet, potuisset ego procul ab hoc certamine abesse, atque in Hispaniam que prouincia publice mihi decreta erat, cum eo exercitu abire, ibique fratre meo adiutore bellum aduersus minorem ducẽ, minorem exercitum administrare. Præteruictus tamen Gallia oram ad huius hostis famam, in terram exercitum exposui, equestris que certamine fugatum, quia ad pedestre cogere non potui, per longa maris spatia in Italiam reuersus ulro me illi obtuli. Experiri constitui utrum alios Carthago hodie habeat uiros, quàm paucis antè annis habuerit, qui postremo ad Ægusam uicti, Sicilia possessione cesserunt. Sit ne hic Hannibal iterum Herculis æmulus an uestigialis & stipendiarius Populi Romani a patre relictus, qui a nostro consule iussus præsidium ab Eryce deduxit? Qui graues leges Carthaginensibus uictis impositas, cum fremitu & more accepit? Qui Sicilia decedere, stipendium Populo Romano soluere est pactus? Quæ fœdera manu patris scripta hic bonus imperator respiceret, nisi Saguntis scelus eum in omne nefas præcipitem ageret. Quod quum ita sit, uelim uos milites non minore animi indignatione in hos pugnare, quàm si seruos uideatis uestros in uos arma ferre. Licuit

si libitum fuisset, ad Erycem clausos fame ad unum necare, uictici classe in Aphricam transmissa Carthaginem delere. Veniam tamen dedimus. Ex obfisione emisimus. Carthaginem Aphrico bello afflictam tutari fuimus, pro quibus clementer & humanè præstitis, furiosum iuuenem secuti, nos nostramque patriam oppugnatam ueniunt. Sed utinam de dignitate solum dimicandum esset. Pro Italia uobis pugnandum est milites, pro patria, pro liberis, pro uestra ipsorum salute. Nec alius a tergo est exercitus, qui si quod nolim uicti simus hostibus obijci possit. In conspectu urbis pugnare arbitremini. Senarumque & Populũ Romanũ, parentes ipsos, ac liberos uestras manus intueri, a nobis salutem implorare, postremo qualis hodie uestra uirtus fuerit, talis patriæ & omnium necessitudinum fortunarumque deinceps erit fortuna. Et Scipio sic suos hortatus dicitur. Hannibal non solum uerba, sed totius rei imaginem Pœnorum oculis subiiciendam ratus, ex captiuis Gallis aliquot in mediam aciem protraxit, inde interrogari fecit, an essent qui inter se ferro dimicare uellent conditione proposita, ut uictor libertate donatus incolumis ad suos abiret. Multi mira alacritate se ad id certamen exultauerunt. Sortito igitur plerique incredibili læticia & gratulatione circumstantium, cum tripudio ex gentis consuetudine in pugnam processere. Fuitque inter dimicandum talis hominum eius conditionis habitus, ut non magis uincendum fortuna, quàm bene morientium laudaretur: tum Pœnus spectatis aliquot paribus, ubi suorum animos satis eo certamine affectos credidit, sic pro militum concione locutus dicitur. Si qualem, inquit, animum in alienæ fortunæ exemplo habuistis, eundem in re propria æstimanda habituri estis, uicimus uiri fortissimi. Neque enim spectaculum illud fuit sed præsentis fortunæ uobis imago representata est, ac nescio an maior uobis pugnã quàm cuius illorum sit necessitas imposita, quum maioribus, quàm illi uinculis teneamini. Dextera læuaque duo maria claudunt, a fronte Padus uiolentior Rhodano, a tergo Alpes urgent, quas uictores per infestas gentes uix nuper transire potuistis. Hic igitur ubi primum hostem obuium habuistis, aut uincendum est aut moriendum, uiri fortissimi. Cæterum fortuna quæ uobis hanc pugnae imponit necessitatem, eadem magna pollicetur præmia quibus ne ampliora quidem aliquis audeat a dijs immortalibus exoptare. Enimuero Sicilia & Sardinia quæ hoc bello repetuntur, satis digna tanto periculo præmia uideri poterant. Nunc quicquid Romani tot triumphis congestum possident uestrum futurum est, agite nunc & dijs bene iuuantibus arma capite, tempus est uos felicia stipendia facere, debita militiæ præmia sentire. Hic omnium itinerrum & periculorum que adhuc uobis exhausta sunt præmium fortuna proposuit. Hic laborum omnium finem dabit, nec quia magnum sit belli nomen, idcirco & difficilem uictoriam putate, sæpe contemptus hostis cruentum certamen edidit: & summi reges ac populi leui momento uicti sunt, adempto Romani nominis splendore, nihil in his esse uideo quod uobis merito comparari possint. Nam ut felicem taceam tot annorum militiam, & quod ab Oceano & occasu solis per tot ferocissimas gentes huc uincendo uenistis, comparabitur uobis hic nouus & rudis exercitus, cuius militibus siquis Pœnos Romanosque hodie ostendat, commilitonem ab hoste nequeat dignoscere? aut dux ille semestris sui exercitus defertor, cui neque sui milites noti sunt, neque ipse militibus, cum uestro duce quem in armis educatum sub clarissimis imperatoribus institutum non ignoratis, qui prius uester alumnus, quàm imperator fuerit, qui omnia singulaque suorum milium

Peroratio.
Gallorum animi.
Oratio Hannibal ad suos.

litum facinora, quo loco, quo tempore gesta sint, ordine referre possit, & nunc quacunq; oculos circumfero omnia animorum ac roboris plena occurrunt, veterani pedites, generosissimarum gentium equites frantati & intranes, socij fidelissimi fortissimiq; uos Carthaginenses ob iustissimam iram pugnaturo, qui tanto fortius audaciusq; ut spero dimicabitis, quanto maior spes est & animus inferentium bellum quam arcendum. Illud postremo uos meminisse oportet cum uestro duce omnes qui mecum Saguntum expugnastis esse ad supplicium requisiti, quia ita Romani persuasum habent, ut nisi ipsorum permisso nefas sit Carthaginensibus illatas iniurias ulcisci. Ne transferis Iberum. Nihil tibi rei sit cum Saguntinis. Nusquam te uestigio moueris. Parum uisum est patribus nostris Siciliam & Sardiniam ademisse, iam & Hispania intercedere incipiunt, si inde quoque cesserimus in Africam transcendent, quin transcenderunt ut audio. Vni enim consuli anni huius decreta est Africa, alteri Hispania, nihil usquam nobis relictum est, nisi quod armis uindicauerimus. Illis timidus & ignauis licet esse, quos suus ager atque idem pacatus, sua terra fugientes potest excipere, uobis necesse est fortibus uiris esse, omnibus inter uictoriam & morem certa desperatione abruptis: aut uincere igitur opus erit, aut si fortuna dubitabit in prelio potius quam in fuga mortem oppetere. Id si destinatum infixumque uobis animo est, iterum dico milites uictoria nostra est, nullum enim maius hoc uno deus immortalis homini dedit incitamentum. Vtrinque animis per hæc ad pugnam accensis: Romani Ticinum ponte iungunt, quem ut ualidius tutarentur castellum superimponunt. Est Ticinus maximus omnium fluuiorum, qui Padum influunt, deditque olim uicinæ urbi nomen, eam nunc mutata uoce Papiam uulgo nominant. Scipio perfecto opere in Insulbrum agrum copias traducit, locumque castris quinque milia passuum ab hoste capit. Hannibal Maharbale quem in agrum sociorum populi Romani, cum Numidarum equitatu populatum miserat, confestim reuocato, quia haud dubie certamen instabat, priusquam copias in pugnam educeret, iterum pro concione milites affatus, singulis sua præmia est pollicitus, dira in suum caput imprecatione adhibita, si falleret. Quæ res adeo omnium animos ad certamen accendit, ut passim militum uoces pugnam poscentium exaudirentur. Haud tantus ardor erat in Romanis castris percussis metu animis ob prodigia quædam, quæ sub ipsum pugnae tempus extiterant. Lupus Romana castra ingressus obuijs fœde laniatis incolumis euaserat, & Apum examen supra prætorium sedit. Cæterum his rite procuratis, consul cum equitatu & expeditis iaculatoribus ad hostium castra ire pergit, ut ex proximo speculareretur quantæ in illis copiae essent, & cuius generis. Nec multum à castris processerat, quum Pœnus cū suo equitatu, & ipse speculatum egressus exi improuiso occurrir. Neutri alteros ab initio uiderunt. Denfior puluis hostium aduentum utriusque significauit. Ibi prælio repente inito iaculatores, quos Scipio cum equitibus Gallis in fronte collocarat, primo congressu pulsus, in confertos equitum ordines sese trepide recipiunt. Sustinuit inde Romanus eques fortiter certamen, etsi mixti pedites, non nihil impediabant, donec & Numidæ, quos ab utroque cornu Pœnus iusserat iatis adequitare, se à lateribus tumultuose intulerunt. Hostis penè à tergo uisus terrorem inculsit Romanis, sed nihil æquè ac consulis uolnus animos perterruit. Is quum in apertum uitæ difformem incidisset, filij tum primum pubescentis intercurru seruatus est, penes hunc inde aditum fuit omnis belli huius confecti gloria, unde & ipse pri-

mus Aphricani est cognomen adeptus. Cælius à seruo natione Ligure consulem seruatum prodidit: magnitudo rerum postea à Scipione gestarum facit, ut Liuius accedat, qui de filio quam seruo maluit credere. Sed cuiuscunq; ille opera seruatus est, Romanus eques, quod liquido traditur, saucium consulem in medio acceptum, nihil turbato gradu neque fugienti similis in castra abiit. Idque primum prælium cum Hannibale fuit. Quo apparuit Pœnum equitatu præstare. Et quia omnia circa Padum loca plurimum campestris sunt, ac per hoc parum Romanis gerendo bello apta, consul proxima nocte ab Ticino digressus, irrequieto ductu ad Padum contendit. Et iam ponte copias transfugerat, quum Pœnus affuit, oppressisque sunt Marotorum pauci circa flumen, dum segnius ad Ticinum ratem soluunt. Paucis inde diebus Hannibal copijs Pado traiecit, ponte, ut plures tradiderunt, Cælius uado credidit, ad quinque milia passuum procul Placentia confedit, ad quem proxima nocte duo milia auxiliarium Gallorū & ducenti equites uigilibus ad portas trucidatis, transfugerunt, eos Pœnus benignè allocutus in suas urbes dimisit ad sollicitandos in partes suorum popularium animos. Scipio ratus fore, ut Galli ad unum uelut rabie contacti breui ad Pœnos deficerent quanquam uolnus non mediocriter grauaret, quarta noctis uigilia Placetiæ digressus, ad Trebiam transtulit castra, ibi loco edito, collibusq; impeditoribus metatus, collegam quem ex Sicilia reuocatum audiuerat, expectare constituit, nec multo post Hannibal affuit, qui quū haud procul à Romanis castris confedisset, paucis diebus Clastidium uicum, quo Romani uim ingentem tritici conuexerant, prodicione occupauit, P. Brundisino præsidij præfecto quadringentis aureis nummis corrupto, idque horreum fuit Pœnis ad Trebiam sedentibus. Dum hæc in Gallia geruntur, circa Siciliam terra marisq; aliqua à Romanis prospere sunt gesta. Nondum Sempronius in Siciliam uenerat, quum uiginti Carthaginæ, naues cum mille armatis ad populandum Italicæ oram missæ cursu subita tēpestate excussæ uem Liparas, octo Vulcani insulam tenuere, tres in fretum auerit æstus. In has Hiero qui tum Messanæ erat consul expectans, subito aliquot naues immisit, quæ tres illas Punicas in potestatem redactas ad regem traxerunt. Ex captiuis cognitum est, præter uiginti triremes, ex quarum numero ipse fuerat, xxxv. alias quinqueremes in aduersam Siciliæ parte cursum retendisse, ut improuiso appulsu Lilybeum occuparent. Cæterum credere se eadem tempestate ad Ægulam insulam uentorū cōpulas. Hiero pro magno habuit negotio id Æmylio Siciliæ prætori significare. Ille confestim legatis tribunisq; in maritimas urbes dimissis, qui diligenti cura littora & portus asseruarent, omnium diligentissime Lilybeum custodiri iubet. Ibi socijs naualibus imperatū ut decem dierum cibaria ad naues deferrent starentq; in omnem occasionē parati. Alij ex littoralibus speculis diu noctuq; attente hostiū aduentum obseruare iussi, signisq; appropinquatiū cursum significare. Erat Luna pnox, Pœniq; de industria cursum retardauerant, ut paulo ante lucē quo tēpore mortales artiore premuntur somno, Lilybeum tenerent. Sublatis itaq; armamentis ut facilius hostē fallerent appropinquabant. Præsentum tamen est confestimq; conclamatū ad arma & in naues pariter confensum. Pœni ubi uiderūt rem haud cū imparatis futurā portu abstinuerunt, ubi uero illuxit, classe ad pugna instructa sese in altū recipiunt, ut hostibus spatū darēt ad naues in apertū deducendas, nec Romani pugnam detrectauere militū multitudine & uirtute freti. Fuit pugna illa leuis, Carthaginensibus congressum ob nauum agilitatem eludentibus, quo hostium metu animaduercio Romani facto impetu septē Punicas naues

Aphricam.

Primus pæni seruat.

Scipionem cessit.

Rom. ex Pœni ad Trebiam faciunt castra.

Aphrorū fuga

Prospera Ro. pugna ad Lilybeum.

naues circumstant, quæ cæteris fugientibus cum suis turmis in Romanorum potestate uenerunt. Nondum pugnae huius fama Messanam peruenerat quū Sempronius eò ex urbe appulit, cui fretum intranti Hiero obuiā instructa classe processit, gratulatusq; quod hostes cum exercitu & nauibus uenisset, felicem in Siciliam transitum illi precatus est. Multa deinceps cum eo est de statu insulæ locutus, pollicitusque quo animo priore Punico bello iuuenis rem Romanam adiuuisset, eodem senem aditurum. Præbaturum adhæc se gratis frumentum & uestimenta legionibus socijsque nauibus. Sempronius honorifice & amice exceptus, primum omnium Lilybeū nauigare in animo habebat, & iam eò cursum intrenderat, quum de nauali pugna ad Lilybeum certior sit, letusq; suorum successu Hieronem cum sua classe dimittit, ipse in Melitam insulam Punicæ ditionis transfugit, cui appellenti Hamilcar Gisgonis filius, cum duobus fere milibus hominum, insulaque cum oppido eiusdem nominis tradita est. Inde consul rediit in Siciliam, ex Sicilia in Vulcani insulas confestim soluit, quo audiuerat Punicas naues nuper tempestate appullas. Cæterum eunti litteræ à senatu redduntur, Vibonensem agrum in ora Italiæ à Pœnis uastari. Hannibal trāscentis alpib; in Gallia esse. Properaret igitur collegæ auxilium ferre. Sempronius multis uo tempore curis anxius, exercitum in naues impositum supero mari Ariminum mittit. Sexto Pomponio legato mandat ut cū v. & xxx. Iōgis nauibus oram Italiæ tueretur. M. Æmilio quinquaginta nauium classem explet, cum qua Sicilia præsideret. Ipse decem nauibus oram Italiæ legens Ariminum primo uenit, inde cum suo exercitu ad Trebiam profectus collegæ iungitur. Hic consilijs parum ab initio conuenire cœpit. Scipio equestri prælio uictus, & uulnere cunctantior factus, bellum trahi malebat: contra Sempronius ferox animo quia satis apparebat aut illis copijs Romanum imperium defendi oportere, aut nullam spem reliquam superesse arcendis ex Italia hostibus, omnis erat moræ impatiens. Galli qui inter Padum & Trebiam accolabant, neutro adhuc sua auxilia inclinauerant, haud dubie uictoris partis gratiam aucupantes, quū neutris merito expectanda esset. Ferre id æquo animo Romani duces, contra fremere Hannibal, seque à Gallis proditum testari, ad quos seruitur liberandos in Italiam uenisset. Ira itaque percitus omnem agrum Pado propinquum uastari iussit, qua iniuria Galli adacti ad Romanos aperte inclināt, auxiliū à cōsulib; implorat. Cornelio nihil moueri placebat, quippe qui ne multum quidem Gallis crederet. Sempronius ut socij in fide continerentur qui primi conuissent auxilio iuandos censer: mille pedites cum ualida parte equitatus, iaculatoribus admixtis ad tuendum sociorum agrum trans Trebiam missi, hostem late diffusum, ac præda onustum adepti, cum cæde & trepidatione in castra compellunt, mox instaurata pugna aliquandiu ancipiti est Marte dimicatum, & quia neutro adhuc fortuna inclinante prælium fuerat diremptrum, Sempronius pro uictoria habuit, collegæq; metum increpabat, per quem staret quo minus de summa rei uno prælio decerneretur. Cæterum nihil eum æque exagrabat, ac propinquum comitorum tempus, iniquo animo ferebat in nouos consules bellum differri, demum occasionem nactus totius gloriæ in se uertendæ, si Collega adhuc ægro prospere dimicatum esset, Cornelio nequicquam repugnante, iubet exercitum ad prælium parari. Hannibal quia bellum trahi hostibus expedire uidebat, uix à principio potuit credere ut in prælium Romanorum consul descenderet: ast ubi indicio comperit militem ad pugnam expediri, in spem haud dubiam uictoriæ adductus, locum infi-

dijs circumspectare cœpit. Erat ritus præaltis ripis ab utraque parte uirgultis uepribusque uestitus. Hunc locum diligenter contemplantis, ubi ad regendos equites satis latebrosus uisus est, Magomiratri suo ostendit, mandatque ut eò noctu cum ijs copijs quas ipse daturus esset, inito in hostē prælio occupatum ex transuerso impetum faceret. Delige tibi, inquit, centum uiros ex omni equitatu, ac parem numerum ex omnibus peditibus, cum quibus ad me uenias prima uigilia noctis. Post ubi Mago cum delecta manu affuit, tum Pœnus roboraturorum, inquit, cerno, at ut numero quoque ualeatis, ite, & singuli uobis nouenos ex turmis manipulisque uestris deligite: Mago locum monstrabit quem infideatis, hostem harum artium ignarum habetis. Ita Mago per noctem cum mille equitibus parique peditum numero locum infedit. Pœnus dux prima luce Numidas iubet totum flumē adequitare, hō stemq; si fieri possit, lacessendo cedendoq; procul à suis castris abducere. Equitū ducibus mandat, ut suos prandere iubeant, atq; in stratis equis signum expectarēt. Pedites ignibus ante tentoria accensis insunt curare corpora atq; oleo ungere, ut habiliora essent membra ad pugna, minusq; rigori obnoxia. Erat brumæ tēpus & dies ille niualis. Sed dum Pœnus mature suos ad prælium comparat, Sempronius ad primum Numidarum tumultum omnem equitatum effudit, mox sex milia peditum, postremo uniuersas copias in aciem ducit, non cibo prius capto, nō ope ulla ad arcendum frigus adhibita. Hi posteaq; flumen transgressi sunt, confestim Hannibal suos in hostem ducit. Baleares octo milia hominū leuis armaturæ locata ante signa, dein de grauiorem armis peditem, quo diuiriū & roboris fuit, in cornibus statuit, xx. milia equitū cum elephatis acie claudebant. Consul resistentibus Numidis, signo receptui dato, equites à cursu reuocat, reuocatos pediti circumiecit, duo de uiginti milia Romanorū erāt, Latini nominis xxx. milia, & cum his Cenomanorū auxilia, quæ Gallorū gens ex Transpadanis adhuc in fide erat. Pugna à Balearibus orta, quibus cum ualide Romani resisterent, Pœnus omnem leuem armaturam in cornua reiecit, tum ibi Romanos equitatus (erant enim ad quatuor milia numero atque hi felse) uelut nube quadam telorum degreuiatus, quum iam dudum maiori hostium equitatu uix resisteret, equis ad id infueto elephantorum odore territis, haud multo post in fugam uertitur. Fuit inde pedestris pugna, magisque par animis quam uiribus Romanis in acie stabat. Pœni robusti, utroque qui curatis prius corporibus, in pugnam descenderant. Contra ieiuna fellaque Romanorum corpora. Resistissent tamen si cum peditum solum certamen fuisset, sed Balearium telis hinc inde pressis, & elephanti in medium agmen acti, late stragem dedere. Accessit & nouus terror ab Mago ne illatus, qui cum tumultu & clamore ex insidijs ortus, ingentem à tergo formidinem iniecit. Pedites præter spem omnium elephantos ueritus confixos in fugam auerterunt, quos Hannibal in sinistru cornu aduersus auxiliares Gallos agi iussit, quibus metu pulsus, Romani in orbem pugnare sunt coacti, tum auxilijs nudati, & quia iam fortuna aperte inclinabat, decem milia hominum per medium Aphrorum aciem cum ingenti cæde hostium perurpere. Hi quum niuali celo perspicere non possent, qua potissimum parte pugnam instaurarent, nec flumine interclusis in castra reditus pateret, Placentiam conseruato agmine abierunt. Haud uno deinceps loco eruptio facta est, multi passim totis agris cæsi, alij circa flumen oppressi perierunt, quidam etiam gurgitibus absorpti, imber niue mixtus, & intoleranda uis frigoris, & homines multos & iumenta, & elephantos prope omnes absumpsit,

Hannibalis stragem.

Hannibalis providentia.

Initiū pugnae.

Romanorum fuga.

Peroratio.

Ticinus.

Prodigia.

Prælium equestre.

ad Trebiam usque Pœni sunt fugientes infecuti, qui adeo torpentes gelu in castra radere, ut presentis victoriæ læticia non sentiretur, quo contigit, ut castrorum præsidium, & qui eo ex acie fugerant, quum fluvium noctu ratibus traicerent, ut in tutum inde abirent, nihil Pœni fenserint, aut certe se sentire dissimularint. Tacito itaque agmine Scipio Placentiam contendit, ditiusque exercitu, ne colonia una omnium copiarum hybernis grauetur, pars militum Cremonam in hyberna concessit. Polybius, Plutarchus & alij, quos sequimur, castrorum numerum neque ad Ticinum, neque ad Trebiam posuere, sed constat cladem non mediocrem acceptam, multo quæ maiorem ad Trebiam, quam ad Ticinum. Polybius autor est Sempronium, ad rumores aduersæ huius pugnae leuados, Romam scripsisse pluuium & niuolum diem sibi uictoriam è manibus extorsisse, attulit id mendacium aliquam ciuibus læticiam: uerum ubi res certioribus nuncijs palam facta est, non minor metus ciuitatem inualit, quam si Hannibal castra ad urbem admouisset. Angere improuisa res metum, neque enim alij duces esse, aut alij exercitus, qui uictoribus Pœnis obijcerentur. Eratque ciuitas in summo & merore constituta, quum Sempronius consul, non sine aperto discrimine, inter hostes dilapsus, qui citra ultraque Padum passim uagabantur, Romam uenit: necita multo post eius accessum consularibus comitijs, quod unum in præsentia desiderabatur, habitus, creati sunt noui consules Cn. Seruilius & C. Flaminius. Tentauit medio hybernorum tempore Hannibal occupare emporium, quod Romani haud procul à Placentia habebant, cæterum uigiles fallere non potuit. Tantus itaque clamor ab ijs, qui præsidio erant, per noctem sublati est, ut Placentiæ exaudiretur. Eo consul prima luce cum suo equitatu occurrit, legionibus post se quadrato agmine sequi iussis. Commissum interim equestre prælium, Hannibalque non leuiter uulneratus, pugna excelsit, Carthaginenses ducis uulnere perterriti pugna abstinuerunt, oppidumque per hæc egregie defensum. Paucis inde diebus Pœnus ad Vicinuias profectus, fuerat id emporium à Romanis Gallico bello constitutum, & tunc hominum multitudine satis frequens, qua freti, qui intus erant, fama; præsidij ad Placentiam defensi ferociores facti, in composito agmine obuiam hostibus prodierunt, ad quinque & triginta armatorum milia. Hi à multo paucioribus fuit fugati; postero die ad deditionem compulsi sunt. In deditos ademptis prius armis, nullo non saeuitij genere Pœnus hostis usus est. Inde Hannibal, ad prima ueris signa, ex hybernis cum exercitu profectus, in Hetruriam ire pergit, consilio eius gentis sibi, aut ui, aut uoluntate adiungendæ, & iam in summum Apennini iugum euaserat, quum tempestas subito coorta, ducem & exercitum itinere auertit. Ventus imbri mixtus ex aduerso spirans primo agmè in uestrigio tenuit, quum aut arma uis uentorum militi adimeret, aut corpus turbine rotatum humi affligeret, sed quum ne deiectis quidem reciprocandi spiritus facultas esset, uentis ex aduerso flantibus, parumper procellæ auersi confederunt. Secutus mox ingens celi strepitus, interque horrendos aëris fragores crebra coruscatio, capti itaque auribus & oculis metu torpere primo cuncti, mox deiecto ad terram imbre, conati sunt ibidem metari castra. Cæterum quum nil omnino statui posset, omnia uento profcudente, ancipitesque adhuc consilij starent, tandem se uis grandinis, quæ ui frigoris in montium uerticibus concreuerat, stantes inuasit, ut omisso opere ad terram procumberent milites, magis tegminibus suis obruti, quam tecti. Obriguere interim iacentium membra immensa ui frigoris, adeo ut illa cæli intemperie remittente, ex miserabili strage se-

Sempronij mendacium.

Consules.

Vulneratur Hannibal.

Fœda tempestas.

se ægerrime attollerent. Postremo cum crebro conatu paulatim moueri cœpissent, perrarique ignes accendi essent, resecti animo, eo quo deprehensi fuerat loco, esse perseuerarunt. Biduū inde inuitis omnibus & uelut obsessis, castra in Apennino habita, multi; interim mortales, multa; iumenta frigore consumpta sunt, & in his septem elephantis, exijs qui ex prælio ad Trebiam commisso supererant. Hannibal ex Apennino in Galliam reuersus, quum haud procul Placentia confedisset, postridie quam eò uenerat, duodecim milia peditum, & quinque equitū, ad Romanorum castra ducit, nec Sempronius (iam enim ex urbe redierat) leuandæ infamiae cupidus certamen detrectauit, fuitque primo congressu res Romana adeo superior, ut pulsos hostes Semproniani sint usque in castra persecuti, eorumque munitiones oppugnari ausi. Hannibal paucis propugnatoribus circa uallum constitutis, omne robur peditum in circuitu ualle statuit, iussitque signum expectare, duabusque equitum alis dextra læuaque in hostem missis, ipse cum peditum phalange è castris erupit. Fuisse certamen illud utriusque parti calamitosum, si in longum extendi potuisset, tanta animorum pertinacia erat initum. Cæterum pugna interuentu noctis dirempta, pari clade est in castra discessum. Sexcenti pedites, equites dimidio pauciores, ab utroque exercitu cecidere. Sed maior Romanis fuit quam pro numero clades, quod aliqui equestris ordinis caesi sunt, & cum his tribuni militum quinque, sociorumque præfecti tres. Hannibal haud multo postquam ita est ad Placentiam dimicatum, in Liguriam concessit, cui uenienti Ligures duos Rom. Quæstores C. Fuluium & L. Lucretium, cum duobus tribunis militum, & quinque equestris ordinis senatorum filijs insidijs interceptos, ut pax eo pignore firmior esset, tradiderunt. Sempronius & ipse secundum Hannibal discessum, Lucam urbem Hetruriae concessit. Atque in hoc statu res Romanæ Punicæque in Italia erant. Gn. Scipio interea, qui cum classe & exercitu à fratre fuerat in Hispaniam missus, classe Emporijs appulsa à Lacetanis exorsus, usque ad Iberū flumen, quicquid populorum erat aut gentium, fœdere & amicitia Romano nomini adiunxit. Interim adeo humane & clementer cum socijs agere, ut ea fama ad mediterraneas gentes in amicitiam trahendas non mediocre fuerit incitamentum. Conscriptis igitur ex socijs ciuitatibus aliquot cohortibus, plures urbes partim ui, partim uoluntaria deditione, procul à mari cepit. Hanno cuius ea prouincia erat, his hostium successibus commotus, castris in Romanorum conspectu positus, copias in aciem educit, nec Scipio distulit certamen, tutius ratus cū solo Hannone dimicare, quæ cunctando cū hoc ipso & Hasdrubale, quæ cū altero exercitu sciebat paulo post affuturū. Fuit ea pugna Romanis prospera. Sex milia hostiū caesa dicunt, & duo cū castris capta, quibus Scipio potitus, Cissam, siue ut alij habent, Scissam oppidum ui cepit. Hanno castra Romanū militē dirarunt, impedimentis eorū, qui in Italiam Hannibalē secuti fuerat, referta. Hanno dux Carthaginensium, & Andubal mediterraneæ regionis tyrannus uiui in Romanorū potestate uenere. Traiecerat interea Hasdrubal Iberū cum octo milibus peditū, & equitibus mille, qui audita suorum clade, magno dolore percitus, iter ad mare detorsit, ibique non procul Taracone, nauales socios Romanorū uagos in agris adeptus, cum multa caede & trepidatione ad naues cōpulsi, sed Scipione ueritus, ne subito eius accessu opprimeret, cōfestim trans Iberū copias recepit: nec ita multis interiectis diebus, quū Scipio ex Taracone Emporia repetisset, Hasdrubal reuersus Ilergetes, quos obfides Scipioni dederant, ad defectionē perculit, ad quos hostium motus Scipio ex hybernis excitus, fama sui aduentus Pœnum iterum ad Iberū secedere cœ-

Recens prælii ad Placentiam.

Scipionis successus in Hispania.

Hanno à Scipione superatur.

coëgit, ipse Ilergetum gentem ad obsequium retractam pecunia multauit. In Aufetanos inde Iberi ac colas mouit: horum urbem quum obfidione premeret, in dicio comperit Lacetanos uenire finitimis auxilio, noctu uenientes insidijs excepit, exceptosque cum multa strage dispulit: ad xii. Hispanorum milia sunt desiderata. Tenuit ea obfidio xxx. dies, per quos raro nix minus quatuor pedes alta iacuit. Postremo Aufetani xx. argenti talenta cum hostibus pacti deduntur. Scipio secundum eam deditionem Taraconem in hyberna concessit. Romæ terra hac hyeme prodigia aut facta, aut animis religione imbutis temere credita sunt. Ingenius infans semestris in foro Olitorio triumphum clamasse dicitur. Nauium species in celo uisæ, & aedes Spei fulmine ista sunt. In agro Amitermino pluribus locis homines obuiam uenientes in candida ueste uisi, non tamen congressi sunt. In Piceno lapidibus pluit. Lanuuij hasta commota est. In Gallia lupus uigili gladium è uagina eripuit. Hæc & alia quædam uisu audituque formidolosa est, tunc erat hominum superstitio, per id tempus nunciata. Nec multis inde diebus, alia uerba fœdiora, ingentem ciuitati metum incussere. Solaris orbis minui uisus est, & Arpis palma in celo uisa. Sol & Luna inter se occurrere crediti. Duæ interterdium Lunæ uisæ, & in Sardinia duo scuta sanguine manarunt, tuleruntque littora crebris ignibus, baculus in circumuentis uigilijs manu arsit, in Phaliscis celum scindi uisum, apud Antium cruentæ spicæ in corbem concidere. Sortes sua sponte extenuatæ, unaque earum excidit inscripta. Mauors concutit hastam. Capuæ species ardentis Lunæ candentisque inter imbrem uisæ. Ciuitas ob hæc prodigia lustrata est. Lectisternium & supplicatio indicta, aliaque alijs dijs placamina decreta. C. Atilius Serranus prætor publice uota suscipere est iussus, si in decem annos respublica incolumis steterit. His rite procuratis Flaminius consul designatus editum & literas Placentiam misit ad consulem, ut idibus Martijs cum exercitu Arimini esset, hic multis modis offensus erat patribus & populo, iam inde à primo suo consulatu, quum enim res aduersus Infubres gereret, nunciataque essent prodigia quædam, quod in Piceno annis cruentis aquis fluxisset, & tres Græcorum effigies circa Ariminum apparuissent, augures pronunciauerant consules eo anno uitio creatos: publice proinde literæ ad eum & collegam datae, ut Romam cum exercitu redirent, consuaruque se abdicarent. Flaminius non prius paruic, quam cum hoste collatis signis confixisset, prospereque ea pugna Romanis celsit, ut loco non multam hinc diuerso est significatum. Quia igitur contra auspicia pugna se credebatur, publicisque literis haud ab initio paruisset, nemo redeuntis processit obuiam, triumphumque priuatus egit, ante tempus se magistratu abdicare coactus. Residua igitur in patres ira, se adiutorem præbuit C. Claudio Tribuno plebis, qui legem tulit ad populum, ne quis senator senatoris uel pater maritimum nauem haberet, quæ plus quam trecetarū esset amphorarum capax, satis eam esse ratus ad fructus ex agris conuectandos, omnem alioqui patribus quaestum indecorum. Ea lex ut erat popularis, non auctori tantum, sed suafori etiam apud plebem fauorem conciliauit, secundumque illi consulatum peperit, ob hæc ille inuisus patribus atque eisdem infensus, nequa religio se in urbe moraretur, priuatus clam in prouinciam abiit, quod ubi palam est factum, fremere uniuersus ordo Caium Flaminiū non cum Senatu solum, sed cum dijs etiam immortalibus bellum gerere. Quintus Terentius, & Marcus Ancistius ad eum missi sunt, qui illum religionis & auspiciorum, quæ ex urbe in prouinciam de-

Prodigia.

Flaminius consul.

Lex Flaminiæ.

ferenda erant, publice admonerent, quibus non modo non paruic, sed confestim consulatu Arimini inito, cum quatuor legionibus in Hetruriam profectus est, eratque iam uernum anni tempus, quum Hannibal iterum ex hybernis egressus, in Hetruriam & ipse iter intendit, quod ipsum ut aliquanto maturius faceret, capitales Gallorum hortabantur insidiæ, horum reguli ubi suam terram belli sedem factam uiderunt, auerso à Romanis in Pœnum odio, in ducem ipsum plures simul ac sæpius conuerrant. Nec interim alia res magis illi saluti fuit, quam coniuuratorum infida societas, qui ea leuitate qua consenserant, consensum ipsum indicauerunt, qua gentis perfidia Hannibal instructus, sæpius uestem mutando, caputque uarie regendo, insidiantium est consilia frustratus: periculi ergo declinandicauis & quia iam fama erat Flaminiū consulem Aretium uenisse, breuissimum iter Hannibal ingressus, per paludes, qua Arnus fluuius inter Apennini angustias labitur, ducere est adortus. Oritur Arnus ex Apennino, interfluitque Fluentiam urbem Hetrurie clarissimam, mox priusquam ad mare sit uentum Esari fluuiio miscetur, tanto aquarum assultu, ut in ripis stantes sese ex aduerso intueri nequeant. Fluebatque tum forte Arnus plenius solito, Aphri & Hispani, & quod ueterani erat exercitus robur cum suis impedimentis præibant, sequebatur Gallorum agmen, nouissimū ire equites, Mago cum Numidarum ala coegebat agmen, per altum limum & profundas fluminis uoragines traudebatur exercitus, multi fesso corpore, ubi semel alto erant cœno immerisi, neque uentes se artollere, inter ipsas iumentorum & sarcinarum strages expirabant, ac maxime omnium uigiliæ militem conficiebant, quæ triduum, & tres noctes toleratæ, quum omnia aquis obtinentibus in sicco fessa sterni corpora non possent, congestis in aquas sarcinis superincumbentibus aliqui, alijs stratorum passim iumentorum ac cerui ea parte, qua aquis extabant, ad quietem paruū temporis dabant cubile. Ipse dux elephanto qui unus supererat sedens, ut altius extaret aquis, nocturno humore, palustrique celo caput grauantiibus, quum neque locus, neque tempus medendi esset, altero est oculo captus, ad postremum multis hominibus & iumentis fœde amissis, Pœnus imperator paludibus emerisus, in sicco castra posuit, inde omnibus diligenter exploratis & ubi esset consul, quæ cum illo copiæ, qua potissimum parte in hostium fines irrumpendum, eam Hetruriam partem, quæ inter Fesulas iacet & Aretium, omniumque rerum copia abundaret, inuadere constituit, omnium primum Flaminiū consulis temeritatem secutus, cuius ingenium ne hosti quidem erat ignotum. Fesulas progressus mittit qui subiectos campos late incendijs & cædibus fœdaræt, ac quam maximam possent Romanorum oculis uastitatem ostenderent. Flaminius qui ne Pœnis quidem quietibus, ipse quieturus erat, ubi sociorum res ante oculos uastari uidit, quum legati & alij, qui consultanti aderant, censerent alterum consulem expectandum, interea equitatu & auxilijs leuis armaturæ arcendam hostium populationem, iratus ex concilio se proripuit, signumque itineris ac pugnae militibus proposuit, quin clamitans ante Aretium sedeamus: hic patria hic penates sunt? Hannibal interim Italiam popule, Romam capiat, ut sicut olim ex Veijs Camillus, ita nunc Flaminius ex Aretio ad patriam ex hoste repetendam accersatur? Hæc ille uociferans, quū irarum plenus equū ascendisset, eo repente collapsio in caput ad terram effusus est. Nunciatur inde signa nulla ui molientis signiferi reueli posse, num, inquit, conuersus ad nuncium, & tu literas à Senatu afferes, quæ me in pugnam descen-

Flamini per uicacia.

Arnus fluuius.

Difficile Hannibaliter.

Oculo capitur Hannibal.

Flamini præceps ingenium.

dere prohibeant? Abi, & dicitur signum effodiant, si ad conuellendum manus torpescunt. Hæc mandat, atque una iter ad hostem intendit. Insinuat se Cortonenis agri montibus Trasimenus, uiaque angustior inter undas lacus, & montes relinquitur transire uolentibus, quibus egressis latior se pandit campus, undique ferè collibus circumdatus, præterquam à fronte, quæ planities lacu alluitur: hunc lacum insidijs aptum Hannibal conspicatus, in aperto cum Aphris & Hispanis castra locat, post montes leuem armatum cum auxiliariis circumdedit, equites ad ipsas fauces montis tumulis apte regentibus iubet consistere, ut quum Romani fauces euassissent, à tergo angustias improuiso occuparent, ita ut omnia aqua & montibus & armis uno tempore clauderentur. Flaminius qui hostem è uestigio sequebatur, quum circa solis occasum ad lacum peruenisset, postridie inexplorata angustias euadit, cui egresso id hostium prius occurrit oculis, quod in apertis sedebat campis, mox à tergo & à lateribus detectæ insidiæ & clamor undique redditus. Perculit Romanos improuisa res, auxitque pauorem nebula ex proximo lacu in planitiem effusa. Erant Pœni ex insidijs coorti inter se satis conspicui, quum altiora loca tenerent, ut uno tempore in subiectos hostes decurrerent. Romani contra omnium sibi rerum prospectu adempto ad strepitum & clamorem uertebant ferri aciem, quam ab initio tantus pauor animos inuaserat, ut uix manus ad sustinenda tela sufficerent. Hannibal postquam, ut petierat, hostem undique clausum habuit, aciem ex aduerso mouit. Pluribus itaque locis urgeri cœperat Romanum agmen, quam ut acies instrui, aut arma aptari potuerint. Flaminius cæteris metu percussis, ipse ut in re trepida, nihil territus suos alacri uoce hortari, atque ex omni parte, qua reddebatur hostilis clamor, aciem instruebat, stare suos, fortiter pugnare iubet, uirtute ac ui, non precibus & uotis inde euadendum, per medios hostium cuneos perumpendam uiam, quo plus audaciæ adesset, eo minus periculi. Sed neque hortatio neque imperiū, præ nimio strepitu exaudiri poterat, tantumque aberat ut ad ciendam pugnam animus competeret, utne arma quidem, ut dixi, ab initio miles satis ualide tractaret, onerareturque illis potiusquam tegeretur: exaudiri interim uulnerum ictus, & gemitus morientium, eratque maior aurium quam oculorum usus. Hic quum pœnim Romanis cæderentur, conati sunt pluribus locis ui perripere, quod ubi id frustra sæpius tentatum est, desperatio animos ad pugnam accendit, ac tum atrociter aliquandiu est dimicatum: nec pugna talis fuit, qualis instructa acie esse solet, sed ut fors aut hos, aut illos in arctum compulsi, ita acriter prælium inibat, fuitque interim tanta intensio animorum, dum hi de uita, illi de uictoria dimicant, ut quum eo ipso tempore adeo uehementer mota sit terra, ut pleræque Italię urbes magna sui parte corruerint, nemo tamen pugnantium senserit eum motum: tres circiter horas dimicatum, ubique atrociter, sed circa consulem maior quam alibi pugna fuit, eum robora uirorum sequebantur, & ipse quacumque suos degranari senserat, impigre ferebat illis opem, hostem etiam cominus petebat, quem fortiter dimicantem Insulber eques, Ducario fuit illi nomen, lancea transfixit. Triarij obiectis scutis corpus protexere, ne ab hoste spoliaretur. Verum amisso duce haud multo post fuga ab ijs qui eum cadentem uiderant, orta est, inde pœnim remissa pugna, diffugitur quocumque; metus aut occasio spem præbebat, in montes, in lacum abeunt, uiri equique alij super alios præcipitantur. Multi qui in lacum refugerant capitibus aquis extrabant, hos Pœnus eques infecurus, pœnim ferro conficit, plerique in altos fluctus nado euasere, sed deficientibus membris, paulatim ad litus relati, ab hostibus

Trasimene angustia.
Strategema Hannibalis.

Flaminijs ferocia.

Ad Trasimenum Romanorum cades.

Terræ motus.

Flaminijs casus.

Rom. fuga.

ferro excepti perierunt: sex milia ferme, qui in primo agmine steterunt, eruptione per aduersos hostes impigre facta, ignari omnium quod post se fieret, ex saltu euasere. Cōsedit id agmen in proximo tumultu euentum pugnae expectans, quum interim in densa caligine tantum aurium sensus usus esset. Verum ubi nebula sole depulsa, montes in liquida luce, planitiesque Romanam aciem fœde prostratam ostendere, tam sæua clade percussi præsentis que periculi simul admoniti, ne in proximo conspecti ab hoste opprimerentur, sublatis signis, quam citissimo potuerunt agmine, sese in propinquum uicium proripuerunt. Eos Maharbal ab Hannibale missus sequenti nocte equitibus assecutus, undique circumfessos, data fide fore ut traditis armis, cum singulis uestimentis incolumes dimitteret, deditos contra fidem in castra reduxit. xv. milia Romanorum ea acie cæsa dicuntur, totidem & amplius, ut Polybius ait, capta, decem milia diuersis itinibus Romam petiere, ad lx. hominum milia prælio confixerant, horum quatuor urbanae legiones fuere, cæteræ aut xiliares sociorum copiae, mille & quingenti hostium eo die cæsi, ac postea multi utrinque uulneribus sunt absumpti. Hannibal captiuos Latini nominis, & alios Ro. socios benigne appellatos sine præcio dimisit, iussitque eorum principes qui in pugna perierant sepeliri & ut saucij diligenter curarentur, dedit operam, testatus uenisse se, non ut Latinis & cæteris Italię populis bellum inferret, sed ut superbus Romano dominatu Italiam liberaret, & hæc Pœnus ad conciliandam clementiam famam, quum ferro alioqui & immani esset ingenio. Flaminijs corpus ad sepulchrum requisitum inueniri non potuit. Romæ ad primum tantæ cladis nuncium ex tota urbe cum trepidatione in forum est concursus, alius alium sciscitari, equaniam clades nunciata esset quando, & ubi accepta. Cæterum quum nihil certi traderetur, multitudine ingens in comitium & curiam uersa, magistratus euocabat: tum haud multum ante solis occasum, M. Pomponius prætor urbanus ad populum egressus, magna, inquit, Quirites pugna uicti sumus, ad quam uocem tantus terror & tumultus ortus est, ut non minor animorum consternatio Romæ quam in prælio fuerat. Peruasit rumor ciuitatem, cæsum consulem cum magna parte copiarum. Solicita & anxia multitudo postero die sese ad portas effudit uiri promiscue & femine, quæ suorum fortuna esset exploraturi, uarij hic sciscitantium affectus, ut quisque de suorum morte, aut uita, certior factus esset, mulierum multo maiores planctus & gaudia extitere, quarum una filium ex improuiso intruita, in eius complexu expirasse dicitur, altera filij morte falso nunciata, quum mœsta domi sederet, atque ille in columnis ad eam irrupisset, subita lætitia uelut ruina quadam oppressa, cōfestim exanimata est. Accelsit Trasimenæ cladis cumulo alia recens iactura, quatuor milia equitum qui à Gn. Seruilio sub id tempus, quo male pugnatum est, ad collegam mittebantur, C. Centonij ductu ab Hannibale in Umbria circumuenti, in hostium potestatem uenere. His igitur cladibus alia super aliam ciuitas afflicta, ad unicum reipublicæ remedium confugit, & quia consul aberat, Dictatorem, quod nunquam antea fieri contigit, Quintum Fabium Maximum populus creauit, nisi prodictator ille potius fuit, quod & Liuius suspicari mihi uidetur. Is quamcunque est potestatem adeptus, magistrum equitum Marcum Minutium Rufum dixit. His negotium datum, ut muros & turre urbis firmarent. Præsidia quibus locis uideretur, disponerent, pontes fluminum rescindi iuberent, pro urbe iam inde dimicandum, ubi Italia defendi non posset, usque adeo Martius ille Populi Romani uigor præsentis clade conciderat. Pœnus

Cæsorum numerus.

Simulata Pœni clementia.

Due matrone lætitia extimata.

Spoleto.

Seruilijs reditus ex Gallia.

Vota. Ver sacrum.

Fabij prudentia.

Tacita Hannibalis cura.

Minutij temeritas.

Pœnus interim Spoletum usque; per Umbriam uenit, quam urbem oppugnare adortus cum multa suorum cæde est à mœnibus repulsus. Sedit Spoletum in ipsis faucibus Umbriæ, cui arx imminet & opere & natura insignis, acre & bellicosum genus hominum, ut Romanos colonos cognoscas. Hannibal ex unius colonie oppugnatione parum prospere tentata secum reputans, quanta esset ipsius urbis moles, in Picenum agrum iter auertit, ubi aliquot dies statua habita, regioneque interim populationibus fedata, per Pretutianum agrum, & Adrianum populabundus in Marsos transgressus est. Marrucinis inde & Pelignis pari clade affectis, circa Arpos & Luceriam consedit. Seruilius qui in Gallia erat, ubi collegam cum exercitu cæsum audiuit, ueritus ne se absente uictor hostis ad urbem oppugnandam accederet, ex Gallia citato agmine Romam uenit. Fabius interim patribus autor fuit, ut decemuiri Sybillinos libros inspicere iuberentur, quorum monitu ipse dictator Erycinæ Veneri adem uouit, Atilius prætor Mœti. Sunt & Marri sua uota nuncupata, & uer sacrum Ioui uotum, si respub. in quinquennium eo, quo fuerat, mansisset statu, ut quicquid uer unum ex Ouillo, Suillo, & Caprino rullisset grege, id Ioui sacrum esset. Supplicatio adhæc & Lectisternium indictum. Et quum per hæc sacra datum religioni uideretur, Fabius duabus urbanis legionibus cōscriptis, uia Flaminia Seruilio uenienti obuiam progressus, circa Otricoli agmen intuitus ad consulem misit, ut ad se sine lictoribus ueniret, paruit ille dicto, quæ res uenerandam magistratus propemodum ueritate aboliti speciem, ciuium & suorum qui aderant, animis altruxit. Quum dictator adhuc ibi esset, literæ ex urbe allatæ sunt, quæ significabant onerarias Romanorum naues, quæ in Hispaniam commeatum ad exercitum uehebant, à Punica classe circa Coslanum portum in ora Hetruriæ captas. Quo nuncio permotus dictator, Seruilius consulem Ostiam ire iubet, atque nauibus quæ ibi erant, milite instructis, hostem persequi. Ipse cum exercitu Tybur primo, quo diem nouo militi ut ueniret edixerat. Præneste inde profectus, transuersis itineribus in Latinam uiam egressus, non nisi explorato ducens, haud procul Arpis in conspectu hostium consedit. Hannibal postridie structa acie Romanis pugnae copiam fecit, ubi uero omnia apud illos quæta uidit, increpans, uictus est, inquit, Martius ille Romanorum animus. Iam Pœnis de uirtute cōcessum est. Hæc ille uerbis, animus uero tacita cura percussus est, ubi sensit Romanum populum suo malo edoctum, parem sibi ducem quæsiuisse. Castris inde huc illucque sæpius translatis, nunc procul abeundo, nunc eodem, unde digressus erat, reuertendo Fabio insidiari. Ille per ardua loca ducens, neque ab hoste uspiam abscedere, neque congregari, non nisi ex tuto lignari pabularique suos permittebat, nullam insidiandi occasionem hostibus relinquere, incidebantque interim leuiora prælia, quæ non nisi ex occasione commissa, plurimum prospere Romanis cedebant, fiebatque per hæc indies miles audacior & magis cautus ad hostium artes eludendas. Cæterum quantum Fabij prudentia hostem sollicitum habebat, tantum Minutium magistrum equitum infestum, qui cunctatorem pro dictatore, segenit pro cauto, pro circumspecto timidum, uicina uirtutibus uirtia affingens, appellabat. Transijt interim Hannibal ex Arpis in Samnium, Beneuentanumque agrum depopularus. Telesiam urbem ut cepit, quum nulla interim sociorum iniuria Fabium impelleret ad aliquid temere agendum. Edoctus interim fieri posse, ut si in Calsinatem agrum duceret, occasio aliqua daretur trahedi hostis in insidias socijs auxiliium ferrentis, duci imperat, ut se in Calsinatem agrum ducat. Vox barbara effecit, ut dux pro Calsino, Calsinum acceperit. Per Alifanum erat

tur Calatinum & Calenum agrum in campum Stelarem descendit. Hic ubi Hannibal omnia montibus & fluminibus inclusa intuitus est, uocatumque ad se ducem rogat, in quem se locum perduxisset, respondit ille Calsini eo die cum exercitu futurum. Tum uero cognitus est error, duceque ad aliorum terrorem in crucem sublato, ipse quo deprehensus erat loco metatur castra, Maharbalemque cum Numidarum ala in Falernum agrum prædanti mittit. Proccelsit ea populatio usque ad Sinuessanas aquas, maiorque fuit terror quam clades. Hannibal Vulturum progressus, amœnissimum Italię agrum, in conspectu Romani exercitus, ferro & igni populatur. Confederat Fabius ad radices Mafsiçi montis, ostendebatque se tantum hosti, quæ cunctatio, quum per se parum grata erat militibus, tum Minutij obtrectatione abesse. Exaudiri itaque militum querelam dictatoris segnitiam proscindendum. Fabius etiam satis compertum habebat cunctationem suam non minus Romæ quam in castris infamem esse, obstinatus tamen reliquum ætatis suis artibus extraxit. Et iam hyems appetebat. Hannibal locorum naturam secum contemplatus, quæ magis præsentis uoluptatis erant, quam perpetuæ copię, alium hybernandi locum circumspicere cœpit, quæ ubi indicio sunt ad Fabium delata, ratus fore, ut per eandem Pœnus angustias quibus intrauerat abiturus esset, Callicanum montem & Calsinum, modicis occupat præsidijs. Calsinum Vulturum amnis intersecat, Falerni agri Campanique confinium. Ipse eidem iugis qui bus antea ducens euertigido sequitur: mittit præterea, cccc. equites sociorum exploratum cum L. Hostilio Mancino, his mandatum erat, ut quantum tuto possent, hostium consilia & processus exploraret. Incidit ala hæc in uagos Numidas, quorum paucis per occasionem cæsis, cæteri, sua arte, nunc cedendo, nunc ferociter in pugnam redeundo, Mancinum & alios minime mandatorum Fabij memores cum multa equorum fatigatione in sua propemodum castra pertraxerunt. In eos Carthalo equitum præfectus cum recenti equitatu inuectus, per quinque ferme milia passuum fugientes est secutus. Ibi Mancinus nullum urgendo finem fieri intuitus, qui circa erant cohortatus, manum cum hoste conseruit. Sed patci pro hostium numero & fessis momento temporis ferro prosternuntur. Paucissimi, qui fugam occurrant, in castra ad dictatorem nouæ cladis nuncijs peruenerunt. Eodem die Minutius se cum dictatore iunxerat, à Taracineni saltu in sedendo reuersus, ne Pœnus per Appiam uiam in Romanum agrum irumperet. Postridie castra in uiam delata, qua hostis ducturus erat, estque non nihil utrinque dimicatum, magis ex dictatoris quam Hannibalis sententia. Hoste gradu summotum Romanus miles persequi noluit. Sensit Pœnus suis se artibus peti, ubi saltum per quem uenerat ab hoste teneri exploratum habuit, quia igitur per Calsinum non poterat, per Caliculæ iugum euadendum ratus, in Punicam artem cōuertitur, tale est oculorum ludibrium commentus. Ad duo milia bouum in unum cōegit, quibus sarmenta cornibus alligat, sub noctem inde armento montium radicibus admoto, materiam, quæ cornibus applicata erat, simul incendit, simulque boues in aduersum iugum cōcitari iubet. Hi flamma primo, mox calore exterriti, uelut Furijs acti, capita quatientes, diuersi per saltum præcipiti cursu abierunt, ut eodè tempore montes & syluæ ardere uiderent. Qui saltum præsidio obtinebat, ubi omnia late cōflagrare uiderunt, ac supra se aliquot ignes uagari, circueutos ferati, in altos montes abierunt. Tum in palatos boues incidentes, mira culo rei attoniti, paululum subsistere, humana demum fraude deprehensa, maioreque antea cursu ne circumuenti obtruncarentur, in tutum

Error dicitur.

Fabij constantia.

Mancini temeritas.

Asutum Hannibalis constantia.

Nocturnum oculorum ludibrium.

concesserunt. Hannibal traducto per ocium exercitu in Alifano agro confedit. Sensit Fabius nocturnum tumulum, cæterum infidias ueritus, in castris usq; ad lucem se tenuit. Inde sub iugo motis diuersa parte prælium fuit, ubi haud dubie clades aliqua erat hostibus accipienda, Romanis eorum leuem armaturam degrauantibus, nisi Hispana cohors corporum & armorum agilitate, per abrupta & confragosa loca decurrens, Romanum militem grauem armis, stariaræq; pugnae quam tumultuariæ aptiorem, facile elussisset. Fabius ubi hoste uidit è manibus elapsum, saltum transgressus, super Alifas loco alto ac munito confedit. Tum Hannibal Romam se petere simulans, in Pelignos usq; populabundus uenit. Fabius medijs locis inter urbem Romam & Penum ductare, nec ab hoste abscedens, nec prælio congregiendi. Ex Pelignis ille retro flexit iter, atq; in Apuliam reuersus Clarenum urbem metu ab incolis relictam occupat. Linius Gerionem uocat. Dictator in Larinati agro castra communiuit, nec multo post Minutio in castris relicto sacrorum causa Romam reuersus est.

Fabius super Alifas facit castra.

ENNEADIS V. LI

BER II.



Pincipio ætatis, qua hæc in Italia gesta sunt, in Hispania, ubi iam antea terrestris bellum exardescere ceperat, mari quoq; est bellum cepit. Hasdrubal xv. nauium classe Mimilconi tradita, ipse ex noua Carthagine profectus, prope litus ductabat exercitum, confugeret paratus, quacunq; parte copiarum hostis occurrisset. Cui Scipio, audito Pænorum ex hybernis digressu, quia ipsos abundare terrestribus auxilijs constans fama erat, leuissimorum militum parte in naues imposita, quinque & xxx. nauium classe obuiam hosti ire pergit. Biduo quam Taracone profectus erat ad stationem confedit xx. milia passuum ab Iberi amnis ostio, ubi erat Punica classis. Speculatori Masiliensium naues significarunt, Punicam classiem in ostio fluminis stare. Nec procul inde in litore Hasdrubalem cum exercitu esse. Scipio ut improuiso accessu hostem opprimeret, sublati anchoris ad Iberum cursum retendit, ex turribus, quibus passim Hispani pro speculis & receptaculis aduersus latrones utuntur, Romana classe procul inspecta, datum est Hasdrubali signum tumultus que prius in castris, quam ad mare fuit. Nuncij inde alij super alios ab Hasdrubale missi, remiges & socios nauales, toto litore sparfos, ad naues subito compellunt, Romanam classiem haud procul abesse, cum tu multu & clamore nunciantes. Mox & Hasdrubal cum omni exercitu affuit. Magna ibi trepidatio orta remigum militumque in naues ruentium. Vixdum omnes conscenderant, quum alij resoluunt lora & anchoras euellunt, alij ne anchoræ in mora sint, incisis loris in apertum euadere satagunt. Erat nauitis miles impedimento, contra militi nauatæ. Sed dum hi naues, illi arma studio comparant, festinantq; potius quam necessaria expediunt, Romani tumultuo se superueniunt. Breuis itaque naualis pugna fuit, Punice nauius circa littora disiectis, milites iuxta ac remiges, quisq; pro se ad amicam aciem, quæ in litore stabat, per fugiunt. Duce primo congressu naues captæ, quatuor suppressæ: Romani etsi hostium agmine totu litus tenebatur, quinque & uiginti Punice naues, suarum puppibus religatas, in alij pertraxerunt. Scipio post eam uictoriam omni ora maritima potitus, Onustam urbem ui captam diripit, nouam inde Carthaginem delatus, suburbanum agrum circumquaq; populatus est, tecta muro urbis

Hasdrubalis consilium.

Scipio hostem petiit.

Scipio Punice classem prosequatur.

A subiecta flammæ iniectu concremavit. Ad Longuaticam deinceps clasis appulsa est, unde uim spartingentem ab hoste ad naualem usum comparatam Romanus imperator sustulit. In Ebusum insulam uix inde clasis transmissa, ubi urbs caput insulæ biduo frustra oppugnata est, agerque uastatus, aliquot uicis direptis & incensis. Iacet Ebusus inter Hispaniam & Mauritaniam, ex ijs una quæ à pineo frutice Pyriusæ à Græcis dicuntur, patet quadringentorum stadiorum circuitu. Ebusi terra serpentes fugare creditur. Gignit & cuniculos populantes messem. Constat Baleares qui eodem tractu sunt, aduersus animalis huius prouentum, ab Augusto principe militare auxilium quandoq; implorasse. Receptantq; se Romani ad naues, cum ex Balearibus insulis legati affuere, pacem à Scipione petentes. Iacent Baleares insulæ contra Hispaniæ oram, quæ inter Taraconem & Sucronem extenditur, duæ numero, fundaq; bellicosa, eas Græci Gymnesias dixere, maior circuitu patet ccccxxx. milium passuum, centu longitudine, distat inde minor ccl. stadijs, cuius longitudo habet trecenta stadia, circuitu mille & cc. Scipio in citeriorem Hispaniam reuersus, plures dies, omnium gentium, quæ Iberum accolunt, & ex extrema Hispania legatos audiuit. cxx. populi & amplius Romanæ ditionis, datis obsidibus, facti sunt. Quibus ille successibus elatus cum terrestribus copijs ad Castulonensem usq; saltu processit, Hasdrubale in Lusitaniam propius Oceanum compulso, fuisseq; reliquum ætatis quiete actû, nisi Mandonius Ilergetum regulus, post Scipionis discessum in pacatum agrum fociorum populi Romani cum suis popularibus hostiliter irrupisset. Misit Scipio in Mandonium tria milia peditum, cum expeditis auxilijs, quorum aduentu Ilergetes partim caesi sunt, partim armis exuti: cæterum motus ille Hasdrubalem cis Iberum reuocauit, ut Carthaginensium focios tueretur. Celtiberi, qui Romano duci obsides dederant, ipsius literis moniti, ut in Pænos arma caperent, Carthaginensium urbem adorti, breui tria ex hostibus oppida ui capiunt, bis inde cum Hasdrubale prælio congressi, ad xv. milia hostium interfecerunt, quatuor milibus captis, & cum his pleraque signa militaria adempta. Erantq; in hoc statu res Hispaniæ, quum P. Scipio, qui priore anno consul fuerat, cum xxx. longis nauibus, & octo milibus militum, magnoq; comatu in prouinciam uenit, prorogato ei post consulatum imperio, Taraconis portum tenuit, magna ciuium fociorumq; letitia, exercitumq; in terram exposito, Taracone profectus, cum fratre iungitur, quicum bellum deinceps cõcordi animo gessit, Pænis Celtiberico bello occupatis, duo Scipiones Saguntum ire pergunt. Erant tibi totius Hispaniæ obsides, idq; unum pignus Hispanorum animos, à Romanorum societate ad quam amplexandam alioqui propensi erant Hispani, metu arcebat, ne defectionis culpa filiorum sanguine luere. Haud dubie apparebat, si Saguntum Romani recepissent, essentq; parentibus restituti obsides, ipsorum beneficio fore, ut ea res omnium principum Hispaniæ studium & amicitiam Romano populo conciliaret. Cæterum Acedux homo Hispani generis, qui tum Saguti erat, ad Romanos transiturus, Bostari qui arcem præsidio obtinebat, persuasit, ut ad Hispanorum animos beneficio occupandos, ultro illis obsides restitueret, expediturum id rei Punicæ demonstrans, si priusquam fauor ad hostes aperte inclinasset, populorum & principum studia obsidum restitutione in pristina fide retinerentur, quando omnes sibi credi uellent, fidesq; habita fidem obligaret. Pollicitus ad id Acedux suam operam, si cura sibi puerorû domum reducendorum esset delegata. Assensus est Bostar Aceducis consilio, tempusq; & modum inter se constituit. Placuit noctu, ne Romani sentire possent,

Ebusus.

Baleares insulæ.

Scipionis successus in Hispania.

Mandonius Ilergetum dux.

P. Scipionis accessus in Hispaniam.

Bostar obsidum Hispanorum custos.

sent, puerile agmen deductum iri. Ille uero cum Scipionibus de tota re colloquium occulte habuit, promissaque obsidum traditione, docuit, qua hora noctis, & qua regione, cum obsidibus ex urbe egressurus esset, atque ita uelut imprudens in infidias delatus, cum pueris in castra perductus est. Obsides non parua Romanorum gratia, eo ordine, quo à Pænis restituendi erant, per Aceducem sunt ad suos reducti. Fuisset continuo gratia id meritum secuta, nisi hys tam Pænos quam Romanos in hyberna cõcedere coegisset, & hæc in Hispania secunda ætate Punici belli gesta. Fecerat interim in Italia Fabij dictatoris prudentia Romanis cladibus non nihil interualli, angebatq; res ipsa Hannibalem uehementer, quod hostis bellum ratione non fortuna administrabat. Sed quantum exultationis ea cunctatio apud hostem Fabio pepererat, tantum odij & obrecreationis apud suos, auxirq; præsentem inuidiã, quod Hannibal Punica fraude, ut eius moram suspectiorem redderet, ab eius agro sibi à perugis cõmonstrato suos pertinacissime abstineret, adeo calidus imperator in omnes partes, Romanam simplicitatem, ne stultitiam dicam, suis uersabat artibus. Accesserat huic inuidiã, quod Fabius sine patrum autoritate cum hoste de captiuorum permutatione transegerat. At utri plures captiuos acciperet quam darent, in singula militum capita, bina pondosa argenti & selibras penderent, quum aliquanto igitur maior foret Romanorum numerus, essetq; summa quædam argenti ex publico data, quod de ea re tardius populus rogaretur, filio Romam misso agrum qui intactus ab hoste fuerat, uendidit, fidemq; publicam priuato exoluit impendio. Sed nihil eque ac pugna, quæ eo absente magis læte quam prospere à Minutio pugnatæ est, dictatoris moram contemptibilem reddidit. Eo namque Romam profecto, Minutius quam ex montibus in planum castra detulisset, cû Hannibale apud Gerionem ita acie dimicauit, ut primo impetu Pæni sint usq; in castra fusi: inde terrore in Romanos, ob subitam eruptionem, uerso, æquatam sit certamen. Sed quum atrociter utrinq; dimicaretur, Numerij Decimi Samnitibus interuentu qui cum octo milibus peditum & cc. equitibus ueniebat in Romana castra, iterum hostes intra uallum fuisse compulsi, suis à Pæno trepide receptis, ne ab hoste intercluderentur. Cæsa eo die sex milia hostium, duoq; castella capta. Romanorû quinque milia. Cæterum pari pene clade utrinq; accepta, uanis Minutij literis factum est, ut uelut Fabij cunctatio in mora esset, quo minus cum hoste debellaretur. M. Metellus Trib. plebis rogationem tulerit ad populum, de æquando dictatori & magistro equitum imperio. Magno quidem studio id Tribunus rogauit, at maiore aliquanto C. Terentius Varro rogationem suavit, homo sordido loco natus, etsi prætor priore anno fuerat: maximo quidẽ studio quod rogabatur populus iussit, eam legem omnes in dictatoris contumeliam latam accepere. Ipse qua animi grauitate criminãtes ad multitudinem tulerat, eadem & populum in se sequentem tulit. Et iam Roma digressus erat, quum literæ à senatu redditæ sunt de imperio ipsi & Minutio æquato. At satis fidens cum imperij iure imperandi artem æquari non potuisse, animo ut ab hostibus ita à ciuibus inuictis in castra redijt. Minutius quo die primum cum Fabio congressus est, eũ coegit ut alternis diebus, aut maioribus interuallis imperarent. Negare Fabius omnia arbitrio unius cõmittenda, cæterum cõmunicatum sibi cum illo, non ademptum imperium, nec se perpetuo gerendarum rerum consilio cessurum, diuifurum itaq; potius cum eo exercitum: ut quantum totum non possit, partem saltem copiaru consilio seruaret. Atq; ita illi legiones partiti, primam & quartã Minutius, secundã & terciã Fabius est sorti-

Hispanorum obsides restitutum.

Hannibalis ars.

Fabius agrum uendit.

Prospera Romæ pugna.

Æquatur imperium dictatori & magistro equitum.

Fabius & Minutius partium tur copias.

tus. Paritione auxilia fociorum ex æquo diuisa. Minutius copijs in hunc modum diuisis, diuerso a dictatore loco castra communiuit. Nec multi inde dies interfuere. Hannibal, quem nihil eorum præteribat, quæ in Romanis castris fiebant, ad Minutiũ capiendum quinque milia hominum in anfractu uallis, ubi caua quædam erant rupes, noctu in infidij locat. Inde quod certo futurũ sciebat, ut omnibus suis conatibus à Minutio ferociter iretur obuiam, ad tumultum qui medius erat inter utraq; castra capiendum prima luce mittit. Apparebat, qui prior locum cepisset, omnia hosti iniquiora facturum. Vbi Pæni in colle conspecti sunt, etsi multi eos sibi depellendos depocerent: Minutius inter primos, stolidè hostem increpans, leuem in Pænos armaturam dimittit. Mox conferto prælio, & equites, postremo ipse cum legionibus successit. Hannibal alia atque alia mittens auxilia iam iustam explicauerat aciem, leuis Romanorum armatura iniquo succedens loco, sub initium pugnae ad equites repulsa est, terror inde & equites ad signa legionum compulsi, stabant tamen legionarij in acie, sua ui subnixi, quum ex obliquo hostes ex latebris coorti clamorem extollunt, qui à lateribus & à tergo incurstantes, tantum terrore Romanis intulerat, ut neq; animus ad pugna, neq; ad fugam pedes cuiquam superessent. Tum Fabius ubi rem in apertum discrimen adductã uidit, haud citius, inquit, quam timui temeritatem fortuna deprehendit. Iam Minutius Fabio æquatus, Hannibalem uirtute & fortuna uidit superiorem. Sed aliud succedendi tempus erit, in Pænum cursum tēdite, uictoriam è manibus extorqueere hostibus, erroris confessionem ciuibus. Iam multis cõsis, alijs fugam circumspectantibus, Fabiana acies uelut cælo demissa auxilio sese obtulit. Vix ad iactum teli uentũ erat, quum suos à fuga, hostes à cæde continuit. Et iã ex duabus una acies facta ferocius præliũ inibat, quũ Hannibal receptui cecinit, fassus ab se Minutium, eũ à Fabio eo die uictũ. Sunt qui scribant dixisse se semper futurũ putasse, ut nebula illa quæ tandiu in montibus federet, cœdam sibi aliquando effunderet procellam. Posteaquam utriq; in castra reuersi, Minutius uocatis ad se militibus, Credo uos, inquit, milites aliquando audiuisse, Primum esse uirũ eum qui per se ipse consulat, quid in re sit. Secundũ qui re cõsulerenti obediãt. Qui nec consulere sciat, nec parere, hunc extremæ fortis esse. Nũc quia prior illa uirtus nobis negata est, alteram saltẽ teneamus, ut quoad imperare didicerimus, prudẽtioribus parere in animum inducamus: cum Fabio iterum castra iungere constitui, & quum signa ad eius prætorium statuerimus, egoq; dictatorem patrem salutauero, quod & beneficio eius erga nos & maiestate dignũ est, uos milites, quorũ uirtute salus uestra hodie defensa est, patronos appellabitis, atq; ita si nullã aliã laudem gratorum certe animorũ hic dies nobis gloria afferet. Signo deinde dato ad dictatoris castra agmine cõfestim itur. Mirari Fabius, & qui circa illũ steterat, Minutij & aliorũ accessum. Vbi uero signa in cõspectu substitere, magister equitũ dictatore ipsũ patre appulauit, ceteri Fabianos milites, ut fuerat præceptũ, patronos uocant. Tum Minutius parentibus, inquit, meis, quibus te Fabij nomine, quopoti, fando æquauit, tantum uitam debeo, tibi quĩ meam salutem, tum horum omnium, qui meũ in acie descenderat. Plebiscitum igitur, quo oneratus sum magis q̃ ornatus, primum omnium antiquo atq; abrogato, & quod tibi mihiq; atq; uniuerso exercitui bene ueritat, sub imperium auspiciũq; tuum redeo, legionesq; restituo. Tu precor mihĩ & alijs placatus, me magistero equitũ apud te fungi, hos pristinos ordines tenere patiaris. Tum dextræ iunctæ, militesq; missa cõcione inter se hospitaliter inuitati, ac lætus dies ex tristis, ac propemodũ funestus, est factus.

Hannibalis ars in Minutio capiendo.

Verba Hannibalis de Fabio.

Minutij cõcio.

Exemplũ grauitudinis in Minutio.

Fabij auctoritas

factus. Fama eius rei Romam perlata multū laudis attulit Fabio, laudare omnes ipsius uiri prudentiam, optimumq; imperatorem prædicare. Nec minor de eo opinio apud Hannibalem & Pœnos esse, nihil obscure prædicantes, sentire se iam demū cum Romanis sibi & reliqua Italia bellū esse. Dum hæc in Italia gerebantur, Seruilius consul, cui à Fabio data fuerat prouincia hostium mari insectandorū, Corsicæ & Sardinia oram præteruectus, in Aphricā transmiffurus Meningē insulā inuasi. Insulani x. talentis argenti consuli datis, ut ab agrorum populatione abstineret impetrarunt. Est Meninx ad alerū minoris Syrtis promotorium, ipsam Syrtim Lotophagitum cognomine dixerunt, & Meningem Lotophagorū terram quidā credere, quia in ea Vlysis ara ostēderetur, & Lot⁹ arbor illic plurima. Scio ego ex illis scriptionibus quosdā, & in his Plinium Lotū non arborem, sed herbam arbitrari. Meningē usq; sentitur uicinæ Syrtis fluxus. Hinc clasis digressa Aphricę littoribus est admota. Hic milites socij; nauales inexplorato ad agrorum populationē missi in hostiū insidias inciderunt, quo factū est, ut cum multa cæde & trepidatione ad naues cōpuli sint, mille hominū & cum his Sempronio Blesō questore amissis. Clasis ex infesto littore, pfecta in Sicilia redijt, qua Artilio prætori tradita, ut ab eius legato P. Surā Romā reduceretur, ipse consul pedibus Messanā profectus fretō in Italiā traiecit, quo quū uenisset, li teris Fabij dictatoris in castra cum M. Atrilio collega, qui in Flaminij locum fuerat subrogatus, accessit tunc est. His Fabius finito semestris dictaturæ tempore legiones restituit, quo tempore Hannibal ad tantā cōmeatus erat inopiam redactus, ut constitutū haberet, si noui consules Fabiana arte bellaturū essent, nulla spe alendi exercitus amplius relicta, in Galliā cum omnibus copijs abire. Interim ueteres cōsules hybernaculis ad tempus cōmunitis, nisi ex turo aut p occatione omni alio qui certamine abstinuere. Et iam impendente hyeme bellū ad Gerionem, siue ut Polybius scribit, Geronium confederat. Legati per id tempus à Neapoli Romam uenere, ab his quadraginta aureæ pateræ magni ponderis sunt in curiam allatæ, atq; ita uerba facta, ut dicerent magnitudine belli quod in præsentia gereretur, ærarium Po. Ro. in dies magis exhauriri, æquum proinde Neapolitanos censuisse, quando pro urbibus & agris sociorum pro capite & arce Italiae urbe Roma bellū gereretur, si quod auri sibi à maioribus ad fortunæ lubidum esset relictum, eo Po. Ro. iuuarent. Gratium sibi patres & omne Romanum nomē facturum, si omnes Neapolitanorum fortunas suas ducerent, dignosq; iudicaret, à quibus præsens donū, eo animo quo daretur, acciperent. Legatis gratiæ actæ, pateraq; minimi pōderis accepta est. Per eos dies explorator Carthaginensium, qui biennium Romę fefellerat, deprehensus, præcis manibus, dimissus est, quinq; adhæc & xx. serui in cruce sublati, qui in campo Martio coniurasse dicebatur, indici libertas data, & xx. M. grauis æris. Legati ad Philippum Macedonię regem missi, qui Pharium Demetrium à se bello uictum reposcerent. Alij in Liguriam ad exostulandum quod Hannibalem suis auxilijs iuissent, & ad Pineum regem in Illyricum ad stipendium ab eo accipiendum. Adeo medio etiam ardore belli Romani in multas terrarum partes curas pariebatur.

Fabius dictatura se abdicat.

erint, quum paulo post ad Cannas est dimicatum. Prodigia eo quoq; anno aliqua facta dicuntur. Romæ in Auentino & Aricia lapidibus pluit, & in Sabinis aliquot signa cruore sudasse creditum. Legati ex Pæsto pateras aureas Romam attulerunt, his ut Neapolitanis responsum, nec aurū acceptū. Ab Hierone legati per eos dies ad patres missi nunciarunt, regem grauius tulisse casum Flaminij consulis, cædemq; exercitus ad Trasimenum acceptam. Cæterum multo id grauius laturum fuisse, si non exploratam haberet magnitudinem Populi Ro. quæ admirabilior in aduersis rebus esset quàm in prosperis. Missa tamen à se omnia quibus à bonis fidelibusq; socijs bella iuari soleat. Primum ominis causa uictoriam auream pondō ccc. xx. acciperent, eam propriam ac perpetuam haberent, aduexisse se præterea ccc. M. modiorum tritici, cc. hordei, & quantum præterea iussissent postea subuecturos. Scire adhæc milite equiteq; non nisi Romani aut Latini nominis Po. Ro. uti: auxilia leuis armaturæ exteri generis uidisse se aliquādo in Romanis castris, mitti propterea à se mille sagittariorum funditorumq; manum aduersus Balceas Maurosq; non inutile, monere insuper ut prætorem, cuius Sicilia prouincia esset, cum classe in Aphricam transmitteret, uti hostes & ipsi in sua terra bellum haberent, minusq; laxamēti illis esset, ad supplementum Hannibali summittendum. Legatis responsum est bonum egregiumq; socium Hieronem esse, atq; iam inde ex quo in amicitiam Po. Ro. uenisset, nihil in eo desideratū, quod ab amico & socio fidelissimo præfari potuerit, esse proinde eius munificentiam Po. Ro. perinde ac deberet gratam. Victoriā in Capitolio se dedicaturos, omen ciuitati gratissimum. Frumentum inde & funditores nouis consulibus dati. Naues v. & uiginti Otacilij clasi additę, permissumq; ut si expedire reipub. arbitraretur, in Aphricam transmitteret. Milites tum primum à Tribunis iureiurando adacti sunt iussu consulum se conuenturos, nec acie aut signis abcessuros eorum iniussu, quum ad id tempus tantum sacramento adigerentur. Cæterum ipsi inter se centuriati milites, equites decuriati iuraret, fugæ, aut formidinis causa non abiturus, neq; ex ordine decessuros. Et quum iam consules ad bellum profecturi essent, audirenturq; Varronis cōsulis conuociones ferocissimæ futuræ temeritatis indices, fore ut paucis diebus q̄ in castra uenisset, ut Po. Ro. audiret debellarum esse cum Pœno in Italia, hanc hominis uecordiam, quū alij pleriq; tum Fabius ut perniciosam reip. auersatus, p magno habuit negotio Æmylium consulem, quem saniore ingenio nouerat, etiam atq; etiam monere, nequid temere ex ea bellandi ratione quā ipse instituisset, & priores consules post se diligenter seruassent mutari pateretur, aut unam illam uiam esse prædicans hostes ex Italia eijciendi, aut nullam superesse aliam quæ ad resistendum illi tuto iniri posset. Nec pateretur se collegæ temeritate distrahi, nec infamiae sinistriue rumoris metu eò adduci, ut temere aliquid auderet. Ius sepe à ueritate laborare, extingui uero nunquam. Gloria sæpe spretam cumulationem redire. Sineret se timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli à suis uocari, modo à sapiente hoste timeretur, his & alijs Fabius cum Æmylio egit, ne aut collegæ temeritatem aut rumorem uulgi sanis consilijs publiceq; salutem anteponeret. Ille magis uera esse quàm facilia actū quæ à Fabio dicerentur restatus, non uidere se respondit, quid collegæ consilium aduersus seditionem consulem ualere possit, quū ne magister quidem equitum tolerabilis dictatori fuisset, orare se ut omnia prospere eueniret. Sed si quid aduersi accideret, hostiū se relictis potius q̄ iratorum ciuium suffragijs caput obiecturum. Ab hoc ille sermone in castra profectus est. Hannibal etsi hostium

Aedes concordie

erint, quum paulo post ad Cannas est dimicatum. Prodigia eo quoq; anno aliqua facta dicuntur. Romæ in Auentino & Aricia lapidibus pluit, & in Sabinis aliquot signa cruore sudasse creditum. Legati ex Pæsto pateras aureas Romam attulerunt, his ut Neapolitanis responsum, nec aurū acceptū. Ab Hierone legati per eos dies ad patres missi nunciarunt, regem grauius tulisse casum Flaminij consulis, cædemq; exercitus ad Trasimenum acceptam. Cæterum multo id grauius laturum fuisse, si non exploratam haberet magnitudinem Populi Ro. quæ admirabilior in aduersis rebus esset quàm in prosperis. Missa tamen à se omnia quibus à bonis fidelibusq; socijs bella iuari soleat. Primum ominis causa uictoriam auream pondō ccc. xx. acciperent, eam propriam ac perpetuam haberent, aduexisse se præterea ccc. M. modiorum tritici, cc. hordei, & quantum præterea iussissent postea subuecturos. Scire adhæc milite equiteq; non nisi Romani aut Latini nominis Po. Ro. uti: auxilia leuis armaturæ exteri generis uidisse se aliquādo in Romanis castris, mitti propterea à se mille sagittariorum funditorumq; manum aduersus Balceas Maurosq; non inutile, monere insuper ut prætorem, cuius Sicilia prouincia esset, cum classe in Aphricam transmitteret, uti hostes & ipsi in sua terra bellum haberent, minusq; laxamēti illis esset, ad supplementum Hannibali summittendum. Legatis responsum est bonum egregiumq; socium Hieronem esse, atq; iam inde ex quo in amicitiam Po. Ro. uenisset, nihil in eo desideratū, quod ab amico & socio fidelissimo præfari potuerit, esse proinde eius munificentiam Po. Ro. perinde ac deberet gratam. Victoriā in Capitolio se dedicaturos, omen ciuitati gratissimum. Frumentum inde & funditores nouis consulibus dati. Naues v. & uiginti Otacilij clasi additę, permissumq; ut si expedire reipub. arbitraretur, in Aphricam transmitteret. Milites tum primum à Tribunis iureiurando adacti sunt iussu consulum se conuenturos, nec acie aut signis abcessuros eorum iniussu, quum ad id tempus tantum sacramento adigerentur. Cæterum ipsi inter se centuriati milites, equites decuriati iuraret, fugæ, aut formidinis causa non abiturus, neq; ex ordine decessuros. Et quum iam consules ad bellum profecturi essent, audirenturq; Varronis cōsulis conuociones ferocissimæ futuræ temeritatis indices, fore ut paucis diebus q̄ in castra uenisset, ut Po. Ro. audiret debellarum esse cum Pœno in Italia, hanc hominis uecordiam, quū alij pleriq; tum Fabius ut perniciosam reip. auersatus, p magno habuit negotio Æmylium consulem, quem saniore ingenio nouerat, etiam atq; etiam monere, nequid temere ex ea bellandi ratione quā ipse instituisset, & priores consules post se diligenter seruassent mutari pateretur, aut unam illam uiam esse prædicans hostes ex Italia eijciendi, aut nullam superesse aliam quæ ad resistendum illi tuto iniri posset. Nec pateretur se collegæ temeritate distrahi, nec infamiae sinistriue rumoris metu eò adduci, ut temere aliquid auderet. Ius sepe à ueritate laborare, extingui uero nunquam. Gloria sæpe spretam cumulationem redire. Sineret se timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli à suis uocari, modo à sapiente hoste timeretur, his & alijs Fabius cum Æmylio egit, ne aut collegæ temeritatem aut rumorem uulgi sanis consilijs publiceq; salutem anteponeret. Ille magis uera esse quàm facilia actū quæ à Fabio dicerentur restatus, non uidere se respondit, quid collegæ consilium aduersus seditionem consulem ualere possit, quū ne magister quidem equitum tolerabilis dictatori fuisset, orare se ut omnia prospere eueniret. Sed si quid aduersi accideret, hostiū se relictis potius q̄ iratorum ciuium suffragijs caput obiecturum. Ab hoc ille sermone in castra profectus est. Hannibal etsi hostium

stium

Prodigia

Hieronis munificentiam Rom.

Insurgentiū litare.

Varronis uitas.

Fabij prudentia.

Prospera Ro. pugna.

Hannibalis ars in Rom. capiendis.

Romani prope modum capiuntur.

Digressus Hannibalis.

Aufidus fl.

stium copias magnopere auctas uidebat, gaudere tamen uehementer nouorum consulum accessu, ratus fore, ut arte aliqua eos in certamē de summa rei traheret. Ad id inopia uentum erat, ut xij. tantum dierū cibaria in Punicis castris essent, nec urbs aut ullus erat locus unde frumentum expectari posset amplius. Hispanorumq; trāsitio ad Ro. parata erat. Interea temeritati consulis præcipitiq; ingenio fortuna materiam præbuit aliquanto citius omnia perendi. Tumultuarium certamen incidit, magis profectu militum q̄ imperatorum iussu ortum, quo milie & cc. hostium cæsi, Romanorum sociorum uē nō amplius centum, uictoribus effuse sequentibus metu insidiarum obstitit Æmylius consul, cuius eo die erat imperium, alternis enim imperabant, Varrone fremente, uociferanteq; hostem collegæ ignauia emissum ē manibus, debellari eo die, ni cessatum esset cum hoste, potuisse. Nactus Hannibal satis idoneam materiam ad insidias hostibus instructas, uel diurna clade affectus sese metu proripisset, noctu castra omnis publicæ priuatæq; fortunæ plena reliquit. Ipse cum structo exercitu post proximōs montes in insidias confedit, & ut similior ueræ esset fuga, crebri ignes uelut fallendi hostis illa species fuisset, fuerant in castris relictū. Vbi igitur illuxit, cognitusq; est hostium discessus, cōtinuo sublatas est à militibus clamor, ut iuberentur signa efferrī ad insequendum hostem castraq; diripienda. Eratq; alter consul uelut unus militaris turbæ, contra Æmylium identidem Punicæ fraudis suos admonere, nihil temere mouendum prædicare, missa itaq; est turmanā Lucanorum equitum ad omnia certius exploranda. M. Statilius eius turbæ præfectus, cæteris extra uallū relictis, ipse cum duobus equitibus castra ingressus, quum omnia diligenter explorasset, ad cōsules reuerlus uideri sibi dixit rem haud dubie ad insidias spectare. Nam præterquam quod argentū & alia hominibus charissima facilia alioqui translato in promptū uelut ad prædam relicta essent, ne ignes quidē aduersa parte castrorum ullos per noctē excitaros. Hæc à Statilio tanquam ad terrorē relata, multo magis militibus ad prædam accendunt. Erat iā Varrō signum militibus ad discurrendum daturus, nisi Æmylius illi obnūciari iussisset, pullos auspicio nō addicere. Varro etsi inuitus fremensq; Appij tamē Claudij olim, recentiq; Flaminij clade deterritus, signa quæ portis efferrī cœperant inhibuit. Interim duo serui qui in potestatem hostium uenerant ex illorum manibus elapsi in castra nunciant, hostes trās proximōs montes instructos sedere, qui per opportunitus nunciis cōsules imperij compotes fecit. Pœnus ubi hostem capi non posse uidit, in castra redijt. Paucis iude diebus interiectis frumenti inopia adactus, in Apulia loca melsibus maturiora magisq; trās fugijs impedita, noctu castra mouit ignibus ut antea in insidiarum speciem in conspectu hostium relictis. Nec magis fames Pœnum in eam expeditionem impulit, quàm periculum quod sibi ab Hispani mercenarijs imminerebat, qui de transicione ad Romanos consilium cepisse dicebantur, ipsum etiā Hannibalem interdum de fuga agitasse fama fuit, ut pedibus relictis sese cum omni equitatu in Galliā proriperet. Romani consules exploratis prius hostium castris ubi constitit Pœnos haud dubie profectos, nam agmen procul digressum quidā uiderant, hostem secuti ad Cannas uicem Romana clade nobilitandas & ipsi castra mouent. Hic uterq; cōsul in suo proposito pertinaciter manere, Æmylius à prælio abhorrebat, Varro cui omnes præter Seruiliū prioris anni consulem assentiebantur, nullam erat amplius pugnæ moram factururus: fecerantq; Romani bina castra, minora altera trans Aufidum amnē, eratq; in his Seruilius cum parte copiarum. Aufidus unus omnium fluuiorum Apenninum montem di-

uidit, ut quidam scribunt, in ijs iugis ortus quæ ad inferum mare spectant, per Apuliam tamen in superiorum elabatur. Consules cum robore copiarū in maioribus castris erant. Hannibal locum equestris pugnæ idoneum nactus structa acie in conspectu hostium stetit, nullam prælio moram factururus. Numidæ interea adequitando Romanum ad pugnam lacerabant. Hic dies consulum altercatione sine prælio consumptus. Hannibal quum suos in castra reciperet, Numidas misit trans flumen ad inuadendum ex minoribus castris aquatores. Barbari lixarū multitudinem circa fluuium disiecta, Seruilianas munitiones tumultuose adequitarunt. Ea res quum alijs indigna uisa est, tum Varroni minime tolerabilis, quod ab auxilijs hostium Romana castra tererentur. Id solum igitur in mora fuit, ut non aciem confestim in hostem instruxerit, quod eius diei imperium Æmylij erat. Postero die ne collega quidem cōsulto suis signum dedit, instructisq; copijs fluuium superauit, sequente Paulo quia magis non probare quàm non iuuare consilium poterat. Transgressi flumen copias quæ in minoribus castris erant, maiori agmini adiungunt. Acies ita instructa est, ut dexterum cornu quod prope flumen erat, Romanus clausit equitatus, deinde pedites suo ordine constituti. Alterum cornu sociorum equites tenuere. In fronte antè leuium armorum acies locata. In leuo cornu Terentius, in dextero Æmylius procurarunt. Mediā aciem Seruilius tuendam suscepit. Atq; in hunc modum Romanus exercitus in prociūto stetit, obuersus oculos & ora ad meridiem. Hannibalem factus uoti compos, trans Aufidū & ipsē copias traduxit. Aciem ad Septentrionem uersam instruit. Sinistrū cornu dat Haldrubali tuendum, Hannoni dextrū. Ipse in medio cum Magone fratre esse uoluit. Cæterum uterq; exercitus ita instructus stetit, ut neq; his neq; illis sol adimeret prospectum. Clamore igitur orto leuis armaturæ primū prælium fuit, inde à Gallis & Hispanis equitibus impetu ex sinistro cornu hostium in dextrū Romanorū facto, cruentum prælium oritū, nō procurfatione, sed aduersis frontibus pugnare cogebant, nullo ad circumagendos equos relicto spatio, hinc amne, illinc pedibus latera claudentibus, ut equis semel turbatis, alter alterū amplexi equites dimicaret. Acrius hic q̄ diutius pugnatū, Romanis equites, partim cæsi sunt, partim in subiectū flumen præcipitati. Secundum id equestre certamen orta est pedestris pugna. Paribus ab initio animis uiribusq; inter pedites certatum: demū Romanis ui sua cōnixi, aduersam Hispanorū peditū Galorumq; aciem gradu submouent, submotā utroq; uersum disijciunt. Ipsi perfugientium cuneos in mediam acie illati, ad subsidia Aphrorū nullo resistente peruenerunt. Steterant illi uelut de industria reductis alis, medijq; Galli & Hispani locati erant nō nihil prominente acie, quo accidit, ut his cedentibus Romanū in medium uelut sinum ferociter inuectū Aphri duabus alis à tergo reuinctis, à cætera multitudine excluderint. Hic periculo animaduerso Romana legio Galli & Hispanis quorū terga ceciderat omisissis, in Aphros prælium uertit, eò iniquius quodd seisi cum recentibus & uegetis dimicabat. In sinistro quoq; cornu sociorum equites præliū iam dudum aduersus Aphros equites & Numidas ciebant. Addita etiā ab hoste fraus. Quingenti Numidæ occultos sub loriceis gladios habentes transfugarum specie parmis in terga reiectis ad sociorū equites progressi, in mediū accepti postremo loco sedere iussi sunt. Qui uere Barbari tātisper dum undiq; prælium confertū, ubi uero oculos omnium animosq; certamē occupauit, tum arreptis scutis quæ inter cæforum corporū aceros strata iacebant, austeram ad oriuntē acie, terga simul poplitesq; feriunt. Ediderūt illi stragē ex improuiso nō parua, sed maior in de pa-

Romani aciem instruant.

Hannibal in fruit aciem.

Acierum congressus.

Peditur Rom. equitatus.

Circumuenitur pars Rom. pedium.

uor fuit q̄ cædes, eratq̄ iam alibi pugna magis per-
tinax q̄ prospera. Verum ubi Numidæ qui in læuo
cornu erant, neq; in signe quicq̄ agere neq; pati uisi
sunt, hos acie subductos Hasdrubal in fugientes im-
mittit, Hispanos & Gallos equites quibus pulsum
fuerat dextrum cornu Romanorū, Aphris iam cede
magis q̄ pugna felsis adiungit. Quorum accessu a-
pertere Romana inclinauit, terribilissima cædes ibi e-
dita, autis Pœnorū subsidijs, Æmylius consul qui
ab initio funda grauiter ictus fuerat, cū globo equi-
tum haud uno loco pugna reparauit. Postremo de-
fectis uiribus quum iam equo ad terram destueret,
editum equitibus est, ut ad terram descenderent,
Tum Hannibal dixisse fertur, q̄ mallem ut eos mihi
uinctos dedissent. Fuit inde pedestre prælium uicto-
ria iam ambigua. Romani uicti mori in uestigio
maluerunt q̄ fugere. Cæsi itaq; à uictore irato, præ-
ter paucos qui labore & uulneribus felsi acie cessa-
runt, ex equitibus nonnulli equis ex proximo repe-
ritis fugam capessunt, & in his Gn. Cornelius Len-
tulus Tri. militum, qui præteruehens equo, consule
faxo sedentem cruore respersum intuitus, L. Æmy-
lii, inquit, qui unus culpe huius cladis expers merito
dij curæ esse debes, cape equum hunc dum tibi ui-
rium aliquid superest, ne pugna hæc satis per se fu-
nesta morte consulis funestior fiat. Maeste esto, in-
quit consul, tua ista uirtute, Gn. Corneli, abi nuncia
publice patribus urbem Romam muniant, ac priuūq;
hostis adit prælidij firmet, priuatim Q. Fabio dix-
ris, me præceptorum eius memorem adhuc uixisse,
& nunc demum mori. Tu te proripe hinc quæso, ne
hic tempus terendo ad hostibus opprimaris, meq;
ut decet sine inter meos milites expirare, ne aut re-
us inteream, aut collegæ accusator existam. Eum hæc
dicentem prius fugientiu turba, inde hostes oppres-
sere ignari quis esset. Cornelium equus in tumultu
abripuit. Tum demum fuga passim facta, septem
milia hominū in minora castra, x. in maiora, duo mi-
lia in uicem Cannas perfugerunt, qui extemplo à Car-
thalone circumuenti, quum nullo sepirentur muni-
mento, in hostium potestatem uenere. Alter conuil-
cum quinqueaginta fere equitibus Venusiam profu-
git, quadraginta milia peditum, duo milia & dec. e-
quites cæsi, pari prope numero ciuium sociorumq;
& præter alterum consulem quæstores duo. Vnus
& xxx. Tribuni militum. Consulares, Prætorij, Ædi-
litij quidam, & in his Gn. Seruilius prioris anni con-
sul. Polybius Attilium quoq; qui cum Seruilio nu-
per consul fuerat, ea acie perisse autor est. Perijt &
Minutius, qui sub Fabio equitum magisteriu gesse-
rat, lxxx. senatores, aut qui tali honore functi essent,
ut merito in senatu legi deberent. Capta in acie tria
milia peditum & ccc. equites. Ex hostibus, nam ui-
ctoria illis haud incruenta obrigit, ad quinque milia
& sexcentos periere. Et hoc quidem euentu ad Can-
nas pugnatum reperio, quæ clades incidit in annū
quadagesimū ac quingentesimū Romanæ urbis. In
Olympiadē ceterimā ac quadagesimā, ut Polybius
ait, cuius ultimus annus fuit quintus & octogesima
supra octingentesimum ac quater millesimū ab or-
be condito. Eulebius qui autor est duas uestales uir-
gines hoc anno quo ad Cannas est pugnatum, in-
cessi conuictas, in annum primū quadagesimæ pri-
mæ ac centesimæ Olympiadis eam damnationem
reijcit. Reliquerat Varro ad x. milia hominū in ma-
ioribus castris, hoc ut Polybius scribit consilio, ut si
Hannibal omnes copias in aciem eduxisset, Punica
inuaderet castra: si præsidio muniuisset, cum pauci-
oribus dimicaret. Lilius hanc manum ex prælio in
castra refugisse prodidit. Adijcit ille Romanos, ut à
Terentio iusi fuerant, in toto prælio hostium castra
oppugnasse, ac tandiu certamen tenuisse, quoad Pœ-
nus uictor acie suis auxilio uenerit, ibiq; Romanos
cum multa cæde in castra compulso, duobus mili-

Inclinat res Romana.

Æmylii uerba ad Cornelium.

Cæsurum numerus.

Anni mundi.

A bus cæsis, cæteros uiuos in eorum potestatem ue-
nisse, ac nocte quæ diem pugne secuta est, millos ait
ab ijs qui in maioribus castris erant, in altera castra
qui suos hortarent, ut dum hostis fellus prælio quie-
scret, noctis silentio uñ ad se agmine uerirent, ut
inde unā Canusiu tenderent, cæterosq; animo per-
cussos reculasse id facere, P. Sempronium Tuditanū
Trib. militū, cum tribus milibus & sexcentis, tran-
slatis in dextrum humerum scutis, qua parte Numi-
dæ iaculabantur, per medios hostes in altera castra
peruenisse, atque inde altero maiore agmine adiun-
cto, Canusium concessum. Hæc Lilius. Quæ si uera
sunt, ad xiii. milia & quingentos fere qui unā Can-
usium peruenierunt. Cæterum idem autor, quod mi-
ror, loco nō multum inde diuerso, quatuor milia &
cc. ex castris Canusium peruenisse ait, quæ uariatio
efficit, ut parum perspicue intelligi possit quot mi-
lia hominum fuerint, quæ cum castris in hostiu po-
testatem uenerint. Maharbal præfectus equitū Han-
nibalem monuit, ut nulla quiete militibus data, ex
Cannis Romam contenderet, ut prius percussia ci-
uitas uideret hostem quam uenturum putaret, sic fo-
re, ut quinto post die in capitolio epularetur. Lau-
dasse id consilium Hannibal dicitur, sed uiam maio-
rem esse dixerit, q̄ animo facile concipi posset. Tem-
pore opus esse ad id deliberandū. Tum illud à Ma-
harbale subiectum. Non omnia eidem dij dedere.
Vincere scis Hannibal, sed uictoria uti nescis. Plutar-
chus Biliū quendam Barcham nomine fuisse ait,
à quo ea sint uerba in Hannibalem dicta. Postridie
quū uictor Pœnus legeret spolia, multi reperti sunt,
qui uulneribus matutino frigore obstrictis, inter ca-
dauerum acruos surrexerant, hiq; hostium iniuria
obtriti. Alij nō pauci cæsis feminibus poplitibusq;
iacentes, ad reliquum sanguinis hauriendum porrē-
sto iugulo hostes inuitabant. Quidam tellure effos-
sa caput immerferant, terraq; superiniecta expirauē-
rant. Subtractus est Numida Romano mortuo sup-
incumbenti nalo auribusq; laceris. Is manibus ad tra-
ctanda arma uulnibus factis in iram & rabiem uer-
sus, subiectum hostem dentibus moriens lanauerat.
Lectis spolijs Hannibal suos sepeliendi causa unum
in locum conferri iussit, ad octo milia numero fuit
se Polybius autor est. Lilius quinque milia & sexcen-
tos, ut alio est loco significatum, scripsit. Consulem
cōquisitū sepultumq; prodidere quidam. Mulier Pau-
la nomine Bula genere & diuitijs clara, Romanos à
Canusinis tantū mœnibus relictis; acceptos frumē-
to ueste & uatico iuuit, pro qua munificentia hono-
res sunt postea illi Romæ publice decreti, erantq; ibi
quatuor tribuni militū, & in his P. Scipio, cui po-
stea Africano cognomē fuit, sed tūc admodū ado-
lescens. Ad hunc igitur & Appium Claudiu qui &
ipse tribunus erat, summa imperij ab ijs qui aderant
delata est, ad x. milia hominū, consultabatq; hi
forte inter se de summa rei, quum P. Furius Phi-
lus docuit, L. Ceciliū Metellū, & cum eo plerosq;
nobiles adolescentes iam mare & naues spectare, ut
deserta Italia, ad aliquē regum transfugerent, quum
alij defixi stupore starent, Scipio qui rempu. saluam
uult, inquit, me sequat. Atq; ipse princeps paucis se-
quentibus, ad Metelli tabernaculum deuolat, ibiq;
stricto gladio super consultantū capita, primus gra-
ui execratione interposita, in sua ipsius uerba iurat,
fore, ut nunq; Italiam & cum Italia patriā ipsam me-
tu desereret. Inde in Metellum conuersus, tu quoq;
sic iures uolo, sic & qui tecum hic adsunt, si quis id
facere reculauerit, hunc ensem in suum caput à me
nudatum continuo experiet. Metellus & alij subita
re percussu nō aliter attoniti stabāt, q̄ si tūc Pœnus
suo capiti immineret. Ordine itaq; in Scipionis uer-
ba iurant, seq; illi ab hoste protegēdos tradunt, iu-
uentuteq; per hæc confirmata ad Varronem consule
mittunt, qui uiuus acie excelsissime dicebat, exploratū
ecquid

Tuditanus.

Maharbalis uox in Hannibalem.

Cæsurum ius.

Cæsurū hostium numerum. Paula Bula.

Conspiratio.

Scipionis factus.

ecquid copiarum penes se haberet. Canusij secū ad
x. milia hominum esse, uideret quid fieri placeret, se
cum his Venusiam ire, an ipsum Canusij expectare.
Habeat consilium circa se ad quatuor milia hominū,
qui dispalati disiectique fuga eō uenerant. Hos Ve-
nusini, non recto solum sed uestibus etiam, armis &
pecunia iuuerunt, cum hac manu ille Canusium se-
contulit, ubi copijs utrinque iunctis, consularis ex-
ercitus species quædam facta est. Nuncius aduersæ
pugnæ interea Romam perlatus fecerat, ut ne hæc
quidem copiarum superesse crederentur. Sed perditam
deploratamq; rempub. nunciari, cæsos consules
cum omnibus copijs, nec Romana castra, nec ducē,
nec militem superesse ullum. Victorem Pœnum om-
nia late obtinere. Nunquam Roma incolumi, tātus
terror & metus ciuitatem inuasit. Nunquam maior
luctus aut mœor incidit. Cæterum ne pro rei ma-
gnitudine minus uero dicatur, uerecundā Lilius con-
fessionem secutus cedam rerum oneri. Verum nula
alia gens popululise, non modo tot cladibus alijs
super alias, sed una earum qualibet in perpetuū con-
cidisset, quod in Carthaginiensibus ipsis, quum pri-
ore bello Punico, tum hoc ipso quod gerebatur po-
stea accidit. Senatus ad primum cladis nuncium in
curiam uocatus, dum præ nimio strepitu & clamore
ne consuli quidem posset, Fabius Maximus cen-
suit expeditos equites Latina & Appia uia mitten-
dos, qui obuiam euntes percontarentur, quæ fortu-
na consulum exercituumq; esset. An aliquid ex pu-
gna Ro. nomini superfuisset, quo Hannibal se post
prælium contulisset, quid paret, quid agat, quo mo-
turus sit, hæc in primis exploranda. Præterea dan-
dam esse operā, ut per patres id inter se in unum par-
titos, mulieres quæ omnia planctu & euulatu com-
plebant, ex publico arcerentur. Singulæ intra sua li-
mina suum nuncium expectarent, compresso que tu-
multu & trepidatione, silentium fieret tota urbe, cu-
stodes ad portas ponerentur qui prohiberent quen-
quam egredi. Salutem nulli nisi patria incolumi, spe-
randam. Inde quum hæc facta essent, tum patres in
curiam reuocati de summa rei consilium caperent.
Omnes in Fabij sententiam pedibus iuere: Alij aliō
discurrunt ad tumultus tota urbe sedandos, om-
niaque impigre fiebant, quum literæ à Varrone con-
sule allatæ significarunt Æmylium consulem & ex-
ercitum Cænensi acie cæsum, euasisse se reliquias tā-
tæ cladis uelut ex naufragio colligerem, ad x. milia
& amplius militum in compositorum circa se esse.
Hannibalem federe ad Cannas in captiuorum præ-
cij aliæque prædæ æstimanda, non uictoris animo
nec magni ducis more occupatum. Tum priuatē cla-
des domesticam uulgatæ, qui luctus adeo totam
urbem compleuit, ut sacrum Cereris sit eo anno in-
termisum, quoniā lugentes religione prohiberent.
Et hæc quidem Lilius, Valerius autor est, ne in tāta
quidem ciuitatis conseruatione id sacrum interpo-
latum, satis constat xxx. diebus publico decreto fini-
tum ne ob eam causam cætera sacra publica priua-
tæ desererentur. Scripsit inde senatus ad Varro-
nem, ut quantum per reipub. commodum fieri pos-
set, confestim Romam ueniret. Claudium Marcel-
lum ex Hostia ubi erat, Canusium ire iubent. Incidit
alius terror, quod nō multo post priuulise quam hæc
clades accepta est, duæ uestales uirgines Opimia &
Floronia stupri compertæ, una ad Collinam portam
uiua ut moris erat sub terram necata est. Altera sibi
mortem conscitit, & L. Caninius scriba pontifici,
eius incesti conuictus, adeo atrociter in foro à Pon-
tificis flagris cæsus est, ut inter uerba expirauerit, &
hæc in prodigium uersa. Placuit itaque x. uiros Si-
byllinum cæsum inspicere, & Fabius Pictor Del-
phos est missus, sciscitatum quibus precibus suppli-
cissie deorū iram placare ciuitas posset, quibus tan-
tis cladibus futurus esset finis. Ex Sybillinorum li-

Copia que susperuerunt.

Nuncius marlorum.

Fabij sententia.

Varronis literæ.

Varro Ro. reuocatur.

Uestaliū supplicium.

A brorum responso extraordinarium est Romæ sacrū
peractum. Gallus & Galla, Græcus & Græca uiui in
foro Boario defossi sunt. Polybius autor est id sac-
rum Gallico bello perpetratum, Marcellus cum le-
gione quam in classem scriptā habebat, magnis iti-
neribus Canusium accessit, & Romæ Decius Iuni-
us dictator delectum habuit accuratissimum, scri-
ptæque sunt quatuor legiones, & mille equites, &
in his prætextati adhuc quidam, ex seruitijs octo mi-
lia conscripta, qui rogati prius an militare uellent,
publice empti in structique sunt ad bellū. Placuitq;
horum opera potius uti, quam captiuos redimere,
quibus Hannibal sui redimendi copiam fecerat, te-
statis se de imperio & gloria cum Po. Ro. non de ui-
ta certare. Celsissime maiores suos olim Romanorum
uirtuti, se contra adniti ut suæ uirtuti & felicitati cre-
datur. Sociorum captiuos ut ad Trebiam & Trafi-
menum sine precio dimisit. Romanorum captiuus
precium in singulos equites quingenos quadriga-
tos nummos ascripsit, in pedites trecentos, ceteros
in seruos. Lecti ergo x. ex omni numero, qui Romam
irent captiuorum causam acturi. Hi iureiurando à
Pœno adacti sunt, fore, ut in castra reuerterentur, &
quia tantum ad id iurati erant, ut redirent, eorum
unus homo minime Romani ingenij, quasi aliquid
oblitus in castra redijt, inepta nimis interpretatione
usus, uelut iam redeundi sacramento non teneretur
amplius. Missus ab Hannibale cum his Carthalo no-
bilis Carthaginiensis, qui si forte ad pacem inclina-
rent animi conditionem ferret. Vbi hos Romanos
uenire auditum est, & iam eorum accessum appropin-
quare, Carthalo obuiam licitor missus est, qui
dictatoris uerbis nunciaret, ut ante noctem excede-
ret Romanis finibus. Captiuorum legatis senatus
datus est, ubi Marcus Iunius princeps legationis in
hunc modum ad patres uerba fecit. Scio ego patres
conscripsi, nulli gentium magis quam Romanæ ci-
uitati uilia fuisse semper captiuorum corpora. Cæ-
terum nisi nobis plus equo nostra placet causa, nul-
li unquam uobis minus negligendi, quam nos, in
hostium potestatem uenere. Non enim per timorē
arma in acie tradidimus, sed cæsurum corporum a-
ceruis superstantes, cruenram pugnam fere ad no-
ctem traximus. Tum in castra reuersi labore & ul-
neribus felsi, illa in sequentem diem tutati sumus.
Ibi uero ab hostium exercitu circumfessis, cum flumi-
ne arceremur, nec per confertos hostes spes ulla eru-
pendi esset, xl. milibus nostrorum hominum in acie
stratis, indignum nimiumque calamitosum arbitra-
tes, ex tam numerofo nuper exercitu neminem su-
peresse, certum precium pacti, quo redempti dimit-
teremur, arma, quum in his nulla iam spes esset, cir-
cumsulo hosti tradidimus, non ignari maiores no-
stros aliquando sese à Gallis auro redemisse, & à pa-
tribus nostris uiris strenuis Tarentum legatos redi-
mendorum captiuorum causa missos. Sed cum Gal-
lis & Pyrrho rege haud quidem tanta est clade di-
micatum, quanta nuper à nobis ad Cannas, ubi pa-
rentes campi Romanorum cadauerum cumulis te-
guntur. Nec funestæ illi pugne super sunt, nisi in qui-
bus trucidandis ferrum & uires hosti defuerunt. Nec
conditioni aut fortunæ illorum multum inuideo,
qui cursu & obscura nocte freti, abiectis armis, ex a-
cie profugerunt, & nunc gloriantur fortasse in se plus
prælidij esse reipub. quam in nobis. At illis ut uiris
fortibus utemini patres conscripti, & nos propitio-
res pro patria habebitis, si uestro beneficio redempti
fuerim. Delectū ex omni ætate habetis, & seruorū
aliquot milia armati dicuntur, non minor numerus
nofter est, ac precio pene minori redimi possumus,
quàm illi emuntur. Quibus si nos conferre uelim Ro-
mano nomini haud dubie sim iniurius. Illud etiā uo-
bis in mentē ueniat precamur, cui nos hosti relictu-
ri sitis, si redimi prohibeamur: Pyrrho qui nō hostiū

Marcellus Canusiu mittitur.

Precium redimendorum ciuium.

Carthalo de nunciata. Oratio M. Iunij ad senatum.

numero captiuos habuit, an Barbaro & Pœno qui
 urum auarior an crudelior, haud satis æstimari po-
 rest. Moueret uos profecto non minus squallor &
 deformitas uestrorum ciuium, qui in carenis & uin-
 culis iacent, quàm si legiones uestras Cannensibus
 campis stratas cerneretis. Videre & audire potestis
 preces & lachrymas nostrorum affinium & cogna-
 torum uestrum decretum expectantium, quum hi
 pro nobis tam solliciti sint, quem arbitramini illorū
 animum esse, quorum in discrimine uita & libertas
 sita est? Hannibal præter naturam in nos mitis, at si
 à uobis indigni censeamur quos redimi oporteat,
 nihil est cur amplius nostrum quiquam uelit uiue-
 re, suum cuique ingenium est pariter cōscripti. Scio
 ego uitam corpusque meū in discrimine esse. Mul-
 to magis me famę periculum mouet, ne damnati &
 repulsi à uobis abeamus. Neque enim nos homines
 precio pepercisse credent, sed nos indignos iudica-
 se, qui in numero uestrorū ciuiū haberemur. Quod
 ne tali ignominia afficiatis, oramus supplices & ob-
 testamur. Vbi is orandi finem fecit, cōsultum flebilis
 clamor sublatus est ab ijs qui in uestibulo stabant,
 ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent obre-
 scantibus. Submotis arbitris senatus ceptus est cōsuli,
 ibi cum sententijs uariaretur, alijque de publico redi-
 mendos censerent, alij eam impensam tali tempore
 publice faciendam negarent, ceterum prohibendū
 non esse quin ex suo quisque se redimeret, mutuoque
 dandam non habentibus pecuniam ex publico, præ-
 dibus prius ut cautū Arario esset, acceptis, T. Man-
 lius Torquatus, acerba oratione in illorum ignantiā
 inuectus, qui quum noctū Sempronium Tuditanū
 ducem secuti, in tutum abire potuissent, metu & de-
 sideria torpentes in castris opprimi, turpiterque capi ma-
 luisse, censuit eos nullo modo redimendos, quo-
 niam tali milite uti reipu. minime expediret. Quod
 si etiam utile foret, hostem Romana pecunia ditari
 à præsentis rerum statu esset alienum. Traxit Milius
 huiusmodi sermone patres in sententiam, respon-
 sumque datum, non placere captiuos redimi. Tum
 redintegratus est luctus, maiorque lamentatio orta,
 ob tot ciuium iacturam. Propinqui cum fetu & la-
 mentatione legatos abeuntes sunt ad portas profe-
 cuti. Vnus qui praua interpretatione se in reuorando
 solutum arbitrabatur, quia in castra rediisset, domi
 mansit. Quod ubi in curiam est allatum, uniuersus
 senatus eum comprehensum sub custodia ad Han-
 nibalem duci censuit. Est & alia de legatis fama, bis
 legatos milites, ac decem qui prius uenerant quia in
 castra ex itinere reuersi essent, ut uelut captiuorum
 nomina cognituri, tanquam soluti religione reman-
 sisse, ac in his dedendis actum magna contentione
 in senatu, paucisque sententijs uictos, qui eos deden-
 dos censuerunt. Cæterum sequentibus censoribus
 adeo ignominiose notati sunt, ut eorum quidam si-
 bi mortem cōficiuerint: alij non solum foro, sed lu-
 ce hominum, omniq; publico congressu in reliquū
 uitæ abstinerunt. Dum hæc Romæ fiebant, multi
 Italiæ populi rem Romanam in perpetuum concid-
 disse rati, ut leuia sunt hominum studia, & in melio-
 rem fortunam propensiora, ad Pœnū defecere. Fue-
 re hi Atrellani, Calatini, Samnites ferme omnes, Sur-
 rentini, Lucani, Brutij, & omnis magnæ Græciæ o-
 ra, Crotoniata, Metapontini, Locri, Apulorum pars
 non parua, Hirpini, & Cisalpinii omnes Galli. Nec
 frequens sociorū defectio Romanos mouit, ut pa-
 cis unquam mentio in curia facta sit. Tara in aduersis re-
 bus fuit Pop. Rom. constantia. In eo quoque non parū
 enituit inuictus ciuitatis animus: Varroni cōsuli
 Romā uenienti, etsi acceptæ cladis infamia fuit cau-
 sa, frequenter tamen ab omnibus itū est obuia. Gra-
 tiæ in superactæ, quod in aduersis rebus de republ.
 nō desperasset. Erant res Romanæ in hoc statu, quū
 interim Philippus Demetrii filius in Macedonia re-

gnabat: Achæus late terram circa Taurū montē re-
 gis appellatione obtinebat. Antiochus cui magno
 cognomen fuit, in Syria. Ariarates in Cappadocia.
 In Ægypto Ptolemæus Philopator. Cæterum Antio-
 chus & Ptolemæus, dum Italiam Hannibal ue-
 xat armis, graue inter se bellum quod Syriacum est
 dictum, gessere. Et Philippus cum Lacedæmonijs
 atque Ætolis non minus hostiliter contendit. Huius
 belli causa ex Ætolorum iniuria orta est, quod eo-
 rum piratæ, quum Messeniorum res latrocinio infe-
 starent, Dorimachum illustrem quendam Ætolum,
 qui tum forte in Peloponneso erat, ad res reddendas
 Messenij compulerunt. Reuersus is in Ætoliā auro-
 tor suis popularibus fuit, belli aduersus Messenios
 decernendi. Nec multo post creatus dux gentis est
 cum Scopā uiro inter Ætolos illustri, sed quia cun-
 ctantius Ætoli arma induebant, quum nulla hōne-
 sta decreti belli adesset causa, totius gentis iniussu
 duces ipsi bellum, Messenij, Achæis, Epirotis, Acar-
 nanibus, & Macedonibus, Philippj pueritia freti,
 qui tum septemdecim erat annos natus, uno tempo-
 re inferunt. Horum piratæ in prædam dimissi, Ma-
 cedonicam nauim uis subita interceptiunt, prædan-
 turque; maritimam Epiri oram, Cephalenij quoque
 plura adimūt, & in Peloponneso Clarium circa Me-
 galopolim occupant, inde late piraticam exercent.
 Nec ita multo post Scopas & Dorimachus Cepha-
 leniorum nauibus usi ex Rhio in Peloponnesum
 transmittunt, inde cum exercitu Messenium agrum
 ingressi. omni populatione & incendio foedant. Achæi
 publico decreto aduersus Ætolos pro Messenij
 Arati ductu arma capiunt. Fuit Aratus præclaro
 ingenio, facunde loqui, & prudenter multa ex-
 cogitare, excogitata diligenter exequi. In ciuilibus
 discordijs tolerandis mitis. In societatibus & ami-
 citijs iungendis nemini secundus. Pari ingenio fal-
 lere hostem, moliri insidias, machinas intendere. Au-
 dax ad hæc & laboribus tolerandis ac periculis à pueri-
 tia assuetus. Cæterum tardus consilio, quum dimi-
 candū erat, & in aduendū periculis timidus, adeo
 non solum corpora, sed animos etiam sui dissimiles
 finxit interdum natura. Multi quidem reperiuntur
 qui singulari certamine ualeant, in acie autem sint
 supra quàm dici possit timidi, quod in quibusdam
 etiam gentibus est obseruatum. Thessali equites cō-
 ferti insuperabiles in prælio olim habiti, per partes
 dimicaturi timidi & fugaces. Cretenses terrestribus
 & naualibus prælijs ad insidias, rapinas, nocturnos
 insultus, & omnia insidiarum genera promptissimi,
 prælio legitimo congressi pauidi & inutiles. Qui-
 bus Achæi & Macedones maxime fuerint contra-
 rij. Nec ita multi dies intercessere, quibus Aratus
 cum tribus milibus Achæorum, & trecentis equi-
 tibus ad Caphias Ætolis ex Messenio agro profe-
 ctis occurrit. Hicque prælio parum prospere com-
 missio, fusi fugatique sunt Achæi, qua uictoria Sco-
 pas & Dorimachus freti, exercitū per mediam Pe-
 loponnesum ducto per Isthmi angustias in Ætoliā
 abierunt. Et hinc quidem causæ socialis belli cum
 Ætolis postea gesti, potissimum extiterunt. Aratus
 ab hominibus aduersæ factionis in publico Achæo-
 rum concilio accusatus, quod ipsius opera ea nuper
 esset clades accepta, quippe qui neque loco, neque tem-
 pore, neque legitimis copijs in re gerenda esset usus,
 in magno odio erat. Vbi uero domum uenit, concilium
 ingressus, res à se pro salute Achæorum gestas
 explicauit, cladisque paucis illis diebus acceptæ ra-
 tionem in medium attulit, nec penes se culpam ma-
 le gestæ rei esse ostendit. Ita fando multitudinis cir-
 cumiegit animū, ut odio in homines aduersæ factio-
 nis deflexo, nihil deinceps decerni placuerit, quod
 ex Arati consilio & autoritate non esset decretū. Et
 hæc in Peloponneso terra Mariæque gesta, centesima
 ac undequadragesima Olympiade, quinquentio
 fer-

Syriacum bellum.

Cynetha captiur.

Arcadii ritus. Musica studij.

Diuersitate rati ingenium.

Thessalica quites. Cretensis.

Gravissima sententia.

Qualis pax esse debeat.

Arati facilius in dicendo.

ferme antequam Hannibal Romanos ad Cannas uic-
 cisset, unde nuper stilum & extremarum gentium ge-
 sta deflexi. Achæi post cladem ad Caphias acceptam
 ad Philippū & Epirotas socios misere questū Æto-
 lorum iniuriā, qui bis iam hostiliter essent Pelopon-
 nesum ingressi, ut Messenios in societatem accipere
 liceret, & ut Philippus & Epirotæ unā Messenij in-
 digna pallsi auxiliarentur. Miserunt & ad Lacedæ-
 monios, ut ex formula pararent militem ad Ætoli-
 cum bellum. Illi per legatos diuersarum partium oc-
 culte sollicitati, haud multo post ab Achæorum socie-
 tate alienati, cum Ætolis fœdus & societatem iun-
 gunt. Dorimachus & Scopas, qui ne Achæis quidem
 & socijs quiescentibus quiescere potuissent, Scerdila-
 ida Illyricorum rege sibi adiuncto, duarū gentium
 exercitibus quasi suo ductu, nō publico Ætolorum
 cōsilio, tertio Peloponnesum irrumpit, Cynethamque
 Arcadię urbem proditione captam, magna ex parte
 diripiunt, direptæ præsidium imponunt. Inde sacra
 Dianæ quæ fuit inter Cynetham & Clytorium ar-
 mēta gregesque populati, quia Achæi in armis esse di-
 cerentur, & ex Macedoniā præsidium affuturi: Cy-
 netha incensa Rhium cū copijs cōcedunt, & ex Rhio
 in Ætoliā transmittūt. Cynethensium cladem Achæi
 & ceteri Peloponnesenses leuiter tulerunt, eam
 cladem merito illis accidisse rati, quod patrio Arcadum
 more neglecto spretoque; musicę studio & exer-
 citatione, in tantam deuenissent feritatem, ut ob sce-
 lera quæ assidue in ea urbe paratæ erant, omnibus cir-
 cūiectis gentibus odio essent. Vetus mos Arcadum
 fuit, usque ad trigessimū uitæ annū in musicæ stu-
 dijs exerceri, adeo ut eam artem ignorare probri lo-
 co poneretur. Perusuam habuit gens ipsa, mores &
 ingenia talibus studijs miscere, atque; eo fortasse ars
 ipsa ab his libentius recepta, quod montuosa ferē
 sit Arcadia, quibus locis asperiora ingenia ac durio-
 ra, tristitia cœli & frigidibus gigni oporteat. Philip-
 pus post Ætolorum digressum, cum exercitu in Pe-
 loponnesum uenit, ubi Lacedæmoniorū rebus com-
 positis, quæ domestica erant seditione turbatæ, re-
 nouatæque; cum his societate publico Achæorum con-
 uentu ob iniurias socijs illatas auctor extitit, ut bel-
 lum Ætolis indiceret, datis prius ad eam gentem
 literis, ut si quid haberent quod iuste afferre possent
 cōtra sociorum querelas, mitterent qui coram se in
 publico Achæorum concilio facta excusarent. Res-
 ponsum est Ætolos ante publicum gentis conciliū
 nihil decreturos. Philippus accepta ab Achæis pecu-
 nia ad conducendum militem in Macedoniam con-
 celsit, Scerdilaidamque; ab Ætolis alienauit, certam ei
 pecuniam pollicitus. Sic sanē comparatū est, ut ma-
 lorum etiam societas, nisi iustitia & æquitas in me-
 dio seruetur, facile frāgatur. Fraudatus Scerdilaidas
 ab Ætolis Cynethæ præda, insidis socijs iratus Phi-
 lippj partes se qui constituit, pollicitus se cum trigin-
 ta lembis Ætolia oram infestaturum. Et iam utrin-
 que arma parabantur ad bellum, cum Messenij quo-
 rum causa id bellum exarserat moturos se prius ali-
 quid negarunt, quàm sociorum opera Phigaleā ur-
 bem in montibus sitam recepissent, quam Ætoli per
 iniuriam occupauerant, per quod uili sunt ignora-
 re, quid suæ reipublicæ potissimum expediret. Si-
 quidem fugiendum est bellum, haud tamen ita fu-
 giendum, ut omnia, ne in id incidamus, sustinere per-
 petique uelimus. Nec Pindarus omnino utiliter in
 suis poematibus Thebanos ciues suos hortatus est,
 qui ita monuit, ut cæteris posthabitis, pacem dux-
 se iuste sit & honesta, omnium rerum pulcherrima at-
 que optima. Cæterum nihil faciendum iniuste aut
 turpiter, ut pace frui possimus. Etenim Messenij ta-
 le accidit, ut cum cupidissimi pacis essent uniusque
 rei in primis studiosi, in maxima sæpe discrimina pa-
 triæ statum adduxerint, quippe qui quum inter Ar-

Acades & Lacedæmonios bellantes se medios gere-
 rent, neutrius partis gratiam promeriti, alterutrius
 ciuitatis iniurias sæpius sunt experti. Lacedæmonij
 non solum non ambigue responderunt, sed solenni
 die magistratibus in templo Palladis impię cæcis, fœ-
 dus cum Ætolis percusserunt, multum spei in Cleo-
 mene habentes, qui in Ægypto tertium iam annum
 exulabat, cuius aduentum præstolabantur. Vique-
 adeo manuetudo principum & benignitas ualeat,
 ut non solum quum præsentis sunt, uerum quū lon-
 gissime etiam absunt, quosdam quasi fomites amo-
 ris erga se animis hominum relinquunt. Verū Cleo-
 menis morte nunciata, quod suo loco explicabitur,
 Agesipolim & Lycurgum reges creauere. Lycurgus
 cum delecta manu Argiuorum fines ingressus Po-
 lichnam, Prasiā, Leuchnam, Cyphantem, & alia
 quædam oppida improuiso accessu occupat. Agrum
 omnem Argiuum ferro & igni populatur, ingenti
 inde præda domū abducta. Spartiatæ præsentis suc-
 cessu elati, bellum Achæis indicunt, additi socij Æ-
 roli & Elienses. Ita accidit, ut Philippo adhuc in
 cogendo milite occupato Messenij, Epirotis, & alijs
 socijs quiescentibus, Achæi pluribus locis præter spē
 uno tempore premerentur. Erat tum Scopas Æto-
 lorum dux, qui in magistratu adhuc paulum mansu-
 rus erat. Ætoli paulo post æquinoctium autumnum, in
 unum de repub. acturi coibant, Achæi uero nō tēpore
 circa Vergiliarum exortum, qui Aratum Arati filium
 belli ducem sibi creauere. Inciderunt hæc in id tem-
 pus, quo Amylius Phariū Demetrium uicit in Illy-
 rico, qui primus annus fuit secundi belli Punici. Et
 Antiochus Theodoti proditione, ut non multo post
 diceretur, Tyrum & Prolemaidem occupauit. Er Rhodij
 Bizantijs bellum intulere. Colunt Bizantijs urbē
 quum loci natura munitissimam tum ad omniū re-
 rum feracitatē, quibus humana uita fruitur, oppor-
 tunissimam, in ostio Ponticæ maris sitam, qua uena-
 les serui olim, coria, mel, cera, & salsamenta, ut ho-
 die, aliaque; Pōtica negocia nisi ipsis uolētibus, in Græ-
 ciam & cæterā Europā prætereuehi nequeat. Enim-
 uero Pōticū mare late supra Bizantiū patet, cuius cir-
 cuitus duo habet & xx. stadiorū milia binis ostijs ex
 aduerso sibi respondentibus, quorū uno Mæoris pa-
 lus, quæ octo milia stadiorū amplectitur suo circui-
 tu, sese in Pontū exonerat. Has freti angustias Cim-
 meriū Bosphorū uocat, stadiorū triginta latitudine,
 duplo maiori lōgitudine. Altero Pontus in Propon-
 tidē defluit. Eius lōgitudo centū habet stadia, latitudo
 uero xx. nec ubique eadē. Inter Bizantiū & Chalce-
 donē xiiij. duntaxat intersunt stadia. Habet id men-
 suræ genus, ut alio est loco demonstratū, cxxv. pas-
 sus, ita ut octo numero stadia miliarium unum con-
 ficiant. Circa Hermæum Europæ promontorium an-
 gustissimū est fretum, quinque; nec amplius stadia pa-
 tens, quas angustias Darius maior commisit ponte,
 in Scythas exercitum transmissurus. In utroque; Bos-
 phoro unicus à septentrione in meridiem obserua-
 tur fluxus, aut quia aquæ decursu fluminū in Mæo-
 rim & Pontum usque adeo angeantur, ut ibi exone-
 rari necesse sit, aut Ponti alueo fluuiialium ostiorum
 exaggeratione repleta, humorem ostio exinaniri o-
 porteat. Sed de his longior alibi habitus est sermo.
 Tali igitur locorum opportunitate Bizantijs freti, af-
 siduis cum Thracum gente bellis exhausti, Gallo-
 rumque; iniurijs, qui post Delphicam expeditionem
 periculo seruati locis Bizantijs proximis confederat.
 Ab his Bizantijs quum quotannis sibi octoginta ta-
 lentis pacē redimerent, pecuniarū inopia statuerunt
 uectigal exigere ab omnibus qui in Pontum nauiga-
 rent. Tulerunt id grauius alij Græcorum, sed Rhodij
 omnium grauisime, quorum opes tum late ma-
 ris imperio pollebant. Miserunt itaque Rhodij ab
 initio legatos Bizantiū, qui de uectigali remittendo
 amice agerent. Cæterum quum nihil imperaretur,
 bellum

Ætolorum & Achæorū conuentus.

Bizantium.

Bosphorus Cimmerius.

Rhodij bellum Bizantijs indicunt.

bellum Bizantijs intulere, Prusia Bithynię rege in bello societate ascito, Bizantij & ipsi Acheum circa Taurum ample dominantem, & Attalum regem sibi iugit. Erat Acheus Antiochi propinquus, qui a Seleuco Seleuci filio & Antiochi fratre maiore natu, ad arcedam Attali uim missus, omnia circa Taurum montem incredibili successu occupauerat. Taurum transfessus breui ex tota penē regione Attalū eiecit. Interim Seleuc⁹ a Paturio Gallo & Nicanore dolis circumuentus interijt, cæteris ab Antiocho fratre occupatis. Acheus Nicanore & Paturio in Seleuci ultionem interfecit, quasi eam regni partē Antiocho ad huc puero defensus, quicquid armis occupauerat retinere persequeretur, omnibusq; præter Pergamū, Attalo ademptis, eō audacię gestarum rerū successu euectus est, ut regni nomen & insignē receperit. Sed id aliquāto postea accidit. Huius igitur societate fratri Bizantij, magno animo illarum bellum excipiūt. Tyboetam adhuc ex Macedonia accersunt, quē Prusia opponeret, ipsi Rhodijs mari occurrunt. Prusias Phanium locū opportunitissimū in aduersa parte Asię primo impetu occupauit. Omnē præterea Asię orā quā Bizantij plures annos possederant fœde populatur. Rhodij præterea ut Achæum a Bizantijs alienarēt, a Ptolemao Ægypti rege impetrāt, ut sibi Andromachum Achæi patrē, quem ille in uinculis habebat, cōdonaret. Erat Andromachus frater Laodices, quæ fuit Seleuci cōiunx. Acheus patre sibi Rhodiorū beneficio restituto, ne ingratus haberetur, Bizantium societate posthabita, Rhodios amice amplectitur. Tiboetas præterea, quem ex Thracia Bizantij ad bellum expectabat, sub id tempus fato perijt, quæ clades uehementer Bizantios afflixit. Prusias & ipse ob hæc ferocior coortus, hostes ipsos intra mœnia compulit. Interuentu inde Cauari Gallorum reguli, his conditionibus bellum utrinq; est solutum, ut Bizantij nullū uectigalis exigendi ius haberent, Prusias omnibus quæ illis ademerat restituit, Bizantium amicus fieret. Atq; Rhodiorum & Prusiæ bellum, aduersus Bizantios, hunc exitum habuit. Sub id tēpus Gnosij ē Creta legatos Rhodum miserē, naues aliquot aduersus eos, qui a se defeceant, a Rhodijs petētes. Gnosij & Gortinij inito inter se fœdere insulam subiugarant, præter Lycitios, qui soli omnium iugum detrectabāt. Quū igitur duo principis populi Lyciorum excidio imminerēt, ita accidit, ut orta inter eos discordia, pleræque ciuitates relicta Gnosiorum amicitia, cum Lycitios suas ope sociarint. Gortiniorum quoque uaria erant studia. Iuniorum multitudo cum Lycitios sentire, Seniores Gnosiorum erant. Gnosij subita sociorum defectione commoti, mille homines ex Ætolia accersunt, quibus freti Gortiniorum iuentute partim cæsa, partim in exilium acta, Gortiniam senioribus tradentibus occupant. Inde & Lycium ciuibus in expeditionem profectis subita uic capiunt, captam inbelli multitudine prius emissa incendunt. Atque ita Lycios Lacedæmoniorum colonia Cretæ urbium antiquissima interijt. Bellum erat tamen nihil fecius cum Lampeis & Polyreneis & alijs plerisque populis, & in primis aduersus Gortiniorum exules, qui Pheasiorum portu in seflo, urbem crebris excursionibus infestabant. Ad hos uic comprimentos, maritima auxilia a Rhodijs per legatos Gnosij petierant. Polyrenei & Lampei, quia Ætoli Gnosiorum rebus fauebant, cū Philippo rege & Achæis fœdus & amicitiam iungunt, quo contigit, ut & ipsi non multo post a socijs sint auxiliarijs copijs adiuti. Atque ita Cretenses inter se suis sociorumque uiribus bellabant, quo sane tempore Sinopenes & ipsi a Rhodijs contra Mitridatem regem auxiliari petiere. Fuit Sinope in Chersoneso sita, in parte dextra Ponti, circa Phasis ostium. Cæterum dum res Sinopēsiū Mitridates oppugnat, Dorimachus

Acheus.

Prusias.

Ptolemæus.

Gnosij. Gortinij.

Lycii excidit.

Sinope.

Ætolorum dux Egiram in Peloponneso prodicione occupat. Fuit id oppidum inter Ægium & Sycionem, iuxta Corinthiacum sinum, septem circiter stadia a mari distans. Recepterant se ex Egiritis plerique subito malo consternati in arcem, quæ nuda erat mœnibus: huc Dorimachus dux, & Alexander eius collega per contemptum succedentes non solum repulsi sunt, sed Alexadro cadente, Ætoli cum multa strage sunt ex urbe eiecti, in agris quoque non parua fuga & dispalantium cædes fuit, adeo ut pauci incolomes domum reuersi sint. Elienses qui cum Spartanis & Ætolis sentiebant, Euripidis Ætoli ductu, Dymenses, Pharesenses, & Tritenses insidijs exceptos cum cæde multa profligant, quo successu Euripides elatus, Dymenium castellum cepit. Incolæ Murum uocant, ab Hercule olim, ut fama fuit, communitum, quum Elienses bello premeret. Pari inde successu aliquot Elienses oppida Dymensibus ademerunt, qui auxilio ab Arato Achæorum duce frustra implorato, cum Tritensibus unā & Pharesensibus decretum tulerunt, ne in bellum usum amplius Achæis pecuniam soluerent. Tres itaque populi, uiribus inter se confociatis, aliquot peditem centurias cum equitū auxilia publice conducunt, atque ita uelut ab Achæorum societate disuncti per se bellū alebant. Et res Peloponnesiæ in hunc se modum habebāt, quum Philippus diuersa parte bellum gerēs, Ambracum quadraginta dierum spatio expugnauit. Erat Ambracum Ambraciorum oppidū, naturali situ & duplici muro munitum, ita undiq; paludibus clausum, ut unum duntaxat a terra haberet aditum, atq; hinc ipsius manu factum. Ambracum captum Epirotis in quorum gratiam locum expugnauerat, Philippus habedum tradidit, Ambracium in Acarnaniam trāsmisit. Fluuit is sinus a mari Siculo, ostioque sexcentorum passuum Acarnaniam ab Epiro diuidit, hanc a septentrione, illam a meridie habens. Extenditur inter utraq; terrarum introrsum tercentū circiter stadia. Macedo Acarnaniam ingressus Poëtiā Ætolię urbē conditione deditam cepit. Cohortem interea Ætolorum, quæ præsidio ueniebat, incautē urbi appropinquantem, cum multa cæde disiecit. Poëtia recepta, Stratensem agrum Philippus ingressus, ad Acheloum castra fecit, obseditque aliquot dies Straton, unde digressus Metropolim a cultoribus metu relictum incendit. Latē inde cum populatione & incendio euagatus, plura Ætolorum oppida in potestatem redegit. In Eniadas mox bellum translaturus Peaniam non sine laborioso certamine expugnatum diruit, tignis & tegulis rate ad Eniadas transeuctis, ad tabernaculorum & bellicorum operum usum. Sed oppugnatione nulla opus fuit, sine uic oppido est Macedo potitus, metu ab hoste nuper relicto. Inde in Calydonia Elaon oppidum expugnat, cuius arcem ad usum belli communiuit. Hic Philippus literis & nuncijs certior factus Dardanos Macedoniæ imminere, Achæorum legatis, qui & ipsi opem imploratum uenerant, bene sperare iussis, quum in Macedoniam se reciperet, Ambracium sinū transfugienti Demetrius Pharius occurrit, qui ab Æmylio, ut supra est significatum, ex Illyrico pulsus exiliū sedem quærebat. Hunc Philippus humane complexus Corinthum ire iubet, indeque in Pellam urbem ad se uenire. Reditus regis in Macedoniam omnem Dardanorum motum disiecit. Sub id tempus Æmylius de Illyrijs triumphauit, & Hannibal Sagunto capto, in hyberna concessit. Sed hæc in Romanarum rerum relatione, quæ ordine præcedunt, suo loco diximus. Dorimachus post Philippi discessum ab Ætolis dux creatus, Epiro ingressus, Templum Dodonæi Iouis hostiliter diripuit & euertit. Instabatque iam hyems, quum Philippus sex milib⁹ hominū citato agmine

Egira.

Philippi gesta in Ætolis. Ambracum.

Poëtia.

Philippi transitus in Peloponnesum.

Corinthum occultē ductis, ut hostes de suo aduētū celaret, Achæorum ad se ducibus accersitis, Euripidem Eliensium ducem, duas legiones trahentem, & cum his mercenarium militē, ad Apearū collē x. stadia a Stymphaliorum urbe distantē adeptus, primo occurssu fudit, mille & cc. Eliensiu captis, cætera multitudine palsim a Macedonibus cæsa. Pauciores ceterum ex rāta uic hominum fuga seruati sunt. Secundū eam uictoriam rex ferocior factus, per niuosa Arcadię loca, ad Caphias primo, inde ad Psohidē oppidum duxit. Erat urbs omnium quæ in Arcadia fuerunt, antiquissima, & in media regione sita loco multitudine deditione receptam, Achæis habendam dedit. Euripides cum suis Corinthū & ex Corintho in Ætoliā unde uenerat est dimissus, inde Lasiōnem Eliensibus ademit, quam terrore præsidio uidit & cepit. Eliensis ager post hæc palsim populatione & incendio fœdatus. Cæptæ sunt per id tempus iniuriæ Achæis a Macedonibus fieri, eratq; iniuriarum autor Apelles Philippi tutor, qui ad eam gentē Macedonibus subigendam animū adiecerat. Pellebantur Achæi stationibus, præda fraudabantur, iam & uerbera intentari cœperant, quæ per Arathū ad Philippum delata, ut multa Philippus erat eloquētia & suauitate præditus, eum motum facile compressit. Ex Olympiā deinceps Macedo profectus, ad Ereā uenit, ubi uendita præda est que plurima hominum atq; omnifariam pecudum ex Eliensī agro fuerat abducta. Pōrem super Alpheum amnem de manubijs struxit. In Triphaliam inde est itum, terrā a Triphalio Arcadię ad Egiū gentium incolatu uult uideri nominatam. Cæterum undecunq; nomen terra sortita est, Macedo eam ingressus, Alpiram edito loco sitam, est Ætolorū præsidio tenebatur, multa uic oppugnat, arce, ut ad Psohidē, uoluntaria deditione potitus. Nec multo post Phialenses sese Philippo legatis ad id missis dederunt. Samico inde rex potitus est, unde Ætolorum præsidium eiecit. Post Samicum totam Triphaliam per deditionē recepit. Hisq; per mediam hyemem actis, Megalopolim Macedo cū toto exercitu se contulit, ex Megalopoli Argos. Interfuit in de Egiū publico concilio in quo Apellis iussu, autor exiit, ut Aratus homo Achæicæ libertatis studiosissimus publica submoue retur administratione, Epatusque aduersē factionis uir, dux in sequentem annū crearetur. Philippus Egiō profectus, Eliensibus inde eiectis, urbem Dymensibus restituit. Per literas, Messenijs, Epirotis, Acarnanibus, & Scerdilaidæ edicit, ut singuli cum suis nauibus, sibi in Cephalenia occurrerēt. Ipse Dymē præsidio firmata, cōtra Eliensium incursionem, Lecheo soluens, Paleam litoralem Cephaleniorum urbem subita oppugnatione adoritur. Erat is locus hostib⁹ ad trajiciendum in Peloponnesum cōmodissimus. Affuerunt interim auxiliariæ a socijs naues, & iā muro urbis machinis cōcusso, capta erat Palea, nisi quibus datum erat negocium in urbem irrumpendi uel ignauia, uel fraude tam segniter & timidē munus obuiissent, nec cum ignominia sint Macedones a mœnibus depulsi. Rex potiū de urbis spe frustratus, obfidionē soluit, atq; ex Cephalenia profectus in mediterranea Ætolorum irrūpere constituit, est Achæi per legatos in Peloponnesum reuocabant. Leucadē itaq; primo uenit, inde per Ambracium sinum in Ætoliā nauigauit. Aderant illi, præter Macedonum copias, Acarnanes & Epirotæ cupidi utrinq; iniuriarum, quas ab Ætolis fuerat passus, ulciscēdarum. Rex copijs in terrā expostis, itinere unius diei & noctis ad Acheloum uenit, amneq; inter Capedonē & Straton superato, Thermum ire pergit, Metapamq; inter eundem capit, eaque præsidio firmata, per angustias

Erymanthus fluius.

Apelles.

Triphalia.

Palea.

composito agmine, magna adhuc nocte, Thermum peruenit. Erat is locus celebris, solenni; Ætolicis nominis conuentu, multaq; opulentia refertus, omnis hostilis iniuriæ ad id tēpus immunis, ibi non solum prophana restā, sed sacra omnia diruta & incensa, quibus iudicatus est Philippus a maioribus degenerate. Alexander Thebis captus summam adhibuisse diligentiam dicitur, ne templa uiolarentur. Sic Asiatica expeditione, ab omni lucorum ædiumq; sacrarum iniuria abstinuit. Est, quis non uidet? impij hostis ac furiosi ea populari, quæ sunt ad religionis usum cōparata, statuas, lucos, aras, quibus diuitis nullum potest ad milites emolumentum peruenire, neque ad hostes detrimentum: haud enim decet bonū imperatorem, ad internicionē usq; bellare, sed quantum eorum qui iniuriā fecere, malefacta corrigantur. Tyranni non regis opus est, uictis & inuitis terrificē imperare, & mutuo odio cum his uiuere. Legitime imperantis, liberalitate & clementia subiectos gubernare, & inter suos mutua charitate uersari. Nec Ætolorum exemplum regem imitari oportuit, qui Dodonæi Iouis templum incenderant. Pulchrū est hostem uirtute non scelere, clementia non sauitia superare. Philippus Thermo profectus cōposito agmine retro abibat, nec dum angustias euaserat, quum ad tria milia Ætolorum ex insidijs coorti, extremū agmen carpere incipiunt. Macedo, est ad tales casus subsidijs omnia firmata, quia hostes obliuatius instabant, scutorum manu in occulto ledere iussa, Ætolos ferocius inuectos insidijs excipit, exceptos ad centum & amplius obruncat: quia clade percussū hostes omnem ferociam & impetum remissere. Inde Acheloo superato, circa Straton Ætoli recenti prælio uicti sunt. Macedo ad naues reuersus Leucadem nauigauit, ubi prædā large partitus est. In Peloponneso interea Lycurgus cum Spartanorū manu Eleam cepit. Arcem, quō se oppidani receperant, obtinere non potuit. Dorimachus, qui in Thessaliā irruperat, per eos dies quibus Philippus Thermum diripuit, ubi de Macedonum accessu factus est certior, nulla re memorabili in Thessalia gesta, ut patriæ auxilium ferret, magnis itineribus in Ætoliā uenit, ob domesticam cladem in suorum mœrorum incidit & luctum multo sua opinione maiorem. Macedo interim Leucade profectus, omnem maritimam Ætolię partem populatus, Corinthum processit, nauibus in Lecheo relictis. Corintho inde digressus, cum toto exercitu & Achæorum appendicibus, per ardua & deserta montium ad Menalum peruenit. Spartanis subito accessu stupentibus, ad Amyclas nono die quā Corintho discesserat, castra fecit. Erant Amyclæ in Spartano agro omni frugum genere feracissimę uiginti stadia ab Lacedæmone. Postridie omnem circumiectam regionem populatur Philippus, ac plures deinceps dies per hosticum euagatus. Gythium Lacedæmoniorum nauale triginta stadia ab urbe petijt. Quicquid agri huic & Eleæ adiacet, quum pari clade afflixisset, ad Amyclas est reuersus. Lycurgus interea duomilia Messeniorum qui ad Philippum ueniebant in Glympem oppidum compulerat, eoque successu ferrox factus, prælij fortunam experiri constituit. Cum duobus igitur milibus colles, qui Eurotæ imminēt, occupat, edicitque ut Lacedæmonij ubi confertum prælium uiderint, non uno loco eruptionem faciant ex urbe, qui ut aliquanto angustius intrerualum regi ad euadendū relinqueret, ruptis Eurotæ aggeribus, omnia fluuiō circumiecta loca inundatione compleuit. Philippus mercenarios in Lycurgum misit, inde quum scutatos & Illyricos subiecisset, centum circiter Spartanorū cælis, cæteris cum Lycurgo fuga disiectis, loco est potitus, exercitūque ultra flumen per ocium traducto, Corinthum redijt. Hic Philippus in grauem militum seditionem

Thermi excidit.

Optimi imperatoris partes.

Ætoli bñ uincuntur.

Amyclæ.

Lycurgum uincuntur.

ditionem incidit, cuius motus autores fuerant Leontius & Ptolemæus, qui primum apud regem locum obrinebant. Coniurauerat hi cum Apelle tutore regis in Philippum adhuc adolescentem, quia ille Arati uiri prudentissimi consilij libentius quam suis ueretur. Cæterum militari seditione compressa, Leontius & qui cum eo conspirauerant, haud multo post sui sceleris luerunt pœnas. Nec regem latebat quorsum tenderent suorum procerum consilia, qui maluisse se, ut puerum, obsequentiorem habere, & ad sua uota magis opportunum. Leontius igitur maiestatis conuictus in castris interfectus est. Mega leas, quum ad supplicium requireretur, Thebis quo confugerat sibi mortē consciiuit. Appelles deinceps & filius supplicio dediti. Erat iam autumnus tempus eius anni quo Hannibal in Italiam descendit. Philippus militibus in hyberna dimissis non multo post in Macedoniam abiit. Spartani interim Lycurgum regem, quia rumor erat eum nouis rebus studere, factō in eius domum impetu urbe extorquendum eijciunt. Eratque hic rerum status in Europa: in Asia interim graue inter Antiochum & Ptolemæum bellum gerebatur, tulit is a paterna cæde Philopatoris cognomen, qui quietiorem statum temporum nactus, quū Philippus & Antiochus admodum adolescentis essent, ac propterea minime formidolosi, diuersa in maioribus uia ingressus, se ocio & desidie tradidit, ut breui non externis modo gentibus, sed domesticis quoque contemptui esse cœperit. Fœdis itaq; amoribus & remulentiæ addictus inuenit sui regni insidiatores. Primus itaq; Cleomenes Lacedæmonius fuit, is magno prælio ab Antigono uictus, ut supra est memoratum, in Ægyptum nauigauerat, ubi hospitaliter ab Euergete Ptolemæo, qui Philopatoris fuit, pater exceptus, apud eum quoad uixit in magno honore fuit. Mox ubi Philopatoris parricidio regnum occupauit, tentauit ille bona regis uenia, Lacedæmonem abire, regnum recuperaturus, post Antigoni interitum. Id ille non solum non impetrauit, sed suspectus etiam ob egregiam animi uirtutē Philopatoris esse cepit. Formidolosa est & suspecta tyrānis uirtus. Appulit interim Alexandriam Nicagoras quidam Mæsiensis, uenales equos aduehens, is reconciliatam habebat cum Cleomene amicitiam, sed parum integra fide, quod eius postea facinus declarauit. Hunc, Cleomenes circa portum in ambulans, sub ipsum appulsum intuitus, quum amice salutasset, ad quid uenisset percontatus, ubi navigationis causam, & quid secum ueheret, audiuit, quā uelē, inquit, Cinædos potius aduehisses & Sambucas. Nam his præcipue rex delectabatur. Hic quum Nicagoras Sosibio, cuius summa erat apud regem auctoritas, detulisset, barbari impulsu epistola in Cleomenem confinxit, suspicionibus plenam, qua post Nicagoræ discessum ad regem delata, in custodiam Cleomenes adductus est, liberaliter tamen apud custodes & in summo honore habebatur. Sed quum nullam meliorem spem Cleomenes in futurum haberet, rege Canobum profecto, custodibus deceptis, in publicum cum paucis suorum stricto ferro erupit, ibique Ptolemæo quodam, ad custodiam urbis relicto, qui forte in eum motum inciderat, interfecto, ciues ad libertatem hortabatur, ad quam uocē quum nemo moueretur, in arcē imperū fecit, quasi eam per occasionem occupaturus. Hinc quoque uicclusus, cū ijs quos circa se habuit, ut fortiter moreretur, sibi manum intulit. Habuitque Cleomenes hunc exitum, in quo nihil regium desuit, præter regnum. Theodotus inde Ætolus qui inferiori Syriæ præerat, regis ignauiam peruersus, & offensus præter ea illi grauitur, quod quum nuper quædam aduersus Antiochum mouisset, ut prouinciam sibi creditam fortiter tueretur, Alexandriam accersitus, capite propemodū fuerat periclitatus, Ob hæc ille infesto ani-

Leontius.

Philopatoris ignauis.

Nicagore perit.

Cleomenis interitus.

mo in regē, occultē Antiocho se Syriæ urbes daturū pollicetur. Præfecerat Antiochus Molonem & Alexandrum fratres, hunc Persidē, illum Mediē, quorum defectio regi nunciata est sub id tēpus, quo occupandæ per Theodotum Syriæ occasio oblata est. Xeone itaq; & Theodoro quodam cum copijs in Mediā & Persidem missis, ipse ad Syriacum bellum exiturus, dū in Seleucia adhuc esset, Diognetus clasis præfectus Laodiceum Mitridatis Pontici regis filiam uirginem regi desponsam, nauim aduexit. Celebratis itaq; magno apparatu nuptijs, regnoq; uxori relicto, Antiochiam cōtendit. Nec ita multo post illi nūciatum est duces quos in Molonē miserat, pro uictis Media excessisse, hostēq; omnia latē obtinere. Quibus nuncijs Antiochus percussus, Syriaci belli consilio omisso, in Mediam continuo occurrisset, nisi ab Hermia Care, qui ob puerilem regis ætatem (erat tum Antiochus sexdecim annos natus) omnia suo nutu administrabat, Xenceta Achæo cū nouis copijs in Mediam misso, ad inceptum bellum exequendum regē confirmasset. Copijs igitur Apamiæ coactis Laodiceam rex concessit, mox ex Laodicea cū exercitu profectus, ad Mæsiam uenit locum inter Libanū & Antilibanū promontoria. Est is locus primo natura palustris, ex una parte oppidum imminet, quod Brochos dicitur, ex aduerso alterū Gerra nomine, inter utruq; arduus & inflexus collis. Per multos itaq; labores copijs huc traductis, rex Gerra exercitū admo uit. Sed præter spē omnia à Theodoro præsidij infessa offendit, & paludem fossa ualloq; obseptā. Primo uim inferre conatus est, cæterum quia nihil uis profutura uidebatur, & Theodor⁹ in Ptolemæi fide adhuc esset, ne plus incōmodi adiret q̄ inferret, incepto desistit. Sed nihil à præsentī bello æquē animū auertit, ac nouus de Xenceta nuncijs in castra allatus, quo cognitū est regis copias à Molone profigatas. Xencetas ex Seleucia cum Sufianæ & rubri maris oræ præfectis ad Tygrum peruenerat, ubi facta spe, fore, ut si copias flumen trāsmitteret, magna pars exercitus à Molone, qui odio esset militib⁹, ad regem transiret, exercitū ad ulteriorem ripam impigre traducto ad Molonis castra profectus, deserta ab hoste inuenit, multę opulentie plena. Ibi Xencetas ueram fugam arbitratus, quod Molo parum suis fideret, idcirco se expectare non fuisset ausus. Cū suis igitur cranulæ & ebrietati deditum altus oppressit somnus. Tum Molo conuerso per noctē curi castra sine certamine ingressus hostes ebrios & semisomnes ad satietatē cecidit. Pars non parua merū in fluium præcipitata uorticibus absorpta est. Secundum eam uictoriam Molo Seleuciam occupauit, mox & omnia Babylonie loca, & quicquid circa rubrū mare gētium fuit, eius armis cesserat. Antiochus igitur his nuncijs turbatus, ex Syria cum ualido exercitu ad hostem profectus, Tygrum tripertito copias traiecit. Dura oppidū obfisione soluit. Orico deinde monte superato in Apolloniam descendit. Et iam Molo ad xl. stadia à rege castra fecerat, qui quum suspectā haberet militum fidem, noctu expertum Antiochi castra inuadere, cum lectissima manu à suis silentio digressus ad regias munitiones iter intēdit. Ferebatur in hostem spei plenus, quum ei nunciatur decem milites ad regem transfugisse, tum ille infecta re sub lucem in castra reuersus, tantum subito accessu tumultum exciuit, ut parū abfuerit quin castra desererentur. Inde ubi illuxit rex quadrato agmine affuit, nullam pugnæ moram facturū. Modo est ob nocturnum tumultum cunctantius exiit, eduxit tamen in apertum copias. Hic haud magno quidem certamine opus fuit, confestim sinistrum Molonis cornu ad regē transiit. Ipse ea parte qua prælium inuenerat aliquadiu hostē sustinuit, uerū ubi signa desitui sensit, & qui circa se adhuc pugnant fluctuarent animo, satis gnarus quas pœnas regi daturus esset, si uiuus in eius

Hermia.

Mæsiā.

Xencetas suū de capitur.

Molonis interitus.

Hermes occiditur.

Seleucia.

Antiochi expe ditio in Syria.

in eius potestatem ueniret, sibi manum intulit. Nicolaus eius frater ex acie digressus, ubi in Persidem uenit, Molonis uxore & filios interfecit, inde se ipsum tranlegit ferro, Alexandrum alterum fratrem itidem fecisse arbitrat⁹, Molonis corp⁹ in celeberrima parte Mediæ cruci est affixū. In cæteros multa Antiochus est moderatione usus. Inde prouinciarum rebus exfentētia cōstituit, Artabazanem, cui bellū intulit, pene supplicem in amicitiam recepit, & Hermea tutorem suum, quem superbia & auaritia corruptū ad id tēpus tulerat, occidi imperauit. Fuerat ille adeo omnibus inuisus, ut Apameę uxorem eius mulieres populariter occiderint, & pueri liberos. Misit Antiochus ad Achæū, cuius priore libro mentio facta, qui de eius iniuria quereretur, quod per id tempus quo ipse aduersus Artabazanem exercitum duxit, ratus fore ut eo bello extingueretur, regi appellationem recepit, nec minus interea quæ ad Syriacū bellum attinebant, studio comparat. Mox ubi omnia affue-re, Seleuciam Phœnicie urbem obfisione cingit. Est hæc haud procul ab Oronte, qui ex Libano ortus in Antiochiā fertur, inde haud procul à Seleucia Phœnicie mari infunditur. Fuerat id oppidum multis retro annis in Ægypti regū potestate. Ptolemæus Euergetes, qui Romana uoce benefactor uocandus erat, primus urbe ipsa fuit potitus, quum ob Beronices casum, ut alio est loco significatum, exercitum in Syriam duxit. Antiochus uero terra mariq; adortus, posteaquam in suburbia penetrauit, & iam emporia capta erant, deditam à ciuib⁹ pacate accepit. Seleucia potitus, Theodoti literis in Syriam accersitur, qui a rege apertē alienatus, Tyrum & Ptolemadem obtinebat. Ad Narsiam igitur prius rex exercitum admouit. Hic Ptolemadem à Nicolao Philopatri duce obfideri auditum est. Tum uero haud cunctandū ratus, cæteris copijs Brochum admotis, ipse cum expeditis militibus ad soluendam obfisionem occurrit. Ad cuius aduentum regius dux territus, priusquam Antiochus in conspectum uenit, præsidio ab Berytanum saltum obtinendum misso, ipse cum cætero exercitu in tutum concessit. Antiochus hinc quoq; hostib⁹ subito accessu depulsis, in ipsis locorū angustijs castra fecit, hic reliquas copias expectaturus, quibus receptis continuo mora sunt castra. Affuit interim Theodotus qui Tyrū & Ptolemadem regi tradidit. Eum Antiochus humaniter complexus ubi exploratum habuit Ptolemæū occultē Memphim confugisse, eius uero copias ad Pelusium stare, confestim ad eas delatas occurrisset, nisi aquis omnia obtineri edoctus præcipiti consilio abstinuisset. Per Syriā inde euagatus, multas urbes in dedicationē accepit. Mox apperente hyeme, inducjs cum Ptolemæo in certum tempus pactis, Seleuciā in hyberna concessit, ubi per Ptolemæi legatos disceptatū est de iure Syriæ. Antiochus Seleucum & Antigoni, qui primi ea loca occupassent, post magni Alexandri interitum, uersissimos aiebat iustissimos que fuisse dominos, quare ad se qui à primo Seleuco oriundus esset, non ad Ptolemæū Syrię regnum attinere. Præterea Ptolemæum non sibi sed Seleuco aduersus Antigonom pugnasse, quo sublato quum Cassander Lyfimachus & Seleucus inter se regna diuisissent, Seleuco Syriā adiudicauerunt. Ptolemæi legati ruptum fœdus ante omnia querebatur. Inde dicere Ptolemæum Lagi, ea conditione cū Seleuco aduersus Antigonom bellasse, ut totius Asię imperium Seleuco, Syriā & Phœnicie Ptolemæo cederet. Hyeme per irritas altercationes absumpta, quū iā uer appeteret, Antiochus instructo exercitu Marathum primo uenit, per eum locum, quem incolæ dei Prolopon uocant, ingressus Berytum copias admouit, Botra urbe in itinere capta, Triere & Calamo incensis. Hic Theodoto & Nicharo iussis angustias circa Dicum amnem occupare, ipse cum præcipua

A exercitus parte ad Damuram fluium cōfedit. Paucis inde diebus ante Libanum, cuius angustias circa mare Nicolaus Ptolemæi dux obtinebat, terrestri prælio uno tempore & in mari dimicauit. Vtrobique Antiochus uictor, cælaque interea ad duo milia hominum, reliqui fuga dispersati, magna ex parte Sidonē, quo & Nicolaus deuenere, quo breui postea Antiochus cum exercitu uenit. Sidonem rex oppugnare non est ausus, ob hostium multitudinem quæ intus erat. Moris castris Philoteriam inuasit, iuxta paludem sitam, in quam Iordanis fluius elabatur. Ea urbe Antiochus breui potitus, Arybirum expugnauit, & Pellam, inde Camum, Geprum obtinuit. Quem Antiochi successum Arabes fecerit, illius partes amplexi, commeatu & auxilijs iuuerunt. Arabum opibus & amicitia fretus Antiochus, ulterius progressus, Galatē & Rabbata cepit. Hinc Cerea qui à Ptolemæo transfugerat in Samariam cum quinque milibus armatorum misso, Ptolemadem cum exercitu concessit, ibi proxima hyeme malsurus. Cæterum dum hæc in Syria geruntur, Achæus, Miliade & magna Pamphiliæ parte Attalo ademptra, Sardis copias admouit. Attalus Ego fatas Galathas secū habens, aliquot interim loca in Æolide recepit, quæ ad Achæum defecerant, inde Myfiam ingressus usq; ad flumen maximum processit, ubi deliquo Lunæ repente factō, Calatis que ulterius sequi recusantibus, Ego fatas circa Hellepontū collocauit, ipseq; Pergamum hybernātū se recipit. Vere deinceps sequentis anni ineunte, Antiochus & Ptolemæus, cum quā maximo uterq; potuit belli apparatu, in mediū processere. Ptolemæus Alexandria profectus, ultra lx. milia peditum & quinque equitū secū trahebat. Tres & septuaginta elephantos. Antiocho duo & septuaginta milia peditum, equitū sex milia, elephantum centum & duo aderant. Per Pelusium Philopator & Casium montē Gazam uenit, inde quinis castris ad Raphiam urbē cōfedit, quæ post Rhinocolura sita est, prima ciuitatum Syriæ Ægyptum aspectantiū. Huc Antiochus cum omnibus copijs progressus, decem stadia ab hoste castra locat. Nec ita multis interiectis diebus, ad quinque stadia propius translatis castris quotidie inter aquandū leuia intrinq; prælia ex occasione gerebatur. Interim Theodorus Ætolus, qui ab Ptolemæo ad Antiochum defecerat, speculatus interdū procul regium tabernaculum, noctu ignoto habitu hostium castra ingressus, sub auroram deceptis custodibus ad regem ingressus, duobus qui in tabernaculo cubabant uulneratis, & cum his Ptolemæi medico interfecto, incolumis in castra rediit. Illud regi saluti fuit, quod secretiore quodam loco quietem capiebat. Nec ita multo post, reges ipsi decreto in aciem descendunt. Vterque accuratissime suos ad pugnam instruit, opportunaque ad milites hortatione est usus. Ptolemæus læuum cornu cum Laodice sorore obtinebat: Antiochus cū regia phalange dextrum. Primum fuit prælium elephantorum, quorum mos est quum dimicant sedētibus incessere. Cæterum Ptolemæi elephantos, quia plurimum Libyci erant, & ob id timidiore, statim Indicis cessere, qui impetu uersis ingentem Ægyptiacæ phalangē attulerunt stragem, quo accidit ut ab initio in dextro cornu Antiochus superior fuerit. Sed quemadmodum hac parte fortuna prospere affuit, ita qui in læuo latere dimicabant à dextro Ptolemæi cornu pulsi sunt. Resistebatque adhuc, etsi beluarum impulsu non mediocriter cōcussa, Ptolemæica phalanx à læua parte, quū Antiochus ratus se uincere, sensit se magna ex parte uictum. Cursu igitur in alterum cornu delatus, ut ea parte pugnam repararet, ubi res perditas uidit, Raphiam profugit. Tum uero late cædes totis est campis edita, Ptolemæusq; ingentem uictoriam adeptus, summa cum læticia & gratulatione suorum sese in castra recepit. Antiochi

Antiochi gesta in Syria.

Antiochi successus.

Antiochi & Ptolemæi copie.

Raphia.

Theodoti factus.

Regum congressus.

Vincitur Antiochus.

ENNEADIS V. LIBER III.



In hoc statu erant res Asiae, quum Romani ad Cannas ingenti, ut diximus, sunt praelio superati, qua victoria fretus Hannibal ex Apulia profectus, in Hirpinis primo Confamine certamine tradita recepit, ibique parte una exercitus cum Magone relicta, quibus copijs ille propinquas urbes aut sponte deditas reciperet, aut inuitas ad deditioem compelleret, ipse ad inferum mare cursum intendit, Neapolim oppugnaturus. Seder Neapolis in Capano litore, cui Phlegraei campi a tergo circumiacent, nec Labotini multo inde remotiores. Eam Chalcidenses condiderunt, Parthenopen primo a Sirenis tumulo appellatam. Surrentum ex aduerso illi respondet, diuersa parte sinus cum Mineruae promontorio ubi Sireni fuit sedes. Pœnus loci opportunitatem secutus, ut portus aliquis sibi esset idoneus ad excipiendos ex Libya commeatu, huc progressus, Numidas urbem ad equitare præcepit, qui Neapolitanorum equitum aliquot temere in pugnam egressos, subito equorum circūactu in medium exceptos interfecere. Hannibal situ urbis & murorum apparatu inspecto, omni spe illius potiundæ abiecta, Capuam duxit. Florebat eam ea ciuitas longa felicitate & indulgentia fortunæ, immoderateque suam libertatem exercere, multoque immoderatus plebs id facere, cuius proprium est nihil scire: fuerat hæc semper antea senatui infesta, tum uero per Pacuuium Calanium aliquanto pacatior facta. Is iam inde ex quo Romani ad Trasimenum uicti sunt, ad Pœnorum societatem animū adiecerat, ad quod facinus exequendum, ut totius ciuitatis studia conciliata haberet, noua arte in reconciliandis ordinibus est usus. Senatū primo docuit quantum sibi periculi a plebe immineret, si nouæ rei occasio alicunde affuisset, haud dubiè, nisi mature obuiâ iret, fore, ut non multo post pauci a pluribus subita ui obtruncarentur. Verū habere se consilium multitudinis reconciliandæ, si suæ fidei senatus negocium permittat. Omnes ad unum metu percussī, Pacuuium orant, ut ex sua fide uniuerso ordini consuleret. Senatū itaque in curia clauso, Pacuuius in concionem procelsum, ubi multitudinem affatus, multum diuque, inquit, optastis ciues Campani uestros senatores tollere, at certo scio quando optata cædis potestas fiet a me uobis (clausi enim omnes in curia ut opportunitates ad iniuriam haberetis) nolle uos sine senatu esse, neque etiam expediret ciuitati publico consilio carere. Legendi igitur noui senatores sunt, conijciam igitur inde singulorum nomina in urnam, ac quorū quisque eorum fuerit sorte ductus, de eius capite ut libitum fuerit statuetis. Sed priusquam de fonte sumatur supplicium, in damnati locum alius est uobis senator cooprandus, atque ita uno tempore inimicos ulciscemini, & nouum ex sententia senatorem habebitis. Assensa est multitudo, nomenque unius sorte educit omnes detestati, dignum supplicio clamabant. Video, inquit Pacuuius, quæ sit uestra de homine sententia, agite nunc & priusquam supplicio afficiatur, unum aliquem in huius locum cooptate. Tum uero quum unus atque alter nominari ceptus esset, eorumque nomina uulgo forderet, nec quisquā existeret, cui non ignauia aut obscuritas generis aliudue sordidum obijceretur, essentque plerique non tam ad dignitatē, quam ad audiendam proba nominati, sensum ex cōcione & cū rubore plebs dilapsa est, notissimum malū maxime tolerabile esse dicuntans, remissoque odio senatū custodia educi iussit. Senatores & ipsi iam inde obsequentiores in plebē facti, facile eum ordinem sibi beneuolentia deuinxere. Eratque

Neapolis sum.

Parthenope.

Repellitur Hannibal Neapoli Capua.

Pacuuius ingenuus.

Magi constantia.

Perolla facinus.

Eratque Pacuuius ob hæc in magna celebritate, ac ciuitatis longe princeps, ciuesque mutuo inter se studio deuincti, unā omnes a Romanis ad Pœnos inclinarent. Vnum in mora esse, quod mutua conubia pleraque ambarum ciuitatum familias miscuerant. Nam & Pacuuius liberos ex Appij Claudivij filia tulerat, & filiam Romæ nuptum Liuii dederat. Obstare adhæc præsentī consilio trecenti Campani equites, qui inter cætera Siciliae præsidia, in eam insulam fuerant delati. Cæterum Romanis ad Cannas uictis, ubi ex ijs legatis, qui ad Varro nem consulem officij prætextu Venusiam quo ille cum paucis ex acie fugerat, misi fuerant, cognitum est res Romanas, supra quam credi posset, accisas, immemor ingrata ciuitas ueteris Romanorum in se meriti, Samnitium olim iugo de ipsius ceruice excusso, non solum rem collapsam, ut fideles & gratos socios decuit, non iuuerunt, sed Virij Subij sibi & ciuitati magis quam Romanis funesta persuasio, ne decretum tulerat, ut cum Hannibale his conditio nibus foedus iniretur, ne quis imperator magistratusue Pœnorum ius in Campanum ciuem haberet. Nemo Campanus inuitus militaret, munusue aliud nolens obire. Ut siq; leges sui que magistratus Campani essent, ut trecentos ex captiuis Romanis Pœnus Campanis daret, quos ipsi legissent, cum quibus sui equites, qui in Sicilia faciebant stipendia, permutarentur. Fuerunt qui traderent priuata Campani aperte defecissent, eorum legatos Romæ in curia petijisse, ut alter consul Campanus fieret, si Romani a se iuuari uellent, ad quam impudentem postulationē tanta sit indignatio orta, ut Campani curia sum moti ante noctē iussi sint Romanis finibus excedere. Sed hi non cōtenti fidem prodidisse, Romanorum plerisque qui tum forte Capuæ erant, in balneas custodiæ specie clausos, feruore & æstu interclusa anima, crudeliter necarunt. Vnus omnium Decius Magius, ne ea defectio fieret, summa ope obstitit, ne Punicum etiam præsidium in urbem acciperetur, superbam Pyrrhi regis in Tarentinos socios dominationem referens. Nec post præsidium acceptum suos hortari destitit, ut aut Pœnos urbe eijcerent, aut his subita ui oppressis sese Romanis restituerent. Huiusmodi hominis constantia offensus Hannibal, Magium in castra accessit, qui quum ad eum ire recusasset, negans aliquid rei sibi cum Pœno esse, præmissis ad urbis magistratus nuncio, postridie ipse Capuam uenit, ad quem uidentū, quum tota ciuitas certatim obuiam produisset, unus Magius officio abstinuit. Cæterum dum omnis sexus & ætas in tam claro duce excipiendū occupata est, ipse cum filio & paucis clientibus tacitus per forum inambulauit. Ingressus urbem Hannibal confestim senatum uocari iussit, tum rogatus ne quid ageret eo die, quo primum sociam urbem ingressus erat, quod non idem letum & hilare esset, etiam in iram ual de propensius, abstinuit tamen ac reliquum diei in spectanda urbe est ab eo consumptum. Diuersabatur Pœnus apud Stenium & Pacuuium celebres nobilitate & opibus, Campanæ ciuitatis longè clarissimos. Venit eò & Pacuuius Calanius princeps eius factionis, quæ rem ad Pœnum traxerat, cum filio a dolente ab Decij latere ui nuper abstracto. Huic recens patris meritum non solum ueniam apud Pœnum impetrauit, sed ad cœnam est etiam ab eo uocatus, cui ualitudine excusata iuuenis adesse noluit quin patrē paulo antè solis occasum triclino egressum secutus, ubi eum secreto est loco adeptus (uenerant enim per posticum in hortum ædibus subiectum) ibi Perolla (hoc illi nomen fuit) toga ab humero reiecta larus gladio succinctum nudat, cepisseque se consilium ait Hannibalis ex improuiso obtruncandi. Atque ita fore, ut non solum Campani defectiois ueniam a Romanis impetrarent, sed in

multo maiore, quam unquam antea, apud illos honore futuri essent. Hoc te latere nolui, inquit, ut adesse possis pater si uelis, uel si mauis, inde procul abesse. Ad ea fenex non aliter, quam si res geri cepra esset, territus per omnia iura, quæ filios parentibus iungunt, cum lachrymis & multis precibus obtestatus est, ne corā patre omnia in fanda facere & patri uellet, ne fidem paulo antè publico & priuato iure cum Pœno iunctam uiolare aggredederetur, atque hospitalē mēsam, cui ipse tertius esset adhibitus, tam clari hospitis sanguine foedaret. Quod si neque fides neque iura ualere, manifestum uitē periculum respiceret, quum tot seruorum liberorumque manus & oculi ducem ipsum obseruarent. Iam corpus, inquit, meum prius ferias necesse est, quod ego illi obijciam, ne publica & priuata fide pericitemur. Sine fili te potius hic exorari quam illic uinci, ualeant patris lachrymæ, ualeant preces apud te meæ, sicut pro te hodie apud Pœnum ualuerunt. Hæc pater locutus ubi iuuenem lachrymantem uidit, medium amplexus, atque hærens osculo, non prius & monere, & precari destitit, q̄ a proposito auertit. Tū Perolla. Ego, inquit, pietatem, quam patriæ debeo tibi quando ita uis exoluam pater: doleo tamen tua causa, cui patriæ ter proditæ iustitiam est crimen, defectiois a Romanis factæ, foederis cum Pœno iniitæ, & quod arma quæ pro publica fide indueram manibus extorques. Inde arrepto gladio, ferrum, inquit, a patria quo pro te in Pœnum usurus eram, quando paterna pietas prohibet, recipe, atque cum his illud trans horri maceriam in publicum abiecit, & quo minus res suspecta esset in triclino relinquit. Postridie Hannibal, frequenti senatu, Capanis gratias egit, quod amicitiam suam Romanæ prætulissent, pollicitus breui fore ut Capua Italiæ esset caput, unde Romani cum cæteris populis ius peterent. Vnum Decium Magium expertem esse Punicæ amicitia, foederisque secum iuncti, is ut sibi dederetur, pro amicitia nup inita postulauit, in cuius sententia ubi factum est senatus consultum, Magiusque ad Hannibalis tribunal destitutus nihil ex pristina ferocia remississet, confestim sunt illi catenæ iniectæ, & in castra per duci est iussus. Ille uero quacunque iret, concionamū similis, ad circumfusam multitudinem, Habetis, inquit, Campani uiri libertatem quam petijstis. En, inquit, ego nulli meorum ciuium secundus, media ciuitate, celeberrima parte urbis, ad supplicium raptor, quid uolentius fieret si urbs ui capta esset? ite nunc Hannibali obuiam, diem eius accessus consecrate, ut sit qui de ciuibus uestris in hūc modum triumphet. Quum hæc ille passim dissereret, uidereturque multitudo indignitate rei moueri, obducto capite in castra est deductus. Ex castris mox in nauim impositus, ut Carthaginē deueheretur. Nauis ui tempestatis Cyrenas est delata, quæ tum in Alexandrinorum regum ditione erat. Hic Magius quum ad Ptolemæi statum confugisset, Alexandriam ad Ptolemæum est deportatus, qui ubi quis esset audiuit, contraque ius foederis ab Hannibale uinctus, uinculis liberari iussit, factaque illi potestate quo uellet abeundi, Alexandriæ esse maluit quoad res Italiæ in eo motu essent. Sub id tempus quo hæc Capuæ gerebantur, Fabius Pictor est Delphis reuersus, Romæque res diuina & supplicatio ex oraculi forma decreta est. Mago Hamilcharis filius Cannensis uictoriae nuncius Carthaginem missus est. Hic frequenti senatu res a fratre in Italia gestas ita exposuit, ut diceret biennio, quo in Italiam uentum erat ducenta milia hostium, pluribus prælijs, ducento & auspicijs Hannibalis cæsa, quin quaginta capta, duos consules occisos, duos exercitu exutos, unum saucium, magistrum equitum acie uictum, distatorem quia in pugna nūquam descendisset unicum

Perolla pietas in patrem.

Magius Hannibali traditur.

Magi felicitas.

Hannibalis uictoria.

Syriaci belli finis.

Lycurgus.

Lycus.

Philippi successus.

Cataphractæ & aphantæ naues.

Achaici & Aetolici belli finis.

Antiochi ad decem milia peditum cecidere, equites plusquam trecenta quatuor milia capta. In dextero Ptolemæi cornu quam plurimi equites & mercenarij milites periere. Secundū hæc pugnam Antiochus Syria celsit, certatimque ciuitates in Ptolemæi fidem rediere. Secura inde pax est, foederisque inter ipsos reges icto, Antiochus omnē belli impetum in Achæu uertit. Atque hoc euentu in Syria est bellatum. Inter ea Lycurgus Lacedæmoniorum rex ab exilio reuocatus, cum magna Spartanorum manu, Messeniorum agrum ingressus, Calamam proditione occupat, atque in animo habebat iungere se cum Pyrria Aetolorum duce, qui ex Elide eò uenturus dicebatur. Verum Cyparensis Aetolo trāsitum inhihibentibus, Lycurgus nulla re memorabili ulterius gesta, Lacedæmonem cum exercitu decessit. Eliéses Pyrria duce exautorato, ut homine parum strenuo Euripidem iterum ex Aetolia acceperunt, cuius ductu in Aegidem regionem egressi, omnia terroris & populationis complent. Lyci Achæorum ducis occursum ibidem dimicatum, quadringentiq; ex Eliensibus cæsi. Nec multis interiectis diebus, idem Lycus & Demodocus in Eliensem agrum irrupere, ubi Eliensium cc. temere in hostes inuēti, apud Phyxium sunt cæsi. Eratque hic rerum status in Peloponneso. Ab Arcanibus & Aetolis mutua & crebra incurisiones fiebant. Philippus Byzanem urbem in Peonia occupauit ad ingressum Macedoniae ex Dardania, inde multa ope Thebas non procul a mari urbem pluribus diebus oppugnatam, per deditioem cepit, captamque Macedoniae fecit coloniā, pro Thebis Philippopolim appellauit. Audita interea Scerdilaidæ alienatione, qui pacto stipendio a rege fraudatus, omnem oram maritimā usque in Peloponnesum infestabat, cum aliquot cataphractis nauibus & aphantis quibusdā, Euripo enauiato, nauibus circa Maleam & Lecheū dispositis, Argos uenit, ut Nemeæis ludis interesset: quo illi literæ ex Macedonia illatae sunt, quibus significabatur Romanos, ad Trasimenū lacum in Hetruria a Pœnis ingenti prælio uictos, & iam Hannibalē omnia latè obtinere. Ostendit Philippus literas uni duntaxat Demetrio Phario, quem penes se habebat. Ille regem hortatus, ut Græciæ rebus compositis, ad Illyricum & Italiam occupandam animum adijceret, facile perpulit, ut confestim de pace cogitare ceperit, quæ paucis diebus in hūc modum secuta est, ut Aetoli & Achæi atque eorum socij, pacate inter se agerent, iustumque in id foedus. Incidit pax illa in tertium annum centesimæ & quadagesimæ Olympiadis, ut Polybius scribit, qui annus, ut idem ait, in eū coincidit, quo Romani ad Trasimenū prælio uicti sunt. Philippus locis, quæ Scerdilaidas occuparat, receptis, quum iam hyems instaret, milites in hyberna dimisit: ipse animo ad res Italiæ semel adiecto, centum lembos instruxit. Sub initium æstatis, Macedonibus leuiter remigio exercitatis, cum omnibus copijs, per Euripum & Maleam, ad loca, quæ sunt circa Cephaleniam & Leucadem, classem appulit, ubi castris circa mare positus naues ualide communiuit, Romanam classem, præter cætera formidans. Antiochus initio æstatis societate cum Artalo aduersus Achæum inita, Taurū montem transcendit. Et Prusias rex Bithyniæ Gallos, quos Artalus circa Hellepontum collocauerat, quia Atisba capta circuncictis accolis iniurijs essent, acie uictos cum multa cæde disiecit. Vxorē & liberorum nullo gratis aut leuissimum discrimine ad unum sunt occisione occisi.

imperatorem haberi, Capuam post Romanas opes accessis, Italiam caput, Apulos, Brutios, Lucanorumque & Samnitium non parum partem ad Pœnos defecisse, cui tam læto nuncio, ut maior fides haberetur, tantam uim aureorum annulorum in uestibulo curiæ effudit, ut metientibus tris modios & dimidiū expleuerit, ut quidam prodiderunt. Fama tamen tenuit unum, quod propius uero est, fuisse modium. Adiecit inde in maioris uictoriæ argumētum equitum id insigne, atque primorū eius ordinis, apud Romanos esse. Miror equidem Linnium, quod alio etiam sum loco testatur, aureos fuisse annulos prodidisse, quō Plinius auctor sit ante C. Marij tempora nullum aurei annuli usum priuatis ciuibus fuisse. Summa igitur orationis quam Mago ad senatum habuit hæc fuit, ut quando procul domo bellum gereretur, & in media hostium terra, Hannibalis nomine petijt, ut pecuniæ in stipendium, frumentum, & quia exercitus tot prælijs esset diminutus, supplementum etiam ex Aphrica mitteretur, ut bellū magna ex parte confectum, ad exitum commodius perducī posset. Quum in re tam læta omnes lætitiā exultarent, tum Himilcho homo Barchinæ factionis, ecquid est, inquit, Hāno, etiam nunc pœnitet belli aduersus Romanos suscepti? sub e nunc Hānibalem dedi, audiamus in Carthaginensium curia Romanum senatorem. Ad ea Hanno, Tacuissim hodie, inquit, patres conscripti, nequid in cōmuni gaudio, quod minus lætū esset loquerer. Nunc nisi ad ea respondeam, quæ me senator nobilissimus rogauit, aut superbus credat aut timidus, quorum alterum uiri est alienæ libertatis oblitus, alterum suæ. Quæris Himilcho an me suscepti adhuc belli pœnitet? dico me neque pœnitere desisse, neque prius deserturum Hannibalem autorem huius belli incusare, quam aliqua tolerabili cōditione id finitum uidero, neque interruptæ pacis de fiderium res ulla quam noua pax finiet. Quam nisi nunc quum eam dare potius quam accipere uideri possumus adipiscamur, uereor ne aliquando frustra desideraturi simus. Dic præterea Himilcho (nam tecum mihi sermo est) occidit Hannibal numerosos hostium exercitus, & milites petiit. Bina castra hostium opulentia plena cepit. Frumento & pecunia eger. Quid aliud fiat, si aut uictus sit, aut castris spoliatus? Respondeat & Mago uelim ad hæc pauca. Ecquis Latinorum populorū, post res Romanas extremo prælio afflitas, ad Hannibalem defecit? Ecquos legatos Ro. miserunt post aduersam pugnam ad perendam pacem in castra, aut quam scitis Romæ de pace mentionem factam? Quum nihil eorum factū dixisset Mago: Tam integrum bellum, inquit Hanno, cum Rom. Pop. nobis est, quam eo die fuit, quo Hannibal est Italiam ingressus. Fortunæ inde uolubilitate, prioris belli Punici exēplo, memorata admonuit patres, quæ pax à Ro. speranda esset, si quod nollet, fortuna uariari cœpisset, quam ne toties quidem uicti, accessisque eorum rebus darent? Quum hæc Hanno & alia magis uere quam opportune dixisset, senatusconsultum nihilo secius est factum & secundū Magonis postulara. Decretum, ut xl. milia Numidarum, xl. elephantū, & argenti pondus ingens Hannibali mitteretur. Et dictator cum Magone in Hispaniam iret, ubi xx. milia peditum, & quatuor equitū stipendio conducerent, hisque copijs Italicus exercitus, & Hispaniensis expleretur. Cæterum hæc segniter ut lætis rebus, ocioleque nimis gesta. Romæ præfens rerum fortuna omnia celeriter agere dictatorem cogebat, qui rogato populo ut equum conscendere liceret, præter duas legiones, quæ ab initio anni ascriptæ fuerant, ex pecunia iudicatis, & capitalem fraudem ausis, quibus publicam fidem præstitit, aliaque hominum colluione, cum quinque & uiginti hominum milibus ex urbe profectus est. Hannibal Capua recepta, Neapolitanorum animos

Annuli interfectorum.

An aurei fuerint.

Himilchonis insolentia.

Vaticinatio.

Dictator exurpator.

A frustra periclitatus, in Nolanum agrum castra transtulit, fuisseque breui ea urbe potius, plebe ad defectionem inclinata, nisi Marcellus prætor, qui cum exercitu Casilini erat, trepidis senatorum nuncijs excitus, occultis itineribus eoenire maturasset. Pœnus ad mare iterum reuersus, ubi Neapolim à M. Iunio Syllano prætoris teneri sensit, quem Neapolim accersuerat, Nuceriam aliquandiu obseisam conditione cepit, ut ciuibus, quo uellent, abire liceret. In propinquas urbes dilapsi, ubique præterquam Capuæ, benigne habitū Campanis ob id exclusi, quia Hannibali portas non statim aperuissent. Nuceria direpta est à Pœno & incensa. Nolē interim Marcellus quum magis principū uoluntate quam plebis urbē obtineret, pro magno habuit negotio libi L. Bantium principem iuuentutis conciliare. Is in primis rem ad Hannibalem trahebat, quod Cannensi strage ex cætorum cumulis seminecem extractum diligerenter curasset, eoque hostis beneficio iuuenem à Romanis alienatum, & ad res nouas spectantem Marcellus intuitus, beneficio magis quam supplicio hosti eximendum existimauit, eumque ad se uocatum benigne alloquitur, collaudatumque, quod Cannensi acie fortiter pro re Romana stetit diceretur, insigni equo donauit, & quingentis bigatis nummis. Inde maiora in futurum pollicitus, lictoribus imperat, ut quoties Bantius uellet, darent illi ad se aditū: qua prætoris munificentia ferocis iuuenis animus ad eodē est muratus, ut lociorum nemo fideliosem operam Ro. eo bello deinceps exhibuerit. Nec ita multo post Hannibal ex Nuceria affuit, sub cuius aduentum Marcellus non metu, sed ne plebi, quæ Hannibalis erat, tradendæ illi urbis facultas relinquere, cum exercitu in urbem se recepit. Erantque quotidie lenia utrinque prælia, quum Marcellus senatus indicio comperit, nocturna cum hoste haberi colloquia, consiliaque à plebe cum ijs inita, ut quū Romanus ad pugnam de more egredere, tum clausis à tergo portis, urbe exclusum hostibus traderet trucidandum: Pœnumque uictorem intra muros acciperet. Tum ille ubi rem ad defectionem inclinare uidit, fortunam tentare constituit. Omne robur copiarum in porta, quæ rectā ad hostem mittebat, primo collocat, inde dextra læuæque duabus portis auxilia, & equites cum legatis iubet consistere, signumque ad erumpendum expectare, impedimenta cum lictis & colonibus sequi iussa, ne ab oppidanis diripi possent, firmo cinctis præsidio. Edicit præterea ne quis Nolanorum muros ascendat, capitale futurum qui edicto non paruisset. Affuit Pœnus, ut antea consueuerat, cum parte copiarum dimicaturus, qui miratus, quod nemo urbe egredere, quum propius muros subijisset, patefacta repente porta, cum impetu & clamore miles, ut iussus erat, in hostem inuehitur, prælioque confestim iniro Pœnū perculit, ut in re subita, trepidum. Clamor inde à lateribus sublarus turbauit etiam ac fudit. Mirum est quod eo die accidisse memorant: uno duntaxat Romanorum cadente, ad duo milia hostium & ccc. occisione occisos. Ea uictoria maior Rom. uisa, quam pro numero cætorū, quod ab hoste toties uinci desijissent. Hannibal spe Nolæ potiundæ abiecta, Aceras contendit. Marcellus in urbem reuersus, clausis portis, in eos qui noctū cum hoste colloquia habuissent, questionē exercuit, septuagintaque proditiōnis conuictos, securi percussit. Permissa enim senatui urbis administratione, cum exercitu profectus, supra Suesulā castra fecit. Pœnus interim Aceras oppidanis nocturna fuga dilapsis, diripuit & incendit. Ad Casilinum inde exercitum duxit. Erant ibi cohortes duæ, Prænestinorum una, altera Perusinorū, quæ sub id tēpus quo ad Cannas est pugnatum, audita suorū clade, procul inde quo iter intenderant, haud uno tēpore Casilini peruenere. Quū hic igitur essent,

Marcellus Nolanam obtinet. Bantij reconciliatio.

Marcelli inre conciliando prudentia.

Hannibal Nolanam obsidet.

Pœnorum cædes ad Nolanam mira.

Hannibal Casilinum oppugnat.

Campanæ delicta corrupunt Hannibalis exercitum.

Fames summa.

Deditur Casilinum.

Pœnelimorum fides.

essent, cognouissentque sibi ab oppidanis, qui Capani erant, insidias parari, Capuamque ad aperta defectione spectare, oppidanis noctū interfecit, parte quæ citra Vulturnum erat amne occuparunt. Sed cædes illa, priuati quæ Perusini affuissent, à Prænestinis edita est. Acce igitur prælium sub hostiū accessum pro mœnibus commissum, multique Pœnorū prima Ro. eruptione cæsi, mox crescete prælio ex præfidiarijs haud quidem pauci occubuerunt in oppidumque compulsi sunt. Hos atroci oppugnatione ad ortus Hannibali uineas, cuniculos, aliaque opera bellica munitionibus admouit, cuius conatus quum Ro. irritos reddidissent, pudore uictus copiarum parte ad obfidionem relicta, ipse Capuam cum cætero exercitu in hyberna cœcelsit. Vbi exercitus ad eam diem inuictus, ita Campanis est delictis emollitus, ut plus Capua Hannibali obfuisse quā Ro. Cannæ crederetur, maiusque hoc Pœni erratum fuisse, quam quod à Canis uictor non continuo Romā petijisset. Casilini interea in obfidione perseveratum, præsidiumque ad ultimum inopie redactum, ita ut quidam fame adacti, ultro sese præcipitasse dicantur, alij nuda corpora obtulerint hostibus conficienda. Missa itaque ex Ro. castris secundo fluuii dolia tritico plena, premisso nuncio qui magistratui significaret, ut uētura dolia excipi iuberet. Atque ita triduo hostis deceptus, noctū enim fluuiio imposita, priusquam illuc sceret, eodē perueniebant. Mox amne tumidius solito fluente, quum forte dolium salictis ripæ innatis adhæssisset, re ab hostibus deprehensa, quia id consilium haud procedebat amplius, aliam uiam ingressi inglandes in fluuium deiecerunt, quas quum Pœnus crate exciperet, ad tantarum rerum omnium penuriam uentū est, ut loræ & pelles scutis detractas aqua emollitas mandere conati sint, nec munitibus interim alijsque obsecans cibis abstinerent. Satis constat ccc. argenteis murem unū memorabili euentu uenijisse nummis, emptoremque ea alimenta seruati, qui uēdiderat extincto. Eruerunt ad hæc herbarū radices infimis murorū aggeribus. Quod uitæ subsidium ut Pœnus adimeret, omne herbidum solū circa oppidum inaruit. Præfidiarij inaratae terræ raparū semina iniicere, idque quū Hannibal rescuisset: Ergo hic, inquit, sedebit Hannibal, dū iacta semina nascantur? tū qui nullas ad id tēpus pacis conditiones admiserat, ob Capanorū credo cæde, præsidium incolume dimisit, certā in deditorum capita pecuniā pactus. Casilinum receptū Hannibal Capanis restituit. Prænestinis militibus, qui in Præsidio fuerat, Ro. duplex stipendium constituerūt, & uacatio nem in quinque mēsi. Manitiū eorū prætoris statua locata in Prænestino foro diu postea māsit, cū tribus signis & inscriptione. Manitiū pro militibus, qui Casilini in præsidio fuerunt, uotū uouisse. De Perusinis obscurior ad posterum manauit fama, Petelini à Philoctete oriundi (hi uni Brutiorum omnium adhuc in fide erant) per id tēpus Romam legatos miserūt auxilium petentes aduersus Hannibalem & Brutios, à quibus ob id quod suum consilium à cæteris separassent, aliquāto infestius, quā à Pœno oppugnabantur. Bis su per ea cōsultus senatus circūspectis omnibus imperij uiribus, nulla ratio fidelissimæ ciuitatis periculo eximendæ iniri potuit. Iussi sunt abire, atque suis reb' cōsultere. Satis eorum fidem perspectā esse Po. Ro. Perfiterent nihil secius illi in fide, certi omnia extrema citius pati quā fidē prodere, nisi illud potius odiū in cæteros Brutios fuit, aut quod in causa esse potuit, uenit desperatio. Sub idē ferme tēpus C. Octacilius & M. Cornelius Māmula prætores, Siciliae ille, hic Sardinia, stipendium & frumentum ad se mitti per literas petentes, iussi sunt in summa ærarij inopia, sibi ea subsidia ex focijs ciuitatibus querere. Hiero frumentum & stipendium Octacilio obtulit, socij ciuitates Cornelio. Creati adhæc pecuniæ inopia triumuir mensarij, qui æs & argentū à priuatis conferendum

A publica fide interposita, susciperent. Dedicata est & à duumuiris ad id creatis, ædes concordia. Et Spurius Carbilus, quum in actu copiarū supplementis consultatio inita esset, censuit ad Latinum nomē arctius in fide retinendum, binos ex singulis Latij ciuitatibus senatores legendos. Ea relatio, ut à presentiatu temporum aliena, cum fremitu & indignatione reiecta est, cautumque ut silentio regeretur, ac pro non dicta haberetur, ne res intempestiue mota suspensos sociorum animos ad defectionem sollicitaret. M. Fabius Buteo dictator sine magistro equitum creatus, qui senatum multis cladibus exhaustū legeret. Dignitatis & meritorum ratio habita, qui ediles, tribuni, prætores, questoresue fuissent in curiam asciti. Creati inde consules proximis comitijs L. Posthumius abfens, & T. Sempronius Gracchus. Cæterum paucis diebus, quibus comitia sunt habitata ex Gallia recentior clades nunciata est, L. Posthumium consulem designatum, cum exercitu à Gallis cæsum. Hunc hostes per Latinam syluam ducturū, succis iuxta uiam utrinque arboribus, atque ita libratibus, ut minimo impulsu subitam traherent ruinā, ubi ingressum uiderunt, impulsis arboribus miserabili strage cū omnibus copijs oppresserūt. Ex quinque & uiginti milibus hominum, uix decem numero, hostiū manus effugerunt. Posthumij caput præcisum Galli templo, quod ipsi sanctissimū fuit genti, intulerunt, quo purgato, caluam auro cælarunt, idque sacrum uas illis fuit, quo solennibus sacris libarent. Cladis huius nunciatum tatum ciuibus pauorem intulit, ut Ro. illico clausæ sint tabernæ, eratque uelut nocturnum in urbe silentium, quum a dilibus datum est negocium, ut tabernæ aperiri iuberent, speciemque publicæ mœstitiæ demerent urbi. Et T. Sempronius consul designatus patres in curia cōsolatus est, hortatusque, ut qui Cannensi cladi non succubissent, ne ad minora damna animum demitteret. Adnitendū totis uiribus, ut Hannibalis conatibus iretur obuiam, de Gallis in deorū potestate ac Po. Ro. fore ut aliquando presentem cladē ulciscerentur. Placuit itaque eo anno Galliam prouinciā omitti. Cōstitutæ inde sunt cæteræ prouinciæ, in quibus ordinandis decreuit senatus, ut exercitus qui ex acie Canensi fugerat, in Sicilia traduceretur, ibique quoad in Italia de bellatum esset, militaret. Sed dū Romæ hæc geruntur, duo Scipiones in Hispania prosperè bellum gerebant. Etenim Punicarum nauium præfecti post pugnam ad Iberi ostium commissam, ab Hasdrubale grauius incepti, quum haud multo post ad Scipiones transiissent, magnum in Carthefiorum gēte motū concituerunt. Pleraque eius gentis urbes à Pœno transfugarum impulsu, ad Ro. defecere. Vna etiā ab ipsis ui capta. Occurrit eodē Hasdrubal, Calbumque nobilem in Carthefijs uirum, pro mœnibus nuper captae urbis castra habentem, ex improuiso adortus, primo impetu in castra reiecit, mox prædatoribus qui dispersarim uagabantur ad ducē refugientibus, breui numerus ad ducem creuit, ut non solum ad tutandum uallum, sed ad erumpendum etiam superessent animi: igitur in pugnam egressi, Pœnum in propinquum collem compulerunt. Nec ita multo post Calbus Hasdrubale sine alio memorabili prælio dimisso, Afcuam urbem, quo Pœnus ingentem uim tritici conuexerat, uicē cepit. Cæterum Carthefij presentis successu elati, Pœnorum contemptu semel præcepto, temerè sine imperio, sine signis euagari: quā hostium negligentiam, posteaquam Hasdrubal habuit exploratam, suos ad rem gerendam hortatus, quadrato agmine ad eorum castra ire cōtendit. Carthefij Pœnorū aduentu tumultuose nunciato, multo tumultuosius castris egressi, incomposito agmine hostibus occurrunt. Fit prælium, perculitque non nihil Aphros Hispanorum audacia, uerum paucitate animaduersa Pœni fortius connixi, inconsulte

Dictator.

Consules.

L. Posthumij interitum.

Scipionū successus in Hispania.

Res à Pœnis gesta in Carthefios.

ruentes ferro excipiunt, exceptos partim trucidat, partim loco submouent. In urbem inde Carthaginienses pugnare coacti, ad multum diei ceduntur. Pauci eruptione per hostes facta, in proximas sylvas refugerunt. Castris Hasdrubal potitus, omnem gentem breui in deditiorem recepit, nec diu postea in fide mansit. Nam simul ac Carthagine decretum allatum est, ut Hasdrubal primo quoque tempore exercitum in Italiam duceret, incredibile dictum est quantum ea fama motum in tota Hispania conciuerit, erectis ad defectionem animis haud dubie apparebat fore, ut sub ipsius ducis digressum multae simul gentes à Pœnis ad Romanos deficerent. Id in causa fuit, ut priusquam Iberum traiceret Hasdrubal Carthaginē scripserit, suae profectiois famam incredibili damno rei Punicae fuisse. Videre se ut ea quae oculis uidentur, fore, ut nisi prius sibi succederetur, firmareturque provincia ualido praesidio, antequam ipse Iberum transiret, Romani uniuersa Hispania potiretur. Quia Italiae prior cura erat de Hasdrubale nihil mutatum est, Himilcho in Hispaniam missus, qui terra marique rem gereret, ipse Hasdrubal exercitum ad profectiōne parato, ad Iberum descendit, pecunia ingenti ex socijs ciuitatibus exacta, ut per Galliam, regulatorum animis sibi auro conciliatis, tutius iter faceret. Scipiones cognito hostium consilio, actum putabant de Romanis, si Hasdrubal cum nouo exercitu fratri iungeretur, qui uix per se esset Italiae tolerabilis. Nullam in tali discrimine moram fecere, contractis unum in locum copijs ad Iberum contendunt, urbemque Iberam à propinquo flumine appellatam, Punicae ditionis, ut Pœnum ab itinere retardarent, oppugnare adorti, hostem ad opem suis ferendam ab inchoato cursu auertunt. Cuius accessum Scipiones posteaquam exploratum habuere, obuia progressi quinque milia passuum ab eo castra locant. Nec inde longior mora fuit, eodem die utrinque in pugnam descensum. Peditum pars à Ro. ante signa locata est, quicquid peditum inde fuit post signa stetit. Equites cornua cinxere. Hasdrubal mediam aciem Hispanis firmat, his ad dexteram Pœnos applicat, Ieō Aphros, Numidas equites in dextro cornu stare iubet, qui desultorum more binos trahebant equos. His mos erat medio pugnae adire ex fessio equo in recentem transilire, tanta hominibus ipsis uelocitas, docileque in ea gente equorum genus: diuersa parte Apher fuit equitatus. Et Romani Pœni que ita instructi sterere, sed ut numero pene pares, ita dispari animo consisturi. Romani deuoto ad moriendum animo, ni hostes cursu auerterent, contra Hispani in patria terra uinci malebant, quam in Italiam procul à suis ablegari. Hinc cerre fuit, ut ad primum concursum pulsa sit media hostium acies, nonnihil cornibus dimicatum. Caeterum peditibus profligatis, ea quoque parte res hostium haud magno sunt negotio accessit. Hasdrubal usque ad extremum moratus, ubi acie ex omni parte profligatam uidit, cum paucis effugit, eius castris Ro. potiti sunt. Si qua dubia in Hispania erat, una felix pugna Ro. adiunxit. Pœno non solum facultatem ademit in Italiam transeundi, sed ne spem quidem reliquit satis tuto in Hispania permanendi. Vbi haec quae facta erant, Scipionum literis sunt Romanae cognita, non tam uictoria grata fuit, quam quod Hasdrubal ad Italiae accessum prohibitus esset. Sub id tempus Petelini in Brutijs fame domiti, in hostium potestatem uenerunt, uix sibi fidem ad posteros inueniant, quae de illorum tolerantia tradita sunt memoriae. Frugum & carniū alimentis absumptis, coria futrinis detracta eos in cibum uertisse. Herbis in de radicibus, corticibusque deficientibus, nullus fuit tam infandus cibus, à quo obscaena fames abstineret. Postremo corporibus miserabili tabe confectis, ut ne uestigio quidem consistenter amplius, ab Himilchone expugnati sunt, inde Pœnus Consentiam

Himilcho Hasdrubali succedit.

Desultores qui sint.

Scipiones Hasdrubalem uincunt.

A paucis diebus oppugnatam recepit: & Brutij Crotonem quae adhuc in fide erat per id tempus oppugnant. Arces tantum retentae. Iam & Locreses ad Pœnos defecerant. Rhegini tantum adhuc in fide erant. Peruenerat & in Siciliam ea animorum ad Pœnos inclinatio. Gelo Hieronis filius, cōtemptra patris fenechtute post Cannensem cladem à Carthaginiensibus stare cepit. Et iam res nouas in Sicilia moturus erat, quum medio armorum apparatu peropportuna est morte extinctus. Fuerunt qui crederent patris consilio eum sublatum, ne Ro. Po. hostis fieret. Romanae per id tempus Aedem Erycinæ Veneris Quae Fabius Maximus, quam ipse predictator uouerat, & Atilius Craesus Mentis dedicarunt. Duplex tributum eo anno à ciuibus exactum. M. Marcellus in Posthumij locum surrogatus, quia uicio creatus dicebatur, se magistratu abdicauit. Fabius Max. est illi successit. Mare hoc anno uisum est ardere. Et Sinuesis bos equuleum peperit, signa Lanuij ad aedem Iospitae lunonis cruore manarunt, & circa templum lapidibus pluit. Nouēdiale sacrum de more ob id prodigium fuit, caetera rite expiata. Consules partim inter se exercitum urbe profecturi edixerunt, ut quoties conuento senatu opus esset, patres sibi praesto ad Capenam portam adessent. Praetores quorum eo anno iurisdicatio fuit, constitutis ibi tribunalibus locum iurisdictione celebriorem, fecere. Carthaginienses interea, audita clade in Hispania accepta, populorumque ad Ro. defectione, Magonem fratrem Hannibalis, cum duobus & xxx. milibus peditum, & quingentis equitibus, & aliorum elephantis in Hispaniam mittunt, & si copia illa ad hoc parata erant, ut cum his ille in Italiam traiceret, & Hasdrubalem cognomento Caluum, in Sardiniam ire iubent, cui tantumdem copiarum decernunt, Sardi tributo & collatione frumenti à Ro. eo anno presis, ad Pœnos, Harfiora insularum longe principe instigant, studia conuerterat, factaque Carthaginiensibus occulte spes per principes ciuitatum, fore, ut si exercitum in insulam mitterent, uti eam sine aliquo maiore certamine reciperent. Per id quoque tempus Philippi regis legati in Italiam ad Hannibalem missi, cum ad Romanorum nauium stationem declinandam Lacinium promontorium tenuissent (Est is locus in fronte Italiae qua maxime terra ipsa ad meridie excurrit) cum Capuam iter intendissent, in media Romanorum praesidia inciderunt, deductique ad M. Valerium Leuinum praetorem, qui circa Nuceriam castra habebat, Xenophanes legationis princeps, intrepide praetorem affatus, se à Philippo rege in Italiam missum ad senatum & Po. Ro. dicit ut amicitiam & societatem cum eo iungeret. Leuinus tanti regis amicitia laetus, legatos hospitaliter complexus, mittit qui eos per tuta loca in pacatum traducant. Caeterum Macedo qua proximum sibi fuit, ducibus relictis, ad Hannibalem in castra contedit, cum quo foedus his legibus percussit, ut Philippus cum quam maxima posset classe (uidebatur enim ducetas naues effecturus) in Italiam transmitteret, bellumque terra marique in Romanos gereret, ubi uero in Italia de bellatum esset, Romanam & reliquam Italiae cum omni praeda Hannibal haberet, uictorque cum toto exercitu in Graeciam aduersus eos reges, quos Philippus uellet, transiret, ut insulae & ciuitates, quae ad Macedoniam uergunt, ipsius regis essent. Foedere in has leges percussio, legati ad Lacinium redeunt, cum Boftare & Gisgone, qui una cum his ad faciendum foedus, ab Hannibale ad Philippum mittebantur. Mox inde digressi, ubi Macedones in altum abiire, Romani qui cum classe Calabriae litoribus haerebant, eos intuiti, Corcyreas in abeuntis naues mittunt, ab his illi ad Valerium Flaccum praefectum classis retracti, Xenophanes in suas artes uersus, se à Philippo ait ad Romanos missum, ad Leuinum praetorem

Gelonis mor.

Prodigia.

Xenophanes

Philippi legati capuntur.

praetorem peruenisse, inde Campaniae ora hostibus infessam superare nequiuisset, sefellissetque fortassis aliquanto felicior mendacio Flaccum quam Leuinum Xenophanes, nisi Punicus cultus inter comites conspectus, continuo rem suspectam fecisset. Tum comitibus seductis, ac metu territis, res ut acta erat, cognita est, & Hannibalis literae ad Philippum deprehensae. Flaccus Xenophanem & caeteros Romanam misit sub custodia, ut nihil iam inde inter se colloqui possent, quod ut commodius fieret, quinque naues L. Valerio Antiati darae, qui eos Romam deportaret. Per id tempus patres edocti ab Aulo Cornelio Mamula, qui nuper Sardinia decesserat, Sardiniam ad defectionem spectare, nec Quintum Minutium, qui sibi successerat, quia sub primum in insulam appulsum ob caeli grauitatem in morbum incidisset, satis idoneum fore ad eam prouinciam obeundam, rei periculo commoti T. Manlium Torquatum, cum quinque milibus peditum, & equitibus trecentis in insulam misere, qui tantisper dum Minutius aegrotaret, ibi cum imperio esset. Bis hic consul fuerat, & in suo consulatu Sardiniam subegerat. Vno itaque tempore Manlius in Sardinia appulit, & Hasdrubal cognomento Caluus, quem eodem missum à Carthaginiensibus diximus. Is cursu tempestate excussus, ad Baleares est insulas delatus, ubi dum armamenta nauium uentorum concussa, aliosque reficit, plures dies consumpsit. In Italia interim, quum Sempronius consul circa Linternum castra haberet, Tyronemque exercitum assiduis exerceret excursionibus, assuefaceretque recursum, ut signa, ut ordines agnosceret, graui edicto militibus proposito, nequis ueterem fortunam Volonum cuiquam ioco aut serio exprobraret (fuerant hi non multo antea ex seruis milites facti) quin ita perualum haberet omnes, satis honestos generososque esse quibus Pop. Romanus sua arma & signa commiserat. His ille, ut dixi, curis erat occupatus, quum Campanorum legati ad id missi, nuntiant se quotidie à Campanis ad defectionem sollicitari, inuitatosque ab eis ad solennem Hamarum conuentum, quo Campani senatus cum praesidio uenturus esset. Credere ad id se inuitari, ut ibi fraude opprimeretur. Iussit Gracchus Campanos omnia ex agris in urbem conuolare seque ut in suum aduentum teneret intra muros: Ipse pridie eius diei quam hostes ad id sacrum uenturi erant, cum exercitu Cumas occulte ingreditur. Distant Hamae tria milia passuum à Cumis. Campani frequentes ex composito eodem uenerant, & Marius Alphius, summus Campanorum magistratus, in occulto haud procul inde erat, cum quatuordecim milibus armatorum. Triduum illic de more sacrificatum, noctuque sacra agebantur. Gracchus militibus per diem corpora curare iussis, prima noctis uigilia Cumis egressus, silenti agmine ad hostium castra ducit, quae ut in priuilegio neglecta, primo clamore sublato simul pluribus locis, sunt capta. Alij somno presis, inermes alij, ut sacro nuper perpetrato, caeduntur. Ad duo milia cum ipso duce Alphio perierunt. Signa militaria quatuor & triginta capta. Nec Romanus consul diutius est ibi commoratus Hannibalis metu, qui ad Tiphata, haud procul Capua, castra habebat. Is ut ille opinatus fuerat, trepidissimis percitus nuncijs, citato agmine praeter Capuam ducens, haud multo post patratam caedem affuit, ratus fore, ut ibi hostem ab re bene gestam incautum opprimeret. Verum opinione deceptus, quum nihil ibi praeter recentia nocturnae cladis uestigia offendisset, retro in castra abiit. Paucis inde diebus Campanorum precibus fatigatus, Cumas exercitum admoit, agrumque Cumanum ferro & igni populatum mille ab urbe passuum castra locat. Consul magis uerecundia deferendi socios, quam quod satis Tyroni exercitum fideret, Cumis esse perseverauit. Est itaque plures dies urbs op-

Tyroni exercitatio.

Hamae.

Campanorum caedes ad Hamas.

A pugnata. Postremo incensa turri quam Hannibal aduersus muros urbis extruxerat, eruptioneque duabus portis facta, Pœnorum stationes fugatae, & in castra trepide compulsa sunt, ut Pœnus obsessio propior quam obsidenti eo die fuerit, mille & quadringentis ex eius exercitu caesis, aliquot etiam captis. Tentauit inde Hannibal Romanum ad praelium elicere, uerum ubi nihil inde moueri uidit, soluta obsidione in Tiphatina castra reduxit copias. Eisdem fere diebus quibus haec circa Cumas gesta sunt, T. Sempronius Longus Hannonem, ad Grumentum in Lucanis, praelio uicit, duobus milibus hostium & ducentis octoginta caesis, uno & quadraginta signis militariibus captis. Pœnus Lucaniae finibus pulsus in Brutios abiit, & M. Valerius praetor, tria ex Hirpinis oppida, quae ad Pœnos defecerant, sub id tempus recepit, autoribus defectionis securi percussis, caeteris uenia data est. Naues cum Philippi legati Cumas appulsa primo, ubi Sempronius adhuc erat, qui lectis hostium literis, omnia iterum ob signata ad senatum restri itinere misit, ueritatis ne casu aliquo naues à cursu retardarentur. Caeterum ita accidit, ut eodem die naues cum captiuis & litera Romanam uenerint, quibus in curia recitatis, magna cura patres incelsit, quae supra Punicum bellum, quod totis imperij uiribus uix sustinebatur, potētissimus rex sibi ex insperato hostis esset factus. Ad tantam igitur belli mole auertendam, duarum & quinquaginta nauium classis M. Valerio praetori expleta est, madatumque ut primo quoque tempore in Macedonia transmitteret, daretque pro uiribus operam ut hoste domestico bello implicitum procul Italia distineret. Philippus ubi legatos captos au diuit, ignarus quid cum Pœno ab his actum esset, alios in Italia misit. Tulerunt hi citro ultroque prospere regis madata. Sed prius exactas circūacta est, quae ex Macedonia quicquam moueri potuerit. Nole ut priore anno, senatus Romanorum erat, plebs ad Pœnum inclinabat, quo metu M. Marcellus propraetor cum his copijs quas habebat est à Fabio consule missus. T. Manlius in Sardinia, eodem ferme tempore, quum supra ueteres copias ex sociorum auxilijs ad duo & uiginti milia peditum sub signis haberet, equites mille & ducetos classe Caralis subducta, nā Harfioras iam in armis erat, & ex confesso Populo Romano hostis, ad eum ire pergit. Erat tum fortē ille in Pellidos Sartos, ad delectum habendum profectus. Filius in castris pro patre imperium obtinebat. Ferox iuuenis sub Manlij accessum castris ad praesidium egressus, haud magno certamine fufus fugatusque est, ac castris exutus, caesaque ad triginta milia Sardonum, mille & trecenti capti. Fuisseque haud dubie, uno secundo praelio in insula de bellatum, nisi Hasdrubal sub id tempus ex Balearibus, quo fuerat tempestate compulsum, cum classe & exercitu affuisset. Manlius audito illi appulsum Caralis se recepit, & Harfioras continuo se cum Hasdrubale iunxit. Nec ita multis interiectis diebus, haud procul à Caralis collatis signis Manlius cum hoste, atroci praelio conflixit. Quatuor horis dimicatum, fortuna neutro inclinante. Postremo Romanus uictor ad duodecim milia hostium, Pœnorum, Sardonumque interfectis. Trium milia & duceti sunt capti, & in his Hasdrubal imperator, Hanno & Mago Barchini sanguinis, Hannibali propinqua cognatione iunctus. Harfioras qui praelio uiuus excesserat, audita filij morte sibi manu inculit. Manlius Cornu urbe, quae caput belli fuerat, alijsque urbibus quae defecerant, receptis, pacatoque insulae statu, cum ea classe qua uenerat, Romam reuersus, Sardiniam domitam pacatamque patribus nunciat. Per id tempus T. Octacilius, cum quinquaginta nauium classe, ex Sicilia in Aphricam transfregit, Carthaginiensem agrum populatum, quum in Sardiniam tenderet, quod audiuerat Hasdrubalem ex Balearibus

Hannibal Cumis repellitur.

Pœnorum caedes in Lucanis.

Novi Philippi regis conatus.

Duplex Sardonum caedes.

Harfioras filij interitus.

profectorum, forte incidit in naues quas exercitu in terram exposito ille ex Sardinia domum remiserat. Ex his Octacilius septem cum socijs nauibus captis, reliquas in alto fuga dissipauit. Eratq; per hæc res Romana aliquanto meliore quam fuerat statum, quum Bomilchar ex Aphrica cum militibus in supplementum & xl. elephantis, magnoq; commætu Locros appulit, ad quem opprimendum M. Claudius prætor occurrit. Cæterum Pœnus aliquanto antea incolomis in Brutios abierat. Marcellus interea, qui Nolæ erat, Hirpinum agrum & Caudinum crebris excursionibus infestabat. Legati ab utraq; gente ad Hannibalem missi, multa questi sunt de præfenti fortuna, & quod ea tépestate, qua se maxime defensas esse oportuit, ob nouam societatem cum Pœnis inuicem, omnia, quæ uicti captiq; pati solent, à Marcello paterentur: idq; sibi accidere, quia iuuentus utriusq; gentis, sub Punicis signis procul domo militaret, qui alioqui suos fines ab omni hostili iniuria præfentes tueri possent, nec dux ipse sociorum claudibus motus hostium conatibus iret obuiam. Hæc & alia cum querula lamentatione publico nomine exponentibus, Hannibal uno tempore eos omnia facere respondit, & petere auxilium & suas clades conueniri, oportuisse id sibi prius significari, ac tum demum cõqueri si nullâ sibi opem præstitam sensissent, nectum quoq; se in Samnium, aut in Hirpinos exercitum abducentem, ne socijs grauis esset copiarum multitudo. Cæterum daturum se operam, ut & ipsi simul incolomes sint, unaq; audirent aliû in Italia locum insigniore aliqua Romanorum clade nobilitatum quam Cannæ superiore anno fuissent. Legatisq; à se dimissis, ex Tiphatis Nolâ ire pergit, quo Hânno & Bomilchar cum elephantis & supplemento uenere. Marcellus sub hostis accessum copias intra muros recepit, iubetq; senatores tantum muris inambulare, ac perspicere nequa haberentur cû hoste colloquia. Subijt tamé muros Hânno, duosq; ex principibus ciuitatis Marcelli permissu ad colloquium uocatos multis uerbis hortatus est, ut Marcellum cum præfidio traderent, uellentq; potius amicum Hannibalem experiri quàm hoste. Nec sperarent Romanum prætorem cum tyrone milite Pœno parem futurum, cui ne duo quidem consules nuper cum florētissimis exercitibus, resistere potuissent. Quin Campanos secuti Pœnorû societate florere mallent, quàm Nucerinorum calamitatem experiri. Responsum est, potuisse Nolanos, si cum fortuna fidem mutandam censuissent, minore infamia antea ad Pœnos desicere, uerum quum Romanorum socij diutius fuissent, nec eorum societatis adhuc peniteret, uocasse ultro se Romanum præfidiû, atq; cum ijs qui sibi ad opem ferendam uenissent, & confociata esse omnia, & ad ultimum fore. Hannibal ubi nullam in uoluntaria deditioe spem repositam uidit, oppidum corona cinxit, ut ex omni parte hostem fatigaret. Marcellus ubi hostem ad mœnia succedentem intuitus est, subita eruptione, aliquot hostium primo assultu cecidit. Atrox inde prælium utriusq; initum, fuissetq; nõ sine ingenti clade alterius partis acie discessum, nisi densus imber, cœlo effusus, certamen ferociter initum diremisset. Animis per hæc ad pugna irritatis, cum Hannibal partem copiarum prædatum misisset, idq; Marcellus in dicio comperisset, continuo suos in aciem eduxit. Nec Hannibal pugnam detrectauit. Clamor ad cœlum sublatus aliquot cohortes, quæ prædatum ierant, confestim ad signa reuocauit, & Nolani ex urbe egressi sunt. Ro. suppetias laturi, quibus collaudatis Marcellus post aciem stare iussit, fauciosq; in urbem efferre. Atrox pugna erat. Hortari suos Marcellus fortiterq; iubet dimicare, non eum hoste esse clamitans, qui nuper fuerat, Cãpanis delitijs enertatum, emollitq; esse ocio & libidine, nihil in eo ro-

Hirpinorum querela.

Hannibal Nolanorum responsum.

boris alpiniq; illius rigoris esse amplius. Castigare suos Hannibal, quod quum multo maiores copias uicissent, nunc uix tam paucis resisteret. Ad postremum neq; ducis minæ, neq; præfentia profuit. Pœni terga dantes turpiter in castra compelluntur. Mille in prælio cæsi, sexcenti supra mille capti. Signa militaria duo & uiginti. Elephantis quatuor in acie interfecti. Ro. minus mille desiderati. Marcellus cum ingenti lætitiâ & gratulatione plebis quæ antea ad Pœnos inclinatio erat, in urbē reuersus est. Tertio post die mille, cccxxx. duo equites mixti Hispani Numidæq; siue ob iram aliquam (nam causa alioqui non traditur) siue felicitis spe militiæ, à Pœno ad Marcellum transfugere, horû fideli opera Romani postea ubiq; uisunt, atq; utriusq; ager finito bello in sua terra datus. Hannibal Hannone in Brutios remisso, ipse Apuliam hyberna petijt, circaq; Arpos confedit. Q. Fabius, ubi hostem in Apuliam profectum audiuit, exercitum Capuam admoto, agrum urbi circumiectum militi ferro & igni uastandum tradidit. Campani & ipsi extra urbem castra muniuere, siebâtq; quotidie inter equites prælia tumultuaria quide, & qualia ex occasione alterius partis uicti solent. Hic Iubellus Taureas Campanorum equitum, ut fama erat, fortifsimus, prouocat Claudium Afellum, cuius olim spes fuerat, ad singulare certamen: procedit ille permissu consulis ad pugna, stabatq; exercitus utriusq; in procinctu spectans. Quum igitur aliquandiu libero spatio certamen sine uulnere extraxissent, tum Taureas, equorum est, inquit, hic non hominum cõkursus, quin in uiam hanc cauâ equos demittimus, ubi confertis manibus statim prælio defungamur. Ferox Claudius nihil moratus equum in uia demisit. Vbi Taureas minime sis, inquit, cantheriû in fossa, quæ uox in rusticum prouerbum abiit. Claudius abeuntem hostem, ut ignauam increpans, in castrâ cum gratulatione uictor abiit. Quidam memorie tradiderunt Claudium fugientem hostem ad urbē secutum, per patentē portâ ingressum, citato equo, stupentibus miraculo hostibus per auerfam urbis partē in colum ad suos euasisse. Et res in Italia tunc ita habebant. Interim ex Hispania, quum duo Scipiones frumentû & uestimenta pro terrestri exercitu & nauibus copijs, per literas, ex urbe petissent, ærarij inopia, publicanis eam curâ locari placuit, sic respub. aliqua ex parte priuata est pecunia administrata, cautum publicanis in tempestatis & hostium periculis. Frumeto in Hispaniam delato, Scipiones ad liturci oppidum quod ternis hostium castris oppugnabat, Hasdrubale Magone & Hamilchare Bomilcharis filio urbi assidētibus, magno certamine peruenerunt, cõmeatq; socijs importato, ut in fide perstarēt, multis uerbis hortati in Hasdrubalis castra impetum faciunt. Conuenerant eò forte & alij Pœnorum imperatores, à quibus lx. milia hominum sunt in aciem educta, quò circa Ro. duces xvj. milia ferme essent, tam prospero est euentu dimicatum, ut plures hostes cæsi sint, q̄ Ro. in acie steterint. Tria milia capta, & equorû penè par numerus. Inde sexaginta militaria signa eisdem adempta. Quinq; elephantis in prælio occisi. Romanus uictor ternis est castris potitus. Nec secundum eam cladem hostis quieuit, quippe qui haud multo post, reparato exercitu, Incibilim oppugnare est adortus, quo Scipiones profecti iterum cum Pœno configunt, tunc que ea pugna hostibus nihil illiturcensi felicior, xij. milibus armatorum in prælio amissis, tribus milibus captis cum lx. signis militarijs, & nouem elephantis, castris exuti sunt. Tum uero omnes ferè Hispaniæ populi ad Romanos defecere, multo que maiores res, hac estate, sunt in Hispania quam in Italia gestæ: Lilius Locros, per id tempus, in Italia Hannoni deditos scribit, quum in Romanorum adhuc fide essent oppidanorum multitudine in agris, subito hostium accessu intercepta

Pœnorum des.

Taureas equus.

Claudius Afellus.

Pœnorum des ingens.

Locri Pœnorum sunt.

cepta urbs in Pœnorum potestatem uenit. L. Artillio cum præfidio clam ex urbe ab oppidanis emisso, & in naues imposito. Locrenibus ab Hânibale ut liberi uiuerent permissum. Tulerunt id egrè Brutij, q̄ urbem quam sibi prædâ destinauerant, liberâ uideret, quare haud multis interiectis diebus, ipsi suis uiribus, freti, Crotonæ plebe et Aristomacho plebis principe tradentibus occupat. Optimates qui Ro. erant, arcem in hos casus parati iam antea obtinebāt. Eodem & Aristomachus paulo post fugit, uelut urbis Pœno & nõ Brutijs tradendæ autor fuisset. Paruit olim Crotonis circuitus ad duodecim milia passuum: quum uero hæc in ea ora Italiæ gerebantur, dimidio minor facta erat, ut uix in ea uiginti milia hominû censerentur. Extra urbem Iunonis Lacinia templum, multa per id tempus religione sacra. Lucus proceris abiebtus septus. Læta in medio pascua, ubi omnis generis pecus deæ sacrum sine custo de pascebatur, gregibus sub noctem ad stabula sponte remeantibus, nulli hominum ferarumque iniuriæ obnoxij. Solida ex auro columna ex illorum prouentu facta dedicataq; deæ est, templum diuitijs & religione inclutum. Miraculum loco affingitur ex ara, quæ ibi sub dio fuit, nunquam cinerem uentorum impulsu dissipatum. Obsedere Brutij aliquandiu arcem à plebe adiuti, inde cum se parû proficere sedendo animaduertent, Hannonis auxilium implorât, post cuius accessum, tandiu in obsidione perseuerarunt, donec optimates Locrensiu Hannonis interuentu pacti sunt cum hoste ut relicta arce Locros cum omnibus fortunis incolomes migrarent, malueruntq; illi extorres fieri, quàm in natali urbe cum Brutijs uiuere. In Apulia hybernorum tempore leuiora prælia fere, inter Hannibalem & Sempronium consulem, qui Luceria erat. His Ro. quia plurimum prosperè pugnabat, in dies promptior fiebat, dediscebâtq; hostem formidare. Perijt per id tempus Hiero Syracusanus iam senio confectus, Hieronymo Gelonis filio quindecim annos nato, hærede relicto. Præcepit puero & pueri tutoribus moriens Hiero, ut in Romana societate colenda suis uestigijs insisterent. Cæterum insolens ille, & in omne facinus præceptis Andronodori impulsu (erat is Hieronis gener, & puero tutor cû pleriq; alij relictus) à Romanis breui alienatus est. Obstetit aliquandiu Thrafo tutori unus, qui falso Theodori cuiusdam indicio, uelut pupillo capitales tenderet insidias, interfectus est. Eo sublato puer apertè ad Hannibalem defecit, missis ad hoc ipsum legatis, qui eum de fœdere agerent. Coniurauerat Theodorus, cuius modo mentionem habui in tyranni caput cum pleriq; alijs, qua coniuratione ad Hieronymum delata, captus ille nullis cruciatibus cogi potuit, ut eorum quempiam nominaret, qui eius essent consilij socij. Et ut fidem uerbis astrueret, Thrafonem, qui apertè rem ad Romanos trahebat, et alios quosdam à latere tyranni nominauit, qui ad unum falso indicio sunt ad supplicium ducti, quum interim socij coniurationis, Theodori fide & constantia freti, Syracusis esse haud ueriti sint, dum destinati facinoris socius torqueretur. Missi sunt ab Hânibale cum Hieronymi legatis Hippocrates et Epicles fratres, Carthagini quidem nati, sed Syracusis oriundi. Per hos societas inter Hieronymum & Hânibalem iuncta est, ipsiq; ducis permissu apud tyrannum subsedere. Miserat à principio Appius Claudius qui in Sicilia erat, Syracusas ad Hieronymum legatos, qui cum eo societatem renouarent. Hi per contemptrum à rege auditi, rogatiq; per ludibrium: Ecquamnam fuerit Rom. fortuna ad Cannas? Non credere se uera esse quæ Carthaginensium legati sibi nunciarent. Tum Ro. quum serius legationes audire cœpisset, ad eum se redituros dixere. Interim magis monit' est quàm rogatus, ne quid temerè moueret. Misit inde Hieronymus Carthaginem qui in has condiciones fœdus,

Crotonis uetus stas.

Lacinia Iunonis templum.

Miraculum.

Crotoniatum odium in Brutios.

Hiero moriturus.

Hieronymus à Ro. alienatur.

Hippocrates, Epicles.

Hieronymi callatio in Ro.

fanciret, ut Romanis Sicilia eiebtis, Hîmera amnis qui mediam ferè insulam diuidit, Syracusani regni imperijque Punici finis esset. Paucis inde diebus interiectis, totius insulæ sibi regnum per legatos depoposcit, in quo nouo fœdere, modo à Romanis alienaretur, est à Pœnis assensum, ipse paucis diebus, quibus hæc citrò ultroque iactata sunt, quum forte in Leontinos uenisset, ibi à coniuratis multis est uulneribus confectus, factaque à facellitibus fuga, percursorum alij in forum decurrunt, ut populum ad libertatem uocent, alij Syracusas contendunt ad Andronodori consilia occupanda. Significauerat interim Claudius senatui Siciliam à Romanis per Hieronymum alienari, seq; arma ad occurrendum eius conatibus uertere occœpisse. Hæc quum Romæ cognita sunt, instabant consularia comitia, ad quæ habenda Fabius Maximus fuerat à Puteolis reuocatus, quem ille locum permissu patrum, emporium fecerat. Quum Romæ igitur iuniorum prærogatiua, T. Octacilius & M. Amylium Regulum consules retulisset, uehementi consulis oratione factum est, ut centuriæ in suffragium missæ, Fabium ipsum & M. Claudium Marcellum Octacilio frustra indignante, consules crearent. Niues eo anno supra modum altè iacuerunt, & Tyberis agros inundauit, cum magna rectorum strage, pecorumque & hominum pernicie. Fuit hic annus quintus secudi belli Punici, quo Marcellus absens, & Fabius Romæ cõsulatum inire. Nec multis annis fuerant consules, qui celebritate nominis & uirtute, in maiorem expectationem ciuitatem erexissent. Etenim Fabium clypeum uulgo appellabant, Populi Romani Marcellum ensem. Ipse quoque Hannibal professus aliquando dicitur, se Fabium ut pædagogum, Marcellum ut pugilem formidare. Referebant adhæc senes, sic olim T. Mâlium cum Publio Decio ad bellum Gallicum, sic Papyrium & Coruini aduersus Samnites & Brutios unâ cõsules creatos. Nec quiscquam Fabium imperij cupidum, quia se cõsulem rescici passus esset, existimauit, quin ab omnib. est laudatus, quod sua animi magnitudine nixus, minoris inuidiam suam faceret, siqua inde oriri potuisset, quàm Reipublicæ salutem, cui optimis ducibus opus esse, ea tempestate uidebat. Prodigia plurima & magna hoc anno facta dicuntur. In Apulia uiridis palma ardere uisa est. Mantuæ stagnum Mincio amne effusum cruentum apparuit. Romæ sanguine pluit in foro Boario. In uico Istrico tanta uis aquarum repente terra erupit, ut suo impetu dolia fortè obiacentia pronoulerit. Atrium publicum in Capitolio de cœlo tactum, & des in Vulcani campo, & alia loca publica priuataque fulmine sunt icta. Hasta Martis sua sponte præneste mota est. Bos in Sicilia loquutus. In Marucinis infans in utero matris Io triumphè exclamauit. Spoleti ex muliere uir est quidam factus, quod ipsum ne quis pro mendacio repudiet, præter Liliu, qui prodigij huius autor est, Plinius Licinio Crasso, & C. Calsio consulibus, Casini puerum scribit sub parentibus ex uirgine fieri contigisse, qui in desertam sit insulam aruspicum iussu deportatus. Licinius Mutianus uisum à se Argis prodidit Aristonem, cui nomen fuisset Aristusæ, ac uirginè nupsisse, moxq; barbam & uiriliter adeptum duxisse uxore. Smyrnæ quoq; hoc ipsum aliquando accidisse idem autor prodidit. Et à Plinio in Aphrica uisus qui die nuptiarû ex fœmina uir fuerat factus, Luciusq; Cossitius appellatus. Nunciata sunt per id tēpus, præter ea quæ diximus, & alia prodigia. Adria ara in cœlo uisa, hominûq; species circa eam in cãdida ueste. Af' firmabat quidam se armatas legiones uidere in Iani cœlo, atq; huiusmodi uoce ciuitatē ad arma concitarunt. Examen apud in foro Rom. uisum, quia id rarum, idcirco prodigij loco acceptum. Hæc maioribus hostijs, de more procurata ex aruspiciu respõs,

Hieronymi cades.

Consules.

Fabij constituta.

Prodigia.

Qui ex fœminis facti sunt mares.

ut uana tunc erat superstitio, supplicatq; ad omnia deorum puluina. Inde animis ad Rem. cōuersis placuit patribus eo anno duabus & uiginti legionibus Rem. administrari: & quia bellū indies gliscibat in Sicilia, apparebatq; futurū ut magno nauium opus esset apparatus, qui præcipuo censu in ciuitate pollebāt, pro fortunę dignitate, nauas priuato sumptu instruxere. Campani ubi hæc quæ Romæ parabantur, explorata habuerunt, trepidis nuncijs Hannibalem ex Apulia accersunt, ueriti ne Romani bellum eo anno à Capuæ obfidione inchoarēt. Pœnus Campanorū periculo commotus, Tiphata cum omnibus copijs redijt, ibiq; paucis diebus cōmoratus, Capua ualido præsidio munita, ad mare cum cæteris copijs contendit, sacra ad Auernum facturus, ut rumor erat. Cæterū Puteolos occupare in animo habebat. Pōst uero q̄ ad Auernū uenit, ex Tarento quidam ad eum uenere, p̄ quos fides est illi facta Tarenti, si propius copias admouisset, p̄ditione occupandi. Læto animo hos Hannibal audiuit, multisq; à se pollicitationib. dimissos, ire domum, remq; in suum aduentum præparare iubet, fore, ut ipse non multo pōst cum exercitu adesset. Inde sacro ad Auernū per petrato, Puteolisq; aliquot dies frustra oppugnatis, Cumano agro uastato, Neapolitanorū fines ingressurus, Nolam à plebeis occultè accersitur. Præuenit illum Marcellus consul, præsidio eod prius misso. Hanno quoque per eos dies, cum magna peditum equitumq; manu, Beneuentanū agrum ingressus, ad Calorem amnem cōfedit. T. Gracchus, qui cum Volonū exercitu, aliquanto antea eod uenerat, urbe egressus, mille passus ab hoste castra metatus est. Ibi Gracchus milites pro cōcione affatus, libertatem, de qua iam antea sibi potestas esset à patribus data, Volonū se proponit. (Præcipua enim pars eius exercit⁹ ex hoc militū genere constabat) fore edicit, ut quicumque hostium caput sibi derulisset, continuò ille pro libero haberetur, accingerēt itaq; se in crastinum, ut cum hoste acie dimicarent. Cæterum ut maior fides ijs esset, quæ promitterentur, recitari iussit literas se natus quibus significabatur ius manumittendi exercitus Graccho publicè dari. In certā igitur spem milites erecti, post die primū omnium ante prætorium instructi cōstituerunt, Gracchus copias in aciem eduxit, ne hostis pugnam derectauit, quippe qui ad decem & septem milia peditū sub signis habebat magna ex parte Brutios & Lucanos, eqtes mille & ducentos. Pugnatū est quatuor horis fortuna neutro inclinante, nec aliud Romanorum uictoriam morabatur, quàm quod Volonum plurimi hostium capita altera gestabant manu, multo pluribus in hosti li capite sibi libertatis cupiditate uindicando, quàm in uictoria in dipiscenda occupatis. Quod ubi per tribunos Graccho est nunciatū, cōfessim edixit, ut capita abijcerentur, & libertatē æquē omnes adeptam sperarent. Tum redintegrata pugna est, & eques in hostem missus, cui Numidarum equitatus occurrit, fuitq; equestre prælium nihilominus quàm pedestre laboriosum: Stabatq; suo gradu innixus hostis, certus mori potius quàm ut à seruis uinci paterēt. Tum Gracchus ubi rem in discrimē maximū adductam uidit, alta uoce in clamat nō esse cur quisquam libertatem speraret, nisi uictor exercitus in castra dijisset. Ibi Volones renouato clamore tanta ui sunt in hostem euecti, ut sustineri amplius nequuerint. Primò antesignani, mox tota acies impulsā terga dedit. In castra primò fuga inclinauit, ubi maior cædes quàm in acie fuit. Inuenerunt captiui, qui in castris erant, uictoria, qui repētē ubi uictis hostibus suos instare uiderunt, arrepto ferro, telisq; temerè obiacentibus, in causa fuerunt, ut hostes in medio castris sint. Ex tanto nuper exercitu, uix duo milia cum Hanno ne effugerunt. Alij aut interfecti sunt, aut capti. Signa duodequadraginta capta. Ex uictoribus, duo

Belli apparatus.

Hannibal Puteolos oppugnat.

Volonū libertas.

Atrox pugna.

Hostiū cædes.

milia in pugna occubuerunt. Præda omnis, præter captiuos, militi cōcessa. Gracchus postero die militibus ad concionem uocatis, posteaquam optime meritos militibus præmijs donauit, ad Volones conuersus, etsi ad quatuor milia eorū erant, quæ segnius pugnauerant, timereq; potius supplicium quàm præmium speraret: Quod populo Romano & ipsi bene uerteret, omnes liberos esse iussit. Vnum adiecit Gracchus, uelle ac iubere se, quādo publica fides persoluta esset omnibus, ut qui eo diē min⁹ strenuè dimicassent, iureiurando adigerentur, ne quàm diu stipendia facturi essent cibum nisi stantes caperent. Inde Beneuentum reuersi per iocum & epulas, cum multa læticia, à Beneuentanis in publicum prolatis, festum diem egerūt. Omnes in proparulo, Gracchi permissu, epulati sunt, Volonesq; hilarius conuiuū reddidere, qui capitibus alba lana uelatis accubantes, quibusdam (ut iussit) stantibus conuiuiati sunt: hæc celebris diei speciē Gracchus, posteaq; Romam redijt, figurari iussit in eod libertatis, quam pater eius in Auentino, ex multatitia pecunia faciendā curauit, dedicauitq;. Sed dum hæc ad Beneuentū geruntur, Hannibal ex Neapolitano agro, in Nolanos fines castra transtulit, quem uenientē Marcellus prælio excepturus, Tiberium Nerone cum robore equitum præmisit, qui occulto alarum circūactu, ubi certamē initum sensisset, à tergo hostem inuaderet. Ipse à fronte acri prælio cōgressus, hostem perculit, percussum turbat cæditq;. Et iam uictoria in manibus erat, si Nero iniunctum munus obiuisset, uerum eo cessante, incertum, metu adesse noluerit, an uiam errore retardatus nequuerit, Marcellus non ausus hostibus instare, cani iussit receptui, duobus milibus & amplius ex Hannibalis exercitu cæsis. Consul Nerone grauiter increpito, per eum stetit professus est, quo minus eo die clades ad Cannas accepta hostibus redderetur. Post die Marcellus suos in aciem eduxit, iusta acie dimicaturus. Hannibal, ta cita confessione uictus, se in castris tenuit, nec diutius circa Nolam moratus, cuius potiundæ omnem spem abiecerat, motis castris Tarentum ire pergit, quo nuper fuerat accersitus. Per id tempus Romæ Cæcilius Merellus, & qui cum eo post Cannensem cladem, consilium deferendæ Italiæ iniuerant, à cenforibus sunt ignominia notati. Equus quibus publicè erat, ademptus est. Alij tribu summoti atq; ærarij facti. Parè ignominia subiere & illi qui uana iurisdictioni interpretatione, Romam à captiuo missi, ad Hannibalem non redierant. Inde ad duo milia iuniorum tribu summoti sunt, q; in tanta Reip. necessitate quadriennio non militassent, nec uacationis causam dicere iussi, nullam iustam afferre potuissent. Ad ditum celsioris notæ triste senatus consultū, ut eiusdem noxæ rei, eadem conditione in Sicilia militarent, qua & Canensis exercitus reliquie. Tum quoq; pupillorum & uiduarū census sunt in publicū delati, ut in fide publica essent eorum bona, sicq; tutiora illis futura: & in summa ærarij inopia Reip. usuria, quin & patres familias, qui Volonū libertate donatorum precia accepturi erant, professi sunt, nō prius se eam pecuniā exacturos, q̄ in Italia esset cum hoste debellarū. Manauit priuata hæc benignitas ex urbe in castra, ut non equites, nō centuriones, tali tempore stipendiū acciperēt, mercenarij q; habere si quis accepisset. Obfidebat per id tēpus Fabius alter cōsul Casilinū, quod Hannibalis præsidio tenebat: acciuitq; ad eam oppugnationē Marcellum collegā ex Nola. Bellis inde operibus muro ad motis, territi hostes, quum petijissent ut inde incolumes abire liceret, essentq; iam aliquot egressi, medio colloquio Marcellus porta una repente occupata, in oppidū irrupit. Ad duo milia & septingenti Pœni simul ac Campani uicini, Romam missi sunt, qui prius sub fide egressi erant, iussu Fabij, incolumes Capuā abierunt.

Hilare Volonū conuiuū.

Vincitur Hannibal à Marc.

Note celsioris.

Priuata studia in Reip.

Casilino

Casilinum recipitur à Ro.

Res à Fabio gestæ in Samnio.

Salapia.

Marcellus in Siciliam mittitur.

Demarata uerba.

Casilino per hūc modum recepto, Marcellus Nolam redijt. Fabius in Samnium ad populandos fines hostium concessit. Et Hanno per eos dies, aliquot Lucanorum cohortes cum præfecto sociorum, prædatum milias à Sempronio, infidius excepit, exceptas tanta strage afflixit, ut nō minor clades hosti repensā sit, q̄ ipse ad Calorē amnem haud multo prius acceperat. Fabius in Samnio Compulteriam ui cepit, Telesiam, Compofam, Nelas, Fuisulas & Orbitaniū, cæsaq; interim aut capta ad uiginti quinque hostium milia, receptiq; perfugæ cclxxx. qui Romam missi in comitio uirgis cæsi, ac de saxo ad unum præcipites deiecti sunt. Hæc Fabius paucis diebus. Marcellum interim aduersa ualetudo à gerendarum rerum cursu Nolæ implicitū auertit. Q. Fabius prætor, qui circa Luceriā cum exercitu erat, Accuam oppidum ui cepit. Hannibal interea Tarentum copias admouit, milleq; ferme passus ab urbe metatus castra, ubi aliquot dies circa urbem uersatus est, quia nihil inuenit mouebatur, ratus uana fuisse eorum qui ad se uenerat promissa, spe haud tamen abiectā eius urbis potiundæ, ut Tarentinis pacatus uenerat, ita innoxio exercitu Salapiam concessit, ubi hyemare constituit, fecitq; Pœnus locum ipsum meretricio amore insignem. Ingens uis tritici huc comportata à frumentariis, & tantum prædæ ex circumiacentibus agris abductum, quod quatuor milia eorum Hannibal suis equitibus, domanda distribuit. Interim quia graue bellum, post tyranni cædem erat in Sicilia conflatum, patres eam prouinciam Marcello decreuerunt. Nam Hieronymus in Leontinis inuestigato, facta spe à coniuratis regiæ pecuniæ militibus distribuendæ, ad eod repētē uniuersus exercitus, qui ab initio tumultuari cœperat, mutatus est, ut passus sit regem in sepultū iacere. Leontini & ipsi libertatis nomen liberentur complexi sunt. Theodoros & Sosias ex coniuratum numero, qui statim perpetrata cæde, celeriter cursu Syracusas cōtenderant, sub noctem ingressi urbem, exuias caeli regis ostentantes, populos Syracusanos ad libertatem uocant. Palsim ad arma discursus, detractaq; sunt etiā aliqua ex ipsis templis, properatumq; statim ad Andronodorū opprimendum, qui aliquanto prius de cæde regis factus certior, insulam & arcē præsidio firmarat. Post die populo in Acradinam coeunte legati sunt ad Andronodorum missi, ut Syracusanis insulam & arcem patefaceret, alio qui repetituros se ab eo libertatem, non minus hostiliter, quàm ab Hieronymo nuper petita esset. Celsissimè confestim ille populi consensu tenuit, nisi Demarata uxor, filia Hieronis, gens regios adhuc spiritus præpediuisset, identidem Dionysij uocem usurpans, oportere tyrannum pedibus tractum, non equo sedentem tyrannidem relinquere, facile esse omni temporis momento cedere magnæ fortunæ possessione, eā uero acquirere perdifficile & arduum. Accersendum ex Leontinis militem, cui si regiam pecuniā polliceretur, fore, ut omnia in potestate haberet. Id mulieris consilium Andronodoros haud aspernatus, publico eo die abstulit, mox illud ut præceps reformidans, in Acradinam uenit, ubi quum suam moram excusasset, insulam à se clausam testatus est, ne cædes à tyranno orta, regis necessarios & ministros attingeret. Probata deinceps tyranni cæde, percussoribusq; laudatis, clausæ arcis regiarumq; pecuniarum ante eorum pedes constituit. Rarè unquam lætior dies Syracusanis illuxit. Supplicatum est à uiris pariter & feminis circum omnia templa, gratiæq; dijs actæ, quod sine maiore motu, ex imperato antiqua esset libertas ciuitati restituta. Creati post die prætores, Andronodoros in primis, cæteri fermè ex percussoribus tyranni, & in his Sopatrus & Deomenes absentes. Erantque iam res Syracusanorum in tuto, nisi Hippocrates & Epicles, post tyranni cædem Syracusas

reuersi, uelut in Italiam paulopōst ad Hannibalē abiit, pacatum ciuitatis statum iterū in discrimen adduxissent. Hi partim optimates ad tras fugas Romanorum, et milites criminando, q; Syracusas per speciem libertatis R. Po. traderentur, Andronodoroq; ad nouarum rerum studium reuocato, eod rem traxerūt, ut fenatus Aristonis cuiusdam indicio, de ijs quæ parabatur, certior factus, Andronodorū & Themistium, qui Harmoniam Gelonis filiam uxorem duxerat, in curia occiderit. Erat Ariston tragædiarum actor, qui Andronodori & aliorum consilium sibi ab Harmonia creditum, quia cōtra patriam esset initum, occultare nefas duxit. Multitudo, quæ ante curiam stabat, audita cædis causa, ut sua esset natura insoles, quæ aut humiliter seruit, aut nimis superbè dominatur, prætoris rogationem, ut omnis regia progenies extingueretur, penè prius sciuit, quàm uulgaref. Tum percussoribus missis, Demarata & Harmonia sunt interfectæ. Erat & Heraclæa altera Hieronis filia, cuius uir Solippus, Hieronymi tyrānidem fugiens, uoluntarium sibi exilium conscuerat. Hæc ubi qui ad cædem missi fuerant, adesse sensit, in sacrarium ad penates confugit. Secutæ sunt Heraclæam duæ uirginis filie, ibi multum atq; diu per patris Hieronis, & Gelonis fratris manes precata est, ne se cum Hieronymo, ex cuius regno nihil præter uiri exilium haberet, conflagrare sineret. Cæterū cum nihil preces & lachrymas aduersus destinatam cædem prodesse uidit, & iam ferrū in se stringi intuita est, omisis pro se precibus, ut saltem puellis parceret, orare institit: cæteri dum hæc loquuntur Heraclæa ab aris distracta interficitur. Filie uelut furore captæ per densos gladios, cū impetu & clamore dilapsæ, uago toris ædibus discursus, post multa uulnera, miserabiliter concidunt. Ea cædes ad eod indigna uisa est multitudini, ut odio in prætores accensa confestim Epicidē & Hippocratem in Andronodori & Themistij locum prætores creauerit. Et iam legati ad Appium Claudium missi erant de antiquo fœdere cum Ro. renouando. Eratq; tum fortè Appius ad Murgantiā cum centum nauibus, expectans quod tenderent post tyranni cædem præsentis Syracusanorū motus. Epicles interea & Hippocrates, ubi Puniam elatis ad Pachinum appullam audiuerunt, uideruntq; legatos à Marcello qui in Siciliam in horam traiecturus dicebatur ad id missos, ut cū Syracusanis de fœdere agerent, ad mercenarios transfugas conuersi, factum criminantur, palam prædicantes, rem Syracusanā Romanis proditum iri, renouandi fœderis prætextu, fecitq; his fidem criminibus Rom. nauium in portum appullus. Tumultuosè inde aliquot dies acti, alijs aliò ciuitatis studia trahentibus. Cæterū quia satis cōstabat rei Syracusanæ expedire, cum Romanis pacem habere, uisum est legatos ad Marcellum mittere, qui cum eo publicè fœdus renouarent. Interim à Leontinis legati affuerunt, præsidium suis finibus perentes. Missus est eod Hippocrates, cum transfugarum multitudine, qui nouarum rerum cupidus, primò Romanæ prouinciæ fines furtiuis incursionibus est infestare adortus, impetu deinde in Romanum præsidium facto, quod Appius ad tutandum sociorum fines miserat, ex stationarijs militibus aliquot improuiso accessu interfecit, quæ ubi Marcello nunciata sunt (iam enim in prouinciam uenerat) Syracusas misit, qui paucis fidem uiolatam quereret, belli causam nunquam defuturā, donec Epicles & Hippocrates in Sicilia essent. Tum Epicles ex Syraculis in Leontinos profectus cum fratre, autor Leontinis fuit, ut à Syracusanis desicerent publice, professiq; sint se non staturos fœderibus. quæ Syracusanus populus cum Ro. percussisset, quādo ea res suę libertati minimè expediret, quonia in eo fœdere esset expressū, ut Leontini Syracusanę ditionis esset, ut antea quàm tyrannorū principatus esset euerfus,

Andronodori cædes.

Omnia regia progenies extinguitur.

Miserabilis uirginū cædes.

Epicid. et Hippocrates.

Leontini à Syracusanis desiciunt.

Parati

Leotini à Mar-
cello capiuntur.
Epicid. & Hip-
pocratis ars.

Parati erant Syracusani id mutare, cautiq; uolebant Leontinorū libertati, sed neq; presenti indulgentia, neq; ullo alio obsequio, potuerunt Leontini in officio retineri. Id Syracusanorū legatū cū Marcello nunciasset, confestim ille copias Leontinos admouit, primosq; impetu oppidū cepit. Epicides & Hippocrates, qui medio tumultu in arcem cōfugerant, nocte, quae secuta est, ad Herbestum confugere. Occurrit interea nunciū captae urbis Syracusanis praetoribus ad Milam fluuiū, ueniebant hi cum octo milibus armatorū ad Marcellum. Erant enim Syracusani ita pacti, ut Leontini recepti suae ditionis essent. Hi audita urbis direptione, cum falsō oppidanorū & militum promiscua nunciaretur cedes: Marcellus enim ad duo milia transfugari securi percussit, sternatō agmine, ac penē à Ro. alienato, Megarā deflexerunt. Inde ad Herbestum ducunt: unde Hippocrates & Epicides cum olearū ramis, & alijs supplicibus uelamentis, obuiā agmini occurrunt, inuitisq; praetorib. in agmē recepti, haud multo post in hanc sententiam literas cōfingunt, quae à praetorib. ipsis ad Marcellū datae uiderentur. Syracusani praetores Marcello. Rectē fecisti, quod Leontinis captis nemini peperceris. Sed quia una omnium mercenariorum causa est, nec quando quicq; seditionis militum, aut in urbe, aut in castris erit, res nostrae quieturae sunt, gratū nobis feceris, si eos qui sunt cum nostris collegis circa Megarā, in tuam potestate redegeris, redactosq; merito affeceris supplicio, remq; Syracusanam certa pace stabiliueris. His literis in cōcione militum recitatis, tanta rabies militū animos incelsit, ut praetoribus metu dilapsis, in Syracusanos, qui in castris erant, fieret imperus. Hippocrates & Epicides in maiore spem euecti, à Syracusanis omnē militum iniuriam arcuere, ex quibus recenti beneficio sibi attrictis subornant, qui Syracusas reuerſi multa de crudelitate & auaritia Ro. in Leontinos cum suis popularibus quererentur. Hi rumores facile multitudinem perpulerunt, ut portas Ro. claudendas palam clamarent. Affuerunt interim uelut ex composito, cum militū agmine, Epicides & Hippocrates. Hi per necessarios eorum, quos secum habebant, in Hexapylū recepti sunt praetoribus inuitis, atq; identidem obrestantib. patriam tyrannorū satellitibus proditūri. Mox & Acradina ab his occupata. Praetores, nisi qui in medio tumultu oppressi sunt, salutē sibi fuga quaesierunt. Postero die seruis ad pileū uocatis, & carcere ui refracto, Epicides & frater praetores creantur, legatiq; Ro. Syracusas missi, eorum trimi intercepta, uolati essent, nisi terrestri itinere ad suos occultē euasissent. Marcellus continuo exercitum Syracusas admouit, misitq; in urbem, qui Syracusanis nunciaret, se cum exercitu adesse, auxiliū oppressae ciuitati laturū. Hi ab Epicide & Hippocrate urbe exclusi, in seclata re in castra redierunt. Tum uero Syracusae terra mariq; obsideri coepit. Et iam bellicis operibus admotis, primus ille Romanorum conatus haud irritus fuisse, nisi Archimedes unicus ea tempestate caeli & siderū spectator, machinatorque bellicorū operum, ab initio omnia Romanorū consilia perleui momēto discussisset. Eudoxus Gnidius & Architas Tarentinus, primi omnium hanc machinandi artem, multis uarijsq; geometricis caelaturis exornasse dicuntur, subtiles & occultas artis propositiones, machinarū formis mortalium oculis subijcere adorti. Id Plato aegre tulisse traditur, ut quae ingenij essent, sensibus subijceretur, nec frustra ille auguratus, futurū aliquando, ut machinandi ratio philosophia auulsa, alterius esse crederet: quod postea accidit militaribus artibus inserta, in quo genere Archimedes tantū studio & ingenio profecit, ut iactare solitus dicitur, si alterū terrae globum nactus esset, se alterutrum alteri applicaturum. Inter pulchra artis experimenta ab eo edita, illud est memoria pro-

Epicid. et Hip-
pocrates Syra-
cusas occupat.

Obsidentur Sy-
racuse.
Archimedes.

Archimedis in-
uenta.

ditum, onerariam nauim mercibus onustam sedentem altera duntaxat manu organis pertraxisse, cum ne uacuum quidem ingens uis hominū remoliri potuisset. Per quae Hieroni insinuatius multas ad urbis defensionē machinas fabrefecerat, quibus tum Syracusani sunt aduersus Romanos uhi. Est & in praesentem usum quaedam machinatus circa Acradina, qua parte Marcellus ex nauibus alias mēibus admouerat, caeteras ex aduerso constituit, quae ingen-tem telorum multitudinē in propugnatores mitterent. Has Archimedes gradioribus saxis concussas, foeda laceratione disculsit, quum uno ictu multa simul saxa, ingeniosa libratione, in Ro. classem torquere rentur, quibus quum afficti nauae simul & naues submouerentur, Marcellusq; id iniquo animo ferret, saepius in clamasse dicitur: quid uanū illum Briareum fugerent? Naues quae muros subierat, quia huiusmodi cladi minus erant obnoxiae, ferrea manica catenis deiecta, ut hanc uel illā fuerat fortē adeptus à puppi in proram sublimes statuebat, mox ubi aliquandiu suspensas cōcussisset, ex improbitate remissas non sine ingenti nauarum periculo undis affigebat. Ut tutius praeterea sui ciues urbem tueretur, murum à summo ad imum cubitalibus rimis excavari iussit, unde uelut ex tuto hostes crebrō telorū iactu in cesserentur, quod inuentum ad posteros manauit, ut hodie quoque urbium moenia in huiusmodi angustiores aperiantur rimas. Discusso per hęc omni nautico apparatu, Marcellus à terra urbē adortus, hac quoque parte unius uiri ingenio est à muris repulsus. Perleuerat tamen hostem terra marique obsidere, firmatisq; stationibus dux ipse cum parte copiarum Herbestum & Pelorum recepit. Megaram ui captam diripuit ac diruit. Per eosdem dies Himilcho, qui ad Pachinum aliquandiu se tenuerat, ad Heracleam, quae Minoa dicta est, uiginti milia peditū, & tria milia equitum exposuit, quem apparatum Carthaginienses post Syracusas ab Epicide & Hippocrate initas, in spem Siciliae recuperandae adducti, incredibili studio instruxerant. In terram itaque egressus Himilcho, primō Heracleam recepit, mox & Agrigentum, & ex Syracusis, ut rem iuaret, Hippocrates cum decem milibus peditū, & quingentis equitibus, per Romanarum stationum interualla noctu elapsus ad Acillas urbem uenit. Hic quum fortē merandis castris Pœnis esset intentus, Marcelli inopinato accessu, qui Agrigento à Pœnis occupato, in castra composito agmine abibat, haud enim tantas secum copias habebat, ut par esset Himilchoni, Hippocrates metu disiectus, cum suo equitatu Agrigentum confugit. Pedites à Romanis circumuenti, aut caesi, aut capti sunt. Habuitque ea uictoria non nihil momenti ad Siculos in fide continendos. Himilcho haud multo post cum Hippocrate ad Anatim fluuium castra fecit. Quinque adhuc & quinquaginta Carthaginiensium naues, per id tempus magnum Syracusarum portum tenuere Bomilcharis ductu, & triginta Romanorum naues per eosdem dies, legionem unam Panormi exposuere, quae secus mare ad Pachinum uenit, ubi Claudius cum classe erat. Nec ita multo post legione accepta, quum Syracusas uersus mouisset, Bomilchar Romanae classis fama territū, quod duplo maior esset Punica, è portu in altum euectus Carthaginem abiit. Interea Himilcho Murgantiam recepit. Multe deinceps urbes Romano praesidio, aut pulso aut oppresso ad Pœnos defecerunt: quam Siculorū ad hostes defectionē ueriti qui Ænnam praesidio obtinebant, quorū L. Pinarius erat praefectus, cernerentq; Ænneses ad defectionē spectare, nullū illis locū ad insidias relinquēbat: oppidani ubi omnem ad fraudē uiam praclusam uiderunt, sibi portarū clauē restitui deposcūt, quādo in societate, non ut serui in custodiā traditi essent, Ro. bonis socijs fidem suam maximum uinculum esse.

Marcelli expe-
ditio.

Carthagin. &
Ro. motus in
Sicilia.

Alioqui

Aemensiu ca-
des.

Orici condito-
res.

Apollonia.

Mira natura.

Aous.
Eas.

Philippi fuga.

Alioqui nisi bona uenia restituantur, repetituros se ui libertatem denunciant. Pinarius primō hortatus est, ut ad Marcellum mitteret, capitale esse Romanis dicitans praesidio decedere: quod ubi impetrare non potuit, precatus est ut in sequentē diē sibi frequens populū conciliū darent, ut intelligeret publicum an paucorum id consilium esset. Id quum concessum esset, Pinarius postquam in arcem se recepit, milites ad concionem uocatos docet in quo discrimine cōstituti sint. Futurum omnino, ut aut suo, aut oppidanorum cruore, sequenti die Ænna inundaretur. Proinde parati essent, signumq; expectaret, quo accepto inermem multitudinem inuaderent. Precatus inde Cererem matrem, Proserpinam, & caeteros daemones, in quorum tutelā locus dicebatur, uti sibi propitij essent, si uitandae non inferendae iniuriæ causa tantum facinus pararet: post diē in cōcilium descendit, ibi eisdem ferme uerbis quibus antea rogatus, ut ad cōsulem mitterent, nec uideretur quicquam illius iniussu oppidanis remissurus, multitudine ferociter coorta primō minis instare, mox ubi ne à ui quidē res procul abesse cepit, tum Pinarius dato togae signo, ut conuenerat, suos strictis armis ad caedem immisit. Ibi alij super alios Ænneses caesi, si qui dilapsi sunt, passim sunt per urbem obruncati. Ea Ænnesium clades uno prope die totam Siciliam peruasit. Sedet enim id oppidū in medio ferme tractu insulae: alto & praerupto loco, quae res effecit, ut siqui dubij erāt, tum demum ad Pœnos defecerint. Marcellus appetente hyeme ad Leontinam quinque milia passuum à Syracusanis hybernacula comuniuit, & Hippocrates Murgantiam concessit, & Himilcho Agrigentum. Per id tempus quo haec in Sicilia gesta sunt, legati ab Orico uenerunt ad M. Valerium, qui Brundisij erat, nunciātes Philippum Apollonia frustra tentata, Oricum noctu occupasse. Orare utique ut aduersus regem Pop. Rom. ex professo hostem Oricensibus opem ferret. Nec dubium esse Philippum eo consilio maritimam oram occupare adortum, ut ea potius in Italiam commodius transmiseret. Valerius eo nuncio commotus, classe continuo instructa, in Macedonia ad Oricum transmissit. Condiderunt id oppidum Colchi, qui ad Medeam persequebantur missi fuerant. Sedet loco plano iuxta mare, Panormū eius emporium dixere, stationem scilicet omnibus comodam: iuxta Ceraunia sunt, & sinus cuius os commune est Adriæ & Ionio. Valerius pulso inde Philippi praesidio, sub primū accessum Oricum recepit, quo ex Apollonia legati uenerunt nunciātes se arcta teneri obsidione, quod deficere à Ro. nolent. Erant Apolloniae Corinthiorum Coloni, urbemq; tenebant quinque milia passuum à mari, in eorū sinibus Nymphen, ubi petra est igne uomens, & fontes tepida aqua & bitumine scatentes, proximo tumulo metalli effusiones, quibus locis quicquid exciditur, temporis spatio naturae fecunditate reponit, terraq; fossis ingesta in bitumen transformatur. Apolloniae polliciti omnia se quae Ro. uellent facturos, si obsidione leuantur: ccc. milites cū Naeuio Crispo Apollonia Valerius misit, qui noctu tacite sunt urbem ingressi, sequenti nocte Crispus cum oppidanis hostiū castra aggressus, primo impetu cepit, ad tria milia Macedonū aut cetera aut capta sunt. Rex ipse seminudus ad naues quae in ripa fluminis stabant, sese proripuit (hunc Aoum esse crediderim, quem Hecateus Eantē appellauit) quo caeterorū nocturna fuga inclinauit. Castrorū praedam Apolloniae Ro. militibus cōcellere, & Valerius gestae rei nuncio excitus, ad ostiū fluminis classem admouit, ne Philippo pareret exitus, qui cum neq; nauali praesidio, neq; terrestri par futurus esset hostibus, incēsis nauibus cum seminudo exercitu se in Macedonia recepit. Philippo pulso M. Valerius Orici hybernauit. In Hispania eadem aetate res uariae gestae.

Mago & Asdrubal ingentibus Hispanorum exercitiis fulis, omnem ulteriorem Hispaniam ad imperium retraxissent, nisi P. Corneli Scipio, exercitū in Iberum traducto, ad Castrum altum signa protulisset. Erat is locus celebris magni Hamilcharis interitū. Hic subitō Punici equitatus incurſu, quum ad uiginti hominum milia in agris palantium aut moratorum Romanus imperator amississet, conuersus retro castra ad uictoriae montem fecit, quo Gn. Scipio cum robore copiarū uenit, secutus nec multo post Asdrubal Gisgonis filius, tertius Carthaginiensium dux, qui cū Magone & Asdrubale Barchinis castra contulit. Dum tam Pœni quā Rom. ad Iberum sedent, Castulo ualida & nobilis urbs Hispaniae ad hostes defecit, hinc Hannibalis uxor fuit: inde hostes Iliturgum oppugnare coeperunt, quo Gn. Scipio cum legione una per stragem hostium peruenit, inde cum oppidanis & Ro. praesidio quod ibi erat, subita in hostes eruptione, adeo feliciter pugnauit, ut duobus praehis supra duo decim milia hostiū interfecerit, ac paulo pauciores capti sunt, cum sex & triginta militaribus signis. Pœni Iliturgo digressi, ut Mundam confederunt. Est Munda urbs in parte Beticae. Locum ipsum magni Pompeij filij sua clade illustriorem fecere, ingenti ibi praesidio à Caesare distatore superati. Huc Romani duces quum uenissent, acie congressi uincebant egregie, quū Scipione tragula icto, datum est signum receptui, sic quoque ad duodecim milia hostium cesa dicuntur, ac tria milia propemodū capta. Elephanti undequadragesima pilis conixi, signa militaria lepre & quinquaginta hostibus adepta. Inde haud multis interiectis diebus, ad Aurigem urbem dmimicatū, ubi haud dubia uictoria fuit, caesi tamen dimidio minus quā antea. Verum enim uero gens ad rebellandū nata, nouo militum delectu, breui exercitum in staurauit: & quamuis ter paucis diebus hostes uicti essent, quarto conflagere ausi, ad octo milia hominū amiserunt, haud multo minus quā mille capti. Signa militaria duo sexaginta, octo elephanti adempti, tres interfecti. Rebusque in hunc modum prosperē fluentibus, Romani duces indignum rati, Sagitum octauum annum ab hostibus teneri, Punico praesidio inde pulso, oppidum recipiunt, antiquisq; cultoribus in urbem restituitis, siqui erant quibus olim fortuna belli peperisset, inde Turdetanos, qui olim Sagitinis bellam conflagerauerant, excidij causa, bello uictos sub corona uendiderunt, deleueruntq; funditus eorum urbem. Quam Hispaniae partem, Beticam à flumine alij uocant, ipsi incolae Turdetaniam dixerunt. Strabo Turdulos & Turdetanos eandem esse gentem arbitratu est, Polybius diuersam. Inter Hispaniae populos sapientia excellere crediti. Literarū studijs primum omnium qui eam terram incolunt, usi, legesque uersibus conscriptas habuere, senum milium annorum uetustate. Eratq; Scipionum ductu res Romana in Hispania melior quā Punica, quā Romae Q. Fabius Maximus Fabij consulis filius, & T. Sempromnius Gracchus sunt consules creati, ambo absentes. Hoc quoque anno sunt prodigia quaedam Romae facta. Pluribus locis publica sunt aedificia è caelo tacta. Longarum nauium species Taracinae in fluuiū uisq;. Amiterni amnis quidam cruentis fluxit aquis. Armorū crepitus ex Vicilini Iouis templo in Compansano exauditus. Quae aurium & oculorum ludibria magno sunt errore credita, maiore quodam expropiata. Consules in prouinciam profecti. Sempromnius in Lucanos abiit, in Apuliam Fabius, cui patet qui priore anno consul fuerat, quum legatus accessisset, atque primo congressu equo sedens, pergeret ad conspectum consulis ire, ubi ad undecim fasces uenit, lictoresq; senis maiestate ueriti taciti anteirent, ibi Fabius consul proximū apparitorē misit, qui patre iuberet cōsulem de more animaduertere.

Castulo urbs.

Munda urbs.

Pœnorum strages.

Turdetania.

Legum uetus-
tas.

Prodigia.

Exemplū ma-
iestatis in Fabo
Monitus

obtulit, quae ille munificentia patri est fratribus per literas à rege commendatus. Caeterum in Iudæam reuersus in apertum incidit discrimen. Fratres siue quia multum paternæ pecuniæ uana ostentatione Alexandriae profudisset, siue potius ueriti ne regia commendatione sibi à patre præferretur, uenientem insidijs excipiunt, quibus non sine parricidio declinatis, Hierosolymis profugus trans Iordanem abiit, ibiq; turri ex albo lapide sibi ædificata, quam Tyrû appellauit, manuq; hominû sibi cõparata, acerbe tributum à Barbaris exigebat, post Ptolemæi interitû, in Antiochi potestatem reductus, grauius suppliciu ueritus, sibi manum intulit.

Nicanor exi-
tus.

ENNEADIS V. LI.

BER IIII.



RAT res Romana adhuc inter spæ & metum præsentis belli suspenfa, fortuna uices ubiq; uariare, ac propterea nullis non superstitionibus obnixa. Etenim præter multa uisâ & audita, quæ prodigiorum loco temerè ferebantur, Martianum carmen per id tempus cõquisitum ac reperitum, maximâ ciuitati curâ attulit. Id partim uerisimo enetû probatû, haud dubiâ futurorum fecit fidem. Scripserat, quisquis fuit ille Martius, Annem troiigena Cannam Romane fuge nec te alienigenæ cogant in Campo Diomedis conferere manum: sed neq; credes tu mihi, donec compleris sanguine campû, multaq; milia occisa tua deferat amnis, in Pontum magnum ex terra frugifera piscibus arq; auibus, ferisq; quæ incolunt terras his fiat esca caro tua. Hæc quia magna ex parte sunt hominum oculis representata (nam & Diomedis campos & Cannam tibi pugnatum erat uulgus agnoscebat) maior cura subiit alterius carminis procurandi, quod in hæc fuit uerba conscriptum. Hostes Romani si pellere uultis uomicam, quæ gentium uenit longe, Apollini uouendos censeo ludos, qui quotânis comiter Apolli fiant, quum populus dederit ex publico partem, priuati uti cõferant pro se suisq;que his ludis præerit prætor, is qui ius populo plebiq;que dabit summum. Decemq; uiri Græco ritu hostijs sacra faciant. Hæc si rectè faxitis, gaudebitis semper fietq; res uestra melior, nâ is dius exstinguet perduellum, qui uestros campos pascat placide. Hoc carmine publice interpretato, ludi sunt Apollini uoti, & in circo celebrati. Prætor præsedet, populusq; stipem in ludorum apparatû, ut quisq; potuit, conferre est iussus. Ex publico duodecim milia æris prætori sunt expensa, Apollini bos auratus, & duæ capræ auratæ. Latonæ bos foemina, & ipsa cornibus auratis immo lata est. Fuitq; hic annus quo Apollinares ludi sunt Romæ cepti fieri, secundi belli Punici decimus, Romanæ urbis duodequingagesimus ac quingentesimus. Sed dum per hæc ciuitas in dies magis magisq; se malorum demonum imperio addiceret, consules qui in Samnio erât, facti sunt certiores Hannonem, haud procul Beneueto castra habere, eoq; magnam uim frumenti conuectam, ut Campanos famè laborantes ea ope subleuaret. Fuluius conatus hostiû oppressurus, citato agmine Beneuentû contendit. Collega in Campanum agrum copias egit. Iam ad duo milia curruum cum incõdita multitudiue ex Capua in castra uenerant. Hanno cum parte copiarum iueerat frumentatum. Hæc cum Fuluius rescuisset, Beneueto profectus, castra hostium in arduo loco sita, primo accessu oppugnare est ausus. Mox consul, loci difficultate, & quia hostes ab initio ualide Romanum à munitionibus reiecerant, deterritus, cani iussu receptui. Tum uero milites obstinatioris animo hostium uellum subeuntes, per æqua & iniqua uincendi studio acti, pluribus locis in castra irrumpunt.

Martianû car-
men.

Carmen alte-
rum.

Uouentur ludi
Apollini.

Caesa sunt ad sex milia hominum, septem milia & amplius capta, cum ingenti curruu acumentorum multitudine. Hæno audita suorum clade, in Brutios fugienti similis se recepit. Beneuenti præda diuendita, donatq; sunt in primis militariibus donis, Vibius Pelignæ cohortis præfectus, & T. Pedanius princeps tertiæ legionis, qui primi omnium in castra irruerant. Campani præsentis clade percussis, Hannibalem precibus fatigant, ne se in aperto discrimine constitutos Romanis ad excidium deserat, imminere sibi duos consules, cum duobus consularibus exercitib; qui uix unius diei itinere abessent, ne Tarentinæ arcis expugnandæ studio, sociam urbem hostibus proderet, quam Carthagini æquare esset solitus. Misit Hannibal duo milia equitum Campanis, quibus in suum aduentum ad arcendam populationem uterentur. Interim Metapontini & Turini cum tota ora maritima, Tarentinorum defectionem secuti, ad Pœnos defecerunt. Consules Capuam circumfessuri, ne Beneuentum sine præsidio relinquerent, T. Gracchum accersunt, qui sociorum urbem & fines tueretur. Graccho sub id tempus sacrificanti ostento quod in sacris fieri contigit, est præmonstratum, futurum, ut hostium insidijs esset haud multo post periturus. Duo angues occulto allapsu circa aras, hostiæ iecur depalti sunt, conspectiq; ex oculis repente euauerunt, idque cum semel atque iterum fecissent, monitus ab aruspiciibus dicitur, ut insidijs caueret, quas fatali necessitate repugnante effugere non potuit. Flauius Lucanus suæ gentis prætor, ad Pœnum defecturus, multo meliori fœdere se in amicitiam uenturum ratus, si id Romani ducis sanguine sanxisset, pactus occulte cum Magone defectorem, eum in pacatum uenire iussit, atque in insidijs federe, quo Flauius Gracchum, per speciem colloquij, uelut plerosque Lucanotum ad Romanum imperium retracturus, quorum prætores secum uenturi essent, ad insidiarum locum cum paucis equitibus pertraxit. Ibi Gracchus ab hoste circumuentus, suos horratus ad terram desiliit, ac maius quam pro numero prælium ciens, non sine hostium pernicie fortiter occubuit, corpus ducis exanime Mago cum fascibus captis ad Hannibalem misit. Fuerunt qui traderent nõ in Lucanis, nec proditiõne Gracchum perisisse, sed ad Calorem fluium, cum fortè castris egressus, cum licitoribus & duobus seruis, ut sauaer ad amnem descendisset, ibiq; ab hostibus inter salicta ripis innata latenti bus oppressum. Alij quingen- tos passus à castris progressum prodiderunt, prodigium, quod in sacris acciderat, aruspicum iussu expiaturum, in Numidarum insidijs incidisse hostesque Gracchi extincti tantum capite potitos. Consi- les Campanum agrum ingressi, subita hostium eruptione, mille & quingentos milites amiserunt. Nec multo post Crispinus Romanus eques à Badio Campano, olim hospite suo, ad singulare certamen prouocatus, hostem primo concursu humero traiecit, ad terram ex equo deiecit, deiectum obruncasset, nisi ille, dum Crispinus ad terram desiliit, præcipiti fuga ad suos delatus, equum & arma uictori reliquisset. Hannibal & ipse post cõsulum accessum præto affuit, in aciemq; utrinque descensum. Primo congressu res Punica superior fuit, mox equitum incurfu restituta acie, Sempronianis exercitibus interuentu, qui uelut ex composito affuit, quoniam aduentantium hostium urisque præbuit speciem, ab utraque parte datum est signum receptui. Consulles sequenti nocte ad distrahendû inde Hannibalem, castris profecti diuersi abierunt. Fuluius in agrum Cumanum, in Lucanos Claudius concessit. Hannibal Appium secutus, Caeterum Romanus consul circũdueto qua uoluit hoste Capuam est reuersus. Hannibal Appium frustra infectatus, in Centenium Penulam

Cedes Pœ-
norum.

Ostentum.

Flauij perfidia

Gracchum occi-
ditur.

Singulare cer-
tamè Badij &
Crispini.

nulam duxit, qui in Lucania, cum octo milibus hominum & amplius erat, centurio duntaxat, uiribus alioqui corporis & animi pollens, octo milia militû à patribus impetrauerat extra ordinem, ut in Lucania rem gereret. Is igitur neque rei militaris peritia, neq; fortuna par hosti, temerè in pugnam descendere ausus, cum omnibus copijs ab Hannibale est oppressus, uix decem milites, ex tanto nuper numero, euasisse dicuntur. Campana interim obsidio sedulo parabatur, & quæ in eam rem necessaria erant Casilinû studio comportari, nec Hannibal id ociosis auribus audiebat. Caeterum intentus ad alterum Romanorum exercitum opprimendum, qui sub Gn. Fuluiõ in Apulia erat, ubi per licentiam militarem omnia fieri cognouit, Capua omisfa, eò cursum deflexit. Quo quum magnis itineribus uenisset, noctu militibus ad insidijs in occulto sedere iussis, insensib; que ab e- quite omnibus uijs, qua hostium fugam inclinaturam arbitrabatur, etenim haud ignorabat Fuluianos in pugnam descensuros, qui sub primum suum accessum uix in castris cõtineri potuer: postridie ubi primum illuxit, temerarium ducem in prelium elicit, sed ne clamorè quidem hostium sustinuit Romana acies. Prætor par quidem Ceterio stulticia & temeritate, animo nequaquã comparandus, ubi primum aciem inclinare uidit, cum ducentis fugam arripuit, exercitu ad cædem relicto. Romani undiq; circumuenti adeo fœde caesi sunt, ut ex decem & octo milibus hominû, uix duo milia euaserint. Lucius & pa- uor ingens ciuitatem inuasit, duabus tererrimis cladi- bus, alia super aliam, paucis diebus acceptis, sed quia cõsulares exercitus incolumes erât, minus animi præsentis militum iactura affecti sunt. Ipsi etiam consules per eos dies, Claudio Nerone ad se accersito, Capuam circumfederunt, tribus prætorijs circa muros hostiû uno tẽpore erectis, mox fossa & uallo urbem cingere adorti. Campanos ad pugnam exci- uere, impediendi operis studio. Verû ubi omnis hostiû conatus irritus fuit, uideruntq; opus continua- ri, priusquam omnia loca infederentur, mittunt qui id Hannibali significarent, & cõsules per præconem edixerunt, ut si qui Campanorû urbe egredi uellent, ante idus Martias ipsi cum filijs & uxoribus liberi es- sent, omniaq; sua haberet. Post eam diem quicumq; in urbe essent se hostium numero habituros. Ea pub- lifice denunciata non solum Campani per contemp- tum audiuerunt, sed minas quoq; addiderunt, conui- cia in Romanos iacientes. Hannibal post pugnam ad Herdoneâ cõmissam, ubi Fuluianum deleuerat exer- citum, Tarentum diuerterat, spe potiûdæ arcis præ- cepta, uerû ubi frustra omnia tentari uidit, Brundu- sium cõtendit. Hic quoq; quum partim profecisset, uanaq; spe tereret tempus, nunciij ad eum uenerunt Capuam à Romanis circũfederi: Respondit Hanni- bal affuturû se paulo post, nec dubium esse, quin ho- stes ad suum aduentum, ut nuper fecerant, obsidio- nem soluerent. Cû his legati dimissi, quibus uix pau- tit in urbem reditus, Capua iam propemodum du- plici fossa & uallo circũdata. Sed dũ hæc in Italia ge- runtur, Marcellus Syracusas recepit. Primo pauci pi- scatorijs retibus operti, cymba delati, in Romana castra cum transfugis in colloquium uenere, de ci- uitate Romanis tradenda. Inde ad centû & triginta eius consilij participes facti. Habuissetque res ipsa optatum exitum, nisi coniuratione indicio patefa- cta, proditores Epicides medio conatu oppressisset. Deiectus hac spe Marcellus alteram cõtino uactus est. Agebatur fortè inter Romanos & hostes de Da- maphippo Lacedæmonio redimendo, qui ad Philip- pum regem ex Syracusis missus in Romanorum po- testatem uenerat. Vtrinq; igitur ad colloquium cir- ca Trogillorum portam uentum erat. Hic Roma- nus quidã muros urbis aliquanto sua opinione hu- miliores intuitus, numerandoq; lapides qui in fron-

Penula cû ex-
ercitu cæditur

Hannibal ad flu-
uium cõtendit.

Ro. cedes ad
Herdoneam.

Capua à Ro-
ma. circumfede-
tur.

te erant, altitudinemque tacitis oculis æstimando, eò peruenit, ut modicis scalis in urbem euadi posse deprehederet, si aliquo modo custodes possent decipi. Ea res ad Marcellum delata, confestim ducis animum in spem adduxit, urbis furto potiundæ. Omnibusque propemodum paratis, una iniri ratio non poterat, qua arte nocturni uigiles fallerentur. Verum id quoque fortuna ducis obtulit, qui hac una defixus cura indicio comperit, festos Mineruæ dies magna animorum hilaritate in urbe de more ce- lebrari, multaque uini licentia ciuitatem lasciuire. Quod sacrum ubi adesse sensit mille milites silentio noctis cum scalis ad urbem misit, ipse haud multo post cû maioribus copijs secutus, qui præmissi fue- rant intrepide negocium obeunt, murum tacito sca- larum ascensu occupant, porticula quæ fuit ad He- xapylon subita ui refracta suos in urbem accipiunt. Custodes qui in proximo erant somno & uino gra- uati in terrefecti sunt, ceteri improuiso tubarum can- tu & clamore percussis, rati id quod erat, muros ab hoste teneri, metu dilapsi, alij aliò diffugiunt. Epici- des citato agmine ex insula (Syracusani Nasum di- cunt) affuit, uelut paucos hostium qui custodum ne- gligentia in urbem furto ingressi essent eiecerunt. Verum ubi Epipolas & cetera loca circumiecta Ro- manis armis teneri uidit, hoste paululû misilibus lacessito, retro in Acradinam abiit, ueritisne aliqua inuestina fraude tutoribus locis excluderetur. Mar- cellus ubi captam urbem subiectam oculis habuit, illachrymasse dicitur, partim tantæ rei perpetratæ gaudio, partim ueteri fama & splendore urbis. Oc- currebant animo in clytæ uictoriæ, quod Athenien- sibus terra marique uictis Atticas classes, duosque clarissimos duces, cum numerofo exercitu, Syracu- sani deleuissent. Bella cum Carthaginensibus ge- sta. Duo Dionysij eorumque potentia. Recetissima Hieronis memoria, qui præ omnibus socijs regibus Romanum Populum præcipua fide coluit. Ornatis- simus urbis apparatus in cinerem momento tempo- ris abiturus. Ipse Acradina exclusus, tentauit an pos- set Euryalum occupare. Fuit is tumulus in urbe mu- nitissimus: quem ubi præsidio teneri uidit, inter Thi- cã & Neapolim illustria urbis loca meratus est ca- stra. Petentibusq; suppliciter Syracusanis, ut ab incen- dijs & cæde abstineretur, militibus edixit, nequis li- berum corpus uiolaret, cetera diripiendi omnibus copia facta est. Tum uero in prædam est tumultuo- se discursum, ac quicquid antiqua felicitas cumula- uerat, momento temporis est ui & rapina exhaustû. Nec ita multo post Marcellus Euryalû occupat. Himilcho qui in portu erat, parte nauium Epicidi reli- cta, Carthaginem reuersus, docuit quanto in discrimine res Syracusana esset. Quo nuncio Carthaginien- ses permoti, paucis diebus Himilchonem ipsum cû centum nauibus Siciliam repetere iubent. Vno de- inceps tempore, pluribus locis sunt Romani oppug- nati. Hippocrates uetera Romanorum castra, quæ adhuc præsidio tenebantur, est subita ui adortus, Himilcho media inter castra & urbem loca cû naualibus copijs infederat, nequid præsidij ex urbe laboranti- bus mitti posset. Epicides ex Acradina in Marcelli stationes fecit impetum. Vtrobique prospere est à Ro- manis dimicatum. Crispinus, qui in castris erat, non solum Hippocratem à munimentis repulit, sed fugietem est etiam infecutus. Et Marcellus Epicidem in Acradinam compulit. Secuta mox pestilentia per autumnum tẽpûs, quæ Himilchonis & Hippocra- tis exercitum penè ad unum extinxit, fuitque Pœ- nis ea cœli intemperies eò perniciosior, quod illo- rum castra in aperto erant. Id ueritus Marcellus om- nem castris turbam, iam & ipsam non parua ex parte affectam, in urbem transfudit, ut resto, & um- bra miles resciceretur. Nec Carthaginensium animi ad eam cladem conciderunt, quin ab Himilchone

Marcellus Syr-
racusas capit.

Marcelli la-
chrymæ.

Diripiuntur Sy-
racusæ.

docti futurum, ut Romani Syracusis inclusi, facile caperentur, si paululum adhuc adnici uellent. Himilchonem ipsum, cum centum quinquaginta longis nauibus ad bellum instructis, & septingentis onerarijs, cum commeatu, ceteroque belli apparatu, in Siciliam mittunt, qui quum Pachini promontorium superare non posset Euro ab ortu saniete, fuissetque aliquot dies in eadem statione, ne naufragium faceret, ueritus Epicides ne Punica classis retro tenderet cursum, mercenariorum ducibus in Acradina relictis, ipse ad Himilchonem nauigat. Stabat Romana classis ad hoc ipsum instructa, ut ad primos Himilchonis motus cum eo confingeret, ne tantus rerum apparatus Syracusis importaretur. Remittente itaque Euro, ubi Punicae naues in altum sunt euectae, Pachinumque circummagi ceperunt, confestim Romana classis ex sua statione egreditur: quod Himilcho intuitus, incertum quo consilio, uelis in altum sublati Tarētum abijit, missis qui onerarias naues iuberent Carthaginem repetere. Epicides tanta spe deiectus, ne in urbem magna iam parte captam reuertetetur, Agrigentum nauigat, potius euentum rei quam quod aliquid inde moueri posset, expectaturus. Syracusani & ipsi omni spe destituti, Epicidis praefectos obruncat, praetoribusque creatis, legatos ad Marcellum mittunt, qui Hieronis in Populum Romanum studiū & beneuolentiam testati, excusataque Hieronymi stultitia, cuius ipse breui suo capite penas luisset, quoniam modo Epicidis & Hippocratis fraude circumuenti, capti primo mox oppressi essent, ordine exponunt, quo accidisset, ut à Romana societate uipotius abstracti, quam alienati essent. Satis superque Marcellum habiturum, si quicquid gloriae Syracusani terra marique adepti essent, sui triumphi titulo ascriberet. Parceret deinceps miseræ ciuitati, quæ ab eo seruata, & in familiæ clientelam recepta, multo maiori laudi futura esset, quam si ad excidium affligeretur. Benigne auditi sunt legati, facileque de pace conuenisset, nisi transfugæ & mercenarij, rati se à Syracusanis proditum in praetoribus interfectis omnia noua rebellione perturbassent. Praefectis itaque ex suo corpore creatis, tres Acradinæ praeficiunt, totidem & Nasum iubent praefidio obtinere. Erat in his Mericus Hispani sanguinis, qui ut gratiâ cum Romanis iniret, per portam, quæ erat prope Arethusam fontem, Romanos noctu in Acradinam immisit. Marcellus copijs ex altera parte admotis, ubi ex insula ad opem suis ferendam concursum fieri uidit, partem copiarum eò mittit, quæ subito Romanorum imperit, semiplenis stationibus capta est, & ipse à suis, qui noctu recepti fuerant, in Acradinam acceptus, urbem militi, qua parte intacta adhuc erat, diripiendam dedit. Atque ita Syracusæ tertio ferè anno, quam obsideri cœperant, captæ direptæque sunt. Archimedes in medio captæ urbis tumultu nihilo secius, quam si omnia circa pacata essent, figuris quibusdam Geometricis, quas in puluere delinauerat intentus, ab ignaro milite quis esset interficitur. Marcellus eius mortem ægerime tulit, sepulturaeque extintum tradidit. Defuncti memoria apud uictorem cognatis & affinibus praefidio & honori fuit. Ipse cum talis extitisset, nihil eorum quæ specularus est literis commendauit. Sphæra cylindrica ambita, eius sepulchro cum quaestione impo-
 ra, ex continenti firmamento ad contentum que esset excessus proportio. Cæterum ætate illa, qua hæc in Sicilia gesta sunt, quum biennio ferè bellum in Hispania consilio magis quam armis fuisset administratum, Scipiones iam tempus adesse rati, ut bellum in prouincia finiretur, partiti inter se bellum, P. Cornelius, cum duabus partibus Romani exercitus, sociorumque, in Magonem mouit, atque Hasdrubalem Gisgonis. Gn. frater cum tertia parte copia-

Syracusæ capiuntur. Archimedis exitus.

Scipiones in Hispania.

rum & auxiliarijs Celtiberis, in alterum Hasdrubalem uerem in Hispania imperatorem profectus est. Vnâ itaque digressi primo ad Anitorgim ponunt castra. Inde Publio ad destinatam belli partem profecto, Gnæus in castris Hasdrubali oppositus substitit. Pœnus ubi multo plures Hispanos in hostium castris esse quam Romanos sensit, occultè pactus est cum Celtiberorū ducibus, ut ex Romanis castris auxilia subtraheret. Id non modo est ducibus ipsis auro captis, sed multitudinē etiā facile persuasum, que militiæ finiendæ erat cupida. Nec erat cur à Romanis uim ullam metuerent, quum ipsi ualde numero præstarent. Barbaris itaque abeuntibus Scipio, posteaquam per hæc impar hostibus factus, nec ut fratri iungeretur, copia dabatur amplius, qui iam procul inde aberat, statuit quāmaxima posset celeritate in pacatum decedere, nusquam quantum in se esset prælio congressurus. Et ille ob Celtiberorum defectionem, in aperto erat periculo constitutus quum P. frater in maius incidit discrimē. Erat in hostium castris Masinissa, qui postea Romana amicitia factus est clarus. Is cum sua Numidarū ala adeo omnia Romanis reddidit infesta, ut non solum tuto pabulari nō liceret, sed stationes etiam pro castris, improviso illorum incurfu, turbaretur. Eratque iam res obfidiōni penè similis, quū Scipio audito Indibilis Hispani Reguli ad hostes accessu, qui cum septem milibus Suesitanorum appropinquare ferebatur, ueritus ne Pœnorum uires, sociorum appendicibus aufctæ, sustineri non possent amplius, cautus & prudens alioqui imperator, temerarium & præcepit cepit consilium: ut uenientem hostem nocturno prælio exciperet. Cum lecta igitur parte copiarum, T. Fonteio cum cætero exercitu ad castrorum praefidiū relicto, noctu profectus, hostem fallere non potuit. Vix cum Indibili innotum erat prælium, quum Numidæ, à læua & dextera cum fremitu incurstantes, militem perculere: secuti inde cum clamore & strepitu Pœni duces, ibique Romani undique, circūuenti, tam diu fortiter dimicauerunt, quoad Scipio per suos hortabundus incedens lancea traiectus concidit. Ad cuius casum milites, remisso prælio haud uolo erumpentes, fuga dissipati, alij aliò, cæterum plures in castra reuersi sunt. Fuissent multo plures caesi, nisi nox texisset fugientes. Confestim inde eum ad alterū Scipionem opprimendum. Ingens gratulatio inter hostes fuit, quòd alter Romanorum ducum, cum præcipua parte exercitus caesus esset. In Romanis castris, etsi nōdum fama tantæ cladis peruenerat, mœstum tamen erat silentium. Prælagium & cōiectura præsentis mali, omnium animos occupauerat. Satis cōstabat altero exercitu incolumi Hasdrubalem & Magonē haud temerè abducturos fuisse ex sua prouincia exercitum. Scipio quod unum salutare in præsentia uidebatur, retro quāmaxime abire est conatus, noctu motis castris, confectumque est eo die aliquid itineris. Cæterum Numidæ (nā eius discessus haud diu latuit) sub occasum Solis agmen affecuti, iniecto prælio tam diu Romanum ducem remorati sunt, donec Pœnorum imperatores, qui cum tribus exercitibus sequebantur euestigiò affuerunt. Scipio in laeis arduum collem copias recepit, sed ne uirgultis quidem unde milites uallum peterent uestitum. Sterile ad id solum minimeque habile, ut in glebas recideretur. Clitellis igitur farnicisque colligatis, ut aliqua ualli species hostibus obijceretur, dux circūsepsit exercitum, quo ubi tres exercitus hostium sunt admoti, starentque Barbari nouo genere muniminis penè attoniti, ducibus acclamantibus quid starent? ludibrium illud oculorum esse, ne muliebres quidē conatus remoraturum, cum clamore undique Romanum inuadunt, priusque certamine fatigant. Restiterunt aliquandiu illi præter spem, uerū refractis haud uno loco munitionibus, ferrum Romanos ad unum abstu-

Celtiberorum defectio.

Indibilis.

P. Scipionis interitus. Ro. metus & fuga.

abstulisset, nisi in proximas syluas patuisset effugiū. A Fuga inde delati sunt in altera castra, quibus Fonteius præerat. Hæc L. Iulius. Cæterum quo pacto edincolumes peruenire potuerint, per tam longa spacia haud quidem intelligo, nec illud uideo, unde rescuerint quo in loco tūc altera essent, & quomodo reuenerint. Quippe nuper ea capra & delata suspicari, conati fuerant in pacatum abire. Gn. Scipionem quidem prima hostium irruptione cesum prodiderunt. Alij in propinquā turrim confugisse memorant, ubi exultis ab hoste foribus, dux ipse, & omnes qui cum eo fuere, sint ad unum trucidati. Atque ita Gn. Scipio uentrigesimo die post fratris mortem interfectus est. Luctus eorum interitu nō maior Romæ fuit, quā in socijs Hispaniæ ciuitatibus. Sed maius sui desiderium Gn. reliquit, qui diutius prouincia præerat, priorque apud socios fauorem occupauerat, dederatque apud illos speciem Romanæ iustitiæ. Et iam Hispaniæ pro amissis habebatur, quum L. Martius Septimij filius unus, præter spem omnium, rem prope modum collapsam incredibili celeritate restituit. Is post Scipionum interitum, collectis ex fuga militibus deductoque ex aliquot locis praefidio, copias cum Fonteio iunxit. Inde castris circa Iberum positus suffragio militari dux omnium declaratur, quam ad id tempus equo tantum meruisset. Hic ubi Hasdrubal Gisgonis copijs Ibero traiectis, ad delendas Romanorum exercituum reliquias appropinquare eisdictus, milites ueterum ducū recordatione, in fletum & lamentationem conuersi, Scipionum nomina inuocabant, deosque inculabant sublati in cælum manibus, quòd ita euenire noluisse, ut duobus imperatoribus, uno post alterum, paucis diebus spoliati essent. Castigabant centuriones hos intemptiuos luctus, sed omnium acerime Martius, instabatque uociferans, quid in aperto rerum discrimine, sceminarum more, cum fletu & eiulatu, humi sederet, quum uirtute opus esset, ut sese & rep. tuerentur. Hæc Martius castigabundus dicere, quum subito uelut rabies quædam omnium animos inuasis, arreptisque repente armis ad portas discurrunt, hostemque incompolite uenientem feroci prælio exceptum, haud magno negotio fundunt fugantque. Fuisse quidem insignis cædes secuta, nisi Martius receptui cecinisset. Mirari Pœnus unde illa Romanorum militū multitudo in unum coiuisset, unde tā cito dux quaesitus illis, unde ea fiducia uictis superesset. Verū quia insequi nō fuerant ausi, negligenter sese in castra recipiunt, negligentius custodiunt. Hic Martius secum reputans quā impar futurus esset tribus imperatoribus, qui haud multo post in unū coituri erant, ad eum exercitum opprimendum qui primus oblatu esset animum adiecit: consilium specie ipsa temerarium magis quāmaxime audax secutus, ut hostium castra noctu inuaderet, in qua re tranfigenda, nequa trepidatio medio actu oriretur, ita pro concione est milites allocutus. Si in hoc afflictō reip. statu, quo imperium hoc ut nostro iudicio amplum, ita re ipsa grauissimū sustineo, dolori & lachrymis indulgendum esset, nemo hodie me uno, ob meā in clarissimos duces Scipiones defunctos pietatē, insignis doleret, & qui uestram uicem unus omnium consolor, aliena ope indigerem, ut solatia aliqua ægro animo adhiberetur: uerum quia res eo loco sitæ sunt, ut non tam lachrymis defunctos nos sequi oporteat, quod nobis ab hostibus instat, in eorum capita uertamus. Solicitant ad hæc me die noctuque Scipionū manes, impellunt, hortantur, ut neque se, neque milites fortissimos, qui cū ipsis perierunt, diutius inultos iacere patiamur. Horū ego monitus, nō minus quā necessitatem secutus, experiri statui, quid meo ductu ausuri sitis, qui uestra sponte

Gn. Scipionis interitus.

L. Martius.

Reiicitur Pœni à uallo Ro.

Oratio Martij ad milites.

tam pulchrum facinus nuper ausi estis, ut hostē non solum castris repuleritis, sed fusum etiam ac fugatum cū cede multa egissetis, nisi uos ulterius sequi prohibuissem. Sed ego audaciam uestram frangere nolui, quin ad maiorem gloriam reseruauim, ut postmodum preparati incautos, armati inermes per occasum aggredere mini. Illic quæ heri fusos haud secuti fuistis metu id accidisse arbitrantur: & quæ res nostras duplici clade accisas uident, contemptim & negligenter in castris agunt, cæteros duces & exercitus expectantes: nihil omnium nunc minus metuunt, quā ne nos modo obfessi & oppugnati, ultro sua castra oppugnatum eamus. Audendum igitur quod illi nos minime ausuros credunt, & quod difficillimum uidetur, facillimum erit: tertia noctis uigilia tacito agmine ad eorum castra ibimus: primo, ut spero, clamore illa occurratur. Exploratum habeo nō uigiliarum ordinem, nō stationes pro portis esse: tum somno pressos, aut metu pauentes sternite, eā cædem edituri, à qua uos heri, ut tutius res gereretur, reuocauim: audax scio uideri potest id consilium, sed tutius & fatius erit nūc fortunā experiri, quā illud expectare, ut tres duces cū tribus exercitibus in unum cōeant: quod ne Scipio quidem summus imperator incolumi exercitu sustinere potuit. Aut hæc aut nulla certe alia restituendæ rei uia est. Quam opportunitatem si perierim, & ignauia dimiserim, satis scio, fore, ut paulo post frustra requiramus. Ite & dijs bene iuuantibus corpora curate, ut integri, uigenti que animo hostiū castra irrumpamus, quo heri nostra defendimus. Læti milites ab ea concione dimissi, reliquum dicit, in expediendis armis, curandisque corporibus, cōsumptum. Syluosa cōuallis erat inter utraq; hostiū castra (nam ad sex milia passuum erat alter Pœnorum exercitus, quia huc nocturna hostium fuga inclinatura uidebatur) Martius Punica arte usus medio intervallo cohortem unam cum bona equitum parte abdidit: cetera copiae ad proxima hostium castra silenti agmine abductæ, ad quæ occupanda tā facilis paruit adiutus, quā si sua fuisset castra Romanus miles ingressus, quū nullæ stationes custodiae in portis essent. Signa inde cecinerunt, clamorque sublatu omnia terrore complet. Multi semisomnes obruncantur. Alij stupore pressi, aut uestigio hærentes. Quidā per æqua & iniqua præcipites in ferrū ruunt. Ignis tabernaculis iniectus terrorē auxit. Portis à Romano milite in fessis paucis fuga patuit. Cædes ingens in castris edita, qui cōsternato agmine in altera castra abibant, in eos, qui syluam inlederant incidentes ad unum periere. Tum prope ad alterum hostē decurrunt, ita ut si quis eò ex nocturna clade sensus peruenerat: prius Romanum uictor affuerit, quā quicquā certati statui posset. Hic cruenta Romanorum scuta hostis intuitus, uix tentato prælio in fugam auertitur: multos passim totis castris & extra uallū uictrix dextera absumpsit. Fuerunt qui traderent ad septem & triginta hominum milia binis castris caesa, mille & octingentos captos, & cum cætera præda argentum clypeū cxxx. pondo Barchini Hasdrubalis imagine cælatum. Valerius Antias septē milia tantum cæsa prodidit: inde cum Hasdrubale dimicatum, & decem milia Pœnorum interfecta quatuor milia & ccc. captos. Calphurnius Piso quinque milia nec amplius ex hostibus desiderata in annalibus tradidit. Sed quantacumque fuit clades illa, post Scipionum cædem hostibus illata, Martij nomē apud scriptores omnes est ob eā rem nobilitatum. Additur ueræ gloriae miraculum, flammā ex concionantis capite arsisse. Clypeus Martij, usque ad Capitolium incensum, monumentum uictoriæ illius durauit. Quietior inde aliquandiu fuit post has mutas clades Hispaniarum status. Marcellus Syracusis captis, tabulas & signa, cæteraque ornamenta, quibus ea urbs in primis abundabat, Romanis transiit, unde Græcarum artium mirandi initium

Peroratio.

Pœnorum cædes.

Miraculum in Martio cœcio nante.

qua ciuitas Romanorum clementia secuta, legatos in castra miserunt qui urbem dederunt. Postridie iugurta porta, quae in Romana castra uersa erat, patefacta est. G. Fuluius legatus legionem unam induxit, inde ipse cum duabus alis ad equitans, custodijis circa portas locum conferri iussit. Punicumque praesidium comprehendit, Campanum senatum in castra ire. Senatores ubi ad imperatorum conspectum uenere, continuo carenae sunt illis iniecta. Quae toribus inde cum auro quod possederant dati. Septuaginta pondus Linius fuisse scribit, tria milia argenti, & cc. Eorum quidam Cales in custodiam traducti. Alij Theanum Sidicinum. Et de nobilium Campanorum supplicio parum inter duces conueniebat. Appius senatus decretum expectandum censebat. Contra Fuluius nullam erat moram laturus, qui nequid ex urbe afferretur, quod destinatum impediret ultione, non sicut Theanum profectus, ubi primū illuxit Campanos custodia eductos uirgis caecos securi percussit, inde Cales concessit, ubi quum pro tribunali sedisset, uirgæque eius iussu in eos expedirentur, ex urbe literæ illi redduntur a C. Calpurnio praetore Populoque Rom. Peruastur rumor totam concionem, deferri rem integram ad patres de Campanorum supplicio, quod Fuluius & ipse suspicatus, acceptas literas neque resolutas, quum gremio reposuisset, preconij imperat, ut licetorem lege agere iuberet. Atque ita de iis quoque qui Calibus erant, sumptum est supplicium. Tum demum literæ recitatae, seroque ad rem impediendam cognitum est populi decretum. Consurgeti Fuluius, Taureas Iubellius Campanus affuit, atque media concione in clamans a Fuluius petijt, ut se occidi iuberet, uti gloriam posset multo fortiore uirum quam ipse esset, a se interfectum. Id Fuluius negauit se facturum, hominem insanire ratus. Ibi ille, uxorem, inquit, & liberos interemi, ne infanda parerentur. Nunc uero amicis & omnibus quae charissima erant amissis, quia moriendi cupidus qui mortem inferat non reperio, egomet ipse mihi consciscam, atque ita cultro, qui latebat sub ueste, sibi pectus traiecit. Alij quod similitus uero est, eum tradunt cum alijs ad palum deligatum, alta uoce conquestum esse, se uirum fortissimum ab homine nequaquam pari interfectum in, ac tum a Fuluius licetorem iussu, uti uiro forti uirgas adderet. Alij lectum prius senatusconsultum uoluit, quam Campani subiecti essent securi, caeterum quia adiectum esset, si ei uideretur, rem integram ad senatum reijceret, in supplicio Fuluii perseverasse. Pari ultione Atella & Calatia receptis, in utriusque ciuitatis senatores animaduersum, ccc. inde Campani ex caetera ciuitate nobiles in uincula coeacti sunt. Alia multitudo uendita. De Capua & agro reliqua fuit consultatio. Censebant quidam in uinculam urbem funditus delendam, uicij tamē praesens utilitas, quia Campanus ager princeps ubertate in terra Italia esset, placuit urbem integram seruare, ut aratoribus esset sedes, institorum opificumque multitudo retenta, ut urbs non omnino infrequens esset. Corpus nullum ciuitatis esse placuit, neque senatum, neque plebis concilium, neque magistratum ullum, sic multitudinem nullius rei inter se sociam ad consensum inhabilem fore rati. Annuus magistratus qui ius diceret ex urbe illis datus. Atque ita res sunt ad Capuam constitutae, sine maiore uictoris populi inuidia, quod in urbem nobilissimam non esset ruinas & incendio seuitum. Capua recepta, C. Nero in Hispaniam cum legione una & auxilijs sociorum est missus, ut cum imperio exercitui praesert. Vbi Tarentum applicuit, cum ijs copijs, quas secum uexerat, ad Iberum profectus, exercitum a Martio & T. Fonteio accepit, inde ad hostem, qui in Aufentis erat, castra mouit. Erat tum Hasdrubal Hamilcharis ad atros lapides, inter Iliturgim & Mentefam, occu-

Capua Rom. deditur.

Campani senatores a Fuluius occiduntur.

Taurea facinus.

Constitutum de Campanis.

patoque a Romanis saltu, ubi se & suos in discrimen adductos uidit, cum Nerone in colloquium uenit, ut ipse cum exercitu inde emissus, ex tota Hispania Punica deduceret praesidia. Libes id Romanus dux audiuit, caeterum ille Punica arte, alia alsimulando, tandem rem distulit, quoad caetera multitudo sine sim emissis ipse cum elephantis & toto equitatu Romanis ne aduertentibus quidem in pacatum abiit. Interim Romae comitia indicta sunt ad imperatorem in Hispaniam creandum, qui proconsulis nomine exercitibus praesert. Nemo erat qui se petiturum profiteretur, credo ob ea, quae Scipionibus infeliciter in ea terra euenerant. P. Cornelius Scipio illius filius, qui in Hispania perijt, quatuor & xx. annos natus superiore loco consistens se petere est professus. Tū oculis omnium in unum conuersis, ingenti clamore sublato, ciuitas illi faustum & felix imperium ominata, incredibili suffragiorum studio, proconsule creauit, auxit ipse suorum ciuium in se studium praecleara oratione, quam ad populum habuit, statim post imperium sibi suffragio delatum. De se & de bello sibi demandato ita prudenter & supra aetatem disseruit, ut maioris spei ciuium animos impleuerit, quam aut humani promissi fides, aut praesentium rerum fiducia polliceri posse uideretur. Fuit Scipio non tantum ueris uirtutibus mirabilis, sed ab aetate etiam ineunte in earum ostentatione noua quadam arte compositus, iam inde ex quo uirilē togam sumpsit, nullo die priuatum ullam aut publicam rem prius egit, quam in Capitolium ascenderit, ibique in secreto sedens multum temporis solus tereret. Addunt quidam antelucanis horis eum in locum uentitare solitum, ne canibus quidem qui ad custodiam Capitolij alebantur, illi allatrantibus. Quod uero ad Scipionem erat attinet, miror Lium scripsisse, quatuor & uiginti annos natum eum in Hispaniam missum, sed multo magis miror Plutarchum Lium secutum id affirmare, quum ipse autor sit Scipionem septendecim annorum fuisse, quum patre consule, initio secundi belli Punici, Ticinensi praelio interfuit. Quod si hic, quo Capua capta est, decimus fuit eiusdem belli annus, triennio maiorem natu fuisse oportuit, quam illi scribunt. Fama praeterea tenuit, quae huic uulgatae de homine opinioni aspicularur, eum immanis anguis concubitu a matre conceptus, quod in Alexandro Philippi filio euenisse, Graecorum quidam prodiderunt, obseruataque aliquando in materno cubiculo serpentis speciem, quae homini interuentu continuo oculis euanesceret. Sed quoniam modo haec contingere potuerunt, aliorum erit aestimatio. Miraculi huius fides, quod satis constat, non solum non est ab eo illusa, sed quum uirae instituto, tum rerum ab eo gestarum gloria uehementer aucta. Igitur cum decem milibus peditum, & mille equitibus, trigintaque nauium classe, in Hispaniam profectus, ad Emporia exercitum exposuit. Oppidum id geminum in Pyrenei fronte ueterum incolarum & Phocensium, qui in ea loca uenerunt. Hic nauibus insitit praecedere, ipse pedestri itinere Tarentum profectus est, ubi plurimum populorum legatos audiuit, qui ad famam eius aduersus eum ex socijs gentibus confluerant. Nec interim proponendo, aut respondendo uerbum ullum ferax ex eius ore excidit, quin eius sermo maiestatis erat plenus. Ad exercitum inde profectus, Martium Fontesium, & ueteres milites, quorum uirtute provincia retenta esset, pro concione laudauit. In hyberna dein coeclit, quae ad futurum bellum attinebant sedulo curaturus. In Italia Punica classis, quae Hymilchonis ductu aliquandiu Tarentinam arcem oblederat, quum oppidanis grauis esse coepisset, maiore gratia que uenerat, inde dimissa est. Marcellus ex Sicilia Romam reuersus, qui in Albano monte triumphasset, neque enim exercitum ex Sicilia deportauerat, ut quas in urbem ingrederetur permissum est. Omnis Syra-

C. Nero ab hoste eluditur.

P. Scipio proconsul in Hispaniam creatur.

Quae de Scipio nis generis sunt prodita.

Scipio in Hispaniam proficiscitur.

Marcellus in Albano triumphat.

Syracusana praeda ante illum Iara, Sosi Syracusano, & Merico Hispano cum aureis coronis duces praecedentibus. Hic enim Acradina & Nalium Marcello tradiderat. Ille in recuperanda urbe adiutor fuerat. Siculo quingenta agri iugera, & aedes Syracusis daretur, Merico & Hispanis Murgantium & ager in Sicilia, ubi late adhuc Numidae uagabantur & Carthaginiensium classis. Post Marcelli discessum Hibla & Magella urbes ad Paeonos defecere. Sustinere tamen omnes hostium conatus, M. Cornelius homo impiger, qui cum imperio in provincia erat, quibus nisi itum esset obuiam, breui tota insula, nouo incendio exarsisset. Consules interim partiti inter se provincias, quia minus iam terroris erat in Italia, Sulpitius Macedoniam adeptus, Leuius successit, Fuluius cui Italia obtigerat Romam ad habenda comitia reuersus, iuniorum praerogatiua T. Manlium Torquatum consulem renunciauit. Qui quum praesens esset, & multitudine gratulanda eum circumsteteret, excusata oculorum ualitudine centuriam, quae tulerat suffragium, reuocari iussit. Pessimum exemplum ac periculosissimum inducturum se testatus, si alienis oculis rempublicam, tali tempore administrandam susciperet, atque ita hortatus est, ut in alium magis idoneum id munus conferret. Suffragio iterum in M. Marcellum & Valerium Leuinum consules ex seniorum sententia, quos super ea re in Ouilii consuluerant, retulerunt. Vix hodie ut praecleari Liius scribit, parentum autoritas tanta apud filios est, ut in tali re iuniorum coetus sit senes publice consulturus, quod tum sponte factum est in Romana ciuitate, tanta tunc erat uel aetatis reuerentia, uel morum uerecundia. Hoc anno ludi Apollinares secundo celebrati sunt. Calpurnius praetor eos decreto patrum in perpetuum uouit. Sunt hoc quoque anno alia quot prodigia nunciata. Victoria quae in summo Cordiae fastigio fuit, ictu fulminis discussa, ad uictorias, quae erat in arce uel diecista est. Et in foro Suderano riuus sanguinis per integrum diem fluxit. Eretri lapidibus pluit, & Reate mula peperit. Quae omnia sunt de more expiata. C. Claudius flamen Dialis, quia exa perperam dederat, Flaminio abiit. Aetoli per id tempus Leuius opera, cum Romanis foedus percussere, qui praeterquam quod Macedonum opes semper alias habuerant infestas, Philippum multo impensius formidabant, ipsumque ob Acarnanes a se alienatos plus quam hostem oderat. Pacti igitur sunt ut Acarnaniam receptam ipsi haberent. Romanique cum Philippo non soluerent bellum, nisi prius ut socijs esset cautum, ut ab Aetolia Corcyram usque, solum urbes & agri, Aetolis cederent, locorum praeda Romanis potirentur, ut Aetolis liceret Attalum regem, Eleos & alios quosdam populos, regesque socios alcribere. Foedere in hunc modum icto, Leuius Zazynthum insulam Oleniada & Naxum ex Acarnanibus a se capram Aetolis tribuit. Philippoque per haec in propinquum bellum coniecto, Leuius Corcyram se recepit. Macedo audita Aetolorum defectione, in Graeciam moturus, ut Illyrios finitimasque gentes, alterno metu, quietiores haberet, Oricinos & Apollonias adortus, cum terrore & trepidatione intra muros eos compulit. Inde uastatis Illyriorum finibus in Pelagoniam belli impetum uertit. Ex Dardanis inde urbem occupat, ad eius gentis motus inhibendos opportunam. Postremo Aetolici belli cupidus, in Thessaliam descendit, relicto Perseo filio ad eius terrae fauces obtinendas, cum quatuor milibus armatorum, ut aditu Aetolos arceret, ac prius quam maioribus occuparetur curis, in Thracas & Medos duxit exercitum. Solita erat gens Macedoniam incurfare, quum sine regio praesidium esset. Pharniam caput Medicae gentis, agro prius populato oppugnat. Scopas interim Aetolorum praetor, cum numero sua suorum popularium manu, bellum Acarnanibus in-

Noui Siciliae motus.

Torquati sturdium.

Consules.

Prodigia.

Aetoli cum Romanis foedus faciunt.

Philippi motus.

fert. Acarnanes delectu a xxv. anno ad sexagesimum habito coniuat, non nisi uictores ex eo bello le reuerfuros, qui uictus acie excelsisset, eum nemo, urbe, te cto, mela, lare, amplius iuuaret. Vxoribus liberis & in proximam Epiri oram ablegatis Epirotas publice precantur, ut quicumque suorum in praelio occubissent, in unum coaceruatos humarent, ac tumulo inscriberent. Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus uim & iniuriam Aetolorum pro patria pugnantes, mortem oppetuerunt. Atque ita animis ad bellum deuotis ad Philippum mittunt, qui nunciarent quo in di scimine res Acarnanum sitae essent. Ipsi interea suis finibus aduersus Aetolos castra faciunt, Philippus sociorum nuncijs percitus, Pharniam capta, in Aetolos omnem uim bellicam conuertit. Illi appropinquantis regis fama, Acarnanumque coniuratione permoti, nulla re memorabili gesta, retro abierunt. Philippus, audito hostium ex Acarnania recessu, Pellam coeclit. Leuius ueris principio, Corcyra profectus Naupactum uenit, unde in Anticyram insulam Helleboro nobilem transijt. Huc edicto socios uocauit. Sita est Anticyra in Locride laeuā parte sinu Corinthiacum intrantibus. Eam paucis diebus oppugnatam Leuius per deditionem recepit, receptam Aetolis tradidit habendam. Nec ita multo post Leuius literis & nuncijs cognouit se consulem cum Marcello declaratum, Publiumque Sulpitium successorē sibi datum. Sed Leuius morbo implicatus, omnium spe serius Romam uenit. Marcellus quum consulatum Idibus Martijs iniuisset, professus est nihil se, absente collega, de provincijs acturum, egitque cum patribus ut Siculi, qui in uillis suorum obrectatorum essent, quique ipsius metu non auderent urbem ingredi, quoniam sua facta criminatum uenisse diceretur, primo quoque tempore audirentur, quod si simulato metu uenire nolent, de nulla re prius se passurum post collegae aduentum referri pronunciauit, quam illorum querelae quales essent senatus cognouisset. Moderati animi laudem eo die Marcellus adeptus est, uidebaturque rerum omnium iustitiam futurum, donec alter consul affuisset, quum incendium noctu circa forum pluribus locis ortum, septem tabernas consumpsit, quae quinq; postea dictae sunt: & argentarias ignis carpsit, quae postea & ipsae deinceps nouae sunt nuncupatae. Comprehensa in de & alia aedificia, priuata tamen nam tunc nullae erant Basilicae. Aedes Vestae uix defensa tredecim seruorum opera, qui ob id meritum publice redempti sunt, donatiq; libertate. Data est etiam libertas, cum uiginti milibus aëris, ei cuius indicio conflati incendij autores sunt ad consulem delati. Erant hi Campani nobiles, quorum parentes fuerant a Fabio interfecti, ijdem sceleris a seruo conuicti (fuit Manno illi nomen) capitali sunt supplicio affecti. Sub id ferme tempus Leuius Romam uenit, & cum eo Campani plerique atque Siculi urbem ingressi. Hi Marcellum, illi Flaccum criminati, qui ut Romam ire liceret ad suas calamitates deplorandas, multis precibus a Leuino consule Capuam praetereunte impetrauerant. Vbi igitur ille de rebus a se aduersus Philippum gestis retulit, communis de provincijs relatio secuta est. Senatus decreuit, ut consularis provinciae eo anno Italia & Sicilia essent, quas sortiti inter se, Sicilia cum classe Marcello euenit. Italia aduersus Hannibalem Leuius. Quae fors ita Siculos exanimauit, ut eorum comploratio flebilisque uoces, omnium in se oculos uerterint, as firmantium se non modo quosque suam patriam, sed totam Siciliam relicturos: si eum Marcellus iterum cum imperio rediret, nullo suo merito eum antea implacabile habuisset, iam multo acerbius in miseris insulanos seuiturum, quos sciret de se questum Romae legatos misisse, satius ipsi insulae futurum, si Aetnae incendio & ruina obrueretur, aut proxima Charybdis totam insulam uno haustu absorberet, quam tali

Acarnanum coniuatio.

Anticyra.

Incendium urbis.

uero noxae dari. His Siculorum querelis permoti patres, cum consulibus egerunt, ut inter se provincias permutarent, quod facere non modo Marcellus non recusat, sed ultro etiam eam conditionem collegetur, ut liberius Syracusani quae uellent de se dicerent. Tum illi in curiam introducti, multa de Hieronis regis in Po. Rom. fide & studio praefati, defectionis culpa a se in Hieronymi stultitia, Epicidid & Hippocratis fraudem, & in paucissimos suorum ciuium qui cum illis coniurauerant, reiecta: caetera malorum omnium Marcellum caput & originem fuisse, qui Leontinis crudeliter direptis, quae a principibus Syracusanorum sepiissime aditus esset urbe ultro tradere uolentibus, obfidere maluisset ac diripere, quam a ciuibus restitutam seruare. Finxisse sibi uerius quam habuisse Marcellum Syracusanos hostes, ut urbem nobilissimam, per Solum fabrum aeri-um, & Mericum Hispanum hostiliter diriperet, ostendisse id uictoriam, quam in miseram urbem crudeliter exercuisset, praeter moenia & tecta, nihil ab eo sibi relictu, fracta ac spoliata deum delubra, dijs ipsis eorumque ornamentis in de sublati, bona etiam adempta, ita ut ne in nudo quidem solo sese possint, & suos alere amplius. Orare proinde patres, ut si alia reddi nequeant, ea saltem, quae adhuc extarent, cognoscere possent, miseris ciuibus restituere iuberet. Haec illi frequenti senatu questi, quum curia excedere iussi essent, ut super ea re de more consuli posset. Quin maneant potius, inquit Marcellus, ut coram illis respondeam, quonia uestri imperatores ea conditione pro uobis bella gerunt patres conscripti, ut quos foris uicerint armis, domi habeant accusatores. Sic Marcellum Syracusani, sic Campani Fuluium reos deferunt. Nec ego sum ita publicae maiestatis oblitus, ut si de meo crimine ambigeretur, consul causam dicturus essem, uerum quia non quid ego fecerim, sed quid illi pati debuerint, in disquisitione uenit, nam hostes ex confesso fuerunt, parum refert utrum nuc, an Hierone uiuo Syracusas uiolauerim: nunc uero si hostibus intra moenia acceptis, nobis portas clauerunt, si legatos nostros ferro petierunt, si hostem tutati toties nobiscum armis dimicarunt, quis negare audeat iure haec, quae queruntur, eos esse passos, ac dignos fuisse qui multo atrociora pati debuissent? uel dicite uos Syracusani, nam credibile est uos huc ex principibus ciuitatis esse missos, qui fuerunt hi principes ciuitatis, qui recusanti mihi urbem tradere uoluerunt? An uestrum quisquam hoc nomine ad me uenit unquam aut misit? Ceterum tantum abest, ut id feceritis, ut qui hanc opera Po. Ro. praestiterunt detestemini, odioque habeatis. Quid ego non feci, ut uos in amicitia continerem? ut alienatos retraherem? legatos in urbem misi, ferro eiecistis: Ad urbem pacatus ueni, portas exclusistis: Cuius ad colloquium uocauit, per hostes respondistis. Quid igitur supererat, nisi ut qui talia ageret pro hostibus haberem? Oppugnauit terra & aquis Syracusas, multisque laboribus exhaustis oppugnatas cepit: si quid igitur passi estis, iustius apud Hannibalem eam cladem queremini qui uos male defendit, quam apud Romanos, a quibus iure oppugnati estis. Quod ad urbis direptionem attinet, patres conscripti, si ego negaturus fuisset Syracusas a me spoliatas, nunquam spolijs eius Romanae uerbis templa exornassem. Quae singulis uictor dedi aut ademi, quum belli iure, tum ex cuiusque merito me fecisse satis scio, ea ne rata habituri sitis non magis mea quam reipublicae interest. Fides mea omnibus exoluta est. Ad rem pu. pertinet, an que egimus uestro decreto rescissis, caeteri duces ad publica negocia segriores fiant. Quum haec Marcellus dixisset, ut liberior omnibus esset copia sententiam super ea re dicendi, in capitolium ascendit, delectum habiturus: Variatum inde sententiae est inter patres. Postremo Marcelli cau-

Criminatur Siculi Marcellum.

Marcelli criminatio cum purgatione.

sa decretum, ut rata haberentur omnia quae fecisset, mandatumque est Liuium consuli, ut quantum reipublice commodo fieri posset, Syracusanorum rebus consuleret. Syracusani post aliquot dies benigne in curia appellati ad pedes Marcelli procubuerunt ueniam implorantes, quod suam calamitatem questum uenissent, orantesque ut se & Syracusas urbem in perpetuam clientelam acciperet, atque ita clementer accepti. De Campanis altera consultiatio fuit. De his, permissu populi, ita patres decreuerunt, ut Appiae Bestiae, & Faculae Cluuiam omnia sua bona restituerentur: quia sole omnium M. Artillij Reguli testimonio, qui quum Capua recepta est interfuit, de Romano nomine benemerita erat, quod Cluuiam captiuis Romanis furtim alimenta suggessisset, Appia solita esset quotidie pro uictoria Populi Ro. sacrificare. Ad id ut siquid aliud uellent publice id peterent. Inde alia in alios seuerius decreta ut senatorum omnium, & eorum qui magistratum Capuae Atellae Calatiae gessissent, bona cum ipsis liberis & tota familia uenirent, caeteris libertas restituta est: atque ita Campani aliquanto tristiores quam uenerant, dimissi. Inde quum plebs assiduis tributis, caeterisque incommodis exhausta, publica onera amplius ferre non posset, patres decretum tulerunt, ut qui in curia sella sedissent, equi ornamenta, & facti argenti pondus salinum & patellam, sacrorum causa, haberent: reliqui eius ordinis libram argenti, & quina milia signati aeris. Caetera omnia quibus ipsi, uxores, liberi, uerentur, mundum, annulos, bullas in publicum conferrent. Haecque tanto studio ad triumphum me farios representata ut neque triumphum accipiendo, neque scribae referendo sufficeret. Id patrum studium equester ordo secutus, ac postremo plebs ipsa, ita ut sine edicto resp. stipendio in praesentia abundaret, nec ullum tempus fuit quo res Romanorum & Carthaginensium magis inter spem & metum suspensae fuerint, quum ad eam diem res Romana multis cladibus afflicta inferior fuisset, atque tum demum, per uarios successus, in eum locum redierat, ut nihil esset Punica inferior. Quae deinceps secuta sunt multo Romanis prosperiora fuerunt quam Poenis: hostibus Sicilia primo eiecit, mox tota Hispania, Hasdrubale in Italia caeso, & bello in Africam translato, Hannibale postremo acie uicto, Carthago iterum tributaria facta est. Fuitque hic annus, quo Capua & Syracusae receptae sunt, decimus ab eo quo Hannibal in Italiam uenit, ut Eutropius scribit idque uerius est, quam quod Eusebius colligit, Capuam septimo Punici belli anno receptam. In eo quoque parum ambobus conuenit, quod, ut uult Eutropius, eodem anno, quo Capua capta est, Valerius Leuius cum Aetolis & Artalo rege, quod & Liuius significare uidetur, foedus publico nomine percussit, quod quadriennio post factum Eusebius arbitratur. Marcellus consul postquam in prouinciam uenit, per Dasium & Blaetium Salapiam recepit. Res primo per Blaetium mota, qui cum nil per se actum iri cerneret, nisi Dasium sibi socium adiungeret, occulte hominem de prodicione compellat. Erat Dasius Hannibalis amicus, & Blaetij in repu. administranda aemulus, atque ob eam rem Blaetij consilium ad Penum detulit. Ita igitur accidit, ut quum accusator & reus, sub mota multitudine, ad Hannibalis tribunal starent, atque interim ipse Penus aliquid quiddam ageret, de Blaetio paulo post cogniturus reus collatis capitibus inter Dasium prodicionis appellat. Fremebat Dasius altaque uoce testari in Hannibalis conspectu secum de prodicione agi, sed quo res audacior erat, eo minus uero similis uisa, emulatione ac mutuo odium in causa esse ratus. Hannibal haud credere potuit Blaetium rem tantam fuisse Dasio commissuram, praesertim quum uterque alterum mutuo odisset. Pro uana igitur res discussa est, & Blaetius instando, eum Dasium perpet-

Senatusconsultum de Syracusanis.

Senatusconsultum de Campanis.

Ornamenta diuini in usum belli conferuntur.

Annorum suspensio.

Dasij Salapini facinus.

lit, ut noctu Romanum praesidium in urbe induxerint. Erat ibi lectissima Numidarum ala, quae fortiter dimicando, non sine Romanorum clade concidit. Ferunt ea clade tanto deteriorem factam rem Punice, ut equestri praelio nunquam amplius superior fuerit. Sub id tempus quo Salapia est recepta, P. Domitius. xxx. nauium classe subuehebat commearum M. Liuium Tarentinae arcis praefecto. Is forte Rhegio oppido profectus, ad Sacriportum quindecim ferme milia passuum a Tarento Democratem Tarentinum cum pari numero nauium obuium habuit. Consessum acris est pugna inuita, tantaque utrinque ferocia concursus, ut manus inter se confertis, nullum irritum telum hinc aut inde caderet. Postremo Domitius cadente, quem medio pugnae ardore suos hortantem Nico Tarentinus, cognomento Percon, mediū telo transfixerat, Romana clasis foede disiecta est, quaedam naues in alto depressae, aliae littoribus temere impactae, collisae sunt, ac si qui in terra euaserat Turinis & Metapontinis praedae fuerunt. Frumentariae, quae cum frumeto lequebantur, paucis ab hoste interceptis, diuersae in altum abierunt, nec diuturnum fuit id gaudium Tarentinis, qui paucis diebus quibus in mari prospere dimicarat, quatuor ferme milia hominum, quae frumentarum exierant, subira eorum, qui in arce erant, eruptione amiserunt. Leuius consul, ubi in Siciliam uenit, Syracusanorum rebus compositis, Agrigentum, quam sedem belli hostes fecerant, copias admouit. Erat ibi Hanno imperator, Epicides & Mutines qui fuerat Numidarum praefectus, Is ob praefecturam ab Hannone a se in Siciliam translata, a re Punica alienatus, porta una cum suis popularibus occupata, Romanum consulem, cum exercitu in urbem induxit. Hanno ubi hostem intra moenia receptum uidit cum Epicide & paucis comitibus, diuersa parte lapsus, ad mare contendit, ibique forte nauigium adeptus in Africam nauigauit. Sicilia, de qua plures annos fuerat disceptata, Romanis relicta. Leuius Agrigentinos principes defectiois securi percussit, inde uiginti circiter oppida ultro dedita recepit, sex ab eodem ui capta, mox & xl. alia in fidem uenere, quorum principibus consul, pro cuiusque merito, aut praemia, aut poenas excoluit. Nouissime Siculos arma ponere coactos ad agrorum cultum reuocauit, quatuor milibus hominum, ut insulae status aliquanto pacatior esset, ex Sicilia in Italiam translatis. Erant hi ex multa hominum collatione exules, obierat, capitalia plerique, aut si, qui Agatirnae uitam latrocinio agere consueuerat. Hos Leuius Rhegij collocauit, ad Bruciorum deis ex proximo infestandas. Et Sicilia in hunc modum pacata est. In Hispania principio aestatis Scipio cum classe & exercitu ad Iberi ostium progressus, militesque pro concione affatus, docuit iam tempus esse, quo Sardinia & Sicilia receptis, rebusque in Italia prosperè cadentibus, Poeni ex Hispania quoque eicerentur, ad quod ipsum ea uirtute opus esset, qua Romanum nomen, tot bellis olim, ac tum nouissime, post immensas Italicae clades integrum & immobile stetit. Inde quod sibi & suis bene uerteret Carthaginem nouam oppugnatam se ire dixit. Irent igitur, atque ea capta, praeterquam quod praeda ingens diuitem factura esset exercitum, breui futurum sperarent, ut omnis Hispania Romanis armis subigeretur. Ingens militum consensus & fauor secutus est. Carthaginenses sine mora est itum. Erat ibi Hanno Hannibalis frater, qui sub ipsum hostium accessum, intra ex traque urbem, opportunis locis praesidia locauerat. Perleui negotio Scipio hostem, extrarijs stationibus pulsum, in urbem copulit, inde muros subiecit, haud uno loco iubar scalas admoueri. Aderat ipse cuiusque uirtutis laudator castigatorem ignauiae, fuitque primus impetus Romanis irritus, fractisque & disiectis scalis, non pauci uulnerati afflictisque ruina sunt.

Salapia a Marcello recipitur

Romana classis ad Sacriportum uincitur

Leuius Poenos Sicilia expulit.

Legio infamis.

Tum Scipio, quum paululum quiescisset, hostem iterum adortus, a uersa parte urbis, qua stagno alluit, occulte misit, qui inde quoque scalas admouerent. Compertum habebat Scipio, decescente pelago, ibi solum enudari, ut & piscatoriae cymhae uadis destituerentur. Quum itaque instauratum certamen hostium oculis & aures in eam partem auertisset, quae dux ipse hortator aderat, recurrente in altum aestus, & Aquilonis flatu fluctum in pelagus propellente, qui ad id negotium missi sunt per stagnum moenibus insinuati, sine certamine muros transcendunt, inde celeri cursu in eam partem urbis delati, quae acerrimum contractum erat praegium, penè prius potest refringi coepit, quam Poeni se hostem a tergo habere senserint. Tum uero metu perculli, passim muro desilientes alij alio cum clamore & trepidatione dissiungunt. Romanus urbem ingressus, ad arces & tumulum qui ab hoste tenebatur oppugnatum, copias mittit, utroque Poeni facile cesserunt. Hanno qui in arcem confugerat, ubi omnia hostium plena uidit, nec spes eius retinenda reliqua ulla fuit, se & suos Scipioni tradidit. Cedes late est in puberes euagata priusquam arx recepta esset, mox in praedam discursus quae sane ingens fuit. Octo milia hominum capta, decem naues, Catapultae, Scorpiones & alia bellica instrumenta. Paterae aureae cclxxvij. Argenti facti signati que duodeuiginti milia, & trecenta pondus. Tritici hordei que uis ingens reperita. Naues onerariae octoginta in portu expugnatae. Scipio post die quam urbs capta est, laudatus pro concione militibus, Q. Tiberium centurionem, & Sextum Digitium socium naualem murali corona donauit, ad tollendam discordiam, nam magno militum certamine uterque id praemium petebat. Donatus est & C. Laelius aurea corona, & triginta bobus. Hispanorum obfides Scipio suis Carthaginem accersitis gratis restituit, & in primis matronalis pudoris cura habita. Adducta est ad ipsum ducem puella elegantis forma, quae sua pulchritudine quacunq; iret, uerterebat omnium in se oculos. Erat haec depona Luceio adolescenti Celtiberorum longe principi. Hunc igitur cum parentibus Carthaginem sub fide accitum, ita Scipio pro tribunali est allocutus. Ego, inquit, quum nuper tua sponsa a militibus ad me deducta esset, ubi eam tibi cordi esse quum aliorum praedicatione, tum ex ipsa formae elegantia cognoui, dedi operam, ut eadem qua & apud parentes uerrecundia cultu diceretur, ut inuolatum dignumque me & te donum tibi dari posset, hancque mercedem unam pro eo munere pacifcor, ut populo Ro. amicus deinceps sis, & si me uirtum bonum credis qualem patre patrumque meum haec gentes norunt, scias multos nostri similes in Romana ciuitate uiros esse, nec ulla in terris hodie inueniri, quem minus tibi & tuis hostem uelis, aut amicum malis. Adolescens in sperato gaudio percussus, ac simul pudore confusus, deos tantum precatus est, ut illi parem pro se gratia referrent, quoniam sibi haud tantum facultatis esset, ut pro suo in illum illiusque erga se animo, meritum ipsi duci gratiam referre posset. Inde quum pareres uirginis aurum, quod ad puellam redimendam attulerant, ante Scipionis conspectum statuissent, rogantes ut loco muneris id non praemij acciperet, id acceptum Scipio eidem sponso supra dotem, quae a parentibus accepturus esset, suo nomine habendum dedit. Quibus ille donis honoribusque laetus, ubi domum est reuersus, Scipionem laudibus caelo inter suos populos extollere, uenisse affirmas iuuenem dijs simillimum uincere omnia, quum armis, tum beneficentia. Nec multo deinceps postea delectu ex amicis & clientibus habito cum mille & cccc. equitibus ad Scipionem uenit. Ipse Hannone cum quindecim ferme senatoribus captis Romam missis, Carthaginensesque ualido praesidio firmata, Taraconem redijt, quo omnibus nouis

Scipio Carthaginem nouam oppugnat.

Praeda Carthaginensis.

Munera militum.

Scipionis concionem.

Celtiberi iuuenis gratitudo.

nouis ueteribusq; socijs conuentum indixit. Eratq; hic rerum status in Hispania, quum Marcellus post Salapiam receptam, Maroneam & Melem de Samnitibus uic cepit, in quibus tria milia militum Hannibalis oppressit, qui ad locorum praesidium fuerat a Peno relicti, tritici & hordei insignis utrobique copia reperta. Sed non tantum laetitiae praesens uictoria attulit, quantum tristitiae & meroris clades per eos dies ad Herdoneam accepta. Cn. Fuluius proco sul spe eius oppidi recipiendi, haud procul inde habebat castra, in quibus, uelut in pacato essent, quum omnia solute & negligenter fierent, idq; Hannibal per exploratores cognouisset, citato agmine, ex Brutis ad hostem uenit. Fuluius copijs statim eductis pari temeritate, qua & Cn. Fuluius, qui eisdem in locis biennio ante uictus fuerat, cum hoste confixit: pugnatum est aliquandiu ferociter, inde hostes a tergo circumuecti, cum alij Rom. castra, alij aciem a tergo inuasissent, primo sexta legio turbata est a Numidis, quae extremo loco steterat, ut caeteris subsidio esset. Mox quinta fusa est. Postremo Pœnis ubique uincens, acies in medio caeditur. Ad quatuordecim milia hominum caesa, ut quidam auctores scribunt. Alij septem milia tradidere. Atq; ita accidit, ut eodem in loco, duo Fuluij, modico temporis intervallo, ingenti Romanorum clade uicti sint, quae omnia inter se tam similia sunt, ut parum ab sit, quin nominum & loci similitudinem auctores in errorem traxisse credam, ut quae una fuerit, duplicem fuisse pugnam arbitrati sint, quia in annalibus rem uarie relatam inuenerint. Sed sic certe est, solet fortuna in eundem penè casum saepius deferri, aut quia ingens rerum multitudo facilem, ut quidam uolunt, habet ad similitudines fingendas materiam, uel quod ex quibusdam terminatis numeris series sit rerum connexa, ob idq; necessarium sit ex illarum discursu nonnunquam eadem euenire, quorum neutrum in hoc casu probabile uidetur. Satis constat duos Aetones, Syrum unum, alterum Arcadem discerptos, hunc a canibus, illum ab amatoribus. A duobus Scipionibus Carthaginem uictam, ab uno tributariam factam, ab altero euerfam. Ter Troiam equo captam. Duarum ciuitatum quae ab odoratisimis plantis nomina habuerunt Chij & Smyrnae, in altera Homerum nasci contigisse, in altera humanis decessisse. Clarissimi quidam imperatores altero oculo caruerunt, Philippus Amyntae filius, Antigonus, & Hannibal, qui duos Fuluios eisdem locis eodem penè euentu castris & exercitu spoliavit. Pœnus uictor, quia comperit Herdoneam fuisse ad Romanos defecturam, incensa urbe omnem multitudinem Metapontum & Turium traduxit, occiditq; principes, qui cum Fuluii colloquium habuisse dicebantur. Marcellus ex Samnio profectus, ut breuem faceret eam hostibus laetitiam, ad Munistronem Lucaniae oppidum, in hostium conspectu castra posuit. Ptolemæus & Plinius Numistrum & Numistranos in Brutis statuere. Postridie consul copias in aciem eduxit, nec Hannibal pugnam detrectauit. Certatumq; est ab hora tertia diei ad noctem, nox incerta adhuc uictoria, diremit pugnam. Postero die Marcellus in aciem reuersus, ubi hostem uidit se tenere in castris, spolia per ocium legit, suosq; cremauit. Hannibal sequenti nocte silentio mouit castra, quem Marcellus euestigio secutus ad Venusiam est adeptus. Hic aliquot tumultuaria praelia sunt per occasionem commissa, atque ea ferè Romanis secunda, inde per Apuliam sine aliqua memorabili dimicatione exercitus ducti. Syphacis regis legati hoc anno Romam uenerunt amicitiam cum Scipionibus ante initam renouaturi, qui non solum benigne sunt accepti, sed ex urbe legati missi ad regem, qui illi togam & tunicam purpuream tulere, sellam eburneam, & pateram quinque pondi auri. Milti & Alexandriam ad Ptolemæum, qui

Recens ad Herdoneam clades

Similitudo casuum.

Pugna anceps

Syphacis legati. Amicitia Ro. cum regibus,

cum ipso rege amicitiam renouarent. Eadem ferè quae & Syphaci sunt munera illi missa. Cleopatrae reginae pallam pictam cum amiculo purpureo. Apud Troium Eurydicae pro Cleopatra scriptam reperio. Iosephus in Cleopatrae nomine Liuio astipulatur. Tusculli eodem anno agnus natus cum laetitia ubere, Iouis aedes fulmine icta, atq; toto tecto penè enudata. Anagninae, terra ante portam de caelo icta, sine alimento, die ac nocte arsit. Taracinae angues eximiae magnitudinis lasciuientium piscium more in mari apparuisse dicebant. Tarquinij porcus cum humano ore natus, & ad lucum Feroniae quatuor signa diem ac noctem sudarunt sanguine. Sub id tempus Leuinus consul ex Sicilia Romam ad habenda comitia est reuocatus, qui priusquam discederet, M. Valerium Messalam in Aphricam cum quinquaingenta nauibus praedatum misit. Is Vticensem agrum populatus, magnoq; mortalium numero in praedam abducto, ex captiuis cognouit Carthagini quinque milia Numidarum esse cum Masinissa Galae filio, ac magno studio alios conquiri, ut his aucto Hadrubalis exercitu, dux ipse in Italiam primo quoq; tempore transiret, sed fratri suo Hannibali, cum quam maxime posset copijs iungeret, classem adhuc ualidissimam paratam bello esse, qua Siciliam repeterent, credere eam aut iam profectam, aut certe non multo post profecturam. Haec ex captiuis comperta, ubi Valerij literis sunt Romae cognita, consul confestim in insulam est reuersus, ne dictatore quidem qui comitia haberet dicto. Marcellus igitur, quia ab Hannibalis uestigio abscedere non potuit, patrum literis iussus est id facere. Fuluium, qui Capuae erat, dictatorem dixit. Is Romam reuersus, nouo quidem exemplo, se consulem retulit. Q. Fabius Maximus illi est collega datus. Ipsi inter se prouincias sortiti, Fabio Tarentina regio euenit, Lucani & Brutij Fuluius. Per id tempus C. Valerius Flaccus flamen a P. Licinio pontifice captus, quum suis omnibus esset inuisus ob negligentem & luxuriosam adolescentiam, postea uero quam inauguratus est, curaeq; sacrorum admotus ita repente priores exiuit mores, ut nemo in tota iuuentute prior haberetur, nec prioribus patrum totiq; ciuitati magis probatus. A deo nonnunquam cum persona mutantur & mores. Ex una & triginta Po. Ro. colonijs, qm in Italia erant, duodecim, eo anno legatis ad id Romam missis, negarunt se decem annorum tributis & delectibus exhaustos, milites ex formula dare uelle amplius. Coloniae quarum legati ad id uenerant, fuere, Ardea, Nepete, Sutrium, Minturnae, Alba, Carfeoli, Suessa, Sora, Setia, Cales, Narnia, & Interamna. Qui in officio mansere, fuerunt, Signini, Norbani, Satriculani, Brundisini, Fregellani, Nucerini, Venusini, Adriani, Firmiani, & Ariminenses. Ex inferi maris ora, Pontiani, Pestani, Confani, & Mediterranei, Beneuentani, Esernini, Spoletani, Placentini & Cremoneses. Coloniarum in officio permanentium in curiam producti a consulibus, inde ad populum prouocantur ut fideles Coloni laudati, ac gratiae utrobique illis, publico nomine actae. Ceptarum Coloniarum militiam detrectantium, neq; dimissi, neque retenti sunt, neq; a consulibus appellati. Ea tum castigatio temporis accommodata est. Aurum praeterea uicesimarium quod aëario ad hos reipublicae casus seruabatur, publico est decreto in praesentem usum belli depromptum. Ad quatuor milia pondi auri inde sumpta. Consules in prouincia abituri, ob prodigia quae per eos dies nunciata erant, retenti sunt. Albana aqua cruenta fluxisse dicebatur. Et in aede fortis fortunae signum quod in corona erat in manus statuae sua sponte est delapsum. Et Priuerni fatistis constabat bouem locutum. Sin uestae natum puerum ambiguo inter mare & feminam sexu. Hos Romani Androgynos Graeca uoce dixerunt. Pluerat

Prodigia.

Dictator seculo dixit.

Morum mutatio.

Coloniae Romanae in Italia.

Aurum uicesimarium.

Prodigia.

rat & lacte, natusq; est infans elephatino capite. Quibus ritè procuratis, Fuluius comitia habuit, censoresq; creati sunt, M. Cornelius Cethegus & P. Sempromius Tuditanus, quorum neuter adhuc consul fuerat. Hi in recensendo senatu Ceciliij Metelli nomen praeteriere, quod post Cannensem pugnam de Italia deferenda cum alijs quibusdam agitasset. Fabius Tarentum iturus, Marcellum, cui prorogatum erat imperium in sequentem annum, per literas obtestatur, ut quoad eius fieri possit, Hannibalem arcto implicaret bello, dum ipse Tarentum oppugnaret. Ille literis consulis & gloriae cupiditate concitus, ubi primùm in agris pabuli copia fuit, ad Canusium Hannibali occurrit. Pœnus sub Marcelli aduentum, quia nullus in aperto erat ad insidias relictus locus, motis castris, p saltuosam ductabat loca. Instabat eius uestigij Marcellus, ac castra castris conferre, facereq; identidem hosti pugnae copiam. Ille, dubium metu an consilio, pertinaciter abstinere ab omni maiore certamine, tantum leuia praelia turmatim fiebant, eaq; per alterius partis occasionem: postremò Marcellus noctu Punica castra praetergressus, hostem in apertis locis adeptus, ad certamen copulit, estq; eo die equo mar te discissum, pugna in noctem distracta. Postridie ubi primum illuxit, Marcellus suos in aciem educit: nec Pœnus detrectauit pugnam hostis ferocia irritatus, suosq; efficaciter hortatus adeo inflammauit, ut duabus nec amplius horis praelio protracto, Romanos fufos fugatosq; cum multa caede in castra compulerit. Caesa eo die duo milia Romanorum & septingenti. Marcellus milite pro concione grauitè increpato, cohortibus a quibus fuga inceperat, hordeum dari iussit. Centuriones manipulorū, quorum signa amissa fuerant, districtis gladijs discidentes destituit, & ut postero die omnes equites peditesque armati adessent edixit, pronunciauitq; pugandum esse, ac ut uincerent admittendum omnibus, ut non prius hesternae fugae quam recentis uictoriae Romam peruenire possit fama. Postridie ubi Romana acies instruta in hostium conspectu constitit, Hannibal dixisse fertur, cum eo hoste nobis res est, qui neque uictor, neque uictus possit quiescere. Mirum est quod scribunt quidam, Marcellum flagrasse incredibili dimicandi studio, ut per quietem una species obuersaretur animo, atque id unum cum amicis collegisq; fabularetur, ea una uox semper in eius ore esset, atque id uotum, ut intra una moenia aut uallum unū exercitibus clausis, cum Pœno de summa rei semel sibi dimicandum esset. Hinc certe fuit quod Gladius, ut Popsidonius tradidit, populi Romani aduersus hostem sit dictus. Contra Fabius Maximus Clypeus. Hannibal & ipse in pugna eo die descendit. Romana acies ita instruta stetit, ut L. Cornelius Lentulus & C. Claudius Nero legati in cornib. essent, ipse Marcellus mediam aciem procurauit. Fuerat aliquandiu anceps pugna, quum elephates ab hoste in mediam aciem immissi, adeo late strage dederunt, ut res iam ad fugam spectaret, nisi milites Decimi Flauij hortatu (erat is tribunus militū) impetu in beluas facto, ac pilis undique coniectis, eas in fugam auertissent, auersasq; per disiectam Pœnorum aciem cum strage insecuti, unā & hoste terga dare coegissent. Marcellus equites in fugientem Pœnum immisit, multi in fuga, sed plures circa uallum trucidati, castrorum porta duobus elephantibus ad terram stratis infensa. Caesa ex hostibus octo milia uiuorum, & cum his quinque elephantum. Nec Romanis incruenta uictoria fuit tribus milibus eo die desideratis. Secundum eam pugnam Hannibal noctu castra mouit, atque in Brutios abiit, quem quo minus Marcellus sequeretur, sauciorum multitudo effecit. Hirpini interea & Lucani, traditis Pœnorum praesidijs, sese Fuluius consili dederunt. Er Fabius Mandauriam in Salerninis cepit, atque inibi quatuor milia hominum capta.

Marcelli ferocia.

Animaduersio militaris.

Gladius et Clypeus Ro.

Hannibal magno praelio uincitur.

Tarentum inde oppugnare adortus, in faucibus portus castra posuit, fuissetque oppugnatio & longa & laboriosa, nisi ex re admodum leui facta uia esset consili in urbem euadendi. Habebant Tarentini Brutiorum praesidium in urbe, cuius praefectus perditè amabat indigenam puellam, eratque puellae frater in Fabianis castris, qui a forore per literas factus certior de suo cum nobilissimo Brutiorum congressu, permissu consulis ille pro perfuga in urbem transijt, ibique per sororem praefecto insinuat, quum tempestiuo alloquio, tum sororis illecebris eò hominem perpulit, ut de urbe consili tradenda nuncium in castra miserit. Fabius ubi tempus & locus constitit, silentio noctis cum parte copiarum haud procul ab ea miorum parte quam Brutij praesidio obtinebant, quietus constitit, inde ab arce & a portu ex composito nocturnus est clamor sublatu, uelut ea parte Romanus esset impetum facturum. Multitudine igitur in eum tumultum auersa, Romanus miles scalis diuersa regione ad motis, Brutiorum auxilio in urbem transcendit. Refractis subitò portis, cum maiore suorum agmine forum occupat. Tentarunt non nihil praesidium Tarentini subito tumultu exciti, caeterum ubi forum & omnia armis hostium teneri animaduersum est, alij aliò dilapsi fuga sese proripuerunt. Carthaginenses qui in urbe erant, ad unum ferme sunt cum Carthalone praefecto caesi. Perierunt Nico & Dimocrates principes ciuitatis. Philomenes, qui Tarentum Hannibali prodidit, medio tumultu digressus, fugam ut creditur occupaturus, nusquam postea comparuit, eius equus uacuus repertus est. In apertum puteum praecipitatum crediderunt quidam, dubium, casu an uoluntate, triginta milia seruitorum capta, ingens uis auri argentique facti signatiq; signa tabulaeque, ut Syracusana propemodum aequarent ornamenta. Maiora signa Fabius immota manere iussit, testatus iratos Tarentinos deos se relinquere. Obsidebat tum fortè Hannibal Cauloniam, qui audita Tarenti oppugnatio quum dies noctesque citato agmine, ad suos oblidione leuandos properaret, Tarenti a Fabio capti nuncium, quum iam haud procul abesset, accepit. Tum percussus animo dixisse fertur. Habent & Romanum suum Hannibalem. Amissimus Tarentum ea arte qua cepimus. Verum ne fugisse uideretur, eo in loco ubi sociorum clades nunciata est, quinque milia passuum ab urbe castra fecit, conuersusque in suas artes Pœnus, Fabium in insidias trahere est conatus. Duos in urbem mittit cum literis, quibus Romanus consul a Metapontinis acerlebatur, tantum de sectionis ueniam precantibus. Credidit id Fabius, & iam per literas conuenerat, quo die Metapontum erat profecturus, Hannibalque medium iter ad Romanum exercitum opprimendum infederat, caeterum homo superstitioni addictus, quia aues non addicerent, aruspibusque denunciantibus Romano insidias ab hoste imminere, reuersi haud multo post Metapontini, ac quaestioni adhibiti, Hannibalis eam esse fraudem confessi sunt. Principio aestatis, qua haec in Italia gerebantur, Scipio ex Taracone in hostem mouit, cui per pacatum adhuc eunti Indibilis & Mandonius, totius Hispaniae haud dubie principes, occurrunt. Praetexuit Indibilis transitioni suae necessitatem, precatus Scipionem, ne praesentem ab hoste defectionem sibi leuitati aut perfidiae, sed necessitati ascriberet. Superbissimum Pœnorum imperium, inexpletamque auariciam nihil sibi & alijs socijs incolume reliquisset, quo ita sit factum ut diu antea suum corpus apud hostes fuerit, animus uero apud eos qui ius & fas colere dicerentur. Summa eius orationis fuit, ut neque honori, neque fraudi, nona sibi societas esset, sed quales iam inde socij forent, perinde suae operae pretium faceret: Scipio ita se facturum pollicitus, benignè acceptos ad

Fabius Tarentum recipit.

Carthalonis caedes.

Hannibalis uox de Fabio.

Scipionis expe ditio.

comparandas copias ambos à se dimisit. Sedebat Hasdrubal ad Betulam urbem, quo quum Scipio uenisset, uelites & antesignani ex itinere, cum hostium equitibus qui in statione erant, praelio inito, hostem primo accessu in castra coniecerunt. Sequenti die Pœnus ita acie digessit, ut appareret magis proximo flumini, et collibus circumiectis, quam uiribus cōfiderē, quod intuitus Scipio, suos hortatus, primo conatu non sine acri certamine, hostes ex editore loco deiecit, inde in fœsis itineribus, cæteram ad ortus aciem nullo maiore negotio dispulit. Cæsa ad octo milia hostium, duodecim capta, & in his duo milia equitum. Hasdrubal pecunia & elephantis, priusquam dimicaret, præmissis ipse cum quibus potuit præter Tagum fluuiū ad Pyreneum tetendit, in Italiam quo iter intenderat penetraturus. Romanus uictor, captiuus Hispani generis domum dimissis, Aphros omnes uendidit: ibi quum omnis Barbarorū multitudo eum regem appellare cœpisset, pro concione uenit eam uocem usurpari, professus satis amplam uideri sibi imperatoris appellationē, regium nomen alibi magnum apud Romanos inuisum esse & detestabile. Ex captiuis Aphris adolescēs elegantiforma, à quaestore media auctione est selecta, quia regij sanguinis esse diceretur. Hinc ad se missum Rodux sciscitatus quina & cuius generis esset, ubi ex Galæ filia natum audiuit, in Hispaniam eum autun-
Scipio Hasdrubalem fundit.
Hasdrubale uenisse, in sum q; ab eo prælio abstineret, temperare nequiuisset, quin eo inscio præliū fuisse ingressum. Factum inde ut media fuga equo præcipitatus, in hostium potestate uenerit. Percontatus Scipio an ad Masiniam reuerti uellet, lachrymis repente obortis uehementer se id cupere testatus est, tum aureo amiculo et tunica laeticiui cum sagulo Hispano, & aurea fibula donatum, phaleratoq; equo sedentem, ab equitibus in pacatū deduci iussit. Atq; Scipio tam pulchrè uictoria utebatur, haud ignarus uti belli finis uictoria esset, ita uictoriae clementia & liberalitas. Summumq; imperatorem nō minus liberalitate & domesticis uirtutibus quam bellicis artibus præditū esse oportere. Multi Hispaniæ populi secundum eam uictoriam ad Romanos defecere, nec Scipio Hasdrubalem sequi perseuerauit, ratus fore ut ille cum Magone & altero Hasdrubale iunctis copijs, longè uiribus præstaturus esset. Taraconem itaque reuersus est. Carthaginensiu ducis partiti inter se copias, alij aliō ad tuenda sociorū loca concessere. Nec aliud memoria dignum est estate illa in Hispania gestum. Romæ interea Marcellus à Trib. plebis ad populum est accusatus, quod exercitū bis ea estate sub recto Venusiæ habuisset, eiusq; fraude ac patrum fieri, quod tandiu hostis in Italia esset, fuisseq; tribunitia rogatione ei abrogatum imperium, nisi ipse tempestiue occurrisset. Concione itaque ad populum de rebus à se gestis habita, adeo mutauit plebem, ut proximis comitijs magno omnium cōsensu, cum Quintio Crispino factus sit consul. Ludi Romani hoc anno & plebeij per diem unum instaurati, erantq; ædiles curules, L. Cornelius Caudinus, & Seruius Sulpitius Galba. Plebeij, Q. Cecilius Metellus & Cn. Seruilius, quem neq; ædilem esse aiebant, neque olim Trib. plebis esse potuisse, quia eius pater quem à Boijs occisum decem ante annos fama tenuit, uiuere diceretur. Marcellus & Crispinus undecimo secundi belli Punici anno consularum iniuere, quibus Italia prouincia decreta, placuit eo anno una et uiginti legionibus bellum in Italia & in prouincijs administrari. Prodigiorum religio tenuit consules, ne tam citò in prouinciam abirent, nam præterq; quod Hostiæ & Capuæ loca quædam de cælo tacta dicebantur, Caisini apum examen in foro confederat, & mures in Capitolio auram roferant. Vulfinijs lacus sanguine manarat. His de more procuratis, ludi Apollinares in perpetuum

hoc anno uoti, ut Liuius scribit, quum prius in annum uoueri cōfueissent, nec certo aut statō die P. Licinius Varus prætor Virbanus iussu populi uouit, diemque illis lacrauit tertium nonas quintiles. Tarentum quia suspecta esset ciuium fides, præsidio custodiri placuit, & ciues intra mœnia contineri, centum & amplius senatorum filijs Romam traductis, De M. Liuiō præfecto arcis uariæ sententiæ fuerunt, alij patrum illi præmia decernētib; ignominiam auis, quod eius culpa Tarentum amissum diceretur. Aderant eius necessarii, qui quum identidem iactarent, Liuij opera Tarentum à Fabio recuperatum, ita est illis à Fabio occursum, re uerisimum id esse, nam nisi Liuius Tarentum amississet, nunquam fuisset à se recuperatum, sed ea cognitio ad censores est delata. Dedicaturus interea Marcellus ædem quam Honori & Virtuti bello Gallico uouerat, pontificum iussu id facere est prohibitus, negantium rectè cellam unam duobus numinibus dedicari, quia si prodigium aliquod incidisset, haud sciri posset, utri numinum rem diuinam fieri oporteret, neque duobus nisi certis dijs una hostia mactaretur. Marcellus pontificum autoritate motus, alteram priori ædem adiecit, hancque Virtuti, illam Honori dedicauit. Consulibus inde ad exercitum profectis, Locri nonnihil à Crispino sunt oppugnati. Mox audito Hannibalis accessu soluta metu obsidione, ad Marcellum se contulit. Duobus inde consulibus consularibusq; exercitibus iunctis, Romana castra cōmunita sunt inter Venusiam & Bantiam: (alij Bantia scribunt) Hannibal & ipse in eam regionem uenit, auerso à Locris bello. Consules ut absente Hannibale Locri obsiderentur, ad L. Cincium scribunt, quod cum classe Locros traiceret, à marique oppidum obsideret. Partem præterea copiarum eò transire iusserunt, ut à terra quoque hostes premerentur. Qui à Tarento accesserunt erant, in hostium insidias lapsi, maiore ex parte cæsi, multi etiam capti sunt, cæteri fuga elapsi, Tarentum acceptæ cladis nuncijs retrò abierunt. Nec ita multi interiecti sunt dies, quibus Marcellus & Crispinus consules exploratum egressi, ut collem occuparent, qui medius erat inter sua & hostium castra, in insidias & ipsi inciderunt. Erant cum consulibus ducēti & uiginti equites, & M. Marcellus consulis filius. Numidæ equites qui in conualle occulti sedebant, nec in talem spem eò progressi, sed ut aliquem procul à castris longius uagantem exciperēt, subito ex lateribus coorti, uijs à tergo inselsis, à lateribus & à fronte consules et eorum equitatum, cum clamore inuadunt. Restiterunt aliquandiu Romani subita re percussis, mox cadentem Marcellum intuiti, qui, quum prælium fortiter ciceret, lancea transfusus concidit, metu & pauore disiecti, pauci cum Crispino duobus iaculis isto, & Marcello adolescente saucio in castra refugiūt: quo iam clamor & tumultus peruenerat, multiq; iam arma expediebant, ut consulibus auxilio irent. Cæsi sunt cū Marcello tres & quadraginta equites, duodeuiginti capti, & cum his quinque lictores consulium. Nec una de Marcello interitu ad pastores fama est tradita. Satis constat eo die, quo cæsus est, sacrificanti prima hostia cæsa, iecur sine capite inuentum, in altera hostia non solum inuentum, sed auctum etiam, quod aruspex ostentum non minus quam illud prius oblatum sit auersatus. Hannibal Marcelli corpus honorificè sepeliuit, tumulumque ab hoste peritum, ut Romanis terrorem incurreret, insedit. Crispinus castris in tutiorem locum translatis, circa ciuitates & præsidia nuncios misit, Marcellum cum paucis in insidias lapsum perijisse, eiusque corpore Pœnum potitum, habereque interfecti consulis annulum, quare si que literæ Marcelli nomine alicunde allatæ essent, crederent illas hostium esse, non eius qui hostili fraude perijisset. Vix consulibus nuncijs Salapiam uenerat, cum

Tarenti præsidio.

De uirtute & honoris ed.

Bantia & Hannibal.

Consules in insidijs incidit.

Marcelli interitus.

& Hannibalis literæ Marcelli nomine eò perferuntur, quibus significabatur, ut milites parati starent, uenturum se quarta uigilia noctis, publicum negocium obiturum. Hanc hostis capiendi occasionem Romani qui præsidio erant, adepti, se ut iussu essent, facturos respondēt. Mox per muros & circa portas præsidij diligēter dispositis, hostem noctu uenientem excipiūt. Erant in primo agmine Romanorum transfuge cum signis, ut res minus suspecta esset. Et iam sexcenti hostiū ingressi erant urbem, quum cataracta ferrea cum sonitu remissa, cæterum agmen oppido exclusit, sublatoque è muris clamore, saxa & tela in hostem deijciūt. Cohors quæ admissa erat, momento temporis est telis obruta. Ita Hannibal sua arte captus, Salapia discessit. Patres ubi de Marcelli morte & alterius consulis periculo per literas certiores facti sunt, Q. Fabiū filiū qui Marcelli exercitui præesset, Venusiam mittunt, eò enim Crispinus post Hannibalis discessum sedere iusserat, ipse Capuam concesserat cum suis legionibus, quo tres legati, ut ipse à patribus petierat, sunt missi, Sextus Iulius Cæsar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimētius, ut cum his quæ uellet, de Repub. loqueretur. Pœnus Salapia reuersus, in Brutios abiit, cuius accessum Locri, qui terra & mari obsidebantur, à Cincio prætorē oppugnari deserunt. Nec Leuius interea in ocio fuit, qui cum centum nauium classe ex Sicilia in Aphricā transiectus in Clupeesem agrum excursionē facta, cum hostico abscederet, Punicam classem octoginta nauium obtinuit, cum his prosperè congressus, duodeuiginti nauibus captis, cæteram in alto multitudinem dispulit. Atque ita uictor cum præda & captis nauibus Lilybæum paucis diebus est reuersus. Eadem æstate quæ undecima fuit secūdi belli Punici, Philippus rex auxilium tulit Achæis, aduersus Machanidas Lacedæmoniorum tyrānum. Lacedæmonij iam enim ex quo Cleomenis ductu ab Antigono Demetrii ingenti fuerat prælio uicti, etsi Lycurgū in Cleomenis locum regē cōstituerant, uetus Reipub. forma minus in dies minusque illis constitit, donec res ad tyrannidem delapsa est, & Machanidas cum Ætolis à Romanorū partibus stabat, ita enim in fœdere cum Ætolis isto diserte fuerat expressum, ut liceret illis quos uellent in fœdus trahere. Nec Machanidas tantum Achæos lacefere, sed Ætoli etiam nauibus per fretum quod Naupactum à Patris diuidit (Rhion accolæ uocant) traiecto exercitū, Achæicum litus uastare, expectabantque in horam Attalum regem, cui imperij summam proximo concilio detulerant. Cæterum absente adhuc rege, cum Philippo Ætoli dimicare ausi, bis sunt prælio uicti, quibus se ad Lamiam recipientibus, Philippus ad Phaleram exercitum rediit, ubi nonnihil per Aminandrum Atamanum regem & Ptolemæi regis legatos de bello cum Ætolis soluendo est actum. Re deinceps in publicū concilium generis delata, Philippus firmata præsidij Eubœæ ad Attalum, qui eò uenturus credebatur, excludendum, ipse Argos cōcessit, ut Nemejs ludis interesset, quibus ut rex curator præsideret, Herei Nemejsiq; suffragio decreuerat. Siquidem Macedonum reges ut fama erat, ex ea ciuitate fuerant oriundi. Rhium inde rex concessit, ubi de pace frequenti Achæosum concilio iterum agitari cœptum, tota Græcia libenter ad pacem inclinante, ne Romanis aut Attalo materia daretur, tuendorum sociorum prætextu, Græciam intrandi. Sed Ætolis Romana societate fretis, multa superbe postulantibus, rem indignam Philippus fieri ratus, ut bis uicti prælio leges uictoribus darent, testatus ibi coram per se non stare quin pax fieret: quatuor milibus armatorum ad Achæorum præsidium relicto, ipse ad Nemejs ludicrum cuius tempus aderat, Argos est reuersus. Sulpitius interea Romanæ clasissis præfectus, copijs inter

Hannibal ad Salapiam cohortem amittit.

Punica clasissis à Leuius profugatur.

Sycionem & Corinthum expositis, agrum nobilissimæ fertilitatis ferro & igni uastauit, ad quam hostium famam Philippus excitus, improuiso accessu, Romanos temerè dispersatos cum multa cæde & trepidatione ad naues cōpulit. Ita Romana clasissis parum læta ex Achæia Naupactum transmisit. Macedo ludorum qui reliqui erant, celebritate & recenti successu lætus, in multam se lætitiā & libidinem immerfit, ut uno duobusue comitantibus, in priuatas domos noctu irrumperet, in matronas & uirgines grassabundus, uique sibi uenerem quærebat, quam mercari non poterat, quæ fœda licentia multas nobiles constuprauit matronas, & in his Polykratiam Arati Achæorum principis cōiugem, quam spe nuptiarum in Macedoniā deportauit. Nemejs peractis rex Elim profectus est, ut Ætolorum præsidium inde eijceret, ad Dymas Achæorum copias illi præstō affuerunt. Oderant Achæi infensē Eleos, quod à se ad Ætolos defecissent. Rex aucto exercitu sociorum appendicibus Larisso amne superato, qui Dymeum agrum ab Eleo dirimit, hostilem agrum uastauit, ad motuque ad urbem exercitū, à Romanis qui ad quatuor milia numero haud multo prius à Sulpitio eo occulte missi fuerant, prælio excipitur. Hic regius equus Romano pilo confossus, cum ipso rege corruit. Tum Philippo in apertum id seriem adducto, Macedones atrocem circa illum obeunt pugnam, fuitque ipius se tuentis certamen omnium maximè in signe. Postremò multis cadentibus Macedo recenti equo impositus, prælio excessit. Fecit rex castra quinque milia passuum ab urbe, postredie ut præsentem deleret ignominiam, ad Pyrgum Eleorum castellum profectus, quatuor milia agrestium, & pecorum omnis generis uim ingentem in prædam abduxit. Diuidenti prædam ex Macedonia nūcius superuenit, cum literis Lychnidum oppidum ab Euro po occupatum, & cum eo Dardaretorum uicos quosdam, Dardanósque ad arma concitari, quibus nūcijs pernotus cum exercitū in Macedoniā abiit, uix Theflaliam attigerat, quum recentioribus nuncijs avertur Dardanos in Macedoniam effusus Orestidem obtinere, atque in Argæum campum irruptionem moliri, famamque inter Barbaros esse celebrem, Philippum nuper interfectum in ea pugna quam prosperè alioqui in Romanos ad Sycionem pugnauerat. Enimvero medio procurfu alterum galeæ cornu arboris trunco impetum defregerat, quod Ætolus quidam adeptus ad suos populares deportauerat, ex Ætolia inde ad Scerdileum Illyriorum regem delatum. Is regium galeæ in signe agnoscens, interfecti regis rumorem dissipauit. Post Philippi discessum Achæi prosperè in Ætolos & Eleos dimicauerunt. Sulpitius sub id tempus & Attalus in Ægina congressi sunt, ubi ambo hyemare constituerunt. Eratque hic rerum status a libi. Crispinus in Italia, L. Manlio Torquato dictatore ad habenda comitia creato, ex uulnere circa Venusiam Numidarum incurfu accepto mortuus est. Nunquam antea acciderat, ut duo consules sine aliquo maiore prælio interfecti fuerint. Creati itaque in eorum locum C. Claudius Nero, & Marcus Liuius, qui aliquot antè annos ex consulari à populo damnatus, ad id tempus ruri se tenuerat, ab urbe & omnium ciuium congressu abhorrens. Is haud multo prius in urbem redictus, consularum magno sibi patrum & plebis consensu delatum pertinaciter recusabat, ciuitatis inconstantiam accusans, quæ seruidati rei non miserta fuisset, candidam nolenti togam induceret, quæ si bonum se uirum iudicasset, quid ita pro malo & noxio damnandum duxerat? aut si prior consularum malè creditus esset, quid alterum sibi tanto studio delatum cuperet? hæc & alia quærentem castigabant propinqui & necessarii, mornebantque patriæ sæuitiam patiendo, ferendoque

Philippus Romanam classem ex Achæia depellit.

Philippus equus concidit.

Dispati de Philippi tertio rumores.

leniendam esse ut parētum iram. Cessit ille patrum & aliorum autoritati, passusque est se cum Tyberio Nerone consulem renunciari, cum quo senatu id pe-
 tente, in gratiā redijt, erant enim nobiliss inter eos inimicitia. Vterque igitur alteri reconciliatus pro-
 uincias sortiti, Nero Brūcios aduersus Hannibalem est prouincia adeptus. Lūius Galliam qua Hasdru-
 bal erat in Italiam uenturus. Constās fama erat eum
 ex Hispania cū ingenti exercitu aut mouisse, aut nō
 multo post moturum. Id Malsiliensium legari pri-
 mō nunciarunt, mox & qui ad hoc ipsum publicē
 missi fuerant, ut rem ex proximo explorarent. Sex-
 tus Antistius & Marcus Rhetius retulerunt, com-
 peritum à se esse Hasdrubalem exercitum comparatē
 se, nec aliud eum morari quā hybernū anni tem-
 pus, nouum uer expectari, ut commodius alpes su-
 perari possent. Hoc anno P. Sempronius Tuditanus
 & Gn. Cornelius Dolabella censores Iustrum condi-
 derunt, censāque sunt ciuium capita, ducenta & tri-
 ginta septem milia, centum & duodeuiginti minor
 haud dubiè numerus eo qui fuerat ante Hanniba-
 lis in Italiam accessum. Et quia Veijs de cælo lapida
 uerat, nouendiale sacrum fuit. Nunciata & alia pro-
 digia. Lucus Maricæ & alia quædam loca insignia
 fuerant de cælo tacta. Minturnenses sanguinis ri-
 uum ante portas fluxisse significabant, & Capuæ lu-
 pus urbem ingressus, uigilem lanauerat, & in armi-
 lustro Romæ uisum est lapidibus plueri. Frusinone
 natus infans dicebatur, quadri mo par ambiguoque
 sexu. Id monstrum arulpicæ ex Hetruria accersiti, al-
 to mari mergendum curarunt, ac pontificum decre-
 to ter nouenæ uirgines per urbem euntes, Iunoni re-
 ginæ carmen decantarunt. Condidit id carmen Li-
 uius poëta: puellæ longa indutæ ueste, ab æde A-
 pollinis per carmentalem portam in forum uenere,
 decem uiris cum laurea corona sequentibus, inde
 per manus recte data uirgines, sonū uocis pulsu pe-
 dum modulantes, per Tuscum uicum, Velabrum,
 forum boarium, & cliuium publicum, ad ædem Iu-
 nonis itum, ibi duas boues abas decem uiri immo-
 larunt, duoque cupressæ simulachra phano intule-
 runt, & matronæ collata in medium stipe auream
 peluim Iunoni dedicarunt. Consules inde acerrimū
 ob aduentum Hasdrubalis delectum habue-
 runt, coactique sunt maritimi coloni, qui sacrosan-
 ctam uacationem habebant, milites dare. Hi erant
 Hostienses, Alsienses, Antiatenses, Anxurites, Sinuessani.
 Et à supero mari Senenses, qui Senam Gallicam
 incolebant. Hostiensibus tantum & Antiatibus ua-
 catio obseruata. Et iam Hasdrubal ex hybernis mo-
 uisse dicebatur, & in Liguria octo milia militū sunt
 conscripta, quæ illi in Italia transgresso iungeren-
 tur. Hæc cum L. Portius prætor ex Gallia scripsis-
 set, consules aliquanto celerius in prouincias abie-
 runt. Inuit magnopere rem Romanam quod Han-
 nibal haud immemor quā laboriose à se transcen-
 sâ fuissent alpes, & ratus haud multo id iter fratri
 expeditus fore, aliquāto tardius ex hybernis exijt,
 & Hasdrubali omnia faciliora quā fratri fuerunt.
 Galli quæ non solum non impediuerunt, sed multi ultrò
 etiam secuti sunt. Pænus igitur omnium opinione
 celerius in Italiam transgressus, Placentiam obsidio
 ne cinxit, ubi circa coloniam unam assidendo, spa-
 tium Romanis dedit, omnia maturius prouidendi.
 Lūius ex urbe profecturus, ciuitatem aliqui nouo
 bello sollicitam, aliquanto sollicitiore reddidit, tri-
 sti & intempestiuo responso. Quippe qui à Fabio
 maximo monitus, ut memor eorum, quæ temerita-
 te ducum paucis annis acciderant, quā cautissimè
 bellum administraret, ita occurrisse dicitur, statuisse
 se quum primum in hostium conspectum uenisset,
 dimicare. Rogatus æquam tantum haberet festi-
 nandi causam? aut ex hoste, inquit, uicto egregiam
 laudem, aut ex ciuibus cæsis, etsi non honestum, mo-

Nunciij de ad-
uentu Hasdru-
balis.

Prodigia.

Virginum cho-
rus.

Sacrosancta
uacatio.

Hasdrubal Pla-
centiam obsi-
dit.

Lūij consulis
uox respōsum.

ritum tamen gaudium feram. Erat iam & Nero pro-
 fectus ex urbe, quum C. Hostilius incompositum
 Hannibalis agmen in Salerninos ductantis cum ex-
 peditis cohortibus ex improuiso aggressus, subito
 turbauit, ac quatuor milibus hostium cæsis, nouem
 signa militaria Pæno ademit. Secundum hæc Hosti-
 lius cum suis copijs Brundisium ad cōsulem uenit,
 ibi Claudius quadraginta milibus peditum, & duo
 bus equitum, & quingentis ex omni numero lectis,
 quibus ipse aduersus Hannibalem uteretur, Hosti-
 lio cæteras copias dedit Capuam deducendas, quæ
 ibi præsidio essent. Hannibal undique uiribus in u-
 num contractis, cum uniuerso exercitu ad Crumen-
 tum in Lucanis cōsedit, spe eius loci recipiendi: nec
 Claudius multo post ex Venusia eō uenit, castrisque
 in propinquo positis, quantum ipse remorandi erat
 hostis cupidus, tantum ille abeundi, structaque acie
 Romanum ad prælium euocat. Erant nudi colles,
 qui nihil ad insidiarum usum utiles uideri, post hos
 in conuallibus Claudius Punica arte usus, quinque
 peditum cohortes in insidijs locauit, ipse luce pri-
 ma, ut omnes hostium sensus ab insidiarum loco a-
 uerteret, in equum copias eduxit, nec Hannibal ul-
 lam pugnæ moram fecit. Cæterum Pænos incom-
 positè ruentes, immisis tertie legionis equitibus
 consul graui prælio excepit, struxisset nihilo fecius
 Hannibal aciem, ut uerus dux in ueteri exercitu, etsi
 haud una ex parte inuitū erat prælium, nisi à tergo ex-
 auditus Romanorum clamor ex insidijs consurgens
 tum, Pænos in fugam auertisset. Propinquitas ca-
 strorum fugientibus auxilio fuit, quo minus in me-
 dio ad unum interfecti sint, sic quoque octo milia ho-
 minum cæsa, septingenti capti, signa militaria no-
 uem adempta. Postridie Nero lectis hostium spo-
 lijs, si qui suorum in prælio occubuerant, sepeliuit, in
 de continuis diebus instructa acie, hostem ad præ-
 lium prouocare non destitit. Pænus triduo post-
 quam pugnatum erat, silentio noctis, Apuliam uer-
 sus mouit castra, paucis Numidarum ante uallum re-
 lictis, qui ostentando sese hostem distinerent, mox
 ad altum diem celeri cursu digressi, amicum agmen
 sunt priusquam aduersa esset assecuti. Claudius co-
 gnita hostium fuga, postridie illorum uestigia secu-
 tus, circa Venusiam eos assequitur. Hic tumultuaria
 pugna iterum commissa, supra quindecim hostium
 milia cæsa dicuntur, tum uero duplici clade percul-
 sus Hannibal, per montana ducens, ne pugnare co-
 geretur, Metapontum concessit. Hinc Hannone in
 Brutios misso ad nouum comparandum, ipse aucto-
 riji copijs exercitu, quibus fuerat ille ad urbis præsi-
 dium usus, retrò in Apuliam reuersus, Canusium pe-
 tijt. Instare Claudius, nec uestigium ab hoste abse-
 dere. Mouerat interim Hasdrubal ex Placentia in se-
 cta re, præmiseratque quatuor Gallos equites, &
 duos Numidas ad fratrem cum literis, quibus sum il-
 li significabat accessum. Emensi illi omnem ferè Ita-
 liæ longitudinem, postremo uiarum errore Taren-
 tum delati, in Romanam potestatem uenere. Con-
 tinuò inde ad consulem sunt cum literis missi. Nero
 cognito hostium consilio, haud quicquam in tali di-
 scrimine cunctandum ratus, Hasdrubalis literis ad
 senatum missis, quibus significabatur illum fratri
 in Umbria occursum, monet ut legione ex Capua
 ad præsidium urbis accersita, accuratissimum in ur-
 be habeant delectum, ipse præmissis qui per Larina-
 tem, Mauricinum, Ferentanum, & Præætianum a-
 gram commearus in uijs parari uiderent, qua erat ci-
 tatum agmen ducturus, ex uniuerso exercitu dele-
 git sex milia peditum, & mille equites, pronunciat-
 que se in Lucanos iturum, ad urbem quandam cum
 Punico præsidio occupandam, relictoque Q. Tatio in
 castris, nocte profectus in Picenū flexit, quantis ma-
 ximè poterat itineribus ad collegā ducturus: qua-
 cumque iter faciebat, undique effusa ex agris multi-
 tudo,

Hannibalis da-
dos.

Punica clades.

Equites ab Has-
drubale missi,
capiuntur.

Restinatio Ne-
ronis ad hostē.

tudo, uirorum promiscuè & fœminarum, urbis Ro-
 mæ cæteraque Italiæ uindictæ ire felices iubent, in
 illorum armis dextrisque suam suorumque libero-
 rum salutem & libertatem repositam prædicantes,
 deos deasque precari, ut illis faustum iter, felix pu-
 gna, maturataque ex hostibus uictoria esset. Romæ
 præter publicum terrorem, audax Neronis confi-
 lium uariè animos affecerat. Damnae quidam ut re-
 merarium & præceptis, timereque relictis sine duce
 copijs, quid si non hostis falleretur? nonne ad præ-
 dam relictus uideri posset exercitus? Horrebant &
 futurae pugnae euentū, quæ si parum prospere, quod
 diu auerterent, depugnata esset, actum de salute ci-
 uium, si duobus ferocissimis ducibus cum duobus
 florentissimis exercitibus omnia tenentibus, sine e-
 xercitibus, sine ducibus, sine urbe Roma esset ad præ-
 dam & excidiū relicta. Augebat hos metus clarum
 Hasdrubalis nomen, qui duos Scipiones cum duo-
 bus exercitibus in Hispania deleuisset, ac præterquā
 quod tot annos in ea terra rem Punicā fortiter tuta-
 tus esset, in ijs locis exercitū coëgisset, quibus Han-
 nibal eius frater penè totum amiserat, cui tantum
 abesset, ut Claudius Nero par futurus credi posset,
 quod biennio antè ab eo in Hispania, ut puer turpi-
 ter fuisset illulus. Per has ille sociorum preces ac ci-
 uium omnia, dies ac noctes continuato itinere ad
 collegā uenit, ad quem præmissis nuncijs ex ipsius
 sententia noctu est Romanorum castra ingressus, ne
 quid hostis sentire posset, data erat totis caltris resse-
 ra, ut tribunos tribunum, centurio centurionem, mi-
 les militem acciperent, ne castra dilatarentur. Erat
 Neronis agmen inter eundem uoluntariorum manu
 non parua auctum. Habebat Lūius castra tunc
 ad Senam Gallicam. Quingentos inde fermè passus
 Hasdrubal aberat. Ibi paululum esse inter duces ad-
 dubitarum, continuò ne confligendum esset, an ex-
 pectandum ut miles longis itineribus fessus refice-
 retur. Verum Claudio negante rei discrimen ullam
 parti dilationem, sed utendum esse hostium errore,
 quum nec Hannibal sciret sibi rem cum pauciori-
 bus esse, ne Hasdrubal cum pluribus fore, signum
 pugnae proponunt. Descendit Pænus in æquū acie
 dimicaturus, interim priusquam signa canerent, pro-
 gressus in primam aciem, ubi uetera scuta & strigo-
 siores equos in acie uidit, multitudo quoque maior
 solita cōspecta est, nouitate rei territus, pugna absti-
 nuit, mandatque simul ex aquatoribus, si fieri possit,
 aliquem exceptum duci ad se, ut ex eo sciscitaretur,
 equibus nouis copijs auctus esset hostium exerci-
 tus? simul obseruari iubet an castra aucta essent, an
 duobus prætorijs signa canerent. Vbi uero pluribus
 signis exploratū habuit, quod homo militaris scien-
 tiæ peritissimus sua sponte fuerat suspicatus, mirari
 secum quid esset, quod consul fratrem fallere po-
 tuisset, uereri simul nequa ille clade affectus sibi oc-
 currere nequiuisset, ipseque iam perditis rebus, se-
 rum auxilium uenisset, suspicari interdum ne literæ
 quas ad fratrem de suo aduentu dedisset, ab hostib.
 essent interceptæ, atque ita Hannibale inficio ad se
 opprimendum alterum consulem festinasse. His an-
 xius curis noctu, extinctis ignibus, mouet castra:
 ubi uero illuxit, & ad Metaurum uentum est, dum
 in reperiēdo uado qua copias trajiceret, retardatur,
 nam quanto longius à mari abscedebat, eo altiori-
 bus ripis coercitus amnis minus erat uadabilis, satis
 spatij daturum est Romanis ad hostem assequendum.
 Nero prius cum equitatu affuit, inde L. Porcius præ-
 tor cū leui armatura. Hærebat uestigio Lūius cum
 robore copiarum, sed quum primi fessum agmen
 carperet, incurfandoque pluribus locis inceslerent,
 Pænus amisso itinere in tumulto fluminis propinquo
 munire castra est conatus. Cæterum legionum in-
 teruentu, quum iam undique premeretur, ab opere
 ad prælium conuersus, quantum temporis & loco-

Nero occulte
ingreditur col-
lega castra.

Hasdrubalis
peritiam re-
militari.

rum angustia patiebatur, Gallos Neroni, qui sinistrū
 cornu tenebat, opponit, ipse aduersus Lūium dex-
 tro cum Aphris & Hispanis constitit. Ligures in me-
 dio accepti post elephantos qui in fronte constituti
 erant. Primò itaque inter Hasdrubalem & Lūium
 concursum, nam cum Gallis haud ita facile concur-
 ri potuit collē obtinentibus. Elephantis antesignanos
 ab initio turbarunt, submoueruntque signa loco. Cre-
 scente deinde certamine, beluæ clamoribus percussæ
 inter utraque aciem primo incipiti statu uersari, ue-
 lut naues sine gubernaculo, modò huc, modò illuc
 impactæ. Claudius interim ubi à suo cornu nihil ge-
 ri posse uidit, hostibus munitiore se loco tenētibus,
 aliquot sub fidarijs cohortibus occultè circumactis,
 sinistrum hostium cornu à tergo inuasit. Ibi Hispani
 Aphrique in medio cæduntur, mox & Ligures cum
 strage dissecti, perueneratque iam cædes ad Gallos,
 qui uigilijs fatigati, & tur gens est laborum impa-
 tiens, ægrè sustinebant fessa æstu corpora, eratque
 iam dimidium diei. Sitis & calor hiantes hostes ui-
 ctoribus cædendos capiendosque affatim præbe-
 bant. Elephantis plures à rectoribus quā ab hoste
 interfecti, qui eos ubi sæuientes regi amplius nequi-
 uere, ne in suos cum pernicie ruerent, scalpro inter
 aures ictu mallei adactō interfecerunt. Ea breuis uia
 reperta est, ad tantā beluæ molem subito conficien-
 dam, Hasdrubalisque id fuisse inuentum credidit
 Lūius. Qui nunc suos hortando, nunc castigando,
 pluribus locis pugnam reparauit, nihilque eo die est
 ab eo prætermisum, quod ad imperatorem opti-
 mum pertineret. Verum ubi res perditas uidit, ne
 tot milibus hominū superesset suum nomen & im-
 perium secutis, dignus Hamilchare quo natus erat
 patre, dignus fratre Hannibale, equo in confertissi-
 mum hostium agmen adactō mortem occubuit.
 Nunquā eo bello una acie plures cæsi dicuntur.
 Quinquaginta sex milia hominum interfecta, quin-
 que milia capta, & quadringenta, Lūius autor gra-
 uissimus scribit. Nec uictoria Romanis paruo con-
 sistit, octo milibus hominum ea acie amissis. Ingēs
 præda parta est, auri & argenti immensum pondus.
 Postridie nunciatum est Lūio Ligurum & Gallo-
 rum consternatam manum domum abire sine duce
 ac penè inermem, modico equitatu immisso, ad u-
 num occidione occidi posse. Sint, inquit ille, ali-
 qui hostium suæ cladis nunciij, nostræque uirtutis testes.
 Ad eō hostilis sanguinis fatietas uictores ceperat.
 Nero nocte quæ pugnam secuta est, à Lūio digres-
 sus, haud minori celeritate quā uenerat, ad suos re-
 uertitur, tanta omnium populorum læticia, quacun-
 que iret, ut præ nimio gaudio uix homines animo-
 rum compotes essent. Post Neronis discessum quoti-
 die magistratus urbis, cum uniuerso senatu, in curia
 à primā luce ad uesperam permanserant, euentum
 pugnae expectantes. Matronæ in templis esse, sup-
 plicijs Deos & uotis fatigates. Anceps primò fama
 sollicitæ ciuitati accidit, uictos ingenti prælio hostes,
 duo id equites ex eo exercitu qui erat in faucibus
 Umbriæ attulerunt, uenisse in ea castra qui cōsulum
 uictoriā nunciassent. Primo id magis auribus quā
 animis acceptū, ut quiddam maius ac lætius quā
 satis credi posset. Securæ inde L. Manlij Acidini lite-
 ræ, qui ex eisdem castris id idem scribebat, ad quem
 nuncium tantus concursus est in curiam factus, ut
 tabellarius cum literis ad patres ingredi non posset,
 clamante multitudine, ut literæ publicè recitaren-
 tur. Secuti inde legati, quibus continenti agmine ab
 urbe ad Miluium pontem præ nimia læticia est ciui-
 tas obuiam effusa. Tum literæ sunt in senatu recita-
 tæ, inde & in foro in concione populi, unde ab alijs
 in alia est templa discursum, ut dijs gratularentur.
 Multi domum ad liberos & coniuges cum læticia
 reuersi, publicum gaudium nunciant. Supplicatio
 in triduum decreta, uix credi possit quantum ea uic-
 toria

initium pugnae
ad Metaurum.

Elephantorum
cædes.

Hasdrubalis
casus.

Lūij consulis
cæditum.

Neronis celer
reditus.

Publica læ-
titia.

etoria mutatus sit ciuitatis status, uelut iam debellatum in Italia esset, uendendo, emendo, mutuum dando, creditum soluendo, non aliter quam si omnia pacata essent, ciues inter se negocia contrahere coeperunt. Claudius Nero ubi in castra uenit, Hasdrubalis caput proijci ante hostium stationes iussit, ducique Aphros uinctos in Pœnorum conspectum, & ex his duos solutos ire ad Hânibalem permisit, eique nunciare quid illis diebus ad Metaurum geri contigisset. Pœnus tam atroci nuncio percussus, agnosco, inquit, fortunam Carthaginis, castrisque repente motis in Brutios concessit, subductis praesidijs ex omnibus locis quæ quæri non poterat. Metapontinos adhæc & Lucanos, qui suæ ditio nis erant, proprijs sedibus excitos, in extremum Italiae traduxit angulum.

Hânibalis uox in subito dolore.

ENNEADIS V. LIBER V.

BER V.



Ec in Hispania post Hasdrubalis digressum multo res quietiores fuere, quin bellum sub Hannonis accelsum, qui cum nouo exercitu in eius locum ex Carthagine fuerat missus, latius exarsit. Bina in Celtiberia hostes castra fecerant. Syllanus cum decem milibus peditum, equitibus quingentis, citato agmine ad eos missus, penè prius in conspectum uenit, quàm adesse diceretur. Hanno cuius castra ex destinato petebantur, ad primum tumultum, quatuor milibus scutorum in fronte constitutis, leuem armaturam in subidijs locat, in hos uixdum munitionibus egres sos, Romani pila conijciunt, praëlioq; cominus conferto, locorum asperitas non nihil uictoriam retarda uit. Neque enim continua acie pugnabatur, uirgulis uepribusq; ordines dirimentibus, bini singuliq; inter se manum conseruerant. Cæterum eadem res quæ ab initio adiumento fuerat hostibus, postquam fusi sunt, impeditiorem reddidit fugam, barbarosq; ad caedem multo opportuniorem reddidit. Scutorum legione caesa, leuis armatura & qui ex alteris castris tumultu & clamore exciti auxilio aderant, fugam cepissent. Hanno cum magno suorum numero est captus. Alter imperator Mago qui cum omni equitatu, postquam fortunâ inclinare uidit, sese periculo subtraxerat, decimo post die in Gaditanâ pro uinciam delatus, cum Hasdrubale Gisgonis copias iunxit. Scipio Syllano ob rem bene gestam laudato, haud multum inde commoratus, ad Hasdrubalem ire pergit, ad cuius aduentum Pœnus cõtinuò in ultimas terras concessit, distributoq; in urbes exercitu Gadis traiecit. Scipio ubi bellum dissipatum uidit, quia longum erat ad singulas urbes circumagere exercitum, relicto L. Scipione fratre cum decem milibus peditum, & mille equitibus, ad Origin urbem in Messesum finibus oppugnadam retrò abiit. Ille post fratris digressum, quum tertiam copiarum partem hostium mœnibus admouisset, ualideq; Hispani muros tuerentur, essentque in magno discrimine qui muros subierant, confestim reliquum copiarum oppidanos longiore iam pugna fatigatos iuberet inuadere. Origenes metu percussus, relictis muris, ueriti ne ad unum caderent, si ui hostis in urbem irrupisset, scutu altera manu habentes, ne nuda corpora irritato hosti obijcerent, dextera inermi sublata, ut appareret non bellum, sed pacem exposci, pate facta reuente porta, sese ultrò Romanis offerunt. Ceterum siue res sit parum animaduersa, siue dolus suspensus fuerit, non aliter cæsi sunt, quàm si confictu ri in apertum processissent. Oppidum eodem impetu est captum, duo milia hostium caesa. Romanus uictor ccc. oppidanorû qui clauerant portas, cum Punico praesidio in uincula coniectis, cæteris quib. for

Syllani uictoria.

Pœnorum dum fugat.

Origenes de ditio.

tuna belli pepercerat, non solum ueniam dedit, sed liberum etiam oppidum restituit, atque ita prouincia egregiè obira, cum exercitu se ad fratrem recepit, qui dimisis in hyberna legionibus (instabat enim hyems) Taraconem concessit, unde Hannonem & cæteros captiuos nobiles Romam cum L. Scipione fratre misit. Eadem æstate iterum Leuius in Aphricam trãsmisit, ibiq; extremos Carthaginis fines, atque Vticensem oram prædatus, quum Siciliam peteret, in septuaginta Punicas naues incidit. Ex ijs decem & septem captis quatuor in alto demersis, ceteræ fusæ fugatæq; sunt, ipse cum ingenti præda uictorib; classe Lilybæum reuerus est. Hæc expeditio tam similis priorî uidetur, ut Liuius qui utriusq; uictoriae est autor, merito in suspicionem uenire possit, ut uelut eorum oblitus quæ scripserat, bis idem posuerit. Poruit & annalium uariatio in causa esse, qui alij alio tempore rem semel gestam tradiderint. Principio æstatis qua hæc gesta sunt, P. Sulpitius cû rege Attalo, qui cum Æginæ hybernauerat, Lemnû trãsmisit, quorum conatibus Philippus occursum, Demetriadem ad mare descendit, etsi regis animus alio qui haud in unam belli curâ distrahebatur: nam & Achæi opem implorabât aduersus Machanidam Lacedæmoniorum tyrannum qui in Argiæ oram finibus castra fecerat, & Ætoli Romani sociorum freti ferocius quàm antea Philippi rebus incubuerant: ex Macedonia quoq; tumultuose nunciabatur, Scerdilaidam & Pleuratum in armis esse, Medosq; Thracum gentem motâ. Interim Attalus ex Lemno, maritimâ Macedoniae oram populatus, Heraclæa quo fuerat Panætolum indictum, proficiscitur. Philippus, ad eum hostium conuentum disturbandû, Scortulam magnis itineribus cõtendit. Hic quû Ætolicum conciliû dimissum audiuisset, segetes iam propemodû maturas, in Æniano sinu fœda populatione uastauit. Inde Philippo Demetriade reuerso, Attalus & Sulpitius à Pepereto Niceam trãsmisere. Ex Nicea Oreum petierunt. Ea prima urbiû Eubœæ ad læuam occurrebat, Euripum Euboicum ex Demetriaco sinu petentibus. Rex à terra urbem expugnare est adortus, & Romani à mari hostem premebant, & iam Attalus ex composito auersa parte ferociter instans oppidanorû in se oculos uerterat, cum Plator regis præfectus à mari Romanos in urbem accepit. Oreenses subito metu percussus, in arcemq; refugientes, in medio cæsi sunt. Macedonû praesidium Platore id petente incolume est dimissum. Sulpitius praesenti successu elatus, Chalcidem oppugnare constituit, eoque classe admota infestam stationem intuitus, mare enim in angustum coactum, ut duo ab utraque Euripi parte fieri portus uideantur, in ora sibi inuicem conuersi. Nec ibi, ut fama ferebatur, septies die, quod & Plinius scribit, statutis horis huc mare & illuc commeare tunc animaduersum est, sed montium propinquitate subitis uentorum flatibus, procellisq; alterutrius pelagi concitati fluctus, temerè in fretum depelluntur. Quum neq; statio tuta uideretur, neque oppidû praesidio uacuum, omisso oppugnâdi consilio, ad Locridis emporium trãsmisit. Nec Macedo multo post suis auxilio terrestri itinere affuit. Est enim Chalcis, etsi in insula sita, aded tamen arcto interscinditur freto, ut ponte continentis iugatur, terræq; aditum faciliorem habebat quâ mari, tam proxima illa est Bœotia, unde olim motu fuit terræ abscissa, ut Cyprus à Syria, Sicilia ab Italia, Besbicus à Bithynia, Leucosia à Syrenum promontorio. Vehementiores motus terræ in causa fuisse creduntur, cur hæc loca sint terris adempta, ut quædam eadem de causa eidem reddita, ut Antissa olim insula Lesbo iuncta, Zephynum Halicarnasso, Erusa Mindo, Dromicos Mileto. Philippus deiecto Ætolorum ex Thermopylis praesidio, Scortulam usque progressus, hostibusq; in Heraclæam

Leuius in Aphrica expeditio.

Philippi et Attali gesta in Grecia.

Res à Sulpitio in Graeciâ gestæ.

Freti Euboeici natura.

Insula abscissa.

Insula iuncta.

Attalus prope modum à Philippo captus.

Attali trãsmittus in Asiam.

Heraclæam compulsi, iterum ad hostem agmine ra pro profectus, parum abfuit quin Actalum oppreserit, qui Opunte ex Locris capto, quum in diuidenda præda esset occupatus, Philippi accessu tumultu ote nunciato, inermis sese ad naues recepit. Philippus ad mare usque progressus, nautis ancoras remouentibus tumultum iniecit, deos hominesque incusans quod tanta sibi opprimendi hostis occasio esset manibus elapsa, Opuntem ingressus oppidanos ex eadem ira increpuit, qui hosti tam facile cessissent. Nec ita multo post Attalus, quum Prusias Bithynia rex sui regni fines ingressus diceretur, Ætoli co bello omisso, in Asiam traiecit, & Sulpitius sese cum nauibus quæ quinque & uiginti erant numero, Æginam recepit, post cuius digressum Philippus Toronem occupauit. Tenebant eam urbem profugij à Thebis Phthioticis, qui ueteri patria à Philippo capta eam sedem ab Ætolis incolendam acceperat. Aliquot ignobilibus oppidis post Toronem captis, quum Elatiam uenisset, ut ibi audiret Ptolemæi & Rhodiorum legatos, qui de bello cum Ætolis soluendo acturi uenerant, libitis excitus nuncijs, Machanidam Spartanum Eleis ludicri parantibus imminere, in Peloponnesum per Bœotiam & Megaram mouit. Machanidas auditò Macedonis aduentum, in Laconia fines exercitum duxit, de cuius discessu Philippus factus certior, ad Achæorum conciliium quod Ægium fuerat indictum diuertit, ubi quum multa de se magnifice differuisset, illud testatus dieitur, difficile sibi dictu uideri, utrum audacius à se bellum gereretur, an ab hostibus fugacius, & ab Opunte Attalum sibi manibus elapsam, & Sulpitium à Chalcide, & tunc postremo Machanidam ab Elide fuga seruatum, manifesta hostium confessione habere eos nequaquam sibi pares, breui & uictoriam habiturum, certo scire se eos nihilo meliore euentu quàm spe secum dimicaturus. Magnifica Philippi oratio haud mediocriter socios in certam spem uictoriae erexit, ipse cum Achæorum nauibus, & quas suo nomine parauerat, ut Punicæ classi iungeret, quæ in auxilium uenerat, ad Erytras Ætolorum trãsmisit, unde modica quidem ad litus præda abducta (nam Ætoli, qui illius aduentum presenserant, cum pecore in profundas & deuias refugerant syluas) Macedo Corinthum primo, inde per ipsas fere hostium stationes Chalcidem nauigauit, ubi collaudata ciuium fide, quod Romanis non cessissent, Castrandream abiit, hicque carinis centum longarum nauium impositis, ingentem uim opificum operi adhibuit, inde quum omnia circa ora Græciæ, post Attali discessum, quietura essent, ut Dardanias bellum in ferret, in diuersam Macedoniae partem cum exercitu trãsiit. Huius æstatis exitu Liuius & Claudius Nero consules, ob rem aduersus Pœnum profpere gestam, decreto patrum Romanambo uno tempore uenerunt. Eos circumfusa multitudi non solum salutauit, sed dexteras etiam uictorices, quæ Romani Populi salutem peperissent, certatim osculari sunt ciues. Inde senatu ad aedem Bellonæ illis dato, quum petissent ut pro bene gesta dijs immortalibus gratiæ ageretur, sibi que triumphus decerneretur, responsum est, & eos iusta petere, & senatum libenter ea decreturum. Supplicatio igitur amborum nomine indicta, permissumque ut uterque triumphans in urbem ingrederetur. Liuius in cuius prouincia res gesta est, eiusque auspicijs pugnatum, curru est inuectus. Nero equo sedens, multo maiore celebritate & fama, quàm collega est ante conspectum ciuitatis præteruectus. Eum prædicabant sex dierum spatio Italiae longitudinem ementum, atque eodem die cum Hasdrubale illum in Gallia dimicasse, quo ab Hannibale in Apulia, uelut in proximo sederet timebatur. Itaque unum consulem, pro utraque parte Italiae aduersus

Ciuium prædicatio de Nerone.

duos duces, duos potentissimos exercitus satis fuisse, hic præsentia ibi fama rem Romanam sustulisse. Iret itaque Liuius, curruque sublimis, multijugis si uellet equis præter ora ciuium ueheretur, uini equo uerum per urbem triumphum uehi. Per hos spectantium sermões illi in Capitolium deuecti sunt. Consularia inde comitia habita, quibus L. Verurius Philo, & Q. Cæcilius Metellus sunt consules creati, ambobusque Italia prouincia aduersus Hannibalem eo anno decreta, qui tertius decimus secundi belli Punici fuit. Cæterum priusquam noui consules in prouinciam profecti sint, prodigia sub id tempus facta dicebantur, procurare sunt iussu. In aede Iouis duo angues foribus allabi uisuerant. In Ariati metentibus cruentæ spicæ apparuisse ferebantur. Cære porcus biceps natus, & agnus masculus idemque & femina, Albæ duo soles uisi. Lux Fregellis noctu oborta. Bos in Romano agro locutus. Ara adheç Neptuni in circo Flaminio multo sudore manauerat, & uestalis ignis extinctus, quapropter uirgo, cuius custodia tunc erat, flagro admota est. His rite procuratis, quoniam metus submotus erat ab Roma & Latio, & res Romana indies melior fiebat, senatus consulto plebs compulsa est in agros remigrare, qui plures annos metui hostium coli deserant. Consules in prouinciam profecti, quum ex Consentino agro per angustum salutum exercitum grauem præda abducerent, subito Brutiorum & Numidarum incursum, turbato agmine & præda & milites pene in discrimen uenere, maior tamen tumultus fuit quàm pugna, legiones præmissa præda incolumes in apertum eualerunt. Inde in Lucaniam profecti omnem gentem sine certamine in fidem recepere. Cum Hannibale nihil rei eo anno gestum, quippe qui neque ipse uspiam se Romanis obtulit, neque consules eum lacerare sunt ausi, tanta in uno duce uis esse credebatur, ut omnibus circa illum uentibus, magno tamen terrori esset hostibus. Nec mirum, in nullo imperatorum maior uiguit solertia, quæ tanta in uno extitit, ut quatuor annos in hostili terra exercitum ex omni colluuiione gentium mixtum rexit, quibus non lex, non mos, non lingua una fuerit, alius quidem habitus, alia uestis, alia arma, alij ritus, alia sacra, ita tamen arcto uinculo omnium animos cõpauluit, ut in summa stipendij & rerum omnium penuria, nullam sit expertus seditionem. Eratque hic in Italia rerum status. In Hispania Hasdrubal Gisgonis filius, post Barchinos duces omnium eo bello ducum celeberrimus, ex Gadibus in continentem reuersus, delectu in ulteriore Hispania cum Magone habito, ad quadraginta milia peditum, & quatuor equitum & quingentos ad arma conciuerat. Quidam septuaginta armatorum milia fuisse scribunt, adeo ea terra, quum bellacissimis hominum ingenijs, tum uirorum fortium multitudine ad reparandum bellum fuit ferax. Prima omnium terrestrium prouinciarum à Romanis inita est, atque omnium postrema, Augusti principis ductu & auspicijs domita. Cum hoc armorû apparatu Pœni duces ad Silpianæ urbem eo consilio sederit, ut cum hoste, sub eius accessum, confestim acie confingerent. Scipio ad hanc noui exercitus famâ ex Taracone excitus Castulo nem primo uenit, inde cum quinque & xl. milibus armatorum ciuium sociorumq; ad Betulam progressus, in eum metari incipientem Malinissa & Mago, cum omni equitatu impetu fecere, turbassentq; malitè operi intentum, nisi equites, qui in hos casus instructi post montem steterant, uelut ex insidijs coorti hostiû impetu pressissent. Fuitq; equestris pugna ali quâdiu atrox, donec miles in pliu eductus submotie primo hoste gradu, inde late fudit, fugauitq;. Secunda inde certamina aliquot Romanis, quoad Hasdrubal prior copias in acie eduxit. Scipio & ipse conti-

Consules.

Prodigia.

Hânibalis prius dentia in exercitu regendo.

Pœnorum bellici apparatus in Hispania.

nūo militem ex aduerso instruxit, inde silentium u-
trinque fuit. Hinc Pœnus, inde Scipio expectabant,
ut ab altero prius signum, ad concurrendum dare-
tur. Atque ita utraque acies per diem immota stetit.
Id quum plures dies fecissent, starentque tam hi
quàm illi ad prœlium instructi, ita ut tam Romani
quàm Pœni mediam aciem tenerent, in cornibus so-
cij locati essent, Scipio ut uidit omnibus ita persuasum,
ut eo ordine quo steterant, esset aliquando con-
fligendum, mutatis ordinibus pugnare constituit,
atque ita prima luce pranos equites cum leui arma-
tura in hostium stationes misit. Ipse socijs in medio
acceptis cornua Romanarum legionum robore firmavit.
Hadrubal tumultu excitus, præmissis equi-
tatu quo ordine consueuerat peditem eduxit. Fuit
equetris pugna quoad acies inter se ad quingentos
passus proxime steteret. Tum Scipio receptis equiti-
bus, atque in subsidium post cornua locatis, iubet
Hispanos, qui in medio erant, presso pede in præ-
lium procedere, ipse à dextro cornu aciem extendit
missis qui Syllanum & Martium instruerent, ut in
aduersa parte idem ipsi facerent, atque ita sinuata a-
cie prius cornibus est confictum, quàm media ho-
stium acies, ubi erat omne ueteranorum robur, cum
socijs Romanorum, qui segnius ire in prœlium iussi
fuerant, manum conseruerit. Sterit itaque Pœnus
innixus scuto ad multum diei immotus, media Ro-
manorum acie congressum de industria retardante,
quoad in illum fame & æstu præuentem elephanti
à Romanis in suos iaculando auersi impetum fece-
re. Tum suo loco submota acies ad colles usque ser-
uatis ordinibus celsis, ibi quum Romanus præter
spem acius instaret, neque locus neque ducis præ-
sentia formidini obstitit, soluta acie hostes per sal-
tus & abrupta loca diffugiunt. Præcipua pars fugam
in castra inclinauit. Ingens pluuia, quæ interim cœ-
lo effusa est, Romanos à castrorum oppugnatione
arciu. Secidum eam pugnam Attanis Turdetano-
rum Regulus, cum magna suorum popularium ma-
nu, ad Scipionem tranijt. Hadrubal ueritatis uni-
us exemplum cæteri secuti ad hostes descenderent, si-
lentio noctis mouit castra, Betti; superato ad Ocea-
num flexit iter. Scipio abeuntem secutus, primo ag-
men immisis equitibus retardauit, retardatum le-
giones quæ haud multo post superuenerunt, ferro
conficiunt, ingens ibi cædes edita. Hadrubal cum
aliquot milibus hominum in editum collem sese à
fuga recepit, ubi positus castris aliquot dies obsidio-
nem pertulit. Demum Magone ibi relicto, ipse na-
uibus occulte paratis (nā haud procul inde mare a-
berat) Gadis noctu transfugit. Nec Mago multo post
& ipse p̄sidio loci excessit. Tū uero q̄ cū ducibus eo
fugerat (fuerat ad quadraginta milia numero) par-
tim ad Romanos transiit, partim à ducibus deser-
ti fugam in suas ciuitates dilapsi sunt. Scipio, qui Sylla-
no ad eam obsidionem relicto, aliquanto antea dis-
cesserat, multis interim gētibus & populis in fidem
receptis, Taraconem retro abiit. Atque ita Scipionis
ductu & auspicijs Pœni, anno quartodecimo secun-
di belli Punici Hispania cessere. L. Scipio cum mul-
tis nobilibus captiuis Romam à fratre missus, rece-
ptæ Hispaniæ nuncium attulit. Cæterum cum ea ui-
ctoria uulgo omnibus speciosa & ingens uideretur,
solus Scipio præ ijs quæ animo conceperat, presen-
tem successum pro re nulla habebat. Iam enim ad A-
phricam & ad decus finiendi belli animum adiece-
rat, ad quod ipsum ut uia aliqua aperiretur, Sypha-
cem Massesulorum regem (ea gens est Mauritaniam
affinis, è regione nouæ Carthaginis in parte Libyæ
sita) in partes belli trahere constituit, misitq; ad huc
primo Lælium cum donis, eratq; tuncille Carthagi-
nensium socius, uerum donis captus, speq; prospere-
rioris amicitiae, Lælium benigne complexus, ad Sci-
pionem cum his mandatis dimisit. Fore ut de fœde-

Scipionis fra-
tegem.

Pœnorū fuga.

Cædes Pœno-
rum.

Cedunt Pœni
possessione Hi-
spaniæ.

re & amicitia facile transigi posset, si imperator ipse
ad se ueniret. Præstitit id Scipio in trepidè, nec multo
post cum duabus triremibus & Lælio, ex noua Car-
thagine profectus, in Aphricam traiecit. Accidit ut
eodem tempore Hadrubal ex Hispania pulsus, cū
septem triremibus & Scipio regium sint portum in-
gressi. Syphax præclarum sibi quidem & honorificū
credidit, quod duorum potētissimorum populorū
duces, uno die, suam amicitiam petiit uenissent, pro
magnoq; habuit negotio hospitali menfæ utrūque
adhibere. In uno loco ambo duces accubuerunt. Cæ-
terum tanta erat in Scipione comitas, ingenijq; in al-
loquendo dexteritas, ut non Syphacē modo Roma-
nis moribus inuictum, sed Hadrubalem infestissi-
mum hostem sibi facile cōciliaret, multoq; maior mi-
rabiliorq; sit Scipio illi coram uisus, q̄ ante fama, &
rebus aduersus se & alios Carthaginienses duces in
Hispania gestis fuerat. Mirari eximiam hostis indo-
lè. Credere simul Hadrubal Syphacē, Scipionis ope-
ra, breui in Romanorū partibus futurum, cū gemitu
testat̄ inter suos, Hispanijs amissis iam de Aphrica
retinenda Carthaginienses cogitare oportere: Scipio
nis cōsilia eō tēdere, ut per Syphacē Romanis armis
Aphrica aperiretur. Scipio fœdere cū ipso icto noni-
hil tēpestate iactatus, quarto die Carthaginē ad suos
rediit. Hinc Syllano ad Castulonē oppugnandā mis-
so, ipse cū cætero exercitu ad Illiturgim cōcessit. Hæ
duæ urbes est̄ tū metu quiescebāt, ad omnes Pœno-
rū motus, utpote Ro. nomini præter cæteras Hispani-
æ ciuitates in festæ credebantur defecturæ. Stimu-
lare ad id Ro. animos Illiturgitanorū iniuria, q̄ duo-
bus Scipionibus paucis dieb⁹ in Hispania cæsis, Ro.
præsidium fœde trucidassent. Huc Scipio copias ad-
morum, milites horratu infandā cōmilitonū necē
fortiter ulciscerent, & in omne tēpus atq; omnibus
gentibus documentū sancirent, nequis unquā Ro.
ciue, militē ue, in ulla sibi fortuna iniuriæ opportu-
num duceret. Milites ultionis cupidi, muros hostiū
ferociter subire. Hostes rati suppliciu à se non uictori-
am expeti, non solum ab initio portas claudere, sed
tanta animorum pertinacia certarunt, ut aliquoties
sint Romani à muris cū cæde & ignominia depulsi.
Scipio indignitate rei motus, militē increpans inter
primos, non sine aperto uite discrimine, muros sub-
ijt. Manifestum ducis periculū uniuerfium agmen in
pugnam reuocauit. Ibi scalis haud uno loco erectis,
p̄ saxa & tela superne deiecta, murū miles obrinuit.
Capta & à tergo eodem tempore urbs est, nullo, ob
loca inaccessa, præsidio firmata. Perrupes & abru-
ptos scopulos pauci fixis p̄ crepidines clauis primi-
alios manu extrahētes, postremi subleuātes, in sum-
mū euasere. In medio itaq; hostes cæsi. Scitū in om-
nem sexū & ætatē, ne ab infantibus quidē ferrū ira
abstinuit. Vrbs incēsa & euerfa est. Ad Castulonē in-
de Scipio duxit. Mitior ibi uictoria fuit: nā præter-
quā quod minor erat Castulonensiu noxa, urbs ipsa
sub ipsum ducis accessum, est per Cerdubellū quen-
dam Hispani sanguinis dedita. Missus inde Mar-
tius ad cæteros populos, si qui adhuc indomiti erāt,
subigendos. Ipse dux ad soluenda dijs uota, gladi-
atoriumque munus in memoriam patris edendum
concessit. Hic non à lanistis, ut assolet, uenalis san-
guis quæsitus, sed uoluntaria gratuitaq; fuit pugna-
torum opera, in gratiam Scipionis. Alij à regulis mis-
si, alij ex prouocatione in certamen descenderunt.
Nonnulli, quum disceptādo uerbis litē diffinire ne-
quiuisent, ferro decreuere conditionē, ut res uictori-
am sequeretur, & in his Corbis & Orfua Ibenfes pa-
truales fratres de ciuitatis principatu inter se ambi-
gentes, qui celebri pugna, mortalibus documen-
tum dedere, quantum regni cupiditas malū sit inter
mortales, quod cognatas armet fraternasq; inter se
man⁹ deq; uita disceptare cōtra ius nature impellat.
Victoria fuit apud Corbim, qui maior natu erat. Is
uifit

Hadrubal Sci-
pionis indolē
miratur.

Scipionis fero-
cia.

Illiturgitano-
rū excidium.

Singularis pu-
gna Corbis &
Orfua.

Astapensiu me-
morabile faci-
unt.

Animaduersio
Scipionis in ca-
pua seditionis

Lælius ad an-
gustias Gadita-
ni freti progre-
ditur.

usu & peritia armorum facile stolidas superauit
uires. Additi gladiatorio spectaculo funebres ludi.
Marius interea, Bethi superato, Cirtim sine ui ulla
bellica recepit. Astapā inde petijt. Fuerat ea ciuitas
semper Carthaginiensium, præcipuumque gerebat
in Romanos odium, in quorum nomen, quum im-
placabili esset animo, memorabile sub hostium ac-
cessum facinus est ob oppidanis editū, filios & uxores,
& omnem imbellem multitudinem cum pretio-
sa supellestie, in forum contrulere, collatam, arida
lignorum materia in speciem grandioris pyræ cir-
cumuallant, quinquaginta inde iuuenibus mandat,
dira execratione adhibita nisi imperata fecissent, si
(quod nolent) se ad pugnam egressos superari cō-
tigisset, confestim ferro in multitudinem gratiari,
pyræ ignem iniicerent, nequid charissimarum rerū
ad hostes perueniret. Ipsi subita eruptione in Roma-
norum stationes facta militem inopinata re turbatum
in castra compellunt, uallum inde subeunt uer-
tuntque omnem in se exercitum: certatum nonni-
hil est ancipiti mare: postremo Hispani multitudine
uicti, ad unum cæduntur: qua suorum clade ani-
maduersa, iuuenes qui in urbe erant imbellem mul-
titudinem ferro conficiunt, pyræ incendunt, incē-
sæ se ipsos cum armis iniiciunt. Superuenit Roma-
nus uictor crudelissimo spectaculo. Multi, qui cupi-
ditate interfulgentis auri proxime rogum adiere,
urgentes à tergo multitudinis impulsu partim igni
corrupti sunt, partim insigniter ambuti. Et Astapen-
ses hunc exitum habuere. Scipio interim graui mor-
bo implicatus, ad eo periculo proximus fuit, ut totā
Hispaniam fama peruaserit cum uita decessisse, que
res in causa fuit ut præter alios Hispaniæ motus, Mā-
donius & Indibilis prouinciæ statū turbare adorti
sint, & octo milia militum, qui ad Sucronem statua
habebant, ut ijs præsidio essent, qui cis Iberum inco-
lunt, stipendium sibi non redditum caulati. Tribu-
nis seditione eiectis C. Albium Calenum, & C. Acti-
um Vmbriū sibi duces creauerunt. Noui motus auto-
res imperij insignia falces & securis suis imminen-
tes ceruicibus iuscipere ausi, sociorum fines cupiditate
præclæ infestabant, imperabantque proximis
ciuitatibus pecuniam, superbeque exigebant. Cete-
rum ubi Scipio conualuit, Mandonius & Indibilis
in suos fines confestim abierunt, ipseque imperator,
cum copijs Sucronem profectus, seditionum exerci-
tum pro concione increpuit. Verum enim uero resta-
tus multitudinem mari similem esse, quod ut uenti
& auræ cieant, ita tranquillum esse contingat, aut
procellosum. Ut pœna igitur ad paucos, exemplum
ad plures perueniret, autores seditionis, qui quinq;
& xxx. numero fuerūt, ante tribunal destitutos primo
uirgis iussit cædi, inde cæcos securi percussit, a-
deo omnibus metu torpentibus, ut non modo non
ferocior uox ulla aduersus supplicij atrocitatē, sed
ne gemitus quidē exaudiretur. Sumpto de his sup-
picio, stipendium est omnibus redditum, milesque
nouo sacramento adactus. Sub id tempus Hanno,
ex Gadibus in terram digressus, cum quatuor mili-
bus armatorum Bethim usq; processerat, Hispaniæ
statum quoquo modo sollicitaturus. Hunc L. Mar-
tius primo congressu fufum ac fugatum prouincia
expulit, & Lælius aliquanto antea à Scipione mis-
sus, cum classe Carreiam appulit. Est ea urbs in Oce-
ani ora, ubi primum ex angustis faucibus panditur
mare. Fuerat enim per Gaditanos quosdam spes fa-
cta, futurum, ut si Romana classis eō appelleretur,
sine certamine Romani Gadibus potirentur, præsti-
tissentq; fidem prodicionis autores, nisi coniuratio
ad Magonem indicio delata, ante Lælij accessum
fuisset à Pœno oppressa. Est tamen nonnihil à Læ-
lio in aditu Oceani, cum septem Punici triremibus
dimicatum, quarum Atherbal erat præfectus, à Ma-
gone missus, ut Gaditanos qui prodicionis conui-

sti fuerant Carthaginem deferret. Tumultuaria fuit
pugna, utpote hic, ubi plus æstus freti, quàm remi
aut nauis gubernaculum posset, sic quoque duæ Pu-
nicæ sunt suppressæ, & unius latus cum tota remo-
rum serie detersum. Lælius ubi quæ facta erant Ga-
dibus audiuit, ne assidendo frustra tempus tereret,
Carthaginem redijt. Mandonius & Indibilis, qui a-
liquantulum quieuerant, Sucronensis seditionis e-
uentum expectaturi, ut si militibus uenia data esset,
ipsi quoq; in fidem redirent ducis clementiam secu-
ti, ubi in eius motus autores atrociter sequitum fama
pertulit, desperata uenia cum quinq; & uiginti mi-
libus peditem, duobus equitum, in Sedetano agro
castra faciunt. Scipio suos pro concione hortatus,
restatusq; se ad latrones & latronum duces, non ad
hostes ire, ut his oppressis pacata ex omni parte p-
uincia cum omnibus copijs Romam ad triumphū
decederet, Carthagine profectus decimis castris ad
Iberum peruenit: mox eo superato, quatuordecim post,
cum hoste castra contulit. Hic primo leui est arma-
tura dimicatum, mox militum proclariatione iusta
fuit pugna, eaque Romanis prospera. Ad quam cla-
dem tantum abfuit, ut uicti hostes quicquam de pri-
stina ferocia remiserint, ut postero die prima luce in
aciem descenderint. Scipio quia in angusta ualle to-
ta acies explicari non poterat, Lælium circumage-
re equitem post colles iussit, atque à tergo hostibus
pauorem incutere. Id quū ille gnauiter fecisset, qui-
cunq; hostium in ualle dimicauerant, equites ac pe-
dites ad unum sunt in medio oppressi, perpauci qui
in collibus steterant, fuga seruati sunt, & cum his In-
dibilis & Mandonius, qui omni spe armorum po-
stre mo abiecta, Romano imperatori sese tradide-
runt. Mandonius ab Indibili fratre missus ad præ-
sentem culpam deprecandam. Ambo perfidie incre-
piti in pristinam sunt amicitiam recepti, neque arma-
illis adempta, neque obsides imperati, stipendi-
um tantum sunt iussi in præsens soluere militi-
bus. Rebusque in hunc modum alibi compositis,
Martio in ulteriorem Hispaniam præmissis, Scipio
cum parte copiarū Syllanū Taraconē ire iubet, mox
ipse cum paucis suorū uestigia secutus ad Oceanum
ire pergit, ibi ex composito cum Masinilla in collo-
quiū uenit, qui ut occultius id fieret, audito Scipio-
nis aduentu cum Magone egit ut in continentē præ-
datum ire liceret, cautus equos corrumpi longo
ocio, & insulæ feracitate. Equitatu igitur in terram
exposito, tribus ad Scipionem missis, quorum duo
os obsides retineret, tertium secutus, cum paucis
si ita uideretur, Romanus imperator ad constitutū
locum ueniret. Præstitit id Scipio nihil grauare, atq;
ita ambo cōgressi, uterq; alteri fuit admirationi, ob
ea quæ in Hispania ad id tēpus ambo gesserat. Cæ-
terū Scipionis præsentia multo maior uisa est Bar-
baro, quàm fama ferebat. Nam præterquā, quod flo-
renti erat ætate Scipio, maiestas plurima illi inerat,
quā uiriliter habitus & promissa cæsaries adornabat.
Ob hæc, quum nonnihil attonitus stetit Masinilla,
sa, tandem Scipioni egit gratias quod fratris ad se fi-
lium remisisset. Sic Lælius: quod non possum nō mi-
rari, quum supra fororis eum non fratris fuisse filiū
scripserit. De amicitia inde inter eos & fœdere actū,
Masinilla uictoriam pollicente, si Scipio cum exer-
citu in Aphricam traiceret, sed ut is cōgressus clam
Magone esset, Scipionis permisso Masinilla ex fo-
riorum finibus ingentem prædam hostiliter abe-
git. Nec Mago multo post cum classe, quam Gadi-
bus habebat, in Italiam ire iussus, atque ibi ex Gal-
lis ac Liguribus mercede conductis, nouum exerci-
tum conficere, quo pro uiribus bellum gereret, quū
Hispaniæ oram legeret Carthaginē nouam noctur-
no prælio tentare constituit, an eam subito accessū
posset recuperare. Nec Romanos qui ibi erāt, lauit
hostium consiliū. Enim uero classis interdiu ex alto
con-

Indibilis &
Mandonij
motus.

Indibilis præ-
lio uincitur.

Scipionis &
Masinillæ con-
gressus.

Magonis ex
Gadibus in Ita-
liā profectio.

conspicua fuerat, & ex agris trepide nunciatum erat hostes aduētare. Stationibus itaque circa muros dispositis robur copiarum intra portam, quæ ad stagnum & mare obuersa est, ad eruptionem paratum constitit. Pœni nauibus silentio appulsis, quum maiore tumultu quam ui muros subijissent, porta continuo patefacta, Romani cum clamore & impetu erunt, hostemque ad primum telorum coniectum turbant, turbatum præcipiti fuga multaque cæde ad naues agunt. In ipsis quoque nauibus est non nihil trepidatum ne hostes promiscue irrumperent, trahunt scalas, orasque, & anchoras, nequa in moliendo mora esset præcidit, multi in aquas præcipitati, quum tenebris & metu impediētib; haud tutus patuisset ad naues recursum, ad duo milia hominum inter muros & litus postridie sunt reperta. Qua clade territus Mago retro ad Oceanum redijt, ibi Gadibus exclusus, Gaditanorum Suffetes & quæstorem sub fide, per speciem colloquij, ad naues accitos, uerbibus dissectos cruci affixit, inde digressus in Pytiusam insulam tendit, benignè ibi acceptus remigium suppleuit, insulanis iuuentutem & arma ultro dantibus. In maiorem inde Baleariam cursum intendit, unde hostiliter eiectus in minorè hyematurus transfugit, Gaditani post Magonis discessum, cōtinuo in Romanorum fidem concesserunt, quibus receptis, quum nullus amplius hostis esset in Hispania, Scipio prouincia decessit, L. Lentulo, & Manlio Acidino, cum exercitu ad eius præsidium relictis, ipse cū decem nauibus Romam reuersus, in æde Bellonæ, ubi senatus est redeunti datus, de omnibus rebus à se in Hispania gestis disseruit. Quoties collatis signis dimicasset. Quot oppida ex hostibus uicissim cepisset. Quas gētes in populi Romani ditionem redegerat. Quatuor duces, quatuor exercitus Pœnorū à se deletos, Hispaniam totam Romani imperij factam. Pro quibus magis tentata est spes triumphī, quàm pertinaciter petita, quum nemo ad id tempus, qui sine magistratu res gessisset, triumphans esset urbem ingressus: quo itaque sedens urbem intrauit: prætulitque sibi quatuordecim milia pondo argenti, cccxliij. signati præterea numerum ingentem. Comitibus inde consularia habita, magnoque omnium fauore Scipio ad què uidendum multi mortales Romam confluxerāt, cū P. Licinio pontifice maximo creatus est consul, Sicilia Scipioni extra sortem data. Brutij Crasso, qui cū pontifex esset, Italia non poterat abesse. Scipio centum boues in Capitolio ex uoto immolauit. Concessum etiam, ut & ludos quos in Sucronēsi seditione uouerat, ex publica pecunia faceret. Inde Saguntinorum legati sunt in curia introducti, qui multa de fide sua in Pop. Rom. & excidio ciuitatis locuti, multo maiorem se Romanorum clementiā & benignitatem expertos testati sunt, quæ sua fides merita esset. Quod pro eos patria, quod ager, quod libertas sibi restituta esset, quapropter ut senatui populoque Rom. gratias agerent se à Saguntinis missos, & ut unā gratularentur, quod res Romana in certissima esset spe uictoriæ, ob hæcque coronam auream uictoriæ dono attulisse se, quam ut sibi dedicare liceret, senatum magno opere precati sunt. Summa eius orationis fuit, ut patres ipsi rata habere uellent, quæcunque Romani imperatores in se beneficia contulissent. Nā & Turdetanus ager à Saguntinis fuerat Scipionibus additus. Responsum est Saguntinorum in Romanos fidem, rursus Romanorum in Saguntinos eam præsentem bello extitisse, ut documento omnibus esset gentibus futura. Imperatores suos rite ac recte fecisse, quod omni beneficiorum genere Saguntinis socijs fidelissimis, consultum uoluissent, eaque senatum Populumque Romanum omni tempore rata habiturum, & iam inde pro rata habenda in perpetuum decernere. Permittere adhæc ut donum in Capitolio ponerent. Inde locus lautiaque præberi iussa, &

Mago cū cæde à Carthagine repellitur.

Suffetes crucifiguntur.

Scipio Romam reuersus.

Saguntinorum legati.

Responsum patrum ad Saguntinos.

dena milia æris in singulos data, dati que duces ut Italiam per ocium uiderent, ac pascim publicæ literæ datae, ut ubique benigne acciperentur. Inde quia rumor erat Scipionem Pop. rogatum ut sibi Aphrica prouincia decerneretur, si à patribus negaretur, Fabius Maximus longam super ea re habuit orationem, qua patribus ostendit non expedire reipublicæ priusquam hostis esset Italia eiectus, bellum in Aphricam translatum iri, quando ita sit natura com paratum, ut prius mortales sua defendant, quàm aliena oppugnare incipiant. Pacandam proinde prius esse Italiam quàm Aphricam bello incessendam, priusque timorem domo propulsandum, quàm ultro alijs inferendum. Renouata inde Attilij Reguli memoria, qui cum exercitu in Aphrica perijt, & Nicie Atheniensis qui bello in Siciliam translato Atheniensium opes in perpetuum affixit, facile senatum in sententiam traxit, ne Scipioni Aphrica decerneretur. Cui ille quum nihilominus uehemētem orationem contra habuisset, uidereturque perferre in proposito, Q. Fuluius qui quater consul fuerat à Scipione quæsiuit, ut palam in senatu diceret, esse me eo staturus quod patres de prouincijs decernerēt, quum ille se quod de republica esset facturum respondisset, Non, inquit, ignarus eram quid responsurus facturusque esses, quando nihil obicere præ te feras te tentare non consulere senatum, ut nisi prouinciā quam uelis tibi decreuerit, cōfessum plebē roges, quare tribunos aduersus tuum istud inceptum appello. Altercatione deinde inter consulem & patres orta, petijt diem Scipio ad consultandum de re tota cū collega. Postero die patribus permisit, ut de prouincijs quæ uellent ipsi decernerent. Decretum ut Scipionis Sicilia prouincia esset, haberetque triginta rostratas naues, cum quibus si uideretur è republica futurum, in Aphricam transmitteret, ita paucitate nauium Scipioni facultas, ex Fabij sententiā, adimī uisa est in Aphricam traiciendi. Cæterum charitate patriæ, an gloriæ potius æmulatione, Fabius id Scipioni negandum censuerit, haud quisquam facie dixerit. Scio tamen nullum ferè unquam in aliqua republica militari gloria fuisse, qui non domi sit aperta similitate petitus. Sic Themistocles Athenis à Phocione oppugnatus. Sic Lyfander Lacedæmonius ab Agide, sic Hannibal ab Hānone. Sic postea à Catone C. Cæsar, adeo gloria sine inuidia esse non potest. Scipio postquam delectus, habedi copiam sibi ademptam uidit, petijt ut saltem uoluntarios secum trahere liceret, quod quum facile obtinuisset, incredibile dictum est, quāto omnium Italiæ populorum studio sit ipse ad eam expeditionem adiutus, aliorum alia ultro præbentium, frumentum, arma, milites, pecuniam: omniaque tanta celeritate acta ut quadragesimo quinto die, quàm materia syluis detracta est, naues instructæ armatæque in solo steterint, ipseque nihil moratus, cum septem milibus uoluntariorum trigintaque longis nauibus in Sicilia sit profectus. Mago sub id tempus ex minori insula Balearum, ubi se per hyemem tenuerat, cū triginta rostratis nauibus onerarijsque plurimis, duodecim peditu milia, & duo equitum, in Italiā deportauit, improuisoque in Liguriam appulsi, Genuam nullis tum unitam præsidijs occupat ac diripit, prædaque Saonæ Alpino oppido deposita, Epanterios montanos in Ingaurum Ligurum gratiam oppugnat, cum quibus fœdus percusserat. Multos ille ex Gallia & Liguria, fama sui nominis, ad bellum conuiuuit populos, cuius opes quum in dies, magis quàm tutum Romanis esset, auergerentur, Marcus Valerius Leuinus cum duabus urbanis legionibus Aretium processit: Eratque bellum per hæc in Liguria renatum, quum octoginta Punicæ naues, commearu onustæ, in Italiam ad Hannibalem cursum intenderant. Hæc circa Sardiniam inrecepit C. Octauius eius insulæ prætor.

Contentio inter Scipionem & patres.

Ducum annulationes.

Quo apparatu Scipio in Siciliam transiit.

Aræ Hannibalis ad lunonem Laciniam.

Hispanorū & Indibilis cædes

Carthaginiensium nectus.

Masniisse mandata ad Scipionem.

le prætor. Valerius Antias Ligustica præda onustas fuisse ait, quæ à Magone Carthaginem mittebantur. Hæc ætate, quæ xiiij. fuit secundi belli Punici, nihil memoria dignum est in Brutijs gestum. Hannibal circa Lacinia lunonis templum castra habuit, ubi aram deæ dedicauit, cum titulo rerum omnium à se gestarum, Græcis Punicisque literis sculpto. Interim Scipio in Sicilia, Siculorum nobilium sumptu, qui ad trecētum numero iussi secum militare, quia Aphricana militia grauarentur, totidem equites ex ijs qui se ex urbe securi fuerant, instruxit. Frumentum præterea Siculis ad alendum exercitum imperauit, ueteres naues refecit, omnia summa cura & diligentia parabat, quum in Hispania ab Indibili renouatum est bellum. Contemptum ille Romanorum ducum, qui tum erat in Hispania, ratus uenisse tempus liberandæ Hispaniæ, cum quatuordecim milibus armorum in Aufetanis campis confedit. Lucius Lentulus & Manlius Acidinus primis Barbarorum motibus occurrendum rati, & ipsi haud multo post, iunctis exercitijs, in hostium conspectu metati sunt. Nec longior inde mora fuit, in acie utrinque est uno tempore descensum, fuitque pugna ab initio anceps. Postremo hostis à Romano equitatu circumuentus in medio est cæsus, uix mille acie euaserit, cæteri ad unum occisione occisi sunt, & cum his Indibilis de fectionis autor. Ea clade fracti Ilgerges, Mandonio & cæteri belli autoribus ad supplicium traditis, arma & seipfos Romanis dederunt. Atque hunc exitum habuit bellum, quod ab Ilgergibus ex improuiso exarserat. Lælius interea in Aphricam cū parte nauium à Scipione missus, circa Hipponem copias exposuit, sub signisque miles in hostium egressus est, qui in agris conspectus, tantum terrorem hostibus inculsit, ut non minus sit Carthagini trepidatum, quàm si Scipio castra ad urbē admouisset. Vulgo ferebatur Scipionem non Lælium adesse, actusque de re Punicæ credere, ducem inuictum exercitum in Libyam deportasse, breui futurum ut Aphrica uelut Hispania nuper armis subacta, Carthaginem ipsam oppugnet: nec præ nimia consternatione poterat aliquid salubriter consuli. Verum ubi Lælius adesse dictus est, nec tota cum eo clasis, remittente metu confestim militem in urbe & agris conquirunt, & Magoni grandem pecuniam decernunt, ut conducto quam maximo posset exercitu, ad Hannibalem penetraret, amboque iunctis copijs Romam contenderent, darentque operam ut Scipionem Aphricæ inminentem ab incepto auerterent. Sunt & ad Philippum regem missi qui grande argenti pōdus illi pollicerentur, si in Siciliam aut Italiam cum classe transmitteret. Hæc illi Lælius late omnia populatus, copijs ad naues cum præda reductis, quum iam ex Aphrica solutus esset, à Masnissa qui ad famam Romanæ clasis ad mare occurrerat, conuentus est. Hic ille multum questus de longa Scipionis mora identidem hortatur, ut primo quoque tempore in Aphricam cum classe & exercitu transeat, eam cunctationem quum Romano populo ad uictoriam non parum officere, tum sibi admodum periculofam, qui iam dudum graue bellum sustineret, ueniret ratum Scipio atque certam spem secum ferret, fore ut breui tota Aphrica potiretur, quæ ob crudele & auarum ipsorum imperium ualde esset Carthaginiensibus infesta. Cum his ad Scipionem mandatis & præda ingenti, Lælius in Siciliam est reuersus. Nec ita multi dies intercessere, quibus Romani Locros receperunt, Erāt duæ Locrorum arces, quarū altera est à Pœnis reuenta. Eares uno tempore Scipionem & Hannibalē ad suis opem ferendā exciuit, iam & Locreses Punicū imperiū pertegit, in medio positi fauorem ad Romanos inclinabāt. Hannibal Romana arce parū feliciter terata, ubi consulē adesse sensit, inde mouit castra, iussis qui in altera arce erāt, uti commodius possent,

sue salutem consuleret. Illi periculo quod instabat perculsi domos arce propinquas incendunt, ut fumo hostibus prospectu adimeret, moxque auerfa patrum murorum dilapsi consternato agmine abeūtes, suos ante noctem assequuntur. Scipio sumpto de ijs supplicio, qui autores fuerant defectionis ad Pœnos, neque se publice Locrensibus dare quicquid dixit, neque auerere, Romam irent, eam fortunam habituri, quam senatus censuisset. Ipse Q. Pleminio prætor ad præsidium urbis relicto, Messanam traiecit. Cæterum Pleminius, & qui cum eo erant, multo crudelius quàm Pœni sunt Locrenses uexare adorti, nihil omnium, quæ inuisas opes potentiorum faciunt, non perpetratum est in oppidanis ab duce & militibus. In ipsorum Locrensiū corpora, in liberos, in cōiuges, infandæ contumeliæ editæ, nec auaritia minor libidine, quippe quæ ne à sacris quidē Proserpinæ thesauris abstulit, quos quum Pyrrhus rex olim uiolasset, magno comissi sacrilegij piaculo, manubias in id sacrum retulisse ferebatur. Quin & Romani ipsi, qui in præsidio erant, seditione agitati media urbe inter se armis dimicauerunt, uiolatusque est Pleminius, nasoque & auribus ferro defectis, semianimis à militibus est relictus, ad quam seditionem cōprimendam Scipio Locros profectus, cognita causa, Pleminium absoluit, tribunosque ei tradidit, qui cum ipso in urbe hostiliter conflixerant, ut eos sub custodia Romam mitteret. Ille recentis iniuriæ impatiens, post Scipionis digressum crudeliter necauit, atque insepultos proiecit, pari crudelitate in Locresium principes uisus qui ad Scipionem de sua iniuria questu iuisse dicebantur: inde iræ indulgēs eosque sceleribus & flagitijs patradis processit, ut non sibi solū, sed ipsi quoque imperatori qui ea pateretur, infamie & dedecori esset. Romanus interea exercitus, qui in Italia erat Pœno obiectus, tam graui morbo conflictabatur, ut P. Licinius consul Romam scripserit, breui futurum, ut milites cōtagione ad unū abluerent, nisi exercitus solueretur. Cæterum quia iam Hannibal in hyberna concesserat, permiserunt patres, ut Licinius faceret, quod è repub. futurum arbitrareretur, & Romæ quoniā sepius eo anno fuerat lapidatum, decemuirū ex Sibyllinis libris carnem in aper tum retulerunt, breui Romanum populum uictoriā ex hoste habiturum, si matris Idææ numen, ex Pestinunte Phrygiæ Romam accerferet: M. Valerius Leuinus, qui res in Græcia gesserat, cum quatuor alijs legatis ad id missus est in Asiam. Hi cum Pergamum ad Attalum regē uenissent, hospitaliter accepti, Pestinuntemque adducti, lapidem, quem matrem deum in cœle uocabant, in naues permissu regis sustulerunt, præmissus est inde Romam M. Valerius Falco, legatorum unus, qui id Romam nunciaret, moneretque patres quærendum esse in ciuitate uinum optimum, qui uenientem deam exciperet. Creati sunt per id tempus consules M. Cornelius Cethegus & P. Sempronius Tuditanus. Ludi Romani ter, plebeij septies hoc anno instaurati, qui quintusdecimus fuit secundi belli Punici. Ad uirtutis M. Marcellus Marcelli filius, qui consul ad Venusiam perijt, ad portā Capenam dedicauit. Philippus quia biennio res à Romanis in Græcia fuerant neglectæ, Ætolos superiorum ope desitutos, quibus uoluit conditionibus, ad pacem secum iungendam compulsi. Cæterum pace nuperrime pacta P. Sempronius Tuditanus proconsul Dyrrachium, cum triginta rostratis nauibus, & decem milibus peditum, numerosoque equitatu applicuit, Ætolis opem laturus. Philippus cum exercitu Apolloniā uenit, quo Romanus cum copijs processerat, ibi rex quum sub primum accessum pugnæ copiam fecisset, ubi hostem ad certamen elicere non potuit. (Erat enim Sempronius numero militum longe inferior) in Macedoniam concessit. Nec ita multo post

Pleminij seuitia.

Proserpinæ thesauri.

Exercitus Romæ pestilentia absumitur.

Mater deum acceritur.

Consules.

Scipionis ap-
pulsus in A-
phricam.

Mafiniffa.

Lacumax.

Bocchar.

Quibus castis
iactetur Maf-
niffa.

Recipit regnum
Mafiniffa.

cam appulit, urbem Aphrorum satis opulentam cepit: unde ad octo milia liberorum capitum seruitio-
rumque captorum in Siciliam misit. Mafiniffa quoque principio gerendarum rerum cum ducentis equitibus, nec amplius uenit. Quidam cum duobus milibus uenisse auctores fuerunt. Cæterum quia multis per id tempus iactatus fuerat casibus, regnoque & fortuna-
nis spoliatus multo æquius credere est ut cum paruo equitatu uenerit. Fuit Mafiniffa Galæ filius, qui quum pro Carthaginiensibus in Hispania militaret, patrem amisit, cui Desalces regno successit, is non multo post moriens regnum Capuse filio adhuc Mafiniffa absentem, per manus tradidit, qui a Mezetillo, uiro inter suos populares illustri, regieque familia in festo, armis uictus, cum multis occiditur, quo contigit ut omnis Mafestulorum gens in Mezetilli ditionem concesserit, abstinere tamen ille regio nomine. Verum frater Carthaginiensium amicitia, ex qua urbe uxore duxerat, frater & Syphacis qui pro Carthaginiensibus stabat amicitia, in alieno regno obtinendo perseverauit. Mafiniffa ex Hispania reuersus cum Numidarum ala, quæ ad eum uenientem se contulerat, Lacumace Regulo, cui regnum deberi Mezetillus prædicabat, primo accessu fugato, Taplum urbem cepit. Lacumax adhuc puer ad Syphacem, cum modica seruorum manu confugit, & Mezetillus cum suis copijs (habebat enim ad quinque & uiginti milia hominum in armis) Mafiniffam ueniam pollicenti facile cecidit. Syphax Hadrubalis soceri impulsu bellum infert Mafiniffæ, quem prælio uictum, in Balbum motem cum paucis equitibus copulit. Mafestulorum quidam cum pecore & familia Mafiniffam secuti, locorum difficultatibus freti, se & reliquum fortunarum cum rege aduersus Syphacis iniuriam tuebantur, in cuius ditione cetera Mafestulorum gens concesserat, ex his locis aliquandiu Mafiniffa Carthaginiensem agrum latrocinijs subitque; excursionibus habuit infestum, donec Bocchar Syphacis præfectus, cum quatuor milibus ad eum debellandum missus, montibus deiectum, cum xl. equitibus fugientem, ad urbem Clupeam circueun-
tum propemodum oppressit, inde saucius medio tumultu cum quatuor equitibus elapsus ad flumen peruenit, ibi præcipiti metu (habebat enim uestigio hostis) uorticolum flumen ingressus, egre cum duo-
bus equitibus ad ulteriorem ripam pertendit, duo reliqui in hostium conspectu aquarum impetu absorpti sunt, atque ita ab hostibus perijsse creditus, in spelunca quadâ plures dies latuit donec uulnus quo grauabatur herbis sit pene obductum. Tum uero iactationis patiens factus, cum duobus ad paternum regnum repetendum, quod uix ad posteros tã audax facinus inueniat fidem, porro ire constituit. Iuncti sunt primo illi aliquot equites, inde ubi præter spem omnium, uiuere dictus est, simul ac in conspectum uenit, ad sex milia hominum & quatuor equitum ad eum confluxere, quibus non solum regnum recuperauit, sed Syphacis & sociorum fines multa nominis celebritate uexare est adortus, castris inter Cyrtham & Hipponem loco edito, munitis. Quo Syphax cum filio Vermina profectus, eum magis arte quam uiribus uictum, iterum exercitu & regno spoliatur. Ille cum modico equitatu elapsus, ad minorem Syrtim confugit, quo se usque ad Romanæ classis appullum tenuit. Tum uero cum ijs equitibus, quos forte circa se habuit, ad Scipionem, ut dixi, uenit, à quo benigne est acceptus. Carthaginienses sub primum Romanæ classis appullum, Hannonem Hamilcharis filium cum ualido equitatu Scipionem obijciunt: Hadrubalemque & Syphacem tumultuose accersunt. Hanno cum quatuor milibus equitum Saleram urbem xv. milia passuum à Ro. castris occupat. Scipio circa Vticam adhuc erat, qui audito Hannonis accessu, Mafiniffam tum paucis

equitibus præmittit, qui portis obequitando hoste ad pugnam eliceret, ipse post altiores tumulos, cum cætero equitatu confedit. Pœnus temere effusus, dum hostibus sponte cedentibus cupidius instat, in medias incidit insidias. Cæsus est Hano cum mille equitibus, cæteri metu disiecti passim, aut cæsi, aut capti sunt, & in his cc. nobiles Carthaginienses. Scipio Salera ab eodem metu capta, præsidioque firmata, septem dies late per hosticum euagatus, oppidis & uicis quibusdam occupatis, mortalium iuxta ac pecorum numerum ingerem ad naues abduxit, quæ eo die quo fuerat ad Saleram prosperè pugnatum, ex Sicilia comœtatum attulerant, eas recenti præda onustas in Siciliam remisit, inde Vtica terra marique est oppugnare adortus, ut eam captam belli sedem in Africam haberet. Nec Hadrubal multo post cum triginta milibus peditum & tribus equitum affuit, secutus est euestigio Syphax cum l. milibus peditum & decem equitum, motisque confestim signis haud procul Vtica bina fecerunt castra. Scipio quadraginta diebus ad Vticam frustra consumptis, sub hostium accessum, locum circa mare (exierat iam æstas) ad hybernadum idoneum cepit. In Italia per id tempus P. Sempronius consul in Crotonensi agro, tumultuario prælio cum Hannibale conflixit, milleque & cc. militibus amissis, trepide in castra se & suos recepit, nec ita multis interiectis diebus, iunctis cum P. Licinio copijs, ex composito iterum cum Pœno dimicauit, quo prælio primigeniæ fortunæ uouit templum, fuitque prospera Romanis pugna. Cæsa ex hostibus quatuor armatorum milia, paulo minus quam ccc. capti, signa militaria xl. Pœno ad præta: qua clade territus Hannibal Crotonem exercitum reduxit. Eodem anno M. Liuius & Claudius Nero censores Magnæ maris ædem faciendam in palatio locauerunt. Vectigal iterum nouum ex Salaria annona constitutum, id oneris Liuius plebs retulit acceptum, qui ob ueterem damnationem Romanis tribubus adhuc iratus haberetur, eaque res illi Salinatoris cognomen dedit. Secutum inde fœdum inter censores ipsos certamen, ita ut in censu agendo uterque alterius equum uendi iusserit. Adiecit Liuius aliam maiorem notam, quod omnes Romanas tribus, præter Meriam, quæ nec damnasset, nec damnatum consulem, aut censorem fecisset, cæteras ad quatuor & triginta erarias reliquit, & quia in fontem damnatum uoluissent, & postquam damnasset, consulem primo, mox censorem creassent. Hucusque censorum odia processerant, quum Gn. Bæbius Trib. plebis utrique diem ad populū dixit, sed consensu patrum amborum similtas est oppressa, ne nouo exemplo censura populari aure in posterum fieret obnoxia. Creati inde consules Gn. Seruilius Cæpio, & Gn. Seruilius Geminus. Quadrigæ autem hoc anno, qui sextusdecimus fuit secundi belli Punici, in Capitolio sunt ab ædilibus positæ. In prouinciarum ordinatione imperium est Scipioni in Africam prorogatum, quoad in ea esset terra debellarum. Facta hoc quoque anno sunt prodigia quædam acrite procurata. Corui non lacerasse solum rostris aurum in Capitolio, sed comedisse etiam dicebantur, & mures Antij coronam auream arrosere. Locustarum uis ingens Campanum agrum infederat, nec qua mundi parte profectæ essent satis constabat. Reate equuleus cum quinque pedibus natus. Anagninæ sparfi primum ignes in cœlū, inde fax ingens arsit. Frustrone arcus tenui linea est solem amplexus, inde orbem ipsius sideris sua magnitudine contractū inclusit circulo. Arpini terra capēstri agro in ingentē sinum cōsedit. Et his, ut dixi, de more expiatis, tota ciuitas in Africū bellum uersa erat, studioque comæatus & uestes ad exercitū conuehebantur. Scipio haud procul Vtica castra habebat, tendebatque hostes propemodū in conspectu, eratque nihil

Hanno profi-
gatur.

Scipio Vticam
oppugnat.

Ro. caedes.

Pœnorum
caedes.

Salinatoris
cognomen.
Censuram con-
tentio.

Consules.

Prodigia.

Scipionis con-
siliū in oppri-
mendo hoste.

Incendium ca-
strorum.

Suffices.

Recentis Pœno-
rum clades.

nihil hyeme cum Syphace actum, ut Romanam so-
cietatem respiceret. Cæterum nisi rex Carthagini-
ses secum in fœdus traheret, nullo modo erat bellū
soluturum. Sed dum legati citro ultroque in castra
eunt redeuntque, calonum habitu milii sunt quidam
à Scipione, qui hostium castra specularentur, quæ
ubi plurimum arundine & stria constare exploratum
habuit, ad ea noctu incendenda Ro. imperator
animum adiecit. Inde ut ab eo quod parabatur ho-
stium animos auerteret, tumulum occupat circa V-
ticam, quem superiore anno tenuerat, uelut iterum
urbem oppugnaturus, inde sub noctem præsidio cir-
ca tumulum relicto, ne eruptio fieret in castra ab op-
pidanis, ipse cum robore copiarum ad hostem silen-
tio profectus, circa mediam noctem proximus illi
constitit. Hic Scipio parte copiarum Lælio & Mafiniffæ tradita, ut eodem tempore Syphacis castra in-
uaderent, ipse ad Hadrubalem cum cætero exercitu
ire pergit, non prius quippiam morturus, quam
Numidarum tabernacula procul uidisset incensa.
Obiuerunt gnaueri illi iniunctum munus. Ignis plu-
ribus locis iniectus subitum hostibus pauorem in-
iecit, addidit inde terror, multique uelut ad fortui-
tum incendium accurrentes, primo oppressi sunt,
inde cædes circa portas ac totis castris edita, & ex
alteris castris quæ proxima erant, conspectus ignis
inermem multitudinē ad opem ferendam temere
exciuit. Hos qui cum Scipione erant silentio excep-
tos ad unum obruncant, castra inde aggressi, ut in
nocturno tumultu, stationibus deserta subito occupa-
nt, ignique in prima tecta iniecto, primo paucis
locis reluxit flamma, mox alijs in ignem abeuntibus
fœdum incendium omnia corripuit. Ambusti
homines iumenta que. Fuga & strages ingens conti-
nuo edita, ac multo plures in ipso portarum exitu
fuit ab hostibus oppressi. Multi mortales alij alio
caus ea sunt nocte in utrisque castris absumpti: ad
xl. milia hominum, aut cæsa, aut ignibus consumpta
traduntur, sex milia capta, signa militaria cxxvij. e-
que milia duo milia dec, & amplius: magna uis
armorum capta, ea omnia imperator uictor Vulcano
sacra incendit. Hadrubal primo Vticam, mox
ueritus ne hostibus cum urbe dederetur, Carthagi-
nem abiit. Syphax octo milium ferme spatio ab ho-
ste, loco satis munito, cum ijs qui nocturna clade se-
cum euaserant, confedit. Liuius ad uiginti milia pe-
ditum fuisse significare uidetur & d. equites, femier-
mē turbam atque incendio afflatam. Carthagini ad
eam cladem non minus trepidatum est, quam si ho-
stis ad muros castra admouisset. Senatus à Suffice-
bus (erant hi apud Carthaginienses, qui & Romæ co-
sules) in curiam accersitus, triplicem dixit senten-
tiam. Vna pacem quibuscumque conditionibus petē-
dam suadebat. Altera Hannibalem ex Italia reuoca-
bat. Tertia censerebat reparandum esse bellum, ac Ro-
manorum exemplo in aduersum perdurandū. Hæcque
Barchinæ factionis hominibus adnecitibus tenuit.
Nouus delectus est habitus, paucisque diebus Hadrubal & Syphax cum triginta milibus armatorum
iterum in aperto metati sunt. Scipio etsi ad Vticam
oppugnandam omnes vires intenderat, ubi noua
hostium castra in magnis campis esse exploratum
habuit, parte copiarum ad obfidionem relicta, ipse
cum robore exercitus ad locum proficiscitur, qua-
triduoque postquam in conspectum uenit in aciem
utrinque est descensum. Primo confictu Numidæ
& Carthaginienses sunt ab utroque cornu pulsi, in
medio quatuor milia Celtiberorū, qui per eos dies
mercede conducti in castra uenerant, aliquid nego-
tij uincensibus fecere, desperata uenia, quoad sunt
ad unum cæsi, uictoriam ex confesso partam remo-
rati sunt. Ea cædes Syphaci & Hadrubali satis spa-
tij dedit ad fugam. Posttridie quam pugnam erat
Scipio Mafiniffam & Lælium cum Romano Numi-

dicoque equitatu ad ipsos duces persequendos di-
misit, ipse interim multas Africæ urbes subegit.
Carthaginienses recentiore clade consternati, con-
festim in Italiam mittunt, qui Hannibalem & Ma-
gonem ad opem patriæ ferendam in Africam euo-
carent, simul quicquid nauis domi erat instituit,
ut Romanam classem Vticæ hærentem, subito ac-
cessu opprimerent. Scipio interim Tuneta locum &
natura & opere munitum xij. milia passuum à Car-
thagine, unde ad ipsam urbem parebat aspectus, oc-
cupat. Hinc Punicam classem ad Vticam tendente
intuitus, confestim signa tolli iubet, ne suæ naues
improviso hostium accessu opprimerentur. Hic quæ-
rum in re subita prouideri potuit, quaterno onerari-
arum ordine classem præmuniuit. Stabant præfidi-
ariæ ita inter se nexæ, ut speculatorijs nauibus spa-
tia relinquerent ad impetum in hostem faciendum,
& ad uim, quum opus esset, declinandam habilem
darent receptū. Quæ in fronte constitutæ sunt an-
tennis tenaci nexu alligatis sublimem pontem ha-
buere, unde uis telorum ingens in hostem coniecta
est. Magnum ibi fuit certamen, ad postremum pon-
tibus uis solutis, sex onerariæ sunt ab hostibus in al-
tum abductæ. Id maius Pœnis fuit, quam pro re gau-
dium, quod in tot cladibus res ea parte prospere ces-
sisset. Sed dum hæc circa Vticam geruntur, Lælius
& Mafiniffa quinto decimo die in Numidiam uene-
rant, ibi Mafiniffa, Syphacis præfecto subita defectio-
ne eiecto, regem suum ingenti læticia excipiunt. Nec
Syphax interea quieuit, qui exercitu breui reparato
quantum ad eam diem nullum habuerat, hostibus
ob uiam prodijt, ibi primum leuis armaturæ præli-
um fuit, mox equestre certamen secundum. Sed po-
steaquam Romanarum legionum signa illata sunt,
recentium cladum admonitu perculsi hostes fugā
capefunt. Syphax dum suos increpat, pugnamque
instaurare conatur, equo ad terram deiecto capitur,
captus ad Lælium perducitur, cædes minor quam
uictoria fuit. Cæsa ad quinque milia hominū. Duo
milia & quingenti capti. Mafiniffa cum leui equita-
tu Cyrtham urbem regiam petijt, sequitur Lælius
cum robore militum. Cyrthenes Syphacem captū
intuiti, quem hostis uinctum in conspectu dedit, ter-
rore perculsi portas patefaciunt: ibi Mafiniffa ad re-
giam occupandam cursu prouectus, Sophonisbam
Syphacis coniugem in uestibulo aditu obuiam ha-
bit. Hæc Mafiniffam armis & cætero habitu infi-
gnem intuita, regē eum esse rata, ad eius pedes pro-
cubuit. Dij tibi, inquit, dederunt, tuaque uirtus Ma-
fiffa, ut omnia demum quæ uelles in nos posses,
sed si captiuæ apud te uictorem, uitæque & necis do-
minum, ullam licet uocem emittere, si genua uictri-
cemque dexteram attingere, te precor & obtestor, per
regiā maiestatem, in qua nos paulo antè fuimus, per
deos huius regie, qui te melioribus opto omnibus
accipiant, quæ hinc Syphacem miserūt, unum hoc ab
te impetrari sinas, ut ipse de hoc capite quodcumque
libet, statuas, nec me in superbissimum Romanorum
arbitrium uenire patiaris. Enimvero si nunquam
Syphacis uxor fuisset, mallet tamen Numidæ ui-
ri, & in Africam geniti, quam alienigenæ fidem ex-
periri. Quid Carthaginiensium, quid Hadrubalis filie
ab Rom. hoste sit timendum uides. Quod si nulla
alia re potes, ut me ab infestissimi hostis arbitrio
morte uindices oro & obtestor. Erat Sophonisba
in signi forma, & ætate florenti, quo accidit, ut deco-
ris lachrymis, dexteraque læpius petita, ne hostibus
traderetur, quum iam prope esset, ut blandiri potius
quam precari uideret, feruidus iuuenis animus,
ut Numidarum uis ingenia prona in uenerem, ex
miseriordia facile est in amorem prolapsus: dat ergo
illi fidem in ea quæ petebantur, quod ut facilius
præstaret, temerariū ab amore cōsiliū mutatus,
nuptias in eum ipsum diem iubet parari, ne quid

Scipio Tuneta
occupat.

Syphax cap-
tur.

Cyrtha ca-
pitur.
Sophonisba
preces.

Mafiniffa So-
phonisbam si-
bi iungit.

Laelio aut Scipioni de ea integrum relinqueretur. Peractis nuptiis superuenit Laelius, qui tantum abfuit, ut Masinissae factum probaret, ut parum defuerit, quin Sophonisbam geniali lecto detractam ad Scipionem miserit. Caeterum flexus Masinissae precibus, satis in praesentia habuit Syphacem mittere, quem ubi in castra adduci nunciatus est, omnis multitudo ad eum uidendum sese effudit: mirari omnes in eodem maiestatem nominis, fortunaeque uolubilitatem. Caeterum mouit quum alios fortuna regis, tum Scipionem ipsum, cuius animum ubi hostem ante suum tribunal prostratum uidit, ueteris hospitij, dextraeque olim datae & acceptae subijt recordatio. Rex igitur rogatus quid secutus Carthaginensium amicitiam Romanae praetulisset? Tum ille, peccauit, inquit, atque prorsus infantiui, quum aduersus Po. Ro. arma indui, sed tum ille mei furoris exitus fuit non principium, tum furialis, inquit, pestis domum meam inuasit, quum Sophonisbam mihi matrimonio deuinxit, illarum nuptiarum facibus domus mea Scipio confragauit, illa omnibus delinimentis animum receteri amore captum a Romana societate alienauit, nec prius egregia coniunx ab incepto destitit, quam fusa mihi arma induit: uerum in hac calamitate & fortuna unum duntaxat solatum inuenio, quod inimico capiti eam matrimonio coniuncta audio, satis scio fore, ut non multo post illius impulsu, Masinissa non magis feliciter quam ego nuper Ro. nominis fiat hostis. Iniecit tam audax Masinissae facinus Scipioni non paruam sollicitudinem, nec tuto, nec probabili exemplo id factum arbitrari, quod eodie quo primam reginam uidisset, sibi eam matrimonio iungere esset ausus, & apud ipsos hostium pena res nuptiale sacrum celebrare. Haec illi animo uoluenti, Masinissa & Laelius superuenerunt, quibus hilari fronte acceptis, pro concioneque laudatis, Masinissam in secretum abductam, & leniter castigatam admonuit, parum considerate fecisse, quod Carthaginensem foeminam Barchini sanguinis imperatoris hostium filiam, iure belli captam, sibi matrimonio iunxisset. Populi Rom. non suum esse constitueret, quid de ea fieri placeat. Videat igitur ne uoluptas una multa bona corrumpere. Masinissa non rubore tantum suffusa, sed lachrymis etiam obortis se in Scipionis potestate futurum respondit, inde confusus animo, ubi se in suum tabernaculum recepit, cum genuit, ut a multis audiretur, ministrum cum uene in poculo ad Sophonisbam misit, iussitque nunciari Masinissam praestare illi fidem, quam possit, quando quam uelit nequeat. Ipsa patriae memor familiaris, Hasdrubalis patris, duorumque regum, quorum coniunx fuisset, sibi consuleret. Accipio, inquit, illa, nuptiale munus, neque ingratum, si nihil maius uir uxori praestare potuit. Sed melius moritura fui, si non nuphissim in funere. Ac tantum locuta poculum intrepide hausit. Postquam Sophonisbae interitus Scipioni nunciatus est, pro magno habuit negotio agrum Masinissae animum familiariter castigatum, quod magnum erratum aliquanto maiore correxisset, & re & uerbis confirmare. Postridie ad se accitum, pro concione regem appellauit, appellatum, aurea corona donauit, parera aurea, curuli sella, & scipione ebur neo, toga picta, & tunica palmata, triumphalibus scilicet ornamentis, quo honore nullus tum maior fuit apud Romanos. Donatus est & Laelius aurea corona, quem Scipio non multo post, cum Syphace & alius nobilibus captiuis, pulcherrimae uictoriae nuncium Romam misit. Ipse iterum ad Tunesem castra retulit. Carthaginenses tot cladibus alijs super alias fracti, ex triginta senioribus (id sanctius fuit apud illos concilium) legatos ad Scipionem mittunt, de pace acturos. Hi ubi in castra uenerant, ad ipsius imperatoris conspectum procubentes, omni belli causam in Hannibalem & paucos Barchinae factionis uiros

Scipionis castigatio ad Masinissam.

Sophonisbae interitus.

Regalia insignia.

reiecta, ut Carthagini parceret, suppliciter precati sunt. Etsi uictoria, inquit, Scipio in manibus est, ut omnes tamen gentes intelligant, Ro. Po. iuste bella suscipere, susceptaque iustius finire, pacem his conditionibus habebitis, ut Gallia & Italia uestri decedant exercitus, nihil uobis rei in Hispania sit, nihil in ijs insulis, quae mediae sunt inter Italiam & Africam, omnes naues longas praeter xx. dabitur, quingenta tritici modiorum milia, trecenta hordei, captiuos & perfugas restituantur. Quantum pecuniae imperauerit Scipio parum constat, quinque milia talentorum quidam posuere. Alij quinque milia pondo argenti. Nonnulli duplex stipendium. Irent ad suos atque intra triduum redirent, si pacem his conditionibus uellent. Carthaginenses dubium studio pacis, an ut requies a bello esset in aduentum usque Hannibalis, pacem haud abnuerunt, missique Romam legati cum aliquot perfugarum, in speciem optatae pacis. Romae interea cognitis, quae in Africa gesta erant quadriduum circa omnia templa est supplicatum, & Masinissae legati qui cum Laelio Romam iuerant in senatum introducti, benigne auditi sunt. Laudatus Scipio qui eum regem appellasset, munerisque publica ipsi regi decreta, equestria arma, tabernaculum, & militaris suppellex, qualis consulibus parari solet. Legatis quina milia aenis, comitibus mille data, uestimenta adhaec his singula. Bina legatis & laetitia decreta. Syphax Albam in custodiam missus. Per id tempus Quintilius Varus praetor, & M. Cornelius proconsul in Insulibus Magonem Barchinam & Gallos ingenti praesidio uincunt. Sex milia hostium in acie caesa, & Mago dux grauiter uulneratus. Nec Romanis gratuita uictoria fuit, duobus milibus & amplius in pugna amisit. Mago haud multo post Carthaginem reuocatus, copijs in naues impositis, in altum delatus, quum Sardiniam praerueheretur, aut certe uix cursu superata ex uulnere quod in praesidio acceperat moritur. In Brutijs, Cn. Seruilius consul Consuetudinem V. fugum, Vergas, Besidias, Hetriculum, Syphum, Argentanum, Dampetiam uoluntaria deditione recepit. Traditur etsi obscura fama, eum in Crotonensi agro cum Hannibale congressum ad quinque milia hostium cecidisse. Nec multo post Hannibal & ipse auxilium patriae ferre iussus, frendens fremensque, ac uix lachrymis temperans, dicitur legato rum uerba audiuisse. Iam nihil perplexo, inquit, sed palam reuocant, qui uetando supplementum & pecuniam ad Hannibalem mitti semper retraxerunt. Vicit ergo Hannibalem non Po. Ro. toties caesus fuga usque, sed Carthaginensis senatus obtrectatione & iniuria. Neque Scipio tantum deformitate mei reditus exultabit quantum Hanno, qui, quando alia uia non potuit, domum nostram Carthaginis ruina oppresit. Inde inatili multitudine praesidij specie in uribus relicta, caesisque in Laciniae Iunonis templo, quo se uelut in asylum receperant, omnibus Italici generis in Africa ire recusantibus, caetero exercitu in naues imposito, quas in hunc usum iam antea paraauerat, uelut diuinae futuri, ut Italia excedere cogere, non minus tristis, quam si Carthagine exul abisset, in Africam transmisit, seipsum identidem accusans, quod Cannensi uictoria uti nesciisset. Romae duplex laetitia deinceps fuit, uno ferè tempore Magonis morte nunciata, & Hannibalis discessu. Erant qui Hannibalem retentum maluissent, ne Africam uictoriam suo reditu impediret. Quinque dies circa omnia templa supplicatum, & maiores uictimae aris adhibita. Per eos dies Carthaginensium legati, qui Romam missi fuerant, urbem ingredi prohibiti, in uilla publica hospitium, & ad Bellonae templum illis senatus datus. Ibi ob ea quae petebantur, facile apparuit Carthaginenses fraude agere, quum omnia incerta attulissent. Si ne responso igitur in Africam sunt dimissi. Seruilius

Conditiones pacis.

Syphax Albam relegatur.

Mago moritur.

Hannibalis querela.

Carth. legati infestare dimittuntur.

uilius consul Hannibalem Italia excedentem, in Siciliam usque cum exercitu secutus in Africam trajicere parabat, ut finiti belli laudem unus ferret. Caeterum ea res indigna patribus & populo uisa, quapropter dictator ad hoc ipsum est Romae creatus, qui eum ex Sicilia reuocauit, quibus diebus cc. & xxx. naues quibus Gn. Octauius cum comitatu in Africam ex Lilybaeo trans mittebat, tempestate disiectae. Quaecumque earum ad Aegimurum insulam, quae ab alto clauditur Carthaginis, aut ad calidas aquas in conspectu urbis compulsa sunt, quanquam induciae adhuc tenerent, a Carthaginensibus sunt tamen interceptae. Misit Scipio Carthaginem legatos, qui uiolatas inducias querebant. Parum affuit, quin ij qui missi sunt, multitudinis incursum sint discepti, nauisque retro ad Scipionem missi. Poenorum fraude excepti, medio mari oppressi essent, nisi nauis qua uehebantur litoribus impacta, pedibus ad Scipionem aegre abisset, quorum perfidiam tantum abfuit, ut Ro. imperator imitari perfidiam, ut Carthaginensium legatos, qui in castra cum Laelio non multo post sunt ex Italia reuersi, incolumes domum dimiserit. Hannibal ubi Africam in conspectum habuit gubernatorem sciscitatus, Ecquae terrae ora oculis occurrisset? Sepulchrum dirutum respondit: quam uoce ille auertat, Lepetim cursum detorsit. Exijt interim sextusdecimus secundum Punici belli annus. Secuti consules M. Seruilius Geminus & T. Claudius Nero, quibus permissum a patribus ut inter se Africam fortiretur. Populus tamen Scipionis eam esse prouinciam malebat. Legati sub id tempus ex Graecia a socijs Romam uenerunt, querebant suos agros a regijs Macedonum praesidijs uastari, missi proinde sunt ad Philippum legati qui res repeterent, nunciarentque foedus uiolatum uideri: quod focij Po. Ro. media pace hostiliter peteretur. Fuit idem annus urbe incendio insignis, quo Cluius publicus est ad solium usque exultus, & Q. Fabius Maximus uir iam grandis natu, quippe qui xl. annos aeger fuerat, moritur, uel ea laude clarissimus, quod totius Italiae consensu graminea est corona donatus. Et iam Scipio & Hannibal omnium gentium animos in expectationem exererant duces ad supremum bellum comparari, ueneratque Adrumentum Poenus cum exercitu, tibi quum aliquot dies copias refecisset, ad Zamam profectus est. Trepidate inter nunciabatur omnia circa Carthaginem Romanis armis obtineri. Scipio hostium exploratores in Romanis castris deprehensos tribunis tradidit per tota castra deducendos, ut per ocium omnia explorarent, inde incolumes ad Hannibalem dimisit, quod facile apparuit quam parum Scipio Hannibalis accessu moueretur. Perculit ea Romani ducis fiducia Poenum hostem, ac ratus omnia aequiora impetrari posse, si integer pacem a Scipione peteret, cum eo in colloquium uenit: dubium, sua sponte an publico consilio. Valerius Antias prodidit uictum a Scipione Hannibalem, caesaque ex Poenis ad xij. milia priusquam mentio ulla soluendi belli sit a Peno illata: ex composito duces castra protulerunt, ut ex propinquo coire possent. Romanus ad Nagadaram loco opportunissimo confedit. Hannibal inde tumulum ad quatuor milia passuum cepit. Medio deinceps spatio summotis utrinque aciebus, cum singulis interpretibus congressi sunt, ibi uterque alterius admiratione attoniti, mutuo se aspectu intuentes, sine uoce aliquandiu constiterunt. Tum Hannibal post mutam salutationem, multa de uarietate fortunae locutus, quod ipse qui prior bellum intulisset, saepius uictoriam habuisset in manibus, postremo inermis ad petendam pacem processisset, inde clades executus, quas Poeni Romanique ad id tempus bellando perpessi essent, cum quibus longe melius actum esset, si ab initio tam hi quam illi, suo fuissent contenti,

Carthaginensium perfidia.

Omen Hannibali oblatum.

Fabij Maximi interitus.

Scipionis fiducia.

Scipionis & Hannibalis congressus.

ad pacem inter utrumque populum iungendam hortatus est, testatus se humanarum rerum mobilitate edoctum, libentius rationem secutum, quam mobilem fortunae auram: quod ut Scipio faceret, Carthaginensium fortuna documento esset, qui paucis annis Italia propemodum domita, Romam oppugnasset, tum demum omnibus mutatis pro patria dimicare cogentur. Summa eius orationis fuit, ut priusquam in pugnam descenderent, iridem secum cogitarent, cum quo exercitu & duce sibi res futura esset, uim fortunae mortemque communem utriusque esse, uideret ne momento unius horae multa simul parua decora euerteret, quod ut caueret Atilij Reguli infelix exitus magnum praebere exemplum, qui quo altius uincendo ascenderat, dum suae felicitati modum non imponeret, foedius corruisset. His Poenus aliisque pluribus uerbis Scipionem in sententiam trahere est conatus. Tum ille, si Carthaginensibus, inquit, Hannibal, ijs stetit conditionibus, quas illis nuper diximus, pax haud dubie secuta esset. Verum ob tuum reditum feroces facti, pacem, quam suppliciter petierant, nostris nauibus prius interceptis, mox iure gentium in legatis uiolato irritam habuerunt. Armis itaque potius decernendum arbitror, quam ullam pacis mentionem inferendam, quae tuorum perfidia nunquam aut fida, aut diuturna esse poterit. Eam sortem habendam, quam dii utrique populo dabunt. Quod ad fortunae mutationem attinet, satis sum, inquit, humane infirmitatis memor, & uim fortunae mecum confidere, & simul illud reputo, Po. Ro. pia arma induisse: quapropter spero equidem eum exitum, quem dii priori bello Punico dederunt, eundem huic ob foedus a uobis semel atque iterum uiolarum esse daturus. Ita infecta pace quum duces ipsi ad suos rediissent, armis decernendum pronunciant, arma expedirent milites, unam postremo pugnam decreturam, Romani an Carthaginenses iura sint gentibus daturi, nec Africam aut Italiam, sed orbem terrarum uictoribus praemium proponi, par etiam periculum uictis, quum Romanis, si uicti essent, nullum pateret effugium, si Poeni, Carthago supremum casura esset. Multum ac uarie uterque dux suos hortatus, Scipio in pugnam progressus, ita aciem instruxit, ut in fronte haltati manerent, inde principes, Triarijs postremum aciem tuendam assignauit. Laelius sinistram cornu tenuit cum Italico equitatu, dexterum Masinissa & Numidique, relictis inter manipulos spatijs, quibus uia beluis irruentibus pateret, dato signo, ut eas inter ordines recepras, dextra leuataque pilis configerent. Hannibal octoginta elephantos in fronte statuit, quantum numerum in nulla unquam acie Poeni habuerant: inde auxilia Ligurum Gallorum Balearibus & Mauris admixta. Carthaginenses & Aphri cum Macedonum legione, in secunda acie confiterunt. Postremo in subsidijs Itali locati. Dexterum latus Carthaginensium equitatus clausit, laeuum Numidae. Diligens inde ducum adhortatio fuit ad milites in procinctu stantes. Nec longior deinceps mora intercessit, Tubis a Romano canentibus, tantus clamor est exortus, ut elephantum magna ex parte exterriti in laeuum Poenorum cornu praecipites abierint, qua parte Numidas, beluarum strage territos, Masinissa ferociter adortus facile turbauit. Pars elephantorum, quae in aduersam Romanorum aciem inciderat, modico certamine in dexterum Poenorum cornu uersa, terrorem suis attulit, auxitque Laelius, qui & ipse cum Italico equitatu ea quoque parte hostium aciem praesidio nudauit. Inde pedes stris fuit pugna, extemploque Romana acies duplici successu ferocior facta hostem loco submouit, actique sunt primi ad secundam aciem, ibi quum Carthaginenses & Aphri non modo non sustinerent impetum, sed tributare etiam cepissent, factum est, ut auxiliares suorum

Respositum Scipionis ad Hannibalem.

Oratio ducum.

Romana acies.

Punica acies.

Praelium.

pauore perculli, in secundam aciem refugerint, iraq; ab hoste in suos uersa, quoniam non reciperentur, plurimos obruncant. Ibi Carthaginenses, uelut dupli praelio granati, multi a suis, plures aduerso hostium ferro in medio caeduntur, eratque interim tanta hostium perturbatio, ut ne Romani quidem cum omnia caede complebant, satis ordines serua- rent: qua re Scipio animaduersa (nam & principum signa fluctuare ceperant) hastatis in medium rece- ptis, hinc principibus inde triarijs firmat latera. Tu uelut noua acie praelium instauratum, Romanusq; ob hostilem equitatum utrinque pullum ferocior factus, totoque militum robore, quod in subsidijs erat connixus, uix perse erat hostibus tolerabilis, quum Laelius & Masinissa, qui leua dextraque pul- sum equitem fuerant aliquadiu insecuti, in pugna reuerfi, alacrique clamore a lateribus incurfantes, hostem in fugam auertunt. Tum uero disiecta est acies, Penuusque totis campis ab equitibus qui om- nia obtinebant, caesus. xx milia hominum sunt eo die ex Carthaginensibus interfecta, ac pene totide capta, cum cetum uiginti tribus signis militarijs, elephantis quadraginta. Ex uictore exercitu ad de- cem milia desiderata. Hannibal hortando suos pre- liumque pluribus locis instaurando, tamdiu in acie ueritatus est, quoad rem semel inclinatum, neque ui, neque arte ulla uidit sibi posse amplius, tum demum cum paucis equitibus medio tumultu elapsus Ad- drumetum confugit, Scipionis & aliorum iudicio summi imperatoris consilio & arte, ut si quando a- lias eo die praecipue usus. Hoc ille uelut ultimo uir- tutis opere edito, quum Adrumetum se recepisset, Carthaginem accersitus, sexto & xxx. anno, postea- quam puer in de abscefferat, fallus est in curia, se no praelio tantum, sed bello etiam uictum, nec spem sa- lutis alibi quam in pace reponendam. Scipio poti- us hostium castris, C. Octauio Carthaginem cum legionibus praemisso, Legium Romam ire iubet. no- bilissima uictoriae nuncium. Ipse l. rostratis nauibus, centumq; onerarijs, quas nuper P. Lentulus duxe- rat, ueteri classi adiunctis, Vtica profectus Carthagi- nem petijt. Et iam haud procul inde aberat, quum uelata insulis ramisq; oleae Carthaginensium illi na- uis occurrit: decem legati erant principes ciuitatis ad petendam pacem missi. His uelameta suppliciu porrigentibus, fidemque imperatoris & clementia implorantibus responsum est, ut Tunetum irent, ibi Romanum castra habiturum, ipse Carthaginis situ ad hostium terrorem contemptatus, retro Vticam concessit, Octauio cum exercitu ad se reuocato, quo consilio non reperio. Interim trepide affertur Ver- minam Syphacis filium cum non paruo equitatu & pedibus multis Carthaginensibus auxilio uenire. Misit confestim Scipio, qui illum appropinquantem subito exciperent praelio, nauiterque ea prouincia nauata est. Ad quindecim milia hostium caesa, mille & ducenti uiui capti, equi Numidici mille & quin- genti, signa militaria duo & septuaginta. Verminas cu paucis equitibus uix fuga seruatus est. Nec multo post Scipio ad Tunetum reuersus triginta lega- tos ex Carthagine ad se missos, perfidiae increpitos dimisit: postmodum ad se reuocatos docuit his condi- tionibus pacem habituros, si decem milia talentum argenti in quinquaginta annos aequis pensionibus Po. Rom. penderent. Centum obsides suo arbitrio darent, haud minorem decem annis, nec maiorem xxx. Si frumentum & stipendium auxilijs dum in- duciae tenerent. Si naues omnes rostratas traderet, si bellum neque in Aphrica neque extra iniussu Populi Romani gererent, neque equos neque elephan- tos deinceps alerent, onerarias naues nuper captas cum rebus restituerent. Masinissae agrum quem ad- emissent, redderent, ipsi tantum urbes & agrum in Aphrica haberent, quem priusquam bellari ceperu

Hannibal su-
sus.
Caesorum nu-
merus.

Hannibal Cara-
tha, accersitur

Carthaginien-
sium legati.

Numidarum
caedes.

esset, tenerant. Has condiciones quum tumultuo- se multitudo audiisset, & Gilgo ad dissuadendam pacem suggestum ascendisset, ab Hannibale ex su- periore loco est ui detractus, quae insueta liberae ci- uitati species, quum populi fremitu mouisset, per- turbatus Hannibal imprudenciam excusauit, quod puer patriae profectus, leges & iura ciuitatis, ut ho- mo militiae assuetus, parum calleret. Inde de pace disseruit, caetera executus, quae praesenti statui re- rum conducerent, pacem ut aequam & necessari- am probauit, ac secundum eam concionem auto- res fuerunt quidam, Hannibalem ad mare descen- disse, ubi nauis ad id prius parata erat, sponteque in exilium abiisse, postulantique Scipioni ut Han- nibal sibi traderetur, responsum esse, eum exilij no- mine solum uertisse. Quidam alij aliquanto postea id factum prodiderunt. Legati ad Scipionem re- uersi, pacis condiciones probarunt, datae inde in tres menses induciae, dum Romam irent ad con- firmandam pacem, ea conditione ut legatos inter- im haud alio, quam in Italiam mitterent, nec ali- unde missos acciperent, priusquam Romanos ce- riores fecissent ad quid mitterentur. Romae interea audita hostium rebellionem sub Hannibale aduen- tum in Aphricam, uehementer fuerat trepidatum, alteraque classis parata, cum qua confestim T. Clau- dius consul in Siciliam trajiceret, & ex Sicilia in Aphricam, ubi par illi esset cum Scipione imperium. Turbant suspensam rei euentu ciuitatem multa & uaria prodigia, quae per id tempus facta diceban- tur. Solis orbis minui uisus fuerat, plueratque la- pideo imbri, & in Veliterno agro terra ingentibus cauernis subsederat, arboresque in profundum hau- sta, quibus omnibus procuratis, Claudius consul cum classe profectus, primo in Cosiano tractu atro- ci tempestate est iactatus, inde circa Sardiniam mul- to atrocior procella classem adorta, fractis laceris- que nauibus, uix consul Carales in Sardinia tenuit, ubi dum naues reficit, mareque intractabile circa brumam esset, circumactus est illi annus, priuatus- que Romam redijt. Romae interim consules creati erant, Gn. Cornelius Lentulus, & P. Aelius Petus, atque alteri eorum Aphrica prouincia decreta est, si pax cum Carthaginensibus non secuta esset, ut ipse mari, Scipio in terra ut ante re gereret. Auditique interim Philippi regis legati, qui quum multa per- plexe aduersus socios Pop. Ro. & M. Aurelium, qui illos contra Philippi iniuriam defenderat, locuti es- sent, superbeque uideri nomine postulerent, ut Sopater dux, & qui apud Hannibalem militassent, quos Scipio in uinculis haberet, sibi restituerentur: Re- sponsum est quaeerere regem bellum, & si pergit pro- pediem habituru. Foedus ab eo dupliciter uiolat, & nunc socios Po. Ro. eum iniuria laessere: hostem praeterea ab eodem auxilijs adiutum, quare recte fa- ceret Scipio, qui Sopatrum & alios in uinculis habe- ret, quia pro hostibus in acie stetitissent, & M. Aureliu ex sententia patrum socios aduersus regis iniuriam tutari. Cum his Philippi legati dimissi sunt. Audit iude sunt, qui a Carthaginensibus missi fuerant, in quibus erat Hasdrubal cognomento Hedus, qui ut Hanno semper fuerat autor pacis, Barchinae factio- ni infestus. Is omni ruptorum foederum iniuria in Barchin gentis homines reiecta, quorum impoten- tia a bonis resisti nequiuert, Patres conscriptos pre- catus est, ut praesenti rerum successu, secundisque; re- bus modeste ac moderate uterentur, si se atq; Han- nonē sui ciues audire uoluissent, pacis condiciones daturus fuisse, quas nunc suppliciter peterent. Raro hominibus bonam fortunam, bonamque mentem da- ri. Populum Romanum eo iniustum esse, quod in secundis rebus sapere & consulere meminert, qui penē plus parcendo quam uincendo imperium au- xerit. Haec & alia quae ille & collegae miserabiliter locuti

Hannibalis
facinus.

Hannibalis
exilium.

Prodigia.

Consules.

Legati Cartha-
ginien. Romae
auditi.

locuti essent, appareretq; iam senatum misericordia A flecti, senatorum unus Carthaginensium perfidiae pra caeteris infestus, succlamasse dicitur. Per quos deos Penu foedus percussuri estis, quum eos per quos roties sit istum fecelleritis? Per eosdem, inquit, Has- drubal qui tam infestus sunt foedera rumpentibus. Quum omnium animi ad pacem inclinarent, eam- que consul ambitiose impediret, tribuni plebis ad populum tulerunt, populusque sciuit, ut Scipio ex decem legatorum sententia pacem Carthaginensibus, quibus uellet legibus daret, exercitumque uic- torem ex Aphrica in Italiam deportaret. Secundum id publicum decretum Carthaginensium legati, qui gratias patribus egissent, perierunt ut sibi liceret in urbem ingredi, & colloqui cum suis ciuibus qui cap- ti in publica custodia seruarentur, eorum propin- quos quosdam esse, habere & propinquorum ad alios mandata, quibus conuentis, quum iterum pe- tissent, ut quorundam redimendi sibi potestas fieret, factum est senatus consultum, ut legati, qui ad Sci- pionem ituri erant, cc. quorum nomina legati dedis- sent in castra ad Scipionem adducerent, eosque si pax secuta esset gratis Carthaginensibus restituerent. Sunt & foeciales missi ad foedus faciendum, secum prius lapides priusque uerbenas ferre iussi: praetorem quoque Sagmina poposcerunt. Id genus her- ba fuit ex arce sumptum. Postquam legati cum his in Aphricam uenerunt, pax conditionibus iam dictis isto foedere confirmata est. Naues longas, elephan- tos, perfugas, captiuos ad quatuor milia numero tra- diderunt, in quibus fuit Q. Terentius Culeo senatorij ordinis. Scipio quingentas omnis generis naues in altum abductas, in Carthaginis conspectu crema- uit. Id incendium tam lugubre Penuis fuit, quam si tum Carthago tota deflagrasset. Transfugas Latini nominis Scipio securi percussit. Romanos sustulit in cruce, ut perfidos & patriae proditores, de fugi- tiuis mitior fuit sententia, quoniam id seruire sit, li- bertateni sibi effugio quaerere. Fuit is annus quadra- gesimus ab eo quo primum bellum Punicum a Q. Lucretio, & M. Manlio fuit ad exitum perductum. Decimusseptimus, non octauus, ut ait, quam a Penu bellum in Hispania, Hannibalis ductu, est rena- tum. Inter primum & secundum Punicum bellum annis tres & uiginti interfuerunt. Feruit ex Scipione se- pius auditum T. Claudij primo, mox Gn. Cornelij cu- piditatem in mora fuisse, quo minus id bellum exitio Carthaginis finiretur. Quum prima pecuniae colla- tio ciuibus logo bello exhaustis difficilis uideretur, exaudirenturq; multorum querela, risisse Hannibal dicitur, q ab Hasdrubale Hedo increpitus, quod in publico malo rideret, cuius ipse causa & origo exti- tisset, si ita animus, inquit Hannibal, ut oculi perspi- ci possint, non laetitia risum hunc, sed amentiae esse sentiretis, qui ne sic quidem tam inuestigatus est, quam uestrae lachrymae. Tum enim fleuiffe oportuit quum nobis ademptae sunt naues, interdicitum ex- ternis bellis, illo enim uulnere concidimus, quum spo- lia uictoriae Carthagini detrahebantur, quum iner- mes relinquebamur inter tot armatas Aphricae gen- tes, nemo tunc inuenit: quam uereore, ne propediē sentiat is leuissimum in malo uos hodie lachrymasse. Haec ille, quasi diuinans quae postea tertio bello Pu- nico eueneret, locutus dicitur. Scipio Masinissam in paterno regno confirmatum, Cyrtha & omnibus ur- bibus ex Syphacis regno captis, pro concione dona- uit. Ipse pace terra marique parata, exercitu in naues imposito, Lilybaeum in Sicilia traiecit. Inde maiore parte militum nauibus praemissa, cu reliquis copijs, per Italiam pace & uictoria laeta, effusus uidendi stu- dio quacunq; iret obuiam populis, Romam trium- phans ingressus est. Mors Syphacae tam celebri triu- pho subtraxit, qui haud multo prius ex Alba Tybur traductus, uita decesserat. Polybius in triumphum

Liberalitas
Ro. in Cartha.
Sagmina.

Pax inter Ro.
& Carthagin.

Temporū sup-
putatio.

Scipionis triu-
phus.

ductum scripsit. Terentius Culeo pileatus Scipio- nis currum est secutus, eumque grato animo iam inde, ut suae libertatis autorem coluit. Ipse Scipio, siue familiaris assentatio fuerit, siue militaris fauor popularisue aura, primus Quiritium, quod satis co- stat, a terra quam bello uicerat, Aphricani est cogno- men adeptus.

Terentius Culeo.

Aphricanus.

ENNEADIS V. LI

BER VI.



VTORES, quos sequimur, adeo A interdum diuersi abierunt, ut parum mihi compertum sit, quem ex mul- tis potissimum praefera. Accidit id mihi, quum saepe alias, tum in ijs ma- xime, quae praesenti uolumini dabur exordium. Linius autor est, sub Macedonici belli ini- tium legatos ad Ptolemum regem missos, & in his M. Aemilium Lepidum, qui publice illi agerent gra- tias, quod Hannibale Italiam uexante, nihil rei sibi cum Peno, ut Philippus, esse uoluerit. Hunc Philo- patorem fuisse necesse est, qui secundi belli Punici te- pore in Aegypto haud dubie regnauit. Caeterum Ma- cedonico bello nodu inito, quia Antiochus, ut Tro- gus scribit, & Philippus reges in Aegypto immine- bant, Alexandrinis per legatos id perentibus. Ptole- maeum puerum a Philopatore relictu publice tuen- dum Romani susceperunt, Aemilio Lepido ad hoc ipsum Alexandria misso, qui tutorio nomine pueri regnum administraret. Nec longior deinceps mora fuit, Attrali & Rhodioru legatis de Philippi iniuria querentibus, bellum est Macedoni illatu. Haec Tro- gus partim scrupulose tempora executus. Quo fit ut maior fides Lini in hac parte accedat, qui ita res di- gerit, ut Philopator secundo Punico bello non nihil superstes fuerit, ad quem missi sunt legati a Populo Romano, posteaquam Punico bello est defunctus. Sed prius quam bellum sit Philippo indictum, (Et enim Macedonicum non statim, sed post aliquot men- ses, Punico successit) Philopator mortem obiit, ac tum iterum Aemilius in Aegyptum sit missus, aut certe, quod uidetur Linius significare, quum Pto- lemæus obiit adhuc legati Alexandriae erant. Si qui- dem is autor est Aemilium legatorum consensu ex Alex andria ad Philippum nauigasse, qui tunc Aby- dum oppugnabat, nondum bello ipsi regi indicto. Sed quoquo modo res habet, Philopator post cla- rissimam illam uictoriam, qua uictor Antiochum re- gem ex Palaestina & Phoenicia eiecit, ut alio est a me loco memoratum, receptis urbibus quas eo bello amiserat, in pristinam luxuriam iterum demersus, Eurydice sorore sua, eademque uxore interfecta (Po- lybius & Iosephus Beronice, non Eurydicem ut Trogus, scribunt) meretricio Agathoclae amori addictus, regiae maiestatis immemor, noctes inte- gras, & dies in stupris, & conuiuijs consumpsit. Quin & Agathocles meretriculae frater cum Ptole- mæo faciebat stuprum, qua duplici illecebra ita si- bi regem deuinxit, ut regnum suo arbitrio admini- straret, nemoque minus in suo regno, quam Philo- pator posset. In hoc foedo uite instituto rex uita de- cessit, paruo filio ex Eurydice, siue Beronice po- titius relicto. Agathocles Alexandrinorum in cursu in- terfici, cuius soror Agathoclea & mater sunt post- ea crucibus affixa. Alexandrini, quia constans fa- ma erat Antiochum & Philippum diuuisse inter se Alexandrinum regnum, Ptolemæum puerum a pa- tre relictu, qui Epiphanes cognominatus est, per legatos Populo Romano commendarunt. Fuit in Iudaea, Philopatoris temporibus, sacerdos sum- mus Simon Oniae filius, cuius pontificatus incidit in secundi belli Punici tempora, qua tempestate Ie- su Sirachi filius librum Panæreton scripsit. Eodem

Autorum uas
ratio.

Facillima Phi-
lopatoris uita.

Epiphanes.

Colossi Rhodij casus.

tempore Colossus solis; quæ Chares Lyndius Rhodij fecit, septuaginta cubitorum altitudine, sexto & quinquagesimo anno quam fuerat constructus, terræ motu corruit. Cæterum iacens moles illa fuit uisibus miraculo, quod pollicem pauci uisus cõplecti poterant. Fuit eadem tempestate Eratosthenes historiarum scriptor. Eusebius sexaginta Iudeorum milia per id tempus interfecta autor est, sed preesse nimis, ut cætera, locum perstrinxit. Adicit tũ quoque in Palaestina ea fieri contigisse, quæ primo Machabæorum libro continentur. Sed Iosephus in Antiochi regnum, qui Epiphanes cognominatus est, omnem rerum seriem reicit. Fuit ille magni Antiochi filius, qui, uno Seleuco interiecto, Syria regnum tenuit. Iosephum igitur secuti, Machabæorũ res propiore loco explicabimus. Nunc ad Macedonici belli exordia redeo, cuius gerendi residua Romanorum in ipsum regem ira præcipuam præbuit materiam. Ille quidem nulla à Romanis lacessitus iniuria, cum Hånibale & Pœnis sociis arma decimo antè anno iunxerat. Fuit hæc primaria, sed non sola bellandi causa, nam ille pacem, quam triennio antè cum Romanis sanxerat, haud uno modo uolauit, Carthaginensibus auxilio & pecunia adiutis, sapiusq; sociorũ rebus per iniuriam lacessitis, nouissimèq; Atheniensium, eorum agro fœde populato. Hi in urbem compulsi Romam miserũt, qui apud patres in senatu de Philippi iniuria quererentur. Auxerũt materiam futuri belli Attali & Rhodiorum legati, qui eodem ferè tẽpore nunciarunt, Asiae ciuitates à Philippo ad bellum sollicitari. Trogus iniuriam à Macedone acceptam legatos, questum uenisse prodidit. Vnum in mora fuit, quo minus uellum sit continuo regi indictum, quod tum P. Aelius bellum aduersus Boios Gallos gerebat. Premiserat Aelius C. Appium præfectum cum tumultuaria manu in hostem, qui à Gallis circumuentus, cum septem milibus hominũ, fuit interfectus. Secutus inde consul cũ legionibus, qui Boicum agrum latè populatus, cum Liguribus Ingaunis, priusquã prouincia decederet, fœdus icit, Romam inde reuersus, prima eius de Philippo relatio fuit. Senatus decreuit, ut M. Valerius Leuinus cũ quadraginta nauibus in Macedonia iret. Creati sunt interea decem uiri, qui Samniticum & Apulum agrum bello captũ, ciuibus diuiderent. Creati & consules P. Sulpitius Galba, & Gn. Aurelius. Per opportune accidit, ut his populum rogaturis de bello regi indicendo, ad irritandos animos Atheniensium legati superuenerint, nuntiantes Philippum suis finibus hostiliter imminere. P. Sulpitius, cui Macedonia forte euenerat, Po. rogauit, uellet, iuberetque, ob iniurias socijs illatas, bellum Philippo Macedonum regi in dici: omnes centuriæ fœsis diuturno bello animis eam rogationem antiquarunt. Nec multis inde diebus interiectis, Sulpitius Po. iterũ ad comitia uocati, accuratissima oratione castigauit, docuitq; futurum, ut si Atheniensium querele, ut Saguntinorum olim, negligerentur, non quinto mense, ut Hånibal, post sociorum excidium, sed quinto die ferrox hostis Italiã inuaderet. Sic Alexander Epirota, sic Pyrrhus multo uirib; inferiores, quam Philippus esset, in eam oram Italiæ transmississent, quæ magna Græcia diceretur. Illum diu Lucanos & circũiectas gentes bello sollicitas habuisse. Hinc Apulis Samnitibus & Lucanis à Ro. Po. alienatis, tererrimas eorum maioribus clades intulisse. His consul uerbis multitudinem mouit, ut bellum Philippo indicendum iusserit populus. Supplicatum inde triduo est, dijq; obsecrati ut bene & feliciter euenire uellent, q. bellum Macedoni inferendum populus iussisset. Sex Romanis legionibus & sociorũ auxilijs eo anno placuit temp. administrationem erecta, quum præter omnium opinionem, Gallici tumultus fama exorta est. Insubres Ce-

Causæ belli Macedonici.

Consules.

Bellum Philippo regi indictum.

nomani & Boij, Iuatibus & alijs Ligustinis gentibus ad arma excitis, Hamilchæis ductu (subfederat is ex Hasdrubalis exercitu in Gallia) Placentiam Romanam coloniam subito impetu capiũt, captam diripiunt, direpta incendunt. Traiecto deinde Pado Cremonam ire pergunt. Proxima coloniæ clades audita effecit, ut Cremonenses clausis portis procul hostem à muris distinerent. Obsideri inde cœpti, opẽ à Romanis implorãt. Præerat tum prouinciæ L. Furius Purpurio. Is Romam scribit Placentiam direpta & incensam à Gallis, Cremonenses à quadraginta milibus hostium circũfederi. Nouo exercitu opus esse, ut colonia obsidiõe eximeretur. Se quinque milia armatorum habere, quam exiguam manum haud opere præciũ sit tanto hostiũ numero obijcere. Fuij literis in curia recitatis decreuerũt patres, ut aut Gn. Aurelius cõsul ad Gallicum motum opprimendũ proficeretur, aut Q. Mutio prætori scriberet, ut acceptis legionibus, quibus ut ad certũ diẽ in Hetruria conuenirent edictum erat, Cremonensibus suppetias ferret. Sunt & Carthaginem legati misi qui Pœnis denunciarent, contra fœdus fieri, quod Hamilchæis ductu Galli & Ligures rebellassent, postularentque si publico id cõsilio non fieret, ut hominem Po. Ro. dederent. Comperit præterea habere se multos adhuc perfugas Carthagini agere, qui dediti nõ essent. Eos si pacem ratam uellent continuo cõprehendendos curarent, ac Romam mittendos. Iussi ijde legati ad Masinissam ire, eiq; paternum regnũ recuperatũ gratulari, postereq; ab eo, ut ad Macedonici bellum optimus amicus & socius, Numidarũ equitatu rem Ro. iuuaret. Verminẽ legatis qui per id tempus Romam petiũt uenerãt, ut rex ille & socius Po. Ro. appellaretur, responsum est, Syphacem ipsius patrẽ, sine causa, ex socio factum esse Ro. nominis hostem, & ipsum Verminam adhuc adolescẽtem, Romanos lacessendo primum militiæ rudimentum posuisse. Itaq; pacem prius illi petendam fuisse à Populo Romano, quã ut rex & socius appellaretur, eius nominis honorem, pro magnis erga se regum meritis, dare Populum Romanum consuisse. Legatos suos in Africã esse, ad eos scripturum senatum quibus legibus Verminẽ pacem dari placeret. Fœda interim prodigia nunciabantur. In Sabinis infans natus, incertum mas an fœmina. Alter sexdecim annorũ ambiguo & ipse sexu inuentus. Frustrone agnus, cum suillo capite, & Sinuessã porcus cum capite humano natus. In Lucanis equus cum quinque pedibus. Cœlũ adhuc arsisse credebatur, & Priuerni Sol plus nimio rubescere uisus. Prodigiosi fœtus in altũ deportati. Cætera prodigia, ut tum eius populi dira fuit superstitiõ, de more expiata. P. Sulpitius in Græciam profectus, Atheniensibus per legatos opem implorantibus, Claudium Centimalum cum uiginti nauibus in Atticam misit. Obsidebat per id tempus Abydum Philippus ferrox quum suo ingenio, tum noua Antiochi regis societate, qui ambo fœdere inter seicto, post Philopatoris Ptolemæi interitum, Alexandrino regno imminẽbãt. Bellum Atheniensibus cum Philippo ita conflatum dicitur. Duo iuuenes Acarnanes innotiorum ignari Cereris sacrum imprudenter ingressi, quia initiati non essent, tanquam scelus ab his inexpiable fuisset perpetratum, Antistitis iussu interfecti sunt, qua iniuria Acarnanes a dacti, auxiliari manu à Philippo accepta, Atticũ agrũ primo populantur, inde animis ad bellũ irritatis Macedo, in Acarnanum gratiam arma aduersus Athenienses induit. Philippus aliquot naualibus prælijs, cum Rhodijs & Attalo, parum feliciter cõmissis, relicta Abydo in Macedoniam concessit. Interea Attalus Athenas profectus Athenienses ad bellum hortatur, qui ex ueteri fortuna nihil præter animum gerentes, freti adhuc Romanorum opibus, Attalique & Rhodiorum societate, bellum aduersus

Galli Placentiã diripiunt.

Verminẽ legati.

Prodigia.

Belli causa inter Athenienses & Philippum.

Rhodij data ciuitas olim.

Philippi gesta in Thraciam.

Abydenorum excidium.

Philippi uerba ad M. Amyntum legatum.

aduersus Philippum decernũt, & in Attali gratiam illata mentio est de tribu una ad decem ueteres adijcienda, quam Attalidem uocarent: & Rhodiorum populũ aurea est corona donatus, ciuitasque Rhodij data, quemadmodũ Rhodij Atheniensibus dederant. Secundum hæc Attalus in Æginam concessit. Rhodij & ipsi Athenis profecti quum Ægæi insulas legerent, præter paucas, quæ Macedonico tenebantur præsidio, cæteras à Philippo alienarunt. Macedo qui Attalum & Rhodios nuper tulerat, haud minori animo, quã si illi à se uicti essent, Romanũ bellũ intrepide exceperit, missoque cum parte copiarum Philocle ad Atticũ agrum populatione fœdandum, classeque Heraclidũ tradita, quã ad Maroneam duceret, ipse restitit in ere profectus eam urbẽ primo impetu cepit. Ænum inde, Doriscum & Serrhei occupat. Mox Thraciam Chersonesum ingressus, Eleuntem & Alopeconesum, uoluntaria deditione recepit. Deditæ inde Callipolis & Madyros. Abydus plures dies oblesã, multoque conatu oppugnata, ualide aliquandiu defensa est. Postremo subritis cuniculo muris, Abydeni à Philippo petierant, ut præsidio incolũ dimisso, sibi cũ uxorib; & liberis, singulisque uestimentis, urbe excedere liceret. Cæterum legatis nihil pacati ab hoste renunciantibus, Abydeni in rabiẽ uersi, matronas omnes in templo Dianæ, pueros & uirgines cum nutricibus & infantibus in Gymnasio claudunt, aurum & argentum omne in forum deferunt, mox in unum collectum in Rhodias naues, quæ fortè in portu stabant, imponunt. Ipsi eo consilio in hostem exeunt, ut non nisi uictores in urbem redirent, delectis qui atrox facinus, nisi consilium processisset, peragerent, dira execratione interposita, nisi impetrata facerent, ut si Abydenorũ acies ad pugnam egressa uinceretur, cõfessum omnem imbellem turbam obruncarent. Aurum & alia quæ in naues cõgesta essent, in mare eijceret. Pugna multo atrocior fuit quã pro numero dimicantium. Verum Macedo, Abydenis maiore ex parte interfectis, animaduersa hostium desperatione, sub noctem pugnam inhiuit. Postridie urbs paucorum consensu deditur, sacerdotibus ad eã dedendam missis, ubi hostis intra mœnia est conspectus, qui prelio superfuert, iurifurandi publicèq; execrationis memores, subito uelut furore correpti stricto ferro suos cõficiunt. Sæuunt inde in seipos, quo hostium furore rex percussus militem à cæde reuocauit, profectus se tridui spatium Abydenis dare ad mortem sibi consciscendam, quo tempore plura in se uicti facinora ediderunt, quã uel ab irato hoste pati debuissent. Superuenit huic cladi M. Æmylius, qui Abydenorum obsidione audita, ex Alexandria, legatorum consensu, eõ nauigauit, ut Philippum, in quem nihil adhuc hostiliter motum erat, ex Abydenorum ceruicibus amoliretur. Ibi Æmylius questus, quod rex bellum Rhodijs & Attalo intulisset Philippus contracti belli culpam in eos reiecit, à quibus primum profecta esset in se iniuria. Tũ ille, quid Abydeni? num, inquit, & hi tibi iniurij fuerunt? Ad eam uocem liberius emissam, quã ipse audire consueisset, indignatus Philippus, Ætas, inquit, tua & Romanũ nomen te ferociorem faciũt, sed si fœderum uos Romani immemores me bello lacesseritis, faxim spero ut Macedonum regnum nõ minus bellicolum sentiatis quã Romanum. Abydenorum nemo uiuus uenit in hostium potestatem auro tamen & argento portus est Macedo, qui uinis urbis non ignobilis excidio, haud aliter quã Hannibal ferocior factus, præsidio Abydi relicto, quum in Macedonia se reciperet, per literas & nuncios cognouit Romanum consulem cum exercitu in Epyrum uenisse. Carthaginenses interea, postquam legati in Africã iuere, de Hamilchæe nihil, quia procul patria abesset, se statuere posse dixe-

runt. Vnum sibi integrum relinqui, quod libenter facturi essent, ut eius bonis in publicum redactis, exilio damnarent, daturus adhuc operam, ut persugg quã diligentissime conquisiti, ad supplicium dederentur. A Masinissa ducenti equites sunt accepti, & uis ingens tritici, ad Macedonici belli usum exhibita. Cum Vermina pax sancita est. L. Cornelius Lentulus, per id tempus ex Hispania reuersus, prius omnium obrinuit, ut qui procul prouinciam administraret, quique non consul, aut prætor rem gessisset, ouans in urbem intraret. In Gallia quoque eodem tempore L. Furius cum Gallis & Liguribus ad Cremonã acie dimicauit. Conati sunt Galli multitudinem freti aciem circumuenire: quod ubi Furius animaduertit, extẽsis utrinque cornibus, in equitibus dextra læuaq; immisis, ferociter mediam hostium aciem inuauit. Nec illi diu sustinuerũt Romanorum impetum, cum cæde & multa strage in castra fugati sunt. His quoque primo impetu captis maior est cædes secuta, supra quinque & triginta hostium milia sunt eo die cæsa. Ex uictore exercitu ad duo milia ceciderunt. Nec multo postquam cũ hoste ita dimicatum erat, C. Aurelius consul in Galliam uenit, uictoremque exercitum à Furio prætore accepit. In Græcia Claudius, quem Atheniensibus subsidio missum alio loco diximus, cũ Romana clas se, tribus Rhodijs & totidem Atheniensibus, ualide interim Atticos fines tuebatur, qui factus certior Chalcidem segniter à Macedonico præsidio custodiri, eõ noctu profectus urbem occupat. Cædes in omnem sexum & ætatem, ut in urbe ui capta, euagata est. Horrea regia incensa. Philippi statuæ subuersæ. Vrbs ipsa rapinis exhausta militum inopia retineri non potuit. Erat tum Philippus Demetriade, unde nunciata Chalcidensium clade, magnis ad insulam itineribus uenit, hostem oppressurus, eoque non reperto, Athenas citato agmine ire pergit, pari incepto haud disparem euentum assecurum ratus, assuissetque haud dubiè, quum nihil minus quã eius accessus timeretur, nisi speculator procul agmẽ intuitus, magnum die uno emensus iter, circa mediam noctem Athenas peruenisset. Repente ad tam rumultuosum nuncium est ad arma conlatum discursumq; ad portas & muros. Philippus aliquantot ante lucem urbi appropinquans, audito ex muris fremitu, luminibusque crebris procul inspectis, suspicatus, quod erat, se ad hostem haud imparatum uenire, diem statuit expectare, priusquã agmen portis admoueret. Athenienses, ubi illuxit, Attali præsidio freti citra Dipylon (fuit ea porta uelut in fronte urbis) acie instruant, quod Macedo intuitus confestim & ipse, patenti uia, quæ ab urbe ad Academia ferebat, inde aliquantulum agmẽ prætergressus, ad bellicam uirtutem ostentandam, quã paucissimis comitatus, in aduersam hostium aciem ferociter inuehitur. Ibi pecudum more Athenienses distecti cum metu & trepidatione intra mœnia cõpelluntur. Postridie quia nocte quæ secuta est Romani ex Piræo in urbem uenerant, frustratus Macedo omni spe expugnandæ urbis, mouit castra. Cynosarge, ubi castra fecerat, & Gymnasiũ luco alijsq; præcipua amœnitate locis incensis, sepulchra quoq; in hostium inuidiam passim diruit, mox Eleusine Cereris templo castelloq; frustra tẽtatis, Argos processit, quo per id tempus indictum erat Achæis concilium. Tentauit Philippus eo sociorum conuentu iuuenturẽ Achæorum per speciẽ militiæ procul domo ablegare, ut totius gẽtis fidem sibi obstrictam eo pignore haberet, quod quum impetrare nequiuisset, cum paucis uoluntarijs & ijs copijs, quas Argos duxerat in Atticam redijt, ubi Philocles eius præfectus occurrat, cũ duobus milibus hominũ, qui & ipse Eleusine expugnare nuper adortus, cum multa suorum cæde inde fuerat reiectus. In Piræũ primo impetus est factus, unde

Terrima Galiorum cædes.

Chalcis à Romanis occupatur.

Philippi ostentatio.

Philippi odium in Athenien.

Apustij expeditione in Macedones.

Verba legatorum Philippi in Panatolico.

Verba Athenien in Philippum.

unde Macedo praesidiariorum eruptione irrito incepto abire coactus, omnem belliram in umbras mortuorum ac deos effudit, sacras aedes, quae passim tota Attica cum uestigio uetustatis uisabantur, sepulchraque ferro & igni ab imo subuertit, omni materia, quae in illis nobilior fuit aut fracta, aut flammis absumpta. Atque per haec ille in urbem quam insensate oderat, ita debacchatus, in Bœotiam concessit. Nec quicquam deinceps Philippus memoria dignus in terra Graecia gessit. Sulpitius interea qui inter Apolloniam & Dyrachium castra fecerat, T. Apustium legatum cum parte copiarum ad populos hostium fines misit. Cepit ille primo impetu ex hostibus Corrhagum, Gerumniam, & Orestium castris. Antipatriam inde in angustiis Macedoniae faucibus sitam, uicini captam diripuit & incendit. Ea clades, ut Indus oppidum dederetur effecit. Etiam re prospere gesta Apustius cum exercitu praeda onusto ad consulem redibat, quum extremum agmen in traiectu fluminis, Athenagoras regis praefectus, subito clamore adortus, ultimos ordines turbauit. Apustius, conuersis ad suorum clamorem signis, hostem cum multa caede fugauit. Atque ita duplici successu laetus, cum ingenti praeda est ad consulem reuersus. Vna felix expeditio, plerisque regulos Macedoniae accolae ad Romanorum societatem traxit, & in his Pleuratum Scerdileti filium, Aminandrum Atamanum regem, & ex Dardanibus Batonem, quibus in foedus receptis, alij alio tempore dixit se consul uturum: Aminandro in praesentia negotium datum, ut Aetolos in Macedonem concitaret, Rhodijque ut belli partes caperent, per legatos sunt moniti, & ut Attalus qui Aeginae hybernauerat, ibi Romanam classem expectaret. Nec Philippus in tanto motu rerum, quicquam ociose imperare aut facere, sed intra extraque regnum laborabat, Perseo primum misso ad tuendas Pelagoniae fauces, ipse urbibus parum munitis, ne hostibus praedae essent, disiectis, per legatos ad id missos hortatur Aetolos, ut in fide & amicitia perstarent. Erat tum forte indictum uniuersae Aetolorum genti concilium, quo ab Athenis legati occurrerant, & a consule missi erant, qui Aetolos in pristinam amicitiam reuocaret. Primo Philippi legati auditi sunt, a quibus Romanorum superbia immensaque imperandi cupiditas, longa est oratione iactata, clarissimas Italiae ac Siciliae urbes eorum societatem secutas, alias diraptas esse & excisas, alias in miserabilem seruitutem redactas. Contra quae fides quae constantia Philippi esset in socios memorantes, eo decurrere, ut Aetolos hortarentur ad eam pacem seruandam, quam ipsi olim a Romanis proditi, a Philippo petere coacti essent. Athenienses inde auditi. Hi Philippum regem, ut impium insectati, quod sepulchra, quod templa diruendo, cum inferis & superis, non cum mortalibus bella esset in Attica, identidem orare, ut suarum cladum miseris, dijs immortalibus primum, inde Romanis qui secundum deos plurimum in terris possent, ducibus, bellum in Philippum decerneret. Romanorum oratio extrema fuit. Caeterum adeo omnia, quae a Macedonibus obiecta fuerant, diluit, suaque confirmauit, ut haud dubie Aetoli eo die bellum decreturi fuerint, nisi Democritus praetor pecunia, ut creditur, a Philippo corruptus, pronunciaisset rem maioris esse discriminis, quam ut temere decerni posset. Nihil esse consilij tam inimicum, quam celeritate, subitorem consiliorum uestigijs haerere poenitentiam, sed eam parum utilem, ut quae semel decreta sint, mutari non possint, neque in integrum restitui. Fuit itaque autor Democritus, ut praesens consultatio in aliud tempus differretur, atque ita legatis ambiguo responso dimissis, egregie Aetolico nomini consultum a Democrito credere, quod in eam partem, quae melior uisa esset, quum uellet,

inclinare liceret. Contrahebat interim Demetriade copias Philippus, ea parte bellum administraturus, Attalo & Romanae classis Heraclidam suarum nauium praefectum obiecit. Bellum interea a Sulpitio diuersa parte gerebatur, & iam per Darsetiorum fines ducens, multa oppida, partim uicini, partim uoluntaria deditione ex hoste ceperat, inde late per hostium euagatur ad Lyncum, apud flumen Bærum, statim posuit. Speculatoria interim Romanorum ala (nam constabat Philippum ex hibernis mouisse) ad exploranda Macedoniae consilia ex castris missa, quum per Darsetios adhuc erraret, regiae equitum ala & ipsi speculatum profectae occurrit. Hic subitum utrinque est praedium contractum, estque per aliquot horas dubio Marte dimicatum. Postremo fatigatio praedium diremit. Caedes penè par fuit, quinque plures ex Macedonibus ceciderunt. Iussit Philippus caesos equites in castra deportari, ut eos in conspectu totius exercitus honorifice fumeraret, ratus eam rem ad militum animos sibi studio charitateque deuinciendos, haud mediocriter profuturam. Caeterum Macedones laeuis & sagittis plurimum pugnare solent, equitum membra Hispanico gladio truncata intuitu, incredibili sunt terrore percussi. Mouit insuetum spectaculum & regem, adeo ut praesentis periculi admonitus, filium ex Pelagonia reuocaret, ipse nihilo secius ad hostem profectus paulo plus ducentos passus a Romanis castris in tumulo Athaco imminente est metatus. Habebat Macedo sub signis uiginti milia pedum, & quatuor equitum. Hinc ala equitum missa, & cum hoc equitatu Tralles. (Illyricum est id genus hominum) & Cretensem sagittariorum non parua manus, qui hostem lacerarent, inter binna castra est non nihil dimicatum: postremo Macedones retro ad suos pro uictis abierunt. Postero die rex cum omnibus copijs in aciem processit, cetrato rum manu in insidijs locata. Celsit regius eques de industria penè priusquam praedium confertum esset, ut Romanum in insidias traheret, fuissetque omnino res in discrimine adducta, nisi qui tempus obseruare debuerant ex latebris praematurè surrexissent. Romani pulso hoste tutique ab insidijs, ingenti laetitia in castra sunt reuersi. Sequenti die consilium, instructa acie, ad hostium uallum successit, elephatis, quibus primum eo bello sunt Romani usi, in fronte collocatis, qui cum hostem ad pugnam elicere nequiuisset, ut liberiorum frumentationem haberet militibus, octo ferme passuum milia inde ad Athabolum (id nomen loco erat) transfert castra. Paucis inde diebus Philippus, cum parte equitum & Cretenis armatura, uis inter utraque castra celeri cursu in secessis, in Romanos frumentatores, qui temere errabat per agros dispalati, suos immisit, dato prius signo, ut uiuus nemo ad se perduceretur. Improvisa res multos Romanorum oppressit, priusquam laborantibus succurri potuerit, pugnatumque est pluribus horis, sed circa regem maior fuit dimicatio, qui cum omne Romanorum legionum robur, certaminis magnitudine, in se conciuisset, pulsi Macedones cum foedissima strage equitum, in profundas sunt paludes praecipitati. Philippus equo deiectus, aut eo die interfectus esset, aut certe captus, nisi effugientem equitum unus ei equum tradidisset, in quem subito sublatum in castra celeri sese fuga proripuit. Qui periclitanti regi equum obtulit, quia pedestri cursu suos assequi non potuit, medio fugae conatu ab hoste oppressus est. Fuissent Macedonum castra eo die expugnata, nisi a Romano esset consule cessatum. Philippus duplici clade percussus, ut hostem commodius falleret, caduceatorem ad Sulpitium misit, ut ad suos sepelien dos inducias in paucos dies peteret. Ipse secunda noctis uigilia, multis ignibus circa castra relictis, tacito agmine retro mouit signa. Consul audito hostium discessu, quia quo eum sequeretur parum habuit explora-

Speculatoriarum alarum congressus.

Philippico pie. Tralles.

Leuius praedium.

Vincitur praedio Philippus.

Recentior Macedoniae clades.

Aetolorum & Aminandro expeditione.

Aetolorum caes.

Athenae uerbis petentes.

Andros insula.

exploratum, in ipsdem statuiis aliquot dies mansit. Stuberam inde profectus petijt, mox & Pluiniam, nouissime ad Ophagum fluuium castra protulit. Nec Philippus multo post circa fluuium est metatus. Erduacenaque Romanos petituros ratus uallo & fossa fauces quo illi ingressuri erant, multa arborum coegerie lapidibusque muro interiectis claudit. Successerunt nihilo secius Ro. locum ab hoste infestum, fuitque oppugnatis in primis adiuuato, quod syluestris erat saltus, atque ob longiores hastas Macedonibus inutilis, nec Thracibus multo habilior, qui rompheis non paruae longitudinis utebatur. Saxa in subeutes deiecta paululum Romanorum impetum retardarunt, mox facta restudine, aliquanto minore certamine quae ab initio fuerat in initum, Romanus uictor saltum tenuit. Nec parua fuit hostium caedes, sed multo maior futura, nisi perplexa loca fugientes texissent. Consul ad Erdua processit, ubi agros late populatos, ad Celerum castra admoit. Est id oppidum in Orestide, quo per deditionem recepto in Dastaretijs Pelium expugnauit atque diripuit. Caeterum quia locus peraccommodus uisus est ad transitum in Macedoniae faciendum, seruitijs tantum abductis oppidum praesidio firmatum oppidanis habitandum restituit. Atque his feliciter gestis Sulpitius unde primo mouerat uitorem exercitum reduxit. Philippus interea haud uno bello granatus, in multas belli partes irruerunt curas, nam & Dardani in Macedonia eruperant, in quos Athenagoras cum expeditis pedibus immisit: & Aetoli ubi regem bis praedio uictu audiuere, Democratis suauis bellum aduersus Philippum decreuerunt, Romana adhuc classis Macedoniae ora infestabat. Aetoli copijs cum Aminandro Athamanum rege iunctis, Cercinium captum incendunt, inde & Cyretias diripiunt, qui clade terri, qui Maleam incollebant, ultro in fidem concessere. In Thessaliam inde est descensum, in qua Aetoli late dispalati, improuiso Philippi accessu, in castra, moratorum paucis ab hoste interceptis, se trepide receperunt. Animander feorium munitiore loco coederat, memor in hostico se esse, non in pacato. Continuit tamen diu suos Philippus, quoad miles exitinere festus cibum caperet, mox paulo curatis corporibus structam aciem in Aetolorum castra dirigit. Id illi procul conspicati auersa castrorum parte dilapsi ad tumulum, quem Aminander tenebat, fugam intendunt. Multi interim medio cursu, aut interfecti sunt, aut capti. Hinc quoque sequenti nocte dilapsi, in pacatum confertato agmine concesserunt. Et Aminander optimis ducibus usus, per montes in Aetoliam copias reduxit. Dardani quoque per eos dies non sine caede ab Athenagora Macedoniae finibus fuerant eieci, quo duplici successu Philippus Romani belli damna relaxasse sibi uidebatur. Leuatus est & numero hostium, Scopas cum magno auri pondere, ex Aegypto missus sex milia Aetolorum mercede conducta, cum frequenti equitatu Alexandriam deportauit, & haec in terris ea aestate circa Macedoniae gesta. In mari L. Apustius Romanae classis praefectus, circa Scylleum agri Hermionici cum Attalo rege coniunctus tantum animi fecit Atheniensibus, quod continuo decretum tulerint, ut omnes Philippi statuae, atque maiorum eius tituli & honores, in perpetuum abolerentur. Publici sacerdotes quoties pro populo Atheniensium pro socijs facerent, Philippum cum tota progenie, exercitum, regnum, ipsumque Macedoniae nomen execrarentur. Demum ut impune occidere liceret, si quis unquam Athenis de honore aliquo ipsi regi decernendo, iam inde uerba ausus esset facere. Atque ita Athenienses uerbis, quibus solis ualebant, bellum aduersus Philippum gerebant. Attalus & Apustius Athenis profecti, Andrum insulam paucis diebus uicini capti, praeda Attalo data, ornamenta urbis Romani iustulerunt. Est Andros Cycladum una, pa-

terque circuitu nonaginta trium milium passuum, Cauros a quibusdam nominata, Lasis praeterea & Antandrus. Mirum est quod Mutianus de fonte huius insulae scribit, qui in templo Liberi patris fuit semper nonis Ianuarijs uini sapore solitus fluere. Nec ita multis interiectis diebus in ora Macedoniae foeda tempestate iactari, collectis ex ea iactatione nauibus, copias in terras exponunt, Cassandreamque urbem oppugnare adorti, non solum frustrati sunt incepto, sed multis etiam circa urbem amissis ad naues negotio infesto abierunt. In Canastreu inde Palenens traiecerunt, superatoque Toronae promontorio, Acantium urbem uicini captam diripiunt, inde retro in Euboeam cursu delati Oreum obsidione cingunt. A pelago Romanae classis urgebat, Attalus in terram egressus auersa parte hostem saugabat. Defendebatur interim ualde oppidum a Macedonibus qui locum praesidio obtinebant, quae oppugnatio quum longior futura uideretur, Apustius ne cum omnibus copijs hostium mœnibus assidens, tepus teneret cum parte nauium in continentem transgressus, Larissam urbem, non Thessalicam illam neblem, sed alteram quae Cremaste cognomento dicta est, subito aduentu occupat, pari successu Agelon uicini cepit. Etiam ad Oreum muri operibus bellicis haud uno prociderant loco, quo contigit, ut Attalus & Romani, sine ullo maiore certamine, urbem irruerint. Qui in arcem profugerant, bi duo post deditionem fecerunt. Etiam autumnale æquinoctium instabat, caeterum quia Euboicus sinus, quem Coela uocant, suspectus est nauis, retro Athenas unde profecti erant, concesserunt. Apustius triginta nauibus ibi praesidio relictis, Corcyram se recepit, Attalusque & Rhodij diuersi domum abierunt. Et haec sunt aetate illa aduersus Philippum terra marique a Romanis & socijs gesta. Romae per id tempus L. Furius praetor de Gallis ad Cremonam uictis triumphauit ludique a P. Scipione, quos in Aphrica uouerat, magnificentissimo apparatu sunt celebrati: & in Hispania a C. Cornelio Certhego, consul xv. milia Hispanorum in Seditano agro caesa, signa militaria capta octo & septuaginta. Creantur inde consules L. Cornelius Lentulus, & Aulus Iulius Appulus, qui cum idibus Martijs magistratum iniuissent, sortiti inter se provincias, Lentulo Italia sorte obrigit, Iulio Macedonia. Latinae feriae decreto pontificum instauratae, quod legati ab Ardea questi erant sibi carnem Latinis ferijs, ut assoler, non esse datam. Procurata sunt & prodigia, quae pluribus locis nunciabantur, quorum praecipua fuere, quod in Brutijs equus quinque pedibus erat natus, & tres gallinacci cum ternis pedibus, & in Macedonia in puppi longae nauis nata erat laurea. Carthaginenses eo anno quum argentum stipendij nomine imperatum Romam aduexissent, idque probum non esse quaestores retulissent, pars explorantibus decocta est, ob eam rem pecunia Romae mutuo accipere sunt coacti, ut interitum explerent, pars obsidum illis in praesens reddita, factaque de caeteris spes est, si in fide permanerent. Iulius in Macedonia profectus in militarem seditionem incidit. Querebantur multi, quia in Italia, Sicilia & Aphrica stipendia fecissent, selabore & uulneribus exhaustos procul domo consenuisse. Petere proinde ut domum mitterentur. Iulius se ad senatum scripturum pollicitus est, ipsis interea expedire pronunciauit, ut precibus potius quam minis, quod impetratum uellent, a se postulerent. Oppugnabat per id tempus Philippus rex Thaumacos. Erat id oppidum loco altissimum, unde ex Meliaco sinu per implexa & confragosa loca in Thessaliam tendentibus uasta primo panditur planities, adeo ut subiecti campi oculis terminari non possint: ab eo igitur, quod ea res miraculo sit uidentibus, loco est nomen datum. Oppidum.

Fons mirus.

Larissa.

Consules.

Latinae feriae.

Prodigia.

Thaumacos.

Oppidum undiq; abrupto saxo impositum, multis laboribus frustra exhaustis, regem ab oppugnatione deterruit. Veritus inde Macedo ne Achæi a se deficerent, legatos in Achaia misit, qui peterent, ut quemadmodum ab initio secum pacti essent, in legatorum verba publicè iurarent. Cæterum ut Macedonum quoq; gètem ea temporum nouitate sibi magis deuinctam haberet, Heraclitem, què sciebat rex multis inuisum uarijs criminibus oneratum, in uincula conijcit. Inde nouo uere exercitu accuratissimè instructo, angustias præter Aoum amnem (Plutarchus Apsum non Aoum uocat) qua fluuius inter Aropum & Anoum montes coarctatur, occupat, Athenagoræq; dat locū præsidio obtinendum ipse in Aropo loco partim natura, partim militari opere munitissimo castra locat. Iulius consul ex Corcyra, ubi militem in hybernis habuerat, cum toto exercitu eò uenit, naturamq; loci intuitus, quia nõ sine labore & periculo hostis ex munitiore erat loco deijciendus, dubitare cepit, utrum conducibilis esset, per hostem, in ea parte, qua Sulpitius superiori anno in Macedonia erumperet, tenuitq; ea consultatio plures dies. Interim ex urbe affertur T. Quintiū Flaminiū consulem factū, fortitūq; prouinciam Macedonia maturato itinere, in Corcyram traiecit. Valerius Antias in annalibus urbis scripsit Iulium cū Philippo acie cõgressum, fuscum fugatumq; Macedonia ac duodecim milia hostium caesa, duo capta, signa militaria centum triginta duo, uotamq; ad consule ædem Ioui, si uictor eo die acie excessisset. Cæteri Græci & Latini ad unum nihil quod memorabile esset à Iulio in prouincia gestum prodiderunt. Per id tempus C. Bebius Pamphilus Insulubrium Galiorum agrum temerè ingressus, ab hoste circumuentus, ad sex milia & sexcentos milites amisit. Ea clades L. Lentulum ex urbe exiit. Cæterum nihil ab eo relatu dignum est in Gallia gestum. Sub id tempus quo Quintius in Macedonia traiecit, aut certè nõ multo prius, legati ab Attalo rege Romæ misi fenatum docuerunt, Antiochum regem cepisse fines sui regni hostiliter infestare, petere itaq; si uellet regem ipsum, ut antea, mari & terra aduersum Philippum bellum gerere, uti suo præsidio Romani se tutum domi ab hoste præstaret, aut si id minus facturi essent, bona ipsorum uenia liceret, cū classe & omnibus copijs domum abire ut præsens sua defenderet. Responsum est legatis gratum fuisse Pop. Ro. quod Attalus suos duces terra & mari strenue iuuisset. Verum quia Antiochus Romanorū amicus esset, neq; æquum peti, neq; se præstaturus, ut pro socio & amico rege, aduersus socium regem & amicū sine causa arma induerent, nec se Attali auxilia remorari, ultra quàm ipsi commodum esset. Semper Po. Ro. alienis rebus arbitrio alieno usum & principii & finem in potestate eorum esse qui rem Romanam adiutā uelint. Legatos se ad Antiochum misuros, qui illi nunciarent, Romanos Macedonico bello Attali regis auxilijs terra & mari ufos, pergratum eum Pop. Rom. facturum, si à finibus socij regis abstineret. Æquum esse amicos & socios Po. Ro. pacè inter se agere. Et Attali legati cum his dimissi sunt. Hoc quoq; anno, præterquam quod multa publica loca erant de celo tacta, Aretij coeli ardere uisum est. Velitris terra triū iugerū ingenti cauerna defecit. Natus Suesæ agnus cum duobus capribus, & porcus Sinuessæ humano capite. His prius de more procuratis, Quintius in prouincia, ut diximus, transmiserat, qui ubi in castra uenit, Iulio Romæ dimisso, nõ nihil & ipse dubitauit qua potissimum ratione in Macedonia penetraret, exieruntq; plures dies sine alio conatu, quibus de pace nonnihil est actum. Rex & Quintius in colloquium uenere, ubi Romanus consul præter cæteras gentes & urbes quibus prebebat libertatem restitui, quæ & Thefalos nominaffet, quid, rex inquit, mihi

Apsum suum Aoum.

C. Bebius

Attali regis profulata.

Prodigia.

A uicto grauius imperares? Atq; ita se colloquio propripuit. Post die circa flumen initum est præliū, hostesq; in arctum coiecti, locum catapultis & balistis facile sunt tutati. Erantq; ad Aoum res in hoc statu, quum pastor quidam à Charopo Epirotarum principe est ad cõsulem missus. Is quia in eo saltu quem rex infederat armentum pascere insueuerat, pollicitus est se Romanos si uelint supra caput hostium per occultos colles perduciturum. Quatuor milia peditum & ducenti equites cum tribuno militum misi sunt à consule. Atq; equites iussi tā procul tendere, quoad montium decliuitas pateretur, inde occultè in insidijs sedere, donec ad erumpendum signum accepissent. Pedites ubi ad destinatum peruissent locum, signum fumo ederent, nec prius tollerent clamorem, quàm prælium in faucibus contractum arbitrari possent. Ducè multis pollicitationibus oneratum, si fidem præstaret, unctum tribuno tradidit. Ipse interea intentus signum expectabat. Tribunus & qui cū eo misi sunt, quia Luna pernox erat, montibus circumacti noctu iter habebant, interdū occulti quiescere. Demum tertio die destinatum iugū adepti signum ex composito edunt: quo accepto, Quintius nihil moratus triperitò in hoste mouet, fuitq; primo prælium extra hostium uallū. His inde in angustias & intra munitiones compulsi, quū iam Romanus iniquo loco pugnarat, clamor à tergo auditus hostem in fugam auerit. Impeditiora loca Macedoni adiumento fuerunt, qua nec eques nec miles graui armatura fugietibus è uestigio potuit insistere. Duo milia hominū caesa, captaq; regia castra. Rex collecto ex dispersa fuga agmine in Thefaliam coeclisit, in qua peragrandia multa oppida, excitis sua sede natali; solo incolis, cum ijs rebus quas asportare potuerunt, incendio uastauit. Excisæ per hunc modum Phacium, Irefiæ, Euhydrium, Eretria, Palæpharus. Pheris rex exclusus in Macedonia transiit. Assuerunt nec multo post Aetoli, qui audita pugna ad Aoum commissa, Thefaliam ingressi ignobilia quædã loca occuparunt, & in his Ciphara castellum Dolopie imminens. Secutus inde Aminander rex Athamanum, qui Romano milite uisus quem à consule acceperat, paucis diebus Phecas, Gonphos, Argentam, Pherinum, Thimarum, Lissinam, Stinonè & Lampsum deditioe recepit. Atq; ita uno fere tempore Thefaliam à tribus est exercitibus uexata. Quintius Epirotis qui Macedonum rebus ex confello fauerat, per Charopum in societatem receptis, classeq; ex Corcyra accersita, Thefaliam Aminandri ductu ingressus Phaleriam metropolim totius gètis, & Pieriam cepit. Phaleria direpta & incensa est. Et iã consul ad Rhagè urbem copias admouerat, quæ fuit super Peneum amnem, quum L. Quintius cõsulis frater, cuius erat classis imperium, quia fama erat duas sociorum clades Rhodiam & Attalicã, circa Andriū insulã nuper iunctas in Eubœam trãsmisisse, L. Apustio ad Athenarum præsidii relicto, cū cætera classe eodem contendit, ut gerendarum rerum principio adesset. Hic triplici classe uno tempore Eretria oppugnata inter motas conditiones pacis, L. Quintius ea parte qua murus dirutus erat, noctu suos in urbem immisit. Multitudo nocturno tumultu consternata arcem occupauit, eius diuitius retinendæ quia nulla spes erat, ultro dedita est. Urbs à Romanis, auro, argento, tabulis, ac signis quorum abundans erat spoliata est. Inde Carystij cum arce quam tenebant circūfessi metu deditioe fecere. His duabus urbibus in Eubœa captis, classis ad Cencreas Corinthiorum nauale decessit. Fuit is locus in Saronico sinu circa Isthmum qua parte Peloponèsus Myrtoe abluitur. Erat & Lecheq; frequètius nauale in aduerso Isthmo qua Ioniū procaci insinuatione illius angustias oppugnat. Sinum ipsum Corinthiacum uocant. Quintius consul, quum plures dies Rhagem in Thefaliam frustra

Quintij stragem.

Philippus ex Aoi faucibus depellitur.

Tres exercitus Thefaliam uastant.

Eretria capitur.

Carystus deditur.

frustra obsedisset, in Anticyrã quæ in Phocide est ad Corinthiacum sinum uersã processit. Phanoteaque primo impetu subacta, ipsa quoq; Anticyra sine maiore certamine capta est. Ambrylus inde Hyampolis receptus, mox & Daulis excelso sita tumulo uicinitate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita. Elatia inde circūfessa est, quo tempore in spem uenit Achææ gentis à Philippi societate per Aristenum præterem alienandæ. Is eiecto Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorum conuentu commemorata intolerabili Macedonum in socios superbia, fœdaque regis libidine, quum in alias multas illustres fœminas, tum in Polycratiam Arati coniugem, & cum ea sex alia ignobilia oppida magis metu quàm armis dedita

haud ita facile aliam Philippi similem sibi inueniat regem, ut Aetoli in Phaeacae locum alium substituant praetorem. De pace inde agi ceptum, cuius Flaminius has condiciones dixit, ut rex praesidia ex omnibus Graeciae urbibus deduceret. Captiuos & transfugas traderet Romanis, ut Illyridis loca post pacem occupata relinqueret, & cum his urbes quas post Philopatoris mortem Ptolemaeo filio ademisset. Audienda adhuc sociorum postulata. Ibi quum alij alia postularent, ut tot & tanta haud quaquam praestiturus uideretur, trahereturque in longum disceptatio, tum Phaeas, non in uerbis, inquit, res uertitur, aut bello uincendum est, aut melioribus parandum. Apparet id quidem, Philippus dixit, & caeco iocatus in Phaeacae ualitudinem, qui uisum laborabat, fuit enim natura dicacior quam regem deceret. Triuo inde per uarias altercationes consumpro, ita demum comparatum est, ut induciji in duos menses pactis, Philippus legatos Romam mitteret, qui cum legatis sociorum de pacis conditionibus coram patribus disceptarent. Ibi uero quum illi demonstrassent (na haud tota Graecia decedebat Philippo) nisi Demetriadem in Thessalia, Chalcedem in Euboea, Corinthum in Achaia Macedo relinqueret, quas urbes haud falso rex ipse compedes Graeciae uocitare esset solitus, nunquam Graeciam ipsam a certaminibus quieturam: regijque legari negarent quicquam de his sibi mandatum esse a rege, re infecta dimissi sunt, Quintio pacis & belli arbitrio permisso. Ille uero uictoriae magis, quam pacis cupidus, quum omnes suas & sociorum uires ad exequendum bellum conuertisset, reparandarum uirium Philippo necessitatem imposuit. Et quia de Macedonia retinenda iam sollicitus esse coeperat, Argos Nabidi (Plutarchus Onabum scribit) Lacedaemoniorum tyranno per Philoclem praefectum tradidit, qui inuitis ciuibus per arcem immisissus, urbe non aliter quam ui captam, fuga & rapinis sedauit, rogatione prolata ut Argius ager uiritim diuideretur, & ueteres tabulae a medio tolleretur, duae faces multitudinis in optimates iritandae. Nec ita multo post Onabus cu Quintio & Attalo in colloquiu uenit, pollicitus que eit auxilia aduersus Philippum inducias que Achaeis ex Quintij autoritate fecit. Lacedaemonem inde reuersus uxorem Argos misit, ut quemadmodum ipse uiros, ita illa matronas spoliaret. Egredia mulier Argiuarum nobilissimam quam nunc blandè appellando, nunc instando minaciter omni ornatu cultuq; corporis, auarissime spoliauerit. Philippus interea ad Scotusam castra fecerat, quo & Quintius cum exercitu uenit de summa rei dimicaturus. Erant in Romanis castris cum sociorum appendicibus, sex & uiginti milia hominum. Primo die Macedo praelio abstinuit, religione quadam territus. Sequenti die nubilum erat caeli, obscura que nubes montibus delapsa camporum faciem obduxerat, quo contigit, ut speculatoriae alae equitum utrinque a castris progressae, circa Canis capita caeco penè occursum praelium commiserint. Sunt hi densi tumuli mutuo se attollentes, ab eaque positura nomen fuit loco inditum. His locorum difficultatibus Romani simul & Macedones usi, praelium semel initum tandiu ancipiti euentu distulerunt, quoad discussa nebula, eò rotis firuibus concursum. Pugnabat Philippus in dextro cornu cum Macedonica phalange, tantoque est impetu in Romanos inuectus, ut parum res a fuga abesset: quod suorum periculum intuitus Quintius, omne robur militum remissa alibi pugna eò concitauit. Tum uero instaurato praeglio, summa ui Macedonica acies soluitur, soluta cum caede & strage multa profligata est, paucis que fuga insecuta, octo milia hostiu sunt caesa, quinque capta. Venisset & Philippus in Romanorum potestate, nisi Aetoli ad regia castra diripien-

Philippus dicax.

Compedes Graeciae.

Vide num o, articulum sit.

Rapacissima abidis conuina.

Canis capita.

Macedoni caedes.

da conuersi, Romanos ab eo insequedo auertissent, quibus iam exhaustis praeda, quum Quintiani superuenissent, iniquissimo animo tulerunt. Offendit ea res non mediocriter Quintij animum, sed multo magis illud, quod Aetoli praecipuam ad se eius uictoriae partem trahebant, quam famam Alcæus auexit poeta alioqui ignobilis. Nam ut de Lyrico qui Lesbios fuit intelligas, neque tempus patitur, neque carmen, scripsit ita quisquis fuit ille Alcæus. Fle tibus & busto indecores terdena uiator Thessaliae opperimus milia in hoc tumulo. Marte sub Aetolu domiti & uirtute Latinum: Quos Titus immensa duxit ab Italia. Amathiae clade trux spiritus ille Philippi, ceruorum cursu praepete lapsus abit. Sed Alcæus numerum euentus est, & Quintij animum maiorem in modum offendit. Ob idque eius iussu haec sunt loco carmina inscripta: Frondebis & ueteri libro nudata uiator, Cella sit Alcæo crux sita in hoc tumulo. Philippus tam atroci clade fractus, se & fortunas suas cum toto regno, in Quintij ducis Populique Romani potestate tradidit, cui tota Graecia abstinere iussu, Macedoniae regnum & pacem Quintius restituit, mille prius talentis tribuit nomine imperatis, totaque classe praeter decem naues adempta. Rex Demetrius filium in sidem eorum quae pacisceretur, obidem detulit. Delatum Quintius Romam misit. In Hispania per id tempus C. Sempromius Tuditanus cum exercitu est a Celtiberis caesus. Sed quam male ibi res gesta est, tam prospero felicitique euentu in Gallos a L. Furio, & Claudio Marcello consulibus bellatum: hi post Cornelium Cethegum, & Minucium Ruffum consules fuere, Boijs & Insubribus bello subactis, & Marcellus qui iustiore praelio hostes uicerat, in urbem triumphas redijt. Imminebat interim bellum ab Antiocho, ad quod Hannibal qui adhuc, ut quidam scribit, Carthagini erat, hortabatur, ipse in Aphrica aliquid occulte moturus. Caeterum in dicio per homines aduersae factionis Romam delato, quum supplicium uereretur (iam enim legati ad eum deposcendum ab urbe profecti dicebantur) ad Antiochum transfugit. Interea Romae magna altercatio inter ordines orta de lege Oppia. Eam M. Oppius tribunus plebis, Quinto Fabio, & T. Sempronio consulibus, medio Punici belli ardore tulerat, ut nequa mulier plura semuncia haberet auri. Ne uestimento uersicolori, iunctoque uehiculo nisi sacrorum causa ueretur. Tribuni legem tuebantur, & iam turba fauentium legi aduersantium que Capitolium complebat, multique nobiles ad suadendam dissuadendamque abrogationem in publicum prodierant, & in his M. Porcius Cato qui tum consul erat, urbanae luxuriae ut semper alias acerrimus hostis, in huc modum est pro lege ita locutus. Si suam quifque uestrum Quirites coniugem ita instituisset, ut maiestatem uiri domi uereri didicisset, minus hodie negocij cum u-niueris haberemus. Sed quia nimium illis indulgendo, eò processum est, ut nostra sit libertas domi oppressa, quid mirum si publice etiam oppugnatur, horremusque uniuersas hodie, quia singulas domi sustinere uoluimus? Fabulosum arbitrabar in Lemno insula uiros muliebri coituratione oppressos, sed a nullo genere non magnum imminet periculum si suos coetus, si secreta habere consilia patiaris, quo difficilius dictu est, utrum res ipsa peior sit, an peiore fiat exemplo. Sed alterum nostra consulum culpa sit, alterum uestra Quirites. Et magistratus digni sunt reprehensione, qui patiuntur in publico mulieres coetus consistere, ambireque tribunalia subfelia, & nos multo maiore qui earum petulantiam domi non coerceris. Vique adeo ne matronarum illecebris indultum oportuit, ut per illarum successione nobis uelut quondam in sacro monte per secessum plebis accipiendae sint leges? Non sine pudore au-

Alcæi carmen.

Pax Philippo reddita.

Hannibalis ad Antiochum transfugium.

Catonis uerba pro lege Oppia.

per per densum foeminarum agmen in curiam ueni, quod nisi superbe nimis facere uisus essem, nobiles matronas appellassem, & ab his coram quaesiuissem quod exempli aut quem morem secuta, autae essent in publicum egredi, alienosque uiros compellere. Quid est quod publice petitis, quod domi uestros uiros non petere possitis? an blandiores foris estis, quam domi? & alienis uiris blandae uideri mauultis, quam uestris? quae si domi in officio teneremini, quae leges hic rogentur & abrogentur minime curaretis. Maiores nostri nullam priuatam rem capeffere foeminas sine suorum auctoritate uoluerunt, nunc, si ita dijs uidebitur, & rempublicam capere audebunt. Dare frenos impotenti naturae, impotenti animali, nec sperate eas modum licentiae facturas nisi uos feceritis. Minimum hoc est quod illae sibi denegatum iniquo animo ferunt. Omnium rerum licentiam desiderant, iam nihil erit si hoc eis datur, quod non sint postea tentaturae. At non ius sed iniuriam deprecantur, imo & unam tollendo legem caeteras infirmetas, nulla lex satis commoda omnibus est, id modo uidentum est, an maiori sit parti & in summa utilis. Non audiuit curia olim pias illarum preces, quum secundo bello Punico suos redimendos cum fletu & lachrymis deposcebant, hodie ut continentiae frenos abrumpant, eantque in omnem licentiam praecipites, permittimus? & nunc quidem si quis eas percontetur quid sibi datum uelint, quid aliud quod respondeant habebunt, nisi ut in auro & purpura fulgeant? ut festis profectisque diebus curru inuectae, de legibus a se uictis triumphent? Audiuitis credo me saepe querentem, quod duobus diuersis uitis haec ciuitas ad perniciem laborat, luxuria & auaritia, quae duo mala & multa & magna olim euerterunt imperia. Haec quo magis publica fortuna ciuitatis crescit, eo plus horreo, ne uictarum gentium res perniciosius urbem capiant, quam ipsae capte sunt, nec Syracusana signa huic urbi illata probauit unquam, & a quibusdam ciuium Corinthi & Athenarum ornamenta laudari, riderique maiorum scitilia uehementer moueor. Cynae Pyrrhi legatus nullam Romae foeminam inuenit, qui aurum a rege missum acceperit, nec adhuc lex Oppia ad coerendum muliebrem auaritiam lata erat. At quid in causa credendum est? quia nulla utique adhuc luxuria ciuitatem inuaserat. Haec postea in hac urbe & orta est, & coaluit. Haec legis Oppiae ferendae causa fuit ut agrorum cupiditas Licinia, ut Cinciae praua munerum ambitio, quae plebem penè uestigalem senatui fecerat. Non acceperunt tum matronae in priuato muneris, ac nunc in publico stantes acciperent. Quid quod lex ipsa omne ornatus describit sustulit, ex quo omnis muliebris intemperies oritur? Etenim cultus aemulatione accensae uiros rogant, tum miser ille qui exorari se permittit, sed multo miserior qui non fuerit exoratus. Nam quod ipse non dederit ab alio datum uidebit. Nolite ad haec Quirites existimare rem eo loco futuram, si huic legi abrogatum fuerit, quod fuit antea. Hominem improbum non accusari tutius est, quam ab solui: & luxuria non mota tolerabilior esset quam nunc ruptis uinculis futura sit, ut si bestiae irritatae prius in aperum emittatur. Ego nullo modo legem abrogadam censeo. Vos quicquid de ea statueritis dijs fortunent uolo. Et Cato Porcius in hunc modum pro lege perorauit. Quem L. Valerius tribunus plebis, ita excepisse fertur. Si priuati, inquit, tantum ad suadendum aut dissuadendum processissent Quirites, quia satis pro lege & contra legem abunde dictum existimabam, tacitus uestrorum suffragiorum euentum expectassem. Nunc uero quoniam grauissimus consul M. Cato, accuratissima oratione, nostram infectatus est rogationem, paucis ei respondere necesse est, etsi plura uerba in muliebri intemperie castiganda con-

Dare frenos impotenti animi mali.

Lex Oppia.

Peroratio.

sumpsisse mihi uidetur, quam in nostra rogatione dissuadenda. Sed M. Cato non solum grauis orator, uerum etiam trux interdum, etsi ingenio mitis. Etenim quod noui matronae fecisse uideri possunt, quod frequentes in causa ad se pertinente in publicum processere? Quasi nouo exemplo & non sepe alias semperque bono publico, ut ipse in suis scripsit originibus, id fieri contigerit. Siquidem muliebri coetu Sabini & Romani medio pugnae ardore arma posuerunt. Matronae Coriolanum hostem a mœnibus huius urbis amoliri potuerunt. Matronae autem Senonico bello in publicum contulerunt, ut hae urbs a Gallis redimeretur. Matronae ad mare progressae matrem deum publice exceperunt. Nec quia dissimiles causae sint purgatione ulla opus est, si nihil nouo exemplo est factum, quanquam quid per deum mirari oporteat eas nunc in sua causa facere, quod olim in communi sua & uirorum fecerunt? Superbas nimis ne inhumanas dicam aures haberemus, si quum domini non fastidiant seruorum preces, nos ab honestis foeminis rogari non dignemur. Queritur consul legem aliquam abrogatum iri, uel in primis eam quae ad muliebrem luxuriam arcendam lata esset. Ego quemadmodum legum quae perpetuae libertatis causa in omne tempus late sunt nullam antiquari oportere arbitror, ita si qua minus utilis usu deprehendat, quod saepe temporum conditione euenit, aut corrigendam aut mutandam contenderim. Nam & quae pace late sunt saepius bellum abrogat, & contra quae in bello pax inutiliores reddit, ut in nauis gubernada, alia secundanda, alia aduersa tempestate ului sunt. I. ex haec a uigesimo hinc anno lata est, sine qua quum matronale decus huic ciuitati per tot annos & aetates inoffensum manserit, uerendum est ne nunc subblata lege a nobis, in officio contineri non possit. Nec ipse legis ferendae luxuria in causa fuit, sed temporum difficultas. Hannibal in Italia erat, ciuitas pluribus cladibus affecta. Magna pars Italiae a nobis alienata. An tali tempore matronae in cultu & ornatu occupatae erant, ut Oppia lege optis fuerit, praesertim cum Cerenis anniuersarium sit intermissum, matronis publicam & priuatam cladem lugentibus, aut potius inopia & publica calamitas, ut id fieret, perluat? Quod si omnia quae tunc necessitas reipublicae expressit, nullo pacto mutanda sunt, cur priuatis pecuniae restituitur? cur serui ad militiam emi deserunt? cur non singuli damus remiges sicut tunc dedimus? omnes ciuitatis ordines mutationem reipublicae in melius senserint, ad uxores tantum nostras tranquilli huius status nullus perueniet fructus? uir in ueste stragula uretur purpura, mulieribus purpureum amiculum habere non licebit, ut equus preciosus insternatur, quam uxor? Quid quod purpura tenacior est in usu, & in auro nullum sentitur intertrimentum, & quod saepe experti sumus, praesidium est quoddam muliebris ornatus ad publicos & priuatos usus. Quod autem ad aemulationem atinet, non uideo quae maior doloris causa omnibus esse possit, quam ipe stare sociorum Latinonominis matronas auro & purpura fulgetes curru per urbem uehi, ipsas sine cultu, sine ornatu pedibus sequi, raquam in illarum urbibus sit imperium. Posset id uirorum animos perstringere, non modo mulierum, quae paruis etiam mouentur. Adde quod non magistratus, non spolia, non triumphu huic sexui contingere possunt, munditiae ornatus & cultus propria & perpetua foeminarum insignia. His illae gaudent & gloriantur. Hunc muliebrem mundum maiores nostri non sine causa dixerunt. Quid aliud in lectu, quam purpuram & aurum deponunt? quid quum eluxerunt in supplicationibus deorum aut gratulationibus praeter haec eadem sumunt? Nec illud uerendum est quoties libuerit ne inhibere non possitis, quae hodie lex Oppia, uelut non omni tempore

Munditiae foeminarum insignia.

uxores in manu uestra futuræ sint. Patiendum huic infirmitati est. Quirites, quodcunque statuedum putatis. Quo enim plus potestis, eo moderatius in illas uos decet uti imperio. His utrinque dictis omnes ad unam tribus legem abrogarunt. Et Marcus Cato secundum eam abrogationem, cum quinque & uiginti longis nauibus, in Hispaniâ profectus ad Emporia primo delatus est. Duo erant oppida muro diuisa, unum Græci à Phocæa, ut Malsilienses oriundi habebant in mare expositum. Alterum mari auersum, quod Hispani. Coaluit res Græca intantum indigenarum uicinitate, diligenti & sylvestrem gætem ritumæ peritia, cuius Hispani accolæ expertes gaudebant Græcorum commercio, uelut uicinum haberent Emporium, etsi illi nullius supplicio causa à Græcis in oppidum admitterentur. Umbra quoque Romani nominis Græcos ab omni finitimorum iniuria incolumes præstabat, quippe qui ciuitate fuerunt postea à Romanis donati, inde & Hispani accolæ, quo contigit ut in unum corpus ciuitatis postea abierint. Hinc Cato hostium fines ingressus, omnia incendio & depopulatione complet. Cæterum sub id tempus quo Cato in prouinciam uenit, Heluius Romanus decessurus, cum sex milibus hominū quos præsidij causa ab Appio Claudio prætorce acceperat, quoad in pacatum abisset, ad Illiturgim prælio exceptus à Celtiberis duodecim milia hostiū occidit, atque Illiturgim uic cepit. Inde in Catonis castra trāgressus præsidium in ulteriorem Hispaniam remisit. Ea uictoria in causa fuit, ut Romam reuersus minorem triumphum, quam ouationem uocant, egerit. Minutius quoque per id tēpus de Hispaniis triumphauit. Sed Heluius tandiu morbo implicatus fuit, ut non multo prius prouincia decesserit, quam Minutius illi successerat. Fecerat Cato nō procul ab hostibus castra, & iā prælium imminere, quum Ilergetum legati subsidium petitur uenere, affirmantes nisi rebus suis mature subueniretur, futurū, ut breui ab hoste aut ui aut uoluntate subigerentur. Cato & socijs consilium uolebat, & copias sub pugne tempus haud minui oportere censebat. Ut igitur in toleranda obsidione durarent socij, illis spectantibus tertiam copiarum partem in naues imposuit, legatis inde abeuntibus mandat, ut suis subsidium affuturum nunciarent. Cæterum illis à se dimissis, milites ex nauib⁹ ad signa reuocat, omni cura cogitationeque conuersa in id bellum quod in proximo hærebat. Paucis inde diebus suos hortatus ad hostiū castra ducit, quos ad pugnam extractos egregie superat, ac castris exiit. Ad sexaginta milia hostium castra Valerius Antias scripsit. Ipse Cato numerum nō posuit. Multi inde populi in fidem recepti, & cum his Emporientes Hispani, qui cum alijs defecerant. Cato secūdum eam uictoriam Taraconem progressus, quicquid gætium cis Iberum alienatum à Romanis erat in fidem recepit, armaque receptis ademit. Id adeo ægre Hispani tulerunt, ut eorum multi sibi mortem conscuerint (ferox hominum genus) nullā sine armis uitam esse rati. Magno & ipse Claudius successu in diuersa parte Hispaniæ decem milia Turdetanorum una acie confecit, etsi Turdetani omnium Hispanorum, ut Liuius scribit, imbellissimi sunt. Cepit inde Cato Segestiam urbem opulētam, multa; uel hostibus instare, atq; in maximis minimisq; reb⁹ obeundis, in nullū acerbius quàm in seipsum exercebat imperium, parsimonia, uigilijs, & labore, cum infimis militum certabat, sæpius dicere solitus non placere sibi militem, qui magis stertendo audiretur quàm hostibus inclamando, nec qui in itinere manus, in prælio pedes agitare. Et quia Turdetani prælio uicti Celtiberos mercede conduxerant, fecerantque bina castra, nec par Romanus prætor duobus hostiū exercitibus futurus uideretur, Cato per literas accessus cum legionibus eō uenit, qui postquam in con-

Oppida lex antiquatur.

Ilergetum populi strata.

Hispanorum caedes.

Catonis frugilitas.

A spectu hostium castra fecit, triplicem Celtiberis conditione proposuit; ut aut ad se transfrent, duplex stipendium accepturi, aut domum abiret publica fide accepta, nulli eorum noxæ futurum, q. cum Turdetanis militasset: aut sine utrum horum placeret, in acie de summa rei decreturi descenderent. Illi nihil horum agere, medijs inter bellum & pacē agitare, in pristina statione esse. Quod ubi Cato animaduertit, prætorce cum maxima parte copiarū relicto, ipse ne absidendo hostibus tempus tereret, cū septē cohortibus ad Iberū reuersus, Sederanos, Auxetanos, Suesetanos, & Lacetanos deuiam & syluestrem gætē recepit, capta eorum urbe munitiore loco sita. Cepit dein Vergium castrum latronum receptaculū, quos in potestate redactos extremo affectu supplicio: multitudinem sub corona uendit. Etiam pacata erat prouincia quadringentis eius terræ oppidis captis. Cato ad triumphum decessurus ex ferarijs & argētarijs uectigal instituit. Quibus locupletior prouincia facta est. Eadem æstate qua hæc in Hispania facta sunt, Valerius Flaccus alter consul cui Gallia prouincia forte euenerat, iuxta Litanam sylvam cum Boijs prospere pugnauit. Octo milia hominum eo prælio desiderata. Nec ultra quicquā dignū memoria in ea prouincia gestum. In Græcia per id tēpus Quintius pace Philippo reddita, Nabidi Lacedæmoniorū tyranno bellum intulit: qui ex Achæis Argos occupatū habebat. Omnis Græcia præter Ætolos in id bellum consensit. Castra igitur primo circa Argos Flaminius habuit, eratq; cum eo Aristenus Achæorum prætor, qui circa Cleonas cum decem milibus armorum illi se iunxerat. Pythagoras Nabidis gener uerbem Laconico obtinebat præsidio. Is sub hostiū accessum, & circa portas stationes & in muris custodias disposuit, omniaq; solerti animo prospicere ad urbē ui retinendam. Sed parū abfuit quin ab initio subita sit coniuratione oppressus: Democles nobilis adolescens cū pluribus in eum coniuuauerat, incautus tamen fidei æstimator dum studet plures sibi adiungere, coniuratio ad Pythagoram indicio est delata. Ille uero posteaquam se proditum sensit, in publicū cū paucis processit, ciues ad libertatem uocans, sed ad primum clamorem cum ijs qui eum sequebatur, est Pythagoræ iussu interfectus. Castra inde ad urbem quingetos circiter passus Quintius admoxit, spe allicuius futuri motus. Verum ubi omnia pressa tenuerit, nec quicquā ab Argiuis moueri in urbe, relictijs Argis in Nabide mouit: per Partheniū primo, mox præter Taygetum ducens, ad Caryas confedit. Huc Lacedæmoniorū exules spe patriæ recuperandæ ad Quintium uenerunt, & auxilia à Philippi rege missa, & naues undiq; multæ conuenerant. Nec tyrannus ad tantam belli molem animum remisit, urbe fossa & uallo ualide munita, omnes ciues ambiguae fidei quosdam etiam iniuria suspectos in potestatem redactos sequenti nocte in custodia necauit, quo tempore percussam ciuitatem iam inde magis magisque obnoxiam habuit. Flaminius prioribus statiuis profectus, ad Sellasiam supra Oenunta sitū castra fecit, quo in loco Antigonus rex Cleomenem primum Lacedæmoniorum tyrannum ingenti prælio uicit. A Sellasia ad urbē progressus qua Eurotas mœnia præterlabitur hostem tumultuario prælio uictum in urbem compulit. Postridie Nabidis Romanum agmen circum Mænali radices actum à tergo adortus multo maiore clade, quàm prælio affecit, sese trepide in urbem recepit. Quintius duplici pugna uictor translatis ad Amyclas castris amœnissimum agrum urbi circūiectum late populatur. Ad flumē inde Eurotam profectus, uallem Taygeto subiectam agrumq; uastat mari finitimum. L. Quintius claisis præfectus, & ipse interea in littorali ora aliquot oppida partim ui, partim uoluntaria deditio- ne tyranno adimit. Gytheum inde terra marique aliquandiu

Vectigal argenti in Hispania.

Flaminius bellum Nabidi in fuit.

Quintius Lacedæmonē per-

Nabidis uincit.

Gytheum oppidum.

Nabidis & Quintij congressus.

Quintij uerba aduersus tyrannos.

Conditiones pacis Nabidi propositæ.

Per quos pax turbetur.

Lacedæmonum.

Pythagoræ consilium.

aliquandiu oppugnatum Romanus imperator cepit. Ea demum clades (erat enim Gytheum omnium maritimarum urbium caput) feroces tyranni spiritus fregit, qui fortunæ cedendum ratus, Caduceatorem ad Quintiū in castra misit, ut ad se legatos mitti pateretur, quo impetrato Pythagoras qui nuper ex Argis cum duobus milibus Argiuorum Lacedæmone uenerat, ad Quintium in castra est missus. Is petijt ut Nabidi liceret cū ipso Imperatore loqui. Id quoque illi permissum. Tum ibi prior Nabidis uelut ignarus, qua causa bellum sibi Rom. Pop. in dixisset, colloquium petijisse dicitur, ut prorsquam periret sciret cur sibi perendum esset. Inde multum de Romanorum iniuria questus, quod se quem socium & regem appellasset, cuius auxilij aduersus Philippū usi essent, hostiliter petijissent, præsertim cū nihil ex fœdere quod secum Quintius sanxisset, esset ad id tempus uiolatum. Mirari se Ro. qui fœdera præter cæteras gentes coleret, ac sociale nomen sanctū & inuolatum haberent, Punica perfidia secum agere. Certo scire nihil à se dictum aut factum cur Romanos inita secum amicitia pœniteret. Hec Nabide locutum ita Flaminius excepit, ut ostēderet quædam eum cōtra fœdus & pactam societate fecisse. Stultè præterea Romanos agere uideri potuisse, quum liberandæ Græciæ titulo graue bellum procul domo tanto periculo & labore tot annos gessissent, Argos & Lacedæmonē duo quædā Græciæ lumina, tyrannolananda relinquerent. Postremo monuit ne frustra fidē & societatis iura iactaret, quin omni populari oratione omissa ut tyrannus loqueretur, cui natura repugnante nulla fidelis cū libero populo societas & amicitia esse potest. Nabidis ferocissimo Quintij responso adhuc magis territus, ecquæ cōditiones pacis sibi dicerentur requisit. Aliquantulū inter socios est dubitatum, bellū ne solui deberet (nā ipse Argis sponte præsidium deducebat) an tollendus ē medio esset tyrannus, quo incolumi nūquam status Græciæ uideretur quieturus. Demū Quintio ad pacē declinante, quum propter bellū quod ab Anticho instabat, tum quia uerebatur, ne noui consules Græciam sortirentur, his conditionibus pax Nabidi proposita est, ut intra decē dies præsidium Argis deduceret, ut Argiuis mancipia adempta redderet, naues restitueret quas uicinis ciuitatib⁹ abstulisset, ipse præter duos lembos nauem nullā haberet, perfugas & captiuos Ro. & socijs remitteret, Messenijs omnia quæ extarent dominiq; agnosceret reddenda curaret. Exulibus Lacedæmonijs filios relaxaret, urbes quas in Creta haberet dimitteret, nec in ea insula uellam habere posset amplius ciuitatem. Ciuitates que in fidem Po. Ro. uenissent ne bello infestaret. Ne castellū aut oppidum uspiam cōderet. Quinq; obsides daret quos Romanus imperator uellet. Centum argenti talenta in præsentia penderet. His Nabidis conditionibus erat sibi pacem redempturus. Cæterum serui qui exulū uxores matrimonio sibi deuinxerant, quiq; Argiuis restituendi erant, transfuge & alij quorum intererat bellum manere, tum multo uo discursu clamoreq; significabant derestabilem eam pacem esse, omnia se prius laturos quàm bellū eiusmodi conditionibus solui. His uocibus consensuq; suorum fretus, Nabidis repudiatis conditionibus in bello perseuerauit. Aliquot itaq; prælia sunt postea circa urbem gesta eaq; Romanis prospera, adeo ut quidam fugientibus mixti in urbem irruerint. Flaminius urbis situm contemplatur corona oppidū cinxit. Habebat enim sub signis cum appendicibus sociorum quinquaginta armatorum milia. Fuit Lacedæmon olim sine mœnibus. Tyranni per plana loca murum duxerant. Eminentiores partes Nabidis præsidij firmauerat. Fuit ab initio cruentum certamen, cæterum Romanis in urbem euadentibus certa erat Lacedæmon, nisi Pythagoras, Nabidis gener ædifi-

cia muro proxima incendi imperasset. Ea res in causa fuit, ut flamma subito emicant, qui urbi imminabant incendij metu sint à mœnibus repulsi, fugiebantque ex urbe ad signa qui iam in angiportis pugnant, ne gliscente flamma à suis excluderentur. Imminebat nihilo secius tyranno Quintius, & iam triduo cum prælio fatigabat, quum Nabidis in preces uersus per Pythagoram iterum in castra missum ijs legibus quas Romanus imperator dixerat pacem petrauit. Quia uix bene firmata nuncijs ex Argis superuenit, Argiuos pulso tyranni præsidio sese in libertatem afferuisse. Auctores quidam non ex oppido Nabim bellasse prodiderunt, sed castra castris cōtulisse esseque acie certatum, ingentiq; prælio uictum, quindecim milibus hominū amissis, & quatuor captis, quibus potuit conditionibus pacē complexum. Eodem tempore à Quintio literæ de rebus in Græcia gestis, & à Marco Porcio Catone ex Hispania Romam allatæ, ingenti læticia ciuitatem affecerunt, in triduumq; utriusque nomine circa deū aras supplicatum. Creati inde consules, P. Cornelius Scipio Africanus, & T. Sempronius Longus, quorum patres primo anno secundi belli Punici unā consules fuerant. His Italia ambobus est decreta, etsi Scipio Macedoniam maluisset, iam enim Antiochus in Europam transcendisse dicebatur, incertum quo consilio, eratque constans fama ab Hannibale & Ætolis ad Romanorum bellum regem cōcitari. Cæterum non modo ob eam rem, non nouus aliquis exercitus in Græciam missus est, sed qui ibi erat in Italiam deportari placuit. Ver sacrum eo anno factum ex omni pecore, quod esset à Calendis Martijs ad Maias idus natum. Et Scipio qui consul erat, ab Ælio Pæto, & C. Cornelio censoribus princeps senatus est lectus. Iidem censores loca senatoria à populo secrete, quum prius promiscue spectare consueissent. Hoc anno Quintus Pleminius est in uinculis necatus, ut quidam scribunt, qui ad id tempus in custodia habitus, ut carcerem commodius refringeret, quibusdam auctor fuerat, ut noctu urbem pluribus locis incenderet. Colonia ductæ Puteolos Vulturum & Linternum Temsam & Crotonem. In Romano foro & in Capitolio sanguinis guttæ uisæ sunt, & in terra aliquoties pluit, & inter annelac fluuisse dicebatur, quæ oculorum ludibria de more sunt Romæ procurata, additumque notuiale sacrum, quod Adriani nunciarent in agro suo lapidibus pluisse. L. Valerius superioris anni consul cum Insubribus & Boijs circa Mediolanum cōgressus, decē milia hominum cecidit: & Cato per eodē dies de Hispaniis triumphauit. Nec ita multo post T. Sempronius consul in Boios profectus, ubi hostes in armis esse sensit, paratosque acie confingere, ad cōlegam nuncium misit, ut si commodo reipublicæ fieri possit ad se ueniret, ut iunctis copijs cum hoste numero abundante ex æquo dimicaret: ipse interim de industria tempus trahere: quare animaduersa Galli metu id accidere rati, subito Romana castra inuadunt, prælioque haud uno loco inito p. Quæstoriam portam ingressi, L. Posthumiū cognomento Typanum, cum duobus præfectis sociū interficiunt. Eodē extra uallum reiectos, Romanis duab⁹ principalibus portis egressi, post longū certamen cum strage multa loco submouent fundantq;: cæsa sunt eo die duodecim milia Boiorum. Nec Romanis fuit uictoria incruenta, quinque milibus desideratis. Et hæc eo anno sunt in Gallia gesta. Quintius qui Elatiæ hybernauerat, iussus in Italiā exercitum deportare, publico Græciæ ciuitatibus conuentu Corinthum indistincto commemorata Romanorum beneficentia in socios, Nequid sit, inquit, quod de Po. Ro. in uos animo dubitetis, in Italiā abiit, Chalcedem Demetriadē & Corinthum præsidijs inde deductis in libertatem restituit: quod

Pax abidi datur.

Consules.

Prodigia.

Gallorum caedes.

Quintius Græciæ libertatem restituit.

Ætoli nunquam futurum prædicabāt, eoque adhuc loquente, qui Corinthi in præsidio erāt motis signis urbe excedere cœperunt. Plutarchus in Istmico cōuentu præconis uoce libertatē Græcis omnibus restitutam scribit, ad quam insperatam uocem tantus sit fauentium clamor secutus, ut corui tum fortē superuolantes in medium confessum cōciderint. Dubium, concisus aer sit in causa, an quum permagna uox editur, ille ui diuinctus nullā uolantibus relinquat firmitatem: qui quoniā lubricus fiat, aues quū uelut ad inane peruenerint ad terrā dilabuntur, quā iam in aere uelut in aquis uortex quidam esse potest, cuius uolēto impetu circūactæ uolucres ad terram deprimantur: nec absurdum sit credere clamoris icū tanquam sagitta quadam cōsociatas ad terram defluere uolucres. Sed quo quo modo id fiat, satis cōstat & tunc quidem & nonnunquam aliās ob multiplicem clamorē talia accidisse. Populi quibus nominatim restituta est libertas, fuere Corinthij, Locri, Phocenses, Euboici, Achæi, Phthiæ, Magnesij, Thessali, & Perrhebi. Quintius nisi se gratulātū multitudini subtraxisset, tot milium hominum affluxu uitæ periculum adiūct. Romam inde reuersus clarum de Macedonia egit triumphum, cui præcipuo officio fuit ornamento, quōd mille ferme & ducenti Romani ciues qui secundo bello Punico capti, diuersā: forte in eam terram deportati ad id tempus in prouincia seruitutem seruauerant, in Flaminij gratiam ab Achæis sunt redempti. Hi triumphali pompæ haud uulgarem præbuerunt specie, raris capitibus Quintij curam secuti. Prælatæ ad hæc cassides, Macedonicæ Peltæ, Sarissæ, defæcati auri pōdo tria milia septingenta tredecim, argenti quadraginta tria milia, ducata septuaginta. Aureos Philippeos, xiiij. milia, d. xiiij. Hæc Plutarchus. Liuius ait triduo triumphatum, ac multo plura in triumpho lata, & in his decem argenteos clypeos, & unum in solido auro, mille salenta quæ Philippus debebat, Quintij autoritate Populus Romanus remisit, societatemque cum ipso rege iunxit. Hoc anno aliquot ædes dedicatæ sunt Romæ, Iunonis Matutæ in foro olitorio. In Quirinali, Fortunæ Primigeniæ, Iouis in insula Tyberina: & ex multatitia pecunia Fauni. Consules habuit sequēs annus Lælium Cornelium Merulam, & Quintum Minutium Thermum. Hoc quoque anno Romanis ludis senatus à populo seorsum spectauit, fuitque hic annus octauus ac quinquagesimus Romanæ urbis supra quingētesimum quum ad id tempus Populus Romanus promiscuè ludos spectasset. Crebro eo anno terra in urbe, & circa urbem mota est. Consules partiti inter se prouincias, Cornelius Galliam, Ligures Minutius fortitus est. Etiam uiginti milia Ligurum in Lunensem agrum irrupisse rumor erat, & altera manus haud multo minor circa Padū Romanas colonias infestare nunciabatur. Consulibus eo tumultu urbe excitis, decreto patrum permissum est, ut eos qui scripti fuerant in urbe, & ex agris quos uellent ad id bellum euocarent. Romæ interim cæterarum gentium legati in curiam sunt benigne appellati. Antiochi legatio ad Quintium, & uiginti legatos qui cum eo in Græcia fuerant, uelut multo alijs perplexior reiecta est, ut ille ex dignitate Populi Romani regis postulatis responderet. Ibi Menippo legationis eius principe negante se uidere quid regia legatio perplexi in se haberet, quando tria essent iungendorum fœderum genera. Vnum quum inter uictorem & uictum fœdus feriretur, ubi qui uicissent uictis leges darent. Alterum quo pares bello populi regesque in fœdus coirent, quum res æquo iure & ex cōmodo utriusque partis componi soleant: effectusque tertium genus quo cum ij qui nūquam hostes fuerint, ad amicitiam sociali genere iungendam coeant, ac tum alteram partium, neque dare leges neque accipere.

Animum casus.

Macedonicum triumphum.

Templa.

Consules.

Triplex fœderum ratio.

Cuius generis Antiochus rex esset, qui nūquam hostis & aliquando amicus in fœdus Populi Romani cuperet acribi. Tum Quintius, Quando, inquit, Menippe de amicitia iure disputare libet, alia duo genera adiiciam, extra quæ nulla regis amicitia cū Populo Romano esse possit, ut aut Antiochus tota Europa abstineat, aut liceat Romanis Græcas colonias, quæ in Asia sunt, in libertatem uindicare, quæ non idcirco in eam terram fuerunt ab initio missæ, ut regum libidinibus seruirent. Quum Menippus negaret se eorum quicquam in mandatis habere, de ijs quæ ad eius regnum attinerent, ut conditio ulla finium moueretur, præsertim quum quæ Antiochus in ora Hellespōti possideret, iam inde à Seleuci prouai temporibus, qui urbes ipsas Lisy macho sublato iure belli suas fecisset, auus tenere perseverasset: ille patri suo, pater sibi per manus tradidisset, uix obtinere potuerunt legati, ut de ea re nihil Romani & socij decernerent, quoad legatio esset Antiocho renuntiata, ut tempus regi daretur ad deliberandum, quid eum facere oporteret. Erant iam Romani ad Antiochum missuri, quum legati ex Carthagine nunciarent regem ipsum Hannibalis impulsu bellū cōparare. Deposcebat sibi Hannibal centū naues, sexdecim milia peditum, & mille equites, quibus cum iterum Italiam inuaderet, cætera Italiam ipsam daturam pollicebatur: fore adhæc, ut per homines suæ factionis Carthaginenses à Romano sub primos belli motus deficerent. His quum facile Antiochus accessisset, misit Hannibal in Aphricam Aristonem quendam Tyrium, sed Ephesiu natum cuius opera fuerat Pœnus in rebus haud quidē leuibus sæpe usus. Is notis quibusdam instructus, ut sua mandata agnoscerentur, Barchinæ factionis uiros nominatim est cōuenire iussus, ac cum his occulte agere de Romana pace quoquo modo turbanda. Eratis non nihil Carthagini uersatus, quum hominibus diuersæ factionis ipsius mora suspecta esse cepit, res primo inter paucos, mox in curia iactata, multiq; aperte prædicare statum ciuitatis Romanæque pacem ab Hannibale sollicitari. Nec multū eius exilio profectū, si abiens per internūcius faceret, quod præiens facturus esset. Aristonē Tyriū ab eo & Antiocho missum, obseruatumq; plures dies apud homines Barchinæ factionis, habendum eum in custodia, quæstione extorquendum ad quid uenerit: Satis pro te meritate unius suppliciorū publice & priuatum esse expensum. Iam inde ciues suo periculo peccaturos, rempub. non modo, extra noxam, sed ab omni noxæ suspitione seruadā, quōd nisi ille in curiam acersit diceret causam sui accessus, iniectis uinculis Romam esse deportandum. Fuissent illi in senatum uocato, ac parum expediendi ad quid uenisset, continuo catenæ iniectæ, nisi ab hominibus Barchinæ reclamatum esset, rem indignam fieri, parumque utili exēplo, hospites nullo iudicio in crimen deuocari: dilataq; in sequentem diē disceptatione, Ariston tabella sub noctem in publico suspēsa, qua significabat se ad neminem priuatum, sed ad senatū ab Hannibale mandata habuisse, tertia uigilia noctis nauim ingressus in altum abiit, quæ res nouè inter ordines discordiæ fuit causa. Eam occasionem Masinissa rex secutus Carthaginiesem est agrum populatus, & ad stipendium sibi pendendum aliquot illorum urbes metu adegit. Cæterum ubi legatos Romam missos audiuit, qui non solum recenti crimine ciuitatis purgarent, sed ut de ipsius quoque regis iniuria quereretur, misit qui cū Carthaginiesibus in curia de iure agri disceptaret. Nec ita multo post tres legati ab Roma in Aphricam sunt missi, & in his Scipio Aphricanus qui quum uelut in rem præsentem uenissent, dubiū, sua sponte, an ita fuerit illis mandatum, integrum certamen (quod satis cōstat) reliquere. In Hispania per id tēpus P. Cornelius Scipio Cna. i filius, præter alia

Hannibal pacem turbat.

Aristonis uis framentum.

Tres legati in Aphricam mittuntur.

alia nō pauca secunda prælia, quæ in hostes fecerat, Lufitanos peruastata citiore Hispania, ac præda graues haud procul illa urbe a dorsus, ingenti prælio uictos fudit ac fugauit, duodecim milibus ex eorū exercitu cæsis, militariibus signis centum quinquaginta quatuor captis. Sextus Digiuius non ita prospere in ulteriore Hispania rempub. administrauit. Etenim post Catonis digressum, noua passim bella citra ultraque Iberum exarserant. Pluribus itaque prælijs ita Digiuius copias minuerat, ut uix dimidium exercitus Caio Flaminio tradiderit. Gliscebant interim Ligusticum bellum xl. milibus hostium Pisas circūsedentibus, eo Minutius ex Areio occurrit, urbemque ingressus postridie mille passus ab hoste castra fecit, uerum nouo militi distulit ad prælium exire non est ausus. Ligures suo numero freti, uallū succedentes sæpius pugnandi copiam fecere. Con federat itaque circa Pisas aliquandiu bellum, quum alter consul Cornelius Boicum agrum populatus, quum Mutinam duceret, Boiorum exercitus, qui in fidiandi consilio loca, quibus consul ducturus erat, infederat, obuiam occurrit: estque ibi aliquot horas ferociter pugnatum, ad postremum Galli estu & labore fessi, targa uertunt, passimque metu & pauore dispersati cæduntur: xiiij. milia partim in prælio, partim in fuga mortem occubere, mille & nonaginta duo capti, & cum his signa militaria cc. Ex Romano exercitu quinque milia desiderata. Romæ interea feneratoris nominibus ciuium, cum quibus fœnus facere non licebat, in socios transcriptis, fraudem legi fecerant: decretum proinde est, ut secundum debitores ius diceretur in ea summa quæ post legem de ea re latam credita esset. In Hispania nihil memoria dignum hoc anno gestum, nisi quod C. Flaminius Illiciam urbem in Oretanis expugnauit, & aliquot leuia prælia gessit aduersus latrones magis quam hostes: & M. Fuluius apud Tolerum cum Vacceis acie conflixit, quibus egregie uictis, eorum regem Hiernum uinum cepit. Censui Romæ perfectus, censaque sunt ciuium capita centum quadraginta tria milia cccij. Tyberis loca plana urbis inundauit. Aricia, Lanuuij & in Auentino lapidibus pluit. Ædiculam uictoriæ uirginis prope maiorem ædem uictoriæ M. Cato qui uouerat dedicauit, & in castrum Ferentinum colonia est deducta. Consules sub id tempus creati, Gn. Domitius Ænobarbus, & L. Quintius Titi Quintij frater, qui ex eodem loco perierat, quo P. Cornelius Scipio Aphricani patruelis frater, adeo plus recēs Quintij gloria fratri apud populū quam Aphricani suo candidato profuit. Sed quo maior erat Scipionis gloria, eo ppior inuidiæ. Adde quod iam decimum annum Scipio in oculis ciuitatis fuerat uersatus, quæ res minus uerendos magnos homines longa fatierate facit. Multi pecuniarum anno ad Ædilibus damnati, ex multatitiaque pecunia clypea inaurata sunt in fastigio Capitolij posita, & extra portam Trigeminam porticus una excitata, altera à porta Fontinali ad Martis aram. In Liguribus per eos dies consulis castra sunt ab hostibus oppugnata, ac uix retenta. Nec multi deinceps dies intercessere, quum consul motis castris in hostium castra, medijs angustijs à fronte & à tergo Ligures esse sensit. Caudinæ cladis species admota erat militum oculis, quum periculum extremo auxilio est discussum. Erat in castris Numidarum equitū ala, huius præfectus permissus & horretus consulis, hostium stationes sine tumultu adequitauit. Erant interim spectantibus Numidæ ludibrio, equi hominesque pauxilli & graciles, discinctus & inermis eques, nihil præter iacula habens, equi infrenes, deformes, rigida ceruice, & capite in cursu extento. Vbi uero hi ad iactum teli propinqui hostibus fuere, nunc procursum simulantes, nunc recursum, paulatim sese infinuarunt. Postremo concitatis uno tem-

Gallorum cædes.

Prodigia.

Consules.

Martis ara.

pore equis clamoreque sublato, per medias hostium stationes, trepidatibus magis Liguribus quam tela expedientibus, in apertum euaserunt. Ipsi passim in hostico incensis uillis omnia igni & rapina cedentes, hostem ad sua tuenda ex præsidio contraxerunt, atque ita consul obsidione liberatus, in aper- tum copias eduxit. Cæterum neque Ligures, neque Hispani, ea tempestate magis erant Romano nomi- ni infesti quam Ætoli. Hi ad Nabidem mittunt, & ad Philippum & Antiochum reges, qui illos focie- tate secum iuncta, ad Romanum bellū concitarent. Nabis (nam alij nihil temere mouerunt) omnia cir- ca Achaia & loca maritima per se turbare adortus est. Iam Gytheum aperte oppugnabat, estque ad Achæis interim Romanæ pacis per legatos admoni- tus. Missi sunt & ab eadem gente legati Romā, qui tyranni motum nunciarent. Venerat per id tēpus Antiochus Ephesum Pifidas oppugnaturus, quo Lu- lius à Po. Ro. missus uenit. Sulpitius eius collega æ- grotus Pergami subfederat, Iulius sæpe cum Hianni- bale congressus, eum Antiocho suspectiorem reddi- dit. Claudius Quadrigarius annalium scriptor, Acilianos libros, ut Liuius ait, secutus, Scipionem in ea legione fuisse tradidit, in qua opinione & Plutar- chus quoque fuisse mihi uideretur, ibique duces ipsos in colloquium uenisse, rogatumque Hannibalem à Scipione, eorum omnium imperatorum maximū fuisse arbitratum, prælarum ab eo cæteris ducibus Alexandrum Macedonem, qui cum modicis copijs im- menses uicisset exercitus. Mox Pyrrhum regem secundo loco nominatum, quod optime omnium castra fuisset metatus. Rogatus quem tertium existimaret, seipsum respōdit. Tum Scipio: Quid si me uicisses Hannibal? prætulisset me inquit, omnibus. Quibus uerbis lætatus Scipio, ita sit hostis respon- sum interpretatus, tanquam tacita eius confessio- ne ipse omnium præstantissimus iudicatus esset. Alij, ut dixi, Iulium duntaxat cum Pœno cōgressum autores sunt, qui ex Epheso Apameā ubi Antiochus erat profectus, eandem cum rege disceptationē ha- buit, quæ à Quintio fuerat Romæ cum regis lega- tis mota. Tenebat adhuc ea discussio, quum inter- rim afferretur Antiochi filium Seleucum maiorem na- tu, uita decessisse, quo nuncio regia luctu occupata, Iulius Pergamum concessit. Vnde paulo post ipse & Sulpitius, iam enim à morbo conualuerat, ad regem reuocati, cum Minione uno ex regis pur- puratis & ipsi & sociorum legati, non nihil per ir- ritas altercationes disceptarunt. Rex enim inter- esse noluit, ad ultimum nulla re imperata, lega- ti dimissi sunt, post quorum discessum rex de bel- lo in Romanos decernendo suos consulit. Hic alijs alia magis in regis gratiam, quam in rem decer- nentibus, Hannibal consilio non fuerat adhibitus, iam regi suspectior factus, quia cum legatis Roma- norum esset sæpius congressus. Tum ille purga- tione opus esse ratus, ita demum est regem allo- cutus. Quum puer admodum, inquit, adhuc essem rex maxime, pater meus Hamilchar, me puerum aris, ad quas sacrificabat, admotum iurare coëgit, ut nunquam Populo Romano amicus essem. Hoc quoque sacramento annos sex & triginta milita- ui. Hoc me quum pacate alioqui agere possem, pa- tria expulit. Hoc me extorrem in tuam regiam ad- duxit. Hoc duce si tu spem meam destitueris, ubi- cunq; uires, ubicunq; arma esse sciam, ire contendā omnibus terris hostem Pop. Rom. quæsturus. Ita- que si quis tuorum me criminando cupit tecū gra- tiam inire, aliunde sibi querat materiam. De meo in Romanos odio, pater Hamilchar, & dii per quo- rum aras iurauit, sunt mihi testes. Si proinde de Ro- mano bello cogitas, inter primos Hannibalem ad- hibeto consilijs, si pacem mauis, alium cum quo id deliberes, tibi quæras oportet. Tempestius

Actolorum motus.

Scipionis & Hannibalis cōgressus.

Rex de ratione belli consultat. Verba Hamilcharis ad Antiochum.

hic sermo non mouit solum regem, sed reconciliauit etiam Hannibali. Atque ita ex concilio est discessum, ut bellum gereretur. Romae interea alteri consulum Italia prouincia decreta est. Alteri datum ut siquid ab Antiocho, aut aliunde moueretur, cum no uis legionibus & auxilijs eo proficisceretur, quo ne cessitas uocaret: seorsum classis & terrestris exercitus aduersus Nabim decretus. Eratque erecta ciuitas in destinati belli magis quam indicti expectationem, praestolabaturque in horam legatorum ab Antiocho reditum, quum foeda prodigia pluribus locis nunciata, non parum formidinis ciuibus attulerunt. Capra in Piceno sex hoesos uno foetu enixa fe rebatur. Et Aretij puer unimanus natus. Amiterni terra pluerat, & quod maxime religionem inculsit, bos locuta est. Caue tibi Roma. Caetera prodigia curata, bos aruspiciu iussu seruata est. Tyberis infestiore quam unquam fuerat inundatione, duos potes & multa circa Flumentanam portam aedificia distulcit. Et saxum e Capitolio in Iugarium uicium cum multorum pernicie procidit, dubium imbribus, an tacito motu terrae Tarpeia rupe auulsim. Per eos dies Q. Minutius in Pisano agro cum Liguribus dimicauit, ceciditque nouem milia hostium, caetera multitudo trepide intra uallam reiecta est, qua clade Ligures fracti, proxima nocte silenti agmine in pacatu concesserunt. Nec Romanus uictor quicquam laxo mentu dedit hosti, Ligurique fines ingressus, late uicos & uillas incendio uastauit. Legati ab Antiocho reuerfi, nihil quod maturam belli causam haberet attulerunt. Proinde Atilius tantum cum classe in Graeciam aduersus Nabidem est missus. In Italia Boiorum & Ligurum fines a duobus Romanis exercitibus sunt uastari. Hoc anno C. Flaminius in Hispania Lusitani oppidum opulentum expugnauit, & M. Fuluius praetor, duobus fecidit praesidijs cum hoste factis, Vistelia & Volone duas illustres Hispaniae urbes cepit. Mox in Oretanis Cusibi & Nobilia portus est. Ad Tagum amnem dein processit, Toletum paruum tunc urbem, caeterum munitissimam, oppugnare est adortus. Huc magnus Veetonum exercitus breui affuit Toletanis luppitias laturus. His praesidio fuis, Fuluius oppidum expugnauit. Et is tunc erat Hispaniarum status, quum Artalus Eumenis regis frater Romanum uenit, qui Pergami regnum obtinebat. Artalus pater non multo postquam Philippus uictus est ad Canis capita, uita decesserat: ex hoc patres cognouerunt Antiochum Hellepontu traiecit, & Aetolos summo studio bellum comparare. Eumeni absenti, & praesenti Artalo gratiae publice actae sunt. Aedes liberae & Laetiae decretae, addita & his munera. Senatus his nuncijs commotus, primum omnium consensit, ut consularia comitia haberentur, quibus creati sunt consules, P. Cornelius Scipio, qui priore anno repulsam habuerat, ut dilatus honor tali uiro, non negatus uideretur: & M. Atrilius Glabrio. Et iam sedulo omnia Romae ad bellum parabantur, quum Achaei, qui nihil ad id tempus mouerant expectato senatusconsulto, bellum aduersus Onabim decernunt, qui iam dudum Gytheum summa ope oppugnabat. Erat eorum praetor Philopemenes, qui Graecos omnes eo tempore prudentia & autoritate anteibat. Fuit is omnium illustrum ducum, quos Graecia habuit, nouissimus, maiore prudentia quam forma praeditus. Proditum memorie est, quum Megaris eius aduentus expectaretur, parareturque conuiuium apud hospitem, ad quem diuersaturus erat, magno studio, illeque interim tenui ueste hospitalem domum ingressus, creditus a matrefamilias seruorum unus, qui ab ipso duce praemissus esset, iussus est ab ipsa ligna scindere, quod quum ille sedulo faceret, superuenit interim hospes, qui tum forte ex foro domum redibat. Is Philopemenem operante intuitus, indignitate rei como

Prodigia.

Res in Hispania gestae.

Consules.

Philopemenis facinus.

rus, quid hoc est, inquit, Philopemenes? cui ille, ex pendo, inquit, penas meae deformitatis. In hunc quoque Flaminius aliquando cauillatus, pulchras dixit Philopemenes habet manus, & pulchra crura, at uetere non habet, qui etsi reuera circa medium ualde remacruerat corpus, inopiam tamen in eo Romanus imperator suggillabat. Habebat ille pedites optimos & equites, pecuniarum tamen indigus. Haud igitur multo postquam dux creatus est, homo terrestribus prelijs magis quam maritimis asluetus, a Nabidis classe, quae circa Gytheum stationem habebat, nauali praesidio uictus, uix piscatoria est scapha seruatus fecitque id hostibus breue gaudium, quos ad Pleias statura habentes (imminet is locus Leucis, quem tyrannus post naualem uictoriam, una cum Gytheo oppugnabat) noctu adortus, castris ex improuiso incensis, & flamma & ferro haud mediocrem hostium partem deleuit, plurimi tamen in maiora castra refugerunt. Inde Philopemenes Tripolim Laconici agri partem populatus, prius praedam ingentem ex hostico abduxit, quam ex Gytheo tyrannus suis opem tulerit. Per haec Achaeorum animis a naturalis pugnae ignominia restitutis, Philopemenes cum ualido exercitu Lacedaemonem petijt, ita fore ratus, ut Nabid uel inuirus Gytheum obsidione solueret. Castra ad Barbothenem montem primo fecit x. milia passuum a Lacedaemone. Caeterum tyrannus Gytheo recepto cum omnibus copijs suis auxilio affuit. Nec longior intercessit mora, contracto circa riuum unde utriusque aquabantur praesidio: Onabini in insidias praecipitati, facta fuga ac caede in castra coniecti sunt. Erat Philopemenes non tantum longa militiae experientia rei bellicae peritus, sed in pace assidua animi meditatione sua sponte excitatus, praeparabatque se ad subitos armorum casus. Inter ambulandum saltus, ualles, locorum anfractus, explorabundus considerare. Quare etiam nonnunquam a comitibus, si qua hostes ex improuiso apparuissent, quo illis consilio esset occurrendum, qua acie, quibus insidijs. Per quae consecutus erat, ut nemo ea tempestate in instruenda acie peritor haberetur, quo loco metanda castra, qua figura, quibus munimentis, quae aquandi pabulandi que ratio, quod mouentibus castra maxime tutum iter, qua forma agmen agendum. Atque talis ille erat. Nabid ueritus ne reditus sibi ad urbem intercluderetur, poststridie statione ante uallum relicta, instructa acie uelut ad pugnam egressus, repente conuersis signis, citato agmine ad urbem ducit. Qua re animaduersa Philopemenes, direptis hostium castris abeunte euestigio sequitur, mox uero extremum agmen adeptus, iniecto praesidio ita perculit, ut continuo abiectis armis alij aliud turpiter sint dilapsi. Caedes passim edita. Tyrannus cum paucis ad urbem celeri cursu penetravit. Reliquos qui syluis & saltibus euagati per diem, ueluti iam defuncti periculo ad alta nocte se in urbe recipiebant, Philopemenes obiecto qua uenturi putabant equitatu, insidijs exceptos miserabili caede cofecit. Vix quarta pars ex opulento nuper exercitu incolu mis euasit. Plures inde dies consumpti in Laconico agro ferro & igni uastato. Hisque prospere gestis Philopemenes exercitum in Achaiam reduxit. Circuibat interea legati ab Roma missi Graeciae ciuitates, ut bellum secum in Antiochu compararent. Aetoliam aperte ad defectionem spectabant, sed ab Atheniensium legatis monebant, nequid temere mouerent. Consilia callida & audacia prima specie lecta uideri, tractu dura, euentu tristia esse. Dum integra adhuc essent omnia uerbis potius de ijs quae ambigerent, disceptarent, quae Asiam & Europam funesto bello implicarent, Quintius & caeteros legatos in Panætolicum auidios censuerunt. Sed tantum abfuit ut grauisima uiri autoritas eam gentem in officio retinerent, quod eonondum digressio, decretum tulerint de Antiocho ad liberan-

Deformitas & iocus Philopemenis.

Philopemenis meditatio.

Nabidis clades

Aetolorum defectio a Romanis.

berandam Graeciam accersendo, minatusque sit Aetolorum praetor Democritus, fore, ut breui super ripam Tyberis Aetoli castra ponerent. Atque secundum id decretum ut ab aliquo magno Graeciae motu bellum inchoarent, Demetriadem fraude occupant: dein auxilijs praetextu aduersus Achaeos exhibendi, Nabide fraude interfecto, Lacedaemonem occupare sunt conati. Alexamenus praesidij praefectus, qui tyrannum interfecit, quia regia occupata, sibi & Aetolis non Spartanis eam caedem perpetrata uelle creditus est, multitudinis incursum & ipse poststridie interficitur. Aetoli qui cum eo in auxilium uenerant, circa Chalcioecum (erat id aereum Minerae templum) ad unum pene trucidati sunt. Lacedaemon tyrannide liberata haud multo post Aetolorum societati per Philopemenem est adiuncta. Terarum Aetoli & Chalcidem per exules suis uiribus iungere, quod ut commodius fieret, Thoas ipse gentis praetor, ad Euripum usque, cum magna suorum popularium manu processit. Sed spe subita rei agenda Aetolis deceptis, infecta re domum sunt reuerfi. Eratque per haec status Graeciae non mediocriter turbatus, quum consules (nam eorum annus, licet nouis consulibus creatis, nondum exierat) Gn. Domitius, quia nihil a principio anni fuerat ab Antiocho motum, aduersus Boios profectus, eam gentem sine aliquo maiore negotio subegit: Quintius eius collega, fines eius gentis diuersa parte populatus, ingentem ex hostico praedam abduxit, multique Romani nominis sunt inter captiuos recepti. Hoc anno Vibonem colonia deducta est. Brutiorum is ager fuerat. Brutij Graecis ademerant. Romae dies duodequadraginta mota est terra, & ob eam rem ciuitas totidem per metum & sollicitudinem feriata est dies. Quadriae inauratae in Capitolio posita, ac duodecim inauratae clypea a M. Tutio & P. Iunio edilibus, ex multatitia pecunia sceneratoribus adempta, Antiochum interea Smyrna Troas & Lampfacus remorabantur, quas urbes, priusquam in Europam transcenderet, lubigere cupiebat: eratque huic uni negotio ille inuentus, simulque deliberabat de classe Hannibali expedienda, ut in Aphricam traiceret, sed inuidia magnarum domuum alumna, quo minus illi fecerit obstitit. Thoas Aetolus & alij regij assentatores adeo Antiochum suspicionibus implere, ut nullum maius negotium Hannibali ausus sit credere. Punicum in eo ingenium iactare, ac perfidiae plenum, nec si uictoria de Romanis contingeret alienum imperium hominem imperandi cupidius diutius passurum, neque Antiochum eum laturum, qui liberam patriam ferre nequiuert. Nullum genus hominum pronius esse ad superbiam & inuidiam, quam qui fortunam suam animis non equet. Vteretur igitur illo non duce sed comite & consilia rito, & si ad id quoque tale ingenium parum esset utile, ac merito suspectum. Rex Thoanti assensus confestim mittendi Hannibalis consilium omisit, uisusque est fortuna in eo, uelut in ipso belli limine Romanis aridere. Antiochus audita Demetriadis defectione, Thoanteque ad caessendum bellum impellente, haud ultra differendum ratus, quum in Ilio Mineruae sacrificasset, ad mare descendit. Inde cum octoginta nauibus ad bellum instructis, ducentis que onerarijs, Imbrum traiecit, ex Imbro Scyrtum, postremo Demetriadem delatus, x. milia peditum, quingentos equites, & sex elephantes in terram exposuit, copias ad nudam Graeciam sollicitandam, non modo Romanum bellum sustinendum haud dubie infirmas. A Magnetibus & Aetolis ingenti laetitia exceptus, in publico eius gentis concilio, quod ad Lamiam fuerat indictum, excusata praesentium copi-

Boij subegit

Terramotus.

Inuidia magnarum domuum alumna. Thoas Hannibalem criminatur.

arum paucitate, fore pollicitus est, quum primum mare per uernum anni tempus tractari potuisset, totam Graeciam armis, uiris & equis inundaret, omnia littora classibus cooperiret, neque se labori, neque impensae, neque periculo ulli parsurum, donec Romano imperio Graecorum ceruicibus depulso, Graeciam uere liberam, & Aetolos in ea principes factos cerneret. Atque huiusmodi ille hortatione usus, concilio egreditur. Fuerunt qui censerent nihil temere mouendum, utendumque esse Antiocho arbitro & recociliatore potius quam duce cum Romanis, uiciramen Thoantis & aliorum sententia, qui bellum malebant, decretumque tulerunt, ut Antiochus imperator aduersus Romanos appellaretur. Tetata est inde Chalcis per Aetolos a rege, unde quum nihil pacatum responderetur, Achaeos a Romanis alienare aggressus, legatos in publicum gentis concilium misit. Miserunt & Aetoli Archidamum, qui idem quod & regius legatus peteret, ut Achaei medijs inter utrosque se gererent, sed quam uana fuit regij legati oratio, maria & montes pollicentis, tam arrogans & contumeliosa in Romanos Archidami Aetoli. Tum uero Quintius, qui tum forte aderat, dixisse fertur, coram quibus potius quam apud quos uerba faceret, Archidamum rationem habuisse. Caeterum probe scire Achaeos omnem Aetolum ferociam in uerbis non factis esse. Inde in uanam legati orationem inuectus, leuem & ridiculam illam tot gentium, quot bello affuturas regius legatus iactaret, tantarumque classium ostentationem perquam similem uideri sibi dixit caena cuiusdam Chalcidensis hospitis sui hominis & boni & sciti, a quo solstitiali tempore comiter acceptus, quum miraremur, inquit, unde illi eo anni tempore tam uaria & multa uenatio esset: Homo minime ut regis legatus, in uanis gloriosus, renidens uarietatem illam condimentorum, & ferinarum carum speciem testatur est, ex uno domestico sine factam, quod ipsum apte in eas regias copias quas legati inaniter iactarent, dici posse Quintius affirmabat. Multa ab illis gentium nomina affingi, caeterum rex duabus semiplenis legiunculis comitatus bellum ingressus, per Aetolorum & Magnetum conciliabula stipendium & frumentum mendicabundus, cursitaret. His Quintius hostium uanitate irrita, Achaeos hortatus est, ut in fide perstarent, quem illi sua sponte secuti, continuo bellum aduersus Antiochum decernunt. Interim Chalcidenses ad Quintium miserant, ut ad se milites praesidij causa mitteret. Quingenti eo missi sunt, qui priusquam in insulam transissent, Menippus ab Antiocho missus, ad Salganea castra fecerat, qua transitus ex Beotia est in Euboeam. Romani ubi aditum ex ea parte ad insulam sibi interclusum sensere, retro Delium concesserant. Id templum erat Apollinis mari incubans, quinque milia passuum a Tanagra, unde traiectus quatuor milia passuum in Euboeam. Hic quum Romani essent, quia nihil hostiliter his aut illis ad eam diem patri aut facere contingerat, dispalati circa templum milites, alij amentatam contemplari, lignabantur alij, quum Menippus in eos repente inuectus, ad unum propemodum obruncavit. Ea demum uis iustam Romanis inchoandi belli causam praebuit. Rex Euripo caeterisque circa insulam locis terra & mari obseptis, Chalcidem ex tota Euboea breui in deditionem recepit.

Anticchi magna pollicatio.

Quintij cauillatio in Antiochi legatos.

Causa belli cum Antiocho.

ENNEADIS V. LI

BER VII.



Is Græciæ motibus Romam perlatis, Cornelius Scipio, qui tum cōsul erat, decreto patrum ad populū tulit, uellet iuberetque Antiocho regi, & qui cum eo societatem iniuissent, bellum inferri. Id quum populus sciuiisset, cōsules inito nuper magistratu inter se prouincias for tiuntur. Cornelio Italia, Græcia M. Attilio euenit. In de biduo supplicatum est, uotaque publice suscepra, si id bellum ex sententia Po. Ro. ad exitū perducī contigisset. Venerunt haud multo post Romam legati à Ptolemæo rege & à Philippo utriusque regū nomine auxilia, pecuniam, frumentum ab bellum pollicentes. Adiecerunt Ægyptij pollicitis mille pō do auri, quod ad præsentem usum Ptolemæus miserat. Regibus gratiæ actæ sunt, nec auri quicquam est acceptum, remissaque est Ptolemæo militia, Philippi legatis responsum, facturum eum rem gratam populo Romano quando ipsis pene Macedonia finibus bellandum esset, si Attilio consuli res in Græcia gesturo non defuisset. Venerunt & à Carthagine legati. Hi tritici mille modios obtulere, quinqua ginta milia hordei. Classē proprio Carthaginiensium sumptu polliceri, adhæc & omnem pecuniam quā Po. Ro. soluturi essent uno tempore expensuros, si ita Romanis uideretur. Nihil eorum quæ dabantur acceptum, tantum se patres frumento uisuros dixerunt, si Carthaginienses sibi persolui uellent, multo maior uis tritici hordei que à Masinissa est per legatos delata, & cum his equites quingenti, & elephan ti xx. numero. De frumento idem quod & Cartha ginien sibus responderi placuit: cætera Attilio dan da censuerunt. Antiochus cum Chalcide esset, totū hibernorum tempus in diuersarum gentium lega ris audiendis consumpsit. Adiunxitque interim sibi Eleos & Bœotios. Concilio inde Demetriadem in dicto, de Thessalia ad societatem uī, si aliter non pos sent, compellendis prima relatio fuit. Erant qui id consilium probarent, expectandum tamen diceret uernum tempus. Alij rem hibernorum tempore ge rendam, dum nulli qui oppugnandi essent alicui de sperare possent auxilia. Hic Hannibal (nam non defuerunt qui huic consilio eum interfuisse scripse rint) sententiam dicere iussus, negauit ullum esse belli momentum in Thessalia, alijs uero Græciæ popu lis, qui quoniam suis uiribus stare non possent, alie nam sequerentur fortunam. Quin enixe porium da rent operam, ut Philippus in partes traheretur, qui Antiocho iunctus haud dubiam facturum esset uictō riam: uel si à Romana societate auerti non posset, ni teretur Antiochus, ut per Seleucum filium Macedo niæ fines, qua parte Thraciam habet finitimam, in festarentur, quæ res Philippum, ut suum tueretur regnum, procul esset à Romanis habitura. Quod ad summam belli attineret, prædixisse se à principio, ac tum demum affirmare, aut unam illam spem bene gerende rei esse, si in Italiam bellum transferretur, aut nullā aliam reliquam, quæ uictoriam polliceri possit. Etenim ut non omnis, inquit, belli peritissi mus sum, ita cum Romanis bellare longa experien tia didici, paratus in hæc quæ consulo sigelem & im pigram operam tibi rex & tuis nauare. Sed quæ sen tentia optima uisa fuerit, eam dii secundet uolo. Pro bavit Antiochus magis quam executus sit Hanni balis consilium. Ceterum stulta Ætolorum aliarūq; Græcarum gentium uaniloquentia ductus, in Thes saliam profectus est, ad Pherasque primo castra fe cit, quo Ætoli & Aminander rex Athamanum uene re. Thessali per legatos Antiochum hortantur, ut

Consules.

Sociorum pol licita.

Hannibalis sen tentia.

Antiochi trās situs in Thessa liam.

A Thessaliæ finibus excederet, ac siquid esset quod à Thessalis impetratum uellet, id per legatos ageret. Rex firmandæ eorum libertatis studio uenisse primo professus est, ubi uero ad uoluntariam defectio nem trahi non posse uidit. Pheras oppugnatione adoritur, breuique Pheræos subegit. Scotulam in de, Cranonem, aliaque permulta recepit loca. Et iā omne fere Thessalicum nomen in eius potestate e rat, quum Larissam copias admouit. Interea Ami nader Pellineum occupat, & Menippus à rege mis sus, in Perrhebia Mallæam & Chyrrerias uī cepit, Pharsalus quoque per legatos est dedita. Absidere Antiochus interim Larissæ ad quam præsidio tuen dam, M. Bebuius qui iam antea in Græciam missus fuerat, & in Cassaretis cum Philippo de ratione belli locutus, eō M. Claudii uirū impigrū miserat. Is postquam Gonnos uenit (erat id oppidū in fau cibus eius saltus quem Tempe uocant) quum sum mo loco plures ignes accendisset, ratus Antiochus Romanum exercitum adesse, hyemem caufatus, ab Larissa Demetriadem reuersus, in Chalciden sis uir ginis Cleoprolemi filiæ amore in incidit, qua sibi matrimonio deuincta, nuptias tanquam media pa ce celebrat. Tum uero Græcorum libertatis belliq; cum Romanis suscepti immemor factus, reliquum hyemis in conuiujs & uoluptatibus temulentie pe dissequis transegit. Corruerunt uoluptuosa hyber na non magis regem quam regis præfectos, atque uniuersum exercitum, qua segnitie postea animad uersa, sensit Antiochus quantum militaris detrimē ti intempestiuæ illæ nuptiæ sibi ad res gerendas at tulissent. Principio igitur ueris Alexandro Acarna ne & Menippo copias præter Maliacum sinum du cere iussis, ipse Naupactum profectus, nec multo post & Stratum per Clytū Acarnanum præto rem, & Medionem oppidum ex Acarnanibus oc cupauit: inde Tyrreum progressus est, cui Tyr rhenses portas ferociter clauserunt. Sed dum rex Tyrreho absidet, in castra affertur Attilium con sulum in Macedonia transmisisse, quo rex nuncio percussus, Medione & alijs circa oppidis præ sidio firmatis, per Ætolia & Phocidis urbes Chal cidem redijt. Interea M. Bebuius in Thessalia Phi lacium & Phæstum primo impetu cepit. Inde Chyr retijs & Eritio captis, præsidioque firmatis, cum Philippo qui iam dudum Maleam obsidebat, iun xit copias. Et Maleenses ad Romani ducis aduen tum deditionem fecere, incertum, metu, an quia maior inde spes ueniæ protenderetur. Dein ad ea loca recipienda profecti sunt, quæ Athamanes per hyemem occupauerant. Et iam Bebuius Pelinæum oppugnabat, & Limneum Philippus, quum Attili us consul cum decem milibus peditum, & duobus equitum, in Thessalam uenit. Pellinenses ad primum consulis accessum deditionem fecerūt, in de & alia oppida dedita, in quibus ad tria milia ho minum quæ in præsidijs erant, in Romanorum po testatem uenerunt. Fuerant in his Athamanes nō pau ci, qui clementer à Philippo habiti, haud dubia spe ipsius gentis sibi adiungendæ, Macedonem in Atha maniam traxere, ad cuius aduentum ueritus Ami nander ne hosti traderetur, cum uxore & liberis re gno excessit. Atq; ita Athamanes in Philippi pote statem uenerunt. Consul paucis diebus Larissæ com moratus, dum exercitus à iactatione maritima resi ceretur, Scotulam, Pheras, Proemam, uoluntaria deditione recepit. In Maliacum inde sinum ducit, Thaumacis que in Thessaliæ finibus occupatis, cum non modica oppidanorum cæde, qui angustias in federant, ad Sparchium amnem peruenit. An tiochus qui adhuc in Chalcide erat, audit Romano rum accessu, quum ab Ætolis tarda & modica auxilia uenirent, cernens ex Græcia se nihil ha bere,

Antiochus uxorem ducit.

Attilij in Macedonia cessus.

Cōsulis accessus in Thessa liam.

Thermopylae uis descriptio.

Græciæ descriptio.

Antiochus ex stris exiit.

bere, præter amœna & infamia Chalcidis hyberna, Thermopylarum angustias occupat. Dirimunt me diam Græciam, ut Italiam Apenninus, iuga montium à Leucade & mari ad occidentem solem uerso, ad alterum mare, quod ad ortum spectat, tēdentia. Extremos montes ad occasum Oetam uocant, quo rum quod altissimum est Callidromum appellant, per cuius uallem in Maliacum sinum iter est non la tius lx. passibus. Hæc una uia militaris est, per quam si nemo prohibeat, traduci potest exercitus: cætera loca adeo ardua & perplexa, ut ne expeditissimis quidem sint peruia, ideo Pylæ quasi portæ dictæ, & à calidis aquis inibi nascentibus Thermopylæ. Lo cum Spartani Medicis temporibus insigniuere ma gis speciosa morte quam memorabili pugna. Iacent itaq; ad mare uersa, Acarnania, Ætolia, Locris, Phocis, Bœotia, Eubœa, pene terræ annexa. Attrica & Pe loponesus, longius prædictis in mare excurrūt, diuersa montium fauces, præsidio obtinendam mittit. Assuit nec multo post infesto agmine Attili us consul, qui Heraclien si agro uastato in ipsis fauci bus propter calidarū aquarum scaturigines, aduer sus regem castra fecit. Qui ueritus ne ab hoste per occultos montium calles inuesto circumueniretur, ad Ætolos qui Heraclææ erant nuncium mittit, ut eam saltem operam præsentī bello, quod ipsorum impulsu cōstatum esset, sibi præstarent, ut iuga mō tium quæ capiti imminerent præsidijs infesta, sibi tuta ab hoste redderent. Duo milia Ætolorum, pars una Callidromum, altera Rhodontiam & Thiciun ta (hæcerant nomina ipsi mōtium cacuminibus) in federant. Consul Porcium Caronem & M. Vale rium Flaccum in Ætolos mittit, ut Cato Callidro mum, Flaccus Thiciunta & Rhodontiam inuade rent, ipse paucis hortatus militem, facilemque ex timi disimo hoste uictoriam pollicitus, uictoriaque præ mium ingens, quæ totum orientem Romanis subi gendum patefaceret, aciem arcta fronte, ad naturā & angustiam loci, ad aduerlum hostem dirigit. An tiochus ubi pugnam instare uidit, parte copiarum ante uallum educta, cæteras copias intra munimen ta instruit. Qui ante munitiones steterant, post non longum certamen in castra reiecti, longioribus ha stis usi, multisq; relorum generibus procul à uallo Romanum hostem distinebant, quum M. Cato pul sis ex Callidromo Ætolis, quos incautos pene op presserat, ex superiore iugo uictor sese suis una atq; hostibus ostendit. Tum uero Romanis signis supe riore loco conspectis, qui in regijs castris erant, ue lūt ab hoste circumuenti abiectis armis fugam cape sunt. Munimentorū angustia & elephantū, haud facilem dabant uiam ad hostem & uestigio insequen dum. Tenuit nonnihil etiam militem castrorum di reptio, secutus tamen est Romanus uictor ad Scar phiam usq; cæsiq; sunt multi hostiū in itinere, ali quot etiam elephantū capti, nonnulli interfecti. Rex cum exigua fociorum manu in Chalcide euasit. Valerius Antias quadraginta milia hominum Anti ochum ad Thermopylas habuisse prodidit, Polybi us fere dimidium scripsit, atq; ex his quinque milia capta, cæteros ad unum occisione occisos, præter quingentos, qui cum rege in Chalcide profugerant. Signa militaria cccxxx. hostibus adempta. Consul per Phocidem & Bœotiam ducens, confocios suæ defectio nis populos, & ob id meru percussos, tantū eorum perfidā & leuitatē uerbis infectatus, ab om ni mala ultione abstinuit. Naues regiæ que ad Thro nium stabant, ubi primum regis fuga audita est, in

A Eubœa pedem fecerūt. Per eos dies Attilius consulis frater clasis præfectus regios commearus circa Andrum insulam oppressit, earū nauium que præsi dio aderant, aliæ captæ sunt, aliæ in altum mare de preste. Antiochus ubi consulem à Thermopylis pro fectum audiuit, & iam Bœotiam ingressum, Chalci de profectus, Tenedū primo tenuit, inde Ephesum tran smisit. Eubœa post regis discessum continuo re cepta est. Attilius consul ad Thermopylas reuersus, M. Catonem uictoriæ nuncium remisit Romam. Is à Patris Corcyram atq; Hydruntem in Italiam dela tus, quinto die pedestri itinere à mari Romam uenit se dicitur. Senatus à Catone edoctus, quæ in Antio chum gesta essent, supplicationē in triduum decre uit. Per eosdem dies Fuluius Nobilior, qui prætor in Hispania fuerat, ob res in prouincia bene gestas, minorem triumphum egit. In Græcia post Catonis discessum Romanus consul Heraclea oppugnauit. Erat urbs sita ad radices Oetæ montis, iuxta Alopū amnem, quatuor & xx. dies, copijs plurifariam diu sis summa ope inclusum hostē fatigauit. Postremō urbs uī capta ac direpta est. Arx nonnihil rēnta, in quam omnis fere multitudo se cōtulerat, deditusq; cum alijs Democritus Ætolorum princeps, qui à principio minaciter Quintio denunciarat futurum, ut breui supra Tyberis ripā Ætoli suo ductu castra ponerent. Post Heraclæam Lamia recepta est. Ætoli etsi ad regem miserant, ut aut ipse reparato exercitu iterum in Græciam trāsmitteret, aut focios armis & pecunia iuaret, ne ab eo destituti prædæ Romanis essent, id ad regiam dignitatem pertinere affirmantes, & ad ipsius regni incolumitatem ne Ætolis ex cidio deditis, Romani bello uacui, in Asiam trajce rent. Hæc quia uera Antiocho uisa sunt, pecuniam & auxilia missurum se respōdit. Tentata est inter rim ab Ætolis pax, misitq; in castra legati. Post dedi tionem factam, quum Attilius perijisset Dicearchū Ætolum, Menetam Epirensē & Aminandrum re gem, defectio nis principes sibi dari, re in publicum concilium delata, adeo dura conditio est omnibus uisa, ut confestim conclamatum sit esse in bello perseuerandum. Consul ubi Ætolorum deditionem ad irritum cecidisse uidit, sacrificio Herculi in Oeta monte peracto, Naupactum petijt, habuitque ea op pugnatō non minus laboris quam nuper Heracli en sis. Messenij per id tempus petiti sunt bello ab Achæis quia cum Ætolis sensissent. Cæterum Ro manus imperator pronunciauit, quia Messenij se T. Quintio libertatis auctori dederunt, consilij Achæo rum esse oportere: Zacynthumque Achæis ademij, quam Romanis armis iam antea quæ sitam, gens ipsa fraude interceperat, restatus nihil Achæis expe dire procul à domo aliquid possidere, quippe qui re studini essent perquam similes, quæ quum sua con regitur testa, tuta ab omni externa uī esset, eandem qualibet sui parte exerta, iniuriæ fieri obnoxiam. Sic gentem ipsam Peloponnesi finibus satis ualidam uideri, contra procul euectam, externis armis infestio rem fieri. Dum hæc in Peloponneso sunt, consulque ad Naupactum sedet, Philippus Attilij permissu Demetriadem recepit. Mox & Dolopiam Aperantiam & Perrhebiæ aliquot ciuitates, & Ætoli obfidione ad Naupactum, Quintij interuentu soluti sunt, cuius fidem & munis implorarunt, da tæque illis induciæ in certos dies quoad Romam mitterent ad ueniam implorandam. Philippi regis legati sub id tempus Romam uenerunt, uictoria que de Antiocho patribus gratulati, coronam auream centum pondo in Capitolio posuerūt. Lau data est fides regis, quod boni & fidi amici partes eo bello obijisset. Demetriusque eius filius, qui diu Ro me obies fuerat, ultro est legatis restitutus. Et bellū cum Antiocho in Græcia hunc exitū habuit. Romæ per id tempus matris deūm ædes in palatio est de dicatæ.

Antiochus ex Chalcide profi ciscitur.

Ætolorum pō sulatio.

Attilij herba de Achæis.

Legati à Philippi Romam missi.

Megaleſia. Prodigia.

dicata, ludiq; ob dedicationem facti qui prius Scæ-
 nici dicti fuerant, Megaleſia inde dici poterunt, ut
 Antias Valerius prodidit. Duo boues qui in carinis
 ſua ſponte per ſcalam in ſummum edificiū euaserūt,
 iuſſu aruſpicum uiui combuſti ſunt, & cinis in Tybe-
 rim deiectus: adeo praua religio ciuitatem inuaſe-
 rat. Taracinæ & Amiterni lapibus pluuit, & in Vul-
 turni oſtio duæ naues de cœlo icthæ, continuo deſta-
 grarunt. Quæ prodigia & ipſa de more procurata
 ſunt, inſtitutumq; ut quinto quoque anno nouen-
 diale ſacrum fieret, quia bis eo annò lapidatū eſſet.
 In Liguria Q. Minuſius ad quatuor milia hoſtium
 cecidit, qui noctu Romana caſtra oppugnare cona-
 ti, prælio in lucem diſtracto, ſubita militum erupti-
 one, ſuſi fugatiq; ſunt, ac fœda ſtrage diſſipati. Duo
 bus inde menſibus interiectis, conſul P. Cornelius
 Naſica Gallos Boios ingenti prælio uicit. Ad duo-
 detriginta hoſtium milia cæſa, autores quidam tra-
 diderūt. Capta tria milia & amplius cum ſignis mi-
 litaribus cxxxvij. Ex uictore exercitū mille & qua-
 dringenti perierunt. Boij (quod ſatis conſtat) ea cla-
 de afflicti, haud multo poſt in deditionem uenere.
 Valerij Antiatius qui tam inclitæ pugnae fuit autor,
 in explicando cæſorū numero fides (ut Liuius ait)
 inſamatur. Tum primū Boij obſides dare ſunt co-
 acti, ac dimidia agri parte mulctati. Scipio de Gallis
 clarum egit triumphum, in qua pompa ccccxxx. au-
 rei torques ſunt translati. Dum hæc Romæ & in cæ-
 tera Italia geritur, Antiochus Hannibalis monitu,
 qui unus omnium iam inde ex quo rex ad Thermo-
 pylas eſt uictus, prædicare non deſiſcit, fore, ut Ro-
 mani breui poſtea in Aſiam bellum transferrent, in
 Thraciam Cherroneſum ex Ephelo cum aliquot na-
 uibus tranſijt, eam præſidijs aduerſus Romanos ſi
 tranſire ſtauiſſent, firmaturus, ceteram claſſem Po-
 lyxenidæ agendam dedit. Eodem fere tempore Gn.
 Liuius Piræum cum noua claſſe applicuit. Aderant
 ſex Carthaginienſium naues ex fœdere, & aliarū ple-
 ræque auxiliaries, quas Neapolitani, Locri, Rhegini,
 cætereq; magnæ Græciæ ciuitates dederant. Ibi ue-
 teri claſſe ab Attilio accepta cum una & octoginta
 roſtratis nauibus ex Piræo in Delū traiecit. Polixe-
 nidas audito hoſtium acceſſu, cum rege ex Cherro-
 neſo Ephelum reuerſo egit, ut priuſquam Eumenis
 & Rhodiſiorum naues Romanæ claſſi iungerentur, li-
 ceret ſibi maritime pugne fortunam experiri, quod
 ubi impetratum eſt, biduo in ornanda claſſe abſum-
 pto, cum centum nauibus quarum lxx. rectæ erant,
 cæteræ minores & aperte, Ciſſontem Erithreorum
 portum inſedit. Rex interea, quia nauali pugna non
 erat interſuturus, Magnetiæ quæ ad Syphilum eſt,
 conceſſit, ut terreſtris copias pararet. Liuius ex De-
 lo Phocæam proceſſit, quo & Eumenes cum qua-
 tuor & xx. rectis nauibus, & aliquanto pluribus a-
 pertis uenit, ut nauali prælio quod inſtare diceba-
 tur, rē Ro. iuuaret. Ex Phocæa dein claſſe auſta pro-
 ceſſit Coricum, petijt, mox Ciſſontem petiturus.
 Interea naues ex alto conſpectæ hoſtem ex ſua ſtati-
 one exciuerunt, magnis utrinque eſt animis con-
 curſum, duæq; Punicæ naues quæ aliquantulum cæ-
 teram claſſem ſua agilitate præceſſerant, à tribus re-
 gijs primo ſunt congreſſu circūuente, earum una de
 fractis, utrinq; remis oppreſſa eſt, altera ægre dila-
 pla ad Romanos cōſugit: ibi Liuius indignitate rei
 accenſus prætoriam nauem in aduerſos hoſtes con-
 citat, atq; abiectis remis, manicas ferreas hoſtium
 nauibus iubet ſuos iniicere, Romanq; uirtutis me-
 mores in uiliſſima regis mancipia alacrem pugnam
 capeſſere. Tum uero ad id ſpectaculum utraq; claſ-
 ſis prælium iniit, paſſimq; mixtis nauibus res gere-
 batur. Eumenes qui aliquanto tardius aſſuit, conſpi-
 catus læuum hoſtium cornu à Liuiō turbatum, in
 dextrum ubi anceps dimicatio adhuc erat impetū
 fecit. Ea quoq; parte rex haud dubiam fecit uictō-

Galli à Naſica cæduntur.

Naualis pugna ad Ciſſontem.

riam. Sedit Polyxenidas ſe militum uirtute ſuperari
 ſublatisque dolonibus fugam capeſſit. Eum fugie-
 tē cætereq; ſunt naues ſecutę, quibus ſaluti fuit quod
 tantum ad pugnam inſtructæ aderant, & ob eam rē
 ad fugam expeditiores, Romanis contra cōmeatu
 onuſtis nec niſi ad ſtatariam pugna idoneis, ſic quo-
 que xij numero naues ſunt ab hoſtibus captæ, x. in
 alto depreſſe, una tantum Punicæ ex Romanis amiſ-
 ſa, quæ primo congreſſu, ut ſupra eſt ſignificatum,
 periit. Poſtridie quam ita erat dimicatum, Liuius E-
 pheſum ire pergit quò ſe ex fuga receperat, medioq;
 curſu quinque & xx. Rhodias naues obuias habuit,
 quibus priori claſſi adiūctis, ante Ephelinum por-
 tum ſuos aliquandiu in procinctu tenuit. Sed ubi
 nihil ab hoſte moueri uidit, conſeſſioque eſt uictis
 expreſſa, Rhodij & Eumene domū dimiſiſis, ipſe
 in hyberna conceſſit. Sequentis anni principio con-
 ſules creati ſunt, L. Cornelius Scipio & C. Lælius.
 Etolorum legati qui Romam uenerant, quia de pa-
 cis conditionibus non conuenerat, inſecta re abe-
 untes, inſi ſunt intra quindecim dies Italia excede-
 re. Vterque conſul ſibi Græciam prouinciam depo-
 ſcebat, quo certamine ad patres delato, Aphricanus
 in curia profeſſus eſt ſe legatum fratri iturum, ſi ex-
 tra ſortem illi ea prouincia decerneretur, quæ uox
 omne certamen è medio ſuſtulit. Experiri libuit u-
 trum plus præſidij Antiocho in Hannibale eſſet, an
 conſuli & Romanis legionibus in Scipione. Atque
 ita Scipioni Græcia, Lælio Italia prouincię ſunt da-
 tæ. Inter cætera huius anni prodigia, Alculi terra
 pluuiſe dicebatur, & Reate mula peperit. Aphri-
 canus priuſquam legatus in prouinciam ierit fornix
 in Capitolio erexit, cum ſeptem auratis ſignis, &
 duobus equis ac totidē marmoreis labris: & à Pro-
 lemgo legati uenerūt, qui regis nomine patres hor-
 tati ſunt, ut in Aſiam exercitum mitterent. Omnia
 circa Antiochum metu conſternata iacere, poſt ad-
 uerſam illam ad Thermopylas pugnam, paratum
 eſſe ſe in Syria & Phœnice totis regni uiribus rem
 Romanam iuuare. Gratiæ regi actę & legatis qua-
 terna milia æris in ſingulos data. Nec Scipio multo
 poſt paludatus ex urbe eſt digreſſus, qui præter le-
 giones ad bellum decretas & ſociorum auxilia, xv.
 milia uoluntariorum Italici nominis qui ſub Aphri-
 cano olim militauerant, ſecum ad bellum traxit.
 Atilius interea quia deſperata pace Ætoli ad arma
 recurrerant, Elatiam biduo oppugnatam ui cepit,
 captam diripiuit. Etiam Amphiffam ex ea gente o-
 peribus oppugnabat, quum allatum eſt Scipionem
 in Græciam traieciſſe. Athenienſium legati ad eum
 uenerunt, Ætolorum excidium deprecaturi, in quo-
 rum gratiam inducię in ſex menſes illis datę, ut Ro-
 mam iterū mitterent. Eam quietem Scipiones paſſi
 ſunt à ſe impetrari, ut rebus Græciæ pacatis, cōmo-
 dius in Aſiam tranſmitterent. Attilio igitur Romā
 dimiſſo conſul ex Amphiffa per Macedonia & Thra-
 ciam in hoſtem ducere conſtituit, exploratoq; Phi-
 lippi regis animo, qui iam ſua ſponte commeatum
 comparauerat, qua Romanus erat conſul ducturus,
 & uias complanari fecerat, in Macedonia tranſijt,
 ubi ambo Scipiones regio apparatā à Philippo acce-
 pti, multaque comitate per terram ipſam & Thra-
 ciam, ſequentē rege omniaque accuratiſſime præ-
 parante, ad Helleſpontum ducere perſeuerarūt. An-
 tiochus interea in Phrygia erat terreſtris copijs
 comparandis intentus. Hannibalem in Phœnicem
 miſerat, ut inde naues accerferet, & Polyxenidas cir-
 ca Ephelinum uehementer erat occupatus in reparan-
 da claſſe. Seleucus regis filius in Æolide maritimas
 urbes in fide continebat. Nec Liuius audito cōſulis
 in Græciam acceſſu multū in mora fuit quin ex hy-
 bernis cum ſeptem & xxx. nauibus egreſſus in Hel-
 leſpontum eſt proceſſus, ut conſuli uenienti omnia
 ad traiciendum exercitum in expedito eſſent. Achi-
 uorum

Conſules.

Scipionis pie-
tas in fratrem.

Prodigia.

Ptolemæi le-
gati.

Scipiones per
Macedoniam
ducunt.

Liuij geſta in
Helleſponto.

Res mari ge-
ſte in ora-
tione.

Patara.

Antiochus tē-
tati pacem.

uorum itaq; portū ingreſſus Ilium aſcendit, rem di-
 uinam Mineræ facturus. Tantiſper uero dū his mo-
 ratur locis, ex Rhetio Eleunte, & Dardano ad eū le-
 gati uenerunt deditionem ultro faciētes. Inde par-
 tenauim ad Abydum oppugnandam relicta, ipſe
 Seſton cū reliqua claſſe inuaſit. Galli ſacerdotes cir-
 ca portas phanatico habitu occurrunt, ueniam pre-
 cantes. Nihil proinde uolati ſunt, continuoque Se-
 ſtos dedita eſt. Claſſis retro ad Abydum obſidendā
 cōceſſit. Polyxenidas interim facta ſpe tranſitionis
 Pyſiſtratū Rhodiæ claſſis præſectū cum omni fe-
 re nauium numero circa Samum infulam incautum
 oppreſſit, & Seleucus Phocæa prodicione cepit, cui
 Cyma & Helia deinde ſponte deditæ ſunt. Huius-
 modi hoſtium ſucceſſus ex Abydena oppugnatione
 Romanam claſſem ad Cānas reuocarunt, ubi proxi-
 ma hyeme ſtationem habuerat. Verebatur Liuius
 ne ſe abſente Polyxenidas naues nuper relictas ſu-
 bito acceſſu opprimeret. Hiſ ita deductis claſſeque
 Eumenis & duabus Mityleneis ſuarum numero ad-
 iunctis, in Samum curſum tendit, ad Erythrā pri-
 mo claſſis impulſa, hinc poſtridie ante ſolis ortum,
 ex quo cœli ſtatū gubernatores obſeruant plurimū,
 in altū euecta aquilone ſubito in ſeptentrionem uer-
 ſo fœdē iactata eſt. Tenuit tamen Samum, ubi Rhodias
 naues expectare cōſtituit: nam Rhodij poſt cla-
 dem acceptam cuius ſupra mentio facta eſt, alteram
 ſedulo claſſem ornauerant. Interim agreſtium indi-
 cio comperit Polyxenidæ claſſem ad Ætaleam ſta-
 re, Liuius quia Rhodiæ nondum aderant, Corycum
 tranſmiſit, & Polyxenidas audito hoſtium digreſſu
 ſe Ephelinum recepit, nec multo poſt Romanus dux,
 Samo repetita Rhodijsque nauibus acceptis, Ephe-
 ſum dimicandi conſilio contēdit. Hic quum hoſtes
 ſe portu tenerent, biduo milites in littus expoſiti,
 Ephelinum incurſauerunt agrum. Priore die ob eru-
 ptionē ex urbe factā cum cæde & fuga, milites ſunt
 ad naues compulſi: poſtridie Romanus imperator
 conatus hoſtes in inſidijs excipere, ad pugna elicere
 non potuit. Nec ita multo poſt L. Æmylius Regil-
 ius Liuiō ſucceſſit, qui Pataram occupare tentauit.
 Eſt Patara ſubſis Lyciæ. Atque eo conſilio Romani
 eam captam uoluſſent, ne claſſis quæ ab Antiocho
 in Cilicia & Phœnicie parabatur, cum Polyxenida
 iungi poſſet amplius. Romanus cum aliquot nauibus
 eo miſſus, qui non ſolū non loco poſitus eſt, ſed
 partim locorum accolis, partim alperiore ſtuctu pe-
 ne interceptus, inſecta re in Græciam tranſmiſit, Sci-
 piones qui tum per Theſſaliam ductabant conuen-
 turus. Æmylius ubi rem à Liuiō omiſſam audiuit,
 eumq; procul abiſſe, cū tota claſſe intermiſſum ne-
 gocium executurus, maritimam eius terræ oram pe-
 tijt. Ibi à ſuis imperitiæ accuſat, quòd Antiochi claſ-
 ſe poſt ſe relicta, incertam ſpem ſecutus, ſocios ad
 prædam hoſtibus reliquiſſet, pro magno habuit ne-
 gocio primis tempeſtatibus Samū repetere. Et iam
 Pergamus à Seleuco Eumene abſente oppugnaba-
 tur. Vbi itaq; Romana claſſis Samum attigit. Eume-
 nes ut ſuam tutaretur regiam ab Æmylio diſceſſit,
 euntem Æmylius ſecutus eſt, ut amico & ſocio regi
 auxilio foret, ad Eleamq; copias expoſuit, quo An-
 tiochus caſtra admouit de pace cum Æmylio acturus.
 Audiuerat enim Scipionem per Thraciam ad Hel-
 leſpontum tendere, neceſſariaque ad traiciendum
 exercitum parari. Miſit Antiochus caduceatorē qui
 Æmylio nūciaret regem de pace aſturum ab eo collo-
 quiū petere. Reſpondit Romanus dux, neq; à ſe
 neq; ab alio poſſe quicquam ante conſulis aduen-
 tum de pace agi. Qua fruſtra tentata, rex Seleuco fi-
 lio ad Eleenſem & Pergamenum agrum deuaſtandū
 relicto in Adramyteum agrum opulentiſſimū
 (Thebes olim nominabant) Homeri carmine cele-
 bratum impetum fecit. Ingens hinc præda regijs eſt
 militibus parra, & Diaphanes interea cum mille le-

gis peditibus, & centum equitibus ad Eumenis au-
 xilium miſſus Pergamum ingreſſus, incantos ho-
 ſtes primo adortus trepide in caſtra compulſit, inde
 in incompoſitum agmen inuectus, ſuſos uſq; ad mit-
 titiones caſtrorū, à tergo inſtans cecidit, qua Acheo-
 rum audacia Pergameno Seleucus agro exceſſit. Et
 Antiochus ubi Eumenum & Romanos Adramyte-
 is auxilio uenire audiuit, motis caſtris aliò belli im-
 petum auertit, Pharaæque Mityleneorum colonia
 expugnata, Coronē, Corylenon, Aphrodiſiam Prie-
 nem ui cepit, inde per Tyatira Sardis reuerſus eſt. Se-
 leuco ad oram maritimam tuendam relicto. Æmy-
 lius Eumene Eleam remiſſo, ut ea quæ ad traicien-
 dum Romanum exercitum Helleſponto neceſſaria
 eſſent mature compararet, ipſe in Samum conceſſit
 & quia fama erat regiam claſſem ex Syria aduen-
 rare, Rhodias naues tredecim numero ex Samo miſit,
 quæ uenienti hoſti occurrerent. Hiſ totidem aliæ
 Rhodię nuper ad euſdem hoſtis famam domo pro-
 ceſſæ medio curſu adijciuntur. Conſederunt primo
 Rhodij ad Phafelidem in Lyciæ & Pamphilię con-
 finio, inde cœli intemperie (erat enim æſtium an-
 ni tempus) ex ea ſtatione in Pamphiliam progreſ-
 ſi, ad Eurymedontem fluiuium conſedere. Hic demū
 eſt exploratū, hoſtes Sidæ eſſe, quo contigit ut po-
 ſtridie uelut ex compoſito ſibi obuia fuerint claſ-
 ſes. Erant ſeptem & triginta regię naues, & cum hiſ
 Hannibal qui ſiniſtrum cornu regebat. Dextero A-
 pollonius præerat purpuratorum, unus. Eudemus
 dextro cornu aduerſus Hannibalem pugnauit. Pam-
 philidas mediam aciem curabat. Heraclitus circa
 terram Apollonio obiectus eſt. Perdifficilis fuit ab
 initio pugna, ſed qua Hannibal certamen obibat
 multo acius eſt, quam alibi dimicatum, fuiſſetque
 Eudemus obrutus, niſi cæteri duces alibi prælio de-
 functi, accepto ſigno laborantj auxilio aſſuiſſent.
 Sic ea quoque parte multitudine hoſtiū uictus Han-
 nibal fugam capeſſit, præter Hepterim unam, quam
 Rhodij ex hoſte ceperant, cæteræ naues, eſt magna
 ex parte cōcuſſæ, retro abierūt. Rhodij una felici pu-
 gna reſtituti, Eudemum cum ſeptem nauibus Samū
 mittunt. Heraclitus cum cætera claſſe ad Pataram
 dein cept ſtationem habuit, hoſtium aduentum ob-
 ſeruatorus. Per id tempus nuncijs & literis tenta-
 uit Antiochus Prufiam Biſthynię regem ſibi belli ſo-
 cium adiungere, quod haud dubiè feciſſet, uarijs cri-
 minibus Romanos inſectatus, quòd eo conſilio in
 Aſiam tranſmitterent, ut Europæ & Aphricæ regi-
 bus ſublatis, Aſiæ quoque regna euerterent. Peti ſe
 omnium primum, cæterum breui fore, ut & alij eo-
 dem incendio flagrarent. Induiſſet Prufias hiſ uer-
 bis commotus, haud dubiè arma, niſi peropportu-
 ne Scipionis literę & Aphricani nomen ab incepto
 abſteruiſſent. Venit ad regem ipſum, & Liuius qui
 claſſi ſuperiore anno præſuerat, is in quàm aperta
 ſpe uictoriæ Romani eſſent quum planè docuiſſet,
 tenuit ut rex ab armis abſtineret, præſertim quòd
 ſatis conſtaret Maſiniſſam regem quia Populo Ro-
 mano amicus fuiſſet, non ſolum in paternum regnū
 à Romanis reſtitutum, ſed alieno etiam donatum,
 & quòd Philippo armis uicto Macedonia reſtituta
 eſſet, & filius ultro domum remiſſus. Sic & Nabidi
 ſubſtato pacem cum Lacedæmone reddidit. Sic Eum-
 enem auxilijs deſenſum. Antiochus deſperata
 Prufiæ regis ſocietate, ex Sardibus Ephelinum ue-
 nit, inde uerem Colophonem ex improuiſo in-
 uaſit. Colophonij opem ab Æmylio qui Sami ad-
 huc erat implorant. Romanus ſociorum periculo
 motus cum tota claſſe ad Myoneſum ſe conuulit,
 aliquot hoſtium nauibus inter eundem oppreſ-
 ſis. Eſt Myoneſus inter Theium & Samum pro-
 montorium in modum metæ, à fundo ſatis lato,
 in cacumen fatigiatum, mox hinc proceſſus ad Ge-
 reſtū applicuit, Theium agrum populaturus. Theij
 eam

Rex Sardis re-
uertitur.

Naualis pugna
ad Eurymedon-
tem.

Criminatur
Ro. Antiochus
apud Prufiā.

eam cladem per legatos deprecari, quinque milia ualorum uini Amylio se duros pollicetur. Id ille à Theijs exacturus, quò ad Geresium sederet, agrestis cuiusdam indicio comperit, regiam classem ad Macrin stare. Eo Polyxenidas uenerat, ut ea arte Romanam classem ad Geresium caperet, qua non multo antè angustis faucibus portus ad Samum in seisis ceperat & Rhodiam: iuuabat hostis consilium natura portus quæ talis erat, ut duæ naues coëuntibus in arctum scopulis, uix è faucibus in apertum exire possent. Periculo rei commotus Amylius, classarijs cum multa trepidatione ad naues reuocatis in apertum euasit. Nec multo post regiae naues in conspectum uenere. Hic sese classes ex aduerso intruere in seisis animis concurrunt. Pugnabant à Romanis lxxx. naues, quarum duæ & xx. erant Rhodiæ: tres & xc. regiae. Robore nauium & uirtute militum Romani longe præstabant, Rhodij agilitate & remigū peritia: profuit non parum ad uictoriā quod Italicae naues in proris prætentos habuerunt ignes, quarū occursum regiae metu declinabant, sed multo plus militum uirtus rem Romanā iuuat. Fusi hostes atq; alto disiecti, duas & xl. naues amiserunt. Cetera classis cum Polyxenida Ephesum refugit. Romanarum duæ fractæ, una Rhodia, magis casu quàm hostium uirtute capta. Cessit tum demum Antiochus possessione maris insigni clade affectus, Colophonis que oppugnatione omissa in Lydiā se recepit; terrestres copias ad extremum certamen questurus. Amylius Chium profectus, ubi erat Romanorum horreū, L. Amylium Scaurum cum xxx. nauibus in Hellepontum ad exercitum trajiciendum misit, ipse refectis nauibus quæ recenti prælio fuerant conculse, Phocæam traiecit. Erat Phocæa in intimo sinu poli ra oblonga forma, duoque illi portus esse, quorum maiorem quia multarum esset nauium capax ab re Nausthomon appellabant. Vtroque igitur in seisso haud multo postquā eam Amylius oppugnare ceperat, per deditiōnem recepit, urbem sponte deditā Amylio inuicito milites diripuerunt. Prætor libertatem quod unum potuit Phocæsis restituit, fuitq; ibi reliquum hyemis Romana classis. Scipio interea per Aniorum & Maronitarum fines Lyfimachiam uenit. Erat ea urbs in Thracia Cherroneso ea tempestate opulenta, quam Antiochus post aduersam ad Myonnesum pugnam reliquit, ibi aliquot dies exercitus longis itineribus fessus refectus est. Ex Lyfimachia consul per Cherronesum in Hellepontum descendit, rebus que prius ab Eumene paratis, uelut in pacatum, copias in Asiam transtulit. Auxit ea res Romanis animum, qui magnum ab initio certamen in ipso Asiæ limine præceperant animis. Inciderant in id tempus dies quibus ancilia Romæ mouebantur, patriaque religione prohibebatur miles iter facere. Ea res fuit in causa, ut eodem loco plures dies habita sint statua, quo primum copiæ in hostico cōfiterant. Huc Heraclides Bizantius uenit ab Antiocho missus qui pacis studio præsidia deducturum regem dixit tota Europa, cessurumque ex ijs Asiæ urbibus, quas Romani in libertatem assertum iri uellent, daturum adhæc dimidium impensæ in bello ad id tempus factæ, & hæc fuit summa eorum quæ dabantur. Adiectæ deinde preces, iussique sunt Romani humanarum rerum meminisse, satis superque habituri quod potentissimus rex Asiæ studio Romanæ pacis infra regie dignitatis fastigium se ad preces & supplicia demitteret, cederetque parte non parua regni à maioribus accepti. Responsum est omnem belli impensam solui oportere si pacem rex uellet, decedique non Ionia solum & Æolide, sed tota Asia que est citra Taurum montem. Legatus secundum id responsum pro magno habuit negotio, secrete Aphricanum conuenire, huius filius in potestate regis erat, in Chalchide, ut aiunt quidam, cum

Antiochus ceperat. Alij traiecto Helleponto inter speculatorios equites missum ab hoste interceptū, atque apud regem tam comiter habitum quàm si uetus Scipionum hospes Antiochus fuisset, non Populi Romani atque ducum inimicus. Huius gratuitam restitutionem Heraclides pollicitus est, magnumq; ad id auri pondus, si Scipio daret operam, ut à consule & Populo Romano pax impetraretur. Ad ea Scipio, quod Romanos, inquit, & me ad quæ missus es, ignores non miror, quum & regis cuius nuncius uenisti, fortunam ignorare mihi uidearis. Lyfimachia ab Antiocho obtinenda fuit, ne Cherronesum intraremus, aut ad Hellepontum obstandū, ut pacem à nobis de belli euentu sollicitis impetraretis, nunc concessio in Asiam traiectu, nec tantū frugnis, sed iugo etiam accepto, quæ est ista disceptatio ex æquo quum imperium patiendum sit? Ego ex omni regis munificentia magnum donum filium habeo. Deos precor, ne unquam fortuna egeat mea, animo autem egebit nunquā, plane gratum sentiet pro tali in me beneficentia, si priuatam gratiam pro priuato beneficio desiderat. Cæterum publicè nec habeo quicquam ab illo nec dabo, unum est in præsentia, quod ei præstare possum, fidele consiliū, idq; tu illi nuncia, ut bello omnino abstat, nec pacis conditionem recuset ullam. Nihil ea Antiochum mouerunt, quin mentione pacis in præsentia ommissa se totum omnesq; uires regni ad bellum conuerteret. Scipio consul ex Helleponto profectus, Dardanū primo, inde Rhæteum uenit, mox Ilium progressus in campo urbi subiecto castra fecit. Hinc arcem cœcendit Mineruæ, rem diuinam facturum. Iliensibus inde Romanæ gentis autoribus omni uerborum ac rerum honore appellatis, ex Ilio profectus, sextis castris ad Caici caput peruenit. Erant regia castra ad Tyatiram, unde Antiochus filium per legatos remissus Scipioni, qui ægrotus ad Eleam delatus erat. Id munus non solum patrio animo fuit gratum, sed corpori etiam salubre gaudium. Complexu filij satiatus, ite, inquit, & regi dicite, me gratias illi immortalis habere, aliam nullam in præsentia præter unā referre possum, ut suadeam illi ne in aciem descendat, priusquā me in castra reuersum audierit. Erant tum regi lx. milia peditum, & xij. equitū. Quidam multo maiorum copiarum sunt auctores, quas cum Antiochus præsentem Hannibale recognosceret, gloriareturq; quum numero militum, tum ipsorum armorum genere, exquisitissimiq; in his auro & argento cælandis apparatu, cauillanti similis Pœnum rogasse fertur, an tantum exercitum tam opulente instructum crederet satis esse ad Romanos, ad quæ ille renidens, satis quidem rex, & si Romani uanissimi sint. Significauit peritissimus dux futurum ut irriti essent omnes Antiochi conatus, qui plus auri quiriūm esset in aciem laturus. Cæterum quantæcumq; tum fuerit Antiocho copiae, his freris à prælio non abhorrebat. Secutus tamē Scipionis auctoritatem, Phrygium amnē transgressus, circa Magnesiā posuit castra, eamq; fossa muro & turribus circundidit. Consul ad Tyatiram progressus, ubi rex castra habnerat, & ipse circa amnem quatuor milia passuū ab hoste metatus est. Biduo post Scipio superato amne ad duo milia & cœccc. passus propinquans Antiochi castris consedit, tumultuarium prælium est commissum sub primū Rom. accessum, factū à regijs equitibus in militē uallum iacientē imperu. Ad postremum fugati hostes, centumq; in fuga cæsis, ac totidem captis in castra cōpellunt. Quatriduū inde acies utrinq; ad pugnam instructæ steterunt. Nihil tam hinc aut inde morū. Tum demū consul promotis castris quū ita acie instrueret, ut castra oppugnaturus uideret, nisi hostis in acie descenderet. Enim uero appetente hyeme uidebat Scipio, aut militem sub pellibus habendū, aut transigendam sine prælio hyemem,

Vbi Scipionis filius sit captus

Verba Scipionis ad Antiochi legatum.

Ilienses.

Antiochi copie.

Scipionis fratria.

hyemem, si in hyberna cōcessum esset, quod utrum minus uellet, uix ipse expedire potuisset. Nec Romani ullum magis hostem contempserunt. Antiochus ueritūne prælium detrectando suorum animos comminueret in acie descendit. Erant Scipioni duæ Romanæ legiones ac totidē Latini nominis. Quina milia militū & quingenti erant in singulis, quos ita disposuit ut primum ordinē teneret hastati, mox principes staret, postremo in subsidijs triarij locati sunt, Vtrūq; cornu socij Latini nominis tenuerunt. Romanū mediā aciem. Cornua equitibus firmata qui minus tribus milibus erant. Post dextrū cornu Trallij, Cretenleses, & Eumenis auxilia steterunt. Læuū obiectū fluminis satis tutum sine subsidijs uidebatur. Sexdecim Aphriephanes post triarios steterunt, ut aduersus Indicos qui magnitudine & ferocia præstant, haud dubie inuiles. Macedones auxiliariæ, cū M. Amylio tribuno militum ad castrorum præsidium sunt relicti. Antiochus qui ex omni colluuiōne hominum exercitum contraxerat, multiplici ordine aciem instruxit: beluæ Indicæ cū turribus in quibus singulis quatuor bellatores erant ordinibus interiectæ, quarū octo & quadraginta Antiocho affuerunt. Falcatae ad id quadrigæ, i his cuspides circa temonē ab iugo decem cubita extantes uelut cornua prominebant, quibus quicquid obuium fuisset atrociter trāsfigeretur, in extremis iugis binæ prætentæ erant falces, una equata iugo, ad terram altera deuexa, illa ut quicquid à latere obijceretur dissecaret, hæc ut prolapsos aut de industria subeūtes demeteret. Erant & ab axib' rotarū utrinq; pari ratione falces deligatæ. Stabant cameli quos dromadas uocāt, & in singulis quinque Arabes sagittarij, quos opus erat, tenues gladios quaterna cubita longos, uelut superne in hostē uibrabant. Fuerunt in cætero equitatu Tarentini equites qui duos desultorios ductabāt equos in prælium. Huiusmodi præsidij aciem uarie instructam rex è dextro cornu tuebatur, à leuo Seleucus filius, & Antipater ex fratre genitus. Mediā aciem Minio, Zeufis, & Philippus elephantorum magister tenebant. Fuit dies quo pugnatum est nubilus atque humor ab austro uelut imber perferdit omnia, quæ res arcus fundas & iaculorum amenta hostibus minus utilia reddidit, qui his telis plurimum, ut Romani pilis & gladio utebantur. Persuasum habuit Antiochus ita fore, ut primo concursu falcatae quadrigæ aduersam Romanorum aciem turbarent. Cæterum funditoribus ipsarum Eumenis cōsilio immisis clamore crebroq; telorum iactu medio campo inter duas acies per ludibrium exactæ sunt, atque pene è medio sublatae, inde iusta fuit pugna, iniecto que semelpauore quadrigarum fuga in hostium subsidia quæ post læuum cornu stabant incidit, quibus nō solum aciem nudauit, sed usque ad cataphractos equites pauor cum strage peruenit. Sequuta est Romanorum equitum procella, quæ subito incurfu regium equitatum sua sponte turbatum dispulit, totum deinde læuum hostium cornu inclinauit, peruasitque terror usque ad mediā aciem, nec tantum præfidiarij & phalanges turbatae sunt, sed beluæ ordinibus interiectæ, à Romanis tali prælio assuetis confectæ aut in fugam actæ. Longe diuersa fuit Romanorum fortuna in sinistro cornu in quod circumuentum Antiochus totis uiribus incubuit. Id cum cæde & strage multa esset penè in castra compulsum. Marcus Amylius, qui, ut diximus, ad illorum præsidium fuerat relictus, suorum fuga animaduersa cum præsidio fugientibus occurrit, hortationeque & minis fugam sistit. Affuit continuo Eumenes, inde & Attalus Eumenis frater cum recenti ala equitum, quorum interuentu in laurato prælio, pauor continuo à Romanis in hostes uertitur. Antiochus ubi fortunā mutatam uidit, confestim equum in fugam uertit, continuo & alij secuti regem, sese prælio subtrahit,

Antiochi acies

Desulorij equi.

Quadrigæ disijciuntur.

Laborant Romani in sinistro cornu.

fitque aperta fuga. Romani utroque cornu uictores per aceros corporum, quæ media maxime acie cummulauerant, ad regia castra diripienda ire pergunt. Hostes toto campo cæsi sunt, multi alij super alios ruentes inter beluas & quadrigas obruti. In castris maior propemodum cædes edita est, quàm in acie, ad quinquaginta milia peditum cæsa eo die dicuntur, equitum tria milia. Mille cœcc. capti, & cum rectoribus quindecim elephantum. Romanorum quod uix historica fide incolumi scribi possit trecenti nec amplius pedites acie occubuerunt, equites quatuor & uiginti. Antiochus cum paucis fugiēs primo Sardis contendit, urbeque præsidio firmata cum uxore & filia Apameam, quo Seleucus cum paucis amicorum concesserat, eis profectus. Tyatira, Magnesia & Sipylos urbes haud multo post pugnam deditæ, & à Sardibus quoque & ab Epheso legati uenerunt deditiōnem facientes. Per eos quoque dies Aphricanus ab Elea in castra uenit: nam ob morbum pugnae non interfuit. Uenerunt & ab Antiocho legati pacem & ueniam orates, qui post pauca uerba præfenti fortunæ accommodata, Ecquas leges Antiocho uicto Romani dicerent questuerunt. Aphricanus omnium permissu leges dixit, ut tota Europa Asiaq; citra Taurum Antiochus abstineret, quindecim milia talentū Euboicorum Po. Rom. penderet. Triam milia priusquam pax sanciretur. Reliqua æquis pensionib' in duodecim annos. Obsides uiginti Romanorum arbitrio daret, ut Hannibal & Thoas Ætolici belli concitator, Minasimachus Acarnan, & Philo Chalchidensis dederentur. Adiecit Scipio regē serius pacem petijisse quàm debuerat, quòd si eā quæ tunc daretur repudiaret, sciret regem maiestatem difficilius à summo fastigio ad mediū detrahi, quàm à medio ad imum. Sed legati cū his mandatis uenerāt, ut nullas pacis condiciones recusarent. Missi itaq; legati Romam ad eam sancendam, & consul exercitum in hyberna dimisit. Sub id tēpus Attilius de Antiocho ad Thermopylas uicto, & de Ætolis triumphauit. cœcc. signa militaria sunt triumpho prælati, ingens uis argenti signati infectiq; cum supellectili argentea preciosaq; ueste ex hoste capta, cum coronis & captiuis nobilibus. Eximij triumphalæ tristicis ex Hispania nuncios minuit, quòd sex milia Romanorum militum ad Lyconem oppidū, L. Amylij prætoris ductū, à Lusitanis cæsi essent, cetera multitudo turpi fuga magnis itineribus ægre in pacatum abijisset. Creati sunt inde in sequentē annum consules, Fuluius nobilior, qui sibi Gn. Manlium collegā dixit, quum comitiorum die neq; is, neq; ceteri competitorum ceteras expleissent. Valerius Antias prodidit per id tēpus quo hæc Romæ gerebatur, quum nondum ad Magnesiā pugnatum esset, Romæ famā percrebuisse, consulem Scipionē cum fratre Aphricano per speciē restituendi filij in colloquium à rege uocatos, in hostium potestatem uenisse, atq; his captis Romana castra ab hoste expugnata, deletumq; omnino exercitū. Liuius neq; rem pro uera executus est, neq; pro uana silentio præterijt. Cum Ætolis per id quoq; tempus de pace actū. Legati qui ab ea gente ad hoc Romam uenerāt, rogati an in senatus & in Po. Ro. potestate futuri essent Ætoli, nec ad id quæsitum responderēt, iussi sunt tempore excedere, ab uniuersoq; ordine acclamatum, frangendos esse uanisimos eius gentis spiritus, bellumq; cū ea gente nihil intermittendū. Pro uincias consules sortiti M. Fuluius Ætoliā, & Manlius est Asiam adeptus. Q. Fabius flamē Quirinalis, qui Siciliam sortitus pro uinciam fuerat, à P. Licinio pontifice sacrorum causa Romæ retentus est, ut olim Posthumius Albinus primo bello Punico à Metello pontifice ad bellū exire prohibitus, ac tum demum literæ à Scipionibus Romanam perlatae, quibus nō solum exercitus & ducum incolumitas sed uictoria ingēs nuper parta uincia-

Cæcorum numerus.

Antiochus petiit pacem.

Consules.

Q. Fabius flamē à pontifice retentus.

barur, nihil tamen de cōfule in Afiam mittēdo murari placuit. Secuti deinceps Antiochi & Rhodiorū legati. Venit & Eumenes, cui primo omnium datus est senatus. Rex uictoria de Antiocho patribus gratulatus, pudenter & uerecunde sua fratrisq; sui merita in Romanos ordine exposuit. Auditi sunt deinde Rhodij & Antiochi legati, cum quibus pax ijs cōditionibus quas Scipio dixerat firmata est. Er in capitolio fœdus ictum, Eumeni & fratri datum quicquid circa Taurū Antiocho adimebatur, præter Lygiam & Cariam usq; ad Mæandrum amnē. Hæ Rhodij attributa. Cæteræ ciuitates Asiæ quæ Antiochi stipendiarie fuerant, liberæ & immunes factæ. Decem postremo legati in Asiā misi, qui uelut in rem præsentem irent, resq; eius prouinciæ publico decreto cōstituerent. Per id tempus, L. Bebius prætor, qui in Hispaniam proficiscebatur, à Liguribus circūuentus, cæso eius comitatu, ipse uulneratus Malsiliam cum paucis fuga delatus, intra triduum expirauit: & L. Æmylius, qui priore anno fuerat à Lusitanis uictus, tumultuario fretus exercitu, collatis iterum cum hoste signis, duodeuiginti barbarorum milia cecidit, tria milia & cccc. cepit. Hic est Æmylius ille qui haud multo pōst Persem regem uicit. Eodem anno Bononia colonia Latina in Boios deducta: Triumuii eam deduxerūt, L. Valerius Flaccus, M. Attilius Seranus, & L. Valerius Tappo. Per eodē dies L. Æmylius Regillus qui ad Myonesum Antiochi classem magno prælio uicerat, nauale triumphum egit. Prælatæ curru coronæ aureæ undequinquaginta. Tetradrachmi Attici cccxx. milia. Cistophori maiore adhuc numero translati. Scipio & ipse Romam reuersus mensē intercalario, pridie Calē. Martias, triumphans urbem ingressus est. Prælatæ curru signa militaria ex hoste capta. cccxxiij. Oppidorum simulachra cētum xxxiij. Eburnei dētes mille cccxxj. Aureæ coronæ. cccxxiij. argenti pondo . cccxxvij. milia & ccccxx. Tetradrachmū & Cistophorū multa milia, nummi aurei Philippii. cxi. milia. Argenti facti mille pondo & cccc. xxxij. Auri mille pondo & amplius. Regij præfecti & purpurati duo & xxx. ante curru ducti. Ipse Scipio ne fratris cognomini cederet, Asiaticus appellari uoluit. Interea Gn. Manlius cum Gallogræcis in Asia bellum constatum habebat, qui auxilijs Antiochū iuuerant, & Q. Fabius prætor clasis præfectus, ne ocio sam ageret prouinciam in Cretam bellū transtulit. Etenim multi Romanorum in ea insula iam pridem seruitutem seruebant, ubi clasis eō est appulsa, edictum fuit prætoris nomine, ut captiui pascim conquisiti ad se cum legatis mitterentur, quibus cū de rebus ad Romanos & Cretenses pertinentibus ageret. Valerius Antias annalium scriptor, quatuor captiuorum milia ab insularis minacissimum à Romanis bellum ueritis, Fabio restituta tradidit, quæ popularis prouincia effecit, ut Fabio Romam reuerso naualis fit triumphus decretus. Necres Græciæ interea in ocio fuere, dum in Asia est cum Antiocho bellatum, Athamanes Philippi regis præsidij haud uno loco eiectis Aminandrum qui in Ætolia erat in paternum regnum restituere. Heraclea Theudoria & Argitheæ urbes uno tempore à Philippo defece- runt. Secuta est eam defectionem, cætera Athama- niæ ingenti studio. Occurrit eō non multo pōst Phi- lippus cum sex milibus armatorum, qui ad Argithe- am ducens parum absuit, quin Athamanum & Æto- lorum qui Aminandro fauebant, subito sit incursum cum omnibus copijs oppressus. Fugienti itaque si- milis sese in Macedonia recepit, præsidiumq; quod in Æthiopia supra Argitheam constiterat, post regis digressum ab Athamanibus expulsus, partim cælum est, partim sua sponte per locorum abrupta præcipitatum. Aminander recuperato regno Romā misit, qui pacem suo nomine à Po. Ro. impetrarent.

Munificentia Ro. in socios.

Bononia.

Triumphus Asiatici Scipionis

Aminander in regnum resti- tuitur.

Nec Ætoli, Aminandro in regnum restituito quiesce- re. Amphilochia enim & Aperantia receptis. & Do- lopes qui sub Philippo erant, suæ ditionis faciunt. Hæcque illi sub id tempus quo Antiochus est in Asia uictus. Vno itaq; tempore & subactum regem audi- uere, & legati ab Roma sine pace domū reuersi sunt. Securus & Fuluij consulis transitus in oram Macedo- niæ, quibus omnibus territi Ætoli per Rhodios & Athenienses pacem impetrare sunt conati. Con- sul per Epyrum & Acarnaniam ducens Ambraciam oppugnare est adortus. Haud uno loco urbs belli- cis incessabatur operibus, ualde tamen defensa fuit Ætolorum præsidio, qui ab initio firmam eō propu- gnatorum manū miserunt. Secuta inde alia cohors, quæ tantum audaciæ obfessis attulit, ut eruptione ex oppido facta, partem operum corruperint, mul- tique Romanorum tumultuoso sint prælio desi- derati, fuissetq; eo die ingens clades accepta, si Æto- lorum exercitus ut per nuncios conuenerat, exteri- ore parte Romanos prælio occupatos inuasisset. Sed qui Ambraciam uenire debuerant, incertū, me- tu an necessitate ducti in Amphilochia diueterunt, opē suis latari qui à Perseo Philippi filio oppugna- bantur. Regijs iuuenis audito Ætolorum accessu, hostilem agrum populatus in Macedoniam concessit. Ad Ambraciam quantum murorum cōsul dis- cutiebat, tantum oppidani ab Ætolis adiuti, interi- ore parte reponebant. Estque interim penē in urbē penetratum cuniculo ad muros acto. Sed re animad- uersa solum Ætoli ex transuerso effodiūt, atque ita obuiam hostibus eunt, dimicatatumque est in cunicu- lo, nec ulla uī magis uicta fuit Romanorum pertinacia quam nouo oppidanorum cōmento. Dolū pluma oppletum cum tenuibus fistulis in cauerna ostio obiecerunt, inde à tergo follibus adhibitis nidore incensa plume fumoque miles à proposito est auer- sus. Tenuit inde aliquot dies obsidio, quoad Aminā- dri regis interuentu Ambracienses deditionem fe- cere, qui præter auream coronam. dcl. pondo, signa ænea marmorea; & tabulas pictas quibus ornati- or erat Ambracia (fuit enim Pyrthi regia) cōsuli ob- tulerunt. Ætoli & ipsi fessī his conditionibus pacē accepere. Imperium maiestatemq; Po. Ro. Ætolorū gens conseruato sine dolo malo, ne quem exercitū qui aduersus socios amicosq; eorū duceret per tuos fines transire finito. Bellumq; pariter gerito, per- fugas fugitiuos captiuos reddito. Romanis socijsque obsides quadraginta consulis arbitrio dato. Cepha- lenia extra pacis leges esto, mille talenta argenti Po. Ro. soluito, dimidium in præsentia pendito. Qui a- gri, quæ urbes à Romanis iam inde à T. Quintio & Gn. Domitio consulis sunt ipsi genti ademptæ, Acarnanum sunt: & hæc à M. Fulvio in Ætolia ge- sta. Gn. Manlius per id tempus cum Gallogræcis bel- lauit. In initio ueris cum eo exercitu quē à Scipione acceperat, ipsi genti bellū intulit. Hortatus est itaq; Manlius milites ad rem secum alacri animo geren- dā aduersus eos qui pro Antiocho in acie steterant, quibus etiam incolumibus multo minus pacata fu- tura esset Asia citra Taurū Romanis, quam sub An- tiocho fuerat. Ex Epheso in hostem mouit, ad Mæan- drum primo uentum, quo nauibus superato (nam uado tranari non potuit) præter Hieracomen, ubi Appollinis templum celebri oraculo fuit, ad Harpa- sum amnem fecit castra. Hic quum sederet castellū quoddam per tribunum militum receptum Alaban- densibus restituit. Dein ad Antiochiam super Mæan- drum metatus. Est Mæandri ortus ex Celenis. Fue- runt Celenæ olim caput Phrygiæ, nouæque urbi Apameæ nomen fuit, ab Apamea Seleuci regis lo- rore, & Marfias haud procul à Mæandri fontibus oriens ipsi fluuii infunditur. Obrinuit fama Ce- lenis Marfiam tiliarum cantu cum Apolline certat- se. Mæander ex arce summa Celenarum ortus ur- bem

Ambracia de- fenditur.

Ætolorum inuentum.

Leges Ætolis date.

Causa belli Gallis illati.

Apamea.

ber ipsam interfecans, per Caras & Ionas fluens in- ter Priensem & Miletum in mare elabit. Ad Tabas i- tum in sinibus Pisidarum. Hic quia in Romanum e- quitatum factus est ab locorum accolis imperus, ui- cti prælio Barbari quin; &.xx. talētis &.x. milibus medimnis tritici, pacem sibi à cōsule redemerunt. Erizam urbem cepere, mox ad Tabusion castellum imminens flumini Indo uentum est. Labitur is ex Cibratarum mōtibus, procul ab eo multo celebri- ore qui Indiæ nomen dedit. Quanquam hic quoq; ob id non parū celebris, quod ut Plinius scribit sexa- ginta accipit perenes fluuios, torretes amplius centum. Dedit huic fluuii nomen Indus ex elephante casu quodam in eum deiectus. Gn. Manlius à con- sule missus cum quatuor milibus peditum, & quin- gentis equitibus, Cibratarum fines ingressus, obu- os continuo habuit à Cibra legatos, per quos Mo- ages tyrannus ueniam precatus pollicetur se impe- rata facturum, Cui centum talenta &.x. milia me- dimnū tritici consul expressit: à Cibra per Sida- sium agros ducēs, Calaurē amnem superauit, de- in præter Carallitem paludem & Madamprum fe- cit castra. Lagum ab incolis desertam diripuit. Ab Lysæos fluminis fonte ad Cobuletum amnem uen- tum est. Et ex Cobuleto in Pamphiliam consul de- torfit iter, exemitq; Ifiondenfes obsidione, quorum arcē capta urbe Termessenses oppugnabant, & Ter- messo pax data, ex Paphilia reuersus ad flumen Tau- rum consedit: postero die ad Xylenē (quam uocat) Comē metatus est, ad Cormala urbem postea pro- cecit, Darfiam; habitatoribus metu desertam diri- puit, & Lyfimoem sponte deditam recepit: fuisset & Sagallenus ager uiolatus, nisi Pisidæ qui eum inco- lunt, pacem sibi l. talentis &.xx. milibus medimnū tritici, ac totidem hordei mercati essent. Inde circa Rutinos fontes ducib' inieris à Seleuco qui eo ex Apamea uenerat acceptis per Metropolitanum cā- pum ad Dinias Phrygiæ admoit castra. Synada de- inde processum locum marmoris præstantia nobi- litatum, hinc ad Alexandri fontes & mox triduo ad Abeslum profectus Manlius in Tolistobogorū fini- bus fecit castra. Ea gens Brennonis ductu ex Gallia profecta in Dardanis, qui à tergo Macedonia adia- cent, multum euagati primo confederunt. Ibi sedi- tio inter Gallos orta est. xx. milia hominū cum Lō- norio & Lutario regulis secessione facta in Thraci- am iter auerterunt, huius terræ accolas quum ali- quando stipendiaris habuissent, Byzantium usq; progressi omnem Propontidis oram sibi uectigale fecere. Lyfimachia fraude capta ac cū ea tota Cher- roneso subacta, ad Hellepontum descendere, unde Asiā ex proximo intuiti (dirimit ibi fretum septē stadiorum Asiā ab Europa) audita terræ feracitate, cupido animum in celsis in aduersam terram tra- ijciendi. Hic noua rursus seditione turbati Lonori- us retro cum parte copiarum Byzantium reuersus est. Lutarius haud ab incepto deterritus copias tra- ijcit, duabus testis nauibus & tribus lembis usq; quos Macedonibus ademerat legatorum prætextu ad speculanda Gallorum consilia ab Antipatro mis- sis. Nec multo pōst & Lonorius ex Byzantio Nico- medis opera cum suis copijs in Bithyniam traiecit, ubi Gallorum auxilijs fretus Zybetea uictus, totam Bithyniam suę ditionis fecit. Tum uero Galli ex Bi- thynia in Asiā processerūt. x. milia armatorum e- rant, pari mulierum & puerorū multitudine. Tam exigua bellatorum manus tātum terroris omnibus cis Taurum inculsit, ut omnes populi siue petiti bel- lo, siue nō petiti breui sint illorum imperio subacti. Tum demum quum tres essent gētes, Tolistobogi, Trocmi & Tectosagi, ita sunt sibi Asiā partiti, ut Trocmi Helleponti oram haberent, Tolistobogi Æolidē cum Ionia. Tectosagi mediterranea sedēq; sibi circa Halyn fluuium obtinerent. Horum ope-

Indus fluuius.

Calauris flu.

Synadicus la- pis.

Galli Hellepō- to in Asiā tras- mitunt.

Tolistobogi. Trocmi. Tectosagi.

adeo deinceps creuere ut & Syrię reges illis cū cæte- ra Asiā uno tempore tributū penderet. Artalus Em- menis pater, primus omnium cum his acie confi- gere ausus, quum magno prælio uicisset, tributum genti dare recusauit. Cæterum quum nihilo fecius imperio abstinerent, Antiochum ut supra est demō- stratum bello inuerunt, atque eo acie uicto, qui pro- cul à mari incolebant, satis fidere Romana ad se ar- ma nunquam peruentura. His quum iam cōsul im- mineret ita est pro concione milites affatus. Sūt scio milites hi Galli cum quibus nobis res futura est om- nium qui Asiā incolunt, belli fama maxime illu- stres. Gens natura ferox post uarios errores sibi bel- lo sedem quęsiuit. Procera corpora, comæ promi- sæ, & rutilæ, ampliora scuta, longiores gladij, & quū pugnam ineunt, cantus, ululatus, tripudia & hor- rēdos cent armorum strepitus, omnia de industria ad terrorem composita. Hæc facile omnes circum- iectos accolas unius gentis iniuriæ obnoxios fece- re. Sed illa, Phryges, Cares, & quillorū bellis sunt minime assueti reformident, Romanis qui ducentē simo abhinc anno cum ipsa gente feliciter dimicāt, leuia & ridicula habenda sunt. Semel id ludibrium maioribus nostris ad Alliam obfuit. Inde uero asī- duis cladibus ita prostrati, cæsi que sunt à Romanis Galli, ut penē plures ex hac una gente quā ex reli- quis omnibus quæ in toto orbe sunt, triumphij sint Romæ asī. Etenim quum primum illum impetum quo feruida & cæca ira in pugnam ruunt, sustinueris, fluunt sudore & lassitudine membra, labant ar- ma, mollia corpora, molles & animi ubi ira illa rem- misit, Sol, puluis, sitis est ferrum non adhibeas uir- sternunt. Nec acie tantum id sumus experti sed uir- uiro congressus quantum Romana uirtus præstet sæpius documento fuit. Sic Torquatus, sic Corui- nus Gallicam ferociam strauerit. Quid quod M. Mā- lius totum agmen unus è capitolio deiecit. Erat que- tum maioribus nostris bellū cum ijs Gallis qui pa- trio solo ferocissimæque mundi plaga nuper fue- rant egredi. Hi uero Græcis immixti, unde Gallo- græci dicti, in molli genio saque terra diu commo- rati, quantum à propria uirtute gentis tam longo tē- poris spatio degenerasse credēdi sunt? Nam si in fru- gibus pecudibus que non tantum, semina ad seruan- dam indolem ualent, quantum cœli sub quo aluntur proprietates, sane & hominum ingenia locorum diuersitate mutari necesse est. Abijt Macedonum fe- rocia, Alexandriam, Seleuciam, & Babylonem colē- do in uilisimarum gentium molliciem. In Malsili- ensibus non parua mutatio sub diuerso climate fa- cta est, & ut breuiter dicam, nihil tam generosum ex- tat quod in eius terræ naturam cui creditur non fa- cile degeneret. Adde quod omnia in peius facilius mutantur. Gallica igitur tantum habebunt arma: Phryges per cætera experiemini. Sed quid experie- mini dixi? quos ad Magnesium superiore anno ut uī- lissimas pecudes cecidistis, uictores uictos cædetis. Nam ut ferę humana arte & illecebris omnem cum tempore exuunt feritatem, ita gens hæc Asiaticis o- pibus saginata, uberrimo agro, saluberrimo cœlo, clementibus accolarum ingenijs gentilem deposue- re ferociam. Hoc ipsum quo uerius est, eo impensius adnitendum ut quā primum defuncti hoc bel- lo domum uictores abeamus, Asiaticam amenita- tem fugientes. Etenim tantum peregrinē uolupta- tes ad extinguendum uigorem animorum ualent, quantum contagio corruptaque accolarum disci- plina, ueniet que illud feliciter, quod cum hi Galli parem inter Græcos famam obtineant, uelut si nihil esset in uirtute degeneratum, ex hac uictoria nō mi- norem laudem reportabimus, quā si cum ueris ef- set Gallis dimicatum. Dimissa concione consul ad Alandrum fluuium mouit castra, inde ad Tyfcon ui- cum progressus. Oroandenium legatis pacem pe- tentibus

Oratio cōsulis ad milites.

Peroratio.

Axylum solū.

tenibus ducenta talenta imperavit. Ad Plitendum deinceps & Alyartos nouissime atque Axylon ductus est exercitus. Nomen loco à re factum, non modo non ligni quicquam, sed ne spinas quidem fert id solum. Fimo bubulo incolæ pro lignis utuntur. Et iam castra ad Cuballum Gallogræciæ castellum promotæ erant, quum subito Gallorum equitum accessus Romanorum stationes turbauit, sed Roma no equite in eos immisso, continuo à pugna in fugam uersi sunt, fugientiumque aliquot interfecit.

Sangarium flu.

Composito deinde agmine ad Sangarium amnem consul uenit, is ex Adoreo monte lapsus per Phrygiam fluens circa Bithyniam Tymbrī flumī miscetur, tum maiorem in modum auctus per eandem terram decurrens in Propontidem euoluitur, non tam sua magnitudine quàm piscium ubertate mirabilis. Consul Sangarium ponte transgressus præter ripam ducens Gallos sacerdotes ex Pindunte obtinere habuit. Hi phanatico furore carmen cecinerunt, quo Romanis uictoria portendebatur, quo omne lætus consul Gordium peruenit. Medius is locus inter Hellepontum & oram Cilicij maris ab utroque litore paribus distans spatij. Hic ex Epello gnoro regulo qui unus Gallorum Antiocho contra Romanos auxilia denegarat, cognitum est Gallos cum uxoribus & liberis, & his rebus quæ asportari poterunt, populariter ex suis sedibus migraffe, Olympumque ab eis occupatum, sedemque belli in eo monte destinatum, ut locorum arduitate & armis se & sua inde tuerentur. Oroandensium inde legati nunciarunt à Tolistobogis Olympum teneri, Magauam uero alterum montem à Tectofagis & Trocmis, quanquam hi dicerentur Tolistobogis auxilio ituri. Consul ad Olympum primo duxit, tri-duo postquam in hostium conspectum uenit triper tito est montem præter hostium opinionem oppugnare adortus. Persuasum habuerunt Galli ab initio Romanos locorum difficultate territos, nihil aduersus montis naturam ausuros. Est Olympus penè undique aditu difficillimus præterquam à meridie qua parte colles castigatus assurgunt. Hic Galli omne copiarum robur hostibus obiecerunt. Cæteris locis modico præsidio firmatis, quatuor milia tumulum uicq; imminuentem, procul à castris occupant. Id Romani intuitu locum ferociter subeunt, fuitque his pugna ab initio difficilior ut parum æquo loco inira: mox uero ubi comminus uentum est, & Galli seminudi scutorum angustia ad telorum ictus expo siti, sagittis, glande, iaculis obruebantur, eratq; eorum clades eo insignior quod & nudi pugnant, & candida corpora notabilis cruore rigabantur, tum uero in rabiem uersi, partim corpora humi sternerent, alij in subiectum hostem præcipites acti in suam perniciem ruebant. Postremo ubi se à leui armatura uictos senserunt, & iam legiones sub signis aderant, effusa fuga castra repetunt. Consul capto tumulo paululum ibi milites continuit, inde suos paucis hortatus iterum leuem armaturam in castra præmittit. Hic quoque Galli qui pro uallo steterant, telorum multitudine cooperiti momento temporis in castra compelluntur, firmis stationibus ad portarum aditus relictis. Cadebat interim telorū uis ingens intra hostium munitiones, multique mortales promiscue uulnerabantur, exaudiri que proinde clamores & ploratus mulierum ac puerorum. Demum adhibito legionum robore, paucis hostium primo congressu prostratis, cætera multitudo percussa cessit, diffugitur rotis castris cum clamore & miserabili ploratu, runtque Galli per uias & inuia, non abrupta saxa, non rupes obstant fugientibus, atque ita multi præcipites acti aut debilitati sunt aut ruinose lapsi exanimati. Abstulit suos consul à præda, ut fugientibus euestigiò instarent. Quæ res effecit ut passim sint cæsi hostes, & ultimum agmen quod

Galli sacerdot.

Olympus à Gallis occupatur.

Romanorum ferocia.

extra pugnae periculum fuit castra diripuit. Claudius Quadrigarius qui bis in Olympo pugnatum cre didit quadraginta hominum milia scripsit occidione occisa. Valerius Antias decem milia tantum interfecta prodidit. Captiuorum numerus haud dubie priorem numerum expleuit. Multi donati sunt pro concione, & in primis Attalus Eumenis frater qui egregiam omnium consensu operam, eo prælio nauauit. Prædam in medio redactam consul militibus diuisit. Inde in Tectofagos itum, uentumque est tertijs castris ad Angiram nobilem in ea terra ut bem, ubi quum consul statina haberet, Centurio qui custodia captiuorum præerat, Orisgontis Gallorum reguli uxori eximia inter suas populares pulchritudine, ad omnem iniuriam obnoxia stuprum intulit. Inde ut mœrentem illius animum leniret, auri talentum pactus, occulte scillam è custodia ad suos dimissurum pollicetur, fecitque illi potestatem mittendi seruum in altera Gallorum castra, quæ ad decem milia passuum inde aberant, ut noctu duo ex necessarijs ad constitutum locum cum auro uenirent. Assuerunt illi ex edicto, & centurio cupiditate auri impulsus captiuam ex custodia eductam, ad de stinatum perduxit locum. Ibi illa Gallica lingua hor tatur suos, ut stricto ferro hostem obruncet, cædeque perpetrata iacentis caput ferox mulier abscis sum sinu inuoluit. Inde ad Orisgontem, qui in castra ex Olympo perfergerat, reueria, in eius conspectum caput abiecit. Tum mirante illo eequid rei id esset, uita sum inquit, priusquam ad te uenerim, corporis iniuriam, uoluntatemque ab hoste pudicitiam. Et Gallica mulier tale edidit facinus. Tentarunt interim Galli per speciem colloquij, consulem insidijs excipere, mille lectis ad id facinus equitibus, fessentque noti compotes facti, præsidio quingentorū equitum quos secum cõsul habebat, fuso, maioreq; ex parte caelo, nisi aliquanto maior equitatus, qui pabulatoribus præsidio erat, clamore audito, eò mat ure accurrisset, horum interuentu, non solum cõsul seruatus est, sed hostes fusi ac cæsi usque ad radices montis. Tertio itaq; die ab eo quo ita est pugnatū, in aduersum montem consul aciem erexit, quatuor & lx. milia bellatorum iugum tenebant. Fuit tamè hæc uictoria aliquanto facilior, quàm ad Olympum percussis recenti clade hostium animis, restiterunt tamen non nihil, quoad robur legionum ad motum sit castris. Tum uero, ut erant magna ex parte faucij, ui telorum, uelut grandine quadam, afflicti fugam capessunt, dextra læuâq; per deuexa motum latera diffugiunt. Miles castris captis, prædæ cupiditate, ad insequendū hostē ægre trudebatur, fuitq; proinde cædes lōge minor quàm uictoria. Ad x. milia occisa dicuntur. Cætera multitudo ultra Halim flumiū quo filios & uxores præmiserant abierunt. Præda tanta fuit, quantā gens rapiēdi cupida, quæ per multos annos Asia cis Taurū tenuerat, coaceruasse potuit. Galli duplici clade fracti, postremo ad cõsulem legatos pacem imploratum mittunt, his Ephesum ad se uenire iussis, ipse quia dimidium autumnus exierat, ut procul Tauro mote, qui gelidissimus est, copias ante hyemē abduceret, motis signis in maritima loca hybernati dimisit. Romæ interea T. Quintius & M. Claudius censors uiam silice sternēdam à Capena porta ad eodem Martis locauerunt, ab his Scipio Aphri canus tertio lectus est princeps senatus: fuit enim quantum hinc colligi potest honos ille annuus. Tyberis duodecies uno anno campum Martiū, & plana urbis loca inundauit. In Græcia M. Fuluius alter consul Cephalenios in fidem recepit. Samei, una insulanorum ciuitas, post datos obfides, incertum quo consilio confestim rebellauit, quatuorque mens es laboriose oppugnati, demum urbs & capta uē est & hostiliter direpta, & qui cum arce dediti sunt, sub corona uenierunt. Ex Cephalenia consul in Pe loponnesum transmisiit, ob bellum inter Achæos & Lacedæmonios nouissimè ortum. Quintius & Romanis, fractis Nabidis opibus, uicos & castella Laco nica agri Achæis addixerant, & Spartani exules passim ea loca obtinebant, habebantq; per hæc Lacedæmonios uehementer sollicitos, in primisq; ægre ferre Spartani, q. ora maris parū sibi cura esset. Indignitate itaq; rei commoti, Lan uicum maritimū adorti, ubi tum pleriq; exulum agitabat, maiorē tumultum quàm cædem exciuerunt. Miserunt Philopœmenis impulsu, qui tum prætor erat, Achæi Lacedæmonē legatos, qui eius tumultus auctores ad supplicij depolcerent, alioqui fœdus uiolatum uideri. Achæorum postulata ad eō Spartani iniquo animo tulerūt, ut interfectis qui illorum erant societatis auctores, ipsius gentis amicitia publicè renouari, missis ad consulem legatis, qui Lacedæmonem illi populolq; Ro. dederent. Et iam Achæi sumperant aduersus Spartanos arma. Cæterum consul interuentu iussu utriq; sunt armis abstinere, Româq; ad patres mittere. Magna erat apud Romanos Achæorum auctoritas, & de Lacedæmonijs nihil mutari placebat. Est itaq; legatis ad eō ambigūe responsum, ut tam hi quàm illi in suum fauorem senatum decreuisse dice rent. Accensis proinde in pristinū certamen animis sub initium ueris Philopœmenis ductu Achæi Laco nicos fines ingressi, defectionis auctores deposcunt, polliciti fore, ut indicta causa nihil passuri essent. Ci uitate metu attonita, qui deposcebant sua sponte se ituros professi sunt, & quia cõmunis causa agebat, pleriq; alij sunt secuti: ubi in castra uentum est, Spar tanorum exulum qui cum Achæis erant incurfu, fa uente multitudine, ad septemdecim eorum qui ue nerant, contra ius gentium & fidem à duce in id da tam interfecit. Postridie cæteri, qui tres & sexagin ta numero fuerunt è uinculis iratè multitudini obie cti, damnati ad unum omnes supplicio traditi sunt. Principum clade territi Lacedæmonij, muros urbis diruere sunt iussi, exules reducere, Lycurgi legibus abolitis Achæorum moribus assuescere. Muri disse cti sunt, Lycurgi q; disciplina sublata, qua o stingen tos ea ciuitas annos steterat. Post Fuluij & Manlij annum secuti sunt consules M. Valerius Messala, & Gn. Liuius Salinator, prouincijs in fortem cõiectis, Messalæ Ligures euenerunt: Salinator Gallos fortis tus est. C. Valerius Tappo Trib. pleb. legem promul gavit, ut Formiani Fudani & Arpinates municipes, qui ciuitatem sine legis latione adepti fuerat, feren di ius haberent. Ea rogatio non caruit contentione, sciuit tamen legem populus. M. Claudius Marcel lus Lustrum condidit. Censa sunt ciuium capita du centa quinquaginta octo milia, trecenta octo. In fe dere quod cum Antiocho fuerat ictum, disertè est expressum ut Hannibal dederetur, quod ille præui dens, continuò post pugnam, qua Antiochi opes ad Magnesium conciderant, in Bithyniam ad Prusiam regē se contulit. Cum Ariarate rege, in Eumenis gra tiam, qui illius filiam uxorem duxerat, iuncta est io cietas. Et Gallis his cõditionibus pax reddita, ut uan gandi morem sinerent, seq; tenerent suis sinibus. Re bus Asiæ per hæc constitutis, Manlius omnes copias in Europam traiecit, inde per Cheironesum ducens, quia per Thraciam erat iter facturus, copijs bifariam diuisis, partem unam iussit præire, reliqua co gebat agmen, in medium uehicula cum omni præda & publica pecunia accepit. Nec sefellit Roma num opinio. Thracas ad quinque milia numero, in fessis locorum angustijs, imperum ex improuiso in impedimenta faciunt, & iam diripere occiperat in terfectis cultodibus, quum subito militum occurfu prælio occupantur, fuitq; anceps per diem pugna, multiq; utriq; cecidere, sed plures aliquatò ex Ro manis. Remiserunt præliū sub noctem Barbari, nec præda uacui domū concesserunt. Romani bifariam

Cætorum numerus.

Orisgontis reguli uxor.

Consul penè oppressus à Gallis.

Galli pacem poscunt.

Lacedæmonio rum et Achæo rum discordia.

Lycurgi leges sublatae. Consules.

Hannibal ad Prusiam regem se contulit.

loponnesum transmisiit, ob bellum inter Achæos & Lacedæmonios nouissimè ortum. Quintius & Romanis, fractis Nabidis opibus, uicos & castella Laco nica agri Achæis addixerant, & Spartani exules passim ea loca obtinebant, habebantq; per hæc Lacedæmonios uehementer sollicitos, in primisq; ægre ferre Spartani, q. ora maris parū sibi cura esset. Indignitate itaq; rei commoti, Lan uicum maritimū adorti, ubi tum pleriq; exulum agitabat, maiorē tumultum quàm cædem exciuerunt. Miserunt Philopœmenis impulsu, qui tum prætor erat, Achæi Lacedæmonē legatos, qui eius tumultus auctores ad supplicij depolcerent, alioqui fœdus uiolatum uideri. Achæorum postulata ad eō Spartani iniquo animo tulerūt, ut interfectis qui illorum erant societatis auctores, ipsius gentis amicitia publicè renouari, missis ad consulem legatis, qui Lacedæmonem illi populolq; Ro. dederent. Et iam Achæi sumperant aduersus Spartanos arma. Cæterum consul interuentu iussu utriq; sunt armis abstinere, Româq; ad patres mittere. Magna erat apud Romanos Achæorum auctoritas, & de Lacedæmonijs nihil mutari placebat. Est itaq; legatis ad eō ambigūe responsum, ut tam hi quàm illi in suum fauorem senatum decreuisse dice rent. Accensis proinde in pristinū certamen animis sub initium ueris Philopœmenis ductu Achæi Laco nicos fines ingressi, defectionis auctores deposcunt, polliciti fore, ut indicta causa nihil passuri essent. Ci uitate metu attonita, qui deposcebant sua sponte se ituros professi sunt, & quia cõmunis causa agebat, pleriq; alij sunt secuti: ubi in castra uentum est, Spar tanorum exulum qui cum Achæis erant incurfu, fa uente multitudine, ad septemdecim eorum qui ue nerant, contra ius gentium & fidem à duce in id da tam interfecit. Postridie cæteri, qui tres & sexagin ta numero fuerunt è uinculis iratè multitudini obie cti, damnati ad unum omnes supplicio traditi sunt. Principum clade territi Lacedæmonij, muros urbis diruere sunt iussi, exules reducere, Lycurgi legibus abolitis Achæorum moribus assuescere. Muri disse cti sunt, Lycurgi q; disciplina sublata, qua o stingen tos ea ciuitas annos steterat. Post Fuluij & Manlij annum secuti sunt consules M. Valerius Messala, & Gn. Liuius Salinator, prouincijs in fortem cõiectis, Messalæ Ligures euenerunt: Salinator Gallos fortis tus est. C. Valerius Tappo Trib. pleb. legem promul gavit, ut Formiani Fudani & Arpinates municipes, qui ciuitatem sine legis latione adepti fuerat, feren di ius haberent. Ea rogatio non caruit contentione, sciuit tamen legem populus. M. Claudius Marcel lus Lustrum condidit. Censa sunt ciuium capita du centa quinquaginta octo milia, trecenta octo. In fe dere quod cum Antiocho fuerat ictum, disertè est expressum ut Hannibal dederetur, quod ille præui dens, continuò post pugnam, qua Antiochi opes ad Magnesium conciderant, in Bithyniam ad Prusiam regē se contulit. Cum Ariarate rege, in Eumenis gra tiam, qui illius filiam uxorem duxerat, iuncta est io cietas. Et Gallis his cõditionibus pax reddita, ut uan gandi morem sinerent, seq; tenerent suis sinibus. Re bus Asiæ per hæc constitutis, Manlius omnes copias in Europam traiecit, inde per Cheironesum ducens, quia per Thraciam erat iter facturus, copijs bifariam diuisis, partem unam iussit præire, reliqua co gebat agmen, in medium uehicula cum omni præda & publica pecunia accepit. Nec sefellit Roma num opinio. Thracas ad quinque milia numero, in fessis locorum angustijs, imperum ex improuiso in impedimenta faciunt, & iam diripere occiperat in terfectis cultodibus, quum subito militum occurfu prælio occupantur, fuitq; anceps per diem pugna, multiq; utriq; cecidere, sed plures aliquatò ex Ro manis. Remiserunt præliū sub noctem Barbari, nec præda uacui domū concesserunt. Romani bifariam

nocte una metati sunt, postridie iunctis acieb. signa mora sunt, ad Hebrumq; flumiū uetum est. Inde per Æniorū fines ad alias angustias itum (Tympira lo cum uocant) hic iusto prælio, cæterū in aperto cum Thracibus dimicatu, fuisq; Barbaris ac eorū pluri bus cæsis, Romani saltū transgressi, in Maronitarū fi nes uenere per pacatam inde regionē Apolloniā, & ex Apollonia per Abderitarū agri, Neapolim & reli quas Græcorū colonias copiarū traductæ. Postremo per reliquos Thracas magis suspectos q; infelto uē tum est in Macedonia, ac reliquum hyemis Apollo niæ egit. In Liguria & Gallia nihil dignū memoria est eo anno gestū. Secuti noui consules M. Æmilij, C. Flaminius. His consilib. L. Minutius Myrtilus & L. Mælius, quia Carthaginensiu legatos pulsasset, M. Claudij prætoris iuuu per fœciales traditi sunt le gatis, & Carthaginē aduecti. M. Fuluius ab Ambra cienfibus M. Æmilij consulis impulsu est absens ac culatus apud Patres, q. sine causa petiti bello essent, & hostiliter ab eo spoliati: erant non obscuræ inimi citiæ inter Fuluiū & Æmilium. Cæterū C. Flaminius cõsul, absentis causam cõplexus, autor fuit ne quid decerneretur ante Fuluij reditū. Sic enim Gn. Man lius, ubi Romam uenit, quum peteret ut triumphas in urbem ingrederet, à L. Furio Purpurione, & à L. Æmylio Paulo, qui eius in Asia legati fuerant, accu satus est, q. Antiochi pacem turbare quæ fuerit, bel li gerendi cupiditate, trans Taurum Ro. signa con tra ictum fœdus, oraculumq; Sibyllini carminis pro ferre conat' esset, fecissetq; nisi à legatis prohibitus fuisset, & q. à ram audaci incepto auertus, Pythiæ, Lycaonia, Phrygiæ infontes urbes circumducto ad omnes recessus mercenario exercitu sordidè expi lasset, q. Gallogræcis, sine senatus consulto iniussuq; Po. Ro. bellū intulisset, q. illatum ad eō temerè admi nitrallet, ut nisi fortuna Po. Ro. assuisset, potuerint Romanæ legiones semel atq; iterum, locorū iniqui tate deleri. Postremo q. in Thracia ab incõposita la tronum manu fugatus esset, Ro. exercitus celsus atq; impedimentis nō parua ex parte exutus. Cæterum si talis clades nunquā fuisset accepta, non uidere se aiebat, de quo hoste Manlius triumphare posset, an de Gallogræcis? a quib. res repetitæ non essent, neq; ipsi hostes à Po. Ro. iudicati, neq; solenni more bel lum indictum, nisi confundi tolliq; iura fœcialia pla ceret, neq; senatū de bello consuli amplius, omniaq; iura diuina & humana turbari. Excepit legatorum accusationē Manlius longiore oratione, qua & Gal los armis iure petiros ostendit, qui ad Magnesium pro Antiocho in acie steterat, appellariq; ambo Scipio nes, qui gerendo bello præfuerant, Gallogræci hostes eo bello an amici fuissent. Iniquiore loco à fe aciem instruatam haud quidem inficiari, quando æ quiore instrui nō potuisset. Sic ad Thermopylas ab Artilio, sic à Quintio antea ad Aoum amnem dimi carum. Eò igitur itum, quò spes uictoriæ traxisset. Ad centum milia hostiū debellata, quadraginta mi lia aut cæsa aut capta. Pacatam à se totam citra Tau rum Asiam, quæ incolumib. Gallis omnium opinio ne quietura erat nunquam. Quod ad Thraciæ latro nes attineret tantum abesse, ut crimen, imò menda cium illud, gloriæ à se partæ aliquo modo obfuerit, ut pro ea uictoria, q. bis multa milia Thracū paucis dieb. fudisset cecidissetq;, si nihil in Asia esset gestū, nihilominus triumphū petiturus fuisset. Sed cæcam esse inuidiam, nec quicquam aliud scire q. detrecta re uirtutes, honoresq; ac præmia corrumpere, quam duo L. Purpurio & Æmylius secuti, ea acculerent, quorum ipsi alioqui testes, si sine inuidia uiueretur, adhiberi debuissent, si quis alius labefactare esset au sus. factata inde in senatu res est, nitentibusq; Man lij necessarijs, frequens senatus illi triumphum de creuit. Maior deinde contentio orta, Duo Petilij tri buni plebis diem Scipioni Aphricano dixerunt, nec

Consules.

Manlius à sub legatis accusatur.

Quæ Manlius responderit.

Triumphus Ma lii decernitur.

desiderunt fortasse qui Romanam civitatem, ut ingrata accusarent, quae tantum virum a Trib. pleb. uxari pateretur. Caeterum & tunc quidem oportuit, oportebitque semper, virum in libera civitate tantum eminare, ut legibus semper interrogari possit: nullum enim maius civitatis vinculum, quod ita libertas aequetur, ut potentissimus quisque possit causam dicere. Qui equum pati nequeat, in eum vim iniustam haud videri oportere. Nunquam igitur Scipio maiore civium frequentia in forum est deductus, quam quum ad dicendam causam venit, quam iustus dicere, sine ulla criminis mentione oratione de rebus a se gestis, ita est exorsus, ut nemo unquam melius, neque verius laudatus fuerit, omnia eodem animo & ingenio quo gesta fuerant, ab eo memorata, aberatque interim ab auribus. factidii, quia pro periculo & non pro gloria dicebant. Tribuni praeter Syracusanam hyberna, quae in famia non caruerunt, Pleminianum sacrilegium, militaremque seditionem, suspicionemque magis pecuniae ab Antiocho captae, quam argumentis rerum respergebant. Filium captivum sine precio restitutum, omnibus rebus Scipionem, tanquam in eius manu pax & bellum Populi Romani esset, cultum ab Antiocho fuisse. Dictatorem eum consuli non legatum in provincia fuisse. Nec in Asia alia de causa profectum, quam quod Hispaniae, Africae, Siciliae, de eo iam antea peritiam esset, hoc Graeciae & Asiae & omnibus ad orientem partibus appareret, unum hominem caput ac columnam esse Romae imperii, sub umbra Scipionis civitate late imperantem latere. Sic illum infamia intactum, invidia, qua poterant, obruebant. Die illo per haec consumptum, causa producta est, cuius dicendam quum postea dies affuisset, Tribuni quoque pro rostris sedissent, Scipio ubi ad illorum conspectum venit, dixit diem illum esse eum, quo ipse Hannibalem & Carthaginienses in Africa ingenti praesidio uicississet. Omnia igitur omni altercatione, iturum se in Capitolium, diis immortalibus pro ea Populi Romani victoria gratias acturum, quod ut caeteri facerent hortatus, totam secum concionem traxit, adeo ut Tribuni cum modica suorum clientium manu, & praecone, qui reum uocabat, in rostris relictis sint. Ex Capitolio Scipio caetera deorum templum cum populo circumivit, fuitque lux illa fauore hominum non minus ei speciosa, quam quum de Syphace & Pœnis triumphavit. Ipse affluetis maiori fortunae, quam quod reus esse sciret, prius quam dies affuisset, qua causa dicenda erat, Litem ubi uilla illi fuit coecepit. Tribuni plebis absentem insectati, eius superbiam & apertam secessionem in Capitolium ad popululum criminari. Litem Scipio eius fratrem morbum excusabat, caeterumque Tribuni ab eo appellati ita decreverunt, ut quando morbi causa Scipio abesset, dies a collegis prorogaretur. Nemo ex toto Tribunorum collegio erat, a quo tristior sententia expectaretur, quam a T. Sempronio Graccho cui inimicitiae cum Africano haud obscurae intercedebant. Is quum uertisset nomen suum decreto collegarum adscribi, exessissetque omnium animos in expectatione alicuius durioris decreti, ita praefatus dicitur. Quando Scipio morbi causa abesset, non passurum se eum accusari, priusquam Romam uenisset, ac tum quoque si se appellaret auxilium futurum, ne causam diceret. Rem indignam fieri testatur eum, qui ad tantum rerum fastidium deorum hominumque consensu peruenisset, sub rostris reum stare, auresque praebere adolescentium concivium, non tam ipsi quam Populo Romano esse deformem. Moverunt Sempronij uerba, cum caetera multitudinem, tum accusatores ipsos, quibus pronunciantibus, se in postero deliberaturos, quid sui iuris & officij esset, dimissa concione senatus est haberi coeptus, gratiaque a toto ordine sunt ipsi Sempronio actae, quae remp. priuatis simultatibus prioribus habuisset. Petilij probris uexati, qui ex aliena inuidia splendore sibi questuissent, spoliaque ex Africano triumpho peterent. Silentium postea de Africano fuit. Litem reliquit uitae

Quid Scipio de se.

Que obiecta sunt Africano a Petilijs.

Scipio Litem in exiliis abiit.

egit, in ea quoque solitudine tam uenerabilis, ut praedones maris dicant quandoque in littus descendisse, ut eum uiderent, dextraque illum tot terrarum et gentium domitricem tangerent. Ipse ne in patria, uelut ingrata, funus sibi fieret, moriens mandauit. Eius sepulchro id fuit carmen ascriptum. Deuicto Hannibale, capta Carthagine, & aucto imperio, hos cineres marmore testus habes. Cui non Europa, non oblitit Africana quondam. Respice res hominum quam breuis urna premat. Sed haec aliquando postea contigerunt. Eius morte creuit inimicis animus, quorum princeps fuit M. Cato, qui eo adhuc uiuente tantum uiri magnitudine allatrare erat solitus, quo autore Petilij illi diem dixisse creditur, & post eius mortem rogationem tulisse, ut quae pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho esset, quaereretur, & siquid ex ea in publicum non fuisset relatum. Eam iniuriam questus est L. Scipio, quod post mortem Africani ea rogatio orta esset, non factis uideri Africani fratrem suum pro rostris non laudatum more maiorum, nisi mortuus etiam accusaretur. Contentos Carthaginienses esse Hannibalis exilio, Populo Romano. ne morte quidem Scipionis qui Hannibalem uicit exariari, nisi sepulti fama laceretur, fraterque accessione inuidiae insuper mactetur. M. Cato suauiter Petiliorum rogationem, quam omnes tribus iussissent. Q. Terentius Culeo, qui tum praetor erat, eam quaestionem habere est iussus, adeo Scipionum familiaris amicus, ut ad portam Capenam in Africani funere nullum populo dederit, pileatusque ut olim ipsius triumphatis currum, ita sit funus persecutus. Hoc propius uero est, quam quod tradunt quidam fuisse eum familiaris inimicissimum, atque ab hominibus aduersae factionis ad eam quaestionem habendam optatum. Caeterum siue aequum sit expertus siue iniquum, L. Scipio reus est factus, receptaque nomina quorundam legatorum, ut Hostiliorum, Catonum & C. Furij questoris, scribere cum his duo expositulati. Scipio cum Hostilio legato & C. Furio, caeteris absolutis, damnati sunt, quod ille sex milia pondi auri, quadringenta argenti, plusquam in aerarium relata essent, ab Antiocho rege accepisset, quod Hostilius lxxx. pondi auri, argenti cccc. tria. Furius cxxx. auri, cc. argenti. Tradunt quidam P. Scipionem rationarium a L. fratre in curiam allatum suis manibus cocepisse, indignatum quod quum tantum auri & argenti esset aerario illatum, quadragies (tanti calis reo aestimata est) ratio repesceretur. Caeterum haec de Scipionibus uariè, ut uideo, tradita sunt memoriae. Alij a Petilijs Scipionem, alij a Nauio accusatum auctores fuere, & illud diuersum tradunt, quo sit loco Scipio situs. Quidam Litem sepulchrum prodiderunt, in qua opinione Plinius & Plutarchus mihi fuisse uidentur. Alij Romae extra portam Capenam, ubi tres statuae uno loco uiderentur, supra sepulchrum quod Scipionis esse diceretur, quarum una Africani fuerit: altera L. fratris: tertia Quinti Ennii poetae. Quidam Africani fratri iam reo facto, & in carcerem ducto iusso, ex Hetruria ubi legati munere fungebatur, auxilio superuenisse aiunt, atque ibi magis pie quam ciuilitate reum ex uiatorum manibus extorsisse, quo audaci facto, quum Tribunitia potestas a priuato soluta uideretur, eaque oneraretur Africani inuidia, Gracchum pro Scipionibus intercessisse, quum iam L. Scipio in uincula duceretur, iureiurando testatum manere sibi cum Scipionibus inimicitias, uerum indignum sibi uideri in carcerem L. Scipionem detrusum iri, in quem tot captiuos hostium duces Africani duxisset, ac tum demum ob id meritum, minor Cornelia (maior Nasicæ nupsit) ex auctoritate patrum, ab Africano Graccho in matrimonium sit data. Scipio domum reuersus, quum Aemilia coniugis filiam a se uiro locatam renunciarer, mulier indignabunda, quod talis consilij non particeps facta esset, non si T. Graccho, inquit, locata foret filia, eius rei expertus

Scipionis interitus. Carme Scipionis sepulchro ascriptum.

Terentij Culeo nis gratitudo.

Qui peculatum cum Scipione conuicti sunt.

Cornelia Graccho locatur.

rei expertus esse debuisset. Tum uero Scipio laetus concordia iudicio, illi ipsi Graccho quem diceret, Corneliā a se desponsam affirmavit. Litem aliam quandam de L. Scipione opinio est secutus, ut post Africani morte ille damnatus, quum in carcerem traheret, quia eius bona non tanti uenire possent, quanti illi fuerat aestimata, Scipio Nasicæ de totius familiae laudibus, accuratissima uisus oratione, conatus sit eum periculo eximere. Caeterum tribunus in proposito manentibus, solus est collegio Gracchus eum mitti iusserit, quo apparet Scipionem haud semel causam dixisse, alioqui non uideo cur Africani Graccho filiam desponderit, si nulla ipsius tribuni opera in causa fratris fuisset ad id repus usus, nisi quis dicat bis illum pro Scipionibus intercessisse, & quum Africana non primū dicta est dies, quo merito ille Cornelia sit conuicta adeptus: & mox post Africani interitum, quum Asiaticus causam diceret. Satis constat. L. ipsius bona omnia in publicum a Tribuni redacta, ac diuendita, praeter pauca quae ad usum uitae cognati & clientis illi redemerunt. Sed dum haec Romae gerebant, Flaminius consul Frisinas Ligures pluribus praesidijs uictos in deditioem accepit: quibus quum arma adimeret, subita defectione in Anginū montem confugerat, inde plures metu dissipati, alij alio fuga dilapsi, in deuia abierunt, qui in castris se tenuerunt, a Romanis circumfessi expugnati que sunt. Inde et Apuani Ligures deditioem fecere. Flaminius, pacata provincia, ne militem in ocio haberet, uiam a Bononia Aretium usque, silicibus strauit, & Aemilius alter consul, etenim ambobus eo anno Ligures provinciam dati, uillis diuersa parte exustis, hostes se motibus tenentes adortus, primo leuibus praesidijs fatigauit, coactos inde in aciem descendere iusto praesidio uicit. His que cis Apenninum gestis, transmontanos subegit, armaque ademit. Ultimo praesidio, quod cum ea gente gessit, aedem uouit Iunoni reginae. Multitudine itaque ex montibus in campos deducta, pacatis Liguribus legiones in agrum Gallicū dedit, uiamque a Platenā Flaminiā commissam, Ariminū usque militari opere communiuit. Caeterum Straboniam a Flamio per Tusciam & Umbriam Ariminum perductam auctor est, & alteram ab Aemilio ab Roma Bononiam, & inde, ducto prope alpium radices in gyrum circa paludes opere, Aquileiam usque. M. Fuluius Romam reuersus, de Aetolis & Cephalonia triumphauit. Praelatae currui, praeter aliam pecuniam, coronae aureae centum duae. Signa gnae cxxxv. marmorea cxxx. & Cn. Manlius de Gallograecis triumphum egit. Actus est triumphus ille aliquanto tardius, quod ueritus fuit ne Scipionum exemplo apud tribunos uexaretur, quod priusquam praeda triumpho praelata, in aerarium relata esset, euenire non potuit. Ferebatur praeter ea ab eo exercitus Asia tica mollitie corruptus, tum primum lecti aerati, uertis stragulae preciosa, plagulae, & alia textilia Romae inuestita dicuntur. Monopodia adhuc, & abaci, psalteria, sambucistris & conuiuialia ludionum oblectamenta epulis adhibita, & coquus in precio haberi coeptus. Erantque iam consules Q. Martius Philippus & Posthumius Albinus, his quaestio de clandestinis coniurationibus decreta. Graecus quidam ignobilis aliquot ante annos in Hetruriam uenerat, non ijs artibus praeditus, quibus gens ipsa omnium eruditissima ea tepe stare utebatur, sed sacrificulus, ac uates occultorumque sacrorum antistes, ea noctu multa uini & epularum crapula mulieres maribus mixtae in abdito celebrare, ibi neque etatis ulla, neque sexus reuerentia, promiscua puerorum ac marronarum stupra, ex ea officina omnia ciuitatis flagitia promebantur. Manarunt ex Hetruria Romam huiusmodi initia, malignitudoque urbis talium malorum capax, diu id scelus occultum habuit. Caeterum sacrorum indicium ita est ad Posthumium delatum. Amabat Hispala quaedam Fe-

Scipionum fortum & Tribunis conuicti.

Via Flaminiā.

Via Aemilia.

Prima Ro. luxurie rudimenta.

Bacchanalium ritus.

cenia P. Ebutium adolescentem, pupillum a patre relictum. Haec enim ancilla corpore quaestum fecerat, mox libera huic uni animu adiecerat, sustentabatque suis opibus, haeredemque testamento coheredine capta, destinauerat. Ebutij mater nouum matrimonium secuta, ne administratae tutelae ratio sibi aliquando reddenda esset, ut quoquo modo illius indolēte profugaret, mariti impulsu uoto se eum Bacchis in iustitiam ait. Denunciat id Ebutius Hispala, uetatque si mulieram mirari, si aliquot secuber noctes, religionis causa id se facere, ut Bacchis recte imitetur. Tu illa dii meliora inquit, inde multa ijs mala imprecata, qui id fuissent, tarius sit, inquit, tibi & mihi mori, quam te officinam illam omnium sceleris subire, semel se sacrarium illud suae dominae comitem ingressam, at postquam libera fuisset, nunquam abijisse amplius, ob stupra & alia flagitia, quae ibi perpetrari uideret. Docuit adhuc pro hostia in occulto mactari, si quis turpia pati recusasset, quibus territus adolescens, ut genti matri negat se uelle initiari. Tum haec ueritas adolecenti meretricium amorem, quo implicatus, religio nis causa, non posset paucis ab Hispala noctibus recubare. Contulit se ille ad amicae suae Ebutiam, cuius auctoritate adolescens rem, ut ab Hispala acceptat, ad Posthumium consulem defert. Consul cum Ebutia locutus, apud Sulpiciam foerum suam Hispalam eodem accessit, initioque perculsam atque pauertantem, impunitatis spe confirmatam audiuit. Siciliae sacrarium illud docuit prius foeminari fuisse, nec quenquam uirum admitti, consueuisse, inuicem matronas sacerdotes creari solitas. Espona quae fuit sacerdos, prima uelut dei monitu omnia immutasse, eaque nouo exemplo uiros initiare ausam, nocturnum sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus, quinos singulis mensibus initiorum fecisse. Ac iam inde permixtis cum mulieribus uiris, a nullo flagitij genere cessatum, pluraque imbi fieri uirorumque foeminarum praesidijs minus patientes dedecoris essent, pro uictimis immolari, uiros uelut mente capta cum phantastica iactatione corporis uaticinari. Matronas Baccharum habitu passis crinibus cum ardentibus, facibus decurrere ad Tyberim, demissasque in aquam faeces, quia uiuum sulphur cum calce inest, integra flama efferre, rasas ad dios homines dici, quos machinae illigatas è conspectu in abditos specus abripiant, eosque per hunc modum necari qui facere aut pati nollent turpia. Multitudinem esse ingentem, quae in id facinus coherasset, alterumque prope modum populum uideri, biennioque ante institutum nequis maior xx. annis initiaret. Captari aetatem stupro & errori inhibendo idonea. Consul Hispala apud sacerdotem locata, & Ebutio in domum clientis sui misso, senatus do cuit, quae duorum indicio per eos dies coepisset. Patres, cum rei atrocitate, tum periculo perculsi, aedilibus negocij dant, ut antistites sacrorum in potestate redigerent. Triumuiri capitales noctu prospicerent, ne qui in urbe motus aut caeteris nocturni fieret, proposito edicto, ne talium sacrorum causa in urbe, reliquaue Italia conuentus ullus haberet, magnus terror peruasit ciuitate. Multi fugam molientes, circa portas nocte que secuta est a Triumuiris capti. Multi etiam uiri foeminisque sibi sceleris conscij, mortem occupauerunt. Conspirasse supra septem milia uirorum foeminarumque dicebant. M. Catinius de plebe Romana, Faliscus L. Opiternius & Ninius Cerinius (Hi erant sacrorum antistites) cum omnibus qui stupris aut caedibus uiolati essent, aut testimonia uendidissent, capitali sunt supplicio affecti. Qui tantum initiati in uinculis habiti, mulieres stupro pollutae cognatis traditae sunt, & iustum ijs in quorum manu erant, ut more maiorum suo arbitrio in illas animaduertent. Siqua erat cuius idoneus ultor non extaret, publice necata est. Consulibus, inde datum negocium, ut Romae ac tota Italia Bacchanalia diruerent. Indicibus

Bacchanalium indicium.

Bacchanalium capita necantur.

Indicibus Hispalæ & Ebutio singulis centena milia aëris ex publico data, additū ut Hispalia ingentio nu- beret, nec fortuna, aut quod questum corpore fecis- set, apud uirum noxæ illi esset, nec apud quemquam q. ipsius indicio fuisset, in plures animaduertum, ut Ebutio emerita stipendia essent, nec inuitus milita- ret. Sed dum Posthumi⁹ erat Romæ in habenda de Bacchanalibus quæstione occupatus, Q. Martius al- ter consul in Liguribus Apuanis, ab hostibus circum- uentus, quatuor milia militum amisit, & cum his ali- quot signa militaria. Saltus in quo ea clades accepta est, Martius fuit ad posteros appellatus. In Hispania C. Catinius cum Lusitanis prælio congressus, sex mi- lia hostium cecidit. Ipse quum Hæstam urbem oppu- gnaret, cepto circa muros uulnere, paucis dieb. ex- pirauit. Erat in citeriore Hispania L. Manlius Acidin- nus, qui ad Calaguram illis ipsis diebus ancipiti mar- te dimicauit. Nec ita multis interfectis diebus, iterū in aciem descensum, cæsa sunt duodecim milia ho- stium, duo milia & amplius capta, castris potius est Ro. imperator. Per eos dies, quibus hæc in Hispania nunciari contigit, Ludi Taurij sunt Romæ bi duo ce- lebrati religionis causa, eos M. Fuluius Ætolicus bel- lo uouerat. Hos L. Iulius, loco haud multum diuerso, Magnos appellauit. Cæterum quocunq; nomine di- cendi sint, eo primum spectaculo Romæ certarunt Athletæ, uenatioq; leonum & pantherarū exhibita. Triduo hoc anno lapidibus pluit in Piceno, & puer semimaris duodecim annorū repente extitit. Gal- li transalpini per id tempus in campestrē Carnorum regionem transgressi, oppidum haud procul ubi po- stea Agleia fuit, condere sunt adorti. Legatis ad hoc ipsum ex urbe in Galliam missis, sciscitarum publi- cō ne consilio an priuato ea manus Alpes transcen- disse: responsum est neq; id ex auctoritate gentis fa- ctum, neq; scire se ad quid illi patrio essent solo pro- fecti. Habuit annus, qui proximè secutus est, consu- les Appium Claudiu Pulchrum, & M. Sempronium Tuditanum, quibus magistratū gerentibus Spon- tus colonia deducta est ad superum mare, ad inferū Buxentum. Belli causa, quod est postea cum Perse- gestum, sub id tempus, & ex hoc quod dicam, exite- runt decem legati qui ad res sociorum inspicuendas ex urbe in Græciam missi fuerant, quum pro Thessa- lis, Perrhæbis & Magnetibus, qui aduersus Philip- pum stabant, quædam decreuissent, liberè Macedo est questus de legatorum iniuria, auditaq; eius uox est inter disceptandū, nodum omnium dierum Solem occidisse, quod hostili animo dictū, non cæteri tan- tum, sed & legati, qui à Roma uenerant, unā sunt in- terpretati, nec ab illo est propterea quicquam muta- tum, quum omnia alioqui consilia ad bellum specta- rent. In Italia L. Mælius ex Hispania reuersus, ouans urbem ingressus est, & in Apulia magnus motus ser- uilis fuit. L. Posthumius prætor, cuius Tarentū pro- uincia erat, de pastoribus, qui uias latrocinij in se- rant, quæstionem exercuit, ad septem milia hominū condemnauit. In Hispania sub id tempus duo præ- tores C. Calpurnius & L. Quintius, duobus exerciti- b⁹ iūctis, in Carpetanis acie uicti, atq; fœde in castra sunt ab hoste compulsi. Vna aduersa pugna perterri- ti duces, noctu castra reliquerunt. Cæsa sunt in acie ac fugata ad quinq; milia Romanorum. Dein repa- rato exercitu ad hostem pugnadi studio reuersi, Ta- gum duobus uadis copias trāsmissunt. Nam Hispa- ni circa fluiuium castra fecerant. Cæterum Romani priusquam uallum iacerent, configere sunt coacti. Pugnabat hostis cuneo, qui quum aliter submoueri non posset, prætores cum suo uterq; equitatu, à late- ribus inuecti hostē loco submouere, impressioneq; à legionarijs facta, Barbari cum multa cæde in castra reijciuntur. Eques è uestigio inscutus, intra uallum tumultuose irrupit. Tum uero Hispani totis castris cum cæde aci, triginta circiter milia hostium aut cæ-

Ludi Taurij.

Prodigia. Gallorū transsi- tus in Italiam.

Belli cum Perse- se causa.

Res uaria in Hispania ge- ste.

Lusitanorū cæ- des.

sa, aut capta sunt. Signa militaria cxxxij. uictis adem- pta: ex Romanis focijsq; paulo plus trecenti acie oc- cubuerunt. Equites quorum opera eo prælio maxi- mē enituit, postridie armillis à C. Calpurnio donati sunt. Quintius suos carellis & sibilis donauit. Con- sules in Ligures profecti. Semproniu⁹ uastatis Apua- norum agris, prælioq; demum hostes uictos monti- bus deiecit. Appius Claudi⁹ aduersus Ingaunos ali- quoties prosperè dimicauit, sexq; eius gentis oppi- da cum multis milibus hominum ui cepit. Creatus est sequenti anno consul Claudius Pulcher Claudi- j consulis frater, qui totis uiribus, maiestateq; perso- ne quam sustinebat, annexus, peruenit ut frater, nobi- lissimis competitoribus deiectis, locum obtinuerit. Datus est illi collega L. Porcius Licinius: his consuli- bus iterum legari missi sunt in Græciam ad res so- ciorum componendas. Philippus iussus à legatis ut Maronitis libertatem restitueret, per Onomastum præfectum urbis nocte una omnes Romanæ factio- nis uiros occultè interfecit. Ea res ita legatos offen- dit, ut haud dubiè præ se ferrent, nihil eorum quæ Philippus fecisset, sibi placere, & ille ita discessit, tā- quā non multo post rebellaturus. Vnum in mora erat, quod immaturis adhuc uiribus, Macedo nun- quam arma induisset. Sed dum in Græcia & Macedo- nia ita uerbis disceptabatur, Quintus Neuius, cui de ueneficijs quæstio decreta erat, supra quatuor milia, partim Romæ, partim foris, eius scelere conuictos damnauit. C. Calpurnius Piso, & L. Quintius ex Hi- spania Romam reuersi, triumpharunt, uterq; de Lu- sitanis & Celtiberis, diuersis tamē diebus. Erant au- tem Romæ censores L. Valerius Flaccus, & M. Por- cius Cato, homo plebeijs sanguinis, sed tam acri inge- nio, ut ipse sibi fortunā fecisse uideatur. Nulla illi ars defuit publicæ priuatæq; rei gerendæ, pleriq; eloquē- tia, alij uirtute militari, ad summos honores sibi gra- dum fecere: huic ad eod uersatile fuit ingeniu, ut ad id unum quod ageret, natus uideretur. Strenu⁹ miles, Imperator optimus, periculisimius iuris, orator elo- quentissimus. Quinquages ferè egisse dicij, pro se; proq; alijs, aduersus alios. Orationes reliquit quæ plurimas, quippe qui non solū accusando, sed reus etiam fatigauit inimicos, quater ac quadragies accu- satus, semperq; absolutus, quo cōtigit ut Romanus sit Demosthenes ab omnibus sui temporis dictus. Similitates nimio plures eū exercuerunt, & ipse eas exercuit. Nec est facile dictū, utrum illum magis no- bilitas, an ipse nobilitatem agitauerit. Asperi inge- nij, linguæ acerbæ & immodicæ libertatis. Rigida in eo innocentia, gratiæ & diuitiarū contemptus, et si ipsius est apophthegma illud, Virorū esse rem do- mesticam augere, uiduarum deteriore facere, ferre- rei prope corporis ad laborē, animi ad eod uegeti, ut eum ne senectus quidem fregerit. Sex & octoginta natus annos causam dixit. Inde nonagenarius Ser- gium Galbam ad iudiciū populi adduxit. Vbi fuerit natus, parum perspicue traditur, Tusculanus tamen fuit genere, Priscusq; ab initio appellatus, inde à prudentia & animi solertia Catonis est nomen ade- ptus. Sic enim Ro. nominabāt, q multarū rerū usum & experientia callerēt. Colore fuit subruffo, & glau- cis oculis, ut carmen in eum defunctum testatur. Porcius hic mordax glaucis subruffus ocellis, Interitus Erebo sedes non ceperit ulla. Multa adhæc contentia & æquitate, utpote qui a- dolescens Tarenti quum sub Fabio Maximo milita- ret, Nearcho Pythagorico familiariter sit usus, ex quo quū multa alia audire sit solitus à Platone usur- pata, tū illud, uoluptatē esse malorū omnium escā. Pa- tiētia & labore cū seruitorū certauit turba, quādiu uillicatus est. Rigida ac penè immitti natura, q seruos senio cōfectos, aut corpore debilitatos, ut mutas ani- mates uēditare cōsueuerit, uelut nihil humanitatis causa homini deberetur. Sed ut non ingrato animo meritō

M. Catonis censura.

Catonis elo- quētia & mo- res.

Carmen de Catone.

Cimonis equa. Canes Xantippi.

Catonis dicta & facta.

Consules.

Prodigia.

meritō habentur, qui cum mutis animalibus emeri- tis clementius agunt, ut Cimon ille Atheniensis qui equas, quæ tertio uicerant olympia, tumulandas cu- rauerit: & Xantippus ille priscus, qui & ipse humillè dicitur emeritis canes, ita durus & inhumanus sit meritō dicendus, qui hominibus ut uasis calceis ue- utatur, qui ubi longo fuerint usu attriti, pro re uilissi- ma abijciendos putet. Alioqui talis fuit, ut grauita- tem comitate condiret, incunditatem terrore. Hu- ius illud est, difficile esse eam ciuitatem diu incolu- mem fore, ubi pluris piscis unus, quamuis paruus, q- bos uederetur, & Romæ uxores uiris imperare, qui in cæteras gentes imperium obtinerent. Eundem- trium in tota uita pœnituisse aiunt, quod mulieri ar- canum ullū credidisset, quod eod nauis se uehi passus esset, quo pedib⁹ ire potuisset, & quod dies aliquan- do una per incuniam inanis effluxisset. Græcas lite- ras iam grādis natu didicit, etsi Latinos improbare sit solitus, qui Græca studia mirarentur: sæpe testa- tus tum Romanos imperiū amissuros, quum se Græ- cis literis dedissent. Impium arbitrari uxorē aut liberis pulsasset, quibus præsentibus nō minus quā si Vestales adessent, omni liberio uerbo absti- nuit. Sed iam plus nimio fumus, & præter itili ratio- nem in hac parte uersati, quanquā in uno uelut flo- re hominum, talis sit relatio non iniucunda. Censor itaq; creatus, homo à multis læsus, ac lædendi cupi- dus, uulgo formidini & terrori ab initio fuit. Septē omnino ē senatu mouit, & in his L. Quintiu Flami- nium uirum cōsulare, in quem ad eod graui est usus oratio, ut ne Titus Quintius eius frater, si tū censor fuisset, fratrem in ordine retinere potuerit. Caput ac- culationis fuit, quod quum ille consul in Gallia es- set, in gratiam eius scorti, quod ex urbe in prouinciā accesserat, Gallum hominem qui à suis ad Roma- nos cum liberis trās fugerat, ad colloquium admissum in multorū cōspectu, ut gladiatorij certaminis speciem cuius uidendi impudicus adolescens erat cupidus, ipsius oculis subijceret, gladio confecisset, et quod atrocitatem sceleris haud mediocriter auxe- rat, Romanorum fidem implorantem. Valerius An- tias è custodia eum eductum prodidit, ac securi per- cussum, nec in pueri sed puellæ gratiam, quam Pla- centiæ perditè adamasset, quæ continuè adhibita te- stata esset, se humanæ cædi nunquā interfuisse. Sed Catonis oratio priorū opinionū, ut L. Iulius scribit, asti- pulata est. Ademit & L. Scipioni Asiatico equum, or- namenta, & uestem muliebrem, uehicula & precio- siora mancipia in censum referri iussit, ut pgiuata lu- xuria grauior adhuc esset, publicam aquam in priua- tum ædificium, aut agrum in fluentem ademit. Tam- tristis & seuera censura effectit, ut cognomen sit cen- soris ex ea re adeptus. Flaccus eius collega molē ad- Neptunias aquas construxit, ut populo eod esset uia per Formianum. Cato duo atria Munium & Titium et Basilicam fecit. Duæ hoc anno coloniæ deductæ, in Picenum Polentia, Pisaurum in Gallicū agrum. Sequenti anno consules secuti M. Claudius Marcel- lus & Quintus Fabius Labeo. His Rempublicā ad- ministrantibus C. Seruilius Geminus in Publij Lici- nij funere uiscerationem dedit, & ludi funebres per triduum fuere, ac secundum ludos epulum, in quo quū toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis orta coëgit tabernacula statuere in foro, eademq; ubi differenauit sublata, ciuitatem ua- ni terroris ex oraculo concepti admonuerunt, quod inter cætera fatidica uates cecinisset futurum, ut ali- quando in Romano foro necessario tabernacula sta- tuerentur. Sed animis ueteri religione leuatis, alte- rar ecēs iniecta est. Per biduum sanguinem pluit in area Vulcani. Aderant fuit id tempus Romæ ab Eu- mene, & plerisque Græciæ ciuitatibus legati, qui questum de Philippi iniuria uenerant. Quibus quū Demetrius eius filius à patre missus, parum liquidō

responderet, senatus adolefcētis causa (fuerat enim diu obles Romæ, & ob id uulgo non ingratus) le- gatos in Macedonia decernit, qui Philippo denun- ciarent, omnia integra adhuc esse cum Populo Ro- mano, Demetrii filij causa: daret modò operam, ut quæ semel ex arbitrio Romanorum in Græcia con- stituta essent, inuiolata manerent. Cæterū ea res a- dolescenti in perniciem uertet. Desiderant per id tempus Messenij ab Achæorum concilio, Demo- cratis persuasu, uiri ob priuatas contentiones Phi- lopœmeni infesti. Huius ductu Messenij Colonie- de uicum oppugnabant. Is motus Philopœme- nem ex agris ad opem suis ferendam cum modico equitatu exciuit. L. Iulius ad Coronem occupandam ducem ipsum profectum scribit. Committitur præ- lium ad Euandri tumulum, uincunturque primo concursu Messenij, qui fuga disiecti, unius cohortis interuentu collecto à pauore animo, prælium in- staurant, hostemque iniquitate locorum in arcto de- prehensum, non solum fatigant, sed cogunt etiam retrò moliri cursum. Cogere interim dux ipse ag- men, ac quacunq; se hostis inferebat, obiecto cor- pore sustinebat impetum. Tum ibi cæteris turba- tis, ipse lapsu equi ad terram effusus, quum graui ca- su, tum ætate iam grandi (erat enim septuagena- rius, recentiq; morbo affectus) penè exanimis ia- cuit. Eum hostes haud aliter quām propriū ducem attollunt rescituntq;. Præcessit fama Messenem de- bellatum cum hostibus esse, captum eorum ducem Philopœmenem. Vix ab initio tanta res credi po- tuit, inde ubi certiores nuncij affuere, omnis multi- tudo adducētibz obuiam effusa est, qua egre sub- mota, ante oculos ciuitatis uelut in triumpho ductus, nocte una in subterraneo est loco asseruatus. Postridie de eo consultatio tenuit in senatu, uictiq; pars pœnæ cupida. Venenum ei mittitur, quod in- trepidè accipiens, ministrum interrogauit, an Lycor- tas uiuere: (erat Lycortas ipsius collega in prætu- ra) quem ubi cum omni ferè equitatu euasisse audi- uit, bene habet, inquit, uenenoq; impauidè haustu, haud multo post est uita extinctus. Et Philopœme- nes hunc exitum habuit, quem Græci scriptores in rebus suis mirandis immodici, inter clarissimos ex- ternarum gentium duces reponere non dubitant. Fuitq; opinionis huius Polybius autor, Philopœme- nis municeps. Cui L. Iulius (quod miror) haud gra- uatè accedit: enim uero haud uideo, cur Hannibali aut Scipioni comparandus fuerit, is qui in Creta la- trunculos potius quam hostes fuerat insectatus, & in Peloponneso cum semiplenis Achæorum cohorti- bus, fugacissimo tyranno in urbem compulso, La- conicum agrum esset populatus. Idem Polybius & Rutilius eodem anno Philopœmenem Hanniba- lem & Scipionē extinctos tradidere, quibus L. Iulius de Scipione stipulatur. Nam quod ad Pœniam atti- net, Antiochi opibus fractis, Hannibal ad Prusiam, ut dixi, Bithyniæ regē se contulit, ueritus ne ab Antio- cho Romanis traderetur. Quidā ab Antiocho eum in Cretam ad Gortynios nauigasse prodiderunt, ibi que quum fama esset, eum ingens auri pondus secū habere, hospitales infidias ueritus, amphoras in aura to plumbo refertas, in Dianæ templo, uelut sanctio- re loco asseruarentur, constituit. Gortynijs itaque templum obseruantibus, Pœnus ueris opibus oc- cultè in naues translatis, in Bithyniam nauigauit. Est in ea terra maritimus uicus, Libyssa nomine, ubi Hannibal iam inde esse perseuerant, haud inerti o- cio deditus, sed aut naues interim, aut milites in- struere, aut equos alere, aliāque in eo secessu me- ditari, quæ à pristina gloria nō abhorrent, quā- orto inter Prusiam & Eumenem bello præfe- ctus Hannibal Bithyniæ classi, nouo ludibrio fa- cile est uictoriam adeptus. Hostem nauali certami- ne occupatum, subita ui serpentiu obiectu perpulsi;

Philopœmenis interitus.

Hannibalis ap- in Gortynijs fallentis.

quos iud.

quos in scitibus uasis conditos ad hunc usum habuit. Nec ita multo post T. Quintius Flaminius ad Prusias legatus uenit. Erat enim rex Po. Ro. suspectus, quum ob bellum, quod cum Eumene Romanorum socio habebat, tum quod Hannibalem Ro. nomini infestissimum hospitio accepisset, acceptum tadium penes se haberet. Siue igitur (nam id parum perspicue traditur) Flaminius Pœnū sibi tradi petierit, erat enim is illius Flamini filius, qui ad Trasimenū lacum fuerat ab Hannibale cum exercitu cæsus, siue Prusias Romanis gratificaturus, ad eum tradendum sua sponte animum adiecerit, confestim à primo eorum cōgressu missi sunt milites, qui Hannibalis domum custodirent. Pœnus qui ab initio regis fidem ut mutabilem habuit suspectam, occultos exitus ad hos casus circa domum parauerat, & in his subterreaneos quosdam, ut tutius quum opus esset, declinare posset insidias: sed regum imperium nihil inexploratum habet, quod inuestigari uoluit, milites ita domum circūquaq; insederunt, ut Hannibal effugere conatus, ubi armis omnia teneri uidit, confestim uenenum hauserit, tantum effatus, Soluamus Po. Ro. diuturna cura, quando senis mortem expectare longum est. Erat iam Hānibal septuagenarius. Sunt qui uenenum annulo inclusum habuisse credant. Cæterum siue sub gemma, siue alibi fuerit, Hānibal, quod fati constat, sic periit. In quo merito aliquis miretur, tantam breui tempore in Romana indole mutationem fieri contigisse, quorum patres Pyrrhum hostem infestissimum, lateq; Italiā uastantem, domesticam fraude extingui noluerunt, in Bithyniam uirum consularem miserunt, ad senem & exulem deposcendum. Sed credibile est Romanos nō tam ob id Hannibalem sublatum uoluisse, quia in præsentia formidabilis esset, quā quod de Carthagine euerterenda consilium senatus agitare cepisset, ne suis extremis rebus Carthaginenses illius opera uti possent, nouumq; molirentur bellum, aut illatum propullaret, atq; ita de eo magis cautē quā fortiter statuerint. Sub id tempus quo Philopœmenes periit, ut proximo est loco significatum, Demetrius ab Roma cum legatis in Macedonia rediit. Erat is minor natu Perseo altero Philippi filio, legitimoq; thoro ortus, patremq; liniamento oris totum referebat. Contrā Perseus ex pellice, & quia uulgaro corpore genitus, nullā certū patris notam præ se ferebat. Magno itaque Macedonum consensu, Demetrio regni successio debebatur. Accedebat & fauor Ro. Po. cui erat ille quā charissimus, frequentiorq; cum legatis erat quā cum patre, ut appareret uix integrum illi futurum, utrum duorum post se regnare uellet: ea res quātum sollicitudinis Perseo iniecit, tantum illi apud patrem peperit odij, Philippus nequam reparandi belli suspicionem legatis præberet, exercitum in Odrisyas Detelecos & Bello duxit. Philippopolimque oppidanorum fuga desertam præsidio firmavit, nouumq; ad id oppidum in Derrhopio constituit, Pæoniam ea regio est prope Erigonum amnem, qui ex Illyrico per Pæoniam fluens, in Axium elabitur, urbem ipsam à nomine maioris filij Perseida appellari iussit. Dum hæc in Macedonia geruntur, Marcellus consul in prouinciā profectus, Gallos decreto petebat, qui in Carnis haud procul inde ubi mox paulo condita est Aquileia sibi locum communiuerant, sed hi ultrā dedicationem fecere legatis ad id obuiā Marcello missis. Duodecim milia armorum fuere, quibus nouo oppido iussis excedere, arma consul ademit, Galli id ægrè ferentes, legatos Romam miserunt, qui de consulis iniuria quererentur. Hi excusata agri inopia, qua in Italiam transcedere coacti essent, sine cuiuspiam iniuria dicere, se in uacuo solo nouæ urbi locū optauisse, mox inde migrare iussi, quum imperata facerent, consulem arma & quicquid fortunarū sibi esset abstulisse. Orare pro-

Hannibals exitus.

Demetrius & Perseus Philippi filij.

A inde ne in se innoxios, ac sponte deditos acerbius q̄ in hostes scirent, patres increpitis Gallis q, temere alienam terrā occupare essent ausi, ad consulem mitunt, qui iuberet res & arma illis restitui, si protinus abiret ultra alpes. Et sic Galli rebus suis receptis, cōtinuō prouincia cesserunt. Marcellus ex patrum sententia bellū in Istros transtulit, qui negabant se passuros coloniam à Ro. ullam sibi proximam deduci: nam eo anno præter Parmam & Mutinam, quæ in Gallia deductæ sunt, & in Caletranum agrum Saturnia, & de una in Carnos mittenda in cura cœptum erat agitari, quæ incumbentibus Barbaris opponeretur. Cæterum Marcellus nulla re memorabili in Istros gesta, dimisso exercitu, Romam ad comitia habenda rediit. Nec alibi prouinciarū aliquid memoria dignum est eo anno gestum, præterquā quod in Hispania Terentius prætor aliquot prospera prælia, circa Iberum amnem cum Hispanis fecit. Consules Romæ creati Gn. Bebius Tamphilus, & L. Æmylius Paulus. Sanguine hoc anno per biduū pluit Romæ in area concordia, & iuxta Siciliam insula una subitō enata. Hieram fuisse Eusebium sentire uideatur. Valerius Antias hoc demum anno Hannibalem perijisse prodidit, T. Quintio Flamini, L. Scipione Asiatico, et P. Scipione Nafica ad eum deposcendum in Bithyniam missis. Principio sequentis anni, pridie Palilia, quæ ad xij. Calēdas Maias celebrari: subita procella medio die orta, multis sacris prophanisq; locis fœdissimam attulit stragem. Signa ænea in Capitolio deiecit, & forem ex aede Lunæ quæ in Auentino fuit, turbine contortam, Cereris templo affixit. Fastigia adhæc aliquot templorum eadem ui deiecit. In prodigiū res uersa est, ac ritè procurata. Marius ex Macedonia reuersus, docuit se in Philippo nihil obseruasse quod non idem esset & hostile, & ad rebellionem spectans, quippe qui præter alia multa quæ hostilem in eo animum arguerent, omnem accolarū multitudinem, ex maritimis urbibus in Æmthiam ab eo traductam. Auxitq; præsentem inuidiā, quod paulo post nūciatum est, quemadmodū Theoxena mulier Theffala, cuius maritum Philippus interfecerat, cū sororis filij à Philippo ad carcerē & ludibriū deposceretur, molita mulier cum pueris fugam, ubi se & suos uerturos esse uidit in hostium potestatem, quos fallere non potuit, sibi & pueris mortem consciscisset. Oritur interim inter regis filios discordia, quantum Demetrius Ro. nomini tribuere, tantum Perseus obtrectādo detrahere. Et iam Philippus totus in Perseum uersus, Demetriū oderat, hunc auersari, omnia illi secreta credere. Aderatq; tempus lustrandi exercitus, morisq; apud Macedonas fuit, ut cæsa hostia atq; dimidiata partibus dextra læuaque constitutis, medius exercitus traduceretur, ueteriq; instituto fiebat decursus, ibique bifariam diuisis copijs, Regij iuuenes, qui diuersis agminibus præerāt, ludicri prætextu prælium sudibus conferunt. Cæterum nihil ad iustam pugnam præter arma defuerūt, fuitq; longè superior pars, quæ sub Demetrio erat. Mox inuitatus Perseus à Demetrio, illius conuiuio interesse noluit, tum uero cum multa inter iuuenes, ut sit, iactarentur, nec tantum militum, sed ipsorum etiā ducum personæ conferrent, exceptus apud Demetriū Persei speculator à iuuenib. triclino egressus, malè multatus est. Tum Demetrius, quin imus omnes ad fratris triclinoium? sequitur eunt cum cætera multitudine, hi qui nuper speculatore uerberibus affecerant, iniuriæq; ultionē ueriti, occultis armis succincti, ire pergūt. Perseus eam criminādi Demetriij occasione nactus, obserari iuber ianuā, ipseq; ex superiore parte ædium Demetriū & comites, ut qui ad cædem parati uenirent, procul iubet absciteri: ibi à Demetrio aliquot uerba iuueniliter in Perseum, ut imbellē & timidū iactata, rem magis suspectā fecere. Postuidie ille regiā ingressus, de capitalib. Demetriij

Galli Italiae ei cunctur.

Prodigia.

Theoxena sar cinus.

Demetrius & Persei simul tas.

Adulterinae literæ in Demetrium scriptæ.

Demetrii insidijs abunde multa ad patrem questus, A tantum inuidiæ absenti fecit, ut pro magno negotio habuerit Philippus utriusque audire. Ambobus itaq; ad conspectum suum cōstituit, eorum discordiam multis uerbis infectatus, Agite, inquit, & corā misero patre de criminibus decernite, mox ferro decreturi. Ibi Demetrius uarijs atrocibusque criminibus à Perseo est pene obrutus. Quod Romanū nomen complexus, Macedonia regnum quod iure gentis ad se qui maior esset, attineret, fratris parricidio occupādum destinasset. Longa fuit inde Persei que rela, nec magis lōga quā atrox, quo accidit, ut Demetrius conternatus animo aliquandiu silentium tenuerit, dolorem animi lachrymis restatus. Mox ubi sumptis uiribus fari cepit, ita constanter & accurate obiecta diluit, ut si equus affuisset iudex, neq; falsum cogitaret cædis crimen, neque Romana amicitia noxæ illi apud patrem fuerit futura. Et in eos quæri posse aiebat, qui arma tulisse dicebantur, quo consilio, aut quo autore id fecissent, & quod Romanum nomen coleret, non ipse, sed pater esset in causa, qui primo fe obfidem, mox & legatum Romam misisset: nam quod ad suum in Romanos studium attineret, quādiu apud illos fuit, omnem à se operā adhibitam, ut patri, Macedonumq; genti non dedecori, sed ornamento esset. Philippus ita eos dimisit, ut diceret se inquisitionem in amborum uitam, obseruaturumq; dicta eorum ac facta, quo apparuit regem Demetriij gratiam cum Romanis nō solum nō probare, sed uehementer etiam fuisse illi suspectam. Et hæc femina eius belli fuerunt, quod postea Perseus cum Pop. Rom. gessit, quo uicto, Macedonia ex regno prouincia facta est. In Hispania per id tempus Fuluius Urbicinan ex Celtiberis captam diripuit, aliquoties hostibus media obfidione circa urbem prælio uictis. Nec in ipsa prouincia aut Liguria eo anno est memorabile aliud gestum. Secuti inde consules P. Cornelius Lentulus, & M. Bebius Tamphilus. Hoc quoq; anno in area Vulcani & concordia pluit sanguinem. Lanuuij Iunonis Sospitæ simulachrum lachrymas ferebatur. Philippus interim exercitu Stobos Pæoniæ urbem indicto, ad Æmum montem ducere constituit, eius uerticē ascensurus, siquidem fama erat, ex summo eius iugo duo maria prospici, Adriaticum & Ægæum, & a tergo Istrum amnem, quod ad futuri belli rationem non parum pertinere arbitrabatur. Ex Stobis Demetrio in Macedonia missis, ipse cum Perseo & toto exercitu septimis castris, ad Æmi radices peruenit. Hinc digressus, cum ijs quos sibi comites destinauerat, montem est scandere adortus. Facilis primo & accliuus est uisus, mox loca edita, & ascensu difficiliora, & arborum densitate opaca, ubi uero iugis propius subiere, densæ nubes adeo omnia obtexerant, ut illis non minus iter, quā nocturnis tenebris impediretur. Demum tertio die uerticem tenuerunt, ubi sub Caniculæ ortum, quod sidus media fermè æstate oritur, brumale sunt fermè frigus experti, qua cœli intemperie, quum alij omnes, tum rex in primis, ob ætatem iam ingrauescentem, uehementer est cōfictatus. Duas ibi aras Philippus, Ioui unam, alterā Soli constituit, sacrificioq; dijs perpetrato ad exercitum rediit Macedo, nihil diuersum à uulgata opinione inde referens, potius credo ne uanum iter suscepum uideretur, quā quod fieri potuisset, ut duo diuersa maria tam longis spatijs inde esset intuitus. Ex Æmo profectus in Medis Petram locum nonnihil oppugnatum, acceptis obfidibus, in fidem recepit. Cæterum quum hic federet indicio comperit, Demetrium filium ad Rom. fugam moliri, quare eius iussu asseruari cœptus est, nec multo post legati ex urbe Roma reueri, adulterinas reddiderunt literas, uelut à Quintio ad regem datas, quibus deprecatum continebatur eorum, quæ secum Demetrius

Consules. Prodigia.

Acnus mons.

A regni cupiditate egisset, nihil eum aduersus suorum quenquam facturum nec se eum esse, qui ullius impij consilij autor uideri uellet. Hæc literæ fidem Persei criminibus fecere: Herodotus Demetrii amicitiosus uarijs cruciatibus affectus, sine indicio à rege primo necatus est. Nec multis inde diebus interiectis, Demetrius ex Ætreo Heracleam ad. solenne cōuiuium à Dida uocatus, cui id negotiū datum erat à rege, in cœna imprudens uenenum hauserit, poculoq; epoto sensit extemplo uim ueneni, obortisq; mox paulo doloribus, quum in cubiculum se recepisset, patris crudelitatem, fratris parridium, & Didæ scelus incusans, à Tyrri Strubareo & Betreo Alexandro ad eum ingressis, rapetibus in faciem iniectis, occluso spiritu necatus est, quum annum uitæ ageret quintum & uigesimalū, quinque annis minor Perseo. Et Demetrius sic periit. L. Æmylius quum inducias in aliquot dies Ingaunis Liguribusq; dedisset, ut de pace quam petebant, cōmodius deliberarent, ingenti illorum exercitu ex improuiso circumfessus, atq; oppugnatus est. Sed quum nec M. Bebius consul, qui tum Pisis erat, ferre posset opem, quia exercitum in Sardiniam decreto patrum misisset, nec ex Gallia, quia bellum cum Istris constatū esset, subueniri posset, Æmylius copijs, quatuor castrorum portis uno tempore in hostem educatis, fudit Ligurum, fugauitq; ac castris exiit, ad xv. milia hostium cæsa, duo capta dicuntur, qua demum clade Ingauni fracti, triduo post datis obfidibus in Romanorū ditionem uenere. Grauilcæ colonia sub id tempus deducta in Hetruscum agrum de Tarquinienibus olim captum. Fuit hic annus siccitate insignis. Sex continuos menses nunquam pluuisse dicitur. Et libri Numæ de quibus in origine urbis, aut certe loco originibus proximo abunde dixi, sub Ianiculo in agro L. Petilij scribæ sunt reperti. Libri ipsi publice combusti, quia parum ad religionem pertinere crederentur. Fecerat castra per id tempus Quintius Fuluius Flaccus ad Eburiam in Carpetanis Hispaniæ, qui quum ad xxx. milia Celtiberorum (quantus nūquam aliās ex ea gente exercitus) eo conuenissent, ad duo milia passuum ab hoste confedit. Celtiberi, quum innata ferocia, tum numero freti, plures dies explicata in conspectu Romanorum acie, pugna cōpiam fecere. Cōtinuit suos intra uallum Flaccus de industria, inde ubi spem fecit hostibus, fore, ut nihil ab Romanis moueretur, noctu L. Acilium mittrē cū ala equitum, & sex milibus peditum, qui circumacto agmine post proximos mōtes occulte sederet, auditoq; clamore à tergo hostium castra inuaderet. Vbi uero illuxit, præmissi sunt equites qui hostem ad pugnam elicerent, quem nunc restitendo, nunc refugiendo procul à castris pertractum, Flaccus inopinato prælio excepit. Necdum pugna satis conferta erat, quum Acilius illorum castra à tergo occupat, quibus ea parte qua certamen fuerat contractū incensis, subicit terror hostium animos incensit, & Romanis creuit audacia. Restitit tamē nonnihil Celtiberi sua uirtute nixus. Et iam in sinistro cornu Romanus laborabat, quum septima legio iussa laborantibus occurrere, suorum animos firmavit. Qui erant circa urbem, relicta statione simul in hostem ruunt, & Acilius à tergo cū sua legione affuit, ita Celtiberi in medio cæsi, tria & xx. hominum milia interfecta, quatuor milia & octingenti capti, signa militaria lxxxvij. Contrebia secundum prosperā illam Romanis pugnam dedita est, exercitusq; ob assiduas pluuias in urbem receptus. Affuit interim altera ingens Celtiberorum manus, auxilium Cōtrebianis latura, nam de eorum ditione nihil adhuc auditum erat, Celtiberi Romana castra intuiti nuper desertā, rati procul inde hostes abijisse, soluto agmine ad urbem contendunt, obfidionis solutionem gratulaturi. Hic à Romanis subito prælio uelut insidijs excepti,

Demetrii in teritus.

Ligures in ditionem Ro. uenere.

Lib. Numæ.

Fuluij Flacci strategema.

Duplex Hispanorum cædes.

cum multa strage dissecti sunt, xij. milia hoc quoque die caesa, & quinque capta cum duobus & lx. militibus signis. Duabus cladibus Celtiberi paucis diebus affecti, praeter paucos populos, caetera gens in deditionem venit. Et haec in citeriore Hispania eo anno gesta. Diversa parte Manlius praetor aliquot prospera praelia cum Lusitanis fecit. Aquileia, colonia Latina eodem anno deducta est, in eum agrum unde Galli fuerant a Marcello deiectione. P. Scipio Nasica, C. Flaminius, & L. Manlius Acidinus deduxerunt. Tria milia peditum fuerunt. Aedes Veneris Erycinæ ad portam Collinā dedicata est, & Pietatis in foro o-litorum. Eam Marcus Atilius Glabrio dedicavit, qui primus Italorum auratam statuam patri posuit, illi qui Antiochum ad Thermopylas uicit, quique aedem ipsam in eo praelio uouerat. L. Aemilius de Ingaunis triumphauit, ac tum demum Ligures damnatis armis toties infeliciter sumptis, pacem in perpetuum petitam impetrarunt. In Corsica per id quoque tempus pugnatum est a M. Pinario, Corsicūque praelio uicti, obseques dederunt. Et in Sardinia motus ab alienis ortus, pari felicitate interim opprimitur. Carthaginensibus hoc anno centum obseques restituti sunt. Au. Posthumius Albinus & C. Calpurnius Piso, consules inde fuerunt. Pestilentia iam in tertium annum urbem Romanam & Italiam uastabat. x. uiri Sibyllinos libros ad eius cladis remedium inspexere. Consul Posthumius, nam Calpurnius per eos dies uita decesserat, Apollini Aesculapio & Saluti dona & signa inaurata pro salute ciuitatis uouit. Et quae nouit dedit. Eadem de causa in urbe & caetera Italia per omnia fora, & conciliabula est supplicatum.

ENNEADIS V. LL

BER VII.



Vae Pop. Rom. a principio Macedonici belli, quod proxime secundum Punicum excepit, intra extraque Italiam xx. ferme annorum spatio gestis, in hunc modum se habent. Regnarunt per id tempus in Macedonia Philippus, Antiochus in Syria, qui ambo unus post alterum a Ro. bello uicti sunt, in Aegypto Ptolemaeus cognomento Epiphanes, fueruntque horum aetatibus interiecti Plautus comediarum scriptor, qui inopia pressus, suam pistori operam locasse traditur, quoties ab opere uacuuus fuerat fabulam scribere solitus, in quo genere tantum claruit, ut secundas inter id genus scriptores sit plurimum iudicio sortitus. C. Nauius qui Sedigiti sententia tertia in comicis obtinet palmam, eodem tempore Vticae mortuus est, factione nobilium, ac Merelli in primis ex urbe pulsus. Ipse ut Varro scripsit, anno conditae urbis quingentesimo ferme ac uigesimo, fabulam Romae edidit, quo anno Spurius Carbilus Togatorum primus, cum uxore diuortium fecit, eius sterilitate causatus. Militauit Neuius primo bello Punico, quod ipse est postea carmine complexus. Vixit cum his Q. Ennius, qui septem annos & septuaginta natus, duodecimum annalem scripsit. In Graecia clari fuerunt philosophiae studijs eodem tempore Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, & Critolaus Peripateticus, qui ab Atheniensibus Romam missi, ad orandam Oropi causam (est id oppidum in finibus Baeotiae) ostentandi ingenij gratia celebri hominum conuentu, in uestibulo curiae seorsum disputasse dicuntur, scitaque & res fuit oratio in Critolao, in Diogene modesta & sobria, uiolenta in Carneade: hunc quum Porcius Cato in utramque partem de iustitia differenter audiuisset, curiam ingressus, cenfuit Carneadem audiri non oportere, quando eo uirgumentante, non posset intelligi ubi lateret ue-

ritas. Caeterum admissi auditi que Caecilio, ut Cellius scribit, interpretare, Statio ne Caecilio quem Sedigitus Comitorum fecit principem apud Romanos, an alio haud facile dixerim. Qui comediam scripsit, Q. Enni, quod satis constat, contubernalis fuit, unoque anno post eum uita decessit. In Ianiculo situs est, sine Mediolani, quod plures uolunt, sine alicubi natus. Erat in Palaestina pontifex Onias maioris Oniae nepos, ut quidam scribunt, ad quem Lacedaemoniorum rex Arius literas dedit, quibus illi significauit Laconicis monumentis contineri, Lacedaemonios per Abraamum Iudaeorum consanguineos esse. Hortari proinde gentem ipsam, ut quae Lacedaemoniorum essent, pro ueteri necessitudine, sibi communia ducerent. Epistola Quadrangula fuit figura, ut Iosephus scribit, & Aquila quae draconem gestabat, obliquata. Antiochus qui Magni cognomen tulit, super caeteras belli clades quibus fuerat afflictus, grauissimo etiam tributo, quo pacem a Romanis redemerat, exhaustus, ad sacrilegium animum adiecit, exercitumque ad Didymeum Iouis templum noctu moto, ut id tumultuario impetu donarijs spoliaret, finitimorum incursum omnibus est copijs oppressus, anno sui regni sexto & trigesimo. Seleucus eius filius successit, cui Philopatori cognomen fuit. Perijt Antiochus eo fere tempore, quo Philopomenes est a Messenijs necatus. Nec multum inde temporis intercessit, quum Philippus rex animi aegritudine confectus, quod Demetrium filium falsis criminibus oppressum, temere necasset, cerneretque Perseum sublato aemulo contumaciorem in se factum, quippe qui non solum haereditatem, sed regem iam aperte ageret, capitalesque patri moliretur insidias, iam superstitis quoque filij necem aliquanto iustus animo, meditabatur, quum fatali est morte praeventus: satis constat sub id tempus quo uita decessit, in animo habuisse, Perseo sublato, Antigonom successorem regni sibi substituere. Et duo clari reges in hunc modum perierunt. Romae interea Vestalis ignis est extinctus, quod non sine ultione, prodigij loco, expiari consuevit. Tribunitia rogatione est cautum, ne quis mulierem haereditatem constitueret. Q. Voluminus Saxa tribunus plebis populum rogauit. Cato Porcius legem suauit. In Hispania uero Sempronius Gracchus praclare bellum administravit. Celtiberorum opibus adeo accisis, ut trecentae illorum urbes ab eo eueratae sint, si Polybius uerus est autor, constitutum inibi post uictoriam ab ipso uictore oppidum Gracchorum, ut rerum in ipsa terra gestarum, clarum esset posteris monumentum. Pari successu Vaccei & Lusitani, Posthumij Albini proconsulis ductu armis subacti, est que per id tempus aduersus Sardos bellatum, & in Istros in Liguria aliquandiu, caeterum parum memorabili euentu. Perseus, qui bellum a Philippo patre magna ex parte comparatum acceperat, ut infesto erat animo in Romanos, iam inde ex quo regnare coepit, ad id exequendum totam mentem & animum adiecit. Plerique illi reges populique, ex Barbaris aecolis, ac ferocissimis quique aderant, & in his Scordisci. Fuerunt Scordisci Galli, qui Brenno nis ductu Delphos oppugnauerant. Perpetrato sacrilegio alij ex eo comitatu in Macedonia, nonnulli in Galliam ut in pacatum abierunt, & ex his non parua manus inter eundem ad Danubij & Sabi confluentem confedit, qui se Scordiscos dixere. Tectosagorum multitudo, quod non multum diuerso sermone traditur ab eo quod de euentu Delphicae oppugnationis alio est a meloco memoratum, cum Delphica praeda Tolossam reuersi (ea tum ciuitas totius gentis erat caput) graui pestilentia excipiuntur, qua oraculo defuncturi omne argentum & aurum facilegio quaesitum, in Tolossam miserunt lacum. Id non paruo annorum interuallo, Q. Caepio consul, quum

Caecilius.

Lacedaemonij consanguini Iudaeorum.

Antiochi in teruitus.

Gracchus etc. Celtiberorum ues euerit.

Scordisci.

Annum Tolossanum.

Tectosagi Istri populi.

Daci Gethae.

Basterna.

Fuluij dementia.

Q. Martius in Macedonia mittitur.

in Gallia bellaret, sustulit. Centum & x. milia pondo auri fuisse dicuntur, Argenti quinquagies centum milia. Trogus est autor: quae res ipsi duci & exercitui excidio fuit. Transijt inde Tolossanum auri in prouerbium, uelut res insaufa habetibus. Et Ro. Cimbrici belli tumultu id factum publice expiarum crediderunt. Nec Tectosagi diu inde quiesuerunt, quin praede illecebra adducti, domo iterum profecti, spoliatis Istri in Pannonia confederunt. Creduntur Istri a Colchis oriundi, & ab Aeta rege missi, qui Argonautas & ipsum filiae raptorem Iasonem sequebantur. Hi famam hostium secuti, expono Istrum primo ingressi sunt, ex Istro in Sabum, obseruatis inde fugietum uestigijs, naues periuga montium in Adriam transfugerunt. Mox hoste non reperto in Chersoneso, haud procul Aquileia, incertum, regis sauitiam ueriti, ob prouinciam parum feliciter nauata, an longioris nauigationis taedio confederunt, seque a fluuio Istro, quae maxime nauigant, Istros pro Colchis dixerunt. Id propius uero est, quam quod Neopos Cornelius prodidit ab eo Istros nuncupatos, quod Istri fluminis pars in Adriam corruerit. Plini. de Colchis Trogo stipulatur, qui Polam urbem quae in ea est terra, ait Colchorum esse oppidum. Solicitabantur supra hos a Perseo ad Ro. bellum & Daci, Gethae olim dicti. Trogus Getharum sobolem eos esse tradidit. Circa Istrum ad septentrionem ges ipsa pontum accolit, tam seuera militia, ut quum aduersus Basternas semel male dimicassent, Oloris regis iussu coacti sint tandiu uxoribus ministrare, & somnum capturi obuersis in imas stibadij patres capitibus cubare quoad bellica uirtute eam ignominiam deleuissent. Iam & Cothone rex Thracum & Genthius Illyriorum, pro Macedoniae stabar. Solicitati & Carthaginenses ubi noctu auditi in curia Macedonum legati. Graecique quoque ciuitates nonnullae sunt iuspitione aspersae, uelut ad Macedonem defecturae. Pluribus Basternas qui ad Istrum habitant gentem Galliam & Illyrios per Gethium Perseo conciliatos scribit. Nec ex professo adhuc hostis erat Perseus. Caeterum Eumenes rex de ipsius iniuria Romae questus in curia, causa fuit cur illi bellum sit inditum. Publius Licinius Crassus consul, cui ea prouincia euenerat, cum exercitu in Macedoniae transmisit, atque in Thessalia post aliquot expeditiones equestre praelium prospere, ut Liuus ait, cum hoste depugnauit. Plurarchus Romanos praelio uictos scribit, duosque milia & amplius Licinianorum caesos, sexcentos uero in hostium potestatem uenisse. Pari inde Macedoniae successu, Romanam classem quae ad Oricum stabat ex improuiso oppressam, uiginti quinq; onerarias cum quibusdam alijs ad bellum instructis interceptas. Hostilium praeterea per Thessaliam irrum pere conantem instando Perseus terruit, ut acie congreddi non sit ausus: & quanquam Romano hostis bello esset implicitus, impetu in Dardanios auerso, ad decem milia eius gentis uno praelio peremit Romae per id tempus, quo in Macedonia armis cum Perseo disceptari coepit, quum Fuluius Flaccus Censor marmoreas regulas ex templo Lacinae Iunonis Romanam deportasset, ut his aedem a se dedicandam inregeret, parumque iam inde mens illi constare uisa esset, patria superstitioe senatus percussus, id tegumentigenus in pristinum locum publico decreto restituit. In Ligures quoque & Corsos eodem tempore est non nihil bellatum. Praetorij adhuc quidam uiri dannati, quod auare nimis & crudeliter prouincias administrassent. Pari iniuria Graecae quaedam urbes a P. Licinio crudeliter sunt direptae, quae res adeo mouit patres, ut ij qui sub corona uenerant in libertatem eorum decreto restituti sint, ac domum remissi. Missus inde ad Perficum bellum Q. Martius Philippus consul, qui per Afrudem paludem Macedoniae ingressus, qua minime Perseus rebatur, tantusque

inopinato hostium ingressu illi terror iniectus est, ut uelut sibi minus constare coepisset, pecuniam in mare mergi iusserit, ne periret, classemque incendio absumi, ne ab hoste incenderetur. Eratque Macedonia in hoc metu, quum Ca. Anitius praetor (apud quosdam L. pro Caio reperi) in Illyricum missus celeritate penes incredibili bellum cofecit. Genthius uno praelio uictus cum matre, uxore, & duobus liberis ultro in Romanorum potestatem uenit, triginta dierum spatio in ea prouincia debellatum. Prius Romae cognitum est hostem cum suis captum, quam bellum inchoatum crederetur. Florus autor est Loscordam caput gentis captam a Romanis ac deletam. Sub id tempus Romae Paulus Aemilius consul creatur, cui extra sortem Macedonia prouincia data est. Nam cum Perseo adhuc integrum bellum erat, qui magna officiorum frequentia domum reductus, in magnum uictoriae omen incidit. Erant Aemilio plures liberi, & in his Tertia admodum puella, quam plorantem pater intuitus, ab ea quid fieret sciscitatur, tum illa, mortuus est, inquit, Perseus (id nomen erat caretello, quae puella in delictijs habuerat, ac tum forte extinctum ubertim complorabat) arripuit ea uerba Aemilius puellamque exosculatus, accipio, inquit, filia ome. Nec ita multo post ad bellum proficiscitur, in quo conficiendo incredibili est felicitate usus. Sed nihil aequae ac Persei auaritia ad uictoriam profuit, qui non multo prius quam Paulus in prouincia uenisset, decem milia Basternarum equitum, ac totidem auxiliariu, quia eorum praefectus exiguum quandam ab eo pecuniam petijisset in stipendium, a se dimiserat, res auro & non aurum rebus emi opinatus. Modicae itaque pecuniae parcens, se, filios & regnum prodidit. Erant Basternae uiri non colendo agro, non pascendo pecori, sed militaribus studijs dediti. Vnum opus, unamque artem norant, pugnare & uincere. Su pererant tamen Perseo copia haud contempribiles, quatuor milia equitum, peditumque in phalangem redactoru quadraginta milia, quibus copijs freris ad Olympum montem fecit castra, ratus fore, ut bellum de industria trahendo, Romanum consulem rerum omnium inopia laborantem fatigaret. Erat ob hoc hostis Romano militi formidolosus, quem metum ut uanum insectatus Aemilius, edicit parati sint, ut quoties in Perseum mouere uellet, nulla in militum mora esset, & quia incommodum Romani ad Olympum progressi aquabantur inter littoales aquarum scaturigines, faciem montis contemplatus consul, quae uirenti uestiebatur sylua, ex eo occultos latium meatus subesse ratus, circa eius radices haud uno loco uastos effudit lacus, quibus aqua uelut uis fontibus affluente continuo aquandi copia militi facta est. Fuerunt quod ad fontium origines attingeret, qui crederent neque aquarum fontes, neque conceptos lacus sub ijs locis esse unde fluerent, neque eruptionem eam uideri liquefcentis materiae, sed generationem & concursum ad ipsas scaturigines fieri, densitatemque atque humiditatem liquefcere in cauernosis & frigidis terrae locis, uelut in conceptaculis muliebrium mammarum, quae non sint uelut uasa lactis fluere parata, sed nutrimento in illa corruato lac generent & emittant: sic frigida & cauernosa loca terrae non conceptam aquam contineant, & quasi ex praeparato quum aperiuntur effundant, sed spiritum & aerem densando, premendoque in aquam conuertant, ut ubera, quae magis resoluuntur, quum sunt manu agitata. Praebuerunt qui in hac sententia fuerunt, materiam ambigendi, & recte, an sanguis sit in animalibus uenis uelut conceptaculis inclusus, an uis cuiusdam spiritus, carnisque mutacione generetur, ut ad uulnera, tanquam ad effoscos lacus decurrat. Sed huiusmodi opinionem flumina sub terra plures alueos decurrentia, ut uana redarguit. Fuit itaque plures dies in utroque exercitu uelut ex copposito quies, mox

Persei insania.

Ome Aemilij.

Persei auaritia.

Basternarum ars.

Aemilij praudentia.

Speculatio de aquaru uenis.

Olympi mon-
tis situs.

Aemylj strate-
gema.

Pydna.

Aeson & Leu-
cus filij.

Sulpitius Gal-
lus.

uero factus certior Aemylus, unum sibi locum reli-
ctum, per quem ad hostem aditus pateret, eumq; ob-
asperitatem ipsam non asseruari, qui cum ex impro-
uilo occuparent, occulte misit. Assurgit parte sui O-
lympus in tãtam celsitudinem ut à summo iugo ad
imium perpèdiculo. x. stadia & amplius Xenagoras
geometrica ratione collegerit. Testatur id epigrã-
ma in templo Pythij Apollinis, ita conscriptum. O-
lympi uertex ex qua parte est Apollinis Pythij tem-
plum, altitudinem habet ad subiectum examulsim
x. integra stadia, & unum plethro minus quadrupè-
dali. Xenagoras Eumeli filius mensuram posuit, ce-
teri geometriæ artis periti, neq; montis altitudine,
neq; maris profunditatè x. stadia excedere arbitrati
sunt. Sed quoquo modo res habet, Aemylus Scipi-
onem Nasicam & Fabium ex filijs natu maximum,
qui ad id facinus obeundum suam ultro operã pol-
liciti sunt, ad locum occulte occupandũ cum parte
copiarum ire iubet, qui ut hostem cõmodius falle-
rent, ad mare concesserunt, uelut nauibus aliõ traie-
cturi. Nocte quæ secuta est, Nafica cum lecta manu
occulte montem circuire cõpit, relicto Fabio ad lit-
rus, nequa hostibus suspitio moueretur. Resciuit in-
terim Cretensis transfuge in dicio Perseus, quid à Ro-
manis pararetur, subitoq; Milonem Macedonẽ cum
xij. milibus hominum ad iugum insidendum celeri-
ter dimisit. Polybius Milonem & qui cum eo erant
dormientes à Romanis subito accessu oppressos pro-
didit. Plutarchus Nasicam, qui gerendæ rei præfuit,
secutus, atrocem cum hoste pugnam cõmissam au-
tor est. Iugo à Romanis trãscento rex turbatus retro
ad Pydna mouit castra, ibiq; consilij anceps pugna-
ret ne acie, an exercitum ad præsidia urbium dimit-
teret, amicis ad prælium hortantibus fortunam cõ-
stituit experiri, locumq; ad phalangem explicandã
idoneum circa Aelonem amnẽ, & Leucum delegit.
Aemylus iunctis cum Nafica copijs hostem euesti-
gĩõ secutus, ubi in conspectum uenit, cõtemplatus
Macedonum multitudinem, & si Nafica recenti ui-
ctoria autor erat pugnaẽ capessendã, militem tamẽ
metari iussit, uereturum ducum errata documento si-
bi esse dicitans, ne ex uia cum instructa hostiũ pha-
lange de summa rei decerneret. Nocte igit. quæ pro-
ximè secuta est, Luna suo repete defecta est lumine.
Attulit ea res multum formidinis & terroris Macedo-
nibus, nec Ro. interim & ipsi liberi religione e-
rant, quippe quibus talis deliquij causa parum uul-
go adhuc nota esset. Hinc accidit ut tinnitu eris mi-
lites patrio more facibusq; in cœlum iactis, fideris
lumen reuocare conati sint. Consul Sulpitio Gallo
qui in ipsis castris militabat, in concionẽ producto
(erat is cœlestium rerum ea tẽpestate Ro. longe pe-
ritissimus) defectus ratione exposita, si quis timor
militum animos incesserat, facile excussit. Liuius id
futurum aliquanto antea ab Aemyljo militibus de-
nunciatum prodidit, quo minus illi sub ipsum pu-
gnæ tempus rem non adẽ uulgatam expauererẽt.
Erat Aemylus, ut idẽ autor prodidit, talis disciplinẽ
nihil ignarus. Sed ut multa erat religione, sacrificu-
laq; natura præditus, ad primum Lunæ defectũ xi.
illi tauros mactauit, inde prima luce Herculi sacra
faciens, usq; ad uigesimam primam hostiam litare
non potuit, mox & Hecatóbẽ uouit. Acie deinceps
per primores instructa, ipse declinationem Solis ex-
pectans, ne suis impedimẽto esset, tabernaculo ad-
aperto usq; ad nonam diei horam cunctatus est. Prẽ-
hium inde ex composito exortũ in freni equo in ho-
stem immisso. Alij factõ in Ro. pabulatores à Macedo-
nibus impetu, dũ plures suis laborantibus hinc
inde opem ferunt, totis utrinq; uiribus concursum
prodiderũt. Nunquam Romani ad id tempus cum
tam ualido Macedonum exercitu confixerant. Pu-
gnabant Thraces in prima acie proceritate corporũ
in signi, nigra tunica amicti, albis & lucentibus scu-

tis, enses dextra manu quatientes. Proximi merce-
narium agmen uarijs armis instructum, Macedo-
nica phalanx iuncto steterit loco, auratis armis, latisq;
rutilantibus fulgens. Incutiebat spectantibus hor-
rorè acies Sole repercussa, collesq; & ualles propin-
quæ terrifico clamore resultabant, tãtoq; à Barbaris
Thracibus ardore est dimicatum, ut eorum cadaue-
ra ad duo stadia Ro. castris propinqua sint reperta,
sed cum Macedonica phalagẽ omnino plus negocij
fuit: quippe quæ nunc sarisis clypeos refringebat,
nunc uelut signo dato peltis & gladio usa Romana
submouebat aciem. Circuibat suos aperto capite
Aemylus, & quã plus periculi & laboris erat reuo-
ce & auxilijs iuuabat. Perseus sub ipsum prælij tem-
pus metu percussus, in proximam urbem concessit,
uelut Herculi, ut Polybius scribit, sacrificaturus. Pos-
sidonius quidem qui rei gerendẽ interfuit, atq; bel-
lum perscripsit, Perseum equino calce pridie quã
pugnaretur istũ prodidit, estĩ grauius haberet, pro-
hibereturq; à suis prælio interesse, miscuisse tamen
sese inermẽ phalangi, eiusq; larus Ro. pilo leui uul-
nere confoissum. Tentauit interim Saus Pelignẽ co-
hortis præfectus phalangem soluere, coniecto in cõ-
ferros hostes signo, quod quũ Pelignĩ pertinacius
repererent, in crebra sarissarum uulnera ruenes, cũ
magna cãde retrõ pulsũ sunt. Is hostium successus
effecit, ut Romana acies paululũ loco submota sit,
quod Aemylus intuitus, præ nimio dolore sibi uestem
scidit. Ceterum media afflictatione conspicua
phalangem haud totam sibi coherere, sed loci
natura, & dimicantiũ insultu, quibusdam uelut in-
teruallis pugnare, continuo spatia illa à suis occupa-
ri iubet, ac pluribus simul locis manum conseri. Ibi
Macedones trãuerso pilorum iactu, gladioq; comi-
nus confoissi, quum sibi inuicem auxilio esse nequi-
rent, soluto ordinis robore cum multa cãde & strage,
tota planitie acti sunt. Trogus auctor est, M. Cato-
nem, Porcij Catonis filium atq; Aemylj generũ, ad-
lescensentem alta indole, medio ardore pugnaẽ dimi-
cantem, quum equo lapsum densa hostium manus
circunferisset, in pedem mira corporis agilitate ere-
ctum, obiecto scuto, ferrum cominus uibrasse, ibiq;
strage edita gladium manibus excussum, per den-
sos hostium mucrones, aliquot interim uulneribus
acceptis, repetisse. Plutarchus eum auxilium air manib;
ensem, aliquorq; ex commilitonibus ad se clamore
concitis, ex medio hostium cuneo repetere ausum,
uerum quoquo modo res acta est, egregius adole-
scens egregium uirtutis opus præstitit, a nona diei
hora ad decimam pugnatũ. Breui enim uictoria par-
ta est: quinq; & xx. milia hostium cæsa, alij xx. mi-
lia scribunt. Ex Romano exercitu centum, nec am-
plius. Miles uictor, quum hostem decima hora pul-
sum longius sequi perseuerasset, sub noctẽ in castra
reuersus est. Et iam omnes redierant præter Aemy-
lij imperatoris filium. Is quum nusquam existeret,
non sine luctu & mœrore à patre requirebatur, de-
plorataq; iam propemodum erat eius salus, quum
ille ad altam noctẽ tribus duntaxat comitibus, mul-
toq; hostium cruore respersus, in castra redijt, quip-
pe qui longius q; ceteri fugientẽ hostem fuerat in-
sectatus. Is ille Aemylus est, qui postea in Scipionũ fa-
milie adoptione insertus, Carthaginem & Numan-
tiam deleuit. Perseus paucis equitibus comitatus,
ex Pydna Pellam uenit, ex Pella cum duobus ami-
corum & Euandro Cretesi, paucisq; militibus, quos
ut fidiiores fugæ comites haberet, uasa aurea diri-
pienda dedit, Amphipolim primo, mox Alepsum
profectus est. Ibi partim precib;, partim ui auro Cra-
tenibus erepto, quod nuper illis dono dederat, in
Samothraciam quæ contra Iberi ostium iacet, traie-
cit. Ibi se templo, uelut asylo quodã, aliquandiu te-
nuit. Interim Macedonia biduo ferẽ tota in Roma-
norum potestatem cõcessit. Florus eodem die quo
Perseus

Acierum con-
cursus.

Aemylus suos
circuens.

Phalangis Ma-
cedonica suc-
cessus.

Catonis in-
doles.

Scipio Aemy-
lianus.

Præfagia ui-
ctoria.

Capitur Perse-
us cum uxore
& liberis.

Aemylus au-
rum spectare
noluit.

Perseus uictus fuit, Romam duos equites uictoriæ
nuncios uenisse auctor est, qui ad luturnũ lacum cõ-
specti sint recenti cruore respersi, creditq; Castor &
Pollux qui ea in acie pro Romanis steterint. Valerius
P. Vatinius Reatinæ præfecturæ uiro duos iuue-
nes obuiam uenisse ait albis equis sedentes, qui nũ-
ciarint pridie illius diei Perseum ingenti prælio ui-
ctum. Id Vatinius quum senatui indicasset, quasi cõ-
tempor maieftatis primo sit in custodia habitus,
mox nunciata uictoria, qui Pauli literæ nuncio re-
spondissent, uinculis liberatum, publicoq; agro &
militi quacatione donatum. Plutarchus quadriduo,
quã pugnatum erat, ludorum die, rumorem incer-
to auctore totam caueam peruasisse ait, Macedonas
ab Aemyljo uictos, populũq; sedentem ingenti le-
titia exultasse, posteroq; die famam illam, quã nul-
lus certus extaret auctor pro uana resedisse: postre-
mo certiore nuntium secutum, qui quum omnia
palam fecisset uulgo creditum præfagium illud fu-
isse, quod priusquam nunciata esset Po. Ro. suæ ui-
ctoriæ applausisset, quod longo post tempore Anto-
nio in Germanio uictõ accidisse constat. Perseus post-
quã Gn. Octauius ab Aemyljo missus in Samo-thra-
ciam uenit, nec templũ uiolare auderet, quo se Ma-
cedone uelut ad asylo intulerat, fugam meditatus,
cum Oroande quodam Cretensi qui littoribus lem-
bum appullum habebat, ut se occultissime inde a-
sportaret pactus est. Ille uero Cretensi arte usus, Ma-
cedone cum suis in littore relicto, in altũ cum tota
gaza abiit. Tum Persei filij circa mare capti, causa fu-
erũt, ut pater ultro se Octauio permiserit, qui ad A-
emyljum perductus, adẽ infra regiam maieftatem
sele ad illius genua miserabiliter dimisit, ut consul
qui multa alioqui ueneratione illum fuit exceptu-
rus, turbato uultu dixerit. Quid ita Perseu fortunã
crimine liberat, ut non præsentem, sed superiore fortu-
na in dignum uidearis? quid ita te gerens nostram ui-
ctorem deformare pergis? magnam fert secum re-
uerentiam, uel apud hostes, cadentium uirtus, ut i-
gnauia in summa etiam fortuna contemptum. Atq;
his dictis illum attollens, Tuberoni genero tradi-
dit, inde multa cum filijs & amicis de uolubilitate
fortunæ locutus, Macedoniam documento morta-
libus esse affirmans, quã parum in humanis rebus
fidere oporteat. Inde ad regni statum ordinandum
conuersus, urbes & populos dimidio stipendio le-
uauit, quod regibus soluere consueuerant. Aurũ re-
gium ne spectare quidem uoluit, ex regum Biblio-
theca libros quosdam filijs, literarum studio sis, deli-
gere permisit. Inde epulum & cœnas eximia comi-
tate & diligentia suis & provincialibus dedit, eiũ-
dem esse animi prædicans, & aciem & conuiuium
bene instruere. Illã ut formidolosus sis hostib;, hoc
ut amicis gratus in militibus donandis. Aelio Tube-
roni genero suo Phialam quinq; talentorum dono
dedit, idq; argentum primum in eam familiam de-
uenit, quum ad id tempus ita pauper fuisset, ut Tu-
bero cum quindecim eiusdem cognationis, modicis
ædibus, paruoq; fundo uixisset. Paucis inde die-
bus interiectis, decreto Patrum militibus per partes
in prædam alterius rei prætextu dimissis, septuagin-
ta urbes eius gentis uno die hostiliter diripuit, om-
ni prius auro communi & priuato in publicum per-
ciuitatum principes redactõ. Centum xx. milia ho-
minum una hora capta dicuntur. Plinius duas & se-
ptuaginta urbes haud direptas tantum, sed uendita-
tas etiam ab Aemyljo uno die scripsit. Ex tanta oppi-
danorum uassitate xj. duntaxat drachmæ militi da-
tæ prædæ nomine, quæ res tantũ omnium animos
offendit, ut uelut præda ab ipso duce fraudati essent,
adeo illum Romam reuersum sunt criminibus inse-
ctati, ut occasione inde sumpta Sergius Galba, qui
tribunus militum sub Aemyljo fuerat, eum ad popu-
lum criminatus in causa fuerit, ut tribubus ad comi-

tia uocatis, prima earum quæ suffragia iniijt, trium-
phum illi denegauerit. Eam iniuriam Patres & ma-
gna pars populi iniquo animo ferentes, cum Tribu-
no plebis agũt, ut tantisper centurias à suffragio re-
moueretur, quoad aliquis pro Aemyljo diceret. Ibi
M. Seruilius uir consularis, qui ter ac uicibus ex pro-
uocatione hostem prostrauerat, in mediũ progres-
sus: Qualis fuerit Aemylus imperator uel ex hoc i-
pso intelligo, inquit, q. militem tam improbum for-
titus, res gesserit amplissimas. Sed nõ tã hoc miror
(uicit enim sæpius consilium & prudentia ducis, q.
militaris ferocia) quin illud non possum nõ fati mi-
rari, quod Po. Ro. qui ob res in Illyrico & Hispania
gestas, ijs qui eas gesserit summo studio triumphũ
decreuerit, Aemyljo qui omnem Alexandri & Phi-
lippi gloriam, cum eorum progenie captiuam Ro-
mam duxerit, tanquã res parua ab eo sit gesta eun-
dem honorem denegat. Ergo Perseo nuper uictõ,
dijs immortalibus à tota ciuitate supplicatum est,
is cuius nomine honor est dijs habitus, militari inui-
dia, honore fraudabitur? usque adeo ne, inquit, cor-
rupta est militaris disciplina, ut Sergius Galba, ho-
mo nitida cute, & corpore propter urbanũ ocium
molli, & qui nunq; uulnus in prælio accepit, de forti-
tudine & ignauia imperatoris apud Pop. Ro. uerba
facere audeat, aduersus eos qui uulneribus honeste
acceptis atritum pectus gerunt? Atq; hæc fatuus si-
mul pectus denudat, innumeras pene cicatrices po-
pulo ostendit. Rideat hæc, inquit, Galba: Ego uero
hæc pro patria accepisse glorior. Sed age Sergi uoca
istos in suffragia, sequar eos, hodieq; intelligam qui
grati sint ciues, qui & ingrati & improbi. Hæc Ser-
uiliij oratio, adeo multitudine mouit, ut omnes dein-
ceps tribus triumphum decreuerint. Nullus unquã
Ro. imperator opulentiorẽ præ se tulit prædam.
Triduo est triumphatũ, primus dies, signis, tabulis,
& collosis transmittendis consumptus est. Ducẽta
quinquaginta uehicula huiusmodi rebus onusta, lo-
go ordine ante oculos ciuitatis traducta. Postero
die ornatisima Macedonum arma auro & argento
celata, galeæ, scuta, thoraces, ocreæ, Cretes peltæ,
Trecia gela, pharetræ, equorum frenæ, enses, sarissæ,
ut fuerant in prælio armis infixæ. Post armorum cur-
rus, uasa trecenta quinquaginta argentea, ducenta-
rum circiter & xl. librarum. quorũ singula quaterni
uiri subnixi argenteis nummis referta gestabant. A-
lia deinceps multitudo longo ordine Crateres argẽ-
teos, Phialas, Calices ornatisimos prætulērunt, ut
qui hæc omnia ferrent, ad tria milia numero fuisse
dicantur. Tertia luce tibicines bellicũ caneres præ-
cessere. Post hoc centum xx. boues auratis cornibus
secuti, uittis acsertis de more instructi. Ducebãt eos
ministri ad sacrificium succincti, & totidẽ pueri au-
reas argenteasq; pateras ad eundem usum ferentes.
Vasa deinceps tria & lxxx. pari pondere quo priora
illa præcipua aureis numismatis plena. Inde x. talẽ-
torum phiala præciofissimis munita lapidibus, An-
tigonea inde uasa, Seleucia, Thericlia, & quæ Persei
fuerant, ex auro omnia. Post hæc currus cum armis
Persei & diademate superimposito. Mox altero cur-
ru Regij filij, mares duo, & una fœmina, transecti,
eoq; maiore spectantium misericordia, quod suum
infortunium adhuc per ætatem non intelligebant.
Ceterum à nutricibus & pædagogis instructi, ma-
nus ad populum supplices tendebant, tanquam mi-
sericordiam implorarẽt, quod spectaculum pãssim
lachrymas circumfusæ multitudini elicuit. Sequẽ-
batur filiorum currum rex ipse pulla ueste amictus,
& crepidas more patrio habens, malorum magnitu-
dine ad omnia trepidus, uultumq; turbatus. Post il-
lum amicorum & familiarum turba mœsta, regem
cum lachrymis intuentes. Nouissime aureæ coronæ
quadringentẽ numero, quas honoris gratia, Græciẽ
ciuitates Aemyljo dederant, currui prælatæ. Ipse A-
emylus

Verba M. Ser-
uiliij pro Aem-
yljo.

Aemylj trium-
phus.

Miserabile spe-
ctaculum in
triumpho.

mylris purpura auro contexta, laurum ramum gerens dextra, insigni curru uehebatur, sequentibus suo ordine militibus, & ipsis laurum habentibus, partim iocularia carmina salibus permixta iactantibus, partim imperatoris laudes habebat. Et Amylius in hunc maxime modum de Perseo triumphauit, qui ne ex tam inclyto triumpho integrum gaudium ferret, paucis diebus duos amisit filios, unum sexdecim annorum, quinque diebus prius extinctum quam triumphum egerit, alterum aliquanto minorem natu triduo postquam triumphauit, in cuius funere graui est oratione ad populum usus. Nihil, inquit, Quirites in hoc prosperrimo rerum a me gestarum cursu magis ab initio extimui, quam inopinatum aliquem in fidiantis fortunae casum, nec pro re publica prius timere destitit, quam illius saeuientis impetus me priuatum inuasit, quod saepius eram a deo optimo precatus, ut siquid diri Po. Ro. ex ea felicitate impenderet, id totum in me, domumque mea uerteret. Duos suauissimos filios, quos mihi successores destinaueram, penae cōtinuatis funeribus extuli, nunc omni periculo liberatus uideo, bonamque mihi spem propono, fortunam Pop. Rom. sine labe permanfuram, quando fati inuidia mihi ac meis duplici clade ad hunc diem infixit. Nec ego qui de Perseo triumphauit, minus insigne documentum quanta sit humanarum rerum fragilitas esse possum, quam is de quo a me est triumphus actus. Perseus est uictus, filios tamen habet. Amylius, qui eum uicit, prole orbatus est. Hec ille non minori animo praestitit quam sit uerbis excutis. Mox pro Perseo annexus ut mitiori loco cuncto diretur, nihil impetrare potuit, quo cōtigit ut ille merore animi & carceris iniquitate, paucis diebus expirauerit. Interierunt & ex filiis duo, Alex. qui suis superstes fuit, latinus literas, Romanumque sermonem didicit, priuatumque agens uitam, magistratibus scribae operam praestitit. Atque Macedoniae regnum hunc exitum habuit. Stetit a Carano qui primus in ea regnauit, usque ad Perseum, qui trigessimus rex ab illo fuit, annos noningentos uiginti tres. Potiti rerum sunt Macedones annis octo minus ducētis. Triumphatum est sub id quoque tempus de Gentio, affu itque horum triumphorum spectaculis, aut certe non multo post Romam uenit Prusias rex Bithyniae, Nicomedemque filium suum senatui in curia commēdauit. Ipse infra regiam dignitatem adulationis plenius, libertum se Populi Romani fatebatur. Affuerunt Eumenes & Attalus, ut Eutropius scribit. Lilius Eumenes uenisse ait: uerum quia se Macedonico bello medium gesserat, latam in comitio esse legē, ne cui regem, Romam uenire liceret, atque ita ut anceps in fide fuerat, ita suspensio est animo dimissus, ut non uelut hostis sit exclusus, nec in urbem admittus, ut crimine liberatus. Hoc anno censae sunt Romae ciuium capita cccxij. milia, octingenta quinque. Medio Macedonici belli ardore a Ptolemeo & Cleopatra uenere legati, ut Lilius scribit, auxilium a Populo Romano implorantes aduersus Antiochum Epiphanem, a quo graui bello premebantur. Fuerat is Magni Antiochi filius, successeratque Seleuco fratri, qui patre defuncto, duodecim annos in Syria regnarat. Nec Lilius a quo Ptolemeo missi sint legati, satis explicat, sed ab eo uideri possunt, qui & ipse Epiphane cognominatus est, cui Cleopatra, ut Trogius ait, Magni Antiochi filia nupsit. Ceterum Iosephus haud dubie demonstrat ab Antiocho bellum Philomatorum Ptolemeo & Phisconem illatum, qui ab Epiphane patre pueri relictī fuerant: quo apparet Cleopatrae matris & Ptolemei filij legatos fuisse, qui auxilia implorare sunt per id tempus Romam uenere. Pupillarem igitur amborum aetatem Antiochus nactus, ratus fore, ut eos sine ullo maiore certamine paterno regno spoliaret, res primo in Iudaea est turbare adortus. Onia summo Iu-

Oratio Amylij ad populum.

Persei exitus.

Antiochi Epiphaneis motus.

daeorum sacerdote defuncto, Iesum eius fratrem, qui Iason dici maluit, in defuncti locum instituit. Is breui postea in domesticam seditionem incidit. Melaeus eius frater inuidia motus, cum Tobiae filijs, qui Iasonem in senem oderant, secessione ad Antiochum facta, patrias se leges abnegare testati sunt, iam inde Graecorum ritu & lege omnia facturi, lo- que à rege ad aedificandum impetrato, sibi Gymnasium construxerunt, in quo quum postea exerce- rentur, ne quid à Graecis uiderent differre, uerenda summo studio traxere. Nec Antiochus multo post Aegyptum bello petijt, Scopamque praelio superauit. Hic est Scopas ille, qui primi Macedonici belli tempore ex Aetolia, ut alio est loco memoratum, aliquot hominum milia stipendio conducta in Aegyptum deportauit. Et iam Antiochus Memphi occupata, Alexandriam obsidere ceperat, quo Philomator Memphitica sede pulsus, ad Phisconem fratrem confugerat. Legatus interim a senatu ad Antiochum uenit P. Popilius, ut eum Aegypto excedere iuberet, abstineretque reb. Ptolemei regis, qui amicus esset & socius Po. Ro. Excepit Popilius uenientē Antiochus osculo multaque comitate, quippe quae Romae obfes praecipue coluerat. Tum legatus, missam fac, inquit, Antioche priuatum amicitiam, & ad ea quae Po. Ro. mandant animi aduerte: exposita inde legatione, non minus ille Popilij seueritate motus, quam Romani nominis maiestate, bello abstinuit. Inde per Iudaeam ducens, per homines suae factionis Hierosolymas occupat, ferrumque in eos immisit, qui autores fuerant ne in urbem acciperet, estque in caeteros seuitum. Po- stremo ad praedam conuersus, omnia sacra & prophana, sacrilega & uiolenta rapina foedauit, Aram auream quae in templo fuit, Mensam, Lucernas, omnemque sacrorum uasorum apparatus in templo sustulit. Sacra patrio ritu fieri uetuit, arcem urbi impositam praesidio fir- mauit. Demum inde profectus ad x. milia hominum omnis aetatis & sexus secum in captiuitate abduxit. Nec meliore conditione esse, qui in urbe relictī sunt multa indigna & nefaria passi ab his, qui ad Hierosolymorum praesidium relictī fuerant, in minore erant luctu & merore constituti, quo longius ab ea malorum facie aberant, proculque ab omni sensu eorum quae Hierosolymis in contemptum religionis, contraque leges & patrium morem fiebant. Suilla hostia mactabat in templo, malorum daemonum simulachra cogebant Iudaei Graecorum ritu uenerari. Capitalis noxae fuit, si quis filium circumcideret, si quis Moysi uolumē, aut prophetarum haberet, uerberibus caesi alij super alios obtruncari. Pueri laqueo enecti, e parentum ceruicibus suspendebant. In templo dei Opt. Max. Olympij Iouis erat statua constituta. Samaritae & ipsi in Antiochi gratiam templi quod ad Gazarim erexerant, Ioui consecra- runt. Eratque in hoc statu res in Iudaea, quam Mathathias uir acer, cui quinque numero erant filij, florenti aetate, & in his Iudas, cui cognomen fuit Machabeus, permoleste ferens diuino sacrorum ritu abolito, passim a suis popularibus Graecanico more sacrificari, & pro uera pietate daemonibus seruari, natorum fiducia fretus, se primum pietatis assertorem exhibuit. Habebat is in Modine uico, ubi unum ex suis popularibus extrario cuidam deo aram erigentē intuitus, ex im- puiro adortus, medio opere obtruncat, mox & Apollonium Antiochi praefectum ferro opprimit, qui ad impiū cultū populū cogebat. Alta deinde uoce Iudaeos pietatis patrijque ritus admonens, cum liberis & non parua paganorum manu in deserta montium con- celsit. Iudices & qui Hierosolymam arcem praesidio obtinebant, promissa impunitate, Mathathiam & qui cum eo erant, e montibus deducere sunt conati. Caeterum qui neque hortatione, neque minis flecti potuissent, sabbatorum die quo Iudaei gentili instituto pug- nare prohibebant, hostes montibus insinuati, nullis repugnantibus supra mille in speluncis ferro & igni

Iudaei legis praenaricatores.

Antiochus Memphim occupat.

Antiochi sententia in Iudaeos.

Iudaeorum casti- lamitas.

Mathathias uir de Machabeis pater.

Iudaeorum clades.

igni crudeliter necarunt. Mathathias & multi cum eo media consternatione dilapsi, ardua montium tenuere. Nec ea clades Iudaeorum studium in Mathathiam inhiuit, sed plerique mortales, antiquae pietatis respectu, ad eum asidue confluēbant, eo- que sibi iudice creato, crebris excursionibus omnia foedabant, deorum aras disijcere, obtruncareque eius- modi sacris operantes, lata tum primo lege, ut & sabbatis pro uita aduersus hostes dimicare liceret, puerosque quicumque nati essent, nondum recitatos, patrio ritu circumcidere. Annoque per haec uix dum acto Mathathias uita decedens ita statuit, ut Simon qui secundo erat loco natus, quia prudentia caeteros anteiret, uelut pater a fratribus coleretur, Machabeus adhuc iunior, quod feroci & inuictus esset animo, patriam religionem ab iniuria uindicaret. Huius itaque ductu breui hostes Modinensi sunt agro eieci, atque una interfecti omnes legum desertores. Apollonius Samariae praefectus suorum clade irritatus, cum tumultuario exercitu ad Machabaei conatus opprimendos occurrit, cui ueniēti Iudas ferociter obuiam iuit, hostemque praelio uictum propria manu obtruncat, iacentemque opima spolia detrahit. Multi ex Antiocheno exercitu circa ducem occubuerunt, sed plures omnino in fuga. Magnus inde concursum ad Iudam est factus, secundum unam pro spera pugna, cuius uires, quum in dies inualecerent, Seron qui inferiori Syriae praerat, cum ijs copijs, quas tū forte penes se habuit, magnaque euocatorum manu ad Bethoron castra fecit (est is Iudaeae uicus) quo Iudas progressus cōfixit, quum numero multo esset inferior, caesa tamen ad octo milia Antiochenorum. Rex duobus exercitibus cum ipsis ducibus amissis ut quae ualidissimum exercitum in Iudaeam compararet, in Persidem proficiscitur, Lyfias cum filio & ijs copijs, quas ex finitimis gentibus contraxerat, ad bellum relictus. Nec Lyfias in comparato exercitu quicquam remisit industriae, quippe qui non multo postquam Antiochus in Persas abiit, cum quadraginta milibus pedum, & septem equitum Palaestina ingressus, ad Emaum cōsedit. Iudas ad primam hostium famam tria milia fortium uirorum sibi ex omni numero dele- git, quos in hoste iturus, ita affatus dicitur. Praesens fortuna necessitasque uiri fortissimi, & suadet & cogit, ut pericula cōtemamus, omnis spes recuperandae libertatis, quam sua sponte desiderabile, ipsum pietatis studium adhuc desiderabilem facit, in nostra uirtute sita est, quales paulo post in praelio erimus, talem fortunam habituri sumus. Quaequam si quod nolim, uicti simus, ne uita quidem nobis speranda ab impio & irato hoste. Multa quidem & magna homines sua sponte faciunt, sed multo plura & maiora necessitate coacti. Quare eo consilio nos in pugna ire oportet, ut non nisi uictores inde abscedamus, pro lucro mortem habituri, si cadendum in praelio sit, quia pro patria, pro iustitia, pro religione dimicamus, si ut spero uicerimus, asserta libertate, ut patrijs legibus in ea pietate quam a maioribus per manus accepimus, quam florentissime uiuamus. Nec nos hostium numerus terreat, uixus non multo pugnā decernit. Quam non uideo quid minus time- ri possit quam hostis, semel atque iterum uictus. Ita sane comparatus est, ut miles ignominiae affluens, nullus sit rei, praeterquam fugae, memor. Parate uos igitur in crastinum, uel una pugna decreturi in libertate ne posthac nobis agendum sit, & in antiqua pietate manendum, an pro patria, quo nihil in morte potest homini gloriosius contingere, fortiter moriendum. His Iudas suos hortatus haud ignarus quantum momenti in celeritate esset, noctu ad hostium castra occultis itineribus ducit. Ita sane accidit, ut eodem tempore Gorgias uir impiger, cum cohorte una, & mille equitibus speculatum missis, ad Machabaei castra, & Iudas cum suis, diuersis itineribus ad hostem

Machabeus dux instituitur.

Recens Iudaei uictoria.

Oratio Iudaei ad suos.

peruenerit. Caeterum Gorgias, ubi omnia deserta uiderat, ratus hostes metu in deuos montes abijisse, aliquandiu deliberabundus steterit, pergerēne illos sequi, an retro ad suos rediret. Iudas interea hostium munitiones ex improuiso adortus, tantum terroris ad primum clamorem hostibus iniecit, ut sine praelio alioque maiore conatu, castra irruerit, ignemque tabernaculis iniecit. Tum uero ferro & flamma late grassantibus fuga facta est, multi mortales in traestraque munitiones caesi, caedesque Gazaram usque distracta. Ad tria milia hominum caesa dicuntur. Superuenit Gorgias suorum cladi, qui procul ardentia intuitus castra substitit, inde ubi res perditas uidit, ne tentato quidem praelio fugam capessit. Tum Iudas lectis per ocium spolijs, castrisque direptis, cum ingenti praeda, sed multo maiore gloria domum reuersus est. Nec hostis toties uictus, diu postea quieuit, quin exercitu multo ualidiorē quam antea ad Bethsuram cōsedit, hic quoque Iudas diuina magis quam humana ope fretus, egregie aduersus tantas Syrorum copias dimicauit. Quinque milia hostium hoc praelio caesa. Lyfias bello infeliciter reparato secundum eadem Antiochiam concessit, post cuius discessum Iudas hostium metu liberatus, cum sociorum manu Hierosolymas ingressus, primo templum inuisit, ubi omnia desolata & horroris plena intuitus, non potuit Iachrymis temperare. Parte itaque copiarum ad regium praesidium ex arce dei ieiunctū missa, ipse cum caetera multitudine ad templi purgationem conuersus, exter- norum deorum focos, & simulachra disiecit, deo- que optimo maximo ueterem aram instaurauit. Caelabra reposuit. Pristinū sacrorum ritum induxit. Atque ita templum triennio postquam fuerat profanatum, ab hostium impietate est assertum, quod fieri cōtigit Olympiade supra ceteram quarta & quadragesima, quo tempore Perseus est ab Amylio uictus, & Ennius poeta sepeptuagenarius, ut Eusebius scribit, articulari morbo periit, & in Scipionis monumento uia Appia sepultus, ut idem auctor prodidit. Fuerunt qui Rudia eius ossa ex Ianiculo translata prodere non dubitarint. Daniel propheta annis quadringentis & amplius quae haec Hierosolymis acciderint, nihil obscura diuinatione fore praedixit, ut templum deo constitutum a Macedonibus uiolareretur. Octo diebus sedulo sacrificatum, id sacrum Lumina dixerunt, quia reparatae religionis lumē ex insperato affulisset. Urbem muro & turribus summa ope Iudas communiuit, multaque interim praedia cum finitimis prospere gessit, qui inuidia & odio accensum, ultro armis Iudaeos incellebant, & in his Ammonitae, quorum Azotum urbem uic capta diripiuit Iudas, & incedit. Factus deinceps certior, quod Ammonitae omnes in armis essent, bellumque ab ea gente summa ope Timothei ductu reparatum, & super haec nunciabatur, ex Galilaea, Sidone, Tyro, & Ptolemaide multos ad arma conciri, belli curas cum fratribus paratit, Simonem cum tribus milibus pedum in Galilaea mittit. Ipse cum altero fratre Ionatha in Ammonitas iturus, octo milia militum ad id bellum sibi delegit, caetera multitudi Iosippum praefecit Zachariae filium, cui mandatum est, ut tantum a Iudaeae finibus iniuriam arceret, praesto alioqui & ab hoste lacescendo abstineret. Simon prospere in Galilaea dimicauit, tribus hostium milibus acie interfectis, caeteros porro fugatos Ptolemaide usque est persecutus. Iudas triuiterum itinere trans Iordanem progressus, primo Bethsuram ex hostibus cepit, inde pari celeritate Timotheum triperitro adortus: ad primum clamorem fudit fugamque, octo milibus ex eius exercitu occisione occisis. Ea uictoria potius coplures Galaatidis urbes in deditionem recepit, alias uic captas euerit. Nec logo interiecto tempore, Timotheus cum aliquanto maiore exercitu, in aperto castra fecit. Caeterum pari euentu ad Rophon urbem praelio uictus est, ac castris exutus. Rophus simul expugnata, quo multi ex fuga se rece-

Iudas incendit hostium castra.

Ennij mors.

Danielis uari- cinatio.

Iudaei Machabaei successus.

perant, magnaq; hostium cedes hic edita. Iudas post rem in Ammonitas praclare gestam, copias Hierosolymam reducturus, Iudaeos qui in Galaatide erant, ne praedae essent finitimis, cum liberis & uxoribus omniq; supellestite in Iudaeam traduxit, Ephrone urbe in reditu, quae sibi portas clausisset, expugnata, per Bethsamum (eam Graeci Scythopolim uocant) cum ingenti gestarum rerum gloria, Hierosolymas est reuersus. Sed dum in Galaatide Iudas bellaret, & Simon in Galilaea, Iosippus Zachariae filius ad Iudaeae praedictu relictus, etsi ab initio iustus fuerat nihil extra prouinciam mouere, gloriae tamen cupidus, non parua manu ad Iamnam cum Gorgia regis praefecto cofixit, amissisq; duobus milibus hominum, trepide in pacatum refugit. Post Iudae reditum aliquot ex Idumaeis urbes uic captae sunt, direpraetue & incense. Per id tempus Antiochus quem in Persidem profectum diximus, quum aliquandiu ad Helimaidem urbem consedisset, expugnandae studio, ut Dianae templum quod ibi fuit multarum gentium donarijs opulentum diriperet, demum ignominiose in derelictum, quum Babylonem ueniret, accepro nuncio de his quae in Galilaea facta erant, nimia animi aegritudine in morbum incidit, paucisq; diebus uita decessit, priusquam expiraret, identidem inter suos testatus, se immatura morte extingui, quod Hierosolymitanum templum impie prophanasset. Hoc multo uerius est, quam quod Polybius prodidit, id illi accidisse quia Dianae templum uiolasset, quum si uerus est Iosephus, ne uiolarit quidem, non quia noluerit, sed quia non potuerit. Atq; Antiochus Epiphane in hunc modum perijt, filio Antiocho sub Philippi unius purpuratorum tutela relicto. Eupator est puer cognominatus. Iudas audito Epiphane interitu, Hierosolymitanam arcem maiore quamquam antea oppugnatione adortus, aggere & bellicis machinis circa muros erectis, summae opes hostes fatigabat. Arx templo imminerebat, eratq; ob eam sacrificanti bus assidue in festis, quae iniuria maiore Iudaeis necessitate imponebat illius totis uiribus oppugnandae. Regij milites, & Iudaei transfugae, qui locum praesidio obtinebant, ad Eupatoris mittunt, qui eum doceret, quanto discrimine tenerentur, nisi mature laboratibus suppetias ueniret. Ille supra aetate suorum periculo comotus, exercitum in Iudaeos ingentem contrahit. Ceterum milia peditem, & xxx. equitum ad bellum instructa scribit Iosephus. Et cum his Indicae beluae quinque, & uiginti numero. His copijs rex Antiochia profectus, per Idumaeam Iudaeae fines ingreditur: ad Bethsuram primo castra fecit, quae locum in hunc usum aliquot ante annos Iudas communiuerat. Bethsurei forti animo regem excipiunt, exceptum ualide se tuendo fatigat. Nec Iudas defedit in tam terribili hostium apparatu, omnia arcis obfisione cum suis copijs uenienti regi occurrurus, Bethsuscaritanas angustias x. milia passuum ab hoste occupat. Apud quosdam x. stadia reperio. Antiochus Bethsuram relicta, ad fauces quas Iudas in federat, ducit exercitum. Iudaei locorum natura freti sub primum congressum aliquot ex regijs ferocius inuectos obruncat, estq; aduersus beluas dimicatum, quarum una ab Eleazaro Iudae fratre, quem Mauronem uocabant, cofossa in uulnus corruens, sua mole percussore oppresit. Iudas ubi motes & omnia teneri ab hoste uidit, se & suos pugnae subtrahens sine aliqua maiore clade, retro ad tuendam urbem abiit. Bethsurei omni spe destituti, cum rege salutem pacti, urbem illi tradiderunt. Eam Antiochus oppidanis sine uestibus electis, suo praesidio firmavit. Ad Hierosolymam inde copias admota, tenuitq; plures dies obfidio. Interim Antiochus factus certior, Philippum, qui a patre datus erat ei tutor, regni administratione sibi uendicare, moliriq; res nouas cepisse, Lybiae impulsu, quo militariae magistro & consiliario utebatur ad eum opprimendum animu adiecit.

Iudaeorum clades.

Antiochi interitum.

Antiochi bellum in Iudaeis.

Iudae reditus ad urbem.

A Ne quis igitur motus in castris oriretur, simulato obfisionis caedio, pactus est cum Iuda, ut in templo essent ab armis discederent, uiuereq; suis legibus. Ceterum templum deditu, contra foedus ac iuramentum ad summum ad idum Antiochus dirui imperauit. Oniam sacerdotum principem in Beream Syriae urbem ablegatum interfici iussit, Alcimo in eius locu instituto. Id iniquo animo ferens maioris Onie filius, q. Menelao pernecessario suo sublato, summum sacerdotium esset ad Alcimum regis iussu traslatum, cui talis honor haud quidem gentilis esset, ad Ptolemaeum in Aegyptum abiit, a quo benigne acceptus, impetrauit, ut in Heliopolitana regione Aegypti, nouum deo templum patrio more edificaret. Sed haec aliquanto post secuta. Eupator in Antiochia reuersus Philippum tutorem suum in potestate redactum extremu supplicio affecit, intercessitq; haud multum temporis quum Demetrius magni Antiochi filius obses Romam a patre missus, audita Epiphane fratris morte, ratus Syriae regnum ad se pertinere, ut quoadmodum ipse duobus fratribus cessisset, qui unus post aliu regnauerant, ita pupillum sibi cedere oportere, a senatu petijt, ut ad paternum regnum capessendum, in Syriam abire liceret, neq; id illi omnino negatum est, neq; concessum. Fuitq; postea Demetrius tantisper Romae, donec quae ad fugam necessaria uidebantur cum amicis coposuit: inde ex urbe uenadi specie occulte profectus ad mare delatus, in Tyrum nauigauit, ubi magno omnium fauore exceptus diadema sibi imposuit, breui postea aula occupat, Eupatorq; sibi traditum obruncat, quum duos omnino regnasset annos. Eodem tempore aut certe non multo prius quae haec in Syria gesta sunt. C. Sulpicius Gallus praesere in Ligures bellauit, Iuliumq; Romae conditu, censaq; ciuium capita cccxxvij. milia. xxij. Ptolemaeus Philometor a Phiscone minore fratre pulsus, Ro. Pop. auctoritate, legatis ad hoc ipsum Alexandriam missis, in regnum restituitur, moxq; ipsi ita inter se regnum partiti sunt, ut hic Alexandria, ille Cyrenis regnaret. Paulus Aemilius, qui ex Hispania prius, inde ex Macedonia, immensum auri & argenti pondus aetario intulerat, adeo pauper hoc tempore uita decessit, ut uix ex auctione honoru eius tantum cogi potuerit, q. dos uxori redderetur. Tata tum fuit in quibusda ciuitatis principibus a publico abstinentia. Plutarchus patrimoniū septē & triginta milia filijs eū reliquisset scribit, cuius parte Scipio in Corneliorum gente adoptatus fratri habenda concessit. Duas omnino Aemylis habuit uxores, Papyria cum qua diuortiu fecit de qua notum est eius ad necessarios respōsum, qui quum ab eo sciscitarentur, ac moleste nimis quarent, ecquid esset q. tale a se foeminam alienaret: quae pudica esset, formosa, fecunda. Tum ille pedē extulit, inde ad eos conuersus. Videtisne, inquit, q. hic calceus pulcher sit, q. recens, q. aptus, & tamē ignoratis qua parte ille pedē offendat. Ex Papyria duos filios tulit, quorum unus a maiore est Aphricano adoptatus, ut Plutarchus scribit, alter a Fabio maximo quinquies cofule. Filias adhuc duas, quarum una M. Catonis filio, altera A. Tiberoni nupsit, uiro singulari uirtute, inopia insigni, ut xvi. uiri ex Aeliorum gente cum conitugibus & liberis unas aedes, easq; permordicas coleret. Pontinae paludes a Cornelio Cethego consule, cui ea prouincia euenerat, corruatis multifariam aquis, sunt eodem tempore exicatae, atq; ex his ager factus, locus olim quatuor & uiginti urbium, ut Mutianus prodidit. In Ligures & Cortos bellatu est per id tempus, ceterum perditis rerum monumentis parum celebris fama, a quibus & quo euentu res utrobique gesta sint, ad posteros manauit, minus obfcura quae in Hispanis gesta sunt, anno circiter sexcentesimo ab urbe condita, duobus Lucijs Posthumio & Licinio consulis. Sed quam ab his prouinciae sunt feliciter administratae, tam a Sergio Galba ignomi-

Templum diruitur.

Nouum deo templum in Aegyptu.

Eupator a Demetrio occiditur.

P. Aemilij interitum.

Paludes Pontinae.

ignominiose multa; suorum clade, quippe qui a Lutatianis magno praelio uictus uix ipse cum paucis acie effugit, caeteri ad unum caesi. Vti sunt ea clade L. Minutius, & M. Marcellus, qui unus post alteru prospero euentu in Hispania bellarunt. Romae Gn. Tremellius pecunia multatus est, quod trib. pleb. cum M. Aemilio Lepido pontifice maximo iniuriose contenderat, quae ultio facile demonstrauit sacroru magistratum ius multo sanctius fuisse apud maiores, publica potestate. Delmatae Illyricos fines populati, quia res a Rom. repetitae essent nec redditae (erat enim Illyrij in fide Pop. Ro.) bello sunt petiti. Delmatae & ipsi Illyrica natio, ut alio est a me loco demonstratum a Delminio oppido id nome adepti, si Appianus uerus est autor, mediamq; oram habuere inter Titium amnem & Lissum. C. Martius consul aduersus Delmatas primo congressu parum prospere dimicauit, secunda Ro. pugna felicior fuit, qua omnis ignominia priori praelio accepta, duci & exercitui adempta est. Secutus inde consul Nafica, qui eam gentem late domuit, quo tempore Q. Opimius & ipse consul, transalpinos Ligures qui Malsiliensium ueterum fociorum Antipolim & Niceam uastabant, bello subegit. Sequenti anno quum indies maiores ex Hispania motus nunciarent, multiq; iam Hispanoru rebellassent, consules confestim comitibus peractis magistratu inuenerunt, legati ad haec qui in Aphricam missi fuerat, ut Masiniae & Carthaginensium de finibus disceptatum ueterem contentionem sopirent, Romae reuersi nunciabant uim naualis materiae ingentem a se Carthagini animaduersam, nimirum urbem ad rebellandum & ad Ro. arma exercenda natam occulte bellu aliquod moliri. Secuta & alia recens suspicio, q. post legatorum reditum nunciatum Romae est Ariobarzanem Syphacis nepotem, cum magno Numidaru exercitu in Carthaginensium finibus sedisse, qui etsi in Masiniam paratus diceretur, Porcius Cato longe aliter interpretatus, bellu haud dubie Puenos moliri criminabatur, exitiali bello petendam ciuitatem cecebat, quae inexpiabili odio Ro. nome persequeret. Plutarchus Catonem cum caeteris legatis in Aphricam iussit, ad Masiniae & Carthaginensium lite inspiciendam, unde Romam reuersus, quum in senatu multa de suspecto Carthaginensiu statu differuisset quod iuuentute armis & omnium rerum opulentia ea ciuitas, si quando alias, tum maxime floreret, ut maiorem belli necessitatem locorum uicinitate ostenderet, recentem scum in suburbanis hortis Carthaginis decerptam, sub toga in curiam attulit, eamque sinu deproptam Patribus ostentans dixit: Rogo uos Patres conscripti, quam dudum hanc ex sua arbore scum demptam arbitramini? quum inter omnes reces esse costaret ac nuperrime decerpta: Arqui hoc triduo, inquit, ex Carthaginis portu huc delatam scitote, tam prope hostem habetis. Eam praconem sicu fuisse Plinius interpretatur. Et Cato posteritati cauens, per hec bellu Carthaginis inferendu censuit. Cornelius Nafica nihil contra foedus mouendu existimabat. Satis proinde uisum in praesentia iteru in Aphricam mittere, per speciem litis inter regem & Puenos finiendae, qui res Punicas diligenter inspicere. Ibi quum ager de quo contentio orta erat, Masiniae addiceretur, Gilgo Hamilcharis filius homo feditiosus, qui tum in magistratu erat, qui senatus Carthaginensiu se legatorum iudicio statutum profiteretur, priusquam de ea re declaratio ulla secuta esset, ita populum suadendo concitauit, ut legatis sola fuga saluti fuerit, quod minus contra uis gentiu uiolarentur. Ea res Patres qui sua sponte Carthaginensibus imminabant, multo infestiores reddidit. Cato interim filium amisit, quae modico sumptu exulit. Erat enim, ut Lilius scribit, Cato admodu pauper. Ad hunc pater, quum egre ferre audisset, quod a senio confectus Salonij clientis sui filium sibi nouerca lu-

Delmaticu bellum.

Nafica Delmata bello afflixit.

Carthago res nouas molitur.

Catonis commentum ad curiam mouendam.

Causa una terrij belli Punici.

Catonis.

A perduxisset, non noueram fili tibi superducere uolui, sed eo consilio uxorem iam exacta etate duxi, ut si fieri possit, multos qui de mihi natos, & plures patriae ciues tui similes procreem. Ex Salonij filia genuit Cato Salonium, qui quum publicu exercitu imperator ductaret, morte obiit: eius filius cofularum gessit. Is auus fuit Marci Catonis, qui secundo bello Cimili Vitae sibi morte conscuit. Erat per haec quae dixim? iacta terrij Punici belli femina, de quo priusquam dicam, quae in Iudaea & caetera Syria aliquanto antea sunt gesta, breuior sermo explicabit. Demetrius post Syriae regnum parricidio occupatum, Iudaeorum querelis copulsus, qui legem transgressus a Machabaeo Iuda infestabatur, Bacchi dem unu expurpuratis, cum magno exercitu Hierosolymam misit: is ubi Iudam per colloqui specie capere non potuit, fautores legis quicunq; in potestatem redigi potuerunt, ad unum obruncat. Ioachim relicto, & cum eo ualida militum manu, ex Iudaea caeteras copias adduxit. Iudas decessu hostis ferocior factus, multos prauaricatorum insidijs exceptos interfecit: laedq; per Iudaeam euagatus, immerita suorum clade impiorum caede ulciscitur, cuius rei fama ad Demetriu delata, Nicanorem cum numero exercitu misit in Iudaeam, estq; illi in primis madata, ut Iudae & qui cum eo in patria lege tuenda perseuerarent, ad unu ferro extingueret. Nicanor prouincia pacate ingressus, ubi Hierosolymas adequitauit, pacis studium praesere, regia fide suaq; iureiurando interposita, componendae pacis praetextu, Iudam ad colloquium traxit, quem dato militibus signo, frustra capere conatus, ubi irritum id cofiliu cessit, ut sui arma expediat edicere. Iudas & ipse celeri fuga agmen repertens, hosti infensor factus, praellium ferociter iniit. Pugnatu est ad uicum Copharsama, ibi Machabaeus uictus in proxima arcem compellitur. Nec ita multo post cum mille duntaxat circa Adasiss uicum, qui minus quatuor milibus passuum a Bethero procul aberat, iteru cum hoste est congressus. Nicanore cadete, ita Demetrianos afflixit, ut ex noue milibus hominum nemo ferre superuenerit, quum mille interrim nec amplius Iudae adessent. Dies quo Iudas tam feliciter in Nicanore dimicauit, solenis mastic apud Iudaeos, qui eueruntq; inde non nihil res eius gētis ab externis armis. Ioachim interea qui summus erat sacerdos, quum sanctuarij murum uetus prophetarum opus demoliri aggressus esset, improuisa sideratione percussus, mortus concidit, multoq; corporis cruciatu paucis diebus expirauit. Sacerdotium Iudae ingenti omnium fauore est delatum, qui dignitate adeptus, Romam ad senatum legatos misit, ut cum inuictu populo foederatē & amicitiam iungerent, quo impetrato multo ferocior Iudas factus, nouum Demetrii exercitu, Iudas cum re societate inter-

Nicanor a Iudae da uincitur.

Ioachim caesus.

Iudas cum re societate inter-

oxl em

Iude Machabai interitus.

orbem dimicans diu multumq; in tetra Demetria-
norum caede uersatus, pluribus confossus uulneri-
bus concidit, eius corpore ceteris aut ibi cadentibus,
aut aegre ex media acie reuulsis, uictor hostis poti-
us est. Id Simon & Ionathas fratres redemptum ad
Modin uillam, ubi pater situs erat, multo Iudeorum
luctu & morere sepelierunt. Atq; is exitus fuit Iude
uiri fortissimi, qui tres esset annos sacerdotio fun-
ctus. Sauium tum Bacchides ea uictoria elatus in Iu-
deos diuersarum partium, ac quanto magis pij af-
fugebatur, tato desertores ueritatis in maiore apud
hostes celebritate esse & existimatioe. Sed adeo an-
tiquae pietatis studium animis infederat, ut per ex-
quisitissimos cruciatus mallet extinguere, quam pra-
uaricari. Occulte itaq; Ionatham hortatur, ut fratris
uiri fortissimi uestigia secutus, reliquam pioru mul-
titudine tuenda susciperet. Ionathas etsi rebus ia
haud dubie perditis, uerum ne a patre suo fratreque
degenerare crederetur, ducis nomen tanto ad se co-
sensu delatum intrepide recepit. Ceterum Bacchi-
dis metu, qui ad primos motus affuit, cum auxilijs
fratribus adhuc superstitibus & ea manu quam stu-
dio contraxerat, circa Iordanem super Aphar lacu loco
munitissimo confedit. Lacus que Afsar Iosephus ap-
pellat, Asphaltitis est a Graecis, ni opinioe fallor, nu-
cupatus, in que Iordanis ex Peneade fonte infulsus
laudatas amittit aquas, etsi ille non uinitus sit lacus in-
cola, sed & Genesara a quo secundo loco ebibitur.
Hinc Ionathas Ioannem fratrem suum ad Nabathaeos
misit cum tota supellestite, ut si ab hoste que haud
multo post affuturum arbitrabatur, castris fuisset ex-
urus, quod reliquum fortunarum esset in tuto habe-
retur. Sed ille in Nabatha Arabu perfidia oppressus,
& res & comites uno tempore amisit. Certatum est
interim ab Ionatha circa Iordanem cum Bacchide,
ibiq; duobus milibus hostiu caesis, quia multo erat
numero inferior, ad flumen copulsus, ut imminente
sepe periculo subtraheret, fluiuium transire est coa-
ctus. Bacchides praesenti uictoria contentus, Hiero-
solyam copias recepit. Ibi que arce per ocium pre-
sidio & commeatu ad tempus munita, Hiericonte,
Bethorum, Betuliam, Plammatham, & alias non pau-
cas urbes opere & armis aduersus huiusmodi mor-
ualide munit. Ionathas interim cladem in Arabia
acceptam ex occasione fortiter est ultus. Ducebant
sibi sponfam ex Madaba urbe Amiri filij, qui iniuriae
sibi ab Arabis illatae auctores fuisse dicebantur. Vbi
Ionathas exploratu id habuit, qua illi iter facturi es-
sent, locis opportune inuisis, in Nabatheoru agme
nil tale suspiciens impetum fecit, ceciditq; ad qua-
dringentos ex ijs qui cum eo in comitatu fuere, om-
nemq; nuptialem apparatus diripuit. Perseueratu
inde biduo in statione est circa Iordanem, nec interim
ab impiorum insectatione cessatu, quae iniuria effe-
cit, ut Demetrius suorum querelis fatigatus, Bacchi-
de cum exercitu tertio in Iudaea miserit. Is noctu ad
Ionathae stationem profectus solertissimu haud fe-
sellit hoste, quippe qui explorato Bacchidis accessu
in locum munitissimum concesserat. Ibi aliquandiu
obsidione fatigatus, Simone fratre ad praesidiu loci
relictu, ipse noctu per hostium stationes occulte di-
lapsus, paucis diebus ex finitimis armatorum manu
collecta, Bacchidis castra tumultuose inuasit. Simo
& ipse accepto signo ex oppido, cum praesidiariorum
manu erumpens bellica opera eodem tempore incen-
dit. Bacchides, ancipiti metu percussus, qui cerneret
aspidendo nihil se praeter ignominia lucrifacere, pa-
ce Ionathae per legatos petenti, nihil grauate red-
dit, liberasq; per hunc modu Iudejs reuocata est. Ge-
sta sunt haec Olympiade quinquagesima sexta ac ce-
tesima, quum non multo prius in Arcadia interijisset
P. Terentius comediarum scriptor. Vixit eode tem-
pore Aristarchus grammaticus analogie perpetuus
asseror. Demetrius maioribus rebus ia inde occupa-

Arabu iniuria in Ionathae fratres.

Vltio Ionathae in Arabes.

Pax a Demetrio Iudeis redditur.

rus, a Iudaea infestanda destitit. Ipse Syriæ regno pu-
pilli caede occupato, quo tutior domi esset, finitimis
sepe regibus formidabilem effinxit, primoq; Ariara-
ti Cappadocu regi, propter fastiditas fororis nuptias
bellum intendit: Olefeme eius fratre ad se recepto
qui per iniuriam fuerat ab Ariarate pulsus: sed Ole-
femes medio belli apparatu Demetrio insidiatus, ut
subita Antiochenium defectione cum regno peller-
ret, quod ab incepto abstineret effecit. Dedit uenia
perfidio hospiti Demetrius, Seleuciq; custodiendi ius-
sit, ne sublato fratre Ariarates belli metu liberaretur.
Nec Antioches ab inchoata defectione destiterit:
itaq; adiuantibus Ptolemaeo, Attalo, & Ariarate a
Demetrio lacessitis, Prompalu quendam sortis ex-
tremæ uirum subornant, ut Syriæ regnum uelut An-
tiocho genitus, haereditariu repetat, & ne qua des-
set contumelia Alexandrum nominant. Adeo tunc
omnium odia in Demetrium exarserant, quae ille su-
perbia plusquam tyrannica in se conciuerat, turri qua
da haud procul Antiochia inclusus, nulli sui adedu
faciebat potestatem. Alexander tot regum auxilijs
fretus, ferociter bellum Demetrio infert. Ille tãtam
belli mole haud aspernatus, ut Iudæam pacatiorem
haberet, Hierosolyam misit, qui obsidibus Ionathae
restitutis (custodiebantur hi in arce, quae teplo im-
minebat) ipsum hortarentur, ut ex tota gente auxilia
ad bellum cotraheret, quo cõgit, ut summa totius
rei, Demetrii fauore, ad unum Ionatham uelut prin-
cipem gètis, sit ex imperato deuoluta. Alexander quoq;
ad Ionatham scribit, ut iniuriaru, quas a Demetrio ac-
cepisset, memor, in partibus esse mallet. Summu ad-
haec sacerdotium ei tradidit, misit & dignitatis infi-
gne, purpuream stolam, & cum ea aurea coronâ. Sic
quadriennio post Iudæa interitum, quic nemo in eius
locu surrogatus esset, Ionathas intermissam digni-
tate recepit, quod ubi Demetrius audiuit, metu per-
cussus, ad Ionatham & omnem Iudæorum gentem
scripsit, pollicitus se praesidium ex Hierosolymitana
arce deducturum, permissurumq; iam inde Iudæos
suis legibus uiuere, si in officio permaneret. Adijce-
re his & templi restitutionem, cum magna pecunia
ad usum sacrorum, cum tributis quod pendere con-
sueissent abolitioe. Haec ille. Alexander uero cu ma-
gno interea exercitu per Syriam ad Demetriu profe-
ctus, uno praelio debellauit, fuitq; id sane atrox ui-
ctus; Demetrius sinistro cornu, dextero uero quo rex
ipse pugnabat uictus, ceterisq; fugientibus du mul-
tum diuq; uictoriam hostibus extorquere conatur,
postremus acie excessit, hic equo alta ceni uoragie
nec immerito, tã diu quum fugam expediret, est in ue-
stigio retardatus, donec incursum hostium perijt, qui
annos undecim Syriæ imperasset. Per idem tempus
Onias Onie filius, qui ad Ptolemau Philometorem
transfugerat, Heliopoli templu deo optimo costru-
xit, Hierosolymitano per qua simile, uetustissimi te-
pli ac diruti area in huc usum purgata, cui per literas
Ptolemaeus & Cleopatra assensu, memorabile illud
adiecerunt. Videndu est gratu sit deo templu qd aedi-
ficaturus sis tam luxurioso loco sacrisq; animalibus
referto, sed si Esaias multo antea id futurum praedixit,
concedimus quod petis, modo siquid contra legem
fiat, nihil nos in deum peccasse uideamur. Eam tem-
pli conditionem Esaias sexcentos annos antea pra-
dixerat. Estq; Alexandria eadem tepestate disceptatu
de iure & sanctitate teploꝝ, cora Ptolemaeo, utrum
Samaritan Hierosolymitani uerius templu, au spri-
tuali; deo conditu teneret. Constitit tandem q, Hie-
rosolymis esset legitime edificatu, & ob eam rem ab
Asiae regibus multis donarijs excultu. Contra quod
in Gazari monte, Alexandri teporibus fuisset codi-
tum, obscurum & inhonoratu iam inde ab ipsa edifi-
catione mansisset, sine ulla regu dignatione. Sabeo
itaq; & Theodosio, q diuersum illud tuebantur, Pro-
lemæi iussu interfectis, Hierosolymitanum sanctius
ueriusq;

Odia regu in Demetrium.

Ionathae principatus honores deseruitur.

Demetrii interitus.

Alexandri & Ptolemaei affinitas.

M. Aemylj de cretum in morte.

Consules.

Scipianis Aemyljani indoles.

Causa belli inter Carth. & Masinissam.

ueriusq; iudicatum. Laudatusq; est Andronicus qui
Augustissimi templi gratia in capitali disceptatio-
ne descendere non dubitasset. Alexander Demetrio
sublato, Ptolemaei filiam sibi uxorem poposcit, nu-
ptiaq; regio apparatu sunt Ptolemaide celebratae,
ubi magno mortalium conuertu Ionathas purpurea
est uestis ab Alexandro donatus, & amicoru princeps
appellat. Romæ interea M. Aemylus, q princeps se-
nat⁹ sexies fuerat, uita decedens filijs madasse fertur,
ut lecto purpura & linteis nudo suu efferrēt corpus,
in funus haud plus denos eris in sumerent, imaginu
specie no sumptibus funera nobilitari ratus. Publica
& Lacinia nobiles feminae quaestione de ueneficijs
publice decreta, quia uiros sustulisse dicebantur, co-
gnatoru decreto necatae sunt. Affertur interim Car-
thagini delectum haberi accuratissimum, classemq;
& bellu haud dubie instrui. Id Gulusa siue Gelo Ma-
sinissa filius nunciavit. Appianus Gelo sem pro Gu-
lussa scribit. Erant tu consules L. Licinius Lucullus,
& Aulus Posthumius Albinus, qui quam ad bellum
acerbissimum haberet delectum, nec quequam gra-
ria dimitterent, a trib. ple. qui pro amicis uacatione
imperare nequiuerat, in carcerem coniecti sunt. In-
terim super Punici belli terrorem, res in Hispania a
pluribus parum prospere gestae ciuitate maxime so-
licitam habebant, & iam tatus metus omnium ani-
mos inceserat, ut neij quidem inuenirentur, qui in
eam prouinciam tribuni militu, aut legati ire uellent.
P. Scipio Aemylianus publice profellus est, se iussu
populi in prouinciam iturum, obiturumq; pro uiribus
quacumq; sibi militiae partes decernerentur. Ea
uox ingens, ut sit, accendit militaris aetatis studium,
ut multi in Hispaniam se mitti postulauerint. Scipio
tribunus militu est cum C. Marcello ubi Barbarum
ex puocatione singulari uicit certamine, & in uali-
dae u. bis expugnatione, non sine manifesto uitae pe-
riculo, muru priuimus omnium ascendit. Subacti sunt
eo bello Vaccei, Cantabri, & aliae quaedam Hispanie
gentes, ad id tempus Romanis incognitae. Sed qua
prospero euentu hac prouinciae parte bellari conti-
git, tam in feliciter cum Lusitanis est eodem tepore
a Sergio Galba dimicatu. Amisso exercitu dux ipse
cum paucis egre seruatus est. Alij aliquanto prius ea
cladem acceptam, quod supra est significatu, memi-
nerunt. Romæ interea quu censores theatru extru-
dum publice locassent, P. Cornelio Nasica autore se-
natus demolendu iussit, tanqua ea res publicis ob-
staret moribus, adiectumq; decreto, ut Valerius scri-
bit, neq; in urbe nec pprius mille passus subsellia po-
neret, ludosue sedes spectaret: & quia satis costabat
bellum Carthagini summa ope parari, cõsebat Cato
& alij principes ciuitatis exercitu in Africâ depor-
tandum. Cõtra Nasica constantem, negare ullani sibi
uideri iustam inferedi belli causam. Placuit itaq; ut
bello abstineret, si Carthaginenses exusta classe exer-
citu dimississent, quorum utruq; cõtra foedera fieri
costabat: si min⁹ id praestaret, proximi cõsules de bel-
lo Pœnis inferendo primum omnium referret. Car-
thaginenses interea bellum Masinissae inferunt, erat
iam tere ille nonagenarius, uerum ita adhuc uiuido
corpore, ut sine pulmeto cibū maderet, scanderetq;
equum sine ephippijs, nudo capite militaria & impe-
ratoria obiret munia. Conflari belli causa fuit inter
Masinissam & Carthaginenses, q praeter uereret de
sinibus contentione, quadraginta circiter Carthagi-
nenses nobiles, qui Masinissae partes in publica di-
sceptatione tueri uidebantur, urbe eieci, sese ad re-
gem ipsum contulerant, de quibus in urbe reducen-
dis, quu Gulusa & Micipsa Masinissae filij acturi Car-
thaginem uenissent, non solum non auditi sunt, sed
ex Gulusae comitatu quidam a Carthalone, qui ab-
euntibus occurrerat, fuerant interfecti, qua iniuria
Masinissa commotus, Horoscopam Carthaginensiu
urbem oppugnare adortus, Punica in se irritauit ar-

ma. Hasdrubal homo popularis dux ad bellu letatus,
cum quinq; & uiginti militibus peditu, & ecc. equi-
tibus urbanis praeter externas copias, in regem pro-
fectus, secudam est ab initio fortunam expertus. Afa-
sio & Susabes regis praetores, orta inter eos & regis
filios in castris discordia, cum sex milibus militu, ad
Hasdrubalem transuero, quo ille successu elatus, ca-
stra castris penè cotulit. Masinissa ad insidias couer-
sus, copijs ex improuiso sub ductis, fugam simulat, Pœ-
numq; effuse sequentem deducit in campos undiq;
collibus praecinctos. Huc ubi uentum est, Masinissa
couersis retrò signis, media planitie castra locat. Hal-
drubal & ipse loco eminentiore confedit, imminebat
que utrinq; praelium, quum Scipio Aemylianus, qui
sub L. Lucullo tribunus militum in Hispania milita-
bat, ad regem uenit, Luculli nomine ab eo elephantas
postulaturus. Masinissa in aciem processit, quum ia
duodenonaginta natus esset annos, erat ille, ut dixi,
supra quam aetas pateretur, uegeto corpore, idq; in
Numidia potissimum euenire arbitrati sunt quidam,
quod nec frigida nimis sit ea regione hyems, nec ni-
mis torrida aestas, ut in Aethiopia, ob idq; immanissi-
mas beluas nutriat tellus. Accedere huc ritu gentis,
quae sub dio plurimum degat, a si duoq; labore exer-
ceatur, quum neq; remulencia multa, neq; ullus ad-
sit ciborum apparatus, sed simplex parsimonia. Hal-
drubal ubi regem uidit suos pugnae instruere, in equu
descendit, acie dimicaturus. Hic Scipio concursuras
acies intruit, prius q signa caneret, editorie locum
occupat, ut commodius inde praelium spectaret. Fe-
runt postea dicere solitum, nullo unqua tempore se
tantâ ex quouis alio spectaculo percepisse uolupta-
tem, q quum supra centu milia hominu inter se pu-
gnatum ipse omni sollicitudine & cura liber, ex alta
contemplatus esset specula. Pugna a prima luce ad
noctem distracta est, multis hinc inde cadentibus; ad
postremum rex aliquanto superior acie excessit, cui
in castra redeunti gratulabundus Scipio occurrit.
Eum Masinissilla ob Africani memoriam quem
omnium maxime coluerat, arctissime est complexus,
multaq; comitate penes se habuit. Tu Scipioni spe-
cies illa est p quieret uisa, qua Cicero disertè in sexto
reip. est postea executus. Tãtata quã diu ibi fuit Sci-
pio, pax est inter regem & Carthaginenses, ceterum ir-
ritatis utrinq; animis ad exitu perducì non potuit.
Ipse acceptis a rege elephantis, in Hispaniam abiit;
Masinissa post praeliu Hasdrubalis castra iniquo lo-
co sita & fossa & uallo cinxit. Habuit ab initio Pœ-
nus in animo prius eripere, q undiq; hoste claudere
tur, regemq; ad praelium cogere, sed ad iudicatu legato-
rum ex urbe Roma accessu, ratus fore ut eorum arbi-
trio bellu solueret, certamine abstinuit. Legatis oc-
cultè mandatu erat, ut si Masinissa inferior esset, pacè
suaderet, si res eius melior q Punica uideretur, sine-
rent bellum trahi. Quo apparet Romanos paru san-
ctè ius sociale per id tempus custodisse, ut quantu
Pœni prioribus bellis perfidia egerat, tantum tertio
hoc Punico bello Romani dolo malo egisse merito
uideri possunt. Speigitur frustratus sua Hasdrubal,
ad eam est inopiam redactus, ut equos primo, mox
scutorum lora, & habenas mandere sint milites co-
acti. Tela adhac lignorum defectu combusta. Se-
quuta est inde pestilentia famis alumna, magna que
pars exercitus paucis diebus teterrima illa clade co-
sumpta est. Tu desperatis rebus, Hasdrubal tria mi-
lia argenti talenta in quinquaginta annos, & exu-
lum restitutionem pactus, ut ipse & sui cum singu-
lis uestimentis domum abirent, pacè cum rege lan-
xit. Gelo filius regis, dubiu ignaro patre, Numi-
dicum equitatum in agmen morbo & fame affectu
immissit, tanta que caedes est edita, ut ex octo & quin-
quaginta hominu milibus (tot enim fuisse dicunt)
praeter paucos qui cum ipso duce Carthaginem per-
uenere, caeteri etsi alij alio casu, ad unum perierint.
Cartha-

Duo praetores a Masinissa dea faciunt.

Temperata Numidia.

Pugna.

Visio Scipiana.

Ro. dolo malo cum Carthagini.

Carth. caedes.

Carthaginienses non tā praesenti clade perculsi, quā q. Romani, quos merito suspectos habebāt, accuratissimū tota Italia delectū habere dicebātur, ut nullum nō remedium, ad id bellum, quod instabat, evitandum quaesivisse viderētur. Hasdrubalem primo qui gesti cum Masinissa belli autor fuerat, & Carthlonem, caeterosq; eius consilij participes, partim exilio, partim capitali supplicio afficiūt. Mitrunt & Romam legatos, qui Numidici belli culpam in paucos suorum civiū, qui publicē poenas luissent, & in Masinissam rejicerent, docerentq; publicum consilium ab omni culpa procul abesse. Interrogati ab uno seniorum legati, cur non autores belli a principio coercuissent, sed postquam res male gesta esset, quum nihil ad ea respondissent, cum his dimissi sunt, ut diceretur illis nondum videri Pop. Rom. a Pœnis satisfactum. Idem ferme responsum datū legatis, qui secundo loco missi sunt. Interea Uticenses Carthaginiensibus infensi Romam occultē mittunt, qui urbem Romanis dederunt, qua opportuna deditioe arrepta senatus in Capitolio, ubi talia decerni consueverunt, bellum Carthaginiensibus inferendum ita tuit. Erant tum consules M. Manlius, & L. Martius qui in Africam transfusi, clandestinē iubentur non prius a Carthagine copias abducere, quā eam funditus evertissent. Fuit hic annus sexcentisimus secundus ab urbe cōdita. Nec longior inde mora fuit, consules omnibus ad bellum paratis, cum centum quinqueaginta navibus ad pugnam instructis, & vionerariarum ingenti, octoginta milia peditū & quatuor equitum, in Africam deportarunt. Prius classis ex alto conspecta est, quā in se quippiā moveri Carthaginienses relinissent. Stupentibus itaq; novitate animis, quum ne ad tolerandam quidem obfisionem satis parati essent, visum est celeriter Romam mittere, qui a senatu quaerent, quid Ro. Po. Carthaginienses uellet facere. Responsum his est, ut irent, & trecentos pueros ex omni nobilitate lectos consilibus obsides darent, tum fore ut caeteris, quę postulerent, mitius aures accommodarent. Carthaginienses etiā tota res suspecta erat, ut nequid eorū, quæ ad flectendos Romanorum animos attingerent non datum videri posset, trecentos pueros, ex omni nobilitate lectos, consilibus dedere, qui quū in naues imponerentur, in Sicilia deportantur, lachrymosum civitati spectaculum praeberent, lamentant eorū matres capillosq; sibi lanare, multumq; ut in tali dolore, testatae, & filios sibi adimi, & Carthagine haud propterea incolumē futuram, uelut imminens excidiū ante oculos haberent. Et illi e cōspectu suorum in altum delati sunt. Erant interim consules ad Uticam, quem locum primum in Africa tenuerūt. Ad eos ex Carthagine legati quum uenissent, ad terrorem incutiendum, editiore loco audiri, ut universum exercitū, ad hoc ipsum instructū, & in prociū stātem, oculis intuerentur. Illi miserabili oratione usi, & ad praesentem fortunam accommodata diu multumq; precati sunt, ut humanarum rerū memores, praesenti fortunæ moderarentur. Carthagine quoq; aliquādo floruisse terra mariq; intra extraq; Africam latē imperasse, nunc supplicem ad ipsorum pedes iacere, non classem, non exercitū, non socios, non praesidia ulla, nō deniq; aliud quippiam, praeter spem, quam in Romanorum clementia repositam haberent, reliquum sibi fortunante fecisse. Contenti, inquit, fuerunt maiores uestri, cū quibus bella gestimus, armis uicisse. Caeterum tantum abfuit, ut uictoria abusi sint, q. & nos uictos sibi foedere deuinxerint, numero amicorum habuerint, foedera publicē ista sanctissime seruarint, quo magis mirari oporteat, quid sit quod uos illorum progenies, cum quibus nunquam bellauimus, nihil dicto aut facto legimus, ita subito ad arma profuueritis, an tributa uobis non exoluimus? aut naues habemus? aut ele-

phantos alimus? quæ omnia in foedere sunt, nihil certē horum a nobis factum criminari potest quiquā. Quid igitur uobis arma induit? res nostræ, credo, quę quoniam sunt adeo afflicte, quum omnium iniuriæ sunt obnoxiae, tū uobis merito ludibrio, sed misericordia potius digni sumus, quod praeter alia mala, quæ longa temporum serie misera ciuitas perpessa est, octo & quinqueaginta milia hominum, his paucis mensibus amissimus, more ferarū a Masinissa circūuenta, fameq; & ferro absumpta. Sed uos, aliquis dixerit, Masinissæ bellū intulistis, mitto quod ab eo omnis belli causa orta est. Sed cur nō huic inferri debuerit, qui terram illā in qua nutritus est & institutus, uis, ferro, flamma, rapinis, nō minus impie quā ingrate tot annos hostiliter insecutus? Masinissā nos arma capere coegit, Masinissā foedera uobiscum ista cōfudit, quod si quid hinc etiam peccatum esset, & quia eius tumultus autores publicē poenas luerunt, & quod Romam misimus, qui uos doceret publicum consiliū procul a culpa abesse, abundē satisfactum arbitrabamur. Nunc uero, quid per deum numerosa hæc classis sibi uult? quid immensus hic exercitū? aduersus eos qui nec se peccasse intelligit nec si intelligant, recusent uobis se subijcere, omnia quæ uelit, ferre humiliter parati. Sed iam in uestra potestate est, acceptis obsidibus uelit publicam fidem seruare, pati q; Carthagine suis legibus uiuere, an documento esse caeteris mortalibus ut qui plus possint quā soleant, plura uelint quā debeant. Et hæc legati palam questi sunt. Tum L. Martius inquit, De iure foederis uobis Romę respōsum est Carthaginienses, & quum obsides tradidistis, praedixerat senatus fore, ut Uticæ caetera quæ Po. Ro. uellet a nobis audiri essetis. Nunc quando uobis in pace uicturis arma nullo modo usui futura sunt, edicim, ut quicquid armorum in urbe est, id nobis afferatis. Legati consulum edictum eo tendere rati, ut sublatis armis omnis nouādarum rerum occasio e medio tolleretur, se imperata facturos polliciti sunt. Cornelius Scipio Nasica, & Cornelius cognomento Hispanus, in urbem missi, ingentem uim armorum ex armentario depromptam in castra deuehi curarūt, ducenta milia armorum fuisse dicūtur. Sagittarum & telorum incompta multitudo. Catapultę in his machinæ ad excutiendos lapides duo milia numero. Hæc omnia curribus sublata, primores ciuitatis, cum sacerdotibus, & quicumq; pietate uel ipso aspectu mouere potuerūt, reliqua ciuitate in fletu & mœrore occupata, secuti sunt. Hi ubi ad consulum conspectum steterē, tum Martius (erat is multo promprior, quā collega ad dicendum) digni quidē laude estis uiri Carthaginienses, quod & obsides primo, mox & arma nobis perentibus dedidistis, caeterum in rebus necessarijs paucis uerbis opus est, audite quæ uobis postremo imperentur. Tradite nobis urbē uestram, aliamq; nouam uobis decem milia passuum procul a mari, ubicunq; liberit cōdite. Hanc quam habetis euertere in animo est, uix hæc Martius fuerat locutus, quum Carthaginienses omnes unā manibus ad cælum sublatis, multa aperte Romanis mala imprecari, a quib; tā perfide fuissent decepti. Et illi siue amētes, siue morēdi cupidi id facere, inde in terram prouoluti manibus capita contundunt. Alij sibi uestes laniant, quidam manum sibi inferre conati sunt, uelut in fania quadam stimulant. Postremo ab ea consiliatatione quiescētēs, uelut defuncti uita, humi prostrati iacuerunt, raras & miserabiles uoces interrim emittentes, filios, uxores, patriam, deos ipsos quos ipsi pie coluissent, miserabili modo inuocantes. Admoniti consules humanæ fragilitatis, misericordia & stupore pressi, sine uoce aliquādiu steterē, nec circūfusa multitudo lachrymis tepere potuit. Vbi uero Pœni ab ea lamentatione paululum quicuere, tum Hanno cognomento Gelas, medio

Efficiatissima Carth. cōqueritio.

Peroratio.

Arma Carth. adempta.

Extrema consulum denunciatio.

dolore interfatus: Quando, inquit, Romani, neque foedera nobis apud uos adiumento sunt, neque publica fides, quam uos consules apud nos nuper obligastis, fore, ut urbs nostra libera dimitteretur, liceat nobis saltem pauca flere, ac simul deprecari, etsi non parua alioqui adfit nobis in tantis malis deprecadi copia. Per nostræ urbis uetustatem, per urbem ipsam deorum oraculis conditam, per eius famam ualde olim in terris inclytam, per Carthagine nomen omnibus gentibus notum, per sacra, quorum in eam ingens copia est, per deos ipsos, qui nihil impie usquam egerunt, oramus uos Romani ac precamur, ne eorum celebritates, pompas, solennia nobis eripiat, ne defunctorum monumenta, quum nihil ab his passis sitis, diruatis: & si qua uobis inest pietas mi seremini eorum, quibus unā migrare opus est. Parcite dijs penatibus, parcite foro, theatris, tēplis, parcite caeteris ornamentis, quæ esse solent ciuibus & honesta & iucunda. Quid Carthagine metuere amplius opus est? quum ipsi arma, naues, elephantos, & omnia quæ inuidiæ esse poterant, teneatis? Caeterū nihil est indignius, quā homines mari assuetos, quorū infinita multitudo inibi operatur, in mediterranea traduci. Ne tamen urbs immerita in fando excidio detur, uobis Romani quod æque ualeat relinquimus habitandam. Mittite, ablegare miseros Carthaginienses in extremas terras, innoxia urbis ædificijs parcite, quod & minus luctuosum nobis erit, & uobis minus inuidiosum. His & alijs nō paucis Hanno patriæ excidium deprecatus eō demum decurrit, ut diceret: liceat Romani miseræ ciuitati legatos iterū Romam mittere, tantisper parcite perituræ urbi, donec postremo experti simus an senatus ille, qui alijs gentibus ultro ignoscere consueuerit, sociæ ciuitati & cuius auxilijs in duobus nuper regibus expugnan dis publicē sit usus, quam obsequentissimam in omnibus habuit, nostris precibus & iustis lachrymis sit aliquid datur. Ad ea Martius, Decreuit, inquit, senatus uiri Carthaginienses, & quod decreuit fiat necesse est. Inde multis uerbis conatus ostendere conducibilius eis fore ad quietem, & ocium maritimam urbem relinquere, quæ ipsis omnium malorum fuisse causa, ut olim suam Atheniensibus, esseque talium urbiū opes maritimis negocijs perquam similes, quæ celerime mari autē, celerius dilabuntur. Præstare ad futurum patrię desiderium lenandum, procul a mari recedere, ne ad omnem pelagi conspectum memoriam antiq; laudis cum imperio amissæ subiret animum. Malorum, inquit, omnium præstantissimum remediū est obliuio, quam nisi mutatis sedibus fieri, Carthaginienses uiri, haud quidem potest, ut aliquādo assequamini. Et Martius humane quidem tali usus est hortatione quum imperio uti posset. Legati postremo illud petierunt, ut quando aliud imperari nō posset, ne multitudinis incurfu ad primam eius rei mentionem la niarentur, tanquam sua sponte in patrię excidiū cōsensissent, consules ipsi cum classe in conspectum urbis uenirent. Id Martius concedendum ratus, cum uiginti quinque milibus sub legatorum reditum, ex alto se Carthaginiensibus ostendit. Illi mœsto silentio urbem ingressi, continuo multitudinem in melioris nūcij expectationem erectam, metu & terrore perculerunt, multis amicorum sciscitantibus, quum ne uox ulla quidem redderetur, multa cum trepidatione in curiam discurrunt, ubi ad primam mandatorum relationē, tantus est a patribus clamor exortus, ut plebs, quæ ante curiam stabat, ægē a foribus remolēdis abstineret. Mox uero edocta quæ essent Romanorum postulata, uelut subito furore correpti alij aliō dilabuntur. Miserabilis comploratio in publico & priuato orta, sæuusque matronarum planctus. Aliæ cum fletu & lamentatione tēpla subeunt,

Extrema Pœnorum postulata.

Carth. preces.

Verba Martij.

Verba de obliuione.

Noua Carth. trepidatio.

dijs inuidiam facturæ. Aliæ paruos natos cōplexæ, illorum fortem lamentari, quorum ortus in ea tempora incidissent, ut euersa patria in exilio uicturi forent. Quædam penates deos, & lares, quos caste coluissent, uelut ingratos inculcare. Viri ira & dolore perciti, clausis portis muros conscenderūt, cum ipsa patria perituri, pro catapultis saxa congerunt. Senatus omnia prius extrema perferenda cenfer, quā urbem ad excidium tradendam. Bellum itaque decernitur, mittiturque ad Hasdrubalem nuncius, qui urbe pulsus erat, ut publicæ iniuriæ oblitus, patriæ extremo tempore auxilium ferat, habebat ille secū ad uiginti milia hominum eo consilio quęstia, ut ab sui exilij autoribus poenas exigeret. Huic igitur imperium decernitur, ut foris rem gereret, datus que illi collega est Hasdrubal Masinissæ nepos, qui urbem tueretur. In extremum itaque bellum ciuitate conuersa, serui omnes libertate donantur. Omnia officia negotiaq; sacra & prophana in praesentem belli usum uertuntur. Omnis iexus & ætas in medium operari, frumento & labore per partes diuiso. Centum clypei singulis diebus fiebant, trecenti enses, mille catapultæ, sagittæ, lanceæ, & iacula quinquaginta. Mulieres quoq; memorabili exemplo, cannabis & lini inopia capillos sibi secuerunt.

Bellum decernitur.

ENNEADIS V. LIBER VIII. BERIX.



QVANTVM Pœni patriæ periculo adacti, inaniter bellum instruebant, tantum Martius & collega, semicapti hostis cōtempti, quod reliquum negocij erat segniter obibant. Dum igitur ad Uticam sedent responsum expectantes, dum terunt tempus in marium urbibus recipiendis, quæ ultro in deditioem ueniebant, dū citro ultro que Carthagine mittunt, & audiunt missos, Pœni urgente necessitate urbē irrequieto opere muniunt, ex totaque Africa uires ad bellum comparant, quod Masinissæ ægro animo ferens, quęstus est per literas, quod hostem quem prostratum ipse Romanorum pedibus conficiendum obiecisset, consules sua cun statione respirare paterētur. Rescripserunt regi Martius & collega, ut & ipse bellum pro uiribus iuuaret, mitteretq; in castra auxilia, quæ quia rum missurum se ille respondit, ubi opus suo auxilio esset, & mox paulo missis, qui consilibus, dicerent, an re aliqua opus esset, delirum senem cōsules aspernati, se rum missuros responderunt, quum eius uiribus indignissent. Nec multis inde interiectis diebus Adrumeto, Lepri & alijs quibusdam locis receptis, Carthagine uersus castra mouent. Erat Carthago uelut in Cherfoneo quadam sita, cuius ceruix à mediterraneo assurgens latitudine patebat quinque & uiginti stadiorū, longiore inde tractu discurrat inter stagnum & mare. Cherfoneum simplex murus per interiectos scopulos muniēbat. Circa collū, ubi Byrsa fuit, ad meridiem urbs triplici fuit murorum serie prædita, triginta cubitorū altitudine, turribus in quaterna tecta assurgētibus, triginta pedes in profundum demissis, ut in cauē dijs ipsis trecenti stabularentur elephanti. Altera superius stabula, patri opere, quatuor milium equorum capacia. Domilia inde circa muros uiginti milibus peditum, & quatuor equitum stationem satis commodam data ra. Erat angulus secundum Ligulam ad portum extensus, magis natura, quā opere munitus, & ex statione, quod nauigabatur, exitus in mare angusto ore, quod ferreæ claudēbant catenæ. Interius insula in medio

Segnitias consulum.

Masinissa delirus habitus.

Nauvalia Carthagi.

medio sita, & ipsa non mediocribus à stagno scopulis distincta. His nauvalia in teriecta trecentarum nauium capacia, domibus superimpositis, cum omni triremium apparatu. Erat & Naucleri domus eminentiore loco sita, unde ille signum dabat nautis, quando late inde patebat in omnes partes conspectus. Nec à mari subeuntibus continuo nauvalia uideri poterant, duplici muro obiecto. Et tunc erat Carthagini circa muros apparatus, quum consules admotis copijs, Martius à mari, à terra Manlius, uno tempore, urbem adoriuntur. Bis utrinque cum ignominia repulsi. Martius prope stagnum castra fecit. Manlius supra Chersonesi collum, qua uia in mediterranea ferebat. Vterque Hadrubalis metu, qui haud procul à stagno condecorat, castra uallo & fossa muniuit. Nec ita multo post Martius cum quingentis ferè militibus, per stagnum aduectus, ad materiam ex proximo petendam, ut scalas & alia bellica opera moenibus applicaret, improuisa Himilconis eruptione, armis magna ex parte amissis, quibusdam etià ab hoste caesis, in castra, fugienti similis redijt, aucta nihilo secius materia, quæ caesa erat. Duobus itaque arietibus muro admotis à parte Ligulae ter conatus est urbem irumpere. Cæterum quantum ea parte Romani disturbabant: tantum Pœni, celeri opere interius reponebant. Iniecit tamen non paruam sollicitudinem hostibus tertius ille Martij conatus, uerum quia extrema urgebat necessitas, nocte, quæ secuta est, eruptione ex urbe facta, in Martij castra Pœni impetum faciunt. Plures omnino facibus quam armis erant instructi, quibus intra muros compulsi, Romani alacri animo munitiones inuadunt, constituerant Pœni, instructo agmine, intra muros acies, si opus esset, dimicaturi. Erat intus campus late patens, pugnaeque conferendæ non inhabilis. Martiani milites hostem aspernati, quorum præcipua pars, lapidibus, aut contis erat instructa, cupide in prælium ruebant, fuissetque, loci iniquitate, clades nocte illa non mediocris accepta, nisi Scipio, penes quem omne delectæ Carthaginis decus fuit, tum uero tribunus, aliquot cohortes ingruenti hosti mature obiectisset, per quas militibus tutior fuit ad suos receptus, quod facinus plurimum illi laudis attulit. Perfeueratum inde à premendo hoste. Cæterum exercitus, qui erat supra stagnum, grauitate cæli affectus classe in apertum educa, in salo consistit. Inde quum uentus à terra spirare cepisset, Carthaginenses scaphas sarmentis plenas, easque ex improuiso incensas, in Romanorum naues plenis uelis immisere, quo contigit, ut tota pene classis, uno tempore, deflagarit. Abijt Martius inde Romam ad comitia consularia habenda, Manlio ad obsidionem relicto. Ibi hostes alterius consulis discessu audaciores facti, noctu Manlij castra inuadunt, cæptaque erant iam munimenta transcendendi, quum cæteris metu torpentibus, Scipio auersa parte castrorum, cum equitibus egreffus, facto in Pœnos impetu, eos à uallo repulso in urbem compulsi. Auxit Scipionis famam reces hoc facinus. Securæ postea frumentariæ expeditiones, in quibus quum cæteros tribunos, qui frumentatoribus præsidio aderant, Phameas Pœnorum præfectus assiduo incurfu fatigaret, cum Scipione nunquam est ausus congregi, eius diligentiam in disponendo præsidio ueritus. Metu itaque Barbarus prælio abstinebat, quum milites Scipionis ductu frumentarentur. Cæteri tribuni eam laudem Scipionis inuidentes, ueterem Phameæ amicitiam cum Scipionibus esse dictitabant, haud propterea mirum uideri oportere, si cum uno Romanorum omnium ille pactas haberet inducias. Maius inde facinus secutum. Staturit Manlius Hadrubalem, qui ad Neepherim castra habebat, cum maxima parte exercitus inuadere. Vbi uero ad flumen uentum est, quod uno nau-

Ro. classis concrematur.

Scipioni inuidia constatur.

dari loco eoque perangusto poterat, ubi exercitus transmitti ceptus est, Scipio loci malignitatem inuitus, ducem imminentis periculi admonet, quid enim fiat, inquit, si, quod olim, parum prospere à nobis dimicatum fuerit, siue hostis de industria pugna abstineat, instetque nobis abeuntibus, nonne clades hic memorabilis erit accipienda? Vadum proinde inhibeto Mæli, ac prospice priusquam in ulteriorem ripam euadat miles, quæ ratione in columis exercitus à te in castra reduci possit. Obtemperasset Manlius Scipioni, ut homo non multum rei bellicæ peritus, nisi cæteri tribuni Scipionis imbelliam arguentes ultro ad hostem ire suassissent. Excepit Hadrubal uenietem Manlium prælio, ac post mutuam eadem editam suos in castra recepit, ac tædium se tenuit, quoad Romanos circa uadum sua sponte turbatos intuitus est. Tum uero præsentem occasione amplexus, postremum agmen à tergo & lateribus tumultuose inuadit. Ingens strages confestim edita, sed multo maior secuta esset, nisi Scipio cum duabus alijs equitum obequitando, iaculandoque Pœnum à suorum cæde distinuisset. Perierunt tamen quum alij multi tum tres tribuni militum, qui transmittendi exercitus fuerant auctores. Et iam prope modum in tutum abierat exercitus, quum cognitum est quatuor cohortes abesse, quas primo hostium incurfu à suis exclusas, Pœnus in quodam circumsederat tumulto. Ad eas obsidione eximendas reuersus Scipio, præter spem omnium fuis sua statione hostibus incolumes reduxit. Eratque hæc inges fama non solum inter suos, sed apud hostes etiam Scipioni conciliata. Legati qui in Aphrica fuerat, ut res tot cladibus afflicta inspicerent, insignem uirtutis testimonium illi apud senatum præbuerunt. Masinissa interea decrepita etate & corporis egritudine cõfectus, ubi se morti propinquum sensit, Scipionem ex castris ad se uocauit, qui priusquam eò occurrisset, rex uita decessit, supremaque uoce filijs mandasse dicitur, ut Scipionis dicto obedientes essent. Erant illi filij complures, sed horum tres duntaxat legitimo thoro nati. Perijt nonagenarius, adeo prospera & uiuida senecta, ut in numerosa sobole quadrimum filium reliquerit, quem sex & octoginta annos natus genuit. Sunt Plinius, Liuius, & Appianus auctores. Regnum à Maurijs Oceani accolis, usque ad Cyrenaicos fines, per mediterranea propagauit. Syphacem regem potentissimum, & hostem suum, quod eius religio cumulo accessisse uideri potest, sua manu cepit. Scipio regis filijs pellicibus procreatis pro cuiusque dignitate aliqua tribuit. Regnum & thesauros ut tres legitimo thoro nati haberet decreuit. Micipsam qui horum maximus natus erat in paterno solio Cyrthæ collocauit. Gulussa pacis bellique summam curare est iustus. Mastabam, siue ut alij scribunt Mastanabal, iustitiæ cultor, egregieque Græcarum literarum sciens, ius populis diceret. Estque Gulussa cum Numidarum auxilijs in castra adductus, cuius opera Phameæ licentia cum suo equitatu euagandi, breui compressa est. Nec Phameas multo post cum Scipione in colloquium uenit, pactusque sibi & suis salutem, fideque in id ab eo accepta, cum duobus milibus equitum, & ducibus ad Romanos transijt. Qui à Manlio cum Scipione Romam missus, benigne est acceptus purpureaque ueste, aurea fibula, & phalarato equo à senatu donatus. Addita his aurea arma, & cum his magnum argenti pondus, tabernaculumque cum lauta suppellectile. Et Phameas ita publice ornatus, ad bellum in Aphricam est reuersus, quo tempore Calpurnius Piso, qui in frequentem annum consul creatus erat in prouinciam ad exercitum traiecit, & L. Mancinus præfectus classis cum eo. Vbi uero in prouinciam uenere, Calpurnius Aspida urbe frustra oppugnata Hippargetem circūfedit arce, moenibus,

Masinisse iustus.

Micipsa.

Gulussa. Mastanabal.

Calpurnius Piso consul.

Carth. conatur.

Adijci cõmentum.

Masinisse iustus.

Micipsa.

Gulussa. Mastanabal.

Prusias.

Nicomedis fecit in patrem.

moenibus, & portu insignem, medio tractu inter Carthaginem & Vticam, eam Agathocles Syracusanus olim ad usum belli, summa ope construxerat. Hic Romano consuli sedenti fluxit æstas, nulla interim re memorabili gesta. Nec igitur Hippargeta poritus, aut cum Hadrubale usquam cõgressus, Vricam in hyberna concessit. Carthaginenses his modicis rerum successibus supra modum elati, ad Micipsam & Mastabam miserunt, ut secum in partibus esse uellent. Miserunt & ad Maurijs, qui eam gentem ad arma concitarent, nec intra Aphricæ fines se illorum conatus tenere, sed in Macedoniam quoque ad Andriscum legatos destinant, arma & pecuniam polliciti. Erat Andriscus homo obscuro loconatus, qui hanc fabulam commentus, ut se Perseo rege ex pellice ortum prædicaret, ac sub id tempus quo pater cum Romanis bellare cepit, Cyrthæa cuidam occulte alendum datum, ut si aduersa esset fortuna præsentis bello usus, aliquod uelut semen regie stirpis extaret. Mox capto Perseo & extincto, Adramiti (est id Phrygiæ oppidum) usque ad duodecimum ætatis annum apud Cyrthelam pro filio educatum, ob idque existimasse illius esse filium, à quo tam clementer educaretur. Postremo cum uita ille migraturus esset, ueram pueri originem cõiungi apperuisse, tradidisset, ei libellum Persei regis annulo signatum, quo ille filium alendum commendaauerat, quem ut illa in occulto usque ad pubertatis annos haberet, ultimis precibus fuisset obtestatus, ac tum demum se iam adultum libellum suæ originis indicem ab ea accepisse, duplicemque à patre thesaurum sibi relicto, ex codicillo didicisset, monitumque ab anto, ut Adramito excederet, priusquam res ad Eumenum regem deferretur, qui fuerat Persei inimicus, in Syriam ad Demetrium uenisse, ut ipsius auxilio ad paternum regnum restitueretur. Hæc ille quum uulgo prædicaret, tantum absuit ut Demetrium ad aliquid in Romanos agenda impellere poterit, ut ob hoc ipsum nequid ab eo moueri posset, Andriscum captum Romam miserit, unde quum postea ille profugisset, multis uanam nominis famam secutus, & tanquam ad indubitatam regum stirpem coeuntibus (ipse quidem se Philippum nominabat) breui totam Macedoniam occupauit. Ad hunc igitur Carthaginenses miserant, ut bellum per partes gerendum in Romanos susciperet, quos ex professo iam dudum sibi hostes factos non ignoraret. Ille per id tempus Thessaliam occupare conatus, fecisset uoti compotem nisi à Romanorum legato & Achæorum auxilijs fuisset inde depulsus. Hæc foris. Romæ interea quum L. Scribonius tribunus plebis legem promulgasset, ut Luiani qui à Sergio Galba uenissent in Galliam contra foedus, in libertatem restituerentur, suastique eam legem Marcus Caro quum sextum & octogesimo ageret uitæ annum. Galba ueritatis ea rogatione damnaretur, duos filios prætextatos, & Sulpitij Galli filium, cuius erat tutor, in cõspectum populi dedit, atque ita pro se miserabiliter est locutus, ut ea sit rogatio antiquata. In Bithynia interim Prusias rex humillimi cuiusque ac profligatissimi fautor, Nicomedis filij interficiendi consilium cepit, dum consultum cupit minoribus filijs quos tulerat ex nouerca, quam Nicomedi superduxerat. Cæterum adolescens quum ex ijs quibus erat id negotium à rege iniunctum, quid in se pararetur reticisset, illorum hortatione scelus scelere discussit, factoque ex improuiso in regiam impetu, patrem expulsi. Nec ita multo post ex ignotis latebris extractum suis interficiendum tradidit. Fuit huic Prusias alter filius, qui ut Liuius & Plinius tradunt, unum os continens habuit, pro superiore dentium serie. Sed priusquam parricidio Nicomedis regia fe-

data esset, placuit senatui tres in Bithyniam legatos mittere, qui inter Nicomedem & Prusiam domesticam discordiam componerent. Forte ita euenit, ut legatorum unus caput multis haberet cicatricibus sparsum, alter pedibus laboraret, qui reliquus erat fœcidi & stupidus haberetur ingenio, in quos Marcus Caro haud infulse cauillans, eam legationem capite pedibus & corde carere dixit. Nec in Syria per id tempus, quo hæc alibi gerebantur, res in ocio fuere. Enimuero Alexander, post Demetrii interitum, regias opes ex insperato adeptus, adeo se omnibus uoluptatibus immergit, ut in ganeo & lustris iacentem fœda libido uinctum teneret. Ad ministrare interim pro eo regnum Hammonius quidam, qui per regum necessitudines ferro grassatus, Laodiceam, quæ fuerat Demetrii, cum filio Antigono, & ex regis amicis quamplurimos interfecit. Hæc Liuius. Cæterum quod ad Demetrii stirpem attinet, Trogus initio eius belli, quo Demetrius est regno & uita spoliatus, duos ipsius filios adhuc paruos, cum magno auri pondere, Gnydio hospiti ab eo commendatos, ut siquid aduersi eo sibi bello accidisset, filij ubi per ætatem adoleuissent, se & regnum iuxta uindicarent, quod quasi futurum diuinasset, ita nec aliter accidit. Maior horum Demetrii pubertatis annos ingressus, audita Alexandri luxuria, cum non parua auxiliarium manu, quæ Lathenes Cretensis ei detulit, Ciliciam ex improuiso occupat. Alexander longa ebrietate experrectus, Apollonio in humiliori Syria relicto, Antiochiam proficiscitur, ut primis hostium motibus, & in ipsis Ciliciæ finibus, occurreret. Apollonius in Phœnicia relicto, cum magno exercitu Iudæam ingreditur, Ionatham insimulans, quod in summo motu Syriaci regni, unus omnium ocium teneret. Vi igitur expressurus quod sponte non dabatur, Iudæos ut cum ipso duce in æquum descenderent, euocabat. Quibus uerbis Ionathas irritatus, cum decem milibus peditum, Ioppe maritima urbe occupata, in Azoti campos ferociter est hostem secutus, quo per speciem fugæ eum Apollonius traxerat, ratus fore, ut Iudæos campestri loco adeptus, facile equitatu, quo plurimum pollebat, debelleret. Nec Ionatham præterijt hostium consilium. Biperito itaque Jordanem transgressus, qua inter Azotum & Ioppé amnis in Syriacum mare labitur, cum Apollonio conflixit, iussique sunt Iudæi, qui in prima acie dimicabant, facta testudine, sagittarum & telorum uim ex aduerso cadentium excipere, atque interim prælium distrahere, quoad hostem festum telisque exhaustum, sensissent. Id in causa fuit, ut ad noctem usque sit certamen protractum. Tum uero facta à Iudæis impressione in aduersum Syrorum aciem uiribus, & telis exhaustam facile fundunt porroque fugant. Ad Azotum usque uictor Ionathas fugientes est secutus, urbeque primo impetu capta, maior ibi cædes, quam in prælio edita est. Ad octo milia hostium cæsa dicuntur. Urbs cum Dagonis templo incensa. Pari successu Ascalonitas subegit, quibus nulla maiore clade, ob uoluntariam deditionem, affectis, Hierosolymam se uictor recepit. Alexander, audita suorum clade, siue quia ita euenire uoluerit, siue ad iniuriam, quod propius uero est, ea temporum nouitate dissimulanda, Ionathæ uictoriam gratulatus est, laudauitque maxime quod ex sententia sua, temerarios Apollinij motus compressisset, qui suo iniussu res sociorum sollicitare esset ausus. Attulerunt Ionathæ qui ad hoc ipsum missi fuerant, torquem aureum dono ab Alexandro, derulerunt illi regis nomine Accaronis urbis, totiusque regionis urbi adiacentis administrationem. Nec ita multo post Ptolemaeus Philometor, cum terrestribus & maritimis copijs in Sy-

Catonis iocus in legatos.

Demetrius Demetrii filius.

riam transijt, ut genero esset auxilio. Sed parum ab-
fuit, quin rex Apollonij insidijs perierit, quod ille
quum per literas & legatos apud generum questus
esset, nec Apolloniū ad supplicium requisitum dari ui-
dit, suspicatus quod erat, non sine Alexandri cōsilio
se capitalibus insidijs petiit, ut cum eo omnia
iura affinitatis & amicitiae solueret, Cleopatram si-
liam ademptam Demetrio iuniori Demetrii filio, i-
cto cum eo aduersus Alexandrum fœdere locauit.
Atque ita Antiocheni Hammonio præfecto Alexā-
dri interfecto ab Ptolemæo sollicitari cœpti sunt, ut
ab Alexandro deficerent. Necut id fieret maiore
ulla persuasione opus fuit. Oderant uulgo Antio-
cheni Alexandrum, quum ob ipsius molliem &
desidiam, tum quia Hammonij crudelitate sub eo
male habitū essent. Alexandro itaque eiectō Ptole-
mæum regem salutant, duplicique diademate cor-
ronant, Aegypti uno, altero Syriæ. Ille Romano-
rum inuidiam ueritus, cum Antiochenis egit, ut De-
metrium reciperent, pollicitus fore, ut nunquam
eorum cuiquam apud illum fraudi esset, quod à De-
metrio patre defecissent, quibus assentiētibus De-
metrium ex Cilicia, cum exercitu euocat, cum quo
iunctis armis, haud procul Antiochia Alexandrum
prælio uicit. Accepit Ptolemæus in ea pugna ali-
quot uulnera, quum equo elephantī stridore cōster-
nato, ad terram prouolutus, ægre sit à suis seruatus
quo minus hostes, qui cadentem ferro circumstete-
rant, eodem quo ad terram defluerat loco pluri-
bus uulneribus confecerint. Alexandrē magno præ-
lio uictus in Arabiam proficiscitur, ubi à Zabīlo eius
gentis principe ad quē profugerat, interfectus est,
eius capite ad Ptolemæum regem misso. Perijtque
Alexander in hunc modum, cui Balas cognomen
fuit. Alij Balæ filium fuisse tradunt. Tenuit Syriæ
regnū annos quadraginta. Ptolemæus & ipse haud
multo post ex uulnere, quod in prælio acceperat,
interijt, cuius defuncti exercitum Demetrius cor-
rupere conatus est. Cæterum eius fraude cog-
nita, Aegyptiacæ copiae relictis elephantis, ne maio-
rem cladem adirent, sese in Aegyptum receperunt.
Fiscon, qui Cyrenis regnabat, fratris loco Alexan-
driæ est postea rerum potitus, sed quibus postremo
sacibus is iactatus sit, suo loco memorabitur. Dum
hæc autem in Syria & Aegypto geruntur, aut certe
non multo antea, Scipionem Romanū, quia per æ-
tatem consul fieri non poterat, cum ædilitatis can-
didatus processisset, omnes eum centuriæ consu-
lem dixere. Negare consul, qui comitia habebat,
se eum relaturum, quia contra patrias leges consul
fieret. Instare populus suaque comitia esse clamita-
bat, libera esse Populi suffragia, licuisse sibi sem-
per ac liciturum imperium cui libitum esset deman-
dare, idemque abrogare cum ueller. Placuit itaque
in præsentem annum legi abrogatam iri, creatusque
est cum Scipione consul Drusus. Cæterum Aphrica
Scipioni extra sortem data est, permissumque ut ex
urbe tantum sibi uirium legeret, quantum satis pu-
taret ad supplementum copiarum, quæ in Aphrica
essent, ex Latino nomine socijs regibus & populis
auxilia accerferet. Hæc tum Romæ. In Aphrica Pi-
so interim Carthaginem à terra obsidebat, & Man-
cinus, cuius erat classis imperium, per inuia Car-
thaginis loca, & ob id omni præsidio deserta, cona-
tus est in urbem euadere, paucis militū temere mu-
rum transgressis, alijsque ab ipso duce ad id auden-
dum accitis, sub occasum Solis pugna maiore Ro-
manorum quam hostium discrimine inita per to-
tam noctem ad lucem usque tenuit. Misit eodē tem-
pore Mancinus ad Scipionem, qui tum primum Vi-
ticam appulerat, ut præsto sibi auxilio adesset, iam
Carthaginem à suis teneri, uerum non sine magno
uitæ discrimine, nisi illis mature superpetas ferret.

Alexandri m-
terius.

Scipio ante le-
gitimos annos
fit consul.

Mancinus Car-
tha. irrumpit.

Scipio Cartha.
accersitur.

Affuit Scipio pene priusquam affuturus crederetur,
acceperat iam Mancinus acru uulnus, atque urbe pul-
sus, sub ipsis mœnibus, ægre Pœnum sustinebat,
quum peropportunos Scipionis accessus prælium
diremit. Consul receptis ad se nauibus, præfectum
classis Romam dimisit. Carthaginensibus dum bel-
latum cum Pisonē est, adeo animi creuerant, ut ad
quinque stadia uallum ab urbe promouerint. Con-
trā Romanis acciderat, Calpurnij indulgentia adeo
corrupta erat disciplina militaris, ut quicquid ho-
minum in castris erat, infitorum cœtus uerius quā
exercitus haberetur. Id flagitium Scipio haud feren-
dum ratus præsertim quum ne uictoria quidem ul-
la tam corrupta militia sperari posset, aduocata mul-
titudine militum, ita est uniuersum exercitum pro-
concione allocutus. Studium & fidem in uos meam
fatis, ni fallor, hoc biennio experti estis milites,
quum sub Manlio uobiscum militarem, cæterum
quod tum uobis tribunus præfuit, nunc imperator
à singulis repeto. Quid à uobis fieri uelim, quia eor-
um quæ facitis satis uobis conscijs estis, malo per
uos id intelligi, quā à me cum rubore explicari,
sed cur non dicam, quæ nisi mature emendentur,
aut uestro sunt, aut publico malo corrigenda? La-
trocinamini milites, non stipendia facitis. Non bel-
latis sed negociamini. Quæ subita & pudenda mu-
tatio hæc est, ut ueteris disciplinæ immemores ni-
hil spectetis, nisi quod ad lucrum & uoluptatem
pertineat? pro hostibus scorta placent, pro prælijs
commercia, pro præda fordidissimi quæstus: quo
factū est, ut propiores obsessis, quā obsidentibus
sitis, magis fugæ quā uictoriæ memores. Quod
nisi hæc mala rectius alij imputentur, darem hodie
operam ut seuera animaduersione milites mei do-
cumento posteris essent, ne militarem disciplinam
à maioribus traditam, temere amplius fœdarent.
Nunc satis habeo admonere uos longæ alia ratione
posthac uobis militandum esse, uenisseque me in
Aphricam, ut uincam, non ut cumulem pecuniam.
Proinde edico, ut quicumque non sunt sacramento
altricti, confestim ex his castris discedant, nunquam
reuerfuri, nisi commeatum ferant, eumque milita-
rem & exilem, quibus ipse cum questore transigen-
darum rerum tempus & precium constituum. Vos
qui sacramento militatis, meo exemplo bella & ne-
gocia obibitis. Laborandum quidem est, dum peri-
culū impedit, lucrū & uoluptatē ex ipsa uictoria
picipietis. Premia & dec' fortes & strenui milites, meo
ductu, assequentur: contra contumaces & imbelles
ignominiam & supplicium. Hæc fatus Scipio, om-
nem inutilem turbam, instrumentaque uoluptatis
castris expulit, purgatoque in hunc modum exer-
citu, copijs noctu Carthaginem bifariam admotis
locum in urbe satis amplum, cæterum syluestrem &
dumis oblitum (Pœni Magaram uocabant) ex im-
prouiso occupat. Sed malignitatem loci Scipio con-
templatus, inde abscedere cogitabat, quum Hasdru-
bal ex Byrsā (eo enim ex tota ciuitate concursus per
noctem factus fuerat ingens) quoscunque ex Ro-
manis ceperat, in conspectu eorum qui Magaram
tenebāt, naribus, lingua, & auribus præcisīs, spiran-
tes adhuc è mœnibus suspendit, quod fecisse credi-
tur, ut omnem spem ueniæ Carthaginensibus præ-
riperet, cogeretque ad extremum desperatione cer-
tare. Quo fœdissimo sæuitiæ exemplo ingens est o-
dium ipsi duci à suis popularibus constatum, & Car-
thaginensēs ad pugna timidiore facti, ne pari sup-
plicio à Romanis capti afficerentur. Hasdrubal ubi
se suorum odijs flagrare sensit, fenatorum ferocissi-
mum quenque, in eam sæuitiam reclamare ausum,
interfecit: per quæ, uelut tyrannus super alia mala
ciuitati ortus, formidolosus erat suis. Scipio eorum
Isthmum ab uno litore ad alterum, quinque & uiginti

Oratio Scipio-
nis ad milites.

Peroratio.

Hasdrubalis
seuitia.

Scipionis fra-
tege in Car-
tha. obsidenda.

Bithias.

Occluduntur
fagni fauces.

Nauale præliū.

Carth. audacia.

ginti stadiorum intervallo, intra aggerem ab hoste
relictum, fossa & uallo munuit, ut ad iactum sagit-
tæ proxima urbi castra admoueret, alteram inde du-
xit fossam in mediterranea obuersam, pari spacio,
opereque non minus laborioso obseptam, tereti-
bus lignis pro uallo acuminatis, longaque serie de-
fixis, murum postremo urbi aduersum excitauit, to-
tam Isthmi intercapedinem complexus, & in me-
dio turrim eminentissimam, ex cuius fastigio quæ
in urbe fierent, uelut ex specula quadam explora-
rentur uiginti dierum spatio, laboriosum alioqui
opus, quod uix fidem inueniat, solertissimus ab-
soluit imperator, per quæ, & castra multo iam in-
de tutiora fuerunt, & omnis commeatu in urbem
importadi hostibus occasio adempta est. Cœpit in-
de famē sentiri, quæ ne ad perniciem ciuitatis in-
ualefceret, præfectus equitum Bithias commea-
tum ex agris raptum, leuioribus nauigijs imposi-
tum, secunda maris tempestate in urbem occulte
intulit. Erat omnino permodicum, quod ita fur-
tim inuehebatur, cæterum id totum Hasdrubal tri-
ginta milibus hominum, quos ad bellum delegerat,
cætera multitudinem exclusa, suo arbitrio partici-
pabat, qua re animaduersa Scipio ut furtiuam illam
nauigationem Pœno adimeret, stagni fauces agge-
re occlusit, magis faxorum molibus pelago obic-
tis ne opus undarum alluione solueretur. Ride-
bant à principio hostes, audacissimos Scipionis con-
natus, uelut incauum in exhaustum aggredieretur
opus: uerum ubi rem illi procedere animaduersum
est, metu percussis, & ipsi intra mœnia quā occultis-
simè portum sibi effodiunt, ut fluctibus eo repe-
tè immisissis, in apertum mare pateret nauigatio.
Omnis sexus & ætas hic sedulo est operata, tanto-
que interim silentio, ut nullus immensi alioqui o-
peris peruenerit ad Romanos sensus. Multæ adhæc
naues ex ueteri materia constructæ, triremes quin-
quaginta numero, quinqueremes præterea aliquot,
sed minora nauigia multo plura, portuque ad ori-
entem Solem repente patefacto, tantū terroris clas-
sis ex improviso foras egressa stationarijs Romano-
rum nauibus iniicit, ut si continuo in prælium itum
esset, momento temporis Pœni poterint Roma-
nos ea parte debellare. Sed Carthaginem capi ne-
cesse erat, loco pugnae tumultuoso nauium circum-
actu contenti, in portum sese non minus celeriter
quā exierant, receperunt. Triduum inde Roma-
nis datum ad naues prælio expediendas. Tum uero
acris utrinque dimicatio fuit, Pœnis de patriæ salu-
te certantibus, pro uictoria Romanis, & spe præ-
dæ quæ capta urbe opulenta uictoribus ostentaba-
tur, annitentibus. Primo quidem leuia Pœnorum
nauigia triremibus immixta, subito incurfu & re-
cursu Romanas naues minus tali pugnae habiles, ua-
rijs affecere incommodis. Inclinate deinde die,
quum Carthaginensēs postridie dimicaturi, sese in
portum reciperent, minoribus nauigijs illius fau-
ces insidentes, magnam Punicarum partem portu
exclusam, in aggerem, quem Romani ad stagnum
pelago obiecerant, inuitas auerterunt. Ibi prælio i-
terum contracto, Romanam classem ad multam no-
ctem pertulerunt Pœni. Demum numero & loco
impares fugam capessunt, præter paucas, quas Ro-
manus insitans interceptit, cæteræ incolumes por-
tum tenuerunt. Postridie consul urbem circa Co-
thonem adortus, aliquantulum muri bellicis machi-
nis disturbauit, nec Carthaginensēs, quum ancipiti
postea periculo tenerentur, ab eruptione abstine-
runt, noctu plerique funibus alligati, uadatimque
per altos fluctus, alij etiam nantes, extinctis faci-
bus Romanorum operibus silentio insinuati, repen-
tè igni iniecto, machinas inuadunt. Flamma nu-
dos hostes prodidit, quæ res Romanos fugam cir-

cum spectantes in prælium reuocauit. Cædebantur
Pœni inermes hostium telis obiecti, sed tanta fuit
perficiendi operis cupiditas, ut quidam, defixis to-
pectore mucronibus, ferarum ritu per aduersa te-
la in hostem ruerent. Ibi stationarius miles Pœno-
rum pertinacia uictus, in fugam uertitur. Superue-
nit Scipio, suorumque ignauiam increpās, pugnam
instaurauit. Bellica interim opera magna ex parte
iniectus ignis consumpsit, quibus corruptis, Pœni
in urbem recepti murum ea parte, qua fuerat discul-
sus, irrequieto reponunt opere. Nec Scipio interea
in ocio esse, quin machinis celerius refectis, murum
urbi propinquum magna contentione statuit, un-
de mutuo telorum iactu, assidua certamina fieri.
Atque per hæc ætas illa exijt. Cōsul est iam hyems
apperebat, militemque sub pellibus erat habitu-
rus, nihilominus oppida Carthagini circumiecta, &
quæ Pœnis ad id tempus occulte fauisse credeban-
tur, è medio tollere constituit, Neepherimque pri-
mo est adortus, quam Diogenes Hasdrubalis ami-
cus tenebat. Hinc castris ad duo stadia procul oppi-
do dispositis, Gulussam negotio præfecit, ipse ci-
tro ultroque ex Neepheri Carthaginem, & rursus
inde Neepherim recurrere, utrorumque castrorum
sollicitus. Nec multi dies intercessere, quum ad Ne-
epherim duabus turribus collapsis, Scipio ea parte
qua muri procederant, cum quatuor milibus homi-
num tumultuose urbem inuadit, quem unum in lo-
cum, quum omnium oculos & mentes auertisset,
mille milites, qui ad hoc ipsum in insidijs federant,
auersa parte celeriter urbem occupant, quæ res ani-
maduersa Neepherensēs in fugam uerit. Tum cæ-
des terribissima passim edita est. Appianus, nisi in nu-
mero sit erratum, septuaginta milia bellatores im-
bellesque eo die cæcos aut est, decem milia in ho-
stium potestatem uenisse, & Neepheris post duos
& uiginti dies quā oppugnari cœpta erat in hunc
modum est à Romanis capta. Multa deinceps loca,
quæ merito erāt Romanis suspecta, partim sunt uo-
luntaria deditione, partim armis subacta, quibus Pœ-
no ademptis, aliquanto maturius Carthago est exci-
cila. Sub initium igitur ueris Scipio Byrsam expu-
gnare cōstituit, & portum qui Cothonis dicebatur.
Sensit Hasdrubal id hostis consilium, partemque ur-
bis iuxta portum subiecta flamma incendit, ne ho-
stis in seigni grassari posset. Fuit ibi per diem atrox
prælium, resistebantque Pœni magis animo, quā
uiribus longa inedia affecti. Interim Lelius per Co-
thonis ambrum circumuectus ex aduerso sese ho-
stibus intulit. Tum uero uicta propugnatorum per-
tinacia, Cothonis murus capitur. Hic Scipio inter
suos, ut locum ui captum retineret, pernoctauit, po-
stridie quatuor milia militum murum transgressa,
templum Apollinis ex proximo inuadunt, auro illi-
um mille talentorum pondere. Statua quidem au-
rea militibus prædæ fuit, inde ad cætera loca urbis
occupanda conuersi, ut prima quæque ædificia, pri-
misque contigua occupant, ita diripiunt diruuntque.
Erat interim in angiportis, ac pene domesticatim a-
trox prælium, & cum ijs qui rela ex tectis emittebāt
laboriosum certamē, plures uero tignis & asseribus
circa uias obiectis, uelut intra obices dimicantes,
uim procul abstinere. Audiebantur interim misera-
biles mulierum & puerorum uoces, quos aut domo-
rum lapsus, & ruina premebat, aut iratus hostis irru-
pens ex proximo territabat. Par erat in tectis dimi-
catio, atque circa ima, Romanis per fastigia domo-
rum discurrantibus, ut inde Pœnos deturbarent.
Urbs inde tribus est locis incensa, multaque interea
ferum edidit discrimina, sed omnino plura ignis,
qui late ædificia cōplexus, alios in penetralibus do-
morum occlusos, alios tectis insidentes corripiebat.
Ingens uis mortalium in Byrsam se trepidè recepit,
Bb 3 quæ

Scipio Neephe-
rim expugnat.

Rom. Cartha.
irrumpit.

Sex dierum spatium Carthago excisa est.

Byrsa deditur.

Scipionis laetitia in excidio Carthage.

Annus mundi.

Pacuvius.

Lucilius.

quæ pars urbis nouissime omnium fuit expugnata. Sex continuos dies Carthago per partes capta est. Sunt qui plures adhuc scribant, atque ut quoto quæque pars loco in Romanorum potestate uenit, ita incensa & excisa est. Et quum iam haud dubia uictoria esset, Scipioque eminentiore loco resedisset, ut quid demum operis actum esset contempleretur, pauci ad eum coronati perferunt. Erat Æsculapij templum in arce opulentissimum, hinc supplices ad Scipionem uenere, qui rogauit, ut ijs qui ex Byrsa (nondum enim recepta erat) excedere statuisent, saluam donaret: concessit id Romanus imperator omnibus, præterquam transfugis. Quinquaginta milia promissa multitudinis ex Byrsa exierunt. Hadrubal cum uxore, & liberis, & noningentis transfugis desperata uenia templum non nihil tutati sunt. Demum omnibus fame, uigilijs, labore fessis, Hadrubal occultè ad Scipionem transfugit, quem ubi qui in templo erant ante pedes ducis constitutum uiderunt, eius perfidiam execrati ædem incendunt, sic melius quam per uarios cruciatus perituri. Hadrubalis uxor, quum sese, quantum in eo rerum tumultu & ultima desperatione potuit, exomasset, ex aduerso hostium summo fastigio templi constitit, duobus filijs ante pedes constitutis, ibi alta uoce Hadrubalem ut patriæ, coniugis, liberorum proditorem insecrata, ambos filios in conspectu patris & Romani exercitus, obruncat, seq; cum illis in subiectam deiecit flammam. Fuerunt qui scriberet Hadrubalem, uxoris & natorum casu consternatum, ultro mortem oppetisse. Liuius in triumpho ductum significare uidetur. At Scipio ubi Carthaginensem penitus excisam uidit, urbem olim præpotentem, quæ tantum terræ, maris, insularum, imperio tenuisset, maritimis opibus, terrestribusque nulli antiquarum urbium secunda, audacia & promptitudine longe cunctas superasset, quæ demum armis, præsidio, auxilijs destituta, uix trium annorum spatio, fame, flamma, ferro occubisset, illachrymasse dicitur, rerumque humanarum haud immemor, Homicidium illud cum fletu protulisse.

Iamque dies aderit quo concidat Ilion ingens, Et Priamus Priamiq; ruar plebs arripotentis. Astabat tum forte illi Polybius eius studiorum comes ac præceptor, qui ab eo familiariter sciscitatus, ecquid poeticum illud sibi uellet? Romam respondit, de qua humanis rebus pensatis non possum, inquit, non esse sollicitus. Et Carthago urbs clarissima, atque una omnium in terris Romani imperij æmula, ita concidit, anno septingentesimo, quam condita fuerat, ut fere omnibus conuenire uideo. Eusebius tamen duplici supputatione uariat, quarum una duos & triginta annos uulgato numero adimit, altera octo & quadraginta uidetur adijcere. Fuit idem annus Romanæ urbis quintus circiter ac sexcentissimus. Olympiadis quinquagesimæ octauæ ac centesimæ penultimus, ut idem autor colligit. Appianus in centesimam & sexagesimam Olympiadem Carthaginis excidium ait incidisse. Fuit idem à mundi origine, autore Eusebio, sextus ac quinquagesimus supra quinque millesimum, quum interitum Alexandri undecimo loco in Syria regnaret. In Ægypto Ptolemæus cognomento Energetes, hoc magis crediderim quam quod Eusebius scribit Philomatoris Ptolemæi extremis temporibus Carthaginem excisam. In Iudæa Ionathas summo sacerdotio & ducatu fungebatur, in utroque Machabæi fratris successor, & quo Philippus Pseudo in Macedonia est oppressus, & Corinthus in Achaia euersa, ut mox paulo post explicabitur. Pacuuius Brundisius tragicarum scriptor Ennij poetæ ex filia nepos his temporibus nonagenarius periit. Lucilius qui Romanorum primus scripsit Satyram in Auruncis natus, &

Polybius Megalopolitanus annalium conditor cum his floruit, qui Æmyliani Scipionis, ut supra est à me memoratum, ultimo bello Punico comes fuit. Is cum parte classis ab eodem duce accepta, ad Atlantiem usque motem nauigasse dicitur. Fuit annus excidij huius, si Eutropius rectè colligit, decimus octauus supra centesimum ab eo quo primum Romanus Populus cum Pœnis bellare cepit. Tandiu inter se duo populi de terrarum imperio terra & aquis disceptarunt, quo temporis intervallo, si quies fuit aliquando ab armis, ab odijs cessatum est nunquam. Habuit primùm bellum Punicum duos & uiginti annos. Mox alterum quod ab eo proxime est gestum sexdecim (sunt qui biennium huic numero adijciant. Alij triennium) postremum quo Carthago excisa est tres annos, etsi non desuerit qui in quartum exiisse proderent. Sed quominus temporis hoc habuit, quam duo priora illa, eo minus & periculi. Enimvero priora illa, ut alia dissimulentur clades, septingentæ Romanorum sunt naues diuersis casibus amissæ. In altero quod Baruchinus Hannibal gessit quadringentæ Italiae urbes sunt, ut Appianus scribit, incendio consumptæ, trecentaque hominum milia, diuersis prælijs interfecta. Scipio excisa Carthagine, præter aurum, argentum, statuas & signa, quæ in publicum redegit, cætera militibus diripienda concessit. Nuntius inde euersæ Carthaginis Romam perlatus, incredibili læticia extulit ciuitatem. Mutuæ primo gratulationes inter ordines fuere, inde læta inter ciues cõuiuia instaurare perseverarunt, supplicatum circa deorum aras, actæque dijs ipsis gratiæ, quæ urbs nata ad odia in Romanum nomen exercenda, extremo esset excidio deleta. Misi inde decem legati in Aphricam, qui prouinciæ statum cum Scipione componerent, mandatumque his, si qua adhuc ædificia Carthaginensi extarent, ut solo æquarentur, ut urbes quæcunque eo bello Carthaginensibus fauissent ad unam funditus Scipio dirueret, præmia socijs ciuitatibus conferret, ut ager qui Carthaginensium fuerat Vicensibus tribueretur. Rebusque in Aphrica ex Patrum sententia constitutis, Scipio Romam cum exercitu reuersus celeberrime triumphauit. Estque per eos dies & de Pseudo Philippo triumphus actus, qui ab eo, ut Florus ait, quod oris liaiamentis fuisse Philippo perquam similis, id fuit nomen fortissimus. Cæterum regiam formam & nomen animo quoque regio impleuit, qui Macedonia, ut supra est à me memoratum, ingenti incolarum fauore occupata, regem unam, & Romano Populo hostem se professus in se bellum concitauit. Obscura hominis fortuna effecit, ut senatus M. Iuuentio prætori eam cum legione una prouinciam decrerent, tanquam maiore imperio indignam, apud quosdam P. pro Marco reperiit. Ille, non Macedonicis modo, sed Thracum etiam fretus auxilijs, Iuuentio prælio congressum, cum tota legione trucidauit. Arque ita Populus ille, qui ad id tempus ueros reges uicerat, dum alienas sordes securius contemnit, ab imaginario est & scenico rege uictus. Secutus inde Q. Cæcilius Metellus, qui tum consul erat. Is iusto exercitu Macedoniam ingressus, paucis diebus, quibus ad hostem uenit, cælam cum prætoris legionem ualide ulciscitur. Andrisicus recenti uictoria ferocis, toris in pugna uiribus descendere ausus, septem & uiginti milibus hominum acie amissis, in Thraciam aufugit, ubi fidem cum fortuna mutatam inuenit. Ab Regulo, ad quem se contulerat, est Romanis traditus. Macedoniam inde receptam Metellus seruitute multauit, ex ea uictoria Macedonici cognomen adeptus, in Achæos bellum transtulit. Belli causa cum ea gente conflati hæc fuit, quod Achaicum nomen erat, tum in terræ Græcia magis opibus pollens, ac longe maioribus, quam Romani diutius laturi uiderentur. Enimvero

Polybius.

Punicorum bellorum tempora & clades.

Publica lætitia ex interitu Carthage.

Iuuentius cum legione caditur.

Andrisicus deditur.

Visitatur legatus Ro. Corinthi.

Bis Achæi à Rom. uicti.

Cades ingens Achæorum.

Enimvero licet Achæi in ciuitates plurimas diuifi essent, ut est à me alibi memoratum, unum tamen corpus & unum imperium habebant, singularumque urbium pericula mutuis uiribus propulsabant. Hunc gentis consensum Romanis minuere cupientibus, tempestiuæ Spartarum querelæ materiam præbuerunt. His Romæ apud senatum querentibus suum agrum ab Achæis hostiliter uastari, responsum est missuros se in Græciam legatos, ad res sociorum inspicundas. Mandauit ijs senatus, ut seruata omnibus libertate, Achæorum concilium dissoluerent, singulasque ciuitates proprii iuris esse finerent, ac si quæ præfenti decreto contumacius resisteret, eas potestate & imperio cogerent. Igitur legati ciuitatum principibus Corinthum uocatis, primum omnium publicum Romanorum decretum recitant. Sunt qui scribant postulatam, ut urbes, quæ sub Macedonum regibus fuerant, concilio eximerentur. Cæterum, siue hac, siue illa uia res primo mora est, tantus furor omnium animos ad inexpectatam rei mentionem incelsit, ut peregrinæ conditionis hominibus cæsis, legatos etiam contra ius gentium temere uiolarint: dubium manu an fermone, à Critolao, quod satis constat, uiolati sunt. Erat tum is Achæi nominis longe princeps. Macedonia igitur recepta Patres eam iniuriam armis ulciscendam rati, bellum in Achæos decernunt, ad quod inferendum Metellus ut dixi, ex proximo est profectus. Achæi Chalcidensium & Bœotiorum auxilijs freti, ad Thermopylas Romanis occurrunt. Fitibi prælium, Græcisque funesto prælio uictis, Critolaus belli autor ueneno sibi mortem consciiuit. Florus in Elide præter Alpheum amnem, Critolaum à Metello uictum prodidit. Liuius prioris opinionis autor, bis Achæos prælio uictos scribit, ad Thermopylas primo Metelli ductu: Mox in Isthmo à L. Mumio consule, qui illi succersit, atque secundum eam pugnam omne Achaicum nomen in deditionem acceptum. Trogius unius & ipse pugnae est autor, atque in coniugum liberorumque conspectu tanta fiducia à Græcis dimicatum, ut priusquam in pugnam iretur, nonnulli curru educere sint ausi, ad hostium spolia in urbem deportanda, sed multum ipsi sua spe decepti, fœdæque cæde prostrati, triste suorum oculis spectaculum præbuerunt. Quidam autores sunt tantum cruoris diffusum eo prælio, ut Cenchreas & Lecheas, quibus duo diuersa maria allatrant, Achaicus sanguis infecerit. Diuersi igitur opibus eo prælio afflictis omnis Achaia confestim in deditionem uenit. Corinthus metu deserta, præcincte tuba incensa est, & ab imis partibus diruta. Sunt & Thebæ in Bœotia, & Chalcis publico decreto excisæ, quia pro Achæis in Romanos arma induissent. Atque ita uenit, ut modico temporis intervallo, tres clarissimæ Græciæ urbes, cum Carthagine, pene continuatis funeribus, in bustum abierint: quo contigit, ut paucis diebus ter sit Romæ triumphatum, ut Appianus, & Eutropius scribunt, à Scipione, Metello, & L. Mumio, miror Appianum ceteris & sexagesima Olympiade hæc facta prodidisse, quum clarissimos autores habeam & in his Plinium seniore, qui captam & excisam Corinthum tradidit anno tertio centesimæ Olympiadis, sextæque & quinquagesimæ, qui fuit urbis Romæ sexcentissimus octauus: quanquam ne Plinio quidem quod ad urbis annos attinet tempora omnino constare uideantur, si uera sunt quæ Liuius & Eutropius tradunt, qui tertium bellum Punicum anno altero & sexcentesimo ab urbe condita initum aiunt, triennioque, aut ut alij scribunt, quadriennio ad exitum perductum, quo colligitur, annum illum sextum accentesimum fuisse Romanæ urbis, quo Corinthus excisa est, si in idem tempus

Aphricanus & Achaicus triumphus conciderunt. Sed aliquanto postea de Corintho triumphatum est, ut Liuius significare uidetur, quæ res effecit, ut à Plinio pigeat discedere. Mummius qui Corinthum deleuit, ea fuit continetia (Liuius id & Cicerò meminere) ut ex præda Graiarum deliciarum referata nihil attigerit, aurum, argentum, & cætera metalla, quæ in statuis, alioque urbis apparatu fuere Corintho incensa, in unum defluxere. Placuit uerficolor materia, æsque Corinthiacum nominatum, & inde Corinthiaca uasa, quæ Romanam luxuriam supra modum exercuerunt. Dubium, à materia an ab opere fuerit his nomen inditum, quum satis constet id uasorum genus prius in usu esse cepisse, quam Corinthus sit excisa. Tria huiusmodi genera æris, candidum unum, argenteo quæ nitore, in quo mixtura illa præualuit. Alterum in quo fulua auri natura. Tertium æquale habuit utriusque temperiem. Et Romani tam prospere, uno tempore, in Aphrica, Macedonia, & Achaia debellarunt. In Hispania per id tempus, graue bellum, sed autore quidem pudendo est Romanis ortum. Viriatus homo obscuro factus loco natus, ex pastore primum uenator factus, & mox ex uenatore latro, ad postremum iustitiam quoque exercitus dux, uniuersam occupauit Lusitaniam, quo motu tantum incendium exarsit, ut quatuordecim ferme annos ultra citraque Iberum, uario sit Marte de Hispaniæ possessione certatum. Primo M. Vettium prætorem Barbarus hostis cepit, fuso fugatoque eius exercitu. Eutropius Sextum pro Marco posuit, cæsoque exercitu ducem ipsum ægre fuga seruatum. Nec multo meliore euentu C. Plautius postea id bellum administrauit, qui pluribus prælijs fractus, fugienti simul cecidit in pacatum. Claudius inde Vnimanus, & ipse quidem prætor tertio est loco in Viriatus & Celtiberos missus. Cæterum huius fortuna non modo non prosperior fuit, sed multo etiam fœdior, magisque pudenda clades accepta. Fufus est eius ductu magna ex parte cæsus Romanus exercitus, trabeas, falces, cæteraque magistratus insignia, quæ uictor hostis ceperat, in trophæi speciem, ijs montibus quibus latrocinari erat solitus, suspendit. Erat hic rerum status in Hispania, quum in Syria Ionathas Hierosolymitanæ arcis recuperandæ cupidus (adhuc enim à transfugis & regio præsidio tenebatur) cum magna suorum popularium manu eam oppugnare aggressus, bellis operibus hostem fatigabat, cuius obfidionis fama Demetrius commotus (is ille est qui Ptolemæi auxilijs regnum recuperauit) ex Antiochia cum exercitu Ptolemæidem uenit, quo Ionathas accersitus, & obsequio & muneribus ad eum sibi regem conciliauit, ut ex suspecto & inuiso, amicus sit illi factus, aliquotque donatus immunitatibus pristinam retinuit dignitatem. Demetrius ubi omnia circa se pacata uidit, præter Creteses & eos, quorum præsidio septus ad repetendum regnum uenerat, cæteros milites exautorauit, unde uix credibile est quanta illi inuidia sit orta, à ueterano exercitu præsertim, quum ex illius edicto, ne frumentum quidem amplius, quod sub cæteris regibus consueuerant, ueterani acciperent. Huius militaris odij haud ignarus Diodorus Apamensis (Triphon huic cognomen fuit) ad Malchum Arabum quendam apud quem Antiochus Alexandri filius aiebatur, occultè profectus, primo docuit quanto Demetrius rex apud milites odio flagraret, inde uti ipse in animo haberet puerum in paternum regnum restituere. Igitur cum eo egit, ut Antiochum sibi traderet, quem apud exercitum commendaret, haud dubie futurum affirmans, ut confestim eo inspecto, arma aduersus Demetrium mouerentur. Ægre id est à Malcho impetratum, regio alumno patria charitate metuenti, tradidit tamen Dio-

Aes Corinthia acum.

Corinthiaci æris colores.

Viriatiuum bellum.

Qui Ro. ducit à Viriato uicti.

Odium militum in Demetrio.

doto puerum, fidem uiri & auctoritatem secutus, nec longior inde mora fuit, puerum in Syriam adducto, secuta est statim militum defectio, etiam antea parum pacate Syria agebat, multis ciuitatibus regis inertiam auertantibus. Ad eum domestico iam antea bello implicitum Ionathas misit, qui peterent, ut ex Hierosolymitana arce praesidium deduci imperaret, quod ille non solum se facturum respondit, sed multo etiam maiora uolentibus Iudaeis concessurum, modo in subita defectione militum, sibi copiarum inopia laboranti, auxiliares mitterent copias. Id nihil grauate Ionathas praestitit, tria que Iudaeorum milia ad regem misit, quibus ille uisus Antiochenos, quorum defectione fuerat in arcem compulsus, igni ex ipsa regia in priuatas domos iniecit, factoque a praesidiariis in ciues incendio consternatos impetu, regiam ciuitatem ad officium retraxit. Sed tantum abfuit ut eo nomine sit Demetrius Ionathae & Iudaeis gratificatus, quod multo minacius, quam antea tributum exigere sit adortus, exegissetque, ut si quando alias acerbius, nisi Diodorus interea regem ipsum maiore negotio occupasset, quippe qui Diademato puero in medio prolato, concitisque ad arma militibus cum ualido exercitu, ad Demetrium expugnandum est profectus, uictumque praelio in Seleuciam compulit, unde ille postea Parthicum est bellum molitus. Hec alij Trogus Demetrium bellum Parthis intulisse autor est, ad abolendam seignitiam maculam, quae in causa fuerat, ut multae, uelut proximo est loco proditum, ab eo ciuitates defecerint, constanti fama instructus orientis populos Demetrii accessum non inuitos audire propter Arsacidarum Parthorum regis crudelitatem, qui ueteri Macedonum imperio affluenti, indigne noui regis superbiam ferebant. Persarum & Elimeorum Bactrianorumque auxilijs fultus Demetrius, pluribus praelijs Parthos superauit, ad postremum pacis simulatione deceptus ab hoste ut ille ait, ex uictore in uicti potestatem uenit, traditusque uelut in triumpho per ora populorum, in eo Arsacides temperauit, quod dolo captum nulla maiore affectu clade, in Hircaniam tantum ablegauit, ubi benigne etiam sit cultus pro dignitate pristinae fortunae. Tum demum Diodorus Antiocho Demetrii priuigno, cui tutor ab exercitu datus erat, insidias, puerum e medio sustulit, eo que sublato aliquandiu rerum in Syria est potius, donec ab altero Antiocho Demetrii fratre minore nato, qui, ut loco non multum diuerso diximus, apud Gnidium hospitem fuerat cum fratre educatus, seque ad id tempus in Asia tenuerat, regnum uisus est a Theodoro receptum. Atque ita Trogus rem digerit, quod si sic est, Iosepho & Liuio parum conuenit, quo casu Demetrius Syria excidit. Diodorus igitur priusquam Antiochum puerum opprimeret, Ionatham statuit e medio tollere, qui regem ipsum, etsi adhuc puerum, uenice tamen coleret, utpote qui multas maritimae Syriae urbes quae adhuc in partibus Demetrii erant, ad illius obsequium partim ui, partim studio traxisset: qua expeditione Ionatham inter Tyrum & Galilaeam, hostium insidijs circumuentum, caeteris metu dilapsis, cum quinquaginta fortibus uiris, qui circa illum dimicabant, hostes non solum sustinuisse aiunt, sed loco etiam submotos, totaque planitie ad Cedeffam usque actos, ad duo milia interfecisse. Sed fides rei huius sit apud Iosephum, qui tam feliciter a tam paucis dimicatum prodidit. Ionathas praesenti successu elatus, ubi Hierosolymam est reuersus, Romanam legatos misit, qui cum senatu de foedere renouando agerent, idem Lacedaemonem iusi sunt, atque cum Spartanis memoriam ueteris cognationis iam inde ab Ario eorum rege cum Onia susci-

tatam, instaurare. Vtrobique legati feliciter sunt mandata executi. In Iudaea interea tres erant uelut sapientum sectae, Pharisei, Esseni, & Saducei. Fato gubernari quaedam non tamen omnia Pharisei arbitrabantur, caetera quae accidant per se consistere. Esseni fato cum cetera fieri affirmabant. Nihil esse quod hominibus non illius de crederent. Saducei nihil fatum esse existimare, neque inferiora aliter quam hominum arbitrio disponi, ut hi sibi metipsis bonorum iuxta malorumque omnium autores essent, quod si quis fatum pro prouidentia accipiat, haud multum Phariseum dogma ab Epicureo discrepare reperiet, ut Essenicum a Stoico, Saduceum a Leucippo & Democrito. Demetriani duces, qui ad Cedeffam ab Ionatha uicti fuerant, ut aliquando ignominiam ibi acceptam sibi demerent, citato agmine Iudaeam inuadere constituerunt, & iam domo profecti cursum in hosticum intenderant, quum Ionathas subitis nuncijs excitus, ad Anatheridmen illis occurreret, & iam castra ad quinquaginta stadia inter se propinqua erant, quum hostes suis uiribus diffisi, nam & miles paucis ante diebus uictus ad fugam potius quam ad pugnam spectabat, noctu uasa colligunt, incensaque & uastata, quacunque irent, regione in pacatum concessere. Ionathas ad hostium castra progressus, ubi ea deserta uidit, conuerso in Nabathaeos cursu, omnem gentem in deditioem recepit. Simon eius frater & ipse magno quidem successu in parte Syriae Ioppem littoralem urbem, ad deditioem compulsum, ualido firmavit praesidio. Et iam res Iudaeorum ubique laetae erant, Ionathas que bellicis curis liber urbem magno mœnibus & aedificijs excolerat, parique industria Simon oppida urbi circumiecta, aduersus omnes bellorum impetus, fratris iussu, praesidio & opere firmabat. Adeoque per haec res illorum creuerant, ut Ionathas, quia armis non poterat, fraude sit a Diodoro oppressus. Sed quibus sit ille dolis captus haud multo postea memorabitur. Nunc ad Romanorum gesta, ut omnia ordine differantur, reuertitur stilus. Eaim uero dum in Syria haec geruntur, per id tempus, aut certe non multo prius, Appius Claudius consul Salasiam, gentem Alpinam, domuit. Hos Tauricorum sobolem credidit Porcius Cato. Tenuerunt Salasii regionem in Alpibus profundam, undique altis rupibus inaccessam. Eam Durias amnis interfuit, Padi incola ortus in eodem Alpium iugo, quo & Druetia, qui Rhodano infunditur. Habuit Salasiorum terra aurifodinas, quas olim possedit gens ipsa, quum potentatu ualeret, afferebatque illis adiumentum maximum ad aëriam effusionem, & aurum diluendum Durias, qui plurifariam iam deductus quum exinanito pene aluo caeteros accolae destitueret, neque tot suppeditaret terris, alsiduis finitiorum certaminibus diu gentem ipsam exercuit. Sed posteaquam Romani sunt rerum potiti, aurificium Salasii & agrum amiserunt, quum sic quoque aquam & aurifodinas publicanis uenderent, uectigalium auaritia effecit, ut Romani praetores ac praefecti, qui in finitima loca mittebantur, sepius cum his ui & armis disceptauerint. Verum fuerit ne tunc haec, an alia causa Salasii belli, haud facile dixerim. Ab Appio Claudio consule, quod satis constat, armis domiti sunt sub id tempus, quo Carthago & Corinthus urbes excidio sunt deletae. Procedente deinde tempore, ex occasione sepius rebellantes, Romana in se arma irritarunt, potiusquam exercuerunt. Augustus princeps eam gentem postremo deleuit, uniuersosque sub corona uendidit. Sex & triginta capitum milia uno tempore uenerunt. Is mortali numerus tunc fuit in tota gente, & in his octo milia, qui arma ferre poterat. Sed haec multo post gesta. Ea uero tempe-

Pharisei, Esseni, Saducei.

Ionathae successus.

Salasiorum origo & situs.

Salasiorum excidium.

Capitur Demetrius fraude.

Ionathae uirtus.

ro repestate, qua cum his primo est bellatum, recentior quidam Pseudophilippus Macedones ad arma conuocauit, nihil tamen meliorem quam antea Andronicus euentu. L. Tremilius Quæstor tumultuariam hostem medio rerum conatu uictum exercitu & uirtu spoliavit. Est & in Hispania prospere bellatum. Cæcilius Merellus proconsul Celtiberos cecidit, & a Q. Fabio Maximo, qui pari potestate cum exercitu in Lusitania erat, magna eius pars est armis subacta circumducto ad singulas urbes exercitu, infregitque Fabius usque adeo Viriati opes ut iam in possessione uictoriae Romanus esset. Ceterum eam speciose adeptam Pompilius qui Fabio successit, nimia uincendi cupiditate foedauit, qui dum finire bellum nimis properat, perdidit omnem finitiam laudem, do mesticis percussoribus hosti subornatis, qui quum ille sepius uictus iam deditioem agitarer, eam gloriam uictu contulit, ut aliter uinci non potuisset uideatur. Liuus Seruilius Capionis consilio Viriatum interfectum autor est, qui quum percussores patrate caedis praemia reposcerent, respondisse fertur (ut pendendum credo consilium celaret) nunquam Romanis placuisse imperatorem a suis militibus interfici. Perijt Viriatus decimo quarto anno ex quo bellare cum Romanis ceperat, dux maximus, & qui cum hoste congressus sepius uicisset. Eum extinctum Barbari honorificentissime funerarunt. Romae per id tempus puer natus est ex ancilla quadrupes & quadrimanus, quatuor oculos, totidemque aures habens, duplicique natura, atque utraque uirili. Ceterum quum pax alibi esset, cum Hispanis gente nata ad Romana arma exercenda, mutis cladibus bellabatur. Q. Pompeius consul, quum Termestinos in ea terra domuisset, a Numantinis, cum quibus Viriato adhuc in eolumi contractum fuerat bellum, superatus, ignominiosam cum his pacem composuit. Fuit Numantia in Vracis, qui Celtiberiae partem ad Carpentanos & Tagi fontes obuersam tenent, colle modice edito sita, sine muro, sine turribus, a quatuor milibus Celtiberorum quatuordecim annos ita defensa, ut plerique Romanos duces ignominiam inde, pro uictoria reportarint. Raro unquam ciuitas ulla iustius in Romanos arma induit. Sedigenes focios & consanguineos suos, Romanorum manibus elapsos, Numantini in urbem acceperant. Pro quibus multa deprecari, quum nihil a Romano Populo impetraretur, abstinerentque interim omni belli contagione, iussi arma deponere, id ita est a Barbaris acceptum, quasi manus sibi cum armis adimerentur. Megara igitur duce arma capiunt, Pompeiumque praelio uictum quum debellare potuissent, federe, ut proximo est loco demonstratum, uadari maluerunt. Romae interea lustro condito, censa sunt trecenta uiginti octo milia ciuium. Ex Macedonia, per id tempus, legati ad senatum uenerunt, multa que sunt de Iunio Syllano praetore quaestui, quod prouinciam foede spoliaret, pecunijs a quo cunque acceptis, adeo rei indignitas mouit senatum, ut ad unum omnes cognitionem super ea re decernerent. T. Manlius Torquatus Syllani pater a senatu impetrauit, ut eiusmodi sibi cognitio mandaretur, futurum ut omnes intelligerent se ex ea familia natum, in qua plus leges omni tempore ualuisse, quam natorum charitas. Id quum facile impetrasset, priuato iudicio, more maiorum, domi sedens filium adeo acerbe condemnauit, ut suspensio ille uitam finiuerit. Additum ignominiae quod ne funeri quidem interesse uoluit. P. deinde Scipione Nasica, cui Serapioni fuit cognomen, & Iunio Bruto consilibus, C. Macienus accusatus apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatus, ac diu uirgis sub furca caesus,

Viriati caedes.

Monstrum.

Numantia situs.

Numantinorum ferocia.

Syllanus a patre damnatus.

sestertio nummo uenijt. Quidam autores sunt, hos consules, quod alio est loco nec multum hinc diuerso dictum, a tribuno plebis in carcerem adducti iussos, quia in habendo delectu ab his impetrare nequiuissent, ut denos ciues quos praesentis militiae immunes esse uoluissent, sua causa percerentur eo munere uacare. Post tribunitias contentiones Brutus in Hispaniam profectus, ijs qui cum Viriato militauerant, agrum & sedes ad habitandum assignauit. Valentia oppidum est uocatum, quo tempore in eadem terra M. Popilius (apud quosdam Pompilius pro Popilio legitur) suis modo ille est, qui Viriati caedis autor extitit, ut Eutropius prodidit. Florus Pompeium pro Popilio posuit. Sed quodcunque illi nomen fuit, cum Numantinis acie congressus, fultus fugatusque, pacem cum hostibus fecit, quam irrita postea senatus habuit. Missus inde ad id bellum C. Hostilius Mancinus, cui clades quae eo bello accepta est, manifestis fuit signis prius demonstrata. Pulli cauea emissi, & in proximam syluam dilapsi, inueniri non potuerunt. Mox nauim ascensuro uox audita est, Maneas Mancine. Profectus nihilo secius a quatuor milibus Numantinorum, quum ipse xxx. armatorum milia sub signis haberet, sepius uictus, & ad postremum castris excutus, ignominiosam & ipse pacem est stipuliciter complexus. Hostis uictor cum hoc quoque duce foedus maluit, armorum spolijs contentus, quum ad internicionem seuire potuisset, ita Romanorum animis metu perculsis, ut ne uocem quidem, non modo aspectum ferocissimi hostis sustineret amplius. Romanus populus non minus Numantini foederis ignominia commotus, quam ueteris illius ad Caudinas furcas icti, praesens dedecus Mancini deditio ne expiauit. Multo quidem felicitus res a D. Iunio per id tempus in Lusitania gesta plurimis urbibus Carthacae & Lusitaniae, incredibili successu ut subactis. Quum igitur medio rerum cursu, ad Lethen amnem copias admouisset (id flumen Romani obligationem dicunt) miles subita religione adductus, quum imperio compelli non posset, ut id flumen uadaret, dux signum in ulteriorem proiecit ripam, in quo reperendo fluuius a paucis primo, mox ab uniuerso exercitu superatus est. Is a plerique Estremea, ab alijs Belion est dictus, labiturque ex Celtiberis & Vacceis: fama est Celtiberos & Gallos, qui circa Anam fluium agitabant, olim iunctis inter se armis ad Lethen peruenisse, ubi seditio ne iactatos, ac duce amisso, tota regione dispersatos, uelut patriae oblitos, his locis descedisse, etque ab eius rei euentu accidisse, ut iam inde Lethe sit fluuius dictus, quam Romanus exercitus famam securus, religiosus quam credi possit, est arnem transgressus. Iniecta est & altera maior circa Oceanum religio: nam eouque Brutus uictor Romana signa protulit. His cadentem in Oceanum Solem sibi dux & exercitus spectare uisus est, eumque aquis obrui non sine sacrilegij metu fecerere arbitrati sunt. Vetus opinio fuit ipsum sidus sub occasu in marinis fluctibus immergi, ac uelut candentis ferri massam in lacum aliquem immerfa, fertorem quandam terrificum exaudiri. Fuerunt quod miror, ex nobilissimis scriptoribus quidam, qui huius rei meminerunt, quum longe aliter rem habere ipsa naturae ratio demonstrat. Sed quam prospere Brutus praetor in Celticis Lusitanos, & Callicos, unde Callici illi postea cognomen fuit, per id tempus bellauit, tam infeliciter Marcus Aemilius Lepidus proconsul, aduersus Vacceos, cuius ductu clades Numantinae perquam similis est accepta. Tam uariis euentu ad occasum Solis res gerebantur, quum Fuluius Flaccus consul Ardiaeos in Illyrico subegerit, & M. Caesonius praetor in Thracia, cum Scordi-

Valentia a quibus condita.

Mancinus a Numantinis uincitur.

Lethe situs.

De occasu Solis.

discis prospere dimicauit. Neutrius belli causam reperio, sed Macedoniam, quæ facta erat Populi Romani provincia, bellorum materiam præbuisse crediderim, cuius terræ fines utraque gens crebris solitis esset excursionibus incessere. vincebat itaque alibi Populus Romanus circa Numantiam, tamen nihil iam multos annos præter ignominiam lucrari, quam indignitate ciuitas uincere assueta, quum haud ultra ferre posset, Scipionem, Carthaginis incendio imbutum, consulem creauit, solum prius lege, qua intra decem annos nemo bis consul creari poterat. Fuitque huic ab initio maius certamen cum suo milite, quam cum hoste, dum corruptum exercitum ad feruorem militiæ disciplinam reuocat, qui senilibus operibus, priorum ducum ignauia, assuetus, multo aprius uallum circumferabat, quo suam imbelliam tueretur, quam scutum & hastam, malletque fossa & congesto luto se, quam hostium cruore, inquinari. Sustulit igitur dux solertissimus omnia desidia instrumenta scortis & infistoribus numero bis mille extra uallum eiecit, militem quotidie decurrere, aut militare opus ali-quod obire, septenosque uallos ferre cogebat, ut sui opprobrii aliquando pigere inciperet, crebro militem onere degrauatum incessens, quum gladio recte uallare didicisset, uallum ferre desinito. Quendam scutum nimis apte ferentem, aliud amplius, grauiusque iusto ferre coegit, reddita etiam causa cui id faceret, quoniam scuto melius quam gladio uteretur. Si quem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset uite, si extraneus uirgis cecidit, uendiditque iumenta omnia, ne nimium exonerarent militem. Militiaque per hæc in integrum restituta breui apparuit illud uere dici: Tanti quemlibet exercitum esse, quanti sitis qui in eo imperet. Sepius igitur iam inde contra hostium eruptiones feliciter dimicauit, vaccosque obsessos, liberis & coniugibus trucidatis, ad mortem sibi consciscendam compulit. Interim magna ad eum munera ab Antiocho Syriae rege adhuc puero sunt missa, legatis ad idipsum in Hispaniam usque ire iussis, quæ, quum cæteris imperatoribus regum dona cedere mos esset, pro tribunali se accepturum respondit, atque ita accepta quaestorem in publicas tabula referre iussit, ex his daturum se præmia fortibus uiris pollicitus. Mox Numantia obsidione clausa, quum fames hostes sentire cepissent, pabulatores in agris captos occidi uertit, quin permittit incolumes in urbem abire, ut aliquanto citius fames inualesceret. In Sicilia per id tempus, quo Scipio in Hispaniam profectus est, seruire bellum repente extitit. Auctor eius motus Eunus fuit, natione Syrus, qui in ipsa insula seruitutem seruiebat. Is contra tracta seruili manu, solutis ergastulis, iusti exercitus magnitudinem impleuit. Accessit huic & Cleon, & ipse simili fortuna, qui ad septuaginta milia seruitiorum contraxerat. Ad id bellum Gn. Fuluius consul primo missus est, fecitque cum his aliquot secunda prælia, debellare tamen non potuit. Sed dum Sicilia in eo motu erat, in Syria Diodotus, qui Antiochi pueri ad id tempus tutorem egerat, nefaria illius cæde statuit regnum occupare. Id ut commodius exequeretur, Ionatham prius tollere con-sueuit. Erat ille, ut dixi, Antiochi pueri rebus supra modum addictus. Igitur ad Bethsuram Diodotus cum exercitu progressus (Scythopolim Græci eam urbem dixerunt) Ionatham, cum quadraginta milibus hominum, obuium habuit. Erat Diodoti accessus merito suspectus, quum nulla illi perendæ Iudææ euidens adesset causa. Vbi igitur omnem sibi uiam ad uim ex aperto inferendam obseptam uidit, in fraudem conuersus, amicum & hospitem Ionathæ uenisse ait, mandatque suis ducibus ut Io-

Scipio consul creatur.

Scipionis dicta in corrigenda militiæ.

Seruile bellum in Sicilia.

nathæ imperio parentem, hortatus inde ut omnibus gentibus & terris circa pacatis, ne frustra tantum exercitum fatigaret, cum ea manu, quam sibi legisset, se Ptolemaidem sequeretur, statuisse se regimem eius urbis cum circuniecta regione ipsius administrationi permittere. Hanc spem Ionathas secutus, cætero exercitu dimisso, mille lectis militibus septus, ad Diodotum Ptolemaidem uenit. Hic portis repente clausis Ionathas uiuus capitur, milites qui eum secuti fuerant, ad primum clamorem telis obruti mortem ad unum occubuerunt. Inopinatus Ionathæ casus, non minorem attulit Iudæis metum, quam mærorem. Fortissimo hostium duce sublato, finitimi accolæ animo elati, uim & arma Iudæis intentare. Simon Ionathæ frater uir impiger suos ad patriam religionem tuendam hortatus, tempestiua oratione animos præsentis cladis prostratos erexit. Confestim itaque ad muniendam urbem conuersi, irrequieto opere muros & propugnacula reficiunt. Mittuntur qui & Ioppem ex improviso occuparent, ne oppidani, audito Ionathæ casu, Diodotum in urbem acciperent. In paucis diebus, quibus hæc acta sunt, cum ualido exercitu intrepide occursumus, noua fraude, etsi prius animaduersa, petitus est. Centum argenti talenta dare iussus, & duos Ionathæ filios obsides, si fratrem sibi restitutum uellet. Nec Simonem fellit hostium perfidia, cæterum postulante exercitu id fieri, obsidibus cum pecunia ad hostem missis, Ionatham non solum propterea non soluit, sed motis castris ut Antiochiam abiret, in Galaatide interfici iussit, anno eius principatus quarto decimo, ut Eusebius scribit. Illius ossa ex Acca urbe deportata Simon patrio intulit sepulchro, quod ipse in Mausolei speciem parenti & fratribus ex candido lapide extruxerat. Simon suorum uestigia ingressus infestis accolæ bello domuit. Gazaram, Ioppem que in eo motu fuerat alienata, & Laminam urbes uicaptas magnis cladibus afflixit, eiecitque ex Hierosolymitana arce præsidio, non tantum diruendæ arcis auctor fuit, sed tumuli etiam, cui fuerat imposita, solo adæquandi, quod opus triennio ciuitatem exercuit. Mox in planitiem redacta, factum est ut ipsa arca templo subiaceret. Sed hæc aliquot post annos gesta, ab Ionathæ interitu. Diodotus Antiochum decem annos natum sustulit, corruptis medicis, qui ad populum mentiti dicerent eum calculi dolore consumi, secando itaque puero adhibiti, dum curare uideri uolunt, in Diodoti gratiam necauerunt, quo sublato, Diodotus homo nequam ab exercitu pecunia corrupto rex Syria constituitur. Igitur mutata persona continuo ad uitium male dissimulatum praua recurrit natura, & ne domesticis, per quos fuerat regnum adeptus, præmia persolvere cogeretur, suum corpus externo sepsit præsidio, nouosque & obscuros homines complexus, his sua consilia, his bella omnia, regiaque negotia credere. Id ueteranus exercitus ægre ferens, subita defectione, ad Cleopatram Demetrii uxorem se contulit, quæ tum Seleuciam cum filiis erat, quo quum regno excidisset, se Demetrius contulit. Verum utra fuerit Seleucia, parum expedit scriptores quos sequimur, quum duæ illustres essent Seleuciam, Syriaca una, altera Babylonica, de qua nunc intelligi oportere arbitror. Cleopatra exercitu subnixâ Antiochum Demetrii fratrem minorum natu, per Asiæ urbes incertis erroribus uagantem, ut Eusebius ait, ut Trogus, adhuc nutritori hærentem, ad suas nuptias & regnum capeffendum inuitat, quam insperatam occasionem mille complexus Seleuciam uenit. Huc Diodotus cum ualido exercitu occurrit. Cæterum a ueterano exercitu uictus, ex superiore Syria in Phœnicem fugam intendit.

Ionathas fraus de capitur.

Ionathæ interitus.

Arx Hierosolymorum diruitur.

Seleucia duæ.

Diodoti interitus.

Accius. Pacuuius.

T. Gracchus. Cornelia.

Diuersa Gracchorum fratrum natura.

tendit. Antiochus fugientem secutus aliquandiu in Dora Phœnicis obsedit, unde Diodotus Apameam fugere conatus, in hostium manus incidit, capteusque interficitur, tertio sui regni anno. Eusebius hunc Triphonem uocat, quem ne inter reges qui dem Syriae reposuit. Sic Syriae regnum ad Demetrii stirpem iterum redijt. Antiochus, cui Sederi cognomen fuit (Iosephus eum cognomento patris Soterem appellauit) tertiusdecimus in Syria regnauit. Incidit eius regnum in ea tempora, quibus Numantia est à Romanis excisa, cuius excidium prætulisset ijs, quæ de Diodoto scripsi Eusebium secutus, nisi scirem à Tiro Liuium, quem omnium libentissime sequimur, ea esse prius in ordinem redacta. Inciderunt hæc in Olympiadem centesimam ac sexagesimam, si Eusebio constat temporum ratio, qua sane tempestate floruit Accius Tragediarum scriptor libertinis parentibus natus, qui Pacuuius iam seni quum sua Tarenti scripta recitasset, uisusque esset illi durior, dixisse Accius fertur, placere id sibi, quando certo sciret futurum, ut durior stilus cum annis mitesceret. Obsidebatur interea Numantia in Hispania, quum Romæ ob agrariae legis lationem, seditio inter ordines orta est, eam T. Gracchus tulit. Fuit huius pater Sempronius Gracchus, qui Corneliam superioris Aphricani filiam duxit uxorem. Eam tantopere dilexit, ut quum duo angues in eius lecto forte deprehensos, ab aruspice ambo dimitti prohiberetur, sed ex his alterum interficiendum censerent, affirmantes futurum ut si malculus missus esset, Cornelia prior moreretur: contra Gracchus prius interitus si femina dimitteretur, tum ille mittatur, inquit, femina, ut superstes sit Cornelia mihi maiori natu. Atque sic accidit, ut ipse non multo post sit uita defunctus, duodecim filijs quos ex Cornelia tulerat superstibus. Eos mater tanta coluit pietate, aded defuncto uiro in amore respondit, ut Ptolemæi regis nuptias respuerit, pluresque sepulti uiri memoriam fecit, quam diadematis & regni oblati specimen, sed cæteris ætate pupillari amissis, tres liberi ex tam numerosa sobole adoleuere, uirilis stirpis duo, & filia una Semproniam, quæ minori Aphricano nupsit. Gracchorum maior Tyberius pacatiore uultu ingenioque fuisse traditur, contra Caius minor natu, uehementi spiritu & facinoroso: uaria itaque illis actio, uarium dicendi genus. Tyberius honeste decoreque locum, quem ab initio occupasset, inter agendum seruabat. Caius pulpitum inambulabat, rogam ab humeris dissoluere, quæ duo primus Romanorum inter agendum factitalse dicitur, ut aliquot antè ætatibus Cleones apud Athenienses. Dulcis in illo sermo, & ad misericordiam aptus: in hoc terribilis & ad iram promptior, ut sæpe dicendo ita efferretur, iratusque ad iurgia & maledicta prorumperet, perturbaret etiam institutam orationem, in cuius rei remedium, Licinium seruum à manu haud insullum, post se, quum ageret, habere sit solitus, ut quoties in iram pronectus esset, ac modum excederet, præterque decorum præceps raperetur, tenui modulatoque fistula concentu monitus, ad actionem magis compositam reuocaretur. Sed de maiore nunc sermo habendus, qui ob egregiam indolem fuit ab initio omnibus charus, cooperatusque in collegium augurum. Claudius uir consularis & censorius sibi generum asciiuit, Claudia filia ei ultro in matrimonium oblata. Is domum reuersus quum filiam à se uiro locatam Antistia coniugi nunciasset, indignabunda mulier quod eiusmodi saltem consilij non facta esset particeps, Quid ita, inquit, festinare oportuit? an Tyberio Graccho eam despondisti? Id Liuius de Graccho patre & Cornelia proditum au-

tor est. Cæterum plures, si Plutarcho credimus, posteriori sunt famæ astipulati, & in his Polybius, qui post Aphricani interitum scripsit Corneliam matrimonio locatam. Militauit Tyberius primo sub Scipione in Aphrica, primusque hostium muros ascendisse dicitur, inde cum Mancino in Hispania ad Numantiam, atque in transigendo federe nullum Romanorum alium, præter Gracchum sunt Numantini falsi ad se mitti, uulgata iam inter hostes ipsius uiri fama. Accedebat huc gloria rerum à patre in Hispania gestarum, cum quo Numantini olim fœdus percusserant. Suo itaque accessu Gracchus uiginti milia Romanorum, quæ cum ipso consule circumuenta fuerant, imminenti periculo exemit, etsi pax illa non tenuit, Mancinusque ea de causa deditus sit hostibus. Factus est inde Tyberius tribunus plebis, multitudinisque causam complexus, legem promulgauit, qua præscriptum erat, qui plus agrorum possiderent, quam ueteri lege permitteretur, ut agros iniuste ad id tempus possessos, ueteribus dominis cum fructibus restituerent: aut pro precio quod restituendum esset, æqua æstimatio fieret. Vetus lex erat, nequis supra quingenta teluris iugera possideret, neque maioris armenti supra centum capita, minoris quingenta pasceret. Per hæcque ueteres Romani in opi multitudini cautum uoluerunt, ne omnia locupletibus prædæ cederent. Enimvero Romani ab initio Italiam sibi per partes uendicantes telluris portiones inter se diuiserant, in hisque uel urbes condiderant, uel in eas que conditæ essent colonos deduxerant, quos quisque sortitus erat, locorum habitatoribus aut colendos tradere, aut precio attribuere. Si qua uero tellus bellorum iniuria humano cultu fuisse deserta, eam colere uolentibus ita locabant, ut decimam feminum, cæterarum frugum quintam, publicè penderent. Pecoribus quoque adhibitis fuerat pendendi uectigalis modus. Et uetus illa agrorum distributio per hunc modum se habuit. Cæterum immoderata auaritia eò procedente tempore euecta est, ut inopi multitudine, partim precio, partim ui proprijs prædijs eiecta, uelut antiquatis legibus, pauci diuites omnia obtinerent: quæ res effecit, ut quantum Gracchanæ legis promulgatio multitudinem in spem melioris fortunæ erexerat, tantum locupletum animos ira & odio accenderit. Gracchus haud obscure præ se ferebat, indignam rem fieri, ac minime ferendam circumscribi à diuitibus plebem, contraque præscriptum legis paucos possidere, quicquid soli ad id tempus Populus Romanus intra extraque Italiam bello quaesiuisset. Alij aliam ferendæ legis causam eum habuisse ferunt, sed quam dixi, ut honestissima, ita omnium uerissima uidetur. In ea describenda ferunt auctoribus usum Crasso pontifice maximo, Mutio Scæuola iuriconsulto, qui per id tempus consul erat, & Appio Claudio socero. Locupletum factio legem criminari adorta, ad reipublicæ & libertatis euerfionem eam respectare distabat: accepturam plebem cum lege seruitutis iugum, nisi pestiferæ rei iretur obuiam. Contra Gracchus, qui uel malâ causam sua eloquentia sustinere potuisset, perpetuis concionibus miserorum ciuium causam deplorabat: feras dicere & bestias cubilia & iustra in Italia habere, eos qui pro ipsa Italia omnibus terris suum sanguinem effudissent, non habere quo se recipere, sine domo, sine laribus, cum coniugibus & liberis errare, pugnare Romanos milites & uincere, uerum non sibi sed paucorum luxuriæ. Etiam nemo erat aduersario-rum, qui cum Graccho in certamen uerborum auderet descendere. Eo itaque tota factio inclinauit, ut M. Octauium unum è collegio tribunorum (unus enim satis erat ad omnem tribunitiam actionem im-

Lex à Graccho promulgata.

Gracchi actio nes pro plebe.

podendam) subornatum ad intercessionem com-
pulerit: hunc multis modis Gracchus ab incepto
absterrere conatus, ubi in proposito obstinatus sta-
re uidit, ut legem magis popularem redderet, muta-
ta eius forma ita scripsit, ut agri sine ulla precij res-
tatione possessoribus adimerentur, ueritque edi-
cto quicquam ab urbanis magistratibus prius fieri,
quam ad populum de lege relatum esset. Arario si-
gilla impresit, ac per quæstores quicquam inde de-
perculsi omnes uestem mutarunt, insidiasque Ty-
berio moliebantur, percussorem illi subornantes.
Gracchus haud ignarus eorum que parabantur do-
lone accinctus in publico deambulabat. Vocato de-
inceps populo ad concionem, conarenturque locu-
pletes cum clientum & amicorum manu concilium
impedire, pulsati fuissent cum cæde de foro, nisi cum
lachrymis consularium quidam Gracchum obresta-
ti essent, ut concilium solueret, permitteretque rem-
totam separtu. Celsit ille in præsentia tantorum ui-
rorum autoritati: cæterum ubi in curia nil transigi
posse uidit, per possessores agrorum qui omnia cor-
rumpebant, iterum populo ad comitia uocato, blan-
de & amice admodum est Octauium obtestatus, ut
eam intercessionem remitteret sibi & Populo Ro-
mano. Quem ubi flecti nõ posse uidit, sic est, inquit,
Octau, quum equali ambo potestate præditi simus,
multumque diuersi uterque ab altero tendamus, ex-
pedit nobis & reipublicæ ut alteri nostrum maiestas
abrogetur, & si placet Populũ Romanũ roga uelit
iubeatque mihi potestatem abrogari. Id eo factu
rum negante, ita Gracchus pronunciauit futurum,
ut nisi ipse ab incepto desisteret, postmodum de eo ro-
gaturus esset plebem. Sequenti die quum populus
in concione staret, pergeretque interim Octauius
rem impedire, tribus missæ in suffragia omnes ad u-
num Octauio magistratum abrogarunt, ad quem
de tribunali excitandum quum Gracchus appari-
torem misisset, confestim locupletum & plebis in-
cursu uis ibi orta est, Gracchi que liberrus, huiusmo-
di enim homines illi apparebant, est in carixa uiola-
ta. Octauio per tumultum elapso, cæteris que eius
factionis toto foro deiectis, agraria lex per ocium la-
ta est, suntque tres uiri ad agros diuidendos creati.
Tyberius ipse legis autor, Appius Claudius socer &
C. Gracchus Tyberij frater, qui tum apud Numan-
tiam sub Scipione militabat. Mox Tyberio taberna-
culum de more perenti, quo triumphari agrarij ute-
rentur, senatus, Scipione Nasica autore, qui ob agro-
rum multitudinem quam possidebat, erat omnium
maxime legi infestus, id minime dandum censuit,
nouem duntaxat nummis in singulos dies ad uictũ
decretis. Secuta inde subita mors unius amicorum
Gracchi, qui præter alia ueneni signa, idcirco subla-
tus ueneno credebatur, quod eius corpus cremari
non potuit, quo casu consternatus Gracchus muta-
ta ueste, uelut inimicorum insidijs circumuentus
iam uitæ diffideret, liberos in concionem produxit
(sunt qui tantum filiam illi fuisse scribant) horum
ille & matris salutem plebi commendauit. Per eos
dies Attali regis testamentum Romæ est à Perga-
manorum beneficio in Asia regnum obtinuerat, mo-
riensque adeo grata fuit in Populũ Romanũ memo-
ria, ut illum pecuniarum & regni hæredem scripse-
rit. Gracchus statim ad populum tulit de regia pecu-
nia ijs uirum diuidenda, quibus agri restituere-
ntur ut possessoribus precium persoluerent, Populũ Ro-
manũ non senatum hæredem esse à rege constitu-
tũ dicitans. Patrum animis ea re adhuc magis irri-
tatis, grauius Gracchus est à principibus ciuitatis
in curia accusatus, quod ad regnum ille sibi huius-
modi rogationibus uiam faceret, quod nocturnos

domi haberet conuentus. Iam ex tribunorum colle-
gio à T. Annio illi palam inuidia constabatur, quod
Octauio potestate deiecto, sacrosanctum legisser ma-
gistratum, ad quod crimen diluendum, accuratissi-
mam ille habuit orationem ad populum. Et iam sa-
tis constabat conspiratum esse à potentiorum facti-
one in Gracchum, amicis que censentibus iterum
tribunum fieri oportere, ut Gracchus incolumis es-
set, ipse quoque populum ad concionem uocatum,
infrequentiore solito coiuisset intuitus, ratus, quod
erat, plebis fauorem Patrum opera magna ex parte
à se alienatum, concionem dimisit. Postmodum muta-
ta ueste in forum descendit, quod sibi periculum ab
inimicis instaret, multis lachrymis conquestus, a-
deo multitudinem commouit, ut noctu præsidij
causa non parua pars plebis circa eius aedes excu-
barer. Interim prodigijs quibusdam tristis uitæ exi-
tus ei est præmonstratus. Erat illi galea insignis, in
qua anguis foeta reperta est. Capitolium quoque a-
fscensurus quo populus coiuerat, quum domo egre-
deretur, ita limen pede grauius offendit, ut ungue
pollicis conscisso, totus calcus sanguine inundaret.
Et corni ex stillicidio depugnantes, ante eius pedes,
lapidem proiecerunt. Quo casu & ipse Gracchus &
amicorum audacissimi, adeo sunt percussit, ut retro
ille fuerat abiturus, nisi Blossius Cumanus hortatus
esset, monuissetque indignum facinus fieri, si plebs
frequens tribuno destitueretur. Tum uero in Capi-
toliū progressus, multo fauore & plausu accep-
tus, confestim tribus uocari iuber. Cæterum tum-
ultu orto, quum per homines aduersæ factionis
nihil expediri posset, fluctuaretque multitudo, po-
tius quam in ordinem coiret, per Fuluium Flaccum
senatorem fit Tyberius certior ab aduersarijs uim
parari, habere eorum seruos & liberos secum ar-
ma. Ad quam uocem omnes qui circa Gracchum
steterant, & ipsi succincta toga ad prælium sese ex-
pediunt. Interim concionabundus Tyberius quum
capitis periculum, pro defensione plebis, sibi à no-
bilibus instare, manu capiti apposita significaret, qui
remotiore loco steterant, longe aliter rem interpre-
tati, quasi diadema sibi posceret, rem ad senatum
trepido nuncio deferunt. Tum cæteris rei atrocita-
te percussis, Nasica consulem hortatur, ut publi-
cæ libertati succurreret. Consul neque, inquit, e-
go Nasica intestini belli autor ero, aut indemnatum
quenquam occidam, neque siquid populus à
Tyberio seductus sanxerit, sum pro lege habitu-
rus. Tum ille, quando respublica proditur à con-
sule, quicumque uult leges saluas esse, me sequa-
tur, togæque lacinia capiti imposta in Capitoli-
um ire pergit, multi post eum toga brachijs inuo-
luta in templum decurrunt. Horum plerique cla-
uas fustesque secum habuerunt, qui ubi in con-
spectum uenere (cesserat enim multitudo uenien-
tibus ordinis auctoritatem reuerita) primores Pa-
trum subselliorum pedibus refixis obuios cædunt,
amicorumque cæde circa Tyberium facta, conti-
nuo ab alijs fit fuga, Gracchus quum calcata toga
lapsus assurgere conaretur, à P. Saturnino eius col-
lega subsellij fragmento uulneratur, mox alteram
iacenti plagam L. Rufus infixit. Ceciderunt mo-
mento temporis circa illum, triginta ex amicis &
ijs qui proximi steterunt, fustibus & lapidibus ne-
cati. Et hæc prima seditio in urbe post exactos re-
ges sanguine & cæde ciuium imbuta est. Perijt Ty-
berius quum nondum annos triginta natus esset,
quem si Patres uerbis & autoritate flectere uolu-
issent facile eorum uoluntati celsisset, quando &
primo impetu in se facto celsisset. Sed tum nimium
Patres ut sæpe aliàs suæ iræ indulserunt, quippe
qui ne mortuum quidem Gracchum sepulturæ de-
derint, eius cadauere in Tyberim deiecto, & om-
nium

Prodigia mors
tis Gracchi.

Odium plebis
in Nasicam.

Numantinorũ
desperatio.

Nasica uocat
patres ad rem
pub. tuendam.

Numantinorũ
excidium.

Gracchi cada-
uer in Tyber-
im deijciunt.

mnium qui cum eo eadem de causa fuerant in-
terfecti. C. Villius, Tyberianorum unus culeo infu-
tus, iussu patrum est in profuentem deiectus. Blossi-
us Gracchi familiaris ad consules perductus quum
Tyberij iussu se cuncta fecisse diceret, tum Nasica,
Quid si te Capitolium incendere iussisset? an id quo-
que facturus fuisses? haud hoc, inquit Blossius, iussu-
rus ille fuit, sed si id fieri mandasset, paruissem: quia
nisi in usum reipublicæ fuisset id facere, nunquam
tale facinus probaui. Cæterum Blossius in Asiam
ad Aristonicum profugit, qui Attali regnum post e-
ius mortem occupauit, cuius rebus postea profligatis,
sibi mortem consciiuit. Senatus ad leniendum
dolorem plebis, agrorum diuisionem impugnare
desistit, facta illi potestate alterius in Gracchi lo-
cum eligendi, qui agros cum duobus alijs plebi as-
signaret. P. Crassus est illi substitutus, sed nec sic quo-
que plebs dolori suo temperare potuit, oderat in-
fense senatum, sed omnium maxime Nasicam, eum
maledictis pro palam incesse, prætereuntem ex-
crari, ut impium abominari, quod tribunitio pollu-
tus esset sanguine. Etiam accusatores illius ad po-
pulum parabantur, perijissetque sub tam infenso iu-
dice, nisi senatus de eius salute sollicitus, legationis
prætextu in Asiam ablegasset, ubi haud multo post
circa Pergamum fato decessit. Parum absuit quin
& Aphricanus absens sit eadem inuidia resperius,
arque fauore populi destitutus, quod ad primam
Gracchanæ cædis famam Homericum illud pro-
nunciauerit. Sic pereant & qui moliri talia pergunt.
Et quia Iulius ad Scipionem sua sponte deflexit, non
ab re fuerit, quæ in Hispania per id tempus ab eo
gesta sunt urbanis rebus subijcere, præsertim quum
& L. Iulius ita eas non aliter digesserit. Numantini
longa obsidione capiunt, multum diuque pacem
quæsiuere, eam cupide complexuri, si tantum uiris
tolerandam Scipio imperasset. Sed quum nihil ab
hoste impetraretur, in quo spem reponerent, despe-
ratis rebus, ultimo se prælio accingunt, satius du-
centes pro patria fortiter occumbere, quam peri-
gnauam deditos, ut oues iugulari. Consilio itaque
moriendi, si uictoria non contingeret, carne semi-
cruda Celia que (sic enim potionem ex frumento fa-
ctam indigenæ uocant) uelut inferijs ingurgitati,
in hostem decurrunt. Sensit statim Scipio eam de-
sperationem esse, non pugnae consilium, inhibuitque
suorum imperum, ut hostem uallo circumdatum, fa-
me potius quam ferro conficerent. Pofcere illi sup-
pliciter à Romanis prælium, ut tanquam uiris oc-
cumbere liceret, id ubi sibi negatum iri animaduert-
tunt in rabiem acti, in aduersa castra irrumpere co-
nantur, hoc quoque illis parũ prospere celsit, quin
multis circa uallum uulneribus acceptis, infecta re,
in urbem reuersi sunt. Pertulit inde hostis aliquan-
diu obsidionem, nouissimi quum fugæ consiliū
cepisset, ut noctu per stationem inreualia silentio
si posset, uel si minus id procederet, ut subita in aper-
tum erumperet, uxores abruptis equorum cingulis
ab incepto retraxerunt, quod illorum desiderium
nequirent ferre. Atque ita demum consilium in
eunt omnes unã moriendi, potiusquam turpiter
dederentur. Incensa urbe natos & uxores, partim
ferro, partim ueneno sustulerunt. Postremo & ipsi
se mutuis uulneribus conficiunt, ut ne unus qui-
dem Numantinorum superfuerit, qui in triumpho
duci posset, nec præda ulla parua, omnibus de indu-
stria ab eis prius corruptis, de nomine tatum, quod
uix unquam antea aut postea accidit, est triumphatum.
Concidit itaque Numantia anno quartodecimo
post Carthaginem, qui fuit urbis Romæ unde-
uigessimus ac sexcentessimus, in quæ tempora Eutro-
pius, quod miror, reiecit Machabæi Iudæ interitum.
Sed ubi, quando, & quo casu ille perierit, potiores

autores secuti, suo loco diximus. Secundum Num-
mantia excidium, in Sicilia, seruire bellum, cuius su-
pra mentio facta est, profligari contigit. Gn. Fuluius
consul, non parua ex parte confecit, inde P. Atilius,
siue Rutilius ut alij scribunt, ipse quoque consul e-
am prouinciam ad exitum perduxit uiginti milibus
seruorum & amplius uno prælio cæsis, ex his qui ui-
ti in potestatem uenerant quadringenta quinquag-
inta Minturnis sunt in crucem sublati, & quatuor
milia ferme ex eodem hostium genere ad Sueflam
à Q. Metello & Gn. Serulio sub idem tempus op-
pressa, quo apparet Italiam quoque eum seruilium
motum aliqua ex parte sensisse. Eusebius autor est
seruos obsidione pressos, ad tantam rerum omni-
um inopiam redactos, ut ab humanis carnibus non
abstinerent. Illatum est inde bellum Aristonico:
Attalus Pergami rex, qui cum Romanis imperato-
ribus in Antiochum regem, & Gallogræcos admo-
dum iuuenis militauit, uita, ut dixi, hoc tempore est
defunctus. Fuiris, ut L. Iulius ait, Eumenes frater, ut
Trogu, fratris filius. Florus Eumene genitum credi-
dit, à quo regnum florentissimum per manus accep-
tum, amicorum cæde, inuidiosisque cognatorum
sedauit supplicijs, nunc matrem animum, nunc Bero-
nicem sponfam, eorum maleficijs exinctas, ulcisci
se testatus, atque ita in suorum perniciem uarie de-
bacchatus, barbam & capillum reorum more sub-
misit, non in publicum prodire, non amicis alijque
sui ad eundem copiam facere, non conuiuari, nihil sani
hominis præ se ferre amplius. Postremo regni cura
abiecta, hortos fodiebat, gramina, uenenaque no-
xia innoxijs miscens ferebat, indeque uenenatam
frugem, ut peculiare munus, hospitiibus & domesti-
cis mittebat. Mox ab eo studio ad ærariam fabri-
cam animum adiecit, multumque ac diu in funden-
do cudenteque ære uersatus, quum demum patri
ex ea materia sepulchrum facere instituisset, essetque
operi intentus, graui morbo ex Solis ardore contra-
cto, septimo à primo decubitu die uita decessit. At-
talo defuncto Aristonicus ex Eumene & pellice qua-
dam Ephesia citharistræ filia genitus, Asiæ regnum
ut sibi hereditarium partim studio & fauore popu-
lorum, partim ui & armis, ut Mindum Samum &
Colophonem subegit. Nec Populus Romanus eam
diu tulit iniuriam, quia ab Attalo scriptus erat hæ-
res, P. Licinium Crassum pontificem maximum ad
bellum cum exercitu misit, quod nunquam antea
acciderat, ut belli causa summus pontifex Italia ab-
fuisset. Aderant Crasso non solum domesticæ uires
sed multorum etiam regum auxiliariæ copiae; ut
Nicomedis Bithyni, Mitridatis Pontici, Ariaratis
Cappadocis, & Pylæmenis Paphlagonũ regis. Cra-
sus ualido Romanorum exercitu totque lociorum
appendicibus fultus, magno prælio uictus ac captus
ab hoste est, qui familiæ Romanique nominis me-
mor, mori maluit quam ad Aristonicum adduci,
præclusaque omni alia ad mortem uia, uirga qua e-
quum regebat, abducentium uni oculum excu-
sit, à quo in ultionem obruncatus est. Crassus caput
ad Aristonicum est delatum. Corpus Smyrnæ se-
peliri contigit. Erat iam M. Perpenna ex urbe pro-
fectus, qui Crasso successor mittebatur, quum nun-
cius illi de Crassi morte & clade nuper accepta o-
biter occurrit, ea res effecit, ut aliquanto celerius il-
le in Asiam transfugeret, Aristonicumque primo con-
gressu uictum, & in Stratoniciam compulsam non-
nihil obsidione fatigauit, ac non multo post in po-
testatem redactum, Romam misit, ubi in carcere
iussu patrum est necatus. Triumphare de eo non
potuit Perpenna priusquam prouincia excederet,
Pergami defuncto, orta prius inter eum & M. Aquilium
Perpennæ interitus accensum certamen diremit:
Attali

Seruilis belli
excitus.

Attali mors et
uarium ingea-
nium.

Crassus pontifex
ad bellum
exijt.

Crassi excitus.

Aristonici in-
teritus.

Gracchi mode-
stia.

Fertur lex a-
graria.

Attali regis te-
stamentum.

Odia patrum
in Gracchum.

Attalica gaza nauibus imposita aliquanto prius Romanam fuerat delata. Atque per hunc modum Asia citra Taurum, quæ olim Antiocho adempta fuerat, inde Eumeni concessa, iterum ad Romanos rediit. Nec Populus Romanus ingratus fuit in reges, quorum auxilijs proximo bello usus minori Syria Mithridati Pontico attributa, Ariaratis qui eo bello cecidit filijs Lycaonia & Cilicia. Fuitque Populus Romanus multo mitior in Ariaratis prolem, quam Laodice mater, quæ quinque filios ueneno sustulit, unus cognatorum custodia seruatus, subtractusque matri superstes fuit, qui in paternas opes successit. Mithridates & ipse non multo post uita defunctus, filium sibi cognominem regni reliquit hæredem, qui postea cum Populo Romano bellauit. In Aphrica sub idem tempus tanta uis lo-

Laodice quinque filios necauit.

locustarum uis. A cultarum coorta est, ut fruges, herbas, arborum folia, immensa multitudo absumeret. Ea mox uentorum flatu, marinis fluctibus immerfa, omnia late litora proiectarum acerui contexere. Putrefacta inde congeries tetrum odorem exhalauit, sectaque statim corrupto cæli tractu ingens pestilentia, quæ in Aphrica uasitatem fecit incredibilem, undecies centum milibus Numidarum Aphrorumque, si uera tradunt autores, quos sequimur, breui tempore consumptis, at supra eam Barbarorum cladem Romanorum quoque multa milia extincta eadem pestilentia traduntur, qui sum forte in Aphrica præsidij causa fuerunt.

Pestilentia ingens.

ENNEADIS QUINTAE PRIMA

